BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8 M
22 — M
30

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

42.1.2.
4 2
A
2


F. FRANCISCI
LYCHETI BRIXIENSIS,
ORDINIS MINORVM REGVLARIS OBSERVANTIAE OLIM GENERALIS,
Theologi Præſtantiſſimi.

In Secundum Sententiarum
IOANNIS SCOTI DOCTORIS SVBTILIS COMMENTARIA,

AB ILLVSTRISSIMO, ET REVERENDISSIMO CONSTANTIO SARNANO, S. R. Eccl. Cardinale Ampliſſimo.

Scoticæ doctrinæ peritiſſimo, atq; lucidatore maximo diligentiſſimè recognita.

VTILIBVS ANNOTATIONIBVS, copioſiſſimisque Indicibus illuſtrata,



SOC. IESV * BIBL. SEC. COLL. ROM.

VENETIIS, MDLXXXIX.

Apud Ioannem, & Andream Zenarium.

F. FRANCISCI LYCHETI REGVLARIS OBSERVANTIÆ MINISTRI GENERALIS

AMPLISSIMA COMMENTARIA IN SECVNDO SENTENTIARVM,

Scoticæ diſciplinæ apprimè vtilia.

Nunc cura Illuſtriſs.mi & Reuerendiſs.mi CONSTANTII Sarnani Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis ornatiſſimi è tenebris eruta in lucem fœliciſſimo auſpicio prodeunt.

Quæſtio Prima. Diſt. I.

Cauſalitas eſt ꝑductio alicuius extrinſeci, in alteritate natura, quæ nõ eſt aliud niſi volũtas diuina cõicata tribus perſonis.

CIRCA Initium ſecundi libri.

¶ Quærit Docto. vtrum prima cauſalitas reſpectu omnium cauſabilium de neceſſitate ſit in tribus perſonis, intelligẽdo ſem per reſpectu omniũ cauſabilium, in quocunque eſſe, ſiuè ſimpliciter, quod eſt eſſe, exiſtentiæ, ſiuè ſecundum quid, quod eſt eſſe cognitum, vel eſſe volitum à Deo. Titulus q. ſatis clarus eſt, & magis patebit reſpondendo ad quæſtionem.

Diuus Bonauentura 2. ſentent. Artic. 1. Quæſtio 1.
Scotus 2. ſentent. diſtin. 1. q. 1.
Diuus Thomas prima parte ſumm.e q.45. Art. 1.
Riccardus 2. ſentent. diſtin. 1. q.4.
Franciſcus de Mayronis 2. ſentent. diſtin. 1. q. 1.
Antonius Andreas 2. ſentent. q. 1. diſtin. 1.
Thomas de Argentina 2. ſentent. diſtin. 1. q. 1.
Aegidius Romanus pars prima diſtin. 1.
Dionyſius Carthuſianus 2. ſentent. diſtin. 1. q.4.
Guillermus Vorrinlon minorita. 2. ſent. diſt. 1. q. 1.
Gabriel Biel 2. ſentent. diſtin. 1. q. 2.

Henr. quoli. 6. q. 1.

¶ In iſta q. primo recitatur opinio Henri. quæ à Doct. improbatur in pluribus eius dictis, quæ opinio pertractatur in additionibus ſuper ſecũdo Docto. vide ibi in q. 1. vt tamen clarius intelligantur improbationes Scoti contra Henri. adduco aliqua dicta Henrici, contra quæ Docto. arguit. Henricus ergo primò dicit. quòd verbum, & Spiritus ſanctus ſunt rationes formales agẽdi ad extra, & proximæ, ita q ſicut dicimus, ignis calore calefacit, vt principio formali calefaciendi, ſic pater creat verbo, & Spiritu ſancto vt principio formali creandi.

Prima ratio Scoti contra Henricum.

¶ Ibi contra iſtud primo. hic Doct. improbat dictum Hen. & ſententia argumenti ſtat in hoc, quia ſi pater creat formaliter verbo, vt principio formali creatiuo, ſequitur, quòd pater erit formaliter in actu verbo, & Spiritu ſancto, ideſt q ſicut ſi ignis calore calefacit, vt principio formali calefactiuo, ignis erit in actu per calorem inexiſtentem; in actu dico, vt ſit in proxima ratione calefaciendi, ſic ſi pater creat verbo, pater erit in actu per verbum, ideſt quòd ratio formalis creandi formaliter, & actualiter erit in patre. Hoc autem eſt impoſſibile, quia verbum non eſt formaliter in patre, quia tunc pater eſſet formaliter verbum, quod ſatis improbatum eſt in primo. diſt. 2. parte 2. q.4. & d.27. q. 1. Aduerte tamen, quòd quando Docto. dicit, quòd pater erit in actu per verbum, q principium formale agendi poteſt eſſe formaliter in aliquo duobus modis. primo quòd ſit ratio formalis, & quidditatiua ipſius agentis, ſicut dicimus ignis ſua entitate quidditatiua, & eſſentiali generat ignem. Secundo, quòd ſit ratio formalis agendi accidentalis, vel quaſi, ſicut calor in igne eſt ratio formalis calefaciẽdi ipſi igni: primo modo ignis erit in actu ſecundũ quid; quia per aliquod ſibi adueniens; ſic in propoſito cum dicitur, quòd verbum eſt ratio formalis agendi ipſi patri; ſi ſit ratio primo modo, tũc pater erit in actu ſimpliciter per verbum. ſi ſecũdo modo pater erit in actu per verbum, vt per aliquod ſibi additum formaliter. Item quod dicit Doct. quòd nihil formaliter agit, quod non ſit in actu ſecundum illud, quod eſt ratio proxima agendi. hoc ſic intelligitur, quòd omne agens actione reali eſt ens in actu, & ratio formalis agendi dat ſibi, quòd actualiter poſſit agere, tota enim perfectio agendi eſt à formali ratione agendi. & hic ſenſus ſatis patere poteſt à Docto. in primo. diſt. 1. q. 2. & diſt. 3. q. 8. diſt. 7. & 26. & alibi ſæpe.

Eſſe in actu dupliciter poteſt intelligi.

Verbum ſecundũ Henricum eſt ſolius patris. originaliter et productiue, ſenſus ē, q ſolus pater generat, & producit filium.

¶ Ibi, & ſi dicas. dicit Henr. quòd notitia genita, ſiue verbum ſuo modo recipitur in intellectu puro, vt patuit in primo. d. 2. par. 2. q.4. & d.27. q. 1. & quia intellectus eſt communis tribus perſonis, ideo dicit, q verbum in tali intellectu eſt commune tribus, licet verbum ſit tamẽ productum à patre, hoc idem dicit de Spiritu ſancto, & ſic verum eſt, q verbum formaliter creat verbo exiſtenti in intellectu filij, & ſimiliter pater creat verbo exiſtenti in intellectu patris. hoc idem de Spiritu ſancto. & dicit Hen. q verbum eſt productum à ſolo patre dicente vice omnium, ideſt q ex quo filius habet intellectũ formaliter, & ſimiliter Spiritus ſanctus poſſit dicere verbum, quia tamen pater primo producit verbum in hoc, ſupplet vicem omnium, idem intellige de Spiritu ſancto.

¶ Ibi, contra iſtud ſic arguo. Hic Doc. improbat reſponſionem Henric. & ſenſus literæ talis eſt, quòd ſi pater creat verbo formaliter, verbum

formaliter erit in patre, vt ſupra deduxi, & tunc pater erit formaliter ſapiens ſapientia genita, quod eſt contra Aug. 7. de tri. cap. 1. Et cum dicit Hen. quòd verbũ eſt in intellectu cõi. Contra arguit Doc. quia ex quo intellectus eſt formaliter in patre, & verbũ formaliter in intellectu, ſequitur ꝙ eſt formaliter in patre, & ſic erit ſapiens ſapientia genita, cuius oppoſitũ probatũ eſt in primo. d. 2. d. 5. q. 2. & 27. q. 1.

Difficultas circa reſponſionem Doc.

¶ Hic occurrit dubium, quia non videtur ſequi, ꝙ verbum ſit formaliter in patre, quia eſt formaliter in intellectu patris, quia certum eſt, quòd eſſentia diuina eſt formaliter in tribus perſonis, & tamẽ proprietates perſonales fundantur in eſſentia diuina, vt patet à Doc. in 1. d. 2. p. 2. q. 3. in vltimo argumento, quo probat productionem eſſe in diuinis, hoc idem probat. d. 5. q. 2. & 26. & alibi, & tamen nõ videtur ſequi, quod filiatio ſit formaliter in patre.

Reſpõſio ad difficultatẽ.

¶ Reſpondeo, quòd argumentum Doc. concludit contra Henr. quia ipſe Henr. concedit, quòd notitia genita eſt formaliter in intellectu communi, & formaliter denominat illum, ſed non eſt ſic apud Doc. quia ꝓprietates relatiuæ, & ſi immediatè ſint in eſſentia diuina, non tamen denominant illã, nec propriè formaliter ſunt in illa, nec ſunt actus, nec quaſi actus eſſentiæ diuinæ, ſed ſunt tãtum, vt quædam rationes ſubſiſtendi, & de iſta materia vide clarè in Doct. in primo d. 5. q. 1. & 2. & 2. d. 26. & ſic patet reſponſio ad difficultatem.

Principium quõ, & principiũ quod, nõ ſunt idẽ reſpectu eiuſdem.

¶ Ibi; videtur etiam vltra ſequi. Deinde Doc. arguit. Contra primum dictum Henrici probando, quòd verbum non ſit ratio formalis creandi, & ratio ſtat in hoc, nihil, quod eſt ratio formalis creandi puta a. poteſt eſſe principium, quod producẽs a. iſta patet, quia idem reſpectu eiuſdem non poteſt eſſe principium quo, & quod, cum ergo verbum ſit principium quo creãdi ipſi patri, cum ſit ratio formalis creandi, ergo verbum nõ poteſt creare, idem quod pater creat, quia tunc eſſet principium, quo, & quod reſpectu eiuſdem. Et dicit Doc. ꝙ communiter ratio formalis agendi non agit illa actione, reſpectu cuius dicitur ratio formalis agendi.

Contra aliquos expoſitores.

¶ Aliqui ſic exponunt Doc. quòd anima ſeparata poteſt eſſe, quo, & quod. reſpectu intellectionis, ideo dicit Doc. communiter. Sed ſaluo meliori iudicio firmiter tenerem, ꝙ nihil idem poſſit eſſe principium quo, & quod reſpectu eiuſdem, quod patet ex rationibus formalibus principij formalis agendi, quod habet rationem quo, & principij agentis, quod habet rationem quod, quę rationes manifeſtæ ſunt apud Docto. in primo d. 1. q. 2. d. 3. q. 6. 2. vide, quæ ibi expoſui. Nec reputo verum, ꝙ eadem anima reſpectu eiuſdem intellectionis poſſit eſſe quo, & quod. Tum quia intellectus, qui ſaltem ex natura rei diſtinguitur ab anima, vt patet à Doc. in ſecundo d. 16. erit principium quo, cum ſit potẽtia intellectiua formaliter exiſtens in anima, & ipſa anima erit principium quod. Tum quia poſito, quòd anima ſit immediatum principium intellectionis, adhuc non ſequitur, ꝙ idem ſub eadem ratione ſit principiũ quo, & quod reſpectu eiuſdem; quia adhuc in anima producente aliquam intellectionem diſtinguo principiũ quo, & quod. Nam principiũ quo eſt natura ipſius aĩæ, vt pſcindit ab hæcheitate, & principiũ qđ eſt ipſa anima hæcheizata, vt poſſet elici ſubtiliter à Doc. in primo d. 1. q. 2. d. 3. q. 6. & q. 8. & in quoli. expreſsè dicit Doc. ꝙ natura eſt rõ formalis agendi, & ſingularitas eſt conditio agentis.

Vide hìc doctiſſimũ Bargium in 1. ſent. diſt. 3. q. 7. in principio tenentem totũ oppoſitum imo dicentẽ Lychetum grauiter erraſſe, nã inquit Bargius, ꝙ anima, etiã cõiuncta corpori, eſt principium quo, & quod Scotiza.

¶ Ibi, & ſi dicatur quod filius creat, & Spiritus ſanctus creat, vult dicere Henr. ꝙ quamuis verbum & Spiritus ſanctus ſint rationes formales creandi, ſiue principium quo creandi, adhuc tamen ſtat, quòd ſint principium quod, & ſic verbum, & Spiritus ſanctus creant.

¶ Contra hanc reſponſionem inſtat Doct. dicens poſito, ꝙ verbum & Spiritus ſanctus creent, & ꝙ ſit rationes formales creandi, neutra tamen perſona videtur proximo creare, quia neutra eſt in actũ per alteram, ideſt quòd verbum non poteſt proximo, creare, niſi ſit in actu per Spiritũſanctum cum Spiritus ſanctus ponatur pertinere ad rationem formalem creandi, ſicut & verbum ponitur. Si ergo verbum creat per Spiritum ſanctum vt pertinentẽ ad rationem formalem creandi, ergo verbum habet actu formaliter Spiritum ſanctum, & ſimiliter ſi Spiritus ſanctus proximo creat, ergo actu habet formaliter verbum, cum verbum ponatur pertinere ad rationem formalem creandi, ſed hoc eſt impoſſibile, vt ſupra patet: vult enim Hen. ꝙ verbum, & Spiritus ſanctus ſunt ratio totalis creandi, quia nec pater ſolo verbo creat, ſed verbo, & Spiritũs ſanctus, vt duabus rationibus partialibus integrãtibus vnam totalem. Et quòd ſic ſint in actu ad hoc, vt creent, patet per literam ſequentem de agente per intellectum & voluntatem. Et quod dicitur de ratione proxima creandi, hoc dicit, quia ſecundum Henric. ratio remota creandi eſt intellectio, quæ eſt ratio formalis producendi verbum ſecundũ ipſum Hen. vt ſupra patuit in primo d. 2. d 6. & 27. & quia verbum habet eſſe per intellectionem, ideò dicit Henri. quòd ratio creandi proxima eſt verbum, & remota eſt intellectio, hoc idem dicit de Spiritu ſancto, & volitione, & ideo Doc. arguit cõtra, quia neutra perſona eſt in actu creandi proximè per aliam.

Duplex eſt ſcientia in Deo ſecundum Henricum.

¶ Ibi præterea ſecundo, hìc Doc. improbat Hen. quo ad aliud dictum de ſapiẽtia diſponẽte, & amore affectante: fuit enim opinio Henri. (vt patet in additionibus ſuper ſecundo Doc.) quòd eſt duplex ſcientia in Deo, ſcilicet diſpoſitiua, quæ eſt perfecta ratio formalis creandi, quæ dictat vltimatè de operabilibus, & ſcientia vniuerſalis, & ſpeculatiua, quæ non ſic dictat; ſimiliter apud ipſum eſt duplex amor, ſcilicet amor affectans, & amor ſimplex, ſiue eſſentialis, & vult ipſe, quòd ſcientia diſponens ſit verbum, & amor affectans ſit Spiritus ſanctus. Contra quam poſitionem arguit doctor, ſpecialiter contra ſapientiã diſpoſitiuam, & amorem affectãtem; quia iſta aut ſunt appropriata verbo, & Spiritui ſancto, aut ſunt propria; ſi primo, ergo ſunt communiã tribus, & ſic duæ perſonæ non ſunt proximæ rationes formales creandi, ſi ſecundo, cum dicant reſpectũ rationis ad creaturas: quia ſecundum Henr. diſpoſitio dicit reſpectũ rationis ad diſpoſita, & ſi ſic ſequitur, qui aliquis reſpectus rationis erit proprius alicui perſonę diuinæ, quod eſt improbatum in primo d. 18. de dono, quæ improbatio patet in additionibus primi, & d. 27. primi q. 1. ſimiliter improbabitur in præſenti quæſtione.

Quõ nõ dentur Idea practica ĩ Deo.

¶ Ibi præterea quod dicit de ideis practicis &c. Hìc nota, quòd idea practica ſi daretur in Deo nihil aliud eſſet, niſi cognitio de creatura producenda, ſiuè eſſe cognitum creaturæ producendæ dictatiua in praxim, ſed tales ideæ practicæ, quæ tantum ſunt de contingentibus non dantur in Deo, vt ſubtiliter patet in primo d. 35. & 39. & vide quæ ibi expoſui. Poſito tamẽ, quòd darentur huiuſmodi ideę negat Doc. quòd ipſæ ideæ, ſiuè cognitiones practicæ non ſint in intellectu paterno: quia eadem notitia, quæ eſt in filio eſt in patre & Spiritu ſancto, vt ſatis clarè deductum eſt à Scoto in primo d. 1. 2. 26. 27. & alibi, hoc idem probat hic per auctoritates, q̃ claræ ſunt in litera, aliqualiter tamen expono illam auctoritatem Aug. 15. de tri. cum dicit. Ideo verbũ hoc verè veritas eſt; quia quicquid eſt in ea ſcientia, de qua genitum eſt, & in ipſo eſt, accipit ibi ſcientiã

Eadem notitia quæ eſt ĩ filio, eſt in Patre, et Spiritu ſancto.

Sciẽtia hìc ponitur pro memoria fæcunda.

pro

pro memoria fœcunda, vt ſatis patet ex Doct. in 1. diſt. 2. par. 2. & diſt. 6. & 27. vult dicere, ꝙ quidquid eſt in memoria fœcunda, eſt etiam in verbo genito à memoria fœcunda vt principio formali productiuo, ſequitur. Nouit omnia Deus in ſeipſo, i. ꝙ Deus pater habens eſſentiam diuinam pro obiecto adæquato, & primario, & alia pro obiecto ſecundario, nouit omnia virtute eſſentiæ, vt in ſe exiſtentis, & quia eſſentia eſt communicata filio, nouit etiã omnia in filio, non quòd notitia patris dependeat ab eſſentia, vt in filio, vt ſupra patuit in 1. diſt. 1. q. 2. Et vide quæ ibi expoſui.

Quomodo actio perficiat rationem formalem.

¶ Præterea quod dicitur ibi verbum eſſe, &c. in iſta littera Doctoris ſunt aliqua notanda. Primo, ꝙ intellectio eſſentialis ſm Henr. eſt ratio formalis in patre producendi verbum diuinum, vt ſupra patuit in 1. diſt. 2. par. 2. q. vlti. & diſt. 6. 13. 26. 27 & alibi. Secundo rationem formalem perfici actione poteſt intelligi, vel de actione acta, vel de actione reſpectus. ſecundo modo non eſt difficultas: quia ſemper actio reſpectus eſt in agente, vel producente mediante ratione formali. primo modo ratio formalis agẽdi immediate perficitur actione acta immanente, quod patet in nobis, nam homo intelligit mediante intellectu, & intellectio immediatè perficit intellectum, cum ſit actio acta immanens, vt patet à Doct. 13. q. quoli. ſed loquendo de actione acta tranſeũte, certum eſt, ꝙ ratio formalis producendi huiuſmodi actionem, non perficitur illa, & hoc eſt, quod dicit Doctor, ꝙ ſupponendo ſm Henricum, ꝙ intellectio patris ſit ratio formalis producendi verbum, non ſequitur, ꝙ talis intellectio perficiatur ipſo verbo; quia productio verbi paſſiua non eſt in illa, ſed in verbo, de qua productione paſſiua verbi ſatis dictum eſt in 1. diſt. 2. 5. 6. 7. 26. & 27.

Intellectio immediatè perficit intellectum.

Si eſſe Dei dependeret eſſentialiter à creatura, nulla creatura exiſtente, per poſſibile, vel impoſſibile etiam Deus non eſſet, quod eſt abſurdiſſimum.

¶ Ibi, quod etiam dicit de notitia vniuerſali, ꝙ ſit ſpeculatiua, &c. pro clariori intellectione huius litteræ, vide quæ diffusè expoſui in vlti. q. prologi.

¶ Ibi, quod etiam dicit, ꝙ ideò poſuerunt philoſophi, &c. Cum dicit Doct. ſi voluntas diuina de neceſſitate produceret creaturam, dependeret ab ea, hoc ſi debet intelligi, quia relatio realis in Deo eſt realiter, idem, quod Deus, & ſi Deus neceſſitate naturæ produceret creaturam, neceſſariò haberet relationem ad illam, tanquam ad terminum, & ſic per poſſibile, vel impoſſibile creatura non exiſtente, talis relatio, quæ eſt idem, quod Deus non eſſet, & per conſequens Deus non eſſet, & ſic iſto modo eſſe Dei dependeret à creatura, de hoc vide ſubtiliter Scot. in 1. diſt. 8. quæſt. vlti. & ſpecialiter vide, quæ ibi expoſui, quomodo ſcilicet illa ratio philoſophi teneat. Et ex ijs patet improbatio opin. Henr.

Ad ſolutionem quæſtionis tria ſunt videnda. In ſolutione huius quęſt. ſunt tres articuli principales, quorum primus eſt, prima cauſalitas reſpectu creaturarum quantum ad earum eſſe exiſtentiæ neceſſariò eſt in tribus perſonis. Secundus eſt, ꝙ cauſalitas prima reſpectu omnium creaturarum quantũ ad earum eſſe ſm quid. ſ. quantum ad eſſe cognitũ, & volitum earum neceſſario eſt in tribus. Tertius ſi per impoſſibile eſſet tantum vna perſona, in ea eſſet perfecta cauſalitas reſpectu omnium cauſabilium, quantum ad omne eſſe, ſiue ſimpliciter, ſiue ſecundum quid.

Reſponſio Scoti ad quæſtionem.

¶ Ibi, quantum ad primum dico, hic doctor tribus rationibus probat primum articulum, qui talis eſt, quòd prima cauſalitas reſpectu creaturatũ eſt neceſſariò in tribus perſonis, & hoc quantum ad eſſe ſimpliciter, quod eſt eſſe exiſtẽtiæ. Et prima ratio eſt ibi, primo quia principium duarum productionum, neceſſariæ videlicet, & contingentis.

Prima ratio.

Dubitatio prima circa primam rationem.

Hæc ratio eſt ſatis clara in littera, tamen pro clariori intelligentia dubitatur circa hoc, quod dicit, quòd quãdo aliquid eſt principium duarum emanationum, quarum vna eſt neceſſaria, & altera contingens neceſſaria eſt ſimpliciter prior.

¶ Contra, quia poſito, ꝙ voluntas diuina in inſtanti naturæ. a. ſit principium æquè perfectũ tam neceſſarij, quàm contingentis, videtur quòd in inſtanti. a. poſſit producere contingens, & ſic productio neceſſarij non erit de neceſſitate prior productionè contingentis.

Reſponſio multiplex.

¶ Reſpondeo, & primo dico, quòd fortè caſus eſt impoſſibilis. Secundo, ꝙ ſi caſus eſſet poſſibilis fortè concluderet de effectu neceſſario, & contingenti diuerſis in natura à voluntate diuina. Sed vbi productum eſt neceſſarium, & ſimpliciter eiuſdẽ naturæ cum producente, & productum cõtingens eſt diuerſum in natura; tunc productio neceſſarij eſt ſimpliciter prior productione contingentis. Tertio dico, ꝙ quando aliquid perfectè & realiter identificatur cum aliquo, quod ex ſe tam formaliter, quàm originatiuè eſt ſimpliciter neceſſe eſſe, illud præcedit ex ſua ratione formali contigens. Sed emanationes perſonarum ſunt huiuſmodi cum eſſentia diuina, vt patet à Doct. in 1. diſt. 2. p. 2. q. 1. in reſponſione ad vltimum argumẽtum. & q. 3. in reſponſione ad primum argumentum principale, & eſſentia diuina eſt ex ſe neceſſe eſſe tam formaliter, quàm originatiuè, vt patet è Doct. vbi ſupra.

Dubitatio ſecunda.

¶ Si iterum dicatur, non ne Deus prius vult aliquid contingens eſſe, quàm illud producatur ab intellectu diuino in eſſe cognito: & patet, quòd ſic à Doct. q. vlt. prologi. diſt. 3. q. 4. diſt. 39. primi. 2. & q. 14. quolibetorum: & ſic illud prius habet eſſe volitum contingenter, & poſt habet eſſe cognitum de neceſſitate; quia intellectus diuinus quicquid producit de neceſſitate producit, eſſentia enim diuina eſt ratio producendi omne cognoſcibile in eſſe cognito reſpectu intellectus diuini, vt patet à Doct. in primo diſt. 39. & eſſentia, vt eſſentia tantum de neceſſitate mouet intellectum diuinum, tam reſpectu ſui, quàm omnium aliorum, vt patet à Doct. 14. q. quoli. ergo aliquod productum de neceſſitate præſupponit aliud productum contingenter.

¶ Reſpondeo primo, ꝙ Doct. loquitur de producto neceſſario, & contingenti quantum ad eſſe eorum ſimpliciter, & ſimiliter quando aliquid habet eſſe ſimpliciter de neceſſitate, & aliquid habet eſſe ſecundum quid contingenter, primum de neceſſitate eſt prius. Secundo dico, ꝙ ſicut Deus vult a. contingenter, ita cognoſcit illud volitum cõtingenter, cum talis cognitio ſequatur determinationem diuinæ voluntatis, vt patet à Doct. in prolog. q. vlti. diſt. 36. & 40. primi. & q. 14. quolib. & ſic illud ſic cognitum, non eſt ſimpliciter, & abſolutè neceſſarium, quia ſi Deus aliter determinaſſet aliter etiã cognouiſſet, vt patet à Doct. vt ſupra. Et de huiuſmodi materia, clarius vide, quæ notaui ſuper 36. diſt primi Doct.

Eſſentia quomodo moueat intellectum diuinum.

Difficultas.

SI ITERVM dicatur quòd productio contingens non neceſſariò præſupponit neceſſariam, quia ſi per impoſſibile non eſſet aliqua productio ad intra, adhùc tamen eſſet, vel poſſet eſſe productio contingens ad extra. Dico, quòd Doct. non intelligit abſolutè, quòd productio cõtingens præſupponat neceſſariam, ſed intelligit, quòd quando. Duæ productiones comparantur ad idem agens, quarum vna eſt neceſſaria, & alia contingens, contingens præſupponit neceſſariam. Tota ergo ratio Doct. ſtat in hoc, quòd ex quo productio perſonarum, cum ſit ſimpliciter neceſſaria, & ſimpliciter prior productione creaturarum reſpectu cu-

iuſcunque eſſe, & in tali productione communicatur filio à patre, & Spiritui ſancto à patre, & filio eadem uoluntas, quæ eſt principium formale productiuum creaturæ, & ſic ſequitur, quod ipſæ tres perſonæ habentes illud idem principium, de neceſſitate ſimul concurrunt ad omne cauſabile per tale principium cauſatiuum. Hoc idem aliæ duæ rationes ſequentes intendunt.

Intellectus diuini eſt duplex obiectum.

¶ Ibi, itē prius naturaliter, hæc eſt ſecunda ratio, qua probat, ꝙ productio perſonarū eſt ſimpliciter prior quacunque productione creaturæ reſpectu cuiuſcumq; eſſe. Et pro clariori intelligentia aliqua ſunt notanda in iſta littera. Primo, ꝙ obiectum primum, vt hic loquitur, accipitur primum primitate adæquationis, & hoc in ratione motiui, non autem in ratione terminatiui ſm aliquos, qui ponunt, ꝙ intellectio diuina non tantum terminatur ad eſſentiam, quando actu cognoſcitur ab intellectu diuino, ſed ꝙ etiam terminatur ad obiecta ſecundaria, quando actu cognoſcuntur ab intellectu diuino. Dico tamen, ꝙ hoc eſt dubiū, non enim intellectus diuinus cognoſcit lapidem in ſe, ſed præciſè in eſſentia diuina, & de hoc vide Doct. in quolib. q. 14. art. 3. & vide quæ ibi expoſui. Accipitur etiam primum, à quo actus eſſentialiter depēdet, & obiectū ſm, à quo actus eſſentialiter non dependet. Sed tēdit in illud virtute primi obiecti, vt patet à Doc. in primo diſt. 1. q. 2. & ſic primum obiectū in propoſito de neceſſitate primo reſpicitur à potentia, cujus eſt tale obiectum, patet, quia obiectū, quod eſt ratio cognoſcendi ſe, & alia, prius de neceſſitate eſt ratio cognoſcendi ſe, quàm alia, & per cōſequēs, vt perfectè præſens potētiæ prius de neceſſitate reſpicitur à tali potentia, quàm ſecūdaria obiecta reſpiciantur. Secundo nota, ꝙ aliquod eſt obiectum ſecundarium reſpectu intellectus diuini. Et hoc eſt in duplici genere, nam quoddam eſt obiectum ſecundarium reſpectu intellectus diuini, quod eſt ibi ex natura rei, vt proprietates hypoſtaticæ, ſimilitudo, & ęqualitas in Deo, & de tali obiecto ſecundario loquitur Docto. in primo, diſt. 1. q. 2. & nōn dr̄ obiectum ſecundarium ex hoc, ꝙ quaſi ſecundariò moueat intellectum diuinum ad ſui cognitionem, cum ſola eſſentia diuina moueat tam reſpectu ſui, quàm reſpectu aliorum, ſed dr̄ obiectum ſecūdarium, quia actus intelligendi intellectus diuini nō poſſet eſſe ręſpectu talis obiecti, niſi prius ſuo modo dependeret ab obiecto primario, & prius terminaretur ad illud, vt patet à Doc. vbi ſupra. Aliud eſt ſecundarium reſpectu intellectus diuini, quod nullo modo eſt ibi ex natura rei, ſed fit obiectum intelligibile tantum per actum intellectus diuini producentis talia in eſſe intelligibili, & de tali obiecto ſecundario Doct. loquitur in præſenti ratione. & in prolog. q. pen. & diſ. 3. q. 4. diſt. 35. 39. 43. primi. & in quolib. q. 14. & alibi ſæpe.

Quomodo obiectū primum accipiatur.

Notabilia quadam.

Quomodo accipiatur obiectum ſecundarium.

Quomodo intelligat Scotus eſſentiam diuinam eſſe primum obiectum intellectus diuini.

¶ Jis præmiſſis patet ratio Doct. quia ex quo eſſentia diuina ex natura rei eſt perfectè præſens intellectui diuino, in ratione primi obiecti intelligibilis, & creaturæ nullo modo ſint præſentes, ex natura rei in ratione obiecti intelligibilis, ſed tantum fiant præſentes per actum intellectus diuini, ſequitur, ꝙ intellectus diuinus tam in ratione operatiui, quàm in ratione productiui prius reſpicit eſſentiā diuinā, quàm obiecta ſecundaria, & ſic in tali priori erit perfectiſſima productio filij in diuinis. Hoc idem dico de uoluntate diuina, quæ prius reſpicit tam in ratione potentiæ operatiuæ, quàm productiuæ eſſentiam diuinam perfectè pręſentem ex natura rei & actu cognitam, quàm habeat actum circa aliquam creaturam, & ſic in illo priori erit perfectiſſima productio Spiritusſancti ante omnem productionem cuiuſcunque creaturæ reſpectu cuiuſcunque eſſe. Et quod dicit Doc. de notitia adęquata, ſiue de verbo infinito, & de amore infinito vide claram expoſitionem, quàm feci ſuper primo Doct. diſt. 10. Et quod dicit etiam hic, ꝙ eſſentia prius reſpicitur ab intellectu diuino tam in ratione operatiui, quàm productiui, vide quæ notaui ſuper diſt. 2. par. 2. q. 3. primi Doct.

¶ Ibi præterea tertio, habitudo naturæ ad ſuppoſitum prior eſt habitudine eius ad actum ſm, hæc eſt tertia ratio doctoris, qua probat principale intētum, & ſtat in hoc, ꝙ ex quo natura diuina habet prius habitudinem ad ſuppoſitum, quàm ad agere, ſequitur, ꝙ prius erit in ſuppoſito, quàm ſit alicui ratio formalis agēdi, & ſic prius erit productio ſuppoſitorum, quàm productio creaturæ, & quia in illo inſtanti, in quo ſuppoſita ſunt, habent eādem voluntatem, quæ eſt ratio producendi ad extra, ſequitur, ꝙ de neceſſitate ſimul concurrunt ad productionem cuiuſcunque creaturæ.

IN iſta littera occurrunt aliqua dubia: primo in hoc, ꝙ dicit Doctor, ꝙ habitudo naturæ ad ſuppoſitum eſt prior habitudine ipſius ad operationem, ſiue ad actum ſecundum, hoc non videtur, quia ſecundum ipſum in primo, diſt. 1. q. 2. contra Henricum arguendo, dicit, quòd omnis perfectio eſſentialis in diuinis eſt prior proprietate ſuppoſitali, hoc idem in 26. 28. diſt. primi, 1. q. 1. quolib. Dicit etiam in primo diſt. 7. ꝙ licet agere præſupponat eſſe, nō tamen præſupponit rationem ſuppoſiti, patet, quia generare filium in diuinis, & ſi pręſupponat eſſe memoriæ fœcundæ, non tamen præſupponit perſonam patris, cum illa conſtituatur in eſſe perſonali per talem generationem, vt patet à Doc. in primo diſtin. 28. hoc idem patet in quolibet. q. 4. Tum etiam, quia Doctor in primo, diſt. 2. q. 3. vult, quòd intellectus ſit prius operatiuus, quàm productiuus, & ſimiliter voluntas, & per conſequens prius erit actus intelligēdi, quæ eſt operatio, quàm ſit productio, & per productionem actiuam conſtituitur pater in eſſe perſonali, & per paſſiuam cōſtituitur filius, & ſic videtur falſum, quòd eſſentia diuina prius habeat habitudinem ad ſuppoſitum, quàm ad agere.

Pulchrum dubium circa tertiam rationem.

Agere præſupponit eſſe, eſt uniuerſaliter vera in creaturis, & in diuinis ad extra, vel concedo de eſſe ſimpliciter, nego autem d. eſſe incōmunicabili vide Bargium, di 26. primi ſent. quæ ſit actio immanens, & trāſiens.

Reſponſio.

RESPONDEO primo: quòd aliud eſt loqui de actione immanente, cuiuſmodi eſt intellectio, & volitio, & aliud eſt de actione tranſeunte, & concedo, quòd primo modo natura diuina prius habet intellectionem, & volitionem, quàm intelligaſ eſſe in ſuppoſito, ſed non eſt ſic de actione tranſeunte, de qua Doct. in propoſito loquitur. Dico ſecundo, quòd hoc dictum Scoti ſic debet intelligi, quòd prior eſt habitudo naturæ ad ſuppoſitum, quàm ad actum ſecundum, quando ſcilicet natura non poteſt eſſe in prima diſpoſitione ad actum ſecundum, niſi ſit in ſuppoſito, de quo vide Doct. in primo, diſt. 7. q. vnica.

ADHVC DOCT. videtur ſibi contradicere, in hoc quod dicit, quòd habitudo naturæ ad agere non eſt ita eſſentialis, ſicut habitudo naturæ ad ſuppoſitum; quia in primo, diſtinc. 4. quæſtio. 2. videtur concludere, quòd creare primo competat huic Deo, & non ſuppoſito, iſta enim, Deus creat, eſt vera, vt ly Deus non ſtat pro aliquo ſuppoſito incommunicabili, ergo creare ſecundum eum videtur immediatius ineſſe naturæ diuinæ, quàm ſuppoſitum.

Apparens cōtradictio.

¶ Secundo in quocunque inſtanti ponitur ratio perfecta formalis agendi, poteſt poni actio, ſed in primo inſtāti natura diuina eſt ratio formalis creādi, & perfectiſſima: ergo in illo inſtanti poteſt agere, ſed in illo inſtanti non intelligitur ſuppoſitum, patet,

Secunda dubitatio.

Natura diuina eſt prior natura ſuppoſito.

patet, quia natura diuina eſt prior natura ſuppoſito, vt patet hic in præſenti quæſt. & clarius in primo diſt.8. q.pen. & in quolib.q.1. artic.1. Nec valet dicere, quòd talis natura non poteſt agere, niſi intelligatur in ſuppoſito, quia ſi per impoſſibile nullum eſſet ſuppoſitum adhuc poſſet creare, vt patet à Doctore vbi ſupra in primo, diſtinctio. 4. quæſtio.2.

Reſponſio quare prius Deus produxit perſonã, quàm creauit mundũ. Reſpondetur, quia principium prius reſpicit neceſſarium, quàm contingens, productio perſonarum eſt neceſſaria, creatio verò contingens eſt.

¶Reſpondeo ad primum, & dico primo, quod dictum Doct. poteſt ſic intelligi, quòd Deus non includit neceſſariò ſuppoſitum ad hoc vt creet; quia Deus ſingulariter exiſtens poteſt creare ſufficienter, tamen ex quo de facto natura diuina neceſſariò eſt in ſuppoſitis, prius natura conuenit eſſe in illis, quàm agere ad extra. Dico ſecundo, & magis ad propoſitum, quòd licet creare prius verificetur de hoc Deo, quàm de ſuppoſitis, non tamẽ ſequitur, quòd hoc prædicatum prius inſit Deo, quàm Deus inſit ſuppoſitis, prius enim Deus eſt in ſuppoſitis, & poſt conuenit huic Deo creare. & vltimo conuenit per ipſum Deum ſuppoſitis, & ſic debet Doc. intelligi.

Productio ad intra eſt prior productione ad extra.

¶Ad ſecũdum dico, quòd natura diuina eſt perfectiſſima ratio producendi ad intra, & producendi ad extra, tamen non poteſt eſſe ratio producendi ad extra, niſi prius ſit ratio producendi ad intra, quia productio ad intra eſt quaſi effectus prior productione ad extra, & ſi per impoſſibile non eſſet productio ad intra, eſſet poſſibilis ad extra.

¶Secundo dubitatur in hoc, quod dicit Docto. quòd habitudo naturæ ad ſuppoſitum eſt eſſentialis, & in quid; quia non videtur, quòd natura prædicetur in quid de ſuppoſito. Tum quia ſuppoſitum tãtum dicit negationem duplicis communicabilitatis, vt quo, & vt quod, vt patet à Doct. in primo, diſt.3. par.2.q.1. diſt.23.25.& 28. vel dicit negationem duplicis dependentiæ in tertio, diſt.1. q.1. in quolib.q.19. & ſic ſuppoſitum creatum, vt includit huiuſmodi negationem dicit tantum conceptũ per accidens, modo de conceptu per accidens nihil per ſe, & in quid prædicatur, vt patet à Doct. in primo, diſt.2.par.1.q.2.& in 3.& alibi. Si etiam teneatur, quòd ſuppoſitum conſtituatur in eſſe per aliquod poſitiuum, adhuc non recipiet prædicationem in quid à natura, patet, quia entitas perſonalis non eſt eiuſdem naturæ cum natura, vt expoſui in 25. di. primi Doct. Tum etiam quia ſi teneatur opinio communis, quòd ſuppoſita diuina conſtituantur in eſſe per relationes, & ſic cum relatiua, non videtur poſſe recipere prædicationem in quid alicuius abſoluti.

Quæ ſit opinio communis de ſuppoſitis diuinis.

¶Reſponſionem quære, de iſta tñ materia.ſ. prædicationis in quid naturæ de ſuppoſito, vide quæ notaui ſuper tertio Doct.1.q.1. & ex his erit facilis reſponſio ad inſtantias ſupradictas.

Dubium.

Abſolutum non eſt de eſſentia relatiui.

POSSET etiã dubitari, quia ſi habitudo naturæ ad ſuppoſitum ſit eſſentialis, & in quid, videtur ſequi, quòd abſolutum ſit de eſſentia relatiui, quod eſt falſum, & contra Doct. in pluribus locis, quòd autem ſequatur, patet quia Deus prædicatur de patre, vt de ſuppoſito. Tum etiam, quia ſi eſſet hæc in quid, ſequeretur quòd pater diceret per ſe vnum conceptum, patet, quia de conceptu non per ſe nihil prædicatur in quid, vt patet à Docto. in primo, diſt.2. & in tertio, diſt.7. conſtitutum enim ex abſoluto, & reſpectiuo non dicit vnum per ſe conceptum, vt patet. Tum etiam ſi concluſio illa eſſet vera, ſequeretur, quòd conſtitutum ex ente poſitiuo, & negatione reciperet prædicationem in quid entis poſitiui abſoluti patet, quia ſuppoſitum creatum vltimatè conſtituitur in eſſe ſuppoſitali duplici negatione, vt patet à Docto. in primo, diſt.2. par.2.q.1.& diſt.28.& in tertio diſt.1.q. & in quolib.q.19.

Cõſtitutum ex abſoluto, & relatiuo in creaturis non dicit vnũ per ſe conceptum in diuinis: tamen relatio originis facit vnum per ſe conceptum.

¶Reſpondeo ad primum, quòd hoc eſt in quid, ſ. pater eſt Deus ratione deitatis incluſæ in patre, & quòd pater includit in ſuo eſſe deitatem, quæ dicit quid, & cum dico Deus prædicatur in quid de patre, intelligo ſic ꝙ prædicatur de ſuppoſito includente deitatem, ſicut homo prædicatur in quid de ſorte, quia ſortes includit humanitatem, quæ dicit quidditatem. Et cum dicitur de conceptu per ſe, dico, quòd & ſi conſtitutum ex abſoluto, & relatiuo in creaturis non dicat vnum per ſe conceptum, quia nulla relatio eſt conſtitutiua ſuppoſiti, nec etiam eſt contractiua naturæ ad eſſe indiuiduale; in diuinis tamen relatio originis facit vnum per ſe conceptum cum natura diuina, cum ſit conſtitutiua ſuppoſiti in natura diuina ſobſiſtentis.

¶Ad vltimum dico, quòd natura dicitur prædicari de ſuppoſito creato in quid ratione ſingularis per ſe includentis naturam, quia ſingulare dicit vnum conceptum per ſe conſtitutum ex natura, & ſingularitate.

¶Ibi, ſecundò quantum ad iſtum articulum videndum eſt quid ſit ratio huius. Hic Doctor aſſignat rationem quare tres perſonæ, ſimul concurrunt ad extra, quæ littera eſt ſatis clara, nec indiget aliqua expoſitione.

Cauſalitas eſt voluntas diuina quæ intelligitur communicata tribus perſonis antequam ſit proximum principium producendi creaturam.

QVANTVM ad ſecundum articulum principalem, qui eſt, an prima cauſalitas reſpectu creaturarum quantum ad eſſe ſecundum quid earum, ſit de neceſſitate in tribus ſuppoſitis. Quantum ergo ad iſtum articulum dicit primo Doctor, ꝙ ſi in intellectu patris ſint ideæ practicæ ſicut argutũ eſt ſupra contra opinionem Henrici. videtur ſequi, quòd verbum ſit genitum de creatura, vt eſt idea in intellectu patris, quia natum eſt de omnibus his, quæ ſunt in ſcientia patris ſecundum Auguſt.15. de Trinit.c.14.

¶Sed contra iſtud arguitur, quia tunc Spiritus ſanctus non ſpiraretur tantum vt amor eſſentię diuinæ, ſed vt amor omnis amabilis.

¶Et nota pro clariori intellectu, quòd Doctor hic non aſſerit ideas practicas eſſe in intellectu diuino, quia ſupra, hoc improbauit. Sed ſi ponerentur, vt ponit Henr. Docto. arguit contra, oſtendendo, quòd expoſitione tali ſequerentur multa inconuenientia.

Verbum eſt de memoria patris.

¶Secundo nota pro intellectione trium rationũ, quæ ſunt contra illam poſitionem, ꝙ ſi idea, puta lapidis eſt in intellectu patris, tunc lapis ineſſe intelligibili pertinet ad memoriam patris, ſicut nos dicimus, quòd lapis pręſens intellectui noſtro in ratione obiecti intelligibilis pertinet ad memoriam noſtram, vt patet à Doct. in primo diſt.2 par.2. d.3. q.7. di.6.27.& alibi ſępe, & ſicut in nobis intellectio lapidis dicitur produci memoria.i. de intellectu, & lapide exiſtente præſente in ratione obiecti intelligibilis, quia talis intellectio eſt verè expreſſiua talis memoriæ, & ſpecialiter eſt expreſſiua obiecti relucẽtis in memoria, ſic omne obiectum intelligibile in intellectu patris videtur pertinere ad memoriã patris. Et quia verbum eſt de memoria patris, & per conſequens de omni eo, quod pertinet ad memoriam patris, ſequitur quòd verbum dicatur verbum lapidis, ſicut etiam dicitur verbum eſſentiæ, quia expreſſiuum illius, vt patet à Docto. in primo diſt.2. par.2.q.1.d 27.2.&c. Et ſic contra hanc poſitionem ſpecialiter arguit Docto. primo, quia ſi ſic tunc ſequeretur, ꝙ ſicut verbum dicitur verbum lapidis, q̃a lapis habet eſſe intelligibile in memoria patris, de qua producitur, ſic videtur ſequi, ꝙ Spiritus ſanctus ſit amor lapidis, quia lapis habet eſſe amabi-

amabile, vel amatũ in eſſentia diuina amata, quod videtur inconueniens.

¶Ibi non tantum pater nouit formaliter creaturas, ſed etiam nouit filium formaliter (cum dicit nouit formaliter, ideſt quòd habet in ſe formaliter notitiam, qua nouit creaturas, & filium) igitur ſi de omnibus, vt notis patri gignitur verbum, de verbo vt noto patri gignitur verbũ, & ita verbum gignitur de verbo, Aduerte quòd Doct. non intendit arguere, quòd de creaturis, vt notis, &c. quòd ly, vt ſtet reduplicatiuè quaſi creatura ſub illa ratione, qua eſt nota patri, ſit ratio formalis producendi filium, quia vt ſic nullo modo pertinet ad memoriam productiuam, ſed ſi ponuntur pertinere ad memoriam productiuam, prius cognoſcuntur ab intellectu diuino, vt in ſimili patet à Docto. hic, ꝙ memoria diuina prius eſt operatiua, quàm productiua, & in primo diſt. 2. par. 2. q. 3.

Memoria diuina priꝰ eſt operatiua, quàm productiua.

¶Ibi. Item relatio realis, hæc ratio ſtat in hoc, ꝙ quādo ratio formalis generandi realiter diſtinguitur à genito videtur dicere relationem realem ad ipſum genitum, hoc patet à Doct. in primo diſt. 5. q. 2. vbi vult, quòd inter terminum formalem generationis & rationem formalem generādi, ſi realiter diſtinguuntur, ſit relatio realis communicantis, & communicati, ſi verò ſola ratione diſtinguũtur, quòd ſit tantum relatio rationis, hoc poſito pater, quòd creatura diſtinguitur realiter à verbo; ergo ſi verbum eſſet genitum de creatura, tunc realiter referretur ad ipſum, quod eſt impoſſibile, vt patet in primo diſt. 30.

Creatura diſtinguitur realiter à verbo.

¶Aduerte tamen, ꝙ duæ primæ rationes ſi intelliguntur de productione verbi ſm quid, & non ſm eius eſſe ſimpliciter non videntur falſæ, immo veræ, Tertia verò ratio concludit tantum de productione verbi ſimpliciter, ſi ergo ideæ practicæ ponantur in Deo, vt rationes formales producendi verbum ſm eſſe ſimpliciter, tres rationes prædictæ concludunt contra tales ideas. Si verò ponantur rationes formales producendi tantum ſm quid, minimè concludunt aliquod inconueniens. Dico ergo, quòd ſi ideæ ponantur in intellectu diuino, non ex natura rei, ſed tantum per actum intellectus diuini, ita quòd tantum pertineant ad memoriam non ex natura rei, ſed per actum intellectus diuini producente illas in eſſe intelligibili: & vt ſic non pertinent ad memoriam diuinam ſimpliciter, quæ eſt ratio formalis producendi aliquid in eſſe ſimpliciter, ideo verè pertinent ad memoriam ſm qd, quia de illis non producitur aliquid ad intra ſimpliciter, ſed ſm eſſe ſecundum quid, ſic intelligēdo poteſt faciliter reſponderi ad iſtas tres rationes.

Ideæ ponuntur in intellectu diuino, non ex natura rei, ſed per actũ intellectus diuini producente illas in eſſe intelligibili.

¶Ad primã dico, ꝙ non eſt incõueniens, ꝙ verbũ habeat eſſe à memoria, quæ includit ſimpliciter intellectũ, & eſſentiam, habeat dico eſſe ſimpliciter, & ꝙ etiam ipſum habeat eſſe ſm quid ab intelligibili exiſtente in memoria patris, non ex natura rei, ſed per actum intellectus diuini, quia primo modo verbum eſt ſimpliciter expreſſiuũ eſſentiæ diuinæ, per quam habet eſſe ſimpliciter, vt ſupra patuit per Doc. in 1. diſt. 2. & 27. q. 2. ſecũdo verò modo habet tantum eſſe ſm quid, & vt ſic eſt ſuo modo expreſſiuum omnis intelligibilis exiſtẽtis in memoria patris, & pariformiter dico de Spiritu ſancto.

Quomodo verbum habet eſſe à memoria.

¶Ex his etiam patet ſolutio ad ſecundum argumentum, & concedo, quòd non eſt inconueniens verbum eſſe de ſeipſo ſecundum quid, ut de intelligibili exiſtente in memoria patris.

Quomodo verbum ſit de ſeipſo.

¶Patet etiam ſolutio ad tertium argumentum, quia relatio verbi ad creaturam pertinentẽ ad memoriam patris in eſſe intelligibili modo præexpoſito, non eſt relatio realis, ſed tm̃ rationis, quia ad ipſum refertur, vt tantum habet eſſe ſm quid.

¶Ibi quãtum ad hoc igitur dico, ꝙ duo ordines poſſunt intelligi in diuinis. ſ. ordo naturæ, & ordo originis, qui ſunt alterius rationis, & in quocunque gradu vnius ordinis, põt totus alius ordo aſſignari, Pro clariori intelligentia aliqua ſunt pmittenda. primum, ꝙ triplex eſt ordo prioris, & poſterioris, videlicet durationis, naturæ, & originis: ordo durationis eſt, quando aliquid eſt prius alio aliqua duratione, ordo naturæ eſt, quando aliquid ſm ſuum eſſe eſt prius alio natura, ita ꝙ in aliquo inſtāti naturæ habet eſſe ſuũ perfectũ abſq; omni poſteriori, ita ꝙ prius natura poteſt verè intelligi, non intellecto poſteriori natura. Aduerte tamen, ꝙ aliquid poteſt dici prius natura tantum priuatiuè, & aliqd poſitiuè, quam diſtinctionem vide à Doc. in iſto 2. diſt. 1. q. 2. & in 1. diſt. 8. q. vlt. in 3. diſt. 3. q. 1. & alibi. Prius verò origine eſt, quando aliquid eſt verè originans reſpectu alterius, & poſterius origine, quod eſt verè originatũ ab alio. & ſic dicimus, ꝙ pater in diuinis eſt prior origine filio, & filius poſterior origine, quia quicquid habet filius, originatiuè habet a patre, & ſimiliter Spiritusſanctus eſt poſterior origine patre, & filio, quia quicquid habet Spiritusſanctus, originatiuè habet a patre, & filio, & tamen dicimus, ꝙ pater prius origine ſpirat Spiritũ ſanctũ: quia virtutem ſpirandi ſimpliciter habet a ſemetipſo, & filius poſterius origine in reſpectu ad patrem ſpirat Spiritum ſanctum, & eſt prior origine Spirituſancto. De iſtis tñ ſignis, originis, & naturæ diuerſimodè loquitᷣ Doc. in diuerſis locis, & ſpecialiter vide, quæ notaui ſuper primo Doc. d. 2. ar. 2 ibi pater prius origine eſt beatus. De iſtis etiam ſignis vide, quæ diffuſè expoſui ſuper primum Doc. d. 6. & 41. contra Gregorium Ariminenſem, Ocham, Ioannem anglicum, Bachonem, & multos alios.

Triplex eſt ordo.

Notabilis declaratio de prioritatibus originis, naturæ, & durationis.

Quid ſit prius origine.

Vide de iſtis ſignis.

¶Secundũ præmittẽdum eſt, ꝙ totus vnus ordo naturæ. ſ. prioris, & poſterioris natura, poteſt compleri in vno priori durationis, puta in vno inſtanti temporis, nã in eodem inſtanti temporis, ſunt omnia iſta inſtantia naturæ; quia in primo inſtanti naturæ corpus eſt perfectè organizatum, in ſecundo eſt animatũ, in tertio, natura eſt hæccheizata, & huiuſmodi, vt patet a Doc. in 3. diſt. 2. ſimiliter in eodem inſtāti naturæ poteſt compleri totus vnus ordo prioris, & poſterioris origine, quia in vno inſtanti naturæ eſt originatio duarum perſonarum, ita quòd pater eſt prior origine filio, &c. non tamẽ dicimus è cõtra. ſ. quòd in vno inſtanti naturæ poſſit compleri vnus ordo durationis, prioris, & poſterioris, nec in vno inſtanti originis, poſſit compleri vnus ordo prioris, & poſterioris naturæ, & hoc accipiendo ordinem originis propriè.

¶Tertiũ præmittẽdũ eſt vnum dictũ Doc. videlicet, ꝙ in diuinis ordo naturæ eſt ſimpliciter primus, ita ꝙ ſimpliciter procedẽdo in primo inſtāti naturę debet aſſignari totus primus ordo originis, vt dicit in pñti q. Dictũ tñ Doc. ſic debet intelligi, ꝙ licet, hic ponat duo inſtātia naturę in diuinis, ſimple, & in primo ſit tota emanatio perſonarũ, & ſecundo emanatio creaturarũ, nõ tñ ſm ipſum ſunt neganda plura alia inſtantia naturæ in diuinis, pter iſta immo ſunt ponẽda plura, qd patet, q eſſentia diuina eſt ſimpliciter prior natura proprietatibus hypoſtaticis, & ſimpliciter intellectus, & voluntas diuina ſunt prius natura intellectione, & volitione, & etiam eſſentia diuina, cũ ſit quaſi productiua intellectionis, & volitionis erit ſimpliciter prior natura eis. ſimiliter oĩs perfectio ſimpliciter in diuinis eſt prior natura proprietatibus perſonalibus, ſiue relatiuis, ſiue abſolutis, & etiam relationibus communibus, vt identitate, ęqualitate, & ſimilitudine, quæ

In diuinis ordo naturæ eſt ſimpliciter primus.

Eſſentia diuina eſt prior natura proprietatibus hypoſtaticis.

Quomodo intellectus, & voluntas ſunt prius natura intellectione, & volitione, quæ ſunt relationes communes.

quæ omnia poſſunt eſſe nota ex diuerſis dictis Doctoris ſparſim in diuerſis locis. Hic autem Doctor tantũ nominat Duo inſtantia naturæ, quia hic tantum comparat prius natura, in quo priori ſunt omnes emanationes diuinarum perſonarum perfectè, ad poſterius natura, in quo eſt emanatio creaturarum, licet in illo priori natura, plura inſtantia naturæ aſſignari poſſint, vt ſupra dixi. Et hoc eſt qđ dicit infra, ordo naturæ accipitur comparando obiectum ad intellectum, &c.

¶Ibi. Simpliciter tamen in diuinis ordo naturæ, primus eſt, ita quòd ſimpliciter procedendo in primo inſtāti naturæ debet aſſignari totus primus ordo originis. In iſta littera aſſignatur duplex ordo originis. ſ. vnus ſimpliciter, qui eſt in primo inſtanti naturæ, in quo ſimpliciter completur tota originatio perſonarum, ita quòd verbum ſimpliciter originatur à patre mediante memoria fœcunda, Spiritus ſanctus à patre, & filio mediante voluntate, & eſſentia diuina. Et ordo originis ſm quid eſt, in quo perſona, in ſecundo inſtanti naturæ originatur ſm quid: nã filius ſm quid originatur de lapide intelligibili exiſtente in memoria patris, non ex natura rei, ſed tñ per actũ intellectus diuini, vt ſupra expoſui, & Spiritus ſanctus originatur ſm quid de creatura amabili à voluntate diuina, & hoc eſt, quod dicit Doc. ſi in ſecundo inſtanti naturæ aſſignetur ordo originis, non eſt primus ordo originis, in quo ſ. perſonæ originantur ſimpliciter, ſed eſt ſecundus, in quo ſcilicet originantur ſecundum quid.

Duplex eſt ordo originis.

Nota verbũ eſſe de lapide.

¶Ibi in primo igitur inſtanti naturæ. Hanc litteram expono pro iunioribus, cũ dicit, in primo igitur inſtanti naturæ (comparando ſ. primum inſtãs naturæ ad inſtans, quo producuntur obiecta ſecundaria, vt ſupra expoſui) ſtando in illo habetur perſona perfecta, quæ ſ. conſtituitur ex eſſentia diuina, & proprietate habens memoriam perfectam eſſentiæ diuinæ. i. habens intellectum, cui eſſentia diuina eſt præſens in ratione obiecti actu intelligibilis, dr̃ obiectum actu intelligibile, quando eſt imperfecta diſpoſitione ad producendum actum intelligendi, & dr̃ actu intelligibile ad differentiam obiecti potentia intelligibilis, quale eſt obiectum non perfectè præſens intellectui, & quando eſt actu intelligibile, tunc eſt pars memoriæ perfectæ, quæ memoria perfecta includit intellectum, & obiectũ perfectè præſens, vt clare expoſui in primo, diſt. 3. q. 7. obiectum verò actu intellectum nullo modo pertinet ad memoriam, cum vt ſic habeat tantum eſſe diminutum, vt patet à Doct. in primo, diſtin. 8. q pen. Sequitur, & iſta perſona. ſ. patris, iſta memoria eſſentiæ diuinæ. i. mediante eſſentia diuina pertinẽte ad perfectam memoriam, poteſt formaliter operari, & formaliter producere, dr̃ pater formaliter operari iſta memoria; quia habet in ſe formaliter memoriam, qua poteſt operari. ſ. intelligere obiectum; quia principium formaliter productiuum intellectionis eſt memoria. dicitur etiam iſta memoria formaliter producere, quia, vt eſt principium formale productiuum verbi, eſt formaliter in patre. Sequitur, & prius aliquo modo intelligitur iſta perſona operari iſta memoria, quàm producere, & in illo priori intelligitur iſta perſona in ſe perfectè, & vere beata in actu intellectus, intelligendo eſſentiam diuinam ſicut obiectum ſuum.

Expoſitio litera.

Quid includat memoria.

Quid ſit principium formaliter productiuũ intellectionis.

SED dubitatur in hoc, quod dicit, quòd perſona patris prius operatur, quàm producat, cum per productionem conſtituatur in eſſe perſonali, tenẽdo communem opinionem de cõſtituentibus perſonas, & ideo operari pręſupponit perſonã patris. Dico breuiter, ꝙ hoc poteſt intelligi comparando operari, & producere adinuicẽ, quia operatio puta intellectio eſt ſimpliciter prior productione actiua patris, non autem comparando ad perſonam patris, vt pater eſt. De hoc ſatis dixi in expoſitione primi. Et cum dicit, quòd intelligitur verè beata in actu intellectus, loquitur tantum de beatitudine pertinente ad intellectum; quia intellectus diuinus dr̃ formaliter beatus intelligendo eſſentiã diuinam quæ eſt obiectum beatificum, ſed non loquitur de beatitudine ſimpliciter, & abſolutè, cum ipſe velit, quòd beatitudo ſimpliciter cõſiſtat in actu voluntatis, vt probat in 4. d. 49. Sequitur. eadẽ etiam perſona producendo iſta memoria producit notitiam adæquatam huic obiecto, & cum hoc obiectum ſit infinitum, producit perſonã formaliter infinitam perſonæ, ideſt per ſe ſubſiſtentem.

Difficultas bona.

Solutio eius.

Intellectus diuinus dicitur formaliter Beatus; quia intelligit eſſentiam diuinam, quæ eſt obiectum beatificum.

¶Sed occurrit difficultas in hoc, quòd dicit, ꝙ pater producit perſonam formaliter infinitam. Tũ quia illud, quo formaliter, & vltimatè conſtituitur notitia genita nõ eſt infinitum, patet, quia proprietas perſonalis nullam perfectionem dicit. ergo nec notitia genita erit formaliter infinita. Tum quia aut notitia genita accipitur pro notitia eſſentiali, & illa non eſt genita, ſicut nec eſſentia, ut patet à Doc. in primo, diſt. 5. q. 1. aut accipitur pro proprietate, & illa non eſt formaliter infinita. aut accipitur pro conſtituto ex notitia eſſentiali, & proprietate, & tunc non erit formaliter infinitum, niſi etiam conſtituentia ſint formaliter infinita, aliter ens infinitum eſſet conſtitutum ex ente finito, vel ex ente nõ infinito. Tum quia ſequeretur, quòd eſſet genitum ante genitum, pater, quia primus terminus formalis diuinæ generationis eſt eſſentia diuina, vt patet à Doct. in primo, diſt. 2. par. 2. diſt. 5. q. 2. & ſic eſſentia, & proprietate conſtituitur ſecunda perſona. Sed ſi notitia ſit genita, terminus formalis erit notitia eſſentialis, & ſic ex tali notitia, & proprietate erit aliud genitum.

Occurrit dubium.

Terminus formalis diuinæ generationis eſt eſſentia diuina.

¶Reſpondeo ad primã, & ſecundam inſtantiã ſimul, ꝙ ideo dr̃ notitia formaliter infinita, eo ꝙ includit formaliter aliquid, quod eſt formaliter infinitum. ſ. ipſam notitiam eſſentialem, & licet ſit vltimatè a proprietate, tamen omnem perfectionẽ habet à natura diuina, per proprietatem enim nõ cõſtituitur in aliqua perfectione, ſed tantum in eſſe incommunicabili. Et poſito, quòd perſona filij ſit conſtituta ex eſſentia, & proprietate, tamen à ſola eſſentia habet perfectionem infinitam, ſicut ſortes habet tantum eſſe quidditatiuum à ſola natura cõtracta, & nullo modo à ſingularitate, quamuis per eam conſtituatur in eſſe ſingulari.

Reſpondet.

Perſona filij à ſola eſſentia habet perfectionẽ infinitam.

¶Ad tertiam inſtantiam dico, quòd ſola eſſentia diuina eſt primus terminus formalis generationis, & quidditatiuus, omnis alia perfectio, vt bonitas, notitia eſſentialis, & huiuſmodi eſt terminus formalis, quaſi denominatiuus, & concomitans primum terminum formalem, vt patet à Doct. in primo, diſt. 5. q. 2.

Sola eſſentia eſt primus terminus formalis.

¶Sequitur in tex. Illi autem perſonæ communicatur voluntas, vt actus primus non habens adhuc terminum adæquatũ productum. Cùm dicit. De volũtate, ꝙ eſt actus primus reſpectu productionis Spiritusſancti nõ excludit eſſentiã, nam ipſa eſſentia eſt etiam actus primus, immo principaliter concurrit ad productionem Spiritus ſancti, vt patet a Doc. in quolib. q. 2. art. 3. & vide quæ ibi expoſui, & ſic littera ſequens debet intelligi, videlicet, ꝙ eſſentia diuina nõ intelligatur excludi, ſaltẽ in pductione Spiritusſancti, vtrũ modo concurrat ad volitionẽ, an ſola voluntas diuina? & hoc alias. Sequit iſtæ perſonæ producunt amorem adæquatũ huic obiecto cognito ſub ratione amabilis. amor hic accipitur pro perſona Spiritus ſancti, quæ dicitur amor

Eſſentia eſt actus primus.

Spiratus,

Spiratus,& dicitur adęquatus eſſentię diuinę amabili, quia talis amor Spiratus ĩcludit formaliter eſſentiam,vt terminum formalem Spirationis. Nam ipſa eſſentia cognita, & amabilis eſt partialiter ratio ſpirandi Spiritumſanctum.nõ dico tamen, ꝙ ipſa ſub illa rõne, vt qua formaliter cognita, vel ſub illa ratione, qua eſt amabilis, ſit ratio producendi Spiritumſanctum ſimpliciter ſub ſua perfectiſſima ratione,licet prius cognoſcatur,& ametur, quàm ſit immediata ratio Spirãdi. Sequitur,& ita producũt amorem infinitum,hoc pariformiter exponatur, ſicut ſupra expoſitum eſt de verbo. Sequitur, quia nihil eſt formaliter infinitum, niſi ꝙ per identitatem eſt Deus,hoc ſic exponitur.ſ.ꝙ nihil eſt formaliter infinitum,quin etiam per realem identitatem ſit Deus,non tñ ſequitur ecõtra. ſ.omne quod eſt realiter Deus, ſit formaliter infinitum; quia ꝓprietas in Deo eſt realiter Deus, & tamen non eſt formaliter infinita,vel poteſt ſic exponi,ꝙ infinitas non poteſt ineſſe formaliter, puta bonitati,niſi bonitas illa realiter identificetur Deo,non quòd realis identitas ſit præciſa cauſa, quare inſit, quia tunc paternitas eſſet formaliter infinita.

Eſſentia eſt ratio partialiter ſpirandi Spiritum ſanctũ, vt cognita, & amabilis.

Nihil eſt formaliter infinitum, niſi quod ꝑ idẽtitatem ſit Deus.

Pulchra gloſa.

¶ Ibi, ſtando igitur præciſè in primo inſtanti naturæ, & parum infra ibi, quia tota perfectio ſimpliciter cuiuslibet perſonæ eſt in intelligẽdo,& volendo eſſentiam diuinã. Hæc littera ſic debet intelligi,quod tota perfectio,ſupplé vltimata,quæ conſiſtit in actu ſecundo, vt innuit Doct.in primo,d.2. par.1.q.1. exponendo dictum Philoſophi 12. Metaph.nam pater intellectione perfectè coniungitur eſſentiæ diuinæ,& ſimiliter volitione, ita ꝙ vltima perfectio perſonæ eſt in coniunctione fundamentali ipſi obiecto vltimatè beatificatiuo ; ibi tamen non ponitur aliqua vnio,quæ ſit relatio, nec realis, nec rationis,vt patet à Doc.in 15 q.quolibetorum; ſed tantum eſt ibi vnio fundamentalis,in qua eſt vltimata perfectio perſonæ diuinæ,ſicut etiam in nobis ponit felicitatem noſtram formaliter conſiſtere in coniunctione fundamentali creaturæ beatificabilis ipſi obiecto beatifico, quæ coniunctio fundamentalis eſt clara viſio, & fruitio eſſentiæ diuinæ,in nobis verò ponitur vnio formalis,quę eſt relatio.de hoc vide Doct.in 4.diſt.49.& in quolib.15. & ideo Doct.dicit in q.13.quolibetorum,quòd intellectio, & volitio ſint entia abſoluta ; quia his perfectè vnimur ſummo bono. ſic ergo intelligit Docto. quòd vltima perfectio perſonarum eſt in intelligendo, & volendo eſſentiam diuinam, licet multæ ſint aliæ perfectiones ibi, vt bonitas, & omnis alia perfectio ſimpliciter,de quibus ſatis patet in primo,diſt.8.q.pen.

12.met.contex.41.

Coniunctio fundamentalis eſt clara viſio, & fruitio eſſentia diuinæ.

¶ Ibi,ſequitur ſecundum inſtans naturæ, in quo comparatur intellectus, & voluntas diuina ad aliud obiectum ſecundarium. In iſta litera ſunt aliqua notanda. Primum,quòd obiectum ſecundarium non eſt in eſſentia diuina, ſiue in intellectu diuino ex natura rei,loquẽdo de obiecto ſimpliciter alio, ſed ſit ibi per actum intellectus diuini, vt clarè patet à Docto.hic.& in primo.diſt.3.q.4.& diſt.35.39. & 43. Non tamen, quòd quando Docto.loquitur indifferenter de obiecto ſecundario, alio ſimpliciter ab eſſentia diuina oportet exponere de obiecto præcedente actum voluntatis,quia illud tãtum habet eſſe per actum intellectus diuini, vt ſunt omnes termini ſimplices,& omnes propoſitiones neceſſariæ,vt patet à Doct.vbi ſupra,ſed loquẽdo de obiecto contingenti,puta,quòd Antichriſtus eſt creandus,vel, quòd Petrus eſt prædeſtinatus, dico quòd talia obiecta ſunt ibi tantum per actum voluntatis diuinæ ſic, vel ſic determinantis, vt patet à Docto. q.vltima prologi.& diſt.39.primi.& 14.quolib.

Obiectum ſecundarium non eſt in eſſentia diuina.

¶ Secundum notandum eſt, quòd aliquid eſſe in memoria, vt memoria eſt, eſt ipſum eſſe principiũ notitiæ totale, vel partiale, nam memoria proprie, de qua hic loquimur, eſt principium productiuũ notitiæ obiecti relucentis in memoria, vt ſatis notum eſt à Doct.in 1.d.2.par.2.q.3.2.d.3.q.7. & vlt. & diſ.6.& 7.& 17.1.q.& hoc modo obiecta ſecundaria non ſunt in memoria patris, vt memoria eſt, ſupple vt eſt principium productiuum verbi, quia talis memoria tantum includit intellectum, & eſſentiam,vt ſupra viſum eſt.di.2.primi.& diſt.7.

Quænam ſit memoria.

¶ Et ſi dicatur, licet obiecta ſecundaria relucentia in eſſentia diuina nõ pertineant ad memoriam, quæ eſt principium productiuum verbi ſecundum eſſe ſimpliciter, ſaltẽ videntur pertinere ad memoriam patris, vt eſt principium productiuum verbi ſecundum eſſe ſecundum quid,quia ſicut dicimus, ꝙ verbum habet eſſe ſimpliciter à memoria patris, quæ eſt eſſentia,& intellectus,ita videtur habere eſſe ſecundum quid de omni alio intelligibili, puta de lapide intelligibili relucente in memoria patris.

Dubitatio quidam.

¶ Dico,ꝙ quando producitur verbum in eſſe ſm quid,producitur à tota Trinitate mediãte memoria includente tm̃ intellectum, & eſſentiã, & nullo modo producitur à Trinitate mediante lapide relucẽte in memoria, vt principio formali productiuo,quia ſola memoria primo modo eſt ratio ꝓducendi cognitionem cuiuſcunque ſimpliciter intelligibilis, vt ſatis patet à Doct.quæſtione penultima prologi, & diſt.39. primi. dicitur tamen verbum produci de lapide pertinente ad memoriam modo præexpoſito, videlicet,quia verbum ſic productum in eſſe,ſecundum quid eſt expreſſiuum ipſius lapidis intelligibilis relucentis in memoria, & declaratiuum eiuſdem, quod bene nota.

Reſpondeo.

Nota & bene.

IN iſta litera Doc.occurrunt aliquæ difficultates. prima circa hoc, quod d. ꝙ obiecta ſecundaria fiunt actu intelligibilia actu intelligentiæ diuinæ.

Prima difficultas.

¶ Contra primo, quia quæro, quo actu producuntur talia obiecta in eſſe obiectali, ſiue intelligibili, aut actu operatiuo intellectus diuini, aut actu productiuo: non primo,quia illo actu nihil producitur,vt patet à Doct.in primo, diſt.2.par.2. q.3. & diſt.3.q.vlt.non ſecundo. Tum quia intellectus diuinus non videtur potentia productiua ad extra. Tum quia produceret effectum perfectiſſimum, patet, quia potentia productiua perfectiſſima non impedita agens per modum naturæ producit effectum quantum poteſt.& ſic cum ſit infinita,produceret effectum infinitum, vt patet per argumentum Doct.in primo. diſtin.8.q.vlt. contra philoſophos. Tum tertio, quia neceſſariò produceret infinitos effectus actu,quia non repugnant in infinita indiuidua in eadem ſpecie,& ſic actus eſſent infinita obiecta intelligibilia,& infiniti homines in eſſe obiectiuo,& intelligibili.

Secũda difficultas.

Tertia difficultas.

¶ Tum quarto,quia ſequeretur, quòd produceret ab ęterno illa obiecta, etiam in eſſe reali, & in exiſtentia; quia agit neceſſariò, & eſt infinita. ergo producit perfectiſſimè,ſed nõ eſſet productio perfectiſſima, niſi terminaretur ad effectum perfectũ in eſſe reali, & ſic omnia ab ęterno fuiſſent producta in eſſe reali,& neceſſario.

Quarta difficultas.

¶ Tũ quinto, quia aut producit omnia illa obiecta vnica productione, aut alia, & alia, non primo; quia eadẽ productio non vr̃ ad duo producta, licet enim idem agens poſſit producere plures effectus, non tñ eadem productione, nõ ſecundo, quia eſſet ordo inter illas productiones, ſicut,& inter producta, & ſic oporteret aſſignare primam productionem,quæ non videtur aſſignabilis,cum non ſit maior ratio, quòd producat vnum, quàm aliud.

Quinta difficultas.

Sexta difficultas.

¶ Tum

¶Tum ſexto, quia nullo modo videtur, ꝙ poſſint produci in tali eſſe primo, quia antequàm producantur in tali eſſe, aut ſunt producibilia, aut nõ; ſi non, ergo non poſſunt produci, ſi ſic ergo prius ſunt poſſibilia, ſed ut ſic habent eſſe obiectum patet, quia ut ſic ſunt intelligibilia. Tum etiam, quia illud poſſibile fundatur non in ſeipſo: ergo in aliquo, & non poteſt dari, niſi eſſe obiectiuum rei poſſibilis produci.

Septima difficultas. ¶Septimo arguitur ſic, ſi intellectus diuinus producit lapidem in eſſe intelligibili, aut producit pp finem, aut non pp finem, ſi ſic: quæro pp quem finem producit, ſi pp ſe, ordinando illud ad ſe. igitur intellectus præcognoſcit ipſum lapidem, patet: quia cauſa non producit aliquid ad finem nõ præcognito illo producibili, & ſic lapis fuiſſet præcognitus. ergo prius habuiſſet eſſe intelligibile. Tum etiam, quia non poſſet producere illum pp finem, quod eſt incõueniens in primo intellectu, ꝙ autem non poſſit producere, patet per argumentum Docto. in primo, diſt. 2. q. 1. vbi arguit de agente mere naturali, ꝙ ſi ageret independenter, ꝙ ita ageret, ſi propter nullum finem ageret, vt patet ibi. ſecũdo, ꝙ ſi produceret lapidem non propter finem, igitur produceret fruſtra, ſed agẽs per ſe agit propter finem, ut patet 2. phyſic. & hoc eſt magis verum de agente cognoſcente, vt patet ibi.

Octaua difficultas. ¶Octauo ſequeretur, quòd ab æterno fuiſſent productæ omnes ſecundæ intentiones, & ſic nunc non poſſunt produci, niſi idem bis producatur, ꝙ eſt impoſſibile.

Reſponſio. RESPONDEO, & concedo, ꝙ producantur per actum productiuum, & ad primam inſtantiam contra. Dico, ꝙ ſicut intellectus diuinus ad intra, & eſt operatiuus, & productiuus, vt patet à Docto. in primo d. ſecunda par. 2. q. 3. & in iſto ſecundo d. præſenti, ita ad extra eſt operatiuus per intelligere obiecta ſecundaria, & eſt productiuus per productionem, quę terminatur ad illa obiecta producta. *Quomodo intellectus diuinus ſit operatiuus, & productiuus ad intra.*

¶Ad ſecundam dico, quòd eo modo, quo eſt productiuus per modum naturæ poteſt producere effectum perfectum, ſed quia eſt tantum productiuus rei in eſſe diminuto puta in eſſe intelligibili, vel in eſſe cognito tantum, ideo producit hominem in tali eſſe perfecte quantum poteſt produci homo ab ipſo intellectu. ſed ratio Doct. facta diſt. 8. primi concludit de agente infinito per modum naturæ, quod agens reſpicit effectum in eſſe verè reali.

¶Si dicatur intellectus creatus eſt verè realiter productiuus alicuius entis realiter, quia eſt productiuus intellectionis, habitus, & etiam ſpeciei intelligibilis. ergo a fortiori intellectus diuinus.

¶Dico, quòd ſi intellectio Dei eſſet realiter diſtincta, poſſet illam verè producere, ſicut realiter diſtinguetur ab intellectu creato, de hoc vide Doc. in primo. d. 2. par. 2. q. vlt. diſt. 27. & alibi.

¶Dico ſecundo, ꝙ intellectui diuino repugnat ſic poſſe producere. ſ. in eſſe reali, quia tunc diceret relationem realem ad creaturam, & tandem ad nõ eſſe creaturæ, ſequeretur non eſſe ipſius intellectus diuini, vt patet per rationem Doc. in primo, diſt. 8. q. vlt. & diſt. 30. ſed hoc non ſequitur de intellectu creato, quia ad cauſatum non haberet relationem eandem ſibi realem, ſicut haberet intellectus diuinus, ut patet à Doct. vbi ſupra.

¶Dico tertio, ꝙ quia eſſe reale rei neceſſario præſupponit eſſe intelligibile, & poſſibile ipſius, & tale eſſe intelligibile, & poſſibile eſt tantum ab intellectu diuino, loquendo de ſimpliciter primo eſſe intelligibili, & quia Deus tantum agit contingenter ad extra reſpectu entis realis, ideo intellectus diuinus tantum producit in eſſe ſecũdum quid ſiue diminuto, ut patet magis à Doct. in 1. diſt. 36.

¶Ad tertium dico cõcludendo, quòd ſimul producat infinitos effectus in eſſe diminuto, patet, quia actu intelligit, & ſimul infinita obiecta, vt probat Doct. diſt. 2. q. 1. primi. & per conſequens actu ſunt infinita intelligibilia. *Deus actu intelligit ſimul infinita obiecta.*

¶Ad quartam patet rñſio ex dictis ad ſecundam inſtantiam, quia non eſt productiuus in eſſe reali.

¶Ad quintã dico, ꝙ producit vna productione fundamẽtali, ſed pluribus ſola ratione diſtinctis, & concedo, ꝙ inter illas non eſt ordo, quia ſimul ſunt in eodem inſtanti, etiam fortè nunc. Cum dr̃, ꝙ inter producta eſt ordo prioris, & poſterioris. Dico, quod non eſt ordo, nec temporis, nec naturæ, & ſi eſt alius ordo fortè prioris ſm perfectionem, concedatur etiam in illis productionibus denominatione extrinſeca, eo quòd vna terminatur ad vnum productum perfectius, & alia ad imperfectius.

Ad ſextam dico, ꝙ ſunt producibilia, & cum dr̃, ꝙ vt ſic habent eſſe intelligibile, negatur, immo eſt implicatio, ꝙ ſ. in tali eſſe intelligibili ſint primo producibilia, & ꝙ ante illud eſſe ſint intelligibilia, aliter eſſet proceſſus in infinitum, quia quærerẽ de illo ꝑducibili in tali eſſe, ſi eſt intelligibile, aut hoc habet à ſe, aut ab alio, non à ſe, ut patet, ſi ab alio, ergo prius fuit producibile in tali eſſe, & ſic proceſſus in infinitũ. Cum vltra quæritur, illud eſſe poſſibile in quo fundatur. Dico, ꝙ tantum in potentia productiua, quia enim illa poteſt producere in tali eſſe, ideo eſt ſic producibile, vt alias expoſui, & patet etiam aliqualiter in primo, diſt. 6. & 43.

¶Ad ſeptimam dico ſimpliciter, quòd producit illa ex ſola neceſſitate naturæ, & illa produceret, etiam ſi ad nullum finem produceret, & concedo, quòd producendo ad nullum finem ordinet. cum dicitur ergo fruſtra, negatur, quia illud dicitur produci fruſtra, quod propter aliquem finem producitur, & non attingit illum finem: ſed ſi propter nullum finem producitur, nõ dicitur produci fruſtra, ſed ex perfectione naturali. Dico ſecundo, ꝙ poſſet forte ſuſtineri, quòd producit illa propter ſe amatum amore naturali, ſic intelligendo, quòd intendit communicare eo modo, quo poteſt ſuam perfectionem creaturis. Cum dicitur agens naturale agit propter finem, patet reſponſio in 1. diſt. 2. q. 1. in illis præambulis, ꝙ agit propter finẽ, inquantum regulatur ab agente ſuperiori intelligente. *Quid ſit produci fruſtra.* *Quomodo agens materiale, agat propter finem.*

¶Ad vltimam. Dico primo, ꝙ omnia obiecta ſecundaria, quibus non repugnat eſſe realis exiſtẽtiæ ſunt præciſè producta ab intellectu diuino in eſſe primo intelligibili, ſed hoc dictum Doc. non intelligitur de entibus rationis, quia multę ſunt relationes rationis, quæ non fuerunt ab æterno. Dico ſecundo, quòd fortè non eſſet inconueniens omnes ſecundas intentiones fuiſſe productas ab intellectu diuino. Et cum dicitur, quòd tunc bis producerentur. Dico non aſſerendo, quòd non eſſet incõueniens in entibus rationis. Dico etiam, quòd & ſi omnes ſecundæ intentiones ſint productæ ab intellectu diuino in eſſe primo, & præciſè in eſſe intelligibili, tamen ab intellectu creato poſſunt produci ultra eſſe intelligibile in aliquo eſſe ſibi competente, vt puta, quòd producuntur in ſubiecto quod denominant, vel in aliquo alio eſſe. *Quomodo ſecundæ intentiones ſint productæ ab intellectu diuino.*

Dubium. SECVNDO Principaliter dubitatur in hoc quod d. quòd in nobis intentiones ſecundæ producuntur per intellectum, & non habent eſſe in memoria, vt memoria eſt. Contra, primo, quòd non producuntur per intellectum, quia quęro per quẽ actum intellectus aut per actum intelligẽdi & hoc non, quia illo actu nihil producitur, cũ ſit finis potentiæ,

tentiæ, vt patet à Doct. in 1.diſt.2.par.2. q.3. & in quolib.q.13. aut per actum productiuum, & hoc non; quia intellectus non habet actum productiuum, niſi reſpectu actus intelligendi, vel ſpeciei intelligibilis, vt patet à Doct in 1.diſt.3.q.6.&7. Si dicatur, ꝙ producuntur per actum collatiuum, quæro an ille actus ſit actus intelligendi, & hoc non, quia actus comparatiuus non eſt actus intelligendi. ſi etiam poneretur, non eſſet productiuus, vt ſupra patet. aut eſt actus productiuus, & hoc non, quia non videtur, quòd comparatio ſola aliquorum cognitorum ad inuicem ſit productiua alicuius, cum illa ſit tantum ens rationis.

Solutio. ¶ Reſpondeo primo, ꝙ producuntur per actum aliquem, qui nec eſt actus intelligendi, nec actus cõparatiuus, ſed per actum productiuum. Et cum dicitur, ꝙ tantum eſt productiuus actus intelligendi, & ſpeciei intelligibilis, verùm eſt loquendo de ente reali. Sed vltra poteſt producere ſecundam intentionem. Si dicatur, quòd ſecundùm Scotiſtas producuntur per actum collatiuum. Dico ꝙ ſic debet intelligi, quòd non poſſunt produci, niſi præſuppoſito de neceſſitate actu comparatiuo vnius cogniti ad aliud cognitum. Nam facta comparatione ſpeciei cognitæ ad indiuidua cognita, producit in ſpecie vnam intentionem, quæ dicitur ſpecies, & ſimiliter de indiuiduo. Dico etiam, vt alias expoſui in 1.diſt.3. q.7. quòd ſecundæ intentiones magis dicuntur derelinqui ex comparatione duorum obiectorum cognitorum, quàm cauſari, de quo alias.

Quomodo producãtur ſecundæ intentiones.

Secundæ intentiones potius derelinquũtur quã cauſentur.

Difficultas. CIRCA LITTERAM Doct. occurrunt duæ aliæ difficultates, quarum prima eſt in hoc, ꝙd dicit, ꝙ verbum gignitur ſimpliciter de memoria patris, vt memoria eſt. Contra primo, quia ſequiť, quòd verbum ſit bis, vel ter productum ſimpliciter, probatur, quia eſſentia diuina, & intellectus in patre ſunt memoria perfecta, vt patet à Doct. in 1. diſt.2.par.2. q.3. & ſic ab illa, vt principio formali productiuo accipit eſſe ſimpliciter, ſed bonitas diuina, vt præſens intellectui diuino ita pertinet ad memoriam ſimpliciter ſicut eſſentia, patet, quia ita formaliter infinita, & per conſequens productiua notitiæ infinitæ, & ſic eſſent, vel duæ notitiæ . genitæ, vel vna bis genita, hoc idem dico de alijs perfectionibus.

Eſſentia diuina & intellectus in patre ſunt memoria perfecta.

¶ Secundo aut enim ſola eſſentia pertinet ad memoriam, aut eſſentia cum alijs perfectionibus attributalibus, non primo, quia alia ſunt ita obiecta formaliter infinita, ſicut eſſentia. ergo æquè pertinent ad memoriam, non ſecundo quia æquè primò eſſet verbum à bonitate ſicut ab eſſentia, ſequeretur etiã quòd ita bonitas eſſet æquè primò terminus formalis, & per ſe generationis diuinæ, quod eſt contra Doct. in 1. diſt. 5. q. 2. quod autem ſequeretur patet. quia in Deo, quod eſt principium formale productiuum primo, eſt primò terminus formalis productionis, vt patet à Doct. vbi ſupra.

¶ Tertio. ſi eſt de memoria patris, ſequitur, quòd filius ita eſſet conſtitutus quiditatiuè per bonitatẽ, cum pertineat ad memoriam, ſicut per eſſentiam, quia terminus formalis generationis diuinæ (loquendo de termino formali per ſe) eſt conſtitutiuus perſonæ productæ, vt patet à Doct. in 1. diſt.2. & diſt.13. & 26.

¶ Quarto, Si filius eſt de omni perfectione intrinſeca, vt de memoria, ſequitur, quòd non erit vnum per ſe conſtitutum, patet quia attributa non conſtituunt in eſſe eſſentiali perſonam.

Reſponſio. ¶ Reſpondeo, quòd filius eſt tantum de eſſentia diuina, & intellectu, vt de per ſe, & primo memoria, à principio productiuo, & concomitanter eſt de omni perfectione intrinſeca. non quòd ſit de attributis, vt memoria productiua, & ſic concedo, ꝙ pater habens eſſentiam, ut perfectè pſentẽ producit filiũ, non autẽ, ut habet attributa, quia illa non pertinent ad memoriam productiuam. Cum dř, ꝙ ſunt æquè infinita, vt eſſentia, concedo formaliter, ſed nõ originaliter, & ſic nõ æquè productiua, poteſt tamen concedi, ꝙ eſt de omnibus realiter, & identicè, formaliter verò de ſola eſſentia, vt eſſentia.

Eſſentia diuina eſt infinita radicaliter, & formaliter ex ſe, à ſe, & per ſe attributa sũt infinita formaliter ex ſe, ſed non à ſe, quia emanant ab eſſentia.

¶ Ad ſecundum dico per idem.

¶ Ad tertiũ dico, ꝙ filius quidditatiuè, & eſſentialiter eſt per eſſentiam, & ſic per illam habet eſſe primo, concomitanter tamen habet omnem perfectionem, quã habet eſſentia, & quaſi denominatiuè, vt patet à Doct. in 1. diſt.5.q.2. & concedo, ꝙ ſola eſſentia eſt terminus formalis. Attributa uerò concomitantur primum terminum formalem.

¶ Ad quartum patet ex dictis ad tertium.

Difficultas. SECVNDA difficultas eſt in hoc, ꝙ d. ꝙ Verbũ gignitur de obiectis ſecundarijs tm̃ ſm quid. Cõtra primo, ſi gignitur de lapide, vt de memoria, & hoc ſm quid ergo lapis, vt ibi pertinet ad memoriam productiuam ſm quid, patet cõſequentia, qa vt gignitur ſimpliciter de eſſentia, eſſentia pertinet ſimpliciter ad memoriam productiuã ſimpliciter. ergo, & lapis ſm quid, cõſequẽs eſt falſum: quia ad intra omnis operatio, & omnis actio, ſiue ſimpliciter, ſiue ſm quid eſt tm̃ à memoria diuina, quæ ſola eſt ratio formalis producendi filium, ſiue ſm eſſe ſimpliciter, ſiue ſm eſſe ſm quid, quia ſola eſſentia diuina eſt ratio cognoſcendi omnia cognoſcibilia, & producendi omnia in eſſe cognito.

Omnis operatio ad intra eſt à memoria diuina.

¶ Secũdo arguitur, quia tunc filius ſimul eſſet de infinitis lapidibus, & infinitis hominibus, & ſic de alijs, qd vř inconueniens, conſequentia patet: quia vt dixi ſupra, ſunt actu infinita obiecta ſecundaria.

¶ Tertio ſequitur, ꝙ ſi eſſet de ĩfinitis obiectis ſecũdarijs ꝓductus ſm qd eſſet infinities productus ſm quid, patet quia de lapide eſſet productus ſm quid, & de homine ſm quid alia productione paſſiua ſecundum quid. & ſic in filio eſſent actu infinitæ productiones paſſiuæ ſecundum quid.

¶ Quarto arguitur, quia filius producitur de vno lapide ſecundum quid, & de alio lapide ſecundum quid, & nõ eadem productione, vt patet. ergo alia, & alia, & ſic in infinitum. ergo vel ſunt infiniti filij ſecundum quid, vel idem infinities productus ſm quid, quorum utrunque eſt impoſſibile.

Reſponſio. ¶ Ad primũ dico, ꝙ non dř produci de lapide, vt de memoria productiua etiã ſm quid, ſed dř produci de lapide pro quanto eſt declaratiuus lapidis, & hoc per attributionem. poteſt ẽi dici produci de lapide pro quanto memoria diuina eſt productiua notitiæ lapidis, quæ attribuitur filio.

¶ Ad ſm cõcedo, ꝙ eſt de infinitis obiectis neceſſariò. hoc eſt neceſſariũ, quia memoria diuina eſt ratio producẽdi infinita obiecta actu in eſſe cognito.

¶ Ad tertium concedo, quòd in filio eſſent actu per attributionem infinitæ productiones paſſiuæ.

¶ Ad quartum concedo, ꝙ poſſunt eſſe infinita verba ſm quid ſola ratione diſtincta, & hoc non vř incõueniens, eſſet bene inconueniens eſſe plura verba ſm eſſe ſimpliciter, poſſet etiam concedi, ꝙ tantum eſſet vnum verbum productum ſm quid: ita quòd in illo uerbo eſſet tantum alius, & alius reſpectus rationis: ſed poſt non ſequitur ad numerationem illorum reſpectuum numeratio verbi ſecundum quid, ſicut non ſequitur in homine ſunt tres colores ſecundum quid. ergo ſunt tria colorata, ut patet à Doct. in tertio, diſt 8. quæſt. vnica.

Dubium. DVBITATVR De iſta propoſitione Doct. ſubtilis, quòd quando duo effectus ſunt ab eadem cauſa ſecundum ordinem, ita quod poſterior non produ-

producitur, priori non producto, ſi per impoſſibile non eſſet productio prioris effectus, adhuc poſſet eſſe productio poſterioris effectus.

¶ Contra primo; quia ſequeretur quod angelus poſſet immediate producere velle circa aliquod obiectum, circũſcripta cognitione eiuſdem, patet, quia volitio eſt effectus poſterior.

¶ Secundo ſequitur, quòd ſi intellectus non eſſet, ſaltem quaſi productus ab anima, adhuc ipſa anima, poſſit quaſi producere voluntatem, quæ eſt poſterior intellectu, cum præſupponat ipſum. Et ſi intellectus, & voluntas eſſent realiter diſtincta ab anima, eſſent verè producta, ergo per propoſitionem Doc. qualis eſt ordo inter aliqua, vbi diſtinguuntur realiter, talis eſt, vbi ratione diſtinguuntur.

¶ Tertiò ſequitur, ꝙ pater in diuinis poſſet immediatè ſpirare Spiritum ſanctum, filio non genito. cum Spiritus ſanctus ſit poſterius productus.

¶ Quarto ſequitur, quòd pater poſſet generare filium, ipſa eſſentia prius non cognita, quia productio filij eſt poſterior cognitione eſſentiæ, vt ſupra patuit, & primo diſtin. 2. ſimiliter Spiritus ſanctus poſſet immediatatè ſpirari, eſſentia diuina prius non amata.

Proprietates perſonales pullulãt ab eſſentia diuina. ¶ Quinto ſequitur, quòd filius in diuinis poſſet eſſe prior patre. patet quia proprietates perſonales pullulant ab eſſentia, & in eſſentia diuina, vt patet à Doc. in primo d. 28. & ordinatè pullulant, ſic, quòd, proprietas patris primo pullulat, ſecũdò proprietas filij, tertio Spiritus ſancti. ergo ſequitur, quòd ſi per impoſſibile proprietas patris non pullularet, ꝙ adhuc proprietas filij poſſet immediate pullulare, & ſic filius eſſet prima perſona. Nec valet dicere, ꝙ propoſitio intelligitur de effectibus ordinatis realiter diſtinctis. Contra, quia qualis eſt ordo inter aliqua, vbi diſtinguuntur realiter.

Intellectus & voluntas ſunt idem realiter, differunt formaliter vel ex natura rei. ¶ Reſpondeo ad primum, primo quòd cognitio, & volitio non ſunt propriè effectus ordinati dependentes ab eadem cauſa, ſicut ponit concluſio, nam velle eſt à voluntate immediatè, & cognitio ab intellectu, quæ potentiæ & ſi non differunt realiter, differunt tamen formaliter, vel ſaltem ex natura rei. Dico ſecundo, quòd velle poſſet abſolutè produci, nulla cognitione præmiſſa. Si dicatur voluntas non fertur, niſi in præcognitum. Dico quòd aliud eſt loqui de velle abſolutè, & aliud de velle, prout terminatur ad obiectum, ſiue, vt dicit relationem ad obiectum, primo modo non præſupponit neceſſario cognitionem obiecti, ſed bene ſecundo modo, hæc diſtinctio patet à Doctore in ſimili q. 14. quolibet. Dico tertio, quòd cognitio obiecti, & ſi ſit effectus, prior tamen ponitur cauſa, ſaltem partialis volitionis, tenendo opin. illam. d. 25. ſecundi, propoſitio autem Doc. intelligitur de effectibus, quorum prior nullo modo eſt cauſa poſterioris.

¶ Ad ſecũdum dico, quòd ſi per impoſſibile anima non produceret intellectum, quòd poſſet producere voluntatem, poſito, quòd nec intellectus, nec voluntas ſint de eſſentia animæ, & ꝙ ſint quaſi effectus ordinati ab eadem cauſa. Si dicatur, quòd tunc voluntas poſſet elicere actum ſuum, intellectu non exiſtente. Dico, quòd licet eſſet in potentia remota ad eliciendum, nõ tamen in potentia propinqua, quia non elicit actum, niſi circa cognitum. requiritur ergo materia circa quã ſcilicet obiectum cognitum.

¶ Ad tertium Dico, quòd non apparet aliqua impoſſibilitas, quin poſſet ſpirare Spiritum ſanctum filij, generatione non exiſtente, quia illa nullo modo neceſſariò requiritur, vt patet ex multis dictis Docto.

¶ Ad quartum dico, quòd ſi notitia eſſentialis, & notitia genita ſint duæ notitiæ, vt quaſi effectus ordinati eiuſdem cauſæ, quòd non apparet inconueniens, quin poſſit produci ſecunda, circunſcripta prima. licet enim prius cognoſcatur eſſentia, quàm producatur filius, non tamen talis cognitio in aliquo genere cauſæ requiritur, vt patet à Doc. in primo d. 2. par. 2. q. 3.

¶ Ad vltimum, quod ad generationem filij neceſſariò requiritur ſuppoſitum patris, vt principium producens, quod, vt expoſui in primo diſt. 4. quæſt. 2. & alibi, licet enim filius ſit ab eſſentia, vt principio formali quo, tamen eſt à patre, vt à principio quod. *Filius eſt ab eſſentia, vt prĩcipio quo, à patre vt à principio quod.*

NOTA, quod obiecta ſecundaria producuntur in tali eſſe à memoria fœcunda, vt à cauſa remota, & ab actu intelligentiæ diuino, vt à cauſa proxima. de hoc vide quæ expoſui in primo d. 3. q. 4. reſpondendo ad quæſtionem.

¶ Ibi. in ſecundo tamen inſtanti naturæ poteſt aſſignari quidam ordo originis, quia prius origine pater intelligit lapidem, quam filius &c. Hic nota, quod tenendo prius origine per ſe illud, quòd eſt à ſe, & non ab alio, & quicquid habet, habet à ſe & poſterius origine quando habet ab alio. Si modo quæratur, an pater prius origine generet filium, quàm ſpiret Spiritum ſanctum, dico quòd non, exponendo prius origine, vt ſupra; quia tunc ſpiraret Spiritum ſanctum ab alio, & non à ſe. ſed loquendo de iſto priori originis, dico quòd in eodẽ priori originis generat filium, & ſpirat Spiritum ſanctũ. patet quia à ſe generat, & ſpirat. *Quid ſit prius origine.*

¶ Si iterum quæratur nonne pater in aliquo priori generat filium, in quo non ſpirat Spiritum ſanctum. Dico quòd ſic, & quod eſt illud prius, nõ origine vt patuit, non natura, quia in eodem priori naturæ completa eſt tota productio, vt patet ſupra. *Ordo naturæ quomodo accipiatur. Quõ pater dicatur prior natura filio.*

¶ Dico, quòd non habeo pro inconuenienti patrem prius natura generare filium: diſtinguo tamẽ de priori, & poſteriori naturæ. nam aliquando ordo naturæ accipitur inter quidditates, ita quòd vna quidditas ex ſua ratione formali præcedit aliam, & poteſt perfectè intelligi, alia non intellecta, aliquando accipitur ordo naturæ, vt eſt inter aliqua ſic, ꝙ vnum præſupponit aliud. licet illud aliud non poſſit intelligi perfectè, alio non intellecto, & hoc modo non habeo pro incõuenienti patrem dici prius natura filio. de hoc vide quæ expoſui in primo d. 1. q. 2. & d. 6. & 41. Tertio modo accipitur ordo naturæ, vt eſt inter aliqua ſic, quòd vnum præſupponitur alteri, & ſic præſupponitur, quòd licet ſecundũ rem non poſſit eſſe ſine poſteriori, poteſt tamen intelligi non intellecto poſteriori, & hoc modo poſſumus dicere, quòd generatio filij eſt prior natura ſpiratione, cum neceſſariò præſupponitur illi. Et quãdo Doc. dicit, ꝙ in eodem priori naturæ completur totus vnus ordo originis debet intelligi de priori naturę propriè, & primo modo, quod eſt, quod in eodem inſtanti naturæ, in quo eſſentia diuina eſt perfectè præſens in ratione obiecti intellectui paterno completur tota originatio perſonarum, & in ſecundo inſtanti naturæ obiecta ſecundaria, quæ eſſentialiter diſtinguuntur ab eſſentia, ſunt in intellectu eo modo, quo ſupra dixi. *Reſpondeo prioritas natura duobus modis ſumi põt aliquando vt eſt præſuppoſitio hui⁹ ab hoc tantum, & conuertitur cum prioritate originis, et ſic intellectus diuinus eſt prior voluntate, & pater prior filio. Alio modo prius natura eſt, à quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia hoc modo pater nõ eſt prior ipſo filio, imo ſimul natura bene ſequitur, eſt pater. ergo filius, eſt filius ergo pater.*

¶ Sed dubitatur, quia doctor dixit in primo, ꝙ aliquando ordo naturæ completur in primo ſigno originis. Sic debet intelligi, quòd ex quo eſſentia diuina eſt prior natura intellectione, & volitione, vt dixi, & ſic in primo inſtanti originis, quo ſcilicet pater habet à ſe quicquid habet completur talis ordo naturæ, quia in eodem inſtanti habet deitatem, & omnem perfectionem ſimpliciter, & hoc modo

totus

totus vnus ordo naturæ poteſt compleri in vno ſigno originis. Sed accipiendo ordinē naturæ, vt accipit Doct. vbi ſupra exponendo ſe quid intelligat per primum ſignum naturæ, & per ſecundū. in vno ſigno originis ordo naturæ. ſ. prioris & poſterioris natura modo præexpoſito à Doc. de priori, & poſteriori naturæ, non poteſt compleri, vt patet ex ſupradictis, & omnia iſta bene nota, & pondera.

¶ Ibi, ita dico in propoſito, quòd verbum eſſe notitiam infinitam genitam, eſt ipſum eſſe infinitam notitiam infinitę eſſentię, & hoc eſt per originationem ipſius à patre in primo inſtanti naturæ. Sed verbum eſſe notitiam lapidis.

¶ In hac litera ſunt aliqua notanda.

¶ Primo quomodo verbum dicatur notitia infinita genita, hoc expoſitum eſt in primo di. 10. vbi expoſui quomodo Spiritus ſanctus dicitur amor infinitus ſpiratus.

¶ Secundo eſt notandum in hoc, ꝙ dicit ipſum verbum dici notitiam infinitam genitam, eo quòd infinita notitia infinitę eſſentiæ. hoc poteſt dupliciter exponi. Primo, vt ſi notitia infinita genita, quia eſt originatiuè à memoria fœcunda formaliter infinita includēte eſſentiam formaliter infinitam. Secundo, quòd talis notitia infinita genita ſit verè expreſſiua memoriæ fœcundæ formaliter infinitæ, & hoc ex vi productionis ſuæ, vt patet à Doctore in primo diſ. 27. q. 2. Et non poteſt eſſe talis notitia ſic infinita, niſi per productionem à patre mediante memoria fœcunda, vt in principio formali productiuo, & vt ſic accipit eſſe ſimpliciter.

¶ Tertio nota, quòd verbum eſſe notitiam lapidis, vel habere notitiam lapidis à patre gignente, ſic debet intelligi, ꝙ aliquādo aliquid generatur ſecundum eſſe abſolutum, vt puta Franciſcus ſecundum humanitatem, Aliquando ſecundum aliquid ſibi adueniens, vt puta cū dicitur generatur Franciſcus Albus, quia albedo aduenit Franciſco iam præexiſtenti. ſic dico, cum dicitur filius in diuinis eſt notitia infinita expreſſiua eſſentię diuinæ formaliter infinitæ, eſt ipſum habere eſſe ſimpliciter per productionem, ita ꝙ ex vi talis productionis ſit ſic notitia expreſſiua, &c. Cum verò dico filius habet notitiā lapidis à patre, dico ipſum generari ſecundū quid, quia filio præexiſtenti ſuo modo aduenit notitia lapidis, & quòd ſit ſic expreſſiuus lapidis exiſtentis in memoria.

¶ Ibi. Et ſi arguitur contra iſtud hic Doct. arguit probando, quòd pater poſſit producere prius origine lapidem in eſſe cognito, quam filius illum producat, & probatio clara eſt.

¶ Ibi. reſpōdeo pater producit lapidem. Hic Docto. ſoluit inſtantiam contra, dicens, quòd eadem productione, qua pater producit lapidem in eſſe cognoſcibili, vel in eſſe cognito, & filius, & Spiritus ſanctus producunt, quia ex quo memoria fęcunda eſt ratio formalis producendi lapidem in tali eſſe, & eadem præintelligitur in tribus perſonis ante productionem lapidis, ideo tres perſonæ eadem productione producunt propter vnitatem principij formalis productiui, ſicut patet de patre, & filio, qui dicuntur eadem ſpiratione ſpirare Spiritū ſanctum, propter vnitatem principij formalis ſpiratiui exiſtentis in vtroque ante ſpirationem Spiritus ſanctus, vt clarè patet à Docto. in primo diſt. 12. quæſtio. 1. Et ſicut pater prius origine ſpirat, quia à ſe, & filius poſterius origine, quia virtutem ſpiratiuam habet à patre, ſic dico, quòd pater eadē productione prius origine producit lapidem in tali eſſe, quia à ſe habet principium productiuum lapidis, & filius poſterius origine, quia hoc habet à patre, & ſic nō ſequitur, quòd lapis ſit bis productus, vel poſtquam ſit productus iterum producatur.

Memoria fœcūda eadem præintelligitur in tribus perſonis.

¶ Ibi. Et ſi dicas ſaltem ante origine præintelligitur productus à patre. Vis huius argumenti ſtat in hoc, quia ex quo ſupradiximus, quòd filius dicitur generari ſecundum quid, propter cognitionem lapidis ſibi additam, videtur, quòd filius generet ſeipſum, patet; quia ſi filius eadem productione producit lapidem in eſſe cognito, qua, & pater, ergo eadē productione habet notitiā lapidis, & ſic producit ſeipſum in tali eſſe, quod videtur incōueniens, quia ſicut filius non poteſt producere alium filium, nec ſeipſum abſolutè, cum tamen habeat memoriam fœcundam, quia memoria fœcūda vt in patre pręintelligitur habere terminum adæquatū, ſic dico, quòd ex quo memoria fœcunda, qua pater producit lapidem in tali eſſe, vel filius in tali eſſe ſecundū quid. In primo inſtanti originis videtur habere terminum adæquatum, puta verbum ſic productum. ergo verbum tali productione non poteſt producere ſeipſum in tali eſſe, & ſic patet vis argumenti.

¶ Ibi reſpondeo, & dico, hic Doct. ſoluit inſtantiam, quæ ſolutio eſt ſatis clara & dicit, quòd licet aliquid non poſſit producere ſeipſum in eſſe ſimpliciter poteſt tamen producere ſeipſum in eſſe ſecundum quid, videlicet producēdo aliquid in ſe, quod prius non habuit, & ſic, licet filius non poſſit producere ſeipſum mediante memoria fœcunda ſecūdum eſſe ſimpliciter, vt patet, quia tunc eſſet antequam eſſet, poteſt tamen producere ſeipſum ſecundum quid: quia ſecundum aliquod ſibi adueniens, & ſic eadem productione, qua pater producit filiū in eſſe ſecundum quid, & filius ſimiliter producit ſeipſum in tali eſſe, licet poſterius origine, nec habeo pro incōuenienti, quòd hoc modo pater producat ſeipſum prius origine, quia producit in ſe notitiam lapidis.

An aliquid poſſit producere ſe ipſum.

Dico quòd, non in eſſe ſimpliciter, ſed benè in eſſe ſecundū quid.

¶ Ibi, Sed hoc non videtur ſufficerę. Iſta inſtantia clara eſt in litera, & ex his, quæ ſupradixi.

¶ Reſpondeo iſta propoſitio, &c. Aduerte, quòd hæc reſponſio non vadit contra dicta ſuperius de productione ſecūdum quid, ſed contra hoc, quòd filius non poſſit generare alium filium. ideo dicit Doc. quòd illa propoſitio non eſt abſolutè vera, niſi addatur. Ad hoc enim ꝙ hæc propoſitio ſit vera, ſcilicet, Potentia præhabens origine terminum adæquatum, antequā ſit in alio, non eſt illi alij principium producendi, requiritur, quòd addatur videlicet, quòd habēs illud principium communicatum non poſſit eſſe realiter ante terminum illum, quia ſi poſſet eſſe, poſſet eadem productione verè producere, vel oportet addi, quòd ab illo habente illud principium ille terminus non eſt ſecūdo producibilis, quia ſi terminus ille adæquatus eſſet ſecūdo producibilis poſſet ab habente tale principium verè produci. modo in productione ſimpliciter filij ita eſt, quòd filius habens eandem memoriam cum patre non poteſt eſſe prius realiter, quàm filius ſit productus, ſiue verbum, nec etiam eſt aliquod verbum producibile à verbo habente memoriam illam, & quare non poſſit eſſe aliud verbum à memoria fœcunda aſſignatur ratio à Doct. in quolibet. quæſtio 2. quia quando aliquid eſt communicabile in plura eiuſdem rationis, quantū eſt ex ſe poteſt eſſe in infinitis, niſi determinetur aliunde, & ſic ſi poſſent eſſe duo verba ita, & infinita, & ſi poſſent eſſe de neceſſitate, actu eſſent, & addit Doc. ibi, quòd ſic generatio filij eſt tantum vna, quòd ſi per impoſſibile illa non eſſet, nulla alia poſſet eſſe. vide ibi diffuſe.

An potētia generādi ſit in filio, vt eſt in patre Doctor ſubtilis, 7. diſt. primi ſent. q. 1. multa dicit. vnum tamē ad propoſitum reſolutè dicit. potentia generandi poteſt duobus modis concipi, vel pro materiali. vel pro formali, ꝑ materiali eſt in filio, ſed nō pro formali, declaro exēplo, accipio potentiā intellectiuam, hæc pōt dupliciter concipi primo ꝑ materiali, ſecundo pro formali hæc potētia pro materiali nihil aliud eſt, niſi ipſemet intellectus, pro formali, verò eſt quædam

¶ Ibi. Sed iſta reſponſio deſtruit poſitionē quandam, quæ ponitur à multis diſt. 7. primi. hæc litera clara eſt vſque ibi. quærēdo autem vltra, quare verbo habenti eandem memoriam cum patre non cōmunicatur ipſa memoria in ratione principij productiui.

relatio qua intellectus refertur ad ſuũ obiectũ, vt intelligibile, & ſic ꝓ formali eſt relatio, pro materiali eſt quid abſolutũ. Ad propoſitum potentia generandi pro materiali eſt memoria fecũda, et hæc eſt in filio, potẽtia pro formali eſt relatio, & hæc non eſt in filio, quia filius non poteſt producere aliũ filium.

ductiui, videtur, ꝙ opporteat probare per aliud, qui per terminum adæquatum rationi illius principij, vt in patre, & ideo Doct. in q.2.quoli.aliter probat quàm per terminum adæquatum vide ibi.

QVANTVM ad tertium articulum, q erat, ſi per impoſſibile poneretur vna perſona abſoluta, vtrum poſſit eſſe in ea perfecta cauſalitas reſpectu omniũ cauſabilium, dicit Doc.ꝙ ſi hoc poneretur per impoſſibile in tali perſona eſſet pfecta cauſalitas omnium cauſabilium, & hoc probat, quæ probatio eſt ſatis clara, & ſtat in hoc, ꝙ ex quo eſt eſſentialior ordo effectus poſterioris ad cãm, quam ad effectũ priorẽ, quia effectus poſterior non dependet eſſentialiter ab effectu priori, ſed tm̃ à cauſa ꝓducente illos effectus ordinatẽ, ſequitur, ꝙ ſi per poſſibile, vel impoſſibile circũſcriberetur effectus prior, adhuc effectus poſterior poſſet immediatẽ produci à tali cauſa, cũ tota rõ formalis ꝓducendi ſit in tali cauſa, circũſcripto effectu priori, ſic erit in ꝓpoſito, quia cũ natura Diuina ſit pfeciſſima rõ ꝓducendi plura ordinatẽ, ita ꝙ per prius eſt ratio ꝓducendi vnũ, & p poſterius aliud, per prius.n.reſpicit ꝓductũ ad intra, & per poſterius ꝓductũ ad extra, ſequitur, ꝙ ſi p impoſſibile nullũ eſſet productũ ad intra, adhuc natura Diuina eſſet pfectiſſima rõ producendi ad extra aliquid, patet, qa per circunſcriptionẽ ꝓducti ad intra non tollitur à natura Diuina, nec rõ formalis ꝓducendi ad extra, nec aliqd ptinens ad rõnẽ formalẽ ꝓducendi ad extra, ſi ergo per impoſſibile, vel impoſſibile natura Diuina eſſet tm̃ in vno ſuppoſito, adhuc ĩ illo ſuppoſito eſſet perfecta cauſalitas reſpectu omniũ cauſabiliũ iam in eſſe ſimpl̃r, quàm in eſſe ſecũdum quid.

¶Ibi, & ideo ſi arguatur iſta pſona non põt ꝓducere intra ſupple.i.poſito, ꝙ tm̃ ſit vna pſona, igitur nec extra, neganda eſſet conſequẽtia ab obligato ad antecedẽs, videlicet poſito, ꝙ aliqs admittat antecedẽs.ſ.ꝙ tm̃ ſit vna pſona in Diuinis, quæ nõ poſſet ꝓducere ad intra, adhuc ab illo neganda eſſet conſequentia, qa illa conſequentia tm̃ tenet per hanc ꝓpoſitionem. Potentia ad aliqd ꝓducẽdum extra, præſupponit productionẽ intra, quæ tamen propoſitio deſtruitur per hypoteſim, ſed per conceſſum, ꝙ illa vna pſona non producat ad intra ſequitur. Et ideo vr̃. ꝙ cauſalitas pfecta ex ſui rõne, inquantum dicit cõparationem ad productũ extra non requirat habitudinẽ ad productionem intra, licet idem fundamentũ neceſſariò ſit ratio, & cauſa vtriuſq; productionis, qa habitudo ad extra, licet de facto p̃ſupponat habitudinẽ ad intra, nõ tñ non p̃ſupponit illã, vt ſimpl̃r neceſſariò requiſitã ad ꝓductionem extra, cũ talis habitudo intrinſeca non ſit aliquo modo rõ formalis, nec aliquid pertinens ad rationem formalẽ principij ꝓductiui ad extra.

¶Ibi. Ex hoc vr̃. ꝙ Phyloſophi non poſuerũt habitudinem in eis. Hic Doc.confirmat, quod prius dixit, ſed ſi per impoſſibile non eſſet productio intra adhuc eſſet productio ad extra, qa Phyloſophi non poſuerunt eſſe neceſſariam habitudinẽ productionis extra ad productionem intra, patet, quia licet illi negarent productionem intra, conceperunt tamen productionem extra, vt patet.

AD quæſtionẽ igitur principalem. Nunc Doc. rñdẽdo ad principalem. q.dicit, ꝙ cauſalitas pfecta reſpectu omnium cauſabilium extra de neceſſitate eſt in tribus, & hoc reſpectu omnium cauſabilium in quocunq; eſſe cauſabili, ſiue ſimpliciter, ſiue ſm quid. Et ratio formalis aſſignata eſt prius in primo articulo, quia productiuo ad intra neceſſariò eſt prior productione ad extra, ſiue productione ſimpliciter, ſiue ſm quid, & in ꝓductione ad intra neceſſariò cõicatur perſonis productis eadem ratio formalis ꝓducendi ad extra, quæ eſt in ꝓducente.

Obiectio.

¶Occurrit tñ difficultas, vr̃.n.ꝙ productio obiecti ſecundarij ſit ſimpl̃r prior, ſaltem productione ſpiritus.ſ.ad intra, quia actio naturalis in eodẽ, præcedit actionem non naturalem, hoc patet de intellectu, & voluntate in eodem, quia intellectus cum agat de neceſſitate naturæ eſt prius operatiuus, q̃ voluntas, & ſimiliter prius productiuus, quàm voluntas ſit productiua, vt patet à Doc.in primo, diſtin.2.parte 2.q. 3. Cum ergo intellectus Diuinus de neceſſitate naturæ producat omnia obiecta ſecundaria in eſſe intelligibili, ſequitur, ꝙ prius producet illa, q̃ volũtas Diuina ſpiret Spiritũ ſanctum cũ ſpiret illũ merè liberẽ, licet neceſſariò nõ tñ per modum naturæ, vt probat Doc. in primo, diſt.10.

Solutio.

¶Reſpõdet Doc.in quolib. q.14.art.2. dicẽs ſic, ꝙ maior eſt vera, loquẽdo in eodem ordine ex parte termini, hic autem eſt alius ordo ex parte primi termini, & ſecundi, & ideo naturalis in vno ordine ſequitur nõ naturalem in alio ordine, prima.n. diſtinctio ordinum attenditur ex parte terminorum, ſecunda ex parte principiorum quantum ad modum principiandi, hæc ibi, vult dicere Doc.ꝙ ſi intellectus Diuinus, & voluntas Diuina compararentur ad terminum primũ, puta ad eſſentiam Diuinam, quæ cõicatur per modũ intellectus, & naturæ, vt in generatione filij, & per modũ voluntatis, & liberẽ, vt in ſpiratione Spiritus ſancti, tũc actio intellectus Diuini eſt prior actione voluntatis Diuinæ, quia ꝓductio filij eſt prior productione Spiritus ſancti. Similiter ſi accipiatur primus terminus perſona producta, productio intellectus Diuini eſt ſimpliciter prior productione Spiritus Sancti. Si verò intellectus Diuinus comparetur ad terminum ſecundum, ſiue ad obiecta ſecundaria, & voluntas ad terminum primum.ſ.ad Spiritum ſanctum, tunc non ſequitur, ꝙ maior ſit vera, cũ fiat comparatio alterius, & alterius ordinis. Si autem intellectus Diuinus comparetur ad obiecta ſecundaria, & ſimiliter voluntas Diuina ad illa eadem obiecta, tũc actio intellectus Diuini eſt prior actione voluntatis Diuinæ, quia actio naturalis comparatur ad actionẽ liberam in eodem ordine, &c. Sunt bene multæ aliæ difficultates in hac materia, quas relinquo exponendas, & pertractandas in quolib.quæſt.14.artic.2.

Quõ cõmunicetur eſſentia Diuina.

Nota & bene.

Quõ actio intellectus Diuini, ſit prior actione voluntatis Diuinæ.

AD argumenta principalia, vltimo loco reſtat ſoluere argumenta principalia, primo arguitur ſic à Doctore probando, ꝙ cauſalitas omniũ cauſabiliũ non ſit de neceſſitate in tribus, probat per autoritatem Ricardi de tri.lib.3.cap.16.Si tantum eſſet vna perſona, adhuc, &c. Reſponſio patet ex ſupradictis in tertio articulo.

¶Secũdo arguit ſic ꝓbando, ꝙ nõ poſſit eſſe vna cauſalitas in tribus, quia ex quo actio eſt ſuppoſiti, ergo plurium ſuppoſitorũ erunt plures actiones.

¶Rñdet Doc.ibi, ad ſecundum dico, dictum eſt in ſimili.diſt.12.quia ibi dictũ eſt, ꝙ vnitas actionis tm̃ ſumitur ab vnitate principij formalis agendi, quia ſicut tota perfectio actionis eſt à ratione formali agendi, vt ſupra expoſui in primo, diſt.1.q.2. rñdendo ad principalia argumenta, ita & vnitas actionis erit ab vnitate rõnis formalis agendi, & ex hoc probat Doc.in primo, diſt.12. ꝙ quàmuis pater, & filius ſint duo ſuppoſita ſpirantia, tñ in eis eſt tm̃ vna ſpiratio numero propter vnitatẽ formalis rõnis ſpirandi, quæ eſt eadem voluntas in patre, & filio, cum ergo in propoſito ratio formalis producendi ad extra in eſſe ſimpl̃r ſit tantũ vna in tribus ſuppoſitis, ſequitur, ꝙ tm̃ vna actione agent. Iſta etiam vnitas actionis, quæ ſumitur tm̃ ab vnitate principij actiui patet à Doct. in primo, diſt.4 q.2. vbi

Eadem difficultas eſt in primo, diſt. 20. an perſonæ ſint æquales in potentia.

vbi vult, quód hæc ſit primò vera, Deus creat, vt ly Deus non includit aliqui rationem incommunicabilitatis, hoc idem patere poteſt in 20. diſt. primi, vbi probat quomodo omni potentia ſit ſimpliciter eadem in tribus perſonis.

¶Tertio principaliter arguit Doc. ibi præterea ſicut ſe habet principium operationis ad principium, ita operatio ad operationem. Sed principium creationis eſt aliquid eſſentiale, quia commune tribus, & tale eſt prius aliquo modo notionali, ſiue perſonali, igitur, & actio actione.

In Diuinis eſſentialia ſunt in duplici differētia. vide primo q. quoli.

¶Reſpondet Doc. ibi ad tertium dico, & dicit, ꝙ eſſentiale eſt principium producendi ad extra tantum remotũ, & ad hoc, vt ſit ꝓpinquum, & proximum requiritur, vt ſit in tribus ſuppoſitis, & probat in ſimili, quia licet voluntas, ſiue anima ſit principium volitionis per voluntatem, non tamen eſt principium proximum, quia prius de neceſſitate, eſt prius principium intellectionis per intellectũ, ſic eſt in propoſito. Sed an hæc reſponſio concludat, vel nemo patet ex his, quæ ſupra dixi, reſpondendo ad illas inſtantias, quas feci reſpondendo ad quæſtionem principalem.

¶Deinde Doc. reſpondet ad duo argumenta facta ad oppoſitum, quibus probat, ꝙ cauſalitas omnium cauſabilium reſpectu cuiuſcunq; eſſe, de neceſſitate eſt in tribus ſuppoſitis, & quia videtur concludere in tertio articulo, vbi dixit, quód ſi per impoſſibile eſſet tantum vna perſona, adhuc in ea eſſet perfectiſſima cauſalitas reſpectu omnium cauſabilium, primum ergo argumentum eſt tale, perſonæ Diuinæ plus conueniunt, quàm ſubſtantia, & virtus in creatura, ſed iſta non poſſunt ſeparari in operatione, ergo nec ille.

Quod ſi per impoſſibile pater eſſet ſolus potuiſſet tñ creare mũdum, prima ratio eſt pater ſolus aut eſt productiuus creaturarũ, aut non, non eſt dicendũ, quòd nõ, q̃a omnis actiuitas habet rõnem perfectionis, & ideo ponẽda eſt in Deo, cum ſit productiuꝰ creaturarũ, vel per ſe, vel ꝑ ꝓductiones, non per ꝓductiones, quia illæ habent productionẽ ab ipſo, ergo a ſe.

¶Reſpondet Doc. ibi ad primum argumẽtum, quod concludit de facto, & littera clara eſt. Eſt tamen aliqualis difficultas in hoc, quod dicit, quòd ſubſtantia, & virtus minus conueniunt, quàm tres perſonæ, quia ſubſtantia, & virtus ſunt idem realiter, & perſonę ſunt diſtinctæ realiter. Dico, quòd facilis eſt reſponſio, quia eſt ſimpliciter maior vnitas perſonarũ in eſſentia Diuina, quàm cuiuſcunq; virtutis creatæ, ſiue potentiæ actiuæ, cum ſubſtantia, cuius eſt talis potentia actiua, Dico ſecundo, ꝙ fortè doctor loquitur nõ ſecundùm intentionem propriam, ſed ſecundùm opinionem dicentium, quòd potẽtia actiua realiter diſtinguitur à ſubſtantia, quia dicunt, quòd ſubſtantia non poteſt eſſe immediatum principium alicuius actionis, cuius oppoſitum probat Doc. in pluribus locis, præcipuè in quarto, diſt. 12. tenet. n. ipſe, ꝙ ſubſtantia ſit immediatũ principium producẽdi aliã ſubſtantiã, & tunc potẽtia ꝓducẽdi, & ſubſtãtia producẽs eſſent ſimpliciter eadem. Ideo ad probandũ, ꝙ cauſalitas omnium cauſabilium ſit de neceſſitate in tribus, ſumpſit media euidẽtiora, patet in primo articulo.

¶Secundo arguit ibi. Item bonitas Dei præſupponitur bonitati creaturæ, ergo productio productioni. i. quòd prius cõmunicatur bonitas Dei ad intra per productionem, quàm producatur creatura, quæ eſt bona per participationem.

Secunda ratio.

Creatio eſt opus omni potẽtiæ, omni potentia autem eſt in patre à ſe, non ab alio, ergo pater potuiſſet creare mundum.

¶Reſpondet Doc. ibi, ad ſecundùm dico, quòd procedit de facto, quòd productio præſupponit productionem non tamen, vt formaliter cauſam ſuã ſub ratione, qua eſt productio. i. quod, & ſi productio ad intra ꝓſupponitur productioni ad extra non tñ ꝓſupponitur, vt cauſa formalis productioni ad extra, nec, vt aliquid pertinens ad cauſam formalem productionis ad extra, accipiendo ſemper productionem ad intra ſub illa ratione formali, qua eſt productio, & non accipiendo productionem pro immediato fundamento, quia illud talę eſt ratio formalis producendi ad extra, & ſic finis quæſtionis.

Quæſtio Secunda.

An Deus poſſit aliquid creare.

Scotus ſecundo ſent. diſt. 1. q. 2.
Seraphicus Bonauentura *2. ſent. diſt. 1. q. 2.*
D. Thomas parte prima ſummæ. q. 45. art. 2. & 2. ſen. diſt. 1. art. 2. & cõtra Gentiles. Lect. 2. c. 16.
Durandus 2. ſent. diſt. 1. q. 1.
Franciſcus de Mayronis 2. ſent. diſt. 1. q. 2.
Gabriel Biel 2. ſent. diſt. 1. q. 3.
Antonius Andreas. 2. ſent. diſt. 1. q. 2.
Gullielmus Vorlingon. 2. ſent. diſt. 1. q. 1.
Aegidius Romanus pars prima, diſt. art. 4.
Dionyſius Carthuſianus. 2. ſent. diſt. 1. q. 2.
Thomas de Argentina 2. ſent. diſt. 1. q. 1.

QVAERIT Doctor. Vtrum Deus poſſit aliquid creare. Titulus q̃onis intelligitur de creatione propriè dicta, quæ eſt de nihilo ad aliquid, vt ly nihil, duratione præcedit ipſum eſſe ſiue, q̃ eſt cũ nouitate effectus, & ꝙ ſic intelligitur titulus. q. patet rñdẽdo ad q̃onem.

¶Rñdeo, creare eſt aliquid de nihilo producere in effectu. Hic Doc. primo exponit qđ intelligatur p creare. Et primo de nihilo, exponit p ly de q̃uo intelligatur, ꝓ quo nota, ꝙ ly de nihilo, põt multipliciter intelligi, primo materialiter. ſ. an de nihilo, tanq̃ de materia poſſit fieri aliqđ, ita ꝙ ly nihil ſit cauſa materialis, & itrinſeca illius, vel materialiter ſic intelligendo, ꝙ. a. nõ poſſet fieri, niſi agẽs, prius ꝓſupponat nõ eſſe ipſius. a. nõ, ꝙ ly nõ eſſe, ſit cauſa intrinſeca, ſicut ẽt expoſitũ eſt i 1. diſt. 2. par. 2. q. 4. exponẽdo opin. Hẽrici, ſicut ẽt expoſui in 1. diſt. 3. q. 6. declarãdo illud q̃uo intellectus agẽs producit ſpeciẽ intelligibilẽ de fantaſmate, ſiue ly de accipiatur materialiter, ſiue virtualiter, ſecũdo ly de nihilo põt intelligi effectiuè, i. ꝙ ly nihil, efficiat aliqđ, ſicut ẽt expoſui, ly de aliquo, in 1. diſt. 3. q. 6. vbi expoſui q̃uo intelligitur, ꝙ intellectus agens de fantaſmate ꝓducit ſpeciẽ itelligibilẽ, accipẽdo ly de, virtualiter, ſiue effectiuè, tertio ly de nihilo, poteſt accipi, vt dicit ordinẽ. i. an poſt nihil poſſit fieri aliquid, Primis duobus modis nõ põt accipi, vt patet intuenti, ſed bene tertio modo, & iſta eſt q̃o an. ſ. Deus poſſit ꝓducere aliqđ de nihilo. i. an poſſit ꝓducere aliqđ, ꝙ prius fuit nihil, Ita ꝙ ly nihil ꝓcedat eſſe illius. Deinde addit Doc. qđ vt ly nihil, notat ordinem, põt dupliciter intelligi, aut ꝙ ly nihil præcedat eſſe duratione, aut ꝙ tm̃ præcedat in aliquo priori naturæ, & iſto ſecundo modo cõcedunt Philoſophi Deũ poſſe creare, & aliquid de nihilo producere, vt patet per Auic. 6. Metha. cap. 2.

Declaratio illius ꝓpoſitionis de nõ eſſe.

De nihilo poteſt multipliciter intelligi, vide Alexandrũ Aleſem prima parte ſũma q. 42. art. 2. & D. Bona. primo ſent. diſt. 5. q. 2. bene declarantes.

De nihilo poteſt accipi duobus modis.

Vt nihil notat ordinẽ poteſt dupliciter intelligi.

¶Ibi, & intelligo iſtud de prioritate naturæ, hic dicit Doc. ꝙ prius natura põt dupl̃r accipi, primo poſitiuè q̃n. ſ. ipſum prius ineſt alicui, ꝙ tũc eſt q̃n prior eſt entitas eius, q̃ illa, quæ dr̃ poſterius natura ineſſe illi, ſicut eſt de aïali, & rõnali in homine, quia prius natura poſitiuè animal ꝓcedit rõnale. Et de iſto priori naturæ, vide quę prius expoſui ſuper diſt. 3. q. 1. tertij Doc. ſecundo, prius natura accipitũ priuatiuè, ꝙ. ſ. prius actꝰ nõ ineſt illi entitati, cui dr̃ primo cõuenire. Sed ineſſet, niſi p aliud impediretur, ſicut ſi dicat̃ in materia prius naturaliter eſſe priuatio, q̃ forma, non ꝙ iſta duo ſint ſimul in materia, ſed priuatio pro tanto põt dici prior natura, quia ſemper ineſſet materiæ, niſi in illo inſtanti, quo ſibi ineſſet reciperet formam ab aliquo agente, ad

Prius natura põt intelligi duobus modis.

Quomodo priuatio ſit prior natura ipſa forma.

te. ad habendum ergo priuationem ſufficit ſola materia cum negatione cauſæ extrinſecæ. ad habendū autem formam requiritur cauſa extrinſeca, quia in materia non eſt cauſa intrinſeca formæ producendæ; vt habet ſubtiliter videri infra diſt. 18. Ibi ita intelligo in propoſito, ꝙ creatura non habet ex ſe non eſſe, nec habet ex ſe eſſe, &c. dicit Doc. in iſta litera, ꝙ creatura non habet ex ſe eſſe. ſ. formaliter, nec habet de ſe non eſſe formaliter. Et aliqui exponunt de ſe eſſe exiſtentiæ, & dicunt, ꝙ eſſe exiſtentiæ non includiť in ratione formali creaturæ, & ſimiliter non eſſe exiſtentiæ, quia tunc creatura non poſſet eſſe. Sed iudicio meo non rectè intelligunt Doct. ſi tm̄ intelligāt de eſſe exiſtētiæ, vt patet à Doct. in primo. diſ. 36. & 43. & infra in reſponſione ad quæſtionem. dico enim, ꝙ creatura non habet de ſe eſſe formaliter, nec eſſe eſſentiæ, nec eſſe exiſtentiæ, ita ꝙ in ſua ratione formali includat eſſe eſſentiæ reale, & eſſe exiſtentiæ, quia haberet eſſe à ſe, ſi enim tale eſſe formaliter includeret, neceſſariò eſſet à ſe, immo ſi de ſe formaliter includeret eſſe eſſentiæ de facto, includeret de ſe eſſe exiſtentiæ, cum eſſe eſſentiæ non diſtinguať ab eſſe exiſtentiæ, vt patet à Doct. præſenti diſt. q. præſenti. & diſt. 36. primi. & di. 63. Eſt ergo ſic imaginandum, ꝙ omnis creatura ab æterno habuit eſſe intelligibile, ſiuè eſſe cognitum, in quo eſſe fundatur eſſe poſſibile, vt patet à Doct. in 1. d. 36. & 43. & tale eſſe dř aliqñ eſſe quidditatiuum, aliqñ eſſe eſſentiæ, nulla tñ creatura in tali eſſe aliquid reale dicit, & omnes creaturæ, vt includunt tale eſſe ſm̄ q̄d, per ſe adinuicem diſtinguunť, & ordinatè per ſe ponunť in prædicamentis, hoc etiam modo indiuidua dñr eſſe in prædicamento, vt patet à Docto. in præſenti diſt. q. 3. & omnis creatura, vt ſic tm̄ produciť per actum intellectus diuini, vt ſupra dixi in 1. q. eſſe, aut eſſentiæ reale, quod nullo modo realiter, nec fortè formaliter poſitiuè eſt diſtinctum ab exiſtentia, tm̄ contingenter producitur ab actu voluntatis diuinæ. Dico ergo, ꝙ creatura in tali eſſe diminuto non habet ex ſe eſſe formaliter modo præexpoſito, nec eſſe realis exiſtentiæ, nec eſſe realis eſſentiæ, nec etiam habet formaliter non eſſe realis eſſentiæ, nec realis exiſtentiæ, quia ſi negatio talis eſſe includereť formaliter in creatura, vt habet eſſe cognitum, tunc eſſet impoſſibile ipſam creari poſſe, ſicut dicimus, ꝙ homo nō eſt formaliter albus, nec formaliter nō albus, nam ſi eſſet non albus formaliter. i. ꝙ ſi non eſſe album, includeretur formaliter, ſiuè quidditatiuè in homine, nunquam homo per quamcunque potentiā poſſet fieri albus. Et ſi dicať, habere eſſe de ſe formaliter, & habere non eſſe de ſe formaliter, contradicunt, ergo alterum verificatur de creatura. Dico, ꝙ iſta non ſunt contradictoria: eo ꝙ aliquid negať in prima, q̄d affirmať in ſecūda, quia in prima negatur ly habere eſſe, in ſecunda verò affirmať habere, & negatur eſſe. Sed iſta benè contradicunt a. aut habet de ſe formaliter eſſe a. nō habet de ſe formaliter eſſe, & ſecunda eſt vera, quia tunc ſenſus eſt, ꝙ eſſe de ſe non includitur formaliter in creatura, & ſimile patet à Scoto in primo, diſt. 4. q. 1. in reſpōſione ad principalia argumenta, & diſt. 2. par. 2. q. 1. & diſt. 28. & ſic patet iſta litera.

Quomodo creatura nō habeat ex ſe non eſſe.

Quomodo omnis creatura ab æterno habuit eſſe cognitū. quod eſſe cognitum nil aliud dicit, quàm illam creaturam poſſe produci ad extra. quādo Deus voluerit; de hoc habetur diſt. 43. primi.

Opinio Egidij Romani. quol. 6. q. 4.

¶ Pro iſta opinione ſic intellecta hic recitatur vna ratio Egidij de Roma quolib. 6. q. 4. qua probat, quòd Deus poteſt immediatè producere aliquid de nihilo, quia minus præſupponit in agendo, &c. Et litera clara eſt.

¶ Ibi, iſtam rationem adducunt aliqui ad ſecundū membrum, prout denotat ordinē durationis. Sed ibi omnino non valet, quia ſi Deus nihil præſupponit in producendo, de quo producat, non tamen ſequitur, quòd poſſit producere nouum ſic, ſicut nec de natura, & arte ſequiť ex virtute argumenti, quòd quia natura non præſupponit in actione ſua ens in actu, igitur poteſt producere aliquid omnino nouum ſecundum eſſe in actu, non ſequitur.

Nota ibi, ſicut nec de natura, & arte. Aliq exponunt ſic, ꝙ non ſequitur, ſi natura nihil præſupponit in actu, ꝙ pōt producere de nouo aliquid in actu, dicunt, ꝙ ex hoc non ſequiť, quia materia eſt ens in actu, & nō poteſt produci à natura, ſed credo, ꝙ iſta expoſitio ſit nulla, cum ipſa materia præſupponať actioni naturæ, ſed vt dicit Doct. abſolutè non ſequiť, ex vi argumenti: non præſupponit ens in actu, quod eſt ipſum compoſitum, ergo poteſt producere ipſum compoſitum omnino de nouo, nō ſequiť, quia ſi natura fuiſſet ab æterno, & benè diſpoſita, ac nullo modo impedita ſtatim produceret effectum in actu, & ſic non produceret omnino de nouo.

Materia præſupponitur actioni naturæ.

¶ Ibi, ſed nec ad iſtud primum membrum valet. dicit Doct. ꝙ argumentum Egidij, non valet etiam ad primum membrum. ſ. vt ly nihil tm̄ naturæ præcedit, quia ſm̄ philoſophū quæcunque intelligētia eſt agens ſuperius, quàm agens naturale, & per conſequens in agendo minus præſupponit ſm̄ iſtos, q̄ agens naturale, & tamen non conceditur conſequēter ab eis. ſ. ꝙ poſſit ab æterno producere de nihilo. Et quod dicit de intelligentia, ꝙ non poteſt creare, licèt hic hoc ſupponat pro certo, ſubtiliter tamen probat in quarto, diſt. 1. q. 1. vbi pertractat opinionem Auiben. de iſta materia, quàm ibi improbat.

Contra Egidium.

¶ Ideo aliter arguo ad iſtud membrū ſic, hic Doc. oſtendit quomodo Deus poteſt aliquid producere de nihilo, vt ly nihil tm̄ natura p̄cedit, & arguit ſic, Deus poteſt immediatè aliquid cauſare, hoc eſt nulla ſecunda cauſa in quocunq; genere cauſarum cōcurrente. ergo pōt creare, & aliquid de nihilo facere: antecedens eſt manifeſtum, quia Deus eſt primū efficiēs, vt probauit d. 2. primi. par. 1. q. 1. ergo ſi aliquid nō poteſt immediatè facere: ergo nec mediatè, patet; quia ſi produxit a. mediatè oportet, ꝙ illud ꝙ mediat ſit productum, aut ergo immediatè à primo efficiente, & habeť propoſitum; aut mediante aliquo alio, ſi mediate: ergo illud, ꝙ mediat erit productum à primo efficiente, vel aliter erit proceſſus in infinitum, vel oportebit ſtare ad aliquod, ꝙ erit immediatè productum. conſequētiam probat ſic. Scilicet, ꝙ poſſit illud producere ex nihilo, quia ſi poteſt efficere aliquid, immediatè igitur illud non habet eſſe ex ſe neceſſarium formaliter, & habet eſſe à cauſa, igitur habet eſſe poſt non eſſe ſecundum intellectum huius membri: hæc litera patet de ſe.

Quomodo Deus poſſit producere aliquid de nihilo.

Deus eſt primū efficiens.

¶ Contra illud, quòd dicit Doct. illud non habet eſſe ex ſe neceſſarium formaliter, & habet eſſe à cauſa. In hoc enim videtur ſibi contradicere, ponendo primam cauſam ad intentionem Auicennæ de neceſſitate cauſare effectum immediatum, puta ſecundam intelligentiam: nam dicit ſupra in primo. di. 2. par. 2. q. 3. quòd intelligentia ſecunda, ſi eſſet cauſata de neceſſitate à prima cauſa, tunc eſſet ex ſe formaliter neceſſaria. hoc idem dicit in eodem primo, diſt. 8. q. vlt. & hic dicit, quòd tale cauſatum non habet eſſe ex ſe neceſſarium formaliter.

Obiectio.

¶ Reſpondeo, ꝙ nulla eſt hic cōtradictio, ſi Doct. rectè intelligatur: nam intelligentia ſecunda nō includit in ſuo cōceptu quidditatiuo eſſe à ſe, ſiuè realis eſſentiæ, ſiuè realis exiſtentię, ꝙ patet à Doct. d. 8. q. vlt. primi declarando poſitionē Auicennæ, quomodo neceſſariò cauſatū dicať poſſibile, vbi ſic dicit. Auicenna autē vř ſtatim contradicere ſibi ipſi, ponendo illud neceſſarium eſſe poſſibile, quia tunc neceſſarium non neceſſariò cōparatur ad illud, Sed arguitur pro Auicenna: ſi eſt ab alio, ergo in conceptu quidditatiuo eius non cadit eſſe: ergo eſt de ſe poſſi-

Solutio.

poſſibile eſſe, & non exiſtens, ſicut humanitas nõ eſt de ſe vna, nec plures, conceditur de iſto modo poſſibilitatis, quæ ſ. poſſibilitas non eſt, niſi ꝙ ordine naturæ hoc eſt capax huius, & non eſt illud quidditatiuè. ſ. ex ſe. hæc Scotus ad literam. ex quo ergo cauſatum neceſſariò non includit tale eſſe quidditatiuè, ſequitur, quòd nec ſic includat neceſſitatem cõſequentem huiuſmodi eſſe. & ſic intelligit Doct. in iſto ſecundo, quando verò dicit in primo, diſt. 2. ꝙ eſt ex ſe formaliter neceſſe eſſe ſic debet intelligi, ꝙ illa entitas cauſata à prima includit formaliter neceſſitatem, puta tanquã gradum intrinſecum, ſicut dictum fuit ibi de verbo, quod eſt ex ſe formaliter neceſſe eſſe, ideſt quòd includit in ſe formaliter eſſentiam diuinam, quæ formaliter eſt neceſſe eſſe. Et ſic patet quomodo ſibi non contradicit.

Nota & bene.

Ad rationẽ Ariſto. nunc negandum eſſet illud fundamentum, ꝙ Deus ad extra agat neceſſariò, quia agit merè cõtingenter, ſiuè agat mediatè, ſiuè immediatè.

DE ſecundo membro, prout ly de nihilo dicit ordinem durationis negatur communiter creatio à philoſophis: quia dicunt philoſophi, ꝙ Deus non poteſt pducere aliquid de nihilo, ita ꝙ ly nihil pcedat duratione. volunt enim, ꝙ prima cauſa quicqd producit immediate, ꝙ de neceſſitate naturæ producat, & ſic tale productum erit ſimpliciter neceſſariũ, vt patet à Doc. in primo, d. 2. par. 1. q. 1. & di. 8. q. vlt. & q. 7. quolib. omne autem neceſſarium apud philoſophum. 9. metha. tex. com. 17. & primo cœli, & mundi. t. c. 138. eſt ſempiternum, & econtra. & ſic non poteſt aliquid produci immediatè de nouo à prima cauſa. Et ſi dicatur nonne Ariſt. 16. de animalibus ponit intellectũ venire de foris, & immediatè eſſe à Deo. Et Doct. in d. 43. q. 1. ar. 2. quarti dicit, ꝙ Ariſt. ponit intellectum immediatè accipere eſſe à prima cauſa, & nouum eſſe, ergo non videt mens Ariſto. ꝙ omne productum immediatè à Deo ſit ſempiternum. de hoc vide quod dicit Doctor in quarto vbi ſupra. exponendo mentem Ariſtotelis.

¶Ibi. Sed contra iſtud hic Doct. intendit probare contra philoſophos, ꝙ etiam immediatè productum à prima cauſa nõ ſit ſempiternum. Et ſupponit vnum probatum ab ipſo in primo. diſt. 2. par. 1. q. 1. & diſt. 8. q. vlt. & 39. & 42. primi. & 7. q quolib. videlicet, ꝙ prima cauſa cauſat omnia, quæ ſunt ad extra merè contingenter. Et ex hoc ſequitur, quòd non neceſſariò; & per conſequens nec ſempiternũ, quia philoſophus 9. metaph. t. c. 17. videtur concedere omne neceſſarium eſſe ſempiternum, & econtra. idem etiam videtur innuere primo cœli. tex. com. 102. 103. & 138. contra Platonem, qui cõceſſit aliquid ſempiternum eſſe, & tamen poſſibile eſſe.

¶Sed inſtabis huic rationi. Hic Doct. intendit probare, ꝙ non ſequatur. ſ. ꝙ ſi Deus vult immediatè, & contingenter, quòd poſſit illud velle de nouo, quia probatum eſt in primo diſt. 8. q. vl. quòd Deus contingenter ab æterno vult a. & tamen non poteſt de nouo non velle a. quia tunc eſſet mutabilis. hoc idem in 39. di. & 45. in qua oſtendit, quòd quicquid vult æternaliter, & ab æterno vult.

Quomodo nouitas ſit ex parte producti, non autem producentis.

¶Ibi. Reſpõdeo nouitas poteſt eſſe in productione diuina propter nouitatem producti, licet non ſit nouitas in producente. Sed circa velle non poteſt eſſe nouitas, vel mutatio ex parte voliti, ideſt quòd nunquam poteſt eſſe aliquid aliter volitum, quàm prius à voluntate diuina, niſi ſit aliqua nouitas ex parte actus volendi, quia actus volendi idem, & eodem modo ſe habens non poteſt eſſe alicuius noviter voliti volitum enim nõ habet eſſe volitũ, niſi per actum volendi, & ita non eſt nouum in eſſe volendi, niſi per nouum actũ volendi. dicit ergo Doc. quòd licet eſſe cauſabile à voluntate diuina ſit ab æterno volitum, ita quòd de nouo non poteſt eſſe volitum, non tamen ſequitur hoc de cauſatione, quia temporaliter poteſt cauſari.

¶Ibi. Sic igitur vr̃ aliqualiter ſequi, ꝙ ſ. Deus poſſit aliquid contingenter cauſare, ꝙ etiam poſſit cõtingenter cauſare aliquid nouum, quia ſi ſm Auicen. poteſt contingenter cauſare aliquid ſempiternum, multo magis poteſt contingenter cauſare nõ ſempiternum, quia ſempiternum vr̃ magis habere rationem neceſſarij, quàm non ſempiternum, & magis rationem in cauſabilis. Sequitur, quod enim oporteret cauſatum eſſe ſempiternum, vr̃ ſequi ex neceſſitate cauſationis, vel ex immutabilitate ipſius cauſalitatis, quorum neutrum infert ſempiternitatem. igitur poſſibilis eſt nouitas inferri, non enim valet formali conſequentia; cauſa eſt ſimpliciter immutabilis. ergo non poteſt aliquid de nouo cauſare, quia cum immutabilitate cauſæ poteſt ſtare nouitas effectus, vt patebit reſpondendo ad primum argumentum principale. Nec ſimiliter ſequitur, Deus cauſat neceſſariò. ergo cauſatum eſt ſempiternum. Et dicunt aliqui, ꝙ conſequentia eſt bona, ſed tam antecedens, quàm conſequens eſt falſum, de antecedente patet, quia iſta repugnant, ꝙ aliquid cauſetur, & neceſſariò, vt patebit quæſtione ſequenti. Sed quomodo conſequens ſit falſum, nõ oſtenditur ab eis, immo videtur, ꝙ ſi Deus cauſat a. neceſſariò, ꝙ ipſum a. ſit neceſſe eſſe, & ſi a. eſt neceſſe eſſe a. erit ſempiternum. Aliter non eſſet neceſſe eſſe. Poſſet ergo dici primo, ꝙ quando Doct. dicit, ꝙ neceſſitas cauſationis non infert cauſatum eſſe ſempiternum, quod poteſt ſic intelligi in propoſito, quia Deus nõ cauſat neceſſariò. ideo non ſequitur neceſſariò ſempiternitas effectus, & ſic ſit iſta conſequentia, quia Deus non cauſat aliquem neceſſariò, ideo ex neceſſitate cauſationis non poteſt ſequi ſempiternitas effectus, cum talis neceſſitas cauſationis nullo modo ſit in Deo. Secundo poteſt dici, tenendo illud antecedens, ꝙ Deus cauſet neceſſariò, ꝙ adhuc non ſequitur, quia comparatur ad effectum mediatè, etiã ſm philoſophos cauſat neceſſariò, & tamen effectus erit nouus. Si etiam cõparatur ad effectum immediatè, adhuc erit nouus. patet de anima intellectiua, quæ per philoſophũ 16. de animalibus. immediatè cauſatur à Deo, & non neceſſariò. Si dicatur, quòd ſi cauſatio animæ eſt neceſſaria, ergo, & ipſa anima habet neceſſe eſſe. Reſpondeo, ꝙ cauſatio neceſſaria eſt duplex. Quædam eſt ſimpliciter abſoluta, quæ non ſit ex præſuppoſitione alterius. Alia eſt, quæ ſit præciſè ex aliquo pſuppoſito, & hoc ſecundo modo anima neceſſariò cauſatur, quia in eodẽ inſtanti, quo corpus eſt organizatum neceſſariò anima infunditur à Deo. Dico etiam, ꝙ anima intellectiua non immediatè cauſatur à Deo alia cauſatione, qua cauſatur, & corpus organizatum, ita ꝙ cauſatio Dei in aliquo priori terminetur ad eſſe ipſius animæ, ideo non dicitur abſoluta neceſſitate cauſari. & de hoc vide Doct. in quarto, diſt. 3.

Deus non cauſat neceſſariò.

Cauſatio neceſſaria eſt duplex.

QVAMVIS Doc. expreſſè dicat, ꝙ nihil poteſt eſſe volitũ de nouo à voluntate diuina ſine nouitate actus volendi, vt patet in primo diſt. 8. q. vlt. & diſtin. 39. & 45. & præſenti diſt. Aliqui tamen nituntur ex aliquibus dictis Docto. ſaluare, ꝙ aliquid poteſt eſſe de nouo volitum, qui ſic dicunt. Tamen cum ſupportatione tãti viri, & ſaluo ſemper meliori iudicio, & in omnibus me ſubmittendo ſacroſanctæ eccleſiæ determinationi, necnon dictis ſanctorum occurrunt mihi multæ dubitationes, ex quibus fortè non videretur ſequi inconueniens aliquid eſſe de nouo volitum à voluntate diuina nulla penitus mutatione facta in ipſo actu volendi, quę dubitationes ſumuntur ex dictis Doct. in diuerſis locis.

Modeſtè loquitur ipſe vir.

PRIMA ergo dubitatio eſt, quia Doctor in primo diſt. 39. dicit, ꝙ ſicut voluntas diuina contingenter vult, puta Franciſcum fore, ita ſtat ſemper in tali

tali cõtingentia. Nam in eodem inſtanti, quo elicit actum, ſiuè ipſum velle poteſt nõ elicere, quia ſemper voluntas diuina, etiam quando actum elicit, intelligĩt prior ipſo actu, vt ẽt patet à Doct. in 1.d.39. & in iſto 2.di.25. Et quia ſemper elicit, ideo ſemper intelligĩt ſic prior, ꝙ poteſt nõ elicere, nõ enim eſt intelligendum, ꝙ ſic ab ęterno voluerit, ꝙ etiã nunc non velit, immo ſicut ab ęterno voluit, ità, & nunc vult, & ſi ſic vr̃, ꝙ poſſit velle oppoſitum. & ſi ponatĩ in eſſe, ꝙ velit oppoſitũ, tunc ſequitur, ꝙ poſſit velle de nouo, & tñ non eſt dicendum, ꝙ ſit nouitas in tali velle. Et licet dictum Doct. ſic exponatur, ꝙ qñ vult contingenter a. & ſemper ſtat in tali actu contingenti ſic exponitur, quia qñ actu vult, pro quocunque inſtanti ſemper poteſt velle oppoſitũ, quia, vt ſic voluntas intelligitur prior actu volendi. Sed poſita prima determinatione nõ poteſt velle oppoſitum, & ideo non ſequitur. Deus vult Franciſcum ſedere, & poteſt velle ipſum nõ ſedere, modò poſſibili in eſſe poſito nullum ſequitur impoſſibile, ponatĩ ergo in eſſe, nõ ſequitĩ, quia poſita prima determinatione, qua vult ipſum ſedere, non poteſt poni alia determinatio, qua velit ipſum non ſedere, & de hoc vide, quæ notaui ſuper primo Doc.d.39. Quicquid tamen ſit eſt valde difficile credere, ꝙ volũtas nõ poſſit velle oppoſitum, nulla facta mutatione in actu volendi, quia ſi ponatur ſm aliquos potentia exequutiua in Deo ſine mutatione aliqua in tali potentia poteſt aliquid cauſari de nouo, ꝙ prius non cauſauit. Non enim credo aliquid mutari ex hoc ſolo, ꝙ habet aliquem reſpectũ rationis, quem prius non habuit, vel ꝙ non habeat reſpectum rationis, quem prius habuit, non enim actus intelligendi diuinus diceretur mutari pp alium, & alium reſpectũ rationis. Vnde Ocham in ſuo centiloquio non habet pro inconuenienti, ꝙ intellectus diuinus nunc incipiat ſcire aliquid, quod prius neſciuit, & ꝙ nũc deſinat ſcire aliquid, quod prius ſciuit. Sic pariformiter dico, ꝙ fortè non videtur impoſſibile, ꝙ voluntas diuina nunc velit Antichriſtũ non fore, quẽ tamen prius voluit eſſe, & hoc ſine ſui mutatione, quia ſemper remanet idem actus voluntatis diuinę, vt idem ſibi, licet in eo poſſit eſſe alius, & alius reſpectus, ſiue alius, & alius tranſitus ſuper creaturam, ſicut enim voluntas diuina eodem velle ſemper immutabiliter ſe habente poteſt velle mille obiecta, q̄ velle dicũtur habere eſſe volitum, & tñ nõ ſequitur mutatio in voluntate diuina; quia tm̃ ſunt ibi alij, & alij reſpectus, ſiue aliæ, & aliæ tranſitiones ſuper obiecta cognita, ſic videtur, ꝙ manente eodem velle circa idẽ obiectum cognitum poſſit poni aliud, & aliud volitũ, nulla facta mutatione in actu voluntatis diuinæ, non enim videtur ſequi abſolutè, vult hoc, & prius noluit: ergo mutatur, non ſequitĩ, quia eodem actu, quo vult hoc eſſe, prius voluit hoc non eſſe. Poſito enim, ꝙ in me eſſet vnica intellectio, qua intelligo omnia intelligibilia in inſtanti a. non intelligo b. & in alio inſtanti intelligo illud eodem actu, tantum ſequitur, ꝙ actus intelligendi nunc terminatur ad b. ad quod prius non terminabatur. Et patet, quòd alia, & alia terminatio in actu manente eodem nullam facit mutationem.

Voluntas diuina ſemper eſt prior ipſo actu.

Nouiter agere eſt dupliciter, vno modo ex noua cauſatione agentis, & ſic tale agens verè mutatur, alio modo ex noua approximatione paſſi, & ſic agens poteſt de nouo agere ſine ſui mutatione. vide hũc authorẽ in primo, diſt.39.

Prædeſtinatum in ſenſu compoſito poſſe dãnari non eſt verũ nec poſſibile. in ſenſu diuiſo eſt poſſibile poſſe damnari. in ſenſu cõpoſito nil aliud eſt, ꝙ prædeſtinatum, vt prædeſtinatum poſſe ſimul eſſe dãnatũ in ſenſu cõpoſito ſ. vnionis. prædeſtinatũ in ſenſu diuiſo, nil aliud eſt: niſi prædeſtinatum poſſe cadere à ſua prædeſtinatione & dãnari. hoc autem eſt poſſibile. Vel dicamus quòd prædeſtinatus ex parte ſui poteſt damnari, ſed ex parte prædeſtinãtis. ſ. Dei, minimè.

SECVNDA dubitatio eſt, quia Doct. in primo diſt.40. & communiter alij Doct. expreſsè dicunt, ꝙ prædeſtinatus poteſt damnari in ſenſu diuiſo, & tunc eſt ſenſus, ꝙ ille, qui nunc eſt prędeſtinatus poteſt damnari, puta cras, licet dicat ibi, quòd hoc eſt in ęternitate, quia in eodem inſtanti æternitatis, quo vult Petrum prædeſtinare poteſt velle oppoſitum, vt diffusè expreſſum eſt in primo, diſt.39. Non video tamen, quin Deus ſi vellet poſſet nunc Petrum damnare ſine ſui mutatione, vt infra dicam.

TERTIA dubitatio eſt, quia Doct. in primo, diſt.44. & in ſecundo, diſt.7. declarando de potentia Dei ordinata, & abſoluta. Ibi dicit, ꝙ facere aliquid de potentia Dei abſoluta eſt facere contra legem prius determinatam, & quod poteſt facere contra illam legem, niſi fortè exponatur, quòd pro illo inſtanti quo ordinauit aliquam legem, oppoſitum potuit ordinare. Sed certum eſt, quòd omnis finaliter peccator ſecundũ legem diuinam eſt ęternaliter damnandus, & tamen non video quin voluntas diuina poſſet nunc ordinare oppoſitum, nulla mutatione facta in actu volendi.

QVARTA dubitatio eſt, quia videtur, quòd ſi voluntas diuina nunc vellet, poſſet omnes damnatos glorificare, & ſic eſſet nouum volitum ſine mutatione voluntatis diuinæ. Et Frãciſcus de Mayro. in primo diſt.40. dicit, quòd Deus non ſic determinatè reprobauit aliquem, quin ſemper poſſit illum prædeſtinare ſi vult.

QVINTA dubitatio, quia ex quo voluntas diuina ſecundum communem opinionem ab ęterno ordinauit Antichriſtum fore. Quæro an Antichriſtus poſſet non eſſe, & ſi ſic, tunc habeo propoſitum, aut non poteſt non eſſe? & ſic voluntas diuina non poterit facere, quòd Antichriſtus non ſit, licet ab ęterno potuiſſet facere, quod videtur inconueniens.

SEXTA difficultas eſt, quia dicit Doct. in primo, diſt.8. q. vlt. & in iſto ſecundò præſenti diſt. & eſt etiam communis reſponſio Theologorũ, quòd voluntas diuina voluit ab ęterno quicquid voluit, ſed non pro ęterno, ſed pro aliquo tempore determinato: Quæro tunc quomodo in illo tempore determinato voluntas diuina ponit illud ineſſe, aut volitione, qua ab ęterno voluit, & habeo intentum ſcilicet quòd ipſa habeat reſpectum nouum, aut non volitione, ſed aliqua alia potentia, & tunc videtur mutatio, quia prius illa potentia non ponebat illam creaturam in eſſe. Nunc autem ponit, & ſi hic non ponitur mutatio, ita nec debet poni in voluntate diuina ex hoc, quòd nunc vult aliquid eſſe, cuius oppoſitum prius voluit non eſſe.

ISTIS ergo dubitationibus poſitis dico ſemper me ſubmittendo ſcripturæ diuinæ, & pedibus ſanctæ Romanæ eccleſiæ, offerendo me tam publicè, quàm ſecretè ſemper retractare, quod non fuerit ita benè dictum, & dictis ſanctorum non conſonũ, quòd non haberem pro inconuenienti voluntatem diuinam poſſe velle aliquid de nouo ſine ſui mutatione. Pro cuius clariori intelligentia ſuppono aliqua. Primum, ꝙ mutari eſt aliter ſe habere nunc, quàm prius, vt patet 5.phyſic. & hoc ſecundum aliquid reale, & ſic homo mutatur à non albo in album, vel è contra. Eſt etiam mutatio viſionis cum homo mutatur à non eſſe ſimpliciter ad eſſe ſimpliciter, vel è contra. Sed aliter ſe habere nunc quàm prius ſecundum aliquam relationem rationis non dicitur propriè mutari, ſicut Deus, qui nunc amatur à me, & prius non amabatur aliter ſe habet nũc, quàm prius ſecundum reſpectum rationis cauſatum à me amante, & tamen non mutatur, vt patet à communiter Doctoribus, & præſertim à Scoto in primo diſt.30. & 39. & alibi.

¶Secundò ſuppono, ꝙ in voluntate diuina eſt tãtum vnum ſimplex velle idem realiter, & eſſentialiter ſibi, vt ſubtiliter probat Docto. in primo, diſt.2. q.1. & eodem velle creat, gubernat, prædeſtinat, & reprobat, & vult, quòd quicquid vult, vt patere poteſt in multis locis à Doct.

¶Tertiò præſuppono, quòd velle diuinum manens ſimpliciter idem in ſe aliquando dicitur velle contingens, vt quando tranſit ſuper obiecta contin-

Quid ſit mutari. 5 phyſ. contex.7. & 12.met. 38. & 63.

Iſta definitio de mutari poteſt duobus modis intelligi. vno modo, ꝙ res illa alio modo nunc ſe habeat, quàm prius ſe habuit, & ſic nõ conuenit intellectui diuino. Alio modo, quòd alio modo ſe habere poſſit, quàm nunc ſe habeat, & ſic conuenit rei cognitæ in intellectu diuino. & ſic nihil mali eſt, tale mutari dari Deo.

Quomodo velle diuinũ manens idẽ ſimpliciter aliquando dicatur neceſſarium, aliquando contingens.

gentia, vt cum vult creaturam eſſe, & aliquādo dicitur neceſſarium, vt quando tranſit ſuper obiecta neceſſaria, vt patet à Doctore in primo diſtinctio. 10. & illud velle poteſt dici diuerſificari ſecundum quòd tranſit ſuper diuerſa obiecta, etiam contingentia, ita quòd talis diuerſificatio non eſt in entitate ipſius velle, ſed in diuerſis tranſitionibus, ſiuè determinationibus, ſiuè relationibus rationis, vt patet à Doct. in primo diſtinctione 39.

¶ Quarto præſuppono, ꝙ illud velle, quo vult quicquid vult ſic eſt idē eſſentialiter eſſentiæ diuinæ, quod nō poteſt ī ſe eſſe nouū, nec elici de nouo.

¶ Iſtis præſuppoſitis dico ſine aſſertione, quòd volūtas diuina poſito, quòd ab æterno voluerit me ſaluum fore, adhuc ipſa eodem velle poteſt me nūc velle damnare, etiā antequàm producar in eſſe, & hoc ſi ponatur in eſſe, in velle diuino tantum erit nouus tranſitus. Et cum dicit Doct. quòd hoc non poteſt eſſe ſine nouitate ipſius velle. Dico quòd vel oportet ipſum exponere, puta quòd non loquatur ſecundùm propriam opinionem, vel quòd nō poſſit velle de nouo noua volitione reali ſine nouitate ipſius, ſed quòd non poſſit eſſe nouus tranſitus ſine nouitate in voluntate diuina ego non video.

¶ Et ſi dicatur quòd ipſe Doct. in primo diſtinctione 30. dicit quòd intellectus diuinus non poteſt cauſare aliquam relationem rationis de nouo ſine ſui mutatione, hoc idem videtur de voluntate. Dico, quòd & ſi hoc verum ſit ſuſtinēdo, quòd ipſe loquatur ſecundum opinionē propriam. Poteſt tamen dici non contradicendo Doct. quòd quādo voluntas vult aliquid de nouo, & ſimiliter quando intellectus intelligit aliquid de nouo non cauſatur ibi aliqua relatio rationis. Et ſi dicatur. Si intellectus aliquid de nouo intelligit. ergo de nouo poteſt ſe comparare ad obiectum cognitum, & talis comparatio erit relatio rationis. Poſſet dici, quòd ſi talis relatio ſit erit in obiecto cognito non autē in intellectu diuino.

Relationes rationis nō ſunt nouæ, nec per intellectū diuinum, nec per intellectum creatum; quod non per intellectum creatū patet, quia ſi hoc eſſet, ſequeretur qđ deſtructo īntellectu creato, cæteræ res non determinarētur ad Deū quòd eſt falſum, quòd non per intellectū diuinum patet, quia ſi intellectus diuinus de nouo produceret ens rationis, ſeu tunc illud ens rationis de nouo eſſet in eo, nūc mutaretur, quòd eſt abſurdum. Vnde dico quòd res referuntur in Deum non ratione alicuius noui reſpectus, ſed ſub ratione abſoluta.

¶ Si etiam ponatur, quòd ſit in intellectu diuino talis comparatio, ego non video quo modo propter nouam comparationem rationis ſit mutatio in actu intellectus diuini. Nam ſicut ab æterno ſecundum ipſum poteſt per ſe comparare ad alia, & alia obiecta, & ſic ibi eſſe plures comparationes, & tamen ipſum nō mutari. Sic in propoſito, ſimiliter videtur difficultas, quomodo eodem actu intellectus poſſit ſimul, & ab æterno cauſare diuerſas comparationes circa diuerſa obiecta ſine ſui mutatione, & quòd non poſſit cauſare de nouo aliquam comparationem ſine ſui mutatione, cum illa ſit tātum ens rationis, quæ nullam mutationem facit.

¶ Et ſic breuiter ſuſtinendo hanc viam poſſumus ſoluere multas difficultates, quæ poſſent inducere rationalem creaturam in deſperationem, & in multa alia inconuenientia. dicerem ergo ſine aſſertione tamen, quòd ſi volūtas diuina ab æterno ſtatuiſſet hominem homicidam fore puniendum pęna capitis, quòd nūc de nouo poteſt ſtatuere oppoſitū, quia ſicut ſtatuens ab ęterno eſt ibi tantū trāſitio cōtingēs ſuper obiecta, ita & nunc quādo oppoſitū ſtatuit ſimiliter, quòd ipſa voluntas, ſicut ab ęterno eodem velle voluit me eſſe pro iſto tempore, ita & nūc eodē velle ponit me ineſſe diuerſificata alia trāſitione à prima. Similiter ſicut eodem velle voluit ab æterno Iudā fore damnatum, ita & nunc poteſt velle noua tranſitione, ſine nouo reſpectu rationis Iudam eſſe ſaluum, & ſic de alijs. Nam vide Sco. in quarto. d. 46. q. 1. vbi dicit expreſſe, quòd ſi Petrum ſaluari iuſtum eſſet, ſi ipſum damnaret, iuſte faceret, quod enim inconueniens eſſet volūtatem diuinam, ſi Petrum nūc beatum damnaret, ita quòd eſſet tantum noua tranſitio ſuper Petrum damnatū.

¶ Et vltra quæro à te an Deus poſſet velle nūc facere alium mundum pręſtātiorem iſto: Si ſic. ergo eodem velle, ſed noua tranſitione, ſi non expreſsè non eſt dicendum, quia non video oppoſitum.

¶ Si dicatur. Pono caſum, quod voluntas diuina voluit ab ęterno Petrum ſaluum, & nunc voluntas diuina damnat Petrum. Quæro an intellectus diuinus ab æterno cognouit Petrum fore damnandū. ſi ſic. contra. quia ab æterno non determinauit Petrum fore damnādum, & tamē intellectus diuinus omnia cōtingentia cognoſcit poſt determinationē volūtatis diuinæ. q. vltima prologi. & diſtinctione. 39. primi. & diſt. 14. quolibe. ſi nō cognouit ab ęterno. ergo non cognouit omnia futura contingētia.

¶ Reſpōdeo, & prius quæro à te, an Deus poſſit producere nouum mundum, quem prius non determinauit ab æterno? Sic ſic. ergo intellectus diuinus hoc non cognouit ab æterno, cum non fuerit volitum ab æterno. ergo non cognouit omnia futura contingentia. Dico ergo, quòd intellectus diuinus quando tranſit ſuper obiecta ſecundaria nō fit perfectior, neque imperfectior, cum talis tranſitus nō pertineat ad perfectionē illius; immo ſi per impoſſibile, non cognoſceret aliquod obiectū ſecundariū, nulla ſimpliciter perfectio ſibi deeſſet, immo ſimpliciter omnis perfectio ſibi adeſſet. Nam vltimata perfectio illius eſt intelligere eſſentiā diuinā, vt patet à Doct. in primo. d. 2. & in ſecūdo di. 2. q. 1. Si ergo nō cognoſcere omnia obiecta, etiam neceſſaria nō pertineret ad imperfectionem illius, nec etiam cognoſcere huiuſmodi obiecta pertinet ad perfectionem illius, quæ tamē relucent in eſſentia diuina, nō ex natura rei, ſed ex actu intellectus diuini ante omnē productionē voluntatis ad extra producentis talia in tali eſſe intelligibili, vt patet à Docto. in primo diſtinctione. 3. quæſtione. 4. & di. 39. & in præſenti diſtin. 1. q. 1. quanto magis nō cognoſcere ab æterno aliqua obiecta ſecundaria contingentia non pertinebit ad imperfectionem illius. Dico ꝙ tn̄ cognoſcit illa futura contingentia, quæ ſunt determinata à diuina volūtate. quia cognoſcit antecedēs. ſ. illā determinationē. ergo & futurū cōtingens ſic determinatū, quod dicitur cōſequēs, vt patet à Doct. in primo. d. 39. & 44. quorum eſſet tn̄ incōueniēs, ſi aliquid eſſet determinatū à voluntate diuina & nō cognoſceretur ab intellectu diuino, & cū nō cognoſcit illud, qđ nō eſt natū cognoſci, niſi prius volūtas diuina determinet, nullū ſequitur inconueniens non enim cognoſcit hanc; alius mūdus ꝑfectior eſt ꝓducēdi, & tn̄ hoc eſt poſſibile, & hęc eſt, quia nō eſt determinatū à diuina volūtate, & ſi dicatur, nōne intellectus diuinus cognoſcit oīa futura cōtingentia, Dico ꝙ ex quo illud eſt futurū cōtingēs, qđ eſt ſic determinatū à diuina volūtate, vt patere poteſt à Doct. in q. vltima prolo. & ī primo. d. 2. q. 1. & d. 8. q. vlti. & 39. & q. 14. quoli. ꝙ cognoſcit oīa futura cōtingētia, ꝓ quāto cognoſcit determinationē diuinæ voluntatis, intelligendo tn̄ ſic, ꝙ eſſentia diuina eſt ratio cognoſcēdi intellectui diuino, & determinationē diuinæ voluntatis, & determinata per illā, vt patet à Doct. in primo. d. 39. Sed ſi poſt voluntas diuina aliter determinaret, tunc intellectus diuin⁹ aliter cognoſceret, cū in huiuſmodi contingētibus ſemper ſequatur determinationē diuinę volūtatis, nec ſequitur mutatio in intellectu ſic vel ſic cognoſcere, cum tantum ibi ſint diuerſæ tranſitiones, vel relationes rationis, quæ nullam faciunt mutationem, vt dixi ſupra de volūtate. Iſtis ergo bene intellectis iudicio meo ſatis debili nōnullę difficultates ſolui poſſunt, quę multū impedimēti præſtāt in via Dei ambulare volenti. Et omnia, quæ

Quomodo intellectus diuinus cognoſcat futura cōtingentia.

dixi

dixi in iſta materia non aſſero firmiter tanquam vera innitendo ſententiæ & opinioni meę, & ſi melior ſententia apparet ſemper paratus ſum illi firmiter adhærere, credo tamen in iſtis non decipi, ſed magis veritati conſona dicere.

¶ Arguit etiam ad iſtud membrū, quia ſi aliquid ſit nouū, quæro à qua cauſa ſit nouū, ſit illa cauſa a. aut a. codē modo ſe habēs produxit hoc nouū, aut aliter. Si primo modo hꝫ propoſitum, quia ab eadē cauſa nō mutata, poteſt eſſe effectus nouus. Si ſecundo modo, quæro a quo mouente aliter ſe habuit ad hunc nouum effectū, nō eſt proceſſus in infinitum, ergo ſtabitur tandem, ꝙ aliquid erit nouum à cauſa vniformiter ſe habente. Et confirmatur ratio, q̄a ſi poteſt eſſe à primo mouente hæc pars motus noua, quæ nunquàm præfuit, quare non poteſt ita aliquid totum eſſe nouum, cuius nihil vnquā præfuit.

¶ Sed iſta ratio cum ſua confirmatione parum valet contra philoſophos, & leuiter ſolueretur ab eis, quia nouitas poneretur ab eis ex motu, qui neceſſariò cauſatur inquantum vniformis, ſed difformitas ſequitur in partibus eius, & ita nouitas. & de hoc vide Doct. in primo. diſt. 2. q. 1. & in 4. di. 48. vbi quærit, an ceſſante motu primi mobilis aliquid poſſit moueri, & ſic diceretur ab eis, ꝙ nouitas eſſet tantū à cauſa ſecunda, & non à prima, & ſic motus primi mobilis, & quælibet pars eius, vnde Commentator 12. metha. com. 41. dicit; ꝙ prçter primum mouens quod eſt infinitæ potentiæ, requiritur mouens coniunctū potentiæ finitæ; ita ꝙ ex primo mouentę ſit infinitus motus, & ex ſecundo ſit ſucceſſio, quia aliter non poſſet eſſe ſucceſſio, & per conſequens nec nouitas, niſi concurreret illud mouens finitum.

Opinio Henrici in ſumma artic. 2 q. 23. & 24.

¶ Ibi in iſto tñ membro ſecundo. ſ. intelligendo de nihilo, prout dicit ordinē durationis diſtinguit ab Hēr. in ſumma ar. 2. q. 23. & 24. ꝙ ly de nihilo pōt accipi, vel pro nihilo omnimodo. ſ. ſm eſſe eſſentiæ & exiſtētiæ, vel pro nihilo tātū ſm eſſe exiſtētiæ; aliquo tñ ſm eſſe eſſentiæ. Et ponitur ab Hēr. ꝙ Deus poteſt facere aliquid de nihilo ſecundo modo, non tñ primo modo, quia omne creabile eſt prius poſſibile, & illud poſſibile p̄ſupponit eſſe eſſentiæ, & hāc opin. Henr. clarius vide in primo. di. 36. q. vnica. vbi vult, quòd eſſe eſſentiæ ſit de neceſſitate ab ęterno.

¶ Confirmatur iſta ratio, quia in omni creatura eſt compoſitio ex actu, & potentia, ergo in omni re creata potentialitas eſt prior natura actualitate, & tunc iſta potentialitas non eſt nihil, ſed eſt alicuius entis ſm aliquod eſſe, non autem eſſe exiſtentiæ, igiť ſm eſſe quidditatiuum, & hoc ponitur ſm illū modū, qui recitatur. diſt. 43. primi. ibi enim ponitur, ꝙ per potentiā actiuam Dei ad ſe producitur primo res in eſſe poſſibili paſſiuè ad ſe, & tunc vltra poteſt produci in eſſe exiſtentiæ: non tamen, niſi prius natura fuerit producta in eſſe quidditatiuo, & in eſſe poſſibili paſſiuo, & hanc opi. clarius vide in expoſitione, quàm feci ſuper diſt. 43. primi Doct.

Omnipotentia tantum reſpicit eſſe actualis exiſtentiæ.

¶ Ibi, contra iſtud eſt argumentum, diſt. 43. quia nō producitur res aliqua in eſſe poſſibili per omnipotentiam, quia omnipotentia tantum reſpicit eſſe actualis exiſtētię, ſed producitur in eſſe poſſibili im̄ ab intellectu diuinō, quo etiam producitur in eſſe intelligibili, & quando eſt in eſſe intelligibili, non repugnat ſibi eſſe exiſtentiæ, & hoc clarius vide in expoſitione facta diſt, 36. & 43. primi Doct.

¶ Ibi, ſimiliter ſicut argutum eſt. diſtin. 36. primi. contra illud eſſe eſſentiæ, ſi illud eſſe eſſet verum eſſe, & eſſet productio in illo eſſe, vera eſſet creatio. & vide diffusè multas rationes Doct. quas facit contra Henricum in 36. diſt. & vide illa, quæ ibi notaui exponendo rationes Doct. contra Henricum.

QVANTVM ad iſtum articulum, hic Doc. ponit opinionem propriam, dicēs, ꝙ Deus poteſt aliquid creare de nihilo. i. nō de aliquo ſm eſſe exiſtētiæ, & per conſequens ſm eſſe eſſentiæ, quia eſſe eſſentiæ, & eſſe exiſtentiæ ſunt idem, & omnino inſeparabilia, vt probatum eſt in primo. diſt. 36. & in tertio. diſt. 6. & addit Doct. ꝙ ſi accipiatur ly de nihilo ſimpliciter. i. non de aliquo, nec ſm eſſe exiſtentiæ, nec ſm eſſe eſſentiæ, quod eſt eſſe ſimpliciter, nec ſm eſſe cognitum, vel volitum, vel poſſibile, quod eſt eſſe ſm quid, tunc eſt impoſſibile aliquid creari de nihilo, accipiendo ly de nihilo. i. non de aliquo ſm eſſe ſm quid, quod patet, quia creare tantum eſt actus diuinæ voluntatis, quæ non operatur, niſi circa præcognitum, & intellectus diuinus ante omnē actum voluntatis ad extra de neceſſitate naturę p̄ducit obiecta ſecundaria in eſſe cognito, in quo eſſe cognito fundatur eſſe poſſibile: & de hoc vide Doc. in primo. di. 3. q. 4. & 36. q. vnica. & quę ibi prolixius expoſui. Et addit Doct. ꝙ obiectū productū in eſſe cognito, & in eſſe volito (quod eſſe volitū de neceſſitate præcedit ipſum eſſe actualis exiſtentiæ, vt patet à Doct. in primo. di. 45.) vt ſic eſt quaſi in potentia propinqua, vt poſſit eſſe obiectū omnipotentiæ, & poni in eſſe ſimpliciter. Et addit Doct. ꝙ aliquid poteſt produci de nihilo ſimpliciter. i. nō de aliquo, nec ſm eſſe ſimpliciter, nec ſm eſſe ſm quid, quia producitur in eſſe intelligibili de nihilo ſimpliciter, non tamen illud creatur, quia creatio tantum terminatur ad eſſe ſimpliciter, vt patet à Doct. hic, & in primo, diſt. 36. & in tertio, di. 2. & alibi. De hoc etiam, quod dicit de nihilo ſimpliciter. & de nihilo ſecundum quid vide infra in Doct. diſt. 18.

Quomodo Deus poſſit creare aliquid de nihilo.

Eſſe eſſentiæ & exiſtentia. dicunt vnā & eandem realitatem, ſunt idem realiter, & formaliter, diſtinguuntur. ſicut concretum, & abſtractum, quæ tantum diſtinguuntur ratione.

AD primum argumentum principale, vltimo loco Doctor ſoluit argumenta principalia facta ad oppoſitum concluſionis ſuæ. Et primo arguit ſic. Si a. poteſt produci de nouo, ergo aliquid aliter ſe habet nunc, quàm prius, aut ergo productum, aut producens, non primum; quia non præfuit, ideo nunc aliter ſe habere non poteſt, quàm prius, cum prius non fuerit, non ſecundum, quia tunc primū agens mutaretur. Si dicatur, quòd agens ſine ſui mutatione poteſt producere nouum effectum. Cōtra, quia agens dat eſſe, ideo productum recipit eſſe, & non è cōtra, & ſic in agenti b. naturaliter prçcedere a: oportet aliquam habitudinem nouam ad productum, & non è contra.

¶ Reſpondet Doc. ad hoc argumentum, ꝙ poteſt producere effectum nouum abſq; nouitate in producente, quia voluntate antiqua, &c. littera clara eſt, & vide quæ expoſui ſupra in primo, diſt. 8. q. vl. reſpondendo ad principalem argumentum.

¶ Ibi, & quando arguitur contra iſtud per illā rationem, ꝙ oportet habitudinem nouam naturaliter prçcedere in producente ad productum, dico ſicut dictum eſt. diſt. 35. primi. & diſt. 3. q. 5. contra Henr. ꝙ ad abſolutum in cauſa, immediatè ſequitur abſolutum in effectu, & in effectu primo conſequitur reſpectus ad cauſam, & tunc ſi aliquis eſt reſpectus ad effectum, ille reſpectus ad effectum eſt vltimus, & aliquando nullus; quia poteſt eſſe relatio in effectu, nulla exiſtente in cauſa correſpondente ad effectum, quia Deus non poteſt realiter referri ad creaturam, vt ſupra probatum eſt in primo. diſt. 30.

¶ Et ꝙ dicit Doct. ꝙ reſpectus cauſæ ad effectum eſt poſterior reſpectu effectus ad cauſam, debet ſanè intelligi, quia non poteſt eſſe poſterior natura, nec origine, nec aliqua duratione, vt patet, ſed debet ſic intelligi, ꝙ poſito abſoluto in effectu ab aliqua cauſa, ſtatim de neceſſitate naturæ, cōſurgit relatio, quæ terminatur ad abſolutum in cauſa, ita ꝙ quaſi prius intelligitur relatio effectus ad cauſam, & non è contra, non ꝙ ita ſit in re in eodem enim inſtanti,

Bona expoſitio.

quo ponitur relatio effectus ad cauſam ponitur relatio cauſæ ad effectum, ſi illa cauſa nata eſt referri relatione reali.

¶Itē cum dicit, ꝙ ad abſolutū in cauſa, prius ſeqtur abſolutū in effectu, vt hoc clarius intelligaꝛ, aliquà præſuppono. Primò dictū Doct. in 1. di. 1. q. 2. reſpondendo ad argumēta principalia, ꝙ ratio agēdi, eſt tm̄ ratio quidditatiua, & ſimiliter ratio terminandi, & vult ibi, ꝙ nulla relatio ſit ratio agendi, & in d. 3. q. 6. primi reſpondendo ad principale argumentū, ponit differentiā inter rationem formalem agendi, & conditionē agentis, ita ꝙ ratio agendi eſt natura, & cōditio agentis eſt ſingularitas, & in creaturis, ſi ratio formalis agendi eſt abſolutum, & conditio agentis erit abſoluta, & per conſequens ipſum agens erit abſolutum, hoc idem dico de producto.

Declaratio quomodo ad abſolutum in cauſa ſequitur abſolutum in effectu. Cauſa quomodo ſit prior effectu.

¶Secundò ſuppono, quòd cauſa non tantum abſolutè ſumpta, ſed etiam vt actu cauſat eſt prior natura ipſo effectu, vt patet à Doct. præſenti diſt. & infra. diſt. 15. 25. & alibi.

¶Iſtis p̄ſuppoſitis, dico ꝙ ex quo natura abſoluta eſt ratio formalis producendi effectū abſolutum, in quocunq; ponaꝛ ſine imperfectione, illud habēs talem naturam ſtatim poteſt producere abſolutū. Secundò ad abſolutū in cauſa. i. ad rationē formalem agendi abſolutā, ſequitur abſolutum in effectu. i. ꝙ abſolutum in effectu eſt à natura abſoluta in cauſa, & ratione formali producendi, & in tali inſtanti naturæ, quo producitur abſolutū in effectu, nulla eſt relatio, neq; in cauſa, neq; in effectu, nō in cauſa patet, quia, vt producit eſt prior natura effectu, vt dixi ſupra, quia, vt ſic relatio producentis eſſet prior natura relatione prodncti, ꝙ eſt cōtra Ariſt. in p̄dicamēto ad aliquid. Tum ēt, quia relatio realis ſemper præſupponit extrema, ſed in illo priori, quo cauſa producit effectū non intelligitur productus, qui eſt vnum extremū. Tū ēt quia tunc eſſet relatio aliqua, & non poſſet terminari ad aliquid, ꝙ eſt impoſſibile, nō enim in illo inſtanti, quo cauſa producit, talis relatio poteſt terminari ad effectum, quia in illo inſtanti naturę nō intelligitur effectus habere eſſe. Tū etiam, quia tunc poneretur aliquid dependere actu ab aliquo qđ non eſt, ſed in inſtāti naturæ, quo cauſa cauſat effectum, non intelligitur habere eſſe, & tamen relatio cauſantis de neceſſitate dependet à cauſato, vt à termino, cum relatio in ſuo eſſe neceſſariò dependeat à termino, vt patet à Doc. in pluribus locis, præcipuè tm̄ in 30. diſ. primi. patet ergo, ꝙ nulla relatio producētis, ſiue cauſantis ad productū, ſiuè cauſatū, poteſt eſſe prior ipſo p̄ducto, ſiuè cauſato.

Relatio dependet à termine.

Nec ſimiliter relatio producti ad producēs, poteſt eſſe prior ipſo producto. Tū quia in ad aliquid non poteſt eſſe motus, neque productio, vt patet p Ariſ. 5. phyſ. tex. com. 10. & ſi eſſet, prior de neceſſitate eſſet terminus productionis. Tum quia relatio talis eſſet ſine aliquo fundamento, quia non eſt nata fundari, niſi in producto, nec eſt ſimul natura cū producto. Tum quia videretur ſic poſſe produci, ſicut & productum, vt patet, ꝙ eſt contra philoſophum vbi ſupra. Tum quia relatio de neceſſitate præſupponit fundamentum, vt prius natura. Tum quia relatio realis eſt inter extrema realia realiter diſtincta & de neceſſitate præexigit illa. Tum quia ſi eſſet ſimul ndtura cum fundamento non dependeret ab illo, quia omne dependēs eſt poſterius; omnis autem relatio quantum ad ſuum eſſe neceſſariò depēdet à fundamēto, & termino, ſi ergo nō poteſt eſſe prior, neque ſimul, ſed de neceſſitate poſterior, ſequitur, quod Doct. dicit, ꝙ ad abſolutum in cauſa, ſequitur abſolutum in effectu, ideſt quòd effectus quo ad entitatem abſolutam immediatè eſt à natura abſoluta in cauſa, vt à ratione formali, ad quæ abſoluta ſequitur relatio cauſati abſoluti, quæ terminatur ad abſolutum in cauſa, & relatio cauſæ abſolutæ, quæ terminatur ad abſolutum in effectu.

Ad relationem non eſt motus, quæ eſt reſpectus intrinſecus aduenieus, non autem negat Scotus ad vbi eſſe motum localem, vt declarat Auerroes 8. li. phyſic. com. 32.

¶Ibi. Cum igitur dicis, ꝙ quia cauſa dat eſſe, ideo effectus recipit eſſe. Dico, ꝙ ſi intendas per ly, quia reduplicationē relationis in cauſa, uel aliquam realitatem nouam in cauſa, ſiuè relatiuam, ſiuè abſolutam, propoſitio eſt falſa, quia ſenſus eſt, ꝙ relatio, vel noua realitas in cauſa eſt ratio formalis dandi eſſe, quod eſt falſum, de relatione patet, quia nulla relatio poteſt eſſe ratio producendi aliquid, quia ſicut relatio nō poteſt eſſe terminus formalis productionis, ita nō poteſt eſſe ratio formalis producendi, vnde expreſsè patet ab. Ariſt. 5. phyſ. t. c. 10. & expreſsè à com. ibi de realitate noua patet, quia tunc ſequeretur, ꝙ cauſa ſemper haberet aliam, & aliam realitatem quando cauſat alium, & alium effectum, & ſic ſm diuerſitatem effectuum, etiam numeralem oporteret ponere in cauſa diuerſitatem rationum formaliū correſpondentem effectibus, quæ omnia ſunt valde abſona. Sequitur in textu, ſi autem intelligas reduplicatiuè actum primum cauſæ, qui præcedit naturaliter cauſatum, illo modo propoſitio eſt vera; quia ſenſus eſt huius propoſitionis. ſ. quia cauſa dat eſſe, ideo effectus recipit eſſe, videlicet, quia abſolutum in cauſa eſt prius effectu, & eſt ratio formalis producendi effectum, & vt ſic dicitur actus primus, ſi dat eſſe, effectus, vt actus ſecundus, recipit verè eſſe à tali abſoluto, vt actu primo.

Vide ſenſum huius propoſitionis.

¶Et ſi dicatur, ꝙ nō tantum; quia eſt abſolutum, cauſat, quia ſimiliter tale eſt. ſ. abſolutum quādo nō cauſat, hic arguit Doct. ſic, ex quo enim a. eſt verè abſolutum quando non cauſat, ergo videtur, quòd quādo cauſat aliquid ſibi aduenıat. Reſpōdet Doc. ibi, dico, ꝙ in illo inſtanti, in quo cauſat adhuc cauſat, vt prius naturaliter ipſa cauſatione, & vt ſic nihil intelligit, niſi abſolutum, à quo ponitur ipſum cauſatum in eſſe, & littera eſt ſatis clara.

¶Videtur tñ aliquale dubium, quia ſi iſta eſt vera, agens actione agit, talis actio eſt relatio, ſi ergo agēs prius non agebat, & nunc in inſtanti a. verè agit, & per te, vt agit, eſt prius effectu, ergo actio, qua agit erit prior, & per conſequens aliqua relatio erit ibi noua, & prior ipſo effectu. Tum etiam, quia Doct. ipſe, concedit in prolog. q. vlt. quòd voluntas elicit praxim mediāte elitione de genere actionis, ſi ergo elitione elicit, & dum elicit priorem praxim ſequitur, ꝙ erit ibi prius actio, quæ erit de genere actionis, quæ eſt verè relatio, hoc idem videtur patere diſt. 25. huius ſecundi, vbi dicit, quòd voluntas intelligitur libera, quando actu elicit, quia vt elicit actum eſt prior natura ipſo actu, & dū elicit cōtingenter ſe habet ad illum, & tamen ex ſupradictis, vt elicit elitione elicit, quæ eſt de genere actionis.

Bona difficultas.

Quando voluntas dicitur libera.

¶Reſpondeo, ꝙ verba Doct. debent ſanè intelligi, & quando in vno loco expreſsè habetur intentio eius, ſi alibi aliter vr̄ dicere ſm ſenſum verborum debet exponi conformiter intentioni ſuæ, cum ergo expreſsè habeatur intentio Doc. circa hoc, ꝙ abſolutū (vt cauſat) eſt prius cauſato, & tota ratio formalis cauſandi eſt entitas abſoluta in cauſa, ſequitur, ꝙ nulla relatio præcedit ipſum effectum in cauſa, dum cauſat, ita ꝙ talis relatio ſit de neceſſitate præexigatur ad cauſationem effectus, ꝙ impoſſibile ſit talem effectum cauſari, circunſcripta tali relatione, & cum arguis agens actione agit, &c. Dico, ꝙ actio pōt capi dupliciter vno modo, ꝙ ſit actio de genere actionis, alio modo pro ratione formali agēdi, quæ eſt entitas abſoluta. primo modo actio non præcedit effectum. immo eſt poſterior, ſed ſecundo modo benè præcedit, & tunc iſta propoſitio, agens actione agit, poteſt habere duplicem ſenſum. ſ. agēs

Pulchra reſponſio.

formaliter

formaliter actione formali agit, vel agens fundamentaliter actione fundamentali agit; primo modo accipitur agēs pro ſubiecto, & actione de genere actionis. ſecundo modo accipitur agens pro ſuppoſito, & ratione formali agendi. primo modo agens non eſt prius effectu, ſed bene ſecundo modo. ſicut etiam dicimus, pater eſt prior filio, ſi accipiatur fundamentaliter, ſcilicet pro re, quæ eſt pater, ſenſus eſt verus, ſi formaliter ſenſus eſt falſus.

An agēs ſit prius effectu.

¶Ad aliud de voluntate, cum dicitur, voluntas elicit actum elitione. Hæc propoſitio poteſt dupliciter intelligi. Primo, ꝙ voluntas elicit elitione formaliter, ita ꝙ elitio ſit actio de genere actionis, & elitio ſit effectus formalis illius, & hoc modo voluntas, vt eliciens non eſt prior actu elicito. Secundo poteſt intelligi fundamentaliter, ita ꝙ elitio accipiatur pro ratione formali fundamentali eliciendi actum, & ſic voluntas eliciens, elitione fundamentali, eſt prior. hæc diſtinctio, quæ eſt valde neceſſaria poteſt elici à Doc. in pluribus locis, pręcipuè in primo, diſt. 7. in quolib. q. 1. & alibi, & ſic patet ad aliā inſtantiam de d. 25. ſecundi, patet enim, ꝙ volūtas, vt libera dr̄ liberè agere, quando elicit, & vt ſic eſt prior actu elicito, accipiendo abſolutum in voluntate, & hanc expoſitionem benè nota.

An volūtas eliciens ſit prior actu elicito.

¶Secundò principaliter arguit Doc. ibi. Itē cauſa ſemper ęquè determinata ad agendum ęquè vr̄ agere ſemper, & effectum producere, non vr̄ ratio, quare debeat aliquid nunc producere, & non aliàs, ſi fuit aliàs, ita determinata ad agendum ſicut modo, ſed ſi cauſatur aliquid nunc aliter aliquo modo ſe habet nunc, quàm prius, & per maiorem determinationem cauſæ ad ipſum nunc, quàm prius, ergo cauſa illa aliquando eſt magis determinata ad producendum effectum, quàm aliàs, & ſic nō ęquè ſemper, & per conſequens mutata.

¶Reſpondet Doc. ibi ad ſm patet per idem. dicit Doct. ꝙ cauſa ęquè determinata ad producendum aliquod productū quantum eſt ex parte ſua poteſt qñquè producere, & qñque non producere, & littera clara eſt de determinatione, & indeterminatione cauſæ, vide Doct. in primo in multis locis.

¶Tertiò arguit Doct. ibi, præterea ſecundò de generatione tex. com. 56. idem manens idem ſemper natum eſt facere idem, ergo non erit aliqua variatio in effectu niſi prius ponatur in cauſa.

¶Reſpondet Doc. ꝙ philoſophus loquit̄ de agēte naturali, ꝙ patet per ipſum, qui ſic dicit, idē enim & ſimiliter ſe habēs ſemper idē natū eſt facere quo circa generatio ſemper erit, aut corruptio, & paulo infra, neceſſe enim ſi erit ſemper, & continua generatio, & corruptio ſemper aliquid moueri, vt non deficiāt trāſmutationes, hæc ibi. Et ibi è commētatorē oſtēſum eſt, ꝙ entia ſemp̄ ſunt in generatione, & corruptione, & ꝙ generatio corporis iſtius eſt corruptio alterius manifeſtum eſt, ꝙ ponendo vnū motum, impoſſibile eſt iſtas duas operationes. ſ. generationem, & corruptionem eſſe idem, idē enim non facit cōtraria, quapropter, aut ſemper erit generatio, aut ſemper corruptio, hæc ille, & ſic patet quomodo loquitur de agente naturali.

¶Vltimò arguit Doc. Ibi, ſi nulla mutatio ponat̄ ex parte cauſę, vt modò dicatur magis approximata, & minus approximata, quàm aliàs, nec valet dicere, ꝙ voluntate agit, ideo agit quando vult; quia ſi agens voluntariū aliqñ agit, & aliàs non, hoc non eſt, niſi quia expectat maiorem opportunitatem agendi, quod non contingit in primo agente.

Deus expectauit quia ſic voluit primum inſtans temporis, non vt menſuram ſuæ operationis, ſed vt illud crearet.

¶Reſpondetur ibi. Ad quartum dico, ſicut dictum eſt, diſt. 8. primi. q. vlt. in diſciplinati eſt quærere omnium demonſtrationem ſm philoſophum 4. meta. & dicit Docto. ꝙ non eſt aſſignanda alia ratio, niſi quia ſic vult, & littera clara eſt, quæ magis patet in primo, diſt. 41. Et ibi vide quæ expoſui.

¶ Ibi, quod arguebatur pro ſecunda poſitione de eſſe eſſentiæ, nunc Doct. reſpondet ad rationes Henrici, quæ ſunt factæ, in ſecundo art. huius quæſtionis, & dicit, quòd omne creabile prius erat poſſibile creari ex parte ſui, ſed iſta poſſibilitas non fundatur in aliquo eſſe ſimpliciter, ſed in eſſe cognito, ita quòd poſſibilitas ad eſſe ſimpliciter concomitatur ad eſſe cognitum, licet formaliter eſſe cognitum non ſit eſſe poſſibile, quia eſſe cognitum eſt eſſe in actu, licet ſecundum quid, ſed eſſe poſſibile eſt eſſe in potentia ad eſſe ſimpliciter, & non in actu, de hac tamen materia clarius vide in Docto. diſt. 36. primi. vbi diffusè pertractatur iſta materia de eſſe creaturarum ante eſſe exiſtentiæ, & vide multa, quæ ibi notaui, exponendo ibi litteram Doct. & ſic finis.

Quæſtio Tertia. Diſt. I.

TERTIO quærit vtrum poſſibile ſit Deum producere aliquid aliud à ſe ſine principio. Titulus quæſt. huius intelligitur ſic, an Deus potuit producere aliquid aliud à ſe ſine principio. ſ. durationis, ideſt an poſſit producere aliquid in eſſe. ita quòd non eſſe ita nulla duratione præcedat eſſe, & breuiter ſenſus eſt, an aliquid aliud à Deo poſſit ab ipſo produci ab æterno, ita ꝙ dicatur verè cauſatum, & tamen æternaliter cauſari.

Seraphicus Bonau. 2. ſen. diſt. 1. q. 2. ar. 1. & ar. 2. q. 1.
Scotus 2. ſent. diſt. 1. q. 3.
Diuus Thomas, prima parte ſummæ. q. 46. art. 3. & 2. ſent. diſt. 1. q. 1. art. 6. & quolib. 5. art. 1. & opuſc. 9. q. 100. Henr. quolib. 1. q. 7.
Riccardus 2. ſent. diſt. 1. q. 2.
Durandus 2. ſent. diſt. 1. q. 2.
Holcot. 2. q. 2. art. 5.
Ant. Andreas. 2. ſent. diſt. 1. q. 3.
Ioannes Bacconitanus 2. ſent. diſt. 1. q. 4. 5. & 6.
Thomas de Argentina. 2. ſent. diſt. 1. q. 2.

¶Hic dicitur, &c. Doctor in iſta quæſtione non ponit determinatè intentionem ſuam. Sed duas opiniones, quæ ſunt in extremo videtur ſuſtinere, vt probabiles, & recitat primo argumenta pro vtraque opinione, & ipſa ſoluit, ita quòd argumenta facta pro opinione ſancti Thomæ, qui tenet eſſe poſſibile aliquid aliud à Deo poſſe cauſari ab æterno, ſoluit ſuſtinendo opinionem Henrici, qui tenet eſſe impoſſibile aliquid aliud à Deo poſſe ab æterno cauſari. Et deinde recitat argumenta facta pro opinione Henrici tenentis eſſe impoſſibile aliquid aliud à Deo poſſe ab æterno cauſari, & ſoluit illa ſuſtinendo opinionem ſancti Thomæ tenentis oppoſitum. Videtur tamen in reſponſionibus Doctor magis declinare ad opinionem ſancti Thomæ, quàm ad opinionem Henrici, licet vtraque via ſit probabilis. primò ergo recitatur opinio ſancti Thomæ, quæ ponitur in prima parte ſummæ. q. 46. ar. 2. quæ opinio eſt, (vt ſupra dixi,) ꝙ verè Deus poteſt producere aliud à ſe ab æterno, & probat multis rationibus. Et in iſta quæſtione ſic procedam. primo adducam rationes ſancti Tho. & ſingillatim reſpōdebo ad eas, ſuſtinendo opinionem Henri. 2. ponam rationes Henr. & ſingillatim reſpondebo ad eas, ſuſtinendo opinionem ſancti Thomæ. prima ergo ratio pro opinione Th. eſt iſta,

Opinio D. Tho. cui videtur Scotus magis fauere.

quia ſi Deus non poteſt producere a. ab ęterno hoc erit demonſtrabile, aut per medium intrinſecum ipſi Deo, puta per aliquam rationem intrinſecam Dei, q ſibi repugnet producere a. ab ęterno, aut per medium extrinſecum, puta per medium ſumptum à creatura. Si ergo nõ poteſt demonſtrari ſic vel ſic, quòd Deus non poſſit producere a. ab ęterno, ergo ſequitur, quòd poteſt producere a. ab ęterno. Et nota de medio demonſtrandi extrinſeco, medium enim extrinſecum eſt ſemper ſeparatum à ſubiecto, de quo demonſtratur aliquid vel ſaltem ſe habet vt ſeparatum, medium intrinſecum includitur in ſubiecto demonſtrationis, vt patet ſecundo poſteriorum, poſſet tamẽ ſic argui pro opinione ſancti Thomæ. Si Deo repugnat producere a. ab ęterno, aut eſt ex parte Dei, aut ex parte creaturæ, ſi ex parte Dei erit demonſtrabile, aut per intrinſecum, aut extrinſecum, ſi ex parte ipſius a. hoc erit demonſtrabile, aut per medium intrinſecum ipſi a. aut per medium extrinſecum, & patet ratio, ſi enim dico, quòd homini repugnant eſſe lapidem iſta repugnantia poteſt demonſtrari, aut per medium intrinſecum ipſi homini, puta animal rationale, aut per extrinſecum ipſi homini, puta per medium ſumptum à lapide.

Secũdo poſt com. tex. 41.

Quid ſit mediũ intrinſecum, & extrinſecũ.

¶ Reſpondet Doct. ibi. Tenentes iſtam poſitionem. Ad primam dicerent, quòd licet non poſſit ſciri naturaliter voluntas Dei an ſit reſpectu huius, tamen naturaliter poteſt ſciri, quòd ipſa nõ eſt alicuius, quod non eſt ex ſe volibile, & ideo illud includit contradictionem, voluntas autem diuina non eſt eius, cuius non eſt ratio. Sed tunc oportet ponere nõ volibilitatem ex parte obiecti, ſicut impoſſibilitatem ex. 43. diſt. primi. vult dicere inſtantia iſta, quare lapis nõ eſt volibilis ab ęterno, & pro ęterno? hoc non eſt ratione voluntatis diuinæ, ſed ratione intrinſeca lapidis, propter quàm repugnat ſibi eſſe ab ęterno, & cum dicit de 43. diſt. primi. vide ibi, quia vult Doct. quòd impoſſibilitas rerum non eſt ex parte impoſſibilitatis terminorum, loquendo tamen ratione impoſſibilitatis proxima, & non de remota, ſicut ibi dicit Doctor. Et nota quæ ibi expoſui. dicit ergo Henri. quòd creatura eſt ratio demonſtrandi nullum cauſatum poſſe eſſe ab ęterno, quia de ratione creaturæ eſt, quòd actualiter habeat eſſe poſt non eſſe, & ita de ratione ipſius eſt, quòd incipiat eſſe de nouo.

¶ Contra hoc, quia medium illud &c. hic Doct. reprehendit reſponſionem Henrici, eo quòd non euacuat argumentum ſancti Thomæ, & patet argumentum. & vt clarius intelligatur, formetur ſic. ſupponendo ſecundum Henri. quòd quidquid eſt, ſiue diffinitio, puta lapidis non eſt ratio demonſtrandi ipſum lapidem nunc incipere eſſe, ſed exiſtentia lapidis, tunc ſic, quicquid includit poſſe eſſe poſt non eſſe incipit eſſe de nouo, ſed lapis eſt huiuſmodi, ergo. Dicit Doct. aut in minori prædicatur exiſtentia aptitudinalis, & ſic eſt fallacia conſequentis à poſitione conſequentis ad poſitionem antecedentis, non enim ſequitur lapis poteſt eſſe hinc ad menſem poſt non eſſe, ergo lapis incipit eſſe hinc ad menſem, ẽ contra tamen ſequitur à poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis a. incipit eſſe actu nunc, ergo aptus fuit eſſe nũc, aut exiſtentia actualis prædicatur de lapide, & tunc minor erit contingens, & ſic non ſequitur concluſio neceſſaria, quia ex vna de neceſſario, & alia de contingenti, ſequitur concluſio de contingenti, vt patet primo priorum, & tamen eſt intentum Henrici, per hoc argumentum, quòd ſit neceſſe ipſum lapidem incipere eſſe de nouo, dicit ergo Doct. quòd argumentum Henrici tantum procedit probabiliter, vel ſophiſticè, maior etiam argumenti Henr. poſſet conſimiliter diſtingui, licet Doct. nullam aliam mentionem faciet, & ſic patet iſta litera.

Ratio Henri. I.

Primo priorum. ca 21.

¶ Ibi ad argumentum tñ poteſt reſponderi, &c. Hic Doct. aliter reſpondet ad argumentum Thomæ ſuſtinendo opinionem Henrici. & primo dicit, quòd quid eſt, ideſt diffinitio contingenter ſe habet ad exiſtentiam actualem, vel non actualem, ideſt hæc diffinitio, puta lapidis non eſt ratio demonſtrandi lapidem actu exiſtere neceſſariò, quia tunc de neceſſitate exiſteret, nec eſt ratio neceſſaria demonſtrandi lapidem actu non exiſtere, ſcilicet quòd actualis exiſtentia non conueniat ſibi, quia tunc nunquam poſſet actu exiſtere, ſecundo dicit, quòd quid eſt, ſiue diffinitio non eſt ratio demonſtrandi aliquam conditionem exiſtendi abſolutè, nam conditiones exiſtentiæ ſunt iſtæ, ęternitas, temporalitas, neceſſitas, contingentia, & huiuſmodi, nam aliqua exiſtentia eſt neceſſariò ęterna, vt diuina, aliqua eſt temporalis, & contingens, vt exiſtentia Franciſci, dicit ergo, quòd diffinitio, puta lapidis, non eſt ratio demonſtrandi abſolutè, vel quòd ſit ęternus, vel non ęternus, quia ſi primo de neceſſitate eſſet ęternus, ſi ſecundo de neceſſitate repugnaret ſibi ęternitas. Tertio dicit ibi alicui, tamen quod quid eſt, &c. quòd exiſtentia ſumpta ſub aliqua conditione poteſt repugnare diffinitioni lapidis, vel hominis, puta ſi ſumatur exiſtentia hominis ſub iſta conditione, quòd ſit increata, vel quòd ſit neceſſe eſſe repugnat ſibi, ſic dico pariformiter, quòd exiſtentia hominis ſumpta cum ſempiternitate, & ideo ex quidditate hominis, poteſt demonſtrari, quòd non exiſtat ſempiternaliter, quia ſicut diffinitio eſt ratio demonſtrandi aliquid de ſubiecto ſibi conuenire, ita eſt ratio demonſtrandi aliquid incompoſſibile ſibi repugnare, & nota, quòd non ſequitur homini repugnat eſſe ęternaliter, ergo neceſſario habet eſſe de nouo, ſed bene ſequitur cum conſtantia ſubiecti homini repugnat eſſe ęternaliter, & actu exiſtit, ergo de neceſſitate habet eſſe de nouo.

Quæ ſint cõditiones exiſtentia.

¶ Ibi aliter etiam peccat ratio, hæc reſponſio clara eſt, ſed pono exemplum de primis impoſſibilibus, & de primis neceſſarijs, prima enim neceſſaria ſunt prima principia per ſe nota, & prima impoſſibilia ſunt oppoſita primorum principiorum, & ſicut prima principia ſunt notiſſima in veritate; ita oppoſita primorum principiorum ſunt notiſſima in falſitate, vt patet primo poſteriorum, & ſic nec veritas, nec falſitas eorum demonſtrari poteſt.

Primo poſt con. tex. ſecundo.

¶ Secundo principaliter arguitur pro opinione ſancti Thomæ ibi. Item quodlibet aliud a Deo eſſe factum ex tempore eſt articulus fidei, ergo ad hoc non expedit fieri demonſtrationes, nec propter fideles, nec propter infideles, & litera clara eſt. Reſpondet Docto. ibi ad ſecundum dici poteſt, & reſponſio de ſe patet in littera, nec indiget alia expoſitione.

Secunda ratio D. Thomæ.

¶ Tertio arguitur pro opinione Tho. ibi. præterea tertio Auguſ. 6. de Trin. c. 1. dicit, quòd ſi ignis eſſet ęternus ſplendor ab eo cauſatus ſibi eſſet coæternus, videtur enim, quòd conſequentia Auguſt. ſit naturalis, aliter non valeret ad probandum ęternitatem filij cum patre, non autẽ tenet conſequentia, niſi ex perfecta ratione cauſæ, & cauſati, &c. Et addit ibi & illud argumentum poteſt multipliciter applicari, quia nulla conditio perfectionis in ſecunda cauſa reperitur quacunque poſitione facta, quæ conditio perfectionis non ſit in prima cauſa, vt cauſa: ſed perfectionis eſt in aliqua cauſa ſecunda

Tertia ratio D. Thomæ.

cunda

cunda habere effectum ſibi coęuum, ergo. Ibi etiã aliter deducitur, quia modus cauſandi non formaliter variat ipſum cauſatum ſecũdum Ambroſium de incarnatione verbi, modus enim cauſandi eſt, puta neceſſario, vel contingenter cauſare, ſed ſi Deus naturaliter cauſaret, neceſſariò cauſaret, & poſſet cauſare effectum ſibi coæuum, igitur ſi modo voluntariè cauſaret, poſſet cauſare effectum ſibi coæuum.

¶Reſpondet Docto. ad tertium argumentum, ibi ad tertium dico, quòd licet dicatur ibi multipliciter à diuerſis. Reſpondeo tamen breuiter, quòd in eadem conſequentia poſſunt eſſe multæ rationes, propter quas illatio ſit neceſſaria. Dicit Doct. reſpondendo ad argumentum Tho. quòd aliqua cõſequentia, ſiue illatio poteſt tenere ex multis rationibus, ſiue locis, & exemplum patet in littera, quæ clara eſt vſque ibi, vbicunquè igitur eſt ſimilis ratio inferendi, &c. dicit Doct. ibi. Si ignis eſt ęternus, & non impeditus, ergo ſplendor eſt ęternus, antecedens eſt impoſſibile, nam implicat ignem eſſe, & eſſe ęternum, quia dicerent iſti, quòd ex quo ignis eſt verè cauſatus, implicat ipſum eſſe ęternũ, & ſimiliter conſequens eſt impoſſibile, ſed ſplẽdorem eſſe ęternum propter eãdem rationem de antecedente. conſequentia tamen eſt neceſſaria, & naturalis, ſicut ſi homo curreret, ergo neceſſariò moueretur, tamen quia Auguſt. vult probare coæternitatem filij ad patrem, ponit exemplum de igne, &c. quod quidem exemplum valet in patre, quoad productionem, non quoad cauſationem, quia ſi pater ab ęterno eſt perfectus, & habet memoriam fecundam perfectam, ergo productum ab ipſo eſt ſibi coæternum, cum ſit eiuſdem naturæ non ſic ſequitur de cauſato, quod eſt alterius naturæ à cauſante.

Exemplum de igne valet in patre, quoad productionem, non quoad cauſationẽ.

¶Ibi per hoc patet ad confirmationem illius rationis, quòd nulla perfectio tollitur à prima cauſa, quæ poteſt eſſe in ſecunda, &c. hæc littera clara eſt, & quod dicit ibi. Nec ex hoc tamquam ex impoſſibili inferendo quodlibet, vult dicere Docto. quòd ſi cauſa naturalis eſt ęterna, & non impedita, ergo effectus eius erit ęternus, iſta conſequentia eſt naturalis, & neceſſaria, & non ſequitur hoc conſequens ſicut ex impoſſibili ſequitur quodlibet, ſed ſequitur formali conſequentia, quia conſequens neceſſario includitur in antecedente.

Ex impoſſibili ſequitur quodlibet.

¶Ibi per idem patet ad illam aliam rationem, quòd diuerſus modus cauſandi, &c. Hæc reſponſio clarè patet in primo, diſt. 8. q. vlt. quam ibi expoſui: nã cauſare, & contingenter ille modus, ſed contingenter eſt poſſibilis, & compoſſibilis, cauſare verò, & neceſſariò, ille modus ſcilicet neceſſariò, eſt incompoſſibilis cauſæ, & ſicut ad cauſare modo compoſſibili ſequitur effectus poſſibilis, ſic ad cauſare ſub modo incompoſſibili, ſequitur naturali conſequentia modo præexpoſito de naturali conſequentia effectus, videlicet incompoſſibilis, & patet litera.

¶Quarto arguitur pro via ſancti Thomæ. Ibi præterea quarto, quicquid non repugnat limitationi, non repugnat creaturæ, ſi eſt aliqua entitas. Sed quantacunque duratio non repugnat limitationi, quia non eſt perfectior, vt duret per decem annos, quàm quòd per horam, ergo infinita duratio non poneret maiorem perfectionem, quàm minor.

Quarta ratio D. Thomæ.

¶Reſpondetur ibi. Ad quartum diceret aliquis. Hic Doc. primo recitat opinionem alterius, quàm confutat, aliqui dicunt, quòd ſempiternum eſſe includit aliquam illimitationem, quia includit adæquari Deo ſecundum illimitationem durationis. Dicit Doctor, quòd hoc nihil eſt, quia ęternitas, vt coexiſtens huic diei eſt infinita, & independens, & tamen creatura, vt hodie coexiſtens ęternitati eſt finita, & dependens, ideo non adæquatur ſibi, oporteret igitur dicere ad rationem ſancti Thomæ, quòd ſempiternum eſſe, aliquam illimitationem dicit in creatura, vnde repugnat ſibi. Sed vnde ſit illa limitatio, & repugnantia quilibet oſtenderet per illam rationem fundamentalem, quam pro ſe poneret.

¶Quinto arguitur pro opinione ſancti Tho. ibi. Ita creatura tendit in non eſſe, quantum eſt ex ſe ſi ſemper eſſet, ſicut ſi non ſemper eſſet, & hoc quia eſt ex nihilo, ſed abſque contradictione poteſt aliqua creatura ſemper tendere in non eſſe, & tamen ſemper eſſe ſicut pater de angelo & anima.

Quinta ratio D. Thomæ.

¶Reſpondet Doct. ducendo hoc argumentum ad oppoſitum, quia ſicut creatura nõ poteſt actualiter tendere in non eſſe, & tamen ſemper fore, ita non poteſt actualiter fuiſſe poſt non eſſe, & tamen ſemper fuiſſe, de ratione autem creaturæ ſecũdum iſtam poſitionem non tantum eſt habuiſſe non eſſe ante eſſe aptitudinaliter, ſed etiam actualiter ante eſſe habuiſſe non eſſe.

¶Vltimo loco pro opinione ſancti Thomæ, arguitur per auctoritates, prima eſt Auguſt. ibi. Item Auguſt. de Ciuit. 10. cap. 31. dicit, quòd ſi pes ab ęterno fuiſſet in puluere ſemper ei ſubeſſet veſtigium. ergo.

Vltima ratio D. Thomæ.

¶Item Augu. ibidem lib. 2. cap. 4. modo quodam vix intelligibili philoſophi dixerunt mundum eſſe factum, & tamen non habere principium durationis, igitur ille modus ſi eſt, vix intelligibilis eſt intelligibilis, ergo.

¶Reſpondet Doct. ibi ad auctoritatem dico, &c. tota iſta litera clara eſt, nec indiget alia expoſitione, & ſic patet iſta prima opinio.

EST opinio Henrici quolib. 1. q. 7. & quolib. 9. q. 17. quæ tenet oppoſitum opinionis ſancti Thomæ, videlicet quòd cõtradictionem includat aliud à Deo fuiſſe ſine principio durationis, ſiue ab ęterno fuiſſe, & ꝑ hac opinione multas adducit rationes. prima eſt ibi. Contra iſtã poſitionem arguitur, & ſtat in hoc, quia ſi producitur capit eſſe, & omne tale habet principiũ. Si dicatur quòd ſemper producatur quando eſt, ergo creatura eſt in continuo fieri, & ſic non differet creari à conſeruari, quod eſt falſum. Tum quia creari eſt produci de non eſſe ad eſſe, conſeruari autem eſt ipſius præhabiti eſſe. Tum quia agens particulare generat, & non conſeruat. Et addit, quia creatura habet eſſe acquiſitum, & per conſequens eſſe poſt non eſſe, alias eſſet Deus.

Opinio Henr. quoli. 1. q. 2. quolibet. 1. quaſt. 17.

Quid ſit creari, & conſeruari.

¶Reſpondet Doct. ibi. Tenentes primam opinionem hic Doct. magis videtur declinare ad opinionem ſancti Th. propter tria, quæ ponuntur hic in littera. Primò, quia non videtur contradictio in iſtis terminis aliud à Deo eſſe ſempiternum. Secundo, quia rationes, quæ videntur probare contradictionem ſunt ſpeciales, quia ſi de aliquo ſpeciali probent contradictionem, non probant tamẽ hoc de omni alio à Deo. Tertio, quia quædam rationes ſunt de præterito, quæ videntur ſimiliter poſſe fieri de futuro ſicut de præterito, cum tamen nulli negent poſſibilitatem futuri ſine fine, aut poſſent fieri de ſucceſſione, ſicut de permanentia. Vnde iſti reſpondent ad rationes Henrici, quæ probant contradictionem, dicunt, quòd aliqua creatura, puta angelus potuit ſemper producta fuiſſe, quia eius eſſe eſt in ęuo, & ſic conceditur, quòd ſit in inſtanti ęui, & tamen non ſequitur, quòd ſit ſucceſſiuum: quia Dei filius ſemper generatur, & tamen

Scotus magis hic declinat ad opinionem D. Thomæ, quàm Henrici.

Ad primum argumentũ.

non

non eſt aliquid ſucceſſiuum, ſed ſummè permanens, ita dicerent iſti, quòd idem nunc manet, in quo angelus accipit eſſe, & ita non eſt ſucceſſio. Ad illa de conſeruari, & creari patebit infra diſt.2. q.1. & multo clarius in quolib.quæſt.13. & ibi vide expoſitiones, quas ibi feci. Ad illud additum de eſſe acquiſito concedunt, quia non habet eſſe, quòd ex ſe ſit formaliter neceſſarium, vt ſupra patuit q. immediatè præcedenti; non tamen videtur neceſſarium, quòd ſit acquiſitum poſt non eſſe; ita quòd ly non eſſe duratione, præcedat ipſum eſſe, ſufficit enim quòd ly non eſſe tantum præcedat natura accipiendo prius natura priuatiuè tantum, vt ſupra expoſui in quæſt.de creatione.

Primo Perhier.c.vlt.

¶Secundò principaliter arguitur, per illud Ariſt. primo perhier. ſ. omne quod eſt, quando eſt neceſſe eſt eſſe; & ſic nihil poteſt non eſſe, niſi quia potẽtia præcedit eſſe eius per quam poteſt impediri eius eſſe, ſed ſi aliquid fuit ab æterno à Deo nulla potẽtia præceſſit eſſe eius à Deo. Et Henric. ſibi inſtat, quia prædeſtinatus, &c. & litera eſt clara.

¶Reſpondet Doctor ad aliud philoſophi &c. & remittit ſe ad ea, quæ dixit in primo.diſtin.39. pro nunc tamen vltra ea, quæ dixi, & expoſui in primo, vbi ſupra, nam hæc propoſitio, omne quod eſt, &c. vel eſt vna hypotetica temporalis, cuius ſubiectum ſit, omne quod eſt, & prædicatum ſit eſſe cum neceſſitate; ita quòd ly neceſſe eſſe dicat neceſſitatem conſequentiæ, & ſit ſenſus, omne quod eſt, quando eſt neceſſe eſt eſſe, ideſt de neceſſitate habet eſſe; ſicut dicimus, omne quod currit, quando currit de neceſſitate mouetur, & omni modo illa eſt vera, vel quòd ly neceſſe eſſe dicat neceſſitatem conſequentis, vt ſit ſenſus, omne quod eſt, quãdo eſt habet entitatem ſimpliciter, & abſolutè neceſſariam, & ſic nunquam poſſet non eſſe, & hic ſenſus eſt falſus, vel eſt vna cathegorica de ſenſu compoſito, cuius ſubiectum eſt hoc, omne quod eſt, quando eſt, eſt, ita quòd ly neceſſe eſſe ſit modus iſtius propoſitionis ſub tali conditione, quando eſt, ſicut dicimus (vt dicit Doct. in primo, diſt.39.) animal currit ſi homo currit eſt neceſſe, & hoc modo eſt vera, vide tamen diffusè hanc materiam, in primo vbi ſupra. Et addit Doct. vnum, quod diffusè probatum eſt à Doct. in primo vbi ſupra, videlicet, quòd creatura in illo inſtanti, in quo, & pro quo eſt, contingenter eſt, ideſt quòd non habet entitatem in ſe neceſſariam, nã voluntas diuina quando in inſtãti a. producit b. ipſum b. contingenter producit, ita quòd in illo inſtanti, in quo producit b. poteſt ipſum non producere, quia vt producit ſemper intelligitur prior producto, vt ſuprà patuit in quæſt. de creatione, & ſic patet quomodo in illo inſtanti, in quo producitur contingẽter producitur, de hoc vide Doct. in primo, diſ.39. & ea, quæ ibi expoſui. Et ſic patet ſolutio argumenti Henrici, quia ſi creatura haberet eſſe ab æterno adhuc in illo inſtanti, quo produceretur ab æterno haberet eſſe contingens. Si dicatur quomodo in inſtanti a. in quo eſt habet eſſe contingens, cum dictum ſit, quòd quãdo eſt neceſſe eſt eſſe, dico, quòd pro tanto dicitur habere eſſe contingens in primo inſtanti, quia contingenter producta eſt, quia potuit non produci, licet in illo inſtanti, in quo eſt eſſe, competat ſibi de neceſſitate dum eſt, non tamen de neceſſitate abſoluta, quia in illo inſtanti potuit non produci, & poſtquàm producta eſt, potuit deſtrui.

Quomodo creatura cõtingẽter ſit.

¶Ibi, confirmatur, hæc eſt vna confirmatio, quã facit Henr. quia in perpetuis non differt eſſe a poſſe, vt patet tertio phyſic. tex.com.31. & 9. metaph. c.penult. tex.com.17. igitur nullum ſempiternum eſt in potentia.

¶Dico, quod licet hic in litera non reſpondeatur ad hanc auctoritatem, poteſt tamen ſic reſponderi primo ad mentem Ariſt. quia in perpetuis puta in cœlo, quod eſt perpetuum eſſe ipſius cœli non differt a poſſe. ideſt quòd poſſe eſſe cœli nunquã præceſſit duratione ipſum cœlum, ſecundum aliquos in perpetuis &c. exponitur ſic, quia ibi ſecundum philoſophos, puta in cœlo non eſt materia, quæ eſt potentia receptiua diuerſarum formarum, ideo in cœlo non differt eſſe à poſſe, quia cum ibi non ſit materia, quæ ſemper machinatur ad malum, &c. Scotus verò in primo diſt.2. & quæſt.2. quolibetorũ dicit, quòd in Deo non differt poſſe ab eſſe, ideſt quòd quicquid poteſt eſſe in Deo ad intra ibi de neceſſitate actu eſt, quia quicquid eſt in Deo eſt ibi neceſſe eſſe, & hoc vel formaliter, vel identicè, ſuſtinẽdo etiam, quòd cœlum ſit neceſſe eſſe quicquid poteſt eſſe in cœlo intrinſecum, ibi actu eſt, vt patet. Si ergo philoſophus intelligat, quòd non ſit ibi potentia præcedens ipſum eſſe conceditur, ſi verò intelligat, quòd non ſit ibi potentia coniuncta actui, de qua Doctor in primo, diſt.8. quæſt.vlti. negatur. Si tertio intelligat, quòd non ſit ibi potentia ad ipſum eſſe prius natura ſic intelligendo, quòd ineſſet, niſi præueniretur à voluntate diuina dando ſibi eſſe, adhuc negatur, vt patet ſupra in quæſtio. immediatè præcedenti. & in primo.di.8.q.vlt. & in ſecundo, diſt.2. in tertio, diſt.3.q.1. & alibi. Si quarto intelligat, quòd non ſit ibi in potentia ad non eſſe ſequens ipſum eſſe ab æterno negatur, quia ex quo haberet eſſe contingenter ab æterno ſemper poſſet nõ eſſe, & ſic patet ad illam auctoritatem.

In perpetuis non differt eſſe à poſſe quomodo intelligatur iſta propoſitio.

¶Tertiò principaliter arguit idem Henr. quol.1. quæſt.8. quælibet ſpecies æquè eſt in potentia, vt ſit vt comparatur ad Deum, vt dantem eſſe, ergo ab æterno potuit eſſe aſinus perfectus potens generare, & ab illo poſſent fuiſſe omnes aſini alij generati vſque ad hunc diem, & tunc quæro an omnes fuiſſent tunc finiti, aut infiniti. Si primo modo. ergo totum tempus ab illo vſque ad iſtum aſinum fuiſſet finitum. Si ſecundo modo, ſcilicet ſi infiniti, ergo poſitis extremis, potuiſſent media eſſe infinita actu.

Tertium argumentum ſingularis reſponſio.

¶Reſpondetur à Doct. & dicit, quòd poſſet negari iſta propoſitio, quòd in quacunque ſpecie ſit ſimilis impoſſibilitas ad æternitatem, quia non patet contradictio ex parte cuiuſcunque ſpeciei, & ideo nec ſimilis poſſibilitas. & ſic negaretur de aſino, & multis alijs, ſupponendo tamen, quòd aſinus fuiſſet ab æterno, nõ potuiſſet generare ab æterno, puta ut generatio ſecundi aſini fuiſſet æterna, quia generatio in creaturis ſemper dicit mutationem inter terminos oppoſitos. ſ. inter priuationem, & formam generandam, vt dicit Doct. in primo diſtin.2. par.2. quæſt.3. & diſt.5. quæſt.2. & 28. & ſic priuatio formæ generandæ de neceſſitate præcedit generatione ipſam formam, quia impoſſibile eſt, quòd in eodem inſtanti temporis ſit vera priuatio alicuius formæ, & ipſa forma, vt patet à Doct. in primo, diſtinc.19. & vide quæ ibi expoſui, exponendo illam propoſitionem, impoſſibilis eſt tranſitus de contradictorio in contradictorium ſine mutatione. Et cum dicit Doctor, quòd non eſt ſimilis impoſſibilitas de omni ſpecie, & per conſequens nec ſimilis poſſibilitas fortè dicit, propter hoc, quia concederetur à philoſopho, quòd angelus potuit eſſe ab æterno, ita quòd non eſſe angeli non præceſſiſſet duratione ipſum angelum, & ſimiliter poſuiſſet hoc de cœlo, quia huiuſmodi permanentia ſunt formaliter neceſſaria, & omne tale eſt ſempiternum, patet per Ariſt. primo cœli & mundi tex. com. 188. & 9. meta.cap.penult.tex.com.17. non poſſet autem ſe-

Quomodo generatio creaturis indicat mutationem.

cundum Ariſt. fuiſſe aſinus ab ęterno, quia philoſophus poſuiſſet ipſum tantum poſſe produci per motum, & per conſequens in tempore, quia ſecundum ipſum omnis effectus imperfectus non poteſt immediatè produci à prima cauſa, ſed mediatè motu producitur, vt patuit in primo diſt. 2. par. 1. q. 1. & in quarto, diſtin. 48. & ſic patet quomodo non eſt ſimilis impoſſibilitas ad ęternitatem, & non apparet ſimilis contradictio ex parte cuiuſcunque ſpeciei, ideo nec ſimilis poſſibilitas, quia multa entia potuerunt fuiſſe ab ęterno, vt intelligentia ſecundùm Auicen. 9. Metha. & multa alia entia non potuerunt fuiſſe ab ęterno, vt omnia illa, quæ habent eſſe per generationem, &c.

9. Metha. c. 1.

¶Ibi. Et ſi dicas, quòd tunc oportuit ipſum per tempus infinitum quieuiſſe ad generandum; cum tamen fuiſſet perfectus agens, & potens generare, quod videtur inconueniens.

Ad quartũ argumentũ. ¶Reſpondet Doct. primo, quòd aſinus non fuiſſet factus perfectior ab ęterno ad generandum, quàm Deus ad cauſandũ, tamen per te oportuiſſet Deum quieuiſſe à cauſando per infinitum quaſi imaginatum, ita quòd contradictio eſſet ipſum aliquod creaſſe in infinitum, quaſi præteritum imaginatum præceſſiſſet &c. vult dicere Doct. quòd aliud eſt loqui de tempore infinito ſecundum imaginationem tãtum, quod tempus imaginatum nihil eſt in re, & aliud eſt loqui de tempore infinito in re, quia Doct. vt infra patebit, licet concedat, quòd aliquod permanens, puta aſinus poſſit eſſe ab ęterno, & ſi non produxiſſet, tunc alium aſinum, tũc quieuiſſet per tempus infinitum, verum eſt, quòd quieuiſſet per tempus imaginatum, non autem per verũ tempus, quod eſt menſura motus, & quietis ſecundum prius, & poſterius. quarto phyſic. talis autem motus non potuit eſſe ab ęterno, patet quia motus tantum tempore menſuratur, vt ſupra patuit in primo. diſt. 2. par. 1. q. 1. reſpondendo ad vltimum argumentum principale, exponendo illam auctoritatem Ariſt. 8. phyſic. tex. com. 79. virtus infinita ſi eſſet moueret in non tempore, nulla autem virtus poteſt mouere in non tempore, vide ibi.

Quartum argumẽtum Henrici. ¶Quarto principaliter arguit Henricus. Et ratio ſtat in hoc, ꝙ ſi fuiſſet creatura habuiſſet eſſe acquiſitum, ergo duratione nõ eſſe ſuum præceſſit ſuum eſſe nouum, vel acquiſitum ab aliquo.

¶Reſpondet Doct. ad quartum. Et in iſta reſponſione multa ſunt notanda. Primò, quia ſecundùm Henricum quolib. 8. quæſt. 9. potentia ad non eſſe de neceſſitate præcedit potentiam ad eſſe, puta quòd Franciſcus prius eſt in potentia ad non eſſe, quàm ſit in potentia ad eſſe, & ſic ſequeretur, quòd eſſe Franciſci de neceſſitate præcederet non eſſe ipſius, quia ſi eſt in potentia ad nõ eſſe, ergo prius eſt, tanquam in quo fundatur potentia ad non eſſe; & cum potentia ad nõ eſſe præcedat potentiam ad eſſe, ſequitur, quòd eſſe prius eſt non eſſe, quod eſt inconueniens. Secundò nota, quòd potentiæ contrarię dicuntur illæ, quæ reſpiciũt actus contrarios, ſicut potentia ad albedinem, & potentia ad nigredinem. Tertiò nota, quòd potentiæ ſunt in triplici genere, nam quædam ſunt incompoſſibiles actibus ſuis, vt potentia ad albedinem, quia eſt incompoſſibile, quòd albedo actu ſit in ſubiecto, & quòd ſubiectum ſit in potẽtia ad illam, & ſic de alijs. quædam ſunt compoſſibiles actibus ſuis, vt potentia ſubiectiua, ſicut quantitas eſt in potentia ſubiectiua ad albedinem, & ipſæ ſtant ſimul, quia adueniente albedine quantitas non deſtruitur. Quartò nota ibi, quòd loquendo propriè de potentia, ſcilicet ante actum, &c. Dicit Doct. in iſta littera, quòd quando ſubiectum comparatur ad contraria immediata, vt ad ſanitatem, & ęgritudinem, ſic quòd alterũ ſemper ineſt, tunc ſi eſt in potentia ad unum, puta ad ſanitatem: tunc actu erit ęgrum, & è contra, & hoc eſt, quod dicit, quòd non poteſt ſimul eſſe ſub potentijs huiuſmodi contrariorum, quia tunc careret vtroque actu. Et addit Doct. ꝙ actus vnius potentiæ non eſt ratio recipiendi aliam potentiam, exemplum, ęgritudo in homine non eſt ratio receptiua potentiæ ad ſanitatem, id eſt quòd potentia ad ſanitatem non requirit de neceſſitate ipſam ægritudinem, tanquam rationem recipiendi, quia tunc idem reſpectu eiuſdem eſſet prius, & poſterius eſſentialiter, quod eſt impoſſibile, vt patet quia ſi ęgritudo eſt ratio recipiendi potentiam ad ſanitatem, ergo eſt prior ipſa potentia, quia receptiuum, & ratio recipiendi ſemper ſunt priora eſſentialiter recepto, & cum potentia ad ſanitatem ſit prior ipſa ſanitate, ſequitur quòd ęgritudo ſub ratione propria erit prior eſſentialiter ſanitate, tunc vltra erit idem de ſanitate, quia ſi ſanitas eſt ratio recipiendi potentiam ad ęgritudinem, ſequitur, quòd ipſa ſanitas ex ſua ratione formali erit eſſentialiter prior, & poſterior ipſa ęgritudine, & è contra. Et cum dicit paulò infra ibi, ſed potentiam ad vnum neceſſariò concomitatur alterius actus propter immediationem actuum ad vnũ, vult dicere, quòd ex quo iſti actus ſunt immediati, puta ſanitas, & ęgritudo circa idẽ ſubiectum, quòd quando ſubiectum eſt in potentia ad vnum, puta ad ęgritudinem concomitatur de neceſſitate iſtam potentiam actus alterius potẽtiæ, quia concomitatur ſanitas in actu.

Potẽtiæ ſunt in triplici genere.

Potentia ante actum eſt potẽtia obiectiua.

Nota & benè.

Opinio Doctoris. ¶Ibi, ad propoſitum dico. Dicit Doct. ꝙ homo non fuit ab ęterno in potentia ad eſſe, & in potẽtia ad non eſſe, cum iſta repugnent, quia ſi ab ęterno eſt homo, non præcedit potentiam ad ipſum eſſe hominis, & infra ibi. Sub qua tamen prius, &c. Dicit Docto. quòd loquendo de facto homo prius fuit in potentia ad eſſe, quia potẽtia ad eſſe præceſſit duratione ipſum eſſe, & ſic ſub tali duratione fuit ſub non eſſe, & ita non ſub potentia ad illud nõ eſſe, quia tunc præfuiſſet, vt ſupra patuit, quia quod eſt in potentia ad non eſſe prius eſt, & hoc eſt quòd ſequitur, quòd ſi fuiſſet ab ęterno ipſe homo, fuiſſet ſemper ſub potentia ad non eſſe, quia cum ſit contingens, potuit ſemper non eſſe, vt ſupra declaraui. Et parum poſt ibi, & nunquam ſub potentia ad eſſe, ſed ſub actu hoc eſt intelligendum de potẽtia præcedente actum, & incompoſſibile ſibi, quia ſi homo fuit ab ęterno, potentia ad eſſe ipſius non præceſſit, iſtæ enim potentiæ ſunt contrariæ, vel repugnantes ad inuicem, ſcilicet potentia ad eſſe, & potentia ad non eſſe, & etiam ſunt incompoſſibiles actibus ſuis, quia potentia ad eſſe non poteſt ſimul ſtare cum eſſe, & potentia ad non eſſe, non poteſt ſimul ſtare cum non eſſe. Et infra, ſi autem non loquaris, &c. vult dicere Doct. quòd ſi Henr. ſic intelligat, puta quòd homo non poteſt eſſe in potentia ad eſſe, ſupple exiſtentiæ, niſi prius ſit in potentia ſubiectiua ad non eſſe exiſtentiæ, ita ꝙ ipſum non eſſe exiſtentiæ, fundatur prius in eſſe eſſentiæ hoc falſum eſt, & improbatum ſupra quæſt. præcedenti, quia eſſe eſſentiæ non præcedit eſſe exiſtẽtiæ cum ſint idem realiter.

Eſſe eſſentiæ realiter exiſtens nõ differt ab ipſa exiſtentia, bene eſſe eſſentiæ quo ad eſſe cognitum differt ab exiſtẽtia.

¶Ibi, omittẽdo igitur de potentijs argumentum Henrici, videtur ſtare in hoc ſecundum Henri. vult enim dicere, quòd oppoſita, quæ nata ſunt ineſſe eidem ordine naturæ, ita quòd vnum ſit prius natura alio non poſſunt ſimul eſſe duratione, vt patet de priuatione, & de forma, cum ergo non eſſe creaturæ ſit prius ipſo eſſe natura, ergo eſſe non poteſt ſimul ſtare in eadem duratione cum non eſſe, & ſic non ęternum.

¶Reſpon-

¶Reſpondet Doct.ibi, hic dico,& hæc reſponſio clara eſt,& ſupra quæſt.præcedenti. nam ſi non eſſe eſſet verè prius natura, ita q; prius natura actu eſſet ipſum non eſſe, puta non eſſe hominis,tunc eſſe hominis non poſſet eſſe ſimul duratione,ſiue in eadem duratione, quia quod ſic eſt prius natura,eſt etiam prius duratione, ſed Doct.dicit, quòd ipſum non eſſe dicitur prius natura ex hoc, non quòd ipſum non eſſe actu inſit, ſed quia infuiſſet,niſi homo in illo inſtanti quo ineſſet non eſt eſſe hominis produceretur ineſſe, & non eſt ſimile de inſtanti naturæ, in quo ponitur priuatio actu, & de inſtanti, in quo ponitur ineſſe ad quod terminatur talis priuatio, & de inſtanti, quo homo eſt prius riſibilitate, quia in primo non poſſumus tranſire de priuatione ad habitum ſine mutatione, & ſic talis priuatio erit prior duratione, non ſic eſt de homine,& riſibilitate, quæ ſunt compoſſibilia in eadem duratione, & ſic patet tota iſta litera.

Quintum argumentum Henrici. ¶Quinto arguitur pro opinione Henrici,quia ſi mundus potuit eſſe ab æterno,ergo infinitæ animæ intellectiuæ potuerunt eſſe ab æterno, quod videtur impoſſibile,antecedens patet, quia cum infiniti homines ſint poſſibiles ſucceſſiuè, ita q; vnus poſt alium,& quilibet homo habet animam propriam, vt formam ſibi inhærentem, ſi ergo vna anima potuit eſſe ab æterno, ergo & infinitæ, cum non ſit maior ratio de vna, quàm de alia, & infinitæ ſunt poſſibiles ſucceſſiuè,impoſſibilitas cõſequentis patet,quia ſi poſſent eſſe infinitæ animę ab æterno, ergo poſſet eſſe infinitum in actu,quod eſt impoſſibile apud philoſophos.

Ad quintũ argumentũ. ¶Reſpondet Doctor,quòd quicquid non poteſt fieri à Deo in vno die, quia includit contradictionem, hoc non poſſet fieri in præterito infinito, ſi fuiſſet,propter eandem rationem ſcilicet contradictionis. In iſta enim die ſunt infinita inſtantia, immo in vna hora huius diei, in quorũ quolibet poſſet creare animam, ſicut in vno die totius temporis infiniti ſi eſſet, non enim oportet eum quieſcere à die in diem, vt creet vnam animam poſt aliam, & ita ſi in infinitis inſtantibus huius diei non poteſt creare infinitas animas,quia hoc non eſt factibile, nec in infinitis diebus totius præteriti poſſet infinitas animas,creaſſe.

¶Et ſi dicas inſtantia huius diei non fuiſſe in actu ſicut ſunt infiniti dies præteriti. Dicit Doct. quòd hoc nõ ſufficit, quia ſicut inſtantia infinita infinitorum dierum, in quibus creaſſet,fuiſſent in potentia per te, ſicut indiuiſibile eſt in continuo, & non in actu, quia nullum illorum fuiſſet in actu terminus temporis &c. Et nota cum dicit de puncto in actu, & in potentia,punctus in actu eſt ille,qui eſt in linea indiuiſa, & in quolibet continuo permanenti ſunt infinita puncta in potentia, patet quia eſt diuiſibile in infinitas partes, vt patet primo & tertio phyſ. & ſic quando actu diuiditur punctus terminans lineã dicitur punctus in actu. Similiter inſtans in tempore in actu eſt illud, quod terminat tale tempus, puta inſtans, quod terminat tempus vnius diei, inſtans autem in potentia, quod eſt aptum natum terminare, & in quolibet tempore ſunt infinita inſtantia in potentia, patet,quia quodlibet tempus eſt diuiſibile in infinitas partes, ſimiliter in motu dicimus, quòd mutatum eſſe in actu eſt illud, quod terminat motum, & mutatum eſſe, in potentia, quòd eſt aptum natum terminare, & in quolibet motu ſunt infinita mutata eſſe in potentia, vt patet ſexto phyſic.

Quid ſit punctus in actu.

Tertio phyſ. contex.1. & 31.& 68.

6.phyſ.contex. 58. & infra.

¶Sexto arguitur pro iſta opinione, quia contra rationem infiniti in quantitate eſt ipſum poſſe excedi, vel eſſe totaliter acceptum, vt patet 3.phyſ.t. com.62.& 63.Sed ſi mũdus potuiſſet fuiſſe ab æterno infinita duratio fuiſſet accepta, igitur nihil vlterius fuiſſet accipiendum, igitur &c.

Ad ſextum argumentũ. ¶Reſpondet Doct.& reſponſio eſt ſatis clara in littera,& bene conceditur,quòd non poteſt dari tempus ab æterno, nec ſimiliter motus,quia tunc daretur infinitum in actu. Sed de permanente non eſt ſimile, quia permanens ſi eſſet ab æterno non menſuraretur tempore, ſed tantum æuo, nam permanens dicitur tantum menſurari tempore per accidens,quia tantum ratione motus,vt patet infra. Et ſi dicatur ſi angelus eſſet ab æterno,& applicatus orbi ſuo ab æterno,& optimè diſpoſitus,nonne poſſet mouere orbem ab æterno, & ſic motus eſſet ab æterno, & per conſequens tempus eſſet ab æterno, cùm ſit paſſio motus ex 4.phi.dico,quòd non poſſet mouere ab æterno, cum motus ſit ſucceſſiuus,& de ratione ſucceſſiui eſt non habere omnes partes ſimul, ſed vnam poſt aliam.

Ioannes de Baſſolis tenet poſſe dari infinitum in actu.vide in primo ſenten diſt.43. q. vnica. 4. phyſic. contex.130.

¶Septimò, & vltimò arguitur pro iſta opinione, quia tunc pars eſſet maior toto, hæc ratio ſtat in hoc, ſuppono, quòd meridies præſentis diei ſit a. & præteritum ad a. ſit infinitum,& ſimiliter futurũ ad a. & ſic ſint ęqualia, & ſimiliter ſuppono, quòd meridies craſtinæ diei ſit b. & præteritum ad b.ſit infinitum,& ſimiliter futurum ad b.ſit infinitum,& ſic ſint ęqualia, tunc ſic præteritum ad b. eſt maius præterito a. patet, quia præteritum vſque ad meridiem præſentem eſt pars præterita craſtinæ diei. Sed totum eſt maius ſua parte, ſi ergo præteritum ad b.eſt maius præterito ad a. ſequitur, quòd futurum ad b.ſit maius præterito ad a. quia præteritum ad b. & futurum ad b.ſunt ęqualia, tunc vltra futurum ad b. eſt maius præterito ad a. ergo eſt maius futuro ad a.patet quia præteritum ad a.& futurum ad a.ſunt ęqualia, ſed futurum ad b. eſt pars futuri ad a.patet quia futurum ad a.incipit à præſenti meridie,& futurũ ad b.incipit à meridie craſtinę diei, & ſic futurum ad b. eſt pars futuri ad a. ergo ſequitur, quòd pars eſt maior toto, quia futurum ad b. qđ eſt pars futuri ad a.erit maius futuro ad a. quod eſt totum reſpectu futuri ad b.

Ad vltimũ argumentũ. ¶Ad vltimũ argumentum dici poteſt, q; ęquale, maius & minus non conueniunt quantitati molis, niſi finitæ,quia prius diuiditur quantũ per finitum & infinitum, quàm ſibi conueniat æquale,uel inæquale, de ratione enim quantitatis maioris eſt excedere, & minori excedi, & æqualis commenſurari, quæ omnia videntur concludere finitatem,& ideo negaretur infinitum eſſe æquale infinito, cum iſtæ ſint differentiæ quãtitatis finitæ,& ſic patet reſponſio ad omnes rationes pro opinione Henr.

Quare materia ſit ingenerabilis, & incorruptibilis. AD argumenta principalia arguit primo Doct. probando, q; Deus poteſt producere aliquid aliud à ſe ſine principio durationis, & arguit ſic per philoſophum primo phyſi.tex.comm.82. qui probat, q; materia eſt ingenita & incorruptibilis, alioquin eſſet proceſſus in infinitum in materijs,patet quia omne, quod generatur apud philoſophos ex materia generatur,& quæritur an illa materia ſit ingenita, aut genita, ſi primo habetur propoſitum, ſi ſecundo, ergo ex alia materia erit genita, & ſic proceſſus in infinitum. Item patet, quòd ſit incorruptibilis, quia quod corrumpitur in materiam corrumpit, quæro de illa materia,aut eſt incorruptibilis, & ſic habetur propoſitum,aut corruptibilis,ergo in aliã materiam eſt corruptibilis, & ſic proceſſus in infinitum,ſi ergo materia eſt ingenita,ergo materia vel non fuit producta,vel fuit producta ſine principio durationis,& ſi non fuit producta,ſaltem aliqua forma fuit in ea ſine principio durationis, quia materia nunquam fuit ſine forma.

¶Reſpon-

Ad primum argumentū. ¶Reſpondetur à Doc. quòd verum eſt materiam primam eſſe ingenitam loquendo de generatione propriè dicta, quæ in creaturis includit mutationem, vt patet à Doct. in primo, diſt. 2. par. 2. q. 3. diſtin. 5 q. 2. & alibi, quia omne quod generatur, eſt compoſitum ex materia, & forma, & ſic generatur ex materia, ſi ergo materia generaretur eſſet compoſita ex materia, & forma, & ſic eſſet proceſſus in infinitum in materijs, vt dixi ſupra, concedit tamē, quòd & ſi non ſit genita, eſt tamen tota producta per creationem, vt ipſe dicit infra diſt. 12.

Materia eſt tota producta per creationem. ¶Secundò arguit ſic, tempus ſecundum philoſophum. 8. phyſic. tex. commen. 31. & 12. metaph. tex. commen. 10. & 11. eſt ſine principio, quod patet, quia ſi non, igitur prius potuit fuiſſe tempus, quàm fuit, vel prius eſſe antequam eſſet, ſed ante eſt differentia temporis, igitur ante tempus fuit tempus, quàm fuit.

Ad ſecundum argumentum. ¶Reſpondet Doct. dicens, quòd non valet, quia aliàs concludit mouens non poſſe ſine nouitate, ſeu mutatione agere, & reſponſum eſt ad illud in quæſtione præcedenti. Et quod dicit de ante dicit Doc. quòd ante tempus reale non eſſet, niſi tempus imaginarium, & per conſequens ly ante eſſet differentia temporis imaginarij, ſicut extra vniuerſum nihil eſt ibi, vel negatur extra, vel non affirmatur niſi imaginatum.

¶ Tertiò arguit ſic ſecundum philoſophum in primo de generatione. tex. com. 17 generatio vnius eſt corruptio alterius, ergo non fuit aliqua prima generatio.

Ad tertium argumentū. ¶Reſpondet Doct. dicens primò, quòd reſpiciēdo ad futurum, iſta vera, & ſatis propria, corruptio vnius eſt generatio alterius, quia agens nō intendit corrumpere per ſe, ſed tantum per accidēs propter incompoſſibilitatem formarum, ideo enim corrumpit, vt generet, & ideo expellit puta formam à materia aquæ, vt ibi introducat formam terræ, & addit quòd dabitur vltra corruptio, poſtquam nō ſequetur alia generatio, vt quando omnia mixta corrumpentur, & reſoluentur in quatuor elementa. Secundò dicit, quòd reſpiciendo ad præteritum generatio vnius eſt corruptio alterius, & hæc non eſt ita propria, quia ex vi ſermonis videtur, quòd agens ideo generat, vt corrumpat, ſed magis eſt cōtrarium, quia ideo corrumpit, vt generet. Et addit, quòd datur prima generatio, nulla corruptione præcedente, patet quia prima forma, quæ producitur in materiam, ex tali forma, & ex tali materia verè generatur compoſitum, & tamen nihil corrumpitur, patet quia non materia, cum ſit incorruptibilis, non forma cum nulla præfuerit.

Quomodo generatio vnius ſit corruptio alterius.

¶ Quartò arguit cauſa non agens per motum, & non impedibilis poteſt habere effectum ſibi coæuum.

Ad quartū argumentū. ¶Reſpondet Doctor, quòd vbi agens, & effectus poſſunt habere eſſentiam vnigeneam, id eſt vbi poſſunt habere eandem eſſentiam, maior eſt vera, ſcilicet quòd cauſa perfecta, & non impedita poteſt habere effectum ſibi coæuum, ſed vbi non poſſunt eſſe vnigenea, ſed prioritas naturæ in cauſa de neceſſitate requirit prioritatem durationis eius, reſpectu eff ctus ibi maior eſt falſa.

¶Nunc Doctor reſpondet ad argumenta ad oppoſitum, quibus probatur, quòd eſt impoſſibile aliquid aliud à Deo poſſe produci ſine principio, & primum argumentum ſtat in hoc, omne, quod de neceſſitate producitur de non eſſe ad eſſe, de neceſſitate producitur de non eſſe duratione præcedente. Sed omnis creatura eſt huiuſmodi, ergo, maior videtur nota, minor probatur auctoritate Auguſt. dicentis, quòd creatura ex eo, quòd omnipotentis voluntate ex non eſſe ad eſſe producta eſt eius ſubſtantia.

¶Secundò probatur idem per argumentum ducens ad impoſſibile, quia ſi potuit producere vnum ſine principio durationis, ita & aliud, cum non ſit maior ratio de vno, quàm de alio, ergo potuiſſent eſſe producta actu infinita in multitudine, quia infinitas numeralis indiuiduorum non eſt impoſſibilis ſucceſſiuè, potuiſſet etiam aggregaſſe omnes lapides, qui poſtea fuiſſent, & ita infinitum mole feciſſe. Sed tam infinitas numeralis in actu, quàm in mole in actu eſt impoſſibilis, vt patet 3. phyſic. tex. commen. 61. & 37.

Infinitas numeralis indiuiduorū non eſt impoſſibilis ſucceſſiuè.

¶Reſpondetur ad primum, & dicit Doct. primò, quòd hæc eſt deſcriptio Arrij, nam Arrius dixit filium Dei eſſe creaturam, & Auguſt. contrarium probando, quòd filius Dei nō ſit creatura, aſſumit hanc diffinitionem contra Arrium, quaſi dicat. tu dicis, quòd creatura eſt ex eo, quod omnipotentis Dei, &c. contra filius Dei non producitur voluntate omnipotentis Dei, ſed intellectu, vt tu conceſsis: ergo filius Dei non eſt creatura. Secundò dicit, quòd ſupponendo, quòd hæc ſit diffinitio creaturæ, loquendo propriè de creatura, vt creatura, dicit quòd creatura vt creatura de neceſſitate habet eſſe poſt non eſſe, vt puta angelus, vt creatura neceſſariò habet eſſe poſt non eſſe, & repugnat ſibi eſſe ab ęterno, vt creatura tamen angelo, vt angelo non repugnat ſibi fuiſſe ab ęterno, & ſi fuiſſet, ab ęterno nō diceretur creatus, ſed magis productus. Et quod dicit de fallacia accidentis, vt clarius cognoſcatur fiat ſic argumentum, omne quod incipit eſſe eſt creatura. Sed omne aliud à Deo de neceſſitate incipit eſſe, patet quia de facto incipit eſſe, ergo omne aliud à Deo eſt creatura, dico quòd eſt fallacia accidentis, nam incipere eſſe accidit minori extremitati, quia non repugnat omni alij à Deo, vel ſaltem alicui eſſe ab ęterno, & hoc eſt quod dicit. Scilicet eſt fallacia accidētis propter extraneitatem medij, quod eſt incipiens eſſe reſpectu tertij, quod eſt minor extremitas inquātum comparatur ad primum, Scilicet ad maiorem extremitatē, non enim quicquid repugnat accidenti, repugnat ſubiecto, cui accidit tale accidens, ſicut in iſta, animal eſt genus, homo eſt animal, ergo homo eſt genus, non enim quod repugnat animali, quod accidit homini, inquantum animal comparatur ad genus repugnat ipſi homini, nam animali, vt comparatur ad genus repugnat abſolutè, quòd prædicetur de alio perſonaliter, patet quia animal, vt eſt genus tātum ſupponit ſimpliciter, & tamen ſupponere perſonaliter non repugnat homini, quia homo poteſt ſupponere pro inferioribus, ſic in propoſito, non enim quod repugnat accidenti, id eſt huic quod eſt incipere eſſe, quod accidit alij à Deo, repugnat alij à Deo, nam ęternitas repugnat huic, quod eſt incipere eſſe, vt ly incipere eſſe comparatur ad creaturam, & tamen non repugnat angelo, & hoc eſt, quod dicit Doct.

Diffinitio creaturæ.

¶Ad ſecūdum de infinito in multitudine, & magnitudine patuit reſponſio ſupra in reſponſione de infinitate actuali animarum, quia eſt repugnantia ex parte creaturæ, quòd ſint infinitæ actu, pariformiter dicendum eſt de infinitate tam numerali, & ſimiliter de infinitate molis, ſicut ibi expoſui. Nam ibi dictum eſt, quòd quicquid non poteſt fieri à Deo in vno die, quia includit cōtradictionem, hoc non poſſet fieri in infinito præterito, ſi fuiſſet pp eandem rationem, patet quia in iſta die ſunt infinita inſtantia, in quorum quodlibet poſſet cauſare vnam animam, immò in vno poſſet creare mille ſi vellet, ſi ergo in infinitis inſtantibus vnius diei nō

poteſt

poteſt creare infinitas animas, ita nec in infinito tẽpore, ſic ſimiliter non poſſet creare infinitos lapides in numero, non enim oportet eum quieſcere à die in diem, vt creet vnam animam poſt aliam, ita non oportet eum quieſcere à die in diem, vt creet vnum lapidem poſt alium. Sic ſimiliter ſi in vno die non poteſt creare magnitudinem infinitam addẽdo partem poſt partem in infinitum, cum in vna die ſint infinita inſtantia, in quorum quodlibet poteſt partem addere, ſic nec in infinito tempore.

Iſta quæſtio eſt problematica. De iſta tamen quæſtione, non multum curandum eſt, cum ſit problematica, & vtraque pars ſuſtentabilis. Et ſic finis præſentis quæſt.

Quæſtio quarta, & quinta. Diſt. I.

Vtrum creatio angeli ſit idem Angelo.

Scotus 2.ſent.diſt.1.q.4.
Franciſcus de Mayronis 2.ſent.diſt.1.q.4.
Henricus quolib.9.q.3.& quolib.5. quæſt.6.& 7. & quolib.7.q.1.
Guilielmus Ocham in primo. diſt.3.q.1.
Gabriel Biel.2.ſent.diſt.1.& q.1.
Thomas de Argentina.2.ſent.diſt.20.q.1.
Diuus Thomas, prima parte ſummæ. q.45. art.3.
Ioannes Bacconitanus 2.ſent.diſt.1.q.3.

HIC Doct. ponit duas quæſtiones ſimul, quarum prima eſt. Vtrum creatio angeli ſit idem angelo, ideſt an creatio paſſiua, quæ eſt relatio fundata in angelo ſit ſimpliciter idẽ ipſi angelo. Secunda quæſtio eſt, vtrum relatio creaturæ ad Deum ſit eadem fundamento, qui titulus quæſtionis intelligẽdus eſt de reali identitate. Et primo reſpondendo ad ſecundam quæſtionem adducit opinionem Henrici.

Opinio Henrici. DICITVR ab Henrico.quolib.9.quæſtio.3. & quolib.5.q.6.& 7.& quolib.7. q.1. quòd omnis relatio eſt eadem fundamento. In iſta quæſtione hunc ordinem ſeruabo, primo exponam argumenta facta à Docto. contra opinionem Henrici. Et ſecundo reſpondebo ad argumenta pro opinione Henrici primum eſt ibi, contra iſtam opinionem arguo, ſecundum eſt ibi, ad primum alterius opinionis.

¶Quantum ad primum arguit primo Doc. probando, quòd aliqua relatio realiter diſtinguatur à fundamẽto. Et ratio ſtat in hoc, nihil eſt idem realiter a. ſine quo a. poteſt eſſe realiter ſine contradictione. Sed multæ ſunt relationes, ſine quibus fundamenta poſſunt eſſe ſine contradictione, vt probabit infra. Ibi probatio maioris. Hic Doctor probat maiorem multipliciter, licet de ſe videatur manifeſta, & ſentẽtia literæ ſtat in hoc, quia ſi a.& b. poſſunt fundare duo contradictoria realiter diſtinguuntur, quia da oppoſitum, ideſt ſi non diſtinguũtur realiter, ergo duo contradictoria realiter poſſunt verificari de eodem, quod eſt oppoſitum primi principij, & ſenſus eſt, quòd quando aliqua duo ſunt penitus idem ex natura rei, quod realiter competit vni de neceſſitate, illud idem competit alteri, quia da oppoſitum. ſ. quòd aliquid poteſt competere vni, & non alteri, ergo illa non ſunt idem ex natura rei, non enim eſt imaginabile oppoſitum, & hoc eſt, quod dicit in iſta litera, quàm tamen expo-*Expoſitio literæ.*no de verbo ad verbum, cum dicit, quòd idem ens realiter ſit realiter, & non ſit realiter, videtur eſſe oppoſitum primi principij, ex quo principio videtur ſtatim concludi diuerſitas entium, hæc propoſitio poteſt habere multiplicem ſenſum. primus eſt, ꝙ a. ſit realiter b. & non ſit realiter b. &c. ideſt quòd a. poſſit realiter exiſtere b. non exiſtente, & quòd non differat realiter a. b. eſt oppoſitum primi principij, quia ſi a. eſt realiter idem quod b. ſequitur quòd nõ poſſit realiter exiſtere ſine b. ergo ſi realiter poſſit eſſe ſine b. realiter diſtinguitur ab ipſo b.& ſecũdus ſenſus poteſt eſſe, quòd quærat tãtum de diſtinctione ex natura rei, vel formaliter, ideſt quòd idem realiter ſit, & realiter non ſit, ideſt quòd ex natura rei aliquid competit a. quod non competit b. & quòd a. ſaltem ex natura rei non diſtinguatur à. b. videtur eſſe oppoſitum primi principij. In propoſito autem Docto. accipit primum ſenſum. Sequitur, quia ſi de aliquibus duobus dicantur contradictoria eo modo, quo dicuntur de eis videntur eſſe non idem. Hæc propoſitio ſimiliter poteſt habere multiplicem ſenſum, quia ratione contradictionis poteſt inferri non identitas multipliciter, puta aliquando non identitas ex natura rei, aliquando non identitas eſſentialis, aliquando non identitas realis, & ſic de alijs, pro cuius intelligentia eſt ſciendum pro nunc, quòd non identitas, ſiuè diſtinctio realis eſt propriè inter rem, & rem actu exiſtentem ſic, ꝙ repugnet priori ex ſua natura eſſe ſine poſteriori, & per hoc excluditur inſtantia de correlatiuis, quæ realiter diſtinguuntur, & tamen vnum non poteſt eſſe ſine alio, quia ſunt ſimul natura. *Ratione contradictionis poteſt inferri multipliciter omnis identitas.*

Diſtinctio eſſentialis. Diſtinctio verò eſſentialis propriè reſpicit diſtinctas eſſentias, ſiuè numeraliter, ſiue ſpecificè non curo. *Diſtinctio ex natura rei.* Diſtinctio ex natura rei proprie reſpicit diſtinctas realitates incluſas in eadem re realiter, & eſſentialiter, ſi volo ergo probare realem diſtinctionem aliquorum per rationem contradictionis probabo ſic, impoſſibile eſt idem realiter exiſtere, & realiter non exiſtere, ſed a. realiter poteſt exiſtere ſine b. ergo realiter diſtinguitur a.b. quia da oppoſitum, ſi non diſtinguitur realiter a. b. ergo dicit eandẽ exiſtentiam cũ b. & ſic non poterit realiter exiſtere ſine b. Deinde ſi volo probare diſtinctionẽ ex natura rei, puta ꝙ vna realiter tantum ex natura rei diſtinguatur ab alia, quę tamẽ realitates ſunt idem realiter reſpectu tertij, cui realiter identificantur, arguo ſic, aliquid poteſt competere a. ex natura rei, quod repugnat b. ex natura rei, ergo a. diſtinguitur ex natura rei a. b. quia ſi ſunt omnino idem ex natura rei, ergo quod competit vni ex natura rei competit alteri, & hoc eſt, quod dicit Doct. ſi de aliquibus duobus dicuntur contradictoria eo modo, quo dicuntur videntur eſſe non idem. Sequitur. Et ita ſi contradictoria eſſe, & non eſſe dicantur de eis videntur eſſe non idẽ ineſſe, hìc loquitur de eſſe actualis exiſtentiæ, & vult dicere, quòd actu exiſtere & actu non exiſtere contradicunt, & non poſſunt verificari de eodem, ergo ſi a. eſt idem realiter cum b. Et ex alia parte poteſt exiſtere ſine b. ſtatim verificantur duo contradictoria, quia tunc a. actu exiſteret ſine b. quia diceret eſſe ſeparatum a.b. & actu non exiſteret ſine b. quia diceret eandem exiſtentiam cum b. & hoc eſt quod dicit.

¶Ibi, cõfirmatur iſtud, quia ſi illa maior negetur, (ſcilicet nihil eſt idem realiter a. ſine quo a. poteſt eſſe realiter ſine contradictione) non videtur relinqui, vnde poſſit diſtinctio entium probari, patet ex hoc enim probamus diuerſitatem entium: quia exprimentaliter videmus, quòd vnum actu exiſtere poteſt, altero non exiſtente.

¶Ibi, hanc etiam propoſitionem, illa ſunt diſtincta realiter, quorum vnum poteſt manere ſine altero negaret proteruus, negata verò iſta perit tota doctrina philoſophi.7.topic. qua docet, ꝙ problema faciliter deſtruitur per contradictionem innẽtam, *Quæ ſint diſtincta realiter.* *7.Top.c.8.et 9.& inde.*

ſed

ſed difficulter conſtituitur, &c. quomodo autem conſtruatur problema, & deſtruatur, patet ibi, ſi enim fieret tale problema, an homo ſit penitus idem, quòd riſibile facilè deſtruitur hoc problema ſ. quòd non ſit idem per contradictionem inuentam, puta, quia tunc contradictoria verificarentur de eodem, quod patet, nam riſibile ex natura rei eſt proprietas hominis, ergo homo cum ſit penitus, idē erit ex natura rei proprietas hominis, & ex alia parte cum ipſe homo ſit ſubiectum proprietatis nō erit proprietas, & ſic per aliquam contradictionem inuentam faciliter deſtruitur problema, & hic modus eſt facilior omni alio modo ad deſtruendum. Et patet litera.

¶ In iſta etiam via philoſophi fundatur illa via de motu, ſiuè mutatione ad probandum diſtinctionem, qua vtitur philoſophus ad probandum materiam eſſe aliam rem à forma, quia manet eadem ſub oppoſitis formis: probat enim Ariſt. quòd materia diſtinguitur realiter à forma, quia per tranſmutationem innoteſcit, quòd aliquando materia eſt ſub vna forma, aliquando eſt ſub altera, ſed ſi ex alia parte diceretur, quòd materia eſt eadem realiter cum forma, & argueretur ſic experientia notum eſt, quòd materia poteſt eſſe ſine iſta forma, ergo realiter diſtinguitur, ſi negatur conſequentia, antecedente conceſſo per experientiam noto, ſtatim ſequitur contradictoria realiter verificari de eodem.

Materia diſtinguitur realiter à forma.

¶Qua etiam via vtitur phyloſophus 4. phyſi. tex. commen. 3. ad probandum locum eſſe aliud à locato, quia idem locus manet cum diuerſis locatis ſucceſſiuè; Ex hijs ergo patet probatio maioris, quàm probationem benè nota, quia Doctor ſæpe vtitur illa propoſitione.

¶ Minor principalis argumenti apparet in omnibus relationibus, quarum fundamenta poſſunt eſſe ſine terminis, ſicut eſt in omnibus relationibus æquiperantiæ, ſicut ſunt ſimile, & æquale, & huiuſmodi, & loquitur hìc Docto. de ſimilitudine, & æqualitate propriè ſumpta, vt ſimilitudo fundatur ſuper qualitate propriè, & æqualitas ſuper quantitate. Et patet per phyloſophum quinto metaphyſicorum. c. de ad aliquid. tex. comment. 20. & de hoc vide Doctor in primo, diſtinct. 19. & in quolibetis, quæſt. 6. non autem loquitur de ſimilitudine qualitercunque, quia in diuinis eſt veriſſimè ſimilitudo & æqualitas, quæ tamen realiter identificantur fundamento.

¶Confirmatur etiam iſta ratio, quia ſi relatio nihil aliud ſit realiter à fundamento, & tamen manet ſine eo, videtur negari incarnatio, & ſeparatio accidentis à ſubiecto in euchariſtia videtur etiam negari omnis compoſitio in entibus, & omnis cauſalitas ſecundarum cauſarum, quæ omnia ſunt incōuenientia, probatio primi inconuenientis, hic Doc. ſupponit, quòd incarnatio paſſiua, qua natura humana dicitur vnita verbo, dicit relationem realem fundatam in ipſa natura humana, & terminatam ad verbum diuinum, patet communiter per Doct. & præcipuè ab iſto in tertio, diſt. 1. q. 1 & vide diffuſe quæ ibi expoſui, & quamdiu talis relatio eſt in natura humana, tamdiu dicitur aſſumpta à verbo, ſi ergo talis vnio eſt idem realiter cum natura humana. ſequitur, quòd ſi verbum non aſſumpſiſſet eam æquè realiter fuiſſet vnita verbo, ſicut modo ſi etiam deponeret illam naturam, manente tamen ipſa eadem in ſe, maneret natura illa realiter vnita verbo.

Probantur quatuor inconuenientia, ſi relatio non diſtingueretur à fundamento.

¶Secundum etiam inconueniens de euchariſtia, probatur, quia ſi manet eadem quantitas in euchariſtia, quæ prius erat panis: & nihil aliud eſt inhærentia eius panis, quàm realiter ipſamet quantitas, igitur illa vnitur realiter pani, vt in euchariſtia, ſicut & prius antequam eſſet ſeparata à pane.

¶Tertium incoueniens probatur, quia ſi a. & b. componunt ab. & iſtarum partium vnio adinuicē nihil aliud ſit realiter, niſi iſta abſolute a. & b. ergo ſeparatis realiter a. & b. manet verè compoſitum.

¶Probatur etiam quartum, quia quod cauſatur à diuerſis cauſis ſecundis, præexigit in eis debitam proportionem, & approximationem ad hoc, vt cauſetur ab eis. Sed ſi iſta approximatio, & proportio nihil ſint, niſi ipſamet abſoluta: ergo ita ſunt realiter cauſatiua, quando non ſunt realiter approximata, &c.

¶ Ibi, præterea ſecundo. hic eſt ſecunda ratio principalis contra opinionem Henrici. Et ratio ſtat in hoc, ens limitatum non poteſt continere per identitatem realem aliqua oppoſita formaliter, ita quòd eadem albedo ſit realiter ſimilitudo, & diſſimilitudo, & ſimiliter, quòd aliqua natura ſit realiter paternitas, & realiter filiatio videtur impoſſibile, niſi de natura omninò illimitata, cuiuſmodi eſt eſſentia diuina, quæ propter ſui infinitam illimitationem cōtinet per realem identitatem generationem actiuam, & paſſiuam, ſiuè paternitatem, & filiationem. Si ergo eadem albedo non ſic continet ſimilitudinem, & diſſimilitudinem, ſequitur, quòd ſi nunc eſt realiter ſimilis, non erit realiter diſſimilis, & ſic poterit ſeparari à diſſimilitudine. Et cum dicit, quòd eſſentia diuina continet ipſa relatiuā formaliter, debet intelligi tantummodo ſecundum identitatem realem, & non ſic formaliter, ita quòd eſſentia diuina, & paternitas ſint vna formalitas: nā ſecundùm Doctorem diſt. 2. primi. parte ſecunda, quæſt. prima. dicuntur non eſſe eadem formaliter, & negat ibi iſtam conſequentiam. ergo diſtinguuntur formaliter, tamen expreſsè diſt. 8. quæſtio. 3. tenet, quòd diſtinguuntur formaliter, & hoc idem alibi tenet.

Secunda ratio principalis, quòd relatio diſtinguatur à fundamēto.

Quomodo eſſentia diuina contineat relatiua.

¶Præterea tertio arguitur. idem omnino non continet plura eiuſdem rationis ſecundum perfectam identitatem eadem ſibi, hoc eſt manifeſtum. Sed plures relationes eiuſdem rationis ſunt in eodem fundamento, vt plures ſimilitudines in eadem albedine.

Tertia ratio.

¶Item quarto ſic, continens aliquid per identitatem, ſi eſt perfectius, concludit etiam contentum in eo eſſe perfectius in eo per identitatem, ſicut anima perfectior habet perfectiorem intellectum. Sed non omne albius eſt ſimilius: ergo. Aduerte tamē, quia dictum Doctoris. ſ. continens perfectius realiter, & contentum erit, perfectius videtur dubium, quia angelus continet realem relationem ipſius ad Deum, & hoc per identitatem realem, & ſimiliter lapis creatus, & tamen relatio angeli non eſt perfectior relatione lapidis. Si dicatur, quòd dicitur, perfectior non ratione ſuæ formalitatis, cum ſint eiuſdem rationis, ſed ratione fundamenti, cum quo identificatur realiter, idem dicam de albo, vt 8. cōparato ad albū, vt duo, & de albo, vt duo comparato ad aliud album, vt duo. nam album, vt duo, eſt magis ſimile albo, vt duo, quàm albo vt 8. & ſic ſimilitudo albi vt 8. ad album, vt duo erit maior ſecundum ipſum. Sed ego dicam, quòd licet ratione ſuæ formalitatis dicatur minor, & imperfectior, tamen ratione fundamenti, cum quo identificatur realiter erit perfectior, & ſic videtur hoc argumentum non concludere.

Quarta ratio.

Dubitatio facilis.

Reſponſio.

¶Dico primò, quòd argumentum Doctoris benè concludit præcipuè in propoſito, quia ſi ſimilitudo realiter nihil aliud ſit, quàm ſuum fundamentum, ſequitur de facto, quòd fundamentum nobilius

lius erit magis ſimile, quàm fundamentum valde minus nobile, cuius tamen contrarium experimur, vt patet in exemplo de albo, vt 8. comparatur ad album, vt duo.

Quinta ratio. ¶Ibi, præterea quinto, contenta in aliquibus per identitatem non minus differunt in continentibus magis diſtinctis. Hoc argumentum ſtat in hoc, quòd ſi relatio non ſit eadem fundamento, quòd quanto fundamenta plus differunt, tanto, & ipſæ relationes plus differunt, cum ſint eædem res. Sed hoc eſt falſum, quia æqualitas, quæ fundatur in quantitate, & ſimilitudo, quæ fundatur in qualitate minus differunt, quia vnius modi, quàm ſimilitudo, & actio, quæ fundantur ſuper eundem calorem, cum ſint alterius, & alterius modi, vt patet 5. meta. tex. comment. 20.

Sexta ratio. ¶Ibi ſexto, relatio rationis eſt alia res à ſuo fundamento: ergo & relatio realis erit alia res à ſuo fundamento, &c. In iſta litera dicit Doctor, ſicut multæ relationes rationis ſic diſtinguntur à fundamento, quòd fundamentum poteſt eſſe ſine illis: & hoc patet; quia vna ſecunda intentio, vt cognita, poteſt comparari ad aliam ſecundam intentionem cognitam, talis comparatio paſſiua eſt relatio rationis, quæ fundatur in alia relatione rationis cognita, ſimiliter erunt multæ relationes reales, ſine quibus fundamentum poteſt eſſe. Et cum dicit ibi probando conſequentiam, quòd relatio rationis eſt modus obiecti in primo actu intellectus.

Duplex relatio rationis. Notandum, quòd duplex eſt relatio rationis. nam quædam eſt, quę vocatur ſecunda intentio, quæ fit per ſecundum actum intellectus. ſ. per actum comparatiuum, & actus comparatiuus dicitur ſecũdus actus: quia non poteſt eſſe talis actus, niſi præſuppoſita cognitione extremorum, quæ adinuicem comparantur: Et quædam relatio rationis fit per actum rectum intellectus, quo intelligit a. per ipſam intellectionem a. dicitur habere eſſe cognitum. denominatione tamen extrinſeca, vt notat Doctor in quarto, diſt. 1. q. 1. & tale eſſe cognitum eſt modus obiecti, quia per illud modificatur obiectum in tali eſſe, ſicut dicimus, quòd albedo in homine eſt modus, quia modificat ipſum, cum facit ipſum ſtare pro homine albo. dicit ergo Doctor quòd ſicut relatio rationis eſt modus obiecti in primo actu intellectus, quo intellectus primo intelligit obiectum, & tamen non eſt in ſe nihil in genere intelligibilium, &c. id eſt quòd ille modus, ſiue eſſe cognitum eſt aliquid de numero intelligibilium

Adducuntur auctoritates ad probandum idem. licet non ita primum, ſicut primum obiectum cognitum. Quomodo autem relatio rationis ſit de numero intelligibilium, & quomodo dicatur per ſe intelligibilis, & quomodo contineatur ſub adæquato obiecto intellectus, vide quæ diffuse expoſui ſuper primo Doctoris diſt. 3. q. 3. vbi ſunt valde notabilia.

¶Ibi, præterea probatur concluſio iſta. Hic Doctor intendit probare prædictam cõcluſionem per auctoritates, quæ auctoritates ſic claræ ſunt in litera, quòd non indigent expoſitione, & vt dicitur ibi. Item philoſophus 12. metaph. cap. 2. tex. commen. 19. vbi vult, quòd ſicut principiata ſunt alia, ita principia. nam ſi principiatum eſt abſolutum, neceſſariò principia intrinſeca erunt abſoluta, aliter eſſet abſolutum, & non abſolutum, cum entitas abſoluti realiter dependeat à principijs intrinſecis, & ſi principiatum eſt relatio, principia intrinſeca puta genus, & differentia erunt relationes.

¶Item Auicen. 3. metaphyſ. c. de relatione, videtur velle ex intentione, quòd relatio habeat certitudinem propriam, & in principio capituli vult, quòd ſecundum ſuam certitudinem habeat proprium ineſſe, & propriam accidentalitatem. vbi ſic ait, oportet inquit loqui de ad aliquid, & oſtendere quomodo debeat certificari quidditas relata, & relationes, & eorum diffinitio. Sed quod præmiſimus in litera, poteſt ſufficienter intelligi, ſi autem poſuerint relationem eſſe, profectò erit accidens, & hoc non eſt dubium, quia eſt res, quæ non intelligitur per ſe, ſed intelligitur ſemper alicuius ad aliquid: non enim eſt relatio, quæ non ſit accidens, cuius prima accidentalitas eſt ſubſtantia, ſicut pater, & filius, vel quantitati, &c. apparet enim expreſſè, quòd relatio talis habeat propriam entitatem.

Aliquid habere propriã certitudinẽ dupliciter poteſt intelligi. ¶Aduerte tamẽ, quòd aliquid habere propriam certitudinem, poteſt dupliciter intelligi. Primò, quòd poſſit ea ſe certificare intellectum, cauſando ſpeciem intelligibilem ſui. & hoc modo nulla relatio habet propriam certitudinem, quia talis cognitio non poteſt cauſari ab aliqua relatione, ſed tantũ à fundamento, & termino, quia nec mouere intellectum, nec cauſare ſpeciem intelligibilem ſui, quia ſi ſic, ſequeretur, quòd abſolutum, ſiue effectus abſolutus, puta ſpecies intelligibilis, quæ eſt ens abſolutum, eſſentialiter dependeret in eſſe, & in conſeruari ab aliquo, quod eſſentialiter, & formaliter, & quidditatiuè eſſet relatio, quod eſt abſurdum, & impoſſibile. Et ſi quæratur à quo cauſatur cognitio relationis. Reſpondeo eo modo, quo expoſui in primo, diſt. 3. q. 3. Secundo poteſt dici habere propriam certitudinem ex hoc, quod habet propriam intelligibilitatem, & diſtinctam à fundamento, & termino, ita quòd ſit nata cognoſci cognitione diſtincta, & alia à cognitione fundamenti, & termini, licet talis cognitio cauſetur à fundamẽto, & termino, & hoc modo relatio poteſt dici habere propriam certitudinem.

A quo cauſetur cognitio relationis.

¶Ibi, & quia poſſet proteruiri de relationibus concedendo eas non eſſe eaſdem realiter fundamẽto, non tamen eſſe alias realitates, negando eas eſſe aliquas res, dicendo relationem eſſe tantum in actu intellectus.

Arguit Scotus contra opinionem Henrici. ¶Contra hoc arguitur. hic Docto. intendit probare multiplici via, quòd relatio ſit aliqua res præter omnem operationẽ intellectus. prima via, quia ſi ſic non eſſet, deſtrueretur vnitas vniuerſi, quia ſecundùm philoſophum. 12. metaph. tex. commẽ. 52. vnitas vniuerſi eſt in ordine partium ad ſe inuicẽ, & ad primum. Cùm ergo vniuerſum non conſiſtit in ſola operatione intellectus, vt patet: ergo talis vnitas, quæ eſt relatio ordinis partium ad inuicem, & ad primum erit realis. & addit Doct. quòd contra negantes relationem eſſe rem extra actum intellectus, poteſt dici verbum phyloſophi. 11. metaph. tex. ſine commento, quòd tales qui ſic dicunt incõnexam faciunt vniuerſi ſubſtantiam.

¶Ibi, ſecundum probatur. ſecundò probat Doctor idem, quia ex hoc deſtrueretur omnis compoſitio in vniuerſo, quia nihil eſt compoſitum ſine vnione partium, patet, ergo in compoſito reali erit vnio realis partium? vnio autem eſt formaliter relatio, & quod dicit Doct. quòd compoſitum reale non dependet ab eo, quod eſt ratio tantum, vult dicere, quòd compoſitum reale non præexigit de neceſſitate relationem rationis, quia ens reale nõ præexigit de neceſſitate ens rationis, vt patet à Docto. primi diſt. 8. q. pen. & vide quæ ibi expoſui. cum ergo compoſitũ reale de neceſſitate præexigat vnionem partium, ſequitur, quòd talis vnio erit relatio realis. Nota etiam, quòd compoſitum non dependet à tali vnione, vt ab aliquo, quod ſit de eſſentia illius, quia tunc relatio realis eſſet de eſſentia abſoluti, quod eſt impoſſibile, nec etiam dependet in eſſendo, ſic quòd ſit dependentia eſſentialis entitatis

Quid ſit vnio.

compo-

compoſiti ad illam relationem, quia vt ſic tantum dependet à cauſa in eſſendo.

¶ Secundum probatur, quia ſi non eſſet relatio realis, deſtrueretur omnis compoſitio in vniuerſo. & ratio ſtat in hoc, quia nullum compoſitum reale poteſt eſſe ſine vnione partium componentium, ſed talis vnio de neceſſitate eſt relatio realis, quia da oppoſitum, tunc ſequeretur, quòd ens reale dependeret ab eo, quod eſt tantum ens rationis, cuius oppoſitum experimur, quia poſito per impoſſibile, ꝙ nullus intellectus eſſet, ſi ignis eſſet applicatus ligno ex materia ligni, & forma introducta ab igne, cauſaretur compoſitum reale, quod nō poſſet eſſe ſine vnione partiū: ergo talis vnio eſſet ibi non per conſiderationem intellectus. Similiter poſito, ꝙ intellectus eſſet, & actu non conſideraret, verè cauſaretur compoſitum naturale, in quo eſſet realis vnio partium. Et addit Doct. quòd hoc eſt ſpecialiter verum in cōpoſito naturali, quicquid ſit de artificiali, ſi tamen artificiale diceret poſitiuum reale idem ſequeretur, ſed quia adhuc non eſt terminatū apud omnes, quòd artificiale inquātum artificiale dicat entitatem poſitiuam, licet Doct. expreſsè teneat ipſum dicere entitatem poſitiuam, vt patet in libro ſex principiorum.

Nullum cōpoſitum reale poteſt eſſe ſine vnione partiū componentium.

Pulchra dubia.

¶ Et nota in litera, vbi videntur duo dubia. Primo quia dicit, nihil reale dependet ab eo, quod eſt tantum relatio rationis, ex hoc videtur ſequi, quòd compoſitum reale dependeat ab vnione partium, & tunc quæritur, cum omnis dependentia ſit cauſati ad cauſam, vel menſurati ad menſuram, vel ſuſtentati ad ſuſtentans, ſed nullo iſtorum modorum dependet compoſitum abſolutum ab vnione partium, vt patet diſcurrendo per omnia iſta. Secundum eſt ibi, nullum totum compoſitum erit reale naturale, ſi neceſſariò ad ſuum eſſe requirat relationem rationis: nam partes componentes ab æterno habuerunt eſſe cognitum, & diminutum, quod eſt tantum relatio rationis, vt ſubtiliter patet à Docto. in primo, diſtin. 35. & 36. ergo compoſitum reale de neceſſitate præſupponit relationem rationis.

Ad primum dubium.

¶ Reſpondeo ad primum dubium, quòd compoſitum reale non dicitur dependere in aliquo genere cauſarum ſupradictarum, ſed dicitur depēdere ex hoc, quòd de neceſſitate præexigit vnionem partium, ſicut etiam dicimus, quòd filius in diuinis dependet à patre ex hoc ſolo, quòd præexigit ipſum patrem, vt notat Doc. in primo diſt. 2. par. 2. q. 3. modo manifeſtum eſt, quòd compoſitum reale non neceſſariò præexigit ad ſui eſſe ens per actum intellectus fabricatum.

Quomodo filius dependet à patre.

Ad ſecundum.

¶ Ad ſecundum dico, ꝙ & ſi ideæ præexigantur, quæ dicunt relationem rationis, non tamē ſic præexiguntur, vt compoſitum neceſſariò dependeat ab illis, quia ſi per poſſibile, vel impoſſibile non eſſent huiuſmodi ideæ adhuc agens naturale non impeditum produceret compoſitum reale.

¶ Tertium probatur. dicit Doct. ꝙ ſi non eſſet relatio realis deſtrueretur omnis cauſalitas cauſæ ſecundæ, quia certum eſt, quòd cauſæ ſecundæ nō poſſunt cauſare, niſi proportionatæ & approximatæ, ergo talis approximatio erit relatio realis ſuperaddita ipſis cauſis. probatur conſequentia quo ad duo, ſcilicet quòd talis approximatio ſit aliquid de nouo, patet, quia quando ſunt omnes ſeparatæ, non poſſunt agere, ergo ſi agunt, vt approximatæ: ergo aliquod nouum habent, quod prius non habuerunt. Secundum eſt, quòd talis approximatio ſit relatio realis, quia ſi nō, tunc talis approximatio eſſet tantum per actum intellectus collatiuum, ꝙ eſt manifeſtè falſum.

¶ Ibi, quartum probatur, Deinde probat Doctor, quòd negando relationem realem, eſt deſtruere realitatem ſcientiæ mathematicæ, patet, quia omnes concluſiones mathematicæ demonſtrant relationes de ſubſtantijs, quod patet per philoſophum 13. metaph. cap. 1. in fi. qui ſic ait. boni autem maximæ ſpecies, & ordo, & commēſuratio, quæ maximè oſtendunt mathematicæ ſciētiæ, quia illa ars eſt maximè in proportione, & menſuris aliquorum adinuicem.

Quid ſit negare relationem realem.

¶ Ibi, ſecundo patet per experientiam diſcurrendo per concluſiones mathematicas, in quibus omnibus communiter prædicatum eſt aliqua paſſio relatiua. patet de prima concluſione geometriæ, in qua demonſtratur æqualitas lateris de triangulo, quia triangulus æquilaterus eſt ille, qui habet tria latera æqualia, & ſimiliter de linea recta poteſt prædicari hoc, quod eſt eſſe baſim anguli æquilateri. & ſic illa linea, quæ dicitur baſis, eſt æqualis alijs lateribus, vel de linea recta poteſt prædicari hoc, ꝙ eſt eſſe latus trianguli æquilateri, quia triangulus æquilaterus conſtat ex tribus lineis rectè adinuicem æqualibus, &c.

¶ Ibi, quòd ſi adhuc proteruiatur, quòd licet relationes non ſint formaliter entia rationis, ſed aliquid extra intellectum, & non idem fundamento non tamen ſunt aliæ res à fundamento, ſed tantum ſunt modi proprij rei. Iſta inſtantia videtur tantum contendere de nomine modi, & rei, licet enim modus non ſit ita res ſicut illa, cuius eſt modus. & hæc tota litera eſt clara vſque ibi. Ad primum alterius opinionis.

¶ Hic Doctor ſoluit rationes pro opinione Henrici, qui Henricus quaſi in principio quæſtionis. primo ſic arguit probando, quòd omnis relatio ſit eadem fundamento, & ratio prima ſtat in hoc, quia ſi de ratione relationis eſt, quod ſit alia à fundamento: ergo relatio in diuinis, quæ transfertur ad Deū ſecundum propriam relationem rationis, erit alia res ab eſſentia diuina, quòd eſt impoſſibile, & addit, quòd album ſimile non eſt compoſitum, quàm album tantum: ergo relatio ſimilitudinis non addit aliam rem fundamento.

¶ Reſpondet Doct. ibi ad primum alterius opinionis, & dicit, quòd ſicut nullum abſolutum alicuius generis formaliter transfertur ad diuina, ita nec aliqua relatio generica, & hoc diffuſè oſtendit in primo, diſtin. 8. q. 2. Et nota duo in iſta litera Doct. primum ibi, relationes quæ formaliter dicuntur de Deo non ſunt alicuius generis. hoc debet ſanè intelligi, aut formaliter accipitur quidditatiuè, aut denominatiuè, primo modo nulla relatio includitur quidditatiuè in Deo, vt patet à Doct. in primo, diſt. 1. q. 2. & diſt. 2 par. 2 q. 3. dicuntur ergo prædicari formaliter denominatiuè tantum, quia verè, & ex natura rei prædicatur de Deo, ſicut dicimus, quòd Deus eſt pater, filius, & Spiritus ſanctus, vt patet à Doct. in primo, diſt. 4. q. 2. & diſt. 5. q. 2. non intelligas tamen, quòd relatio poſſit prædicari formaliter de deitate, quia de vltimatè abſtracto non poteſt aliquid formaliter prædicari, niſi in primo modo dicendi per ſe, vt patet à Doct. in primo, diſtin. 5. q. 1. Et licet paternitas immediatè fundetur in eſſentia diuina, non tamen denominat ipſam, vt patet à Doct. vbi ſupra, poteſt tamen prædicari identicè, quia hæc eſt vera, deitas eſt paternitas, vt patet à Doctore vbi ſupra.

Quomodo relationes formaliter dicantur de Deo.

Quomodo quæ dicuntur de D. ſunt tranſcendentia ens quando diuiditur per quantū, & non quantum eſt diuiſiô Theologica.

¶ Secundo nota ibi, quòd dicit, quòd abſoluta & relationes, quæ formaliter dicuntur de Deo non ſunt alicuius generis, ſed tranſcendentia, & paſſiones entis in communi, hoc debet intelligi de paſſione disiuncta, quia abſolutum, & reſpectiuum diui-

dunt ens, quia dicit, quòd competunt enti, inquãtum ens videtur dubium, quia ens inquantum ens prius diuiditur per ens quantum, & non quantum, & ens non quantum eſt relatio in diuinis, vt patet à Doctore quæſt.quolib. Ens verò quantum quod dicit aliquam entitatem includentem perfectionẽ, & excludentem imperfectionem, vel entitatem includentem perfectionem, & non excludentem omnem imperfectionem, vel entitatem nullam includentem perfectionem, nec excludentem omnem imperfectionem, immo neceſſariò includentem imperfectionem, puta limitationẽ, cuiuſmodi fortè ſunt relationes genericæ, & ſic debet intelligi iſta diuiſio entis quanti, & non quanti, ita quòd ens nõ quantum, de neceſſitate excludit omnem imperfectionem, & non includit formaliter aliquam perfectionem. Dico ergo, quòd ens prima ſui diuiſione diuiditur per quantum, & non quantum, & quantum diuiditur in abſolutum, & reſpectiuum, finitum, & infinitum, & ſic videtur, quòd abſoluta, & reſpectiua dicta de Deo competant enti inquantum ens. Dico, quòd quamuis ens non quantum immediatè diuidat ens reale, quod eſt communiſſimum, & ens quantum diuidatur per abſolutum, & reſpectiuum, &c. & ſic ens non quantum eſt paſſio non conuertibilis cum ente, ſed eſt paſſio diſiuncta entis inquantum ens, & ens abſolutum, dicens perfectionem ſit paſſio entis quanti, dico quòd ſic debet intelligi, quòd ſunt paſſiones entis inquantum ens, id eſt quòd competũt enti, antequam diuidatur in decem genera, & loquitur hic de abſolutis, quæ dicunt perfectionem ſimpliciter, & ſic patet iſta littera.

¶Ibi, ad illud, quod non eſt compoſitum album ſimile, &c. dicit Doctor, quòd album ſimile ex quo conſtat ex duabus rebus, quarum vna eſt potentia, & reliqua eſt actus: erit magis compoſitum, quàm album tantum, & præſertim hoc debet concedi ab Henrico, qui vult, quòd in diuinis ſit quaſi compoſitio ex quaſi potẽtia, & ex actu. vult enim, quòd perſona diuina dicatur quaſi compoſita ex relatione, & eſſentia, vt patuit à Docto. improbando opinionem Henrici de quaſi compoſitione. par. 5. quæſtio. 1. primi.

¶Secundò principaliter arguit Henricus per viam mutationis, quia ſi relatio eſſet alia res à fundamento: ergo fundamentum realiter poſſet mutari ad illam, & ſic relatio eſſet terminus alicuius mutationis, quod eſt contra philoſophum quinto phyſic. tex. commen. 10.

Cap. de relatiuis.

¶Reſpondet Doctor ibi ad ſecundum de mutatione. Hic adducit reſponſionem Simplicij ſuper prædicamentis: qui vult, quòd ſicut relatio nõ eſt forma ad ſe, id eſt non eſt forma abſoluta, ſed ad alterum, ita illud, cui aduenit non mutatur ad ſe, ſed ad aliud, id eſt quòd nõ mutatur ad aliquod abſolutum recipiendo illud, ſed ad aliud ſcilicet recipiendo relationem, ſecundùm quã eſt ad aliud, ſubiectum enim mutari ad ſe eſt, quando mutatio terminatur ad abſolutum receptum in ſubiecto, mutari verò ad aliud eſt quando mutatio terminatur ad relationem quæ recipitur in abſoluto. primo modo in ad aliquid non eſt mutatio, ſed bene ſecundo modo, quia ſecundum relationem ſe habet aliquis aliter ad alterum, quàm prius ſe habuerit.

Quid ſit mutari ad aliud.

¶Sequitur in textu, philoſophus tamen. Quia ponit, quòd non eſt poſſibile aliquid aliter ſe habere ad alterum, niſi aliter ſe habeat ad ſe, ideo dicit, quòd in ad aliquid non eſt motus, vnde ſolũ oſtendit in quibus prædicamẽtis eſt per ſe primo motus, & in quibus non. Et pro clariori intelligentia huius dicti, patet per hoc exemplum, quia ſi aliquid mutatur ad alterum, hoc non poteſt eſſe, niſi acquiratur aliquod abſolutum, vel in ſubiecto, vel in termino, vel ſaltem aliquod abſolutum remittatur: nã ſi album, vt octo comparetur albo, vt quatuor, nunquam album, vt octo erit perfectè ſimile alteri albo, vt quatuor, niſi album, vt quatuor intendatur vſque ad octo gradus, & ſic ſit mutatio abſoluta in termino, vel poteſt fieri mutatio in ſubiecto, vt ſi album, vt octo deperdat quatuor gradus albedinis, & tunc erit perfectè ſimile albo, vt quatuor, & ſic patet, quòd non eſt mutatio ad alterum, niſi ſit mutatio ad ſe in ſubiecto, vel in termino, mutatione ſi quidem acquiſitiua, vel deperditiua, & quia ad tale abſolutũ acquiſitum, vel deperditũ in inſtanti reſultat relatio, puta ſimilitudo, ſequitur, ꝙ ad relationẽ non ſit motus, quia motus ſit in tempore, & licet poſſit eſſe motus ad fundamentum vel ad terminũ, quum poſſint acquiri in tempore, ad relationem tamen non poteſt eſſe motus, cum illa poſitis extremis de neceſſitate naturæ in inſtanti reſultet. Poteſt tamen concedi ſanè intelligendo, quòd ad relationem ſit mutatio, non quòd propriè ipſa relatio intrinſecus adueniens, ſit immediatè terminus alicuius mutationis, cum ad relationem talem non ſit motus, nec mutatio, vt patet 5. phyſic. tex. com. 10. Sed ex hoc dicitur acquiri per mutationem, quia in vltimo inſtanti acquiſitionis termini, vel fundamẽti de neceſſitate naturæ reſultat talis relatio, de hac tamen materia vide quæ diffusè expoſui ſuper tertio Doct. diſt. 1. q. 1.

Mutatio duplex.

Ad relationem non eſt motus, ſed mutatio.

¶Tertiò principaliter arguit Henricus ibi. tertio arguitur, & ratio clara eſt in litera.

¶Quartò arguitur ibi. quarto ſi eſſet, &c. & ratio ſtat in hoc, quòd ſi relatio, puta ſimilitudo eſſet alia res à fundamento, cum illa ſit accidẽs: tunc haberet propriam accidentalitatem, videlicet propriam inhærentiam, & talis inhærentia eſt relatio, & tunc quæro aut eſt eadem fundamento, aut alia, ſi eadem: ergo ſimilitudo erit eadem fundamento, quia non eſt maior ratio de vna relatione, quàm de alia, ſi alia erit proceſſus in infinitum.

¶Reſpondet Doctor ibi, ad tertium de ineſſe, concedo quòd relatio habet proprium ſuum ineſſe, ſicut dicit Auicen. tertio metaphyſicorum pro clariori intelligentia huius literæ. Nota aliqua quæ dicit in iſta litera, primo quod relatio prædicamentalis habet ſuum proprium ineſſe, ſiue propriam inhærentiam ad ſubiectum. & hæc eſt duplex, ſcilicet actualis, & aptitudinalis, ſicut etiam de accidente abſoluto. Sed differentia eſt inter accidens abſolutum, & reſpectiuum, quia reſpectiuũ nunquam poteſt habere inhærentiam aptitudinalem, quin ſimul habeat & actualem, quia impoſſibile eſt eſſe aliquam relationem actu ſeparatam à fundamento, vt probat Doct. in quarto in materia de euchariſtia, abſolutum verò poteſt habere aptitudinalem ſine actuali, vt patet de quantitate ſeparata in ſacramento altaris, quæ actu nulli ſubiecto inhæret, ſed tantum aptitudine, & quòd ſit ibi aptitudinalis, patet à Doct. vbi ſupra, & in ſeptimo metaph. ſuæ.

Cap. 10. de ad aliquid.

Plura notanda.

Duplex inhærentia.

Differentia inter accidens abſolutum, & reſpectiuum.

¶Secundò dicit, quòd tale ineſſe, ſiue inhærentia, ſiue actualis, ſiue aptitudinalis, non eſt de eſſentia accidentis, cũ de neceſſitate ſit poſterior ipſo accidente, & ſic nõ pertinet ad intrinſecam compoſitionem eſſentialem accidentis, vt probat Doct. vbi ſupra. nam tale eſſe aptitudinale eſt tñ paſſio, & hoc eſt quod dicit, & tamẽ non eſt compoſita compoſitione reſpiciente naturam generis, quia illud quod eſt per ſe in aliquo genere, componitur per ſe ex genere, & differentia, ſi eſt ſpecies, ſi verò indiuiduum ex na-

Inhærentia non eſt de eſſentia accidentis.

ex natura ſpeciei, & hæcheitate, ſi verò generaliſſimum, & ſit compoſitum illud compoſitũ ex realitate b. quæ ſunt ignota nobis, quarum nulla dici poteſt genus, vel differentia.

¶Tertiò nota, ꝙ relatio, &c. dicit, quòd ſi aliqua relatio immediatè fundaretur ſuper ſubiectũ, quaſi dubitando an aliqua fundetur immediatè, licet ſm eum multæ relationes immediatè fundentur, vt patet de paternitate, & filiatione, vt innuit Doc. in tertio, diſt. 8. patet etiam de ſimilitudine, & ęqualitate accipiendo ſimile, & ęquale largè, vt notat Doct. in primo, diſt. 31. & in quolib. q. 6. de identitate, patet etiam ab ipſo, vbi ſupra. Et cum dicit Henricus allegãdo Simplicium, ꝙ relatio immediatè fundatur in quantitate, & qualitate, & non in ſubſtantia. Dico, ꝙ ſi loquamur de ſimilitudine, & ęqualitate, vt loquitur Ariſt. 5. metaph. c. de ad aliquid. tex. cõmen. 20. dico, quòd verum eſt loquendo de ſimilitudine ſtrictè, & propriè, non autem impropriè, vt patet à Doct. vbi ſupra.

In quo fundatur immediatè relatio.

¶Ibi, ad quartum de proceſſu in infinitum. Dico, quòd non ſequitur, quia relatio ſeipſa refertur ab fundamentum: non enim poteſt eſſe abſq; fundamento, nec abſque ſe, ſine contradictione: ipſa enim exiſtente, & fundamẽto ſimul, ambo ſunt extrema illius relationis, quæ eſt eius ad fundamentum: ergo ipſa non eſt abſque contradictione ſine relatione eius ad fundamentum, & ita ſine contradictione non poteſt eſſe ſine fundamento, & ita relatio illa, qua ad fundamẽtum refertur, erit eadem ſibi, hæc Doct.

Dubium.

¶Sed occurrit dubium, quia nõ videtur, ꝙ Doct. directè reſpondeat ad argumentum Henrici, vt patet intuenti argumentum illud. Dico, ꝙ ſi bene attendantur verba Doctoris, directè reſpondet, & ſoluit argumentum Henrici: nam primò probat Doc. ꝙ impoſſibile eſt relationem, puta ſimilitudinem eſſe ſine fundamento, puta albedine, in quo fundatur, quia non poteſt eſſe, nec habere eſſe, niſi habeat fundamentum, & terminum, puta aliud album pro termino, quia neceſſariò dependet ab illis, deinde ſequitur, ꝙ ſi talis ſimilitudo non poteſt eſſe ſine fundamento: ergo ipſa refertur ad fundamentum, patet, quia diſtinguitur à fundamento, & diſtinctũ, inquantũ diſtinctum diſtinctione, refertur ad aliud diſtinctum, & ſimiliter alietate refertur ad fundamentum, & talis alietas, quę fundatur in ſimilitudine, eſt ſimpliciter eadẽ res cum ſimilitudine, patet per fundamentum Scoti præſenti quæſtione, & in tertio, diſt. 8. qui ſic dicit, cuicunque fundamẽto repugnat eſſe ſine termino, relatio fundata in illo realiter idẽtificatur illi. Sed repugnat ſimilitudini eſſe ſine termino, puta albo, & alietas fundatur in tali ſimilitudine, & terminatr ad album: ergo eſt eadem realiter cum ſimilitudine, & ſic patet reſponſio ad argumentum Henr. Cùm ergo dr̃ ab Henri. ſimilitudo eſt alia res à fundamento, conceditur: ſed alietas eſt quædam relatio fundata in ſimilitudine: ergo erit alia à ſimilitudine, & ſic erit proceſſus in infinitum. Dico ꝙ ſimilitudo eſt alia à fundamento realiter, alia ſeipſa, quia illa alietas eſt realiter ipſa ſimilitudo. Per idẽ dico de inhærentia, ſi argumentum Henrici intendit ſimile concludere de inhærẽtia, vt dixi ſupra. Dico enim, ꝙ ſi ſimilitudo inhæret, puta albo, & concedo, ꝙ inhærentia inhæret, & cum quæritur de illa inhærentia, aut eſt alia à ſimilitudine, aut eadem. Dico ꝙ eadem, quia ſimilitudini repugnat eſſe ſine termino: ergo relatio fundata in tali ſimilitudine, quæ eſt ad terminum, ſine quo, ſimilitudo non poteſt eſſe, erit eadem ſimilitudini, & concedo. quòd ſimilitudo ſeipſa inhęret realiter, & ſic non eſt proceſſus in infinitum.

Reſponſio.

¶Quintò, & vltimò arguit Henricus ibi. Quintò relatio non habet diſtinctionem in ſpecies ſuas, niſi penes fundamenta, ergo ſi relatio eſſet alia res à fundamento, haberet ex ſe formaliter diſtinctionem in ſuas ſpecies.

¶Reſpondet Doct. ibi ad quintum de diſtinctione, &c. & reſponſio clara eſt, nam duplex communiter aſſignatur diſtinctio, quædam eſt per intrinſeca, & hoc dupliciter. ſ. quidditatiuè, & denominatiuè. Exemplum primi, homo diſtinguitur quidditatiuè ab aſino per rationale, quod eſt ratio formalis diſtinguendi quidditatiuè hominem ab aſino. Exemplum ſecundi, homo albus differt ab homine nigro, quia albedo in homine eſt ratio formalis diſtinguendi ipſum accidentaliter à nigro. Eſt alia diſtinctio, quæ ſumitur tantũ ratione fundamẽti. Eſt etiã alia diſtinctio, quæ ſumitur à cauſa extrinſeca, ſicut dicimus, ꝙ a. & b. habent effectiuè diſtinctionem à cauſa producente a. & b. ad propoſitum ergo dico, quòd paternitas, & filiatio diſtinguntur ſpecie per proprias differentias intrinſecas, & eſſentiales, & ſi diſtinguntur per fundamẽta, hoc accidit eis. Et ex his patet reſponſio ad omnes obiectiones Henrici.

Duplex diſtinctio, per intrinſeca.

¶Ibi, hoc ergo viſo de relationibus in communi, videndum eſt de relationibus in ſpeciali creaturæ ad Deum. Hic Doct. primò recitat opinionem Henrici quolib. 3. q. 9. qui dicit, ꝙ relatio creaturæ ad Deum, eſt eadem realiter cum ipſa creatura, & in hoc non diſcordat à Doct. qui in præſenti quæſtione probat, quòd talis relatio nullo modo diſtinguitur realiter à creatura, ſed diſcordat in hoc à Docto. quia hæc opinio addit, quòd homo nihil aliud eſt, niſi ipſa relatio ad Deum, ita quòd in homine realiter, & formaliter, & quidditatiuè eſt tãtum relatio veſtigialis ad Deum, quæ etiam opinio diffusè improbata eſt à Doct. in primo, diſt. 3 q. 5. Et licèt Doct. ponat ipſam relationem hominis ad Deum eſſe idem realiter cum homine, negat tamen, quòd ſit eadem formaliter, & quidditatiuè cum homine, vt patet præſenti quæſt. vult enim Doctor, quòd homo formaliter, & quidditatiuè ſit quoddam abſolutum prius natura ipſa relatione ad Deum, vt patet infra præſenti quæſt. & in primo, diſt. 3. q. 5. & ꝙ homo dicat tale abſolutum prius relatione vltra rationes, quas adduxit in primo vbi ſupra, hic ſpecialiter adducit aliquas alias rationes, quarum prima eſt ibi. Contra iſtam opinionem eſt Aug. 7. de Trin. c. 2. Omne quòd relatiuè dicitur eſt aliquid excepto relatiuo, & in principio tertij, quòd nihil eſt ad ſe, non eſt quod ad alterum dicatur. Et licet iſtæ auctoritates prius expoſitæ ſint in primo, diſt. 1. q. 2. & in quolib. quæſt. 1. aliqualiter tamen declaro hanc literam, cum dicit, fundamentum relationis eſt aliqua entitas formaliter non includens illam relationem formaliter, quia ſi formaliter includeret eam, non erit formaliter relatio ad aliud, ſed ad ſe, quia fundamentum ſuum eſt formaliter ad ſe, cum quo ponitur formaliter idem, nec poſſet eſſe fundamentum primum relationis: aut enim eſſet quærere de illa relatione prima, in qua poneretur.

Henric. quolib. 3. q. 9.

Licet relatio hominis ad Deum, ſit realiter cum homine, non tamen eſt eadem formaliter, & quidditatiuè.

Rationes ꝙ creatura nõ ſit tantum relatio veſtigialis.

Hic Doctor in iſta litera tangit plura: nam primò ſupponit, quòd detur aliquod fundamentum relationis, quod ſit formaliter entitas abſoluta, vt patet per dictum Auguſt. & ex hoc ſequitur, quod relatio fundata in eo non ſit eadem formaliter fundamento, nec de forma ipſius, quia tunc ſequerentur duo inconuenientia. Primò relatio eſſet entitas ad ſe formaliter, patet, quia quæ ſunt idem formaliter, & quidditatiuè, ſi vnum eſt formaliter ad ſe, & reliquum, patet quia dicunt eandem formalitatem, & eſt impoſſibile, ꝙ eadem entitas formaliter ſit for-

Expoſitio literæ.

maliter ad ſe,& formaliter ad aliud. Secūdò ſequeretur,quòd entitas formaliter ad ſe eſſet formaliter ad aliud, patet quia ſi relatio,& fundamentum ſint idem formaliter, & quidditatiuè, ſequitur, ꝙ cum relatio ſit formaliter ad aliud,ꝙ etiam fundamentū erit formaliter ad aliud,quod tamen ponitur entitas abſoluta,vt patet per auctoritatem Aug.Secundò principaliter dicit, ꝙ relatio non poſſet eſſe fundamentum primum relationis, quia adhuc eſſet quærere de illa relatione prima, in qua poneretur, aut immediatè ponitur in aliquo abſoluto,& habetur intentum, aut in alia relatione, & ſic proceſſus in infinitum. Si dicatur, quòd ipſe concedit vnam relationē etiam realem immediatè fundari in alia, vt in primo patuit. Dico, quòd hæc inſtantia nulla eſt, quia hic Doct. loquitur de fundamento vltimato, nam cum dicit hic,nec poſſet eſſe fundamētum primum, accipit primum fundamentum pro vltimato, & ſic patet iſta litera.

Obiectio.

¶Ibi, præterea diffinitio indicat quidditatem rei, hæc eſt ſecunda ratio,qua Doctor probat,ꝙ relatio non ſit formaliter idem abſoluto,& ſupponit,ꝙ lapis ſit de genere abſolutorum, & ſtatim ſequitur,ꝙ diffinitio lapidis,& quicquid pertinet ad diffinitionem lapidis, erit formaliter abſolutum, quia ſi lapis non erit de genere abſolutorum,nec illud quod pertinet ad eſſentiam lapidis. Et quod dicit hic. Sed diffinitio lapidis nō includit formaliter reſpectum ad aliud, hoc debet intelligi de diffinitione fundamentali propriè pertinente ad diffinitionem lapidis,nō autem de diffinitione formali, prout eſt formaliter declaratio ipſius diffiniti, quia vt ſic eſt tantum relatio rationis, ſed de hoc vide quæ expoſui in q.1.quolibetorum.

Tertia ratio contra Henricum.

¶Ibi,tertio ſic,hæc eſt tertia ratio contra opinionem Henr. Et ratio ſtat in hoc,quia dicit Henricus, ꝙ relatio eſt ipſa creatura formaliter, puta ꝙ lapis eſt tantum relatio effectus ad Deum efficientem,& ſic lapis non magis diſtinguitur à Deo,quàm filius in diuinis à patre, quod eſt falſum,& conſequentia patet,quia relationes oppoſitę ęquè diſtinguuntur, ſicut patet: nam paternitas in Ioanne,& filiatio in Petro, ita diſtinguuntur inter ſe, ſicut paternitas in Frācīſco,& filiatio in ſorte,cum omnes ęquè opponātur,quia omnes ſunt relationes ſecundi modi,ſic in propoſito, relatio filij producti in diuinis, & relatio patris producentis ſunt æquè diſtinctæ ſicut relatio Dei producentis, & relatio lapidis producti, cum omnes pertineant ad ſecundum modum: ergo ſi lapis nihil aliud eſt, niſi relatio lapidis effecti ad Deum efficientem, ſequitur, ꝙ lapis non magis diſtinguatur à Deo, quàm filius à patre in diuinis,& hæc ratio concludit contra Henricum,ex dictis Henrici ponentis creaturas nō magis diſtingui à Deo, quàm relationes diuinæ inter ſe. Et nota,ꝙ cum dicit Doct.relationes ſecundi modi fundari in Deo reſpectu creaturæ, non dicit hoc ex intentione ſua, quia expreſsè hoc negat in primo, diſtin.3.q.3. contra Henricum,quia relationes primi,& ſecundi modi ſemper ſunt mutuæ,vt patet per phyloſophū quinto metaph.c.de ad aliquid.t.c.20. modo Deus non refertur ad creaturam relatione reali, vt probat in primo,diſt.30.

Aduerte hanc litteram.

¶Ibi,& confirmatur ratio.hæc confirmatio ſtat in hoc, quia ſi lapis eſt tm̄ relatio ipſius ad Deum, ergo ſequitur,ꝙ ſuppoſitum lapidis eſſet tm̄ relatio ſubſiſtēs: & ſic eſſet difficilius concipere lapidem, quàm concipere perſonam diuinam,eſt enim difficile credere tres perſonas diuinas eſſe verè ſubſiſtētes, & vera ſuppoſita per relationes, & tamen creduntur ibi illa tria ſuppoſita,ſic per relationes conſtituta propter infinitatem diuinæ eſſentiæ, vt patet communiter per Theologos,& maximè per Scotū in primo, diſt.26. & ſic erit difficile concipere ſuppoſitum creatum,ſi tantum dicat relationem,cum ſit omnino limitatum,& finitum.

¶Ibi: & ſi dicas, ꝙ creaturæ differunt in natura abſoluta in ſe,non ſic diuinæ. dicit Doct.ꝙ ſi Henricus vult dicere, ꝙ ſuppoſitum Franciſci, & Ioannis non differunt tantum per relationes,ſed per abſoluta. perſonæ verò diuinæ nullo modo differunt per abſoluta, Doct. adducit duo inconuenientia contra Henricum ex dictis eius.primum,quòd hæc reſponſio deſtruit poſitum. videlicet, ꝙ non ſunt creaturæ formaliter relationes, ſicut Henricus poſuit, ſecundum ꝙ ex dictis Henrici ſequitur, quòd minus differunt à Deo,quàm vna perſona ab alia: patet, quia ipſe Henricus dicit, quòd creaturæ inquantum participatæ non differunt ſpecie à Deo, vt patet in primo diſt.3.q.5.modo relationes oppoſitæ ex rationibus formalibus plus differunt, vt patet de paternitate, & filiatione. Sed inter Deum, & creaturam non ſunt relationes oppoſitæ, quia Deus non refertur ad creaturam aliqua relatione reali, vt patuit ſupra.

¶Ibi, quartò principaliter arguitur ſic. hæc eſt quarta ratio Doct. contra Henricum, quæ eſt ſatis clara,& ſtat in hoc,quia relationes creaturarum ad Deum non differunt ſpecie.patet,quia terminantur omnes ad Deum ſub ratione deitatis: nam quando relationes terminantur ad Deum, vt ad terminum non differunt ſpecie: ſi ergo omnes creaturæ eſſent tantum relatio formaliter ad Deum nulla creatura differret ſpecie ab alia,quod eſt inconueniens.

Quarta ratio contra Henricum.

¶Ibi, quinto ſic in creatura eſt triplex relatio ad Deum ſecundùm Hēricum, qui ponit relationem veſtigialem in creatura,quæ relatio veſtigialis includit relationem producti ad rem producentem, & relationem menſurati, ſiue exemplati ad exemplar diuinum, relationem finiti ad Deum finientem,vt ſupra patuit in primo, diſt.3.q.5. Et ex hoc infert Doct.quòd qua ratione ipſa creatura nihil erit, niſi vna relatio, pari ratione nihil erit, niſi alia relatio, igitur nō poteſt pręciſè eſſe,niſi aliqua vna iſtarum. nec poteſt eſſe oēs iſtę ſimul,quia omnes iſtę differunt formaliter inter ſe, & patet ſecundùm Henricum,qui poſuit illas tres relationes differre ſm̄ tres modos relationum, qui ponuntur ab Ariſt.1.metha.tex.com.20. & de hoc vide Hēricum quolib.9. q.1.& 2. Et vltra ſequitur,quòd tunc quælibet vna eſſentia haberet diſtinctionem formalem à ſeipſa, vel ſequeretur, quòd vna natura formaliter, & ſpecificè eſſet plura ſpecificè, quia eſſent tres relationes ſpecificè diſtinctæ, & ſic patet quomodo rectè improbatur iſta opinio.

Triplex eſt relatio ſecūdum Henricum.

¶Ibi,aliter ponitur.Hæc eſt opinio Henrici quolib.9.q.3.qui dicit,ꝙ relatio angeli ad Deum differt realiter ab eſſentia angeli, & tota ratio ſua ſtat in hoc,ꝙ ipſa relatio eſt quoddam accidens,innitendo dicto Auguſt.5.de Trinit.c.4. ſic dicentis, quòd in creatura quicquid non ſm̄ ſubſtantiam dicitur, reſtat vt ſecundum accidens dicatur; & litera clara eſt, & quod dicit parum infra, quòd ergo temporaliter dici incipit Deus, quòd antea nō dicebatur, manifeſtum eſt relatiuè dici, non tamen ſecundum accidens Dei, ſed planè ſecundum accidēs eius, ad quod dici aliquid Deus incipit relatiuè, vult dicere, ꝙ ſi Deus nunc dicatur creator, & prius non dicebatur creator, manifeſtum eſt relatiuè dici, nō tamen ſecundum accidens Dei, ita quòd talis relatio, qua dicitur creator non eſt accidens Dei, quia ex hoc ſolo dicitur creator, quia relatio creaturæ terminatur ad ipſum Deum, vt clarè dictum fuit in primo, diſt.30.

Relatio eſt accidens.

Relatio creatura terminatur ad ipſum Deum.

¶Ibi,

¶Ibi, contra iſtud. hic Doct. improbat hanc poſitionem Henrici. vult enim Doct. q̃ relatio angeli ad Deum, & ſi non ſit eadem formaliter ipſi Deo, eſt tamen eadem realiter, vt probabitur. probat ergo primo, q̃ non diſtinguitur realiter ex dicto phil. 7. metaph. tex. comm. 4. vbi habetur, quòd ſubſtantia eſt prior accidēte. ſ. cognitione, diffinitione, & tempore, & dicit, quòd eſſe prius tempore, debet ſic intelligi, quòd nulla eſt contradictio ex parte ſubſtā-tiæ, quin prius duratione poſſit eſſe ſine omni accidente, & ſic non eſſet contradictio lapidē eſſe prius duratione omni dependentia ad Deum, quia talis dependentia ponitur accidens realiter diſtinctum, & ſic lapis poterit eſſe, & non dependere ad Deum, quod eſt abſurdum.

Quomodo ſubſtantia ſit prior accidente.

¶Ibi, præterea Auguſt. aut accipit ibi accidens pro quolibet mutabili ſententia huius literæ eſt, quòd Auguſtinus accipit ibi accidens, puta quòd iſta relatio creaturæ ad Deum dicatur accidens, accipiendo accidens pro quolibet mutabili, & ſic omnis creatura poteſt dici accidens, quia mutabilis, & vertibilis in nihil, & ſic talis creatio eſt mutabilis, non ratione ſui, ſed ratione fundamenti, cum quo realiter identificatur, vt infra patebit, aut dicitur accidens accipiendo ly accidēs, pro quolibet amiſſibilis, & ſic relatio creaturæ ad Deum non poteſt dici accidens, quia non poteſt amitti manente fundamento.

Quomodo creatura poſſit dici accidens.

AD quæſtionem iſtam. Igitur dico, quòd relatio ad Deum communis omni creaturæ, eſt idem realiter fundamento, non tamen idem formaliter, nec præciſè idem; ſiuè non idem identitate adæquata, ita quòd fundamentum ſit tantum relatio formaliter. Sed antequam exponatur opinio Doctoris, pro clariori intelligentia præmitto ſubbreuitate diſtinctiones, & identitates, quæ in varijs locis à Doctore ſubtili ponuntur, quibus ſub breui compendio declaratis inferam propoſitum Doct. Dico ergo primò, quòd illa ſola ratione diſtinguntur, hoc eſt per actum collatiuum intellectus, quæ tantum. ſunt entia rationis, vel quando vnum extremū eſt ens reale, & aliud ens rationis, ſicut animal, & genus ſola ratione diſtinguntur. Econtra, illa ſunt eadem ratione, quæ non poſſunt diſtingui per actum collatiuum intellectus, vt ſecunda intentio generis in ſe comparata, & nulli alteri comparata, ſed ſimpliciter in ſe ſumpta, eſt idem ſibi ratione, poteſt tamen ratione diſtingui à ſeipſa, comparando eam ad ſeipſam, vt comparando intētionē generis, vt in ſubiecto, ad ſeipſam vt in prædicato: ſic dicēdo, genus eſt genus, nam generi, vt in ſubiecto cōpetit hæc ſecunda intentio. ſ. eſſe ſubiectum, & vt in prædicato competit ſibi hæc ſecunda intētio, quod eſt eſſe prædicatum: hoc idem cenſeo, cum dico, homo eſt homo, homo vt in ſubiecto diſtinguitur à ſeipſo, vt in prædicato tantum ratione, quia vt in ſubiecto aliquis reſpectus rationis ſibi conuenit, qui ſibi non conuenit, in prædicato, vt ſupra patuit de genere.

Pulcherrima doctrina de formalitatibus, & breuis.

Diſtinctio rationis.

SECVNDA diſtinctio, quæ eſt minima inter omnes diſtinctiones, quæ ſunt præter opus intellectus, nominatur à Doctore diſtinctio ex natura rei, & licet omnis diſtinctio præter opus intellectus dicatur diſtinctio ex natura rei, tamen quia aliqua eſt verè realis, aliqua formalis, & aliqua eſſentialis, &c. in propoſito quando loquimur de diſtinctione ex natura rei accipimus minimā diſtinctionem præter opus intellectus, & ſic homo ab animali, & à rationali, tantum ex natura rei diſtinguitur, quæ diſtinctio apparet ex hoc, q̃ quādo aliquid ex natura rei competit alicui, quod repugnat alteri, cum quo tamen ſtat vera identitas realis, formalis, & eſſentialis, ſolum diſtinguitur ex natura rei, ſicut homini ex natura rei competit, quòd ſit totum quidditatiuè, & animali repugnat reſpectu hominis, qui tamen homo eſt idem realiter, eſſentialiter, & formaliter ipſi animali: ſequitur, quòd homo tantum diſtinguitur ab animali ex natura rei. Et per oppoſitum illi ſunt idem ex natura rei, quæ ſic ſe habent, quòd impoſſibile eſt aliquid ex natura rei competere vni, quin illud idem competat alteri, & ſic homo erit idem ſibimet ex natura rei, & breuiter illa poſſunt dici eadem ex natura rei, in quibus nulla apparet diſtinctio pręter opus intellectus, vel ſi aliquo modo diſtinguuntur, in ratione ratiocinante diſtinguntur, ſicut dicerent Tho.

Diſtinctio ex natura rei.

TERTIA diſtinctio eſt formalis, & hæc eſt duplex quædam poſitiua, & quædam negatiua, quæ diſtinctio patet à Doct. in primo, diſt. 2. par. 1. q. 1. & diſt. 8. q. 2. reſpondendo ad principalia argumenta. Diſtinctio formalis, & poſitiua eſt propriè inter duas formalitates, & pro nunc hoc ſufficiat, quòd quando vnum non includit aliud quidditatiuè, & ſunt duæ formalitates, illa verè diſtinguntur formaliter, ſicut patet de animali, & rationali, & ſimiliter de ſubiecto, & propria paſſione, & illa tantum formaliter diſtinguntur poſitiuè, quæ præſuppoſita identitate eſſentiali, & reali dicunt ſuas formalitates, quarum vna non includit aliā quidditatiuè, & ſic poſita identitate eſſentiali, & reali animalis, & rationalis in homine, inter ſe animal, & rationale formaliter diſtinguntur, vt patet à Doct. in primo, diſt. 8. vbi ſupra. Et talis diſtinctio formalis ſemper præſupponit diſtinctionem ex natura rei. Econtra verò illa ſunt eadem formaliter, quæ ſic ſe habent, quòd vnum formaliter, & quidditatiuè includit aliud, & hoc dupliciter, aut adæquatè, & conuertibiliter, aut non adæquatè, exemplum primi, diffinitum includit quidditatiuè, & adæquatè diffinitionē, & ſic homo, & animal rationale ſunt idem formaliter adæquatè, quia conuertibiliter, vnde benè ſequitur, homo eſt idem formaliter animali rationali ſic adæquatè, q̃ quidditatiuè nihil aliud includit. Econtra ſequitur, animal rationale ſic adæquatè dicit totam quidditatem hominis, quòd non excedit, neque exceditur, & hoc modo non tantum homo eſt idem formaliter animali, & rationali, ſed etiam animal rationale eſt idē formaliter homini. Exemplum ſecundi, ſcilicet de identitate formali non adæquata eſt de quolibet inferiori reſpectu ſuperioris, quia inferius includit formaliter ſuum ſuperius, & eſt idem formaliter ſuo ſuperiori, non autem è contra, quia ſuperius non eſt idem formaliter ſuo inferiori, & hoc modo fortè intelligitur dictum Doct. in primo, diſtinct. 2 par. 2. quæſtio. 1. vbi ſic dicit, voco autem identitatem formalem vbi illud, quod dicitur ſic idem includit illud, cui ſic eſt idem in ratione ſua formali, & per conſequens in primo modo dicendi per ſe. Si tamen volumus dicere, quòd etiam diffinitum ſit idem formaliter diffinitioni, & non è contra. adhuc poſſumus dicere, quòd eſt idem ſibi adæquatè, & cōuertibiliter, quia nihil aliud includit formaliter pertinens ad eius quidditatem. reſpectu verò ſuperioris eſt idem formaliter: in adæquatè tamen, quia vltra entitatem, ſuperiorum includit differentias ad eius quidditatem pertinentes, & ſimiliter homo, & ſi ſit idem formaliter rationali, quia includit illud quidditatiuè, non tamen eſt idem formaliter adæquatè, cum rationale non dicat totam quidditatem hominis, quæ omnia bene nota. Nota etiam, quòd identitas formalis, ſiuè adæquata, ſiuè non adæquata ſtat cum diſtinctione ex natura rei, idest q̃ ſi a, & b, puta diffinitio, & diffinitum ſint eadē formaliter,

Diſtinctio formalis.

Identitas formalis.

Inferius eſt idem formaliter ſuperiori, ſi obijciatur, quòd contrarium aſſerit Scotus: Dico, quòd inferius eſt idē formaliter ſuperiori terminatiuè, quia relatio formalitatis iden titatis fundatur in ſuperiori, & terminatur in inferiori.

liter, diſtiguunt tamen ex natura rei. De alia diſtinctione formali negatiua, & non poſitiua, dico breuiter, quòd quando aliqua duo ſic ſe habent, quòd præſuppoſita identitate eſſentiali, & reali nõ dicunt duas formalitates, ſed vnum dicit formalitatem, & aliud tantum gradum intrinſecum ipſius formalitatis, tantum formaliter, & negatiuè diſtinguntur ſic intelligendo, quòd ſunt non idem formaliter, vel non ſunt idem formaliter, quia vnum nõ includit aliud quidditatiuè, & hoc modo deitas non eſt idem formaliter cum infinitate, quæ à Docto. in primo, diſt.3.q.1. ponitur gradus intrinſecus eſſentiæ diuinæ, licet in quinta quæſtio. quolib. videatur quodammodo dicere, quòd ſit de quidditate Dei, ſed de hoc vide expoſitionem, quàm ibi feci, ſufficit mihi, quòd gradus intrinſecus non ſit idem formaliter cum eo, cuius eſt gradus, & hoc patet à Doct. in primo, diſt.8.q.2. Et ſi inferatur a.& b. ſunt non idem formaliter, ergo diſtinguuntur formaliter: negatur conſequentia, quia in antecedente negatur formalitas: & in cõſequente ponitur, ideſt quod in antecedente, cum dicitur, ſunt non idem formaliter, non ponuntur duæ formalitates, & in cõſequente cum dicitur, diſtinguuntur formaliter, ponuntur actu duæ formalitates, & ſic intelligi debet illa conſequentia, quàm negat Doct. in primo, diſt.2.par.2.q.1. ſunt non idem formaliter, ergo diſtinguntur, formaliter, negat conſequentiam propter cauſam ſuperius dictam, iſta tamen diſtinctio formalis, & negatiua præſupponit diſtinctionem ex natura rei, vt patet intuenti.

Diſtinctio eſſentialis. *Eſſentia poteſt accipi multipliciter.*

QVARTA diſtinctio dicitur diſtinctio eſſentialis, pro cuius intelligentia eſt aduertẽdum, quòd eſſentia poteſt accipi multipliciter. primo pro entitate quidditatiua, quæ tantum dicit eſſe poſſibile, ſicut dicimus ab ęterno habet eſſe quidditatiuum, ſiuè eſſe poſſibile, ſiuè eſſe intelligibile, quod eſt tantum eſſe ſecundùm quid. Alio modo accipitur eſſentia pro entitate ſimpliciter. & hoc modo non diſtinguitur ab exiſtentia, vt infra diffuſè exponam, & aliqualiter ſupra patuit diſt. præſenti. q.2. & in primo, diſt.36. & in tertio, diſt.6. Secundò eſt aduertendum, quòd diſtinctio eſſentialis poteſt dupliciter intelligi, aut quæ eſt inter quidditates, & quidditates habentes eſſe ſecundum quid. & hoc dupliciter, aut inter quidditates ſpecie diſtinctas, aut inter quidditates ſolo numero diſtinctas. Secũdò poteſt dici diſtinctio eſſentialis, quæ eſt inter entitates eſſentiales habẽtes eſſe ſimpliciter, & hoc dupliciter, aut inter entitates eſſentiales ſpecificè diſtinctas, aut inter entitates eſſentiales ſolo numero differentes.

Diſtinctio eſſentialis poteſt dupliciter intelligi.

Prima concluſio.

His præmiſſis dico quatuor concluſiones. Prima. Omnes entitates quidditatiuę habentes eſſe ſecundum quid modo præexpoſito ſpecificè diſtinctæ diſtinguuntur eſſentialiter diſtinctione ſpecifica. Secunda omnes entitates quidditatiuę ſolo numero differentes habẽtes eſſe ſecundũ quid diſtinguntur eſſentialiter diſtinctione tamẽ numerali, & quæ diſtinguntur eſſentialiter his modis non diſtinguntur realiter, accipiẽdo diſtinctionem realem, vt infra exponam, quæ fundatur ſuper exiſtentiam. Tertia concluſio, omnes entitates eſſentiales habentes eſſe ſimpliciter, quæ non diſtinguuntur realiter ab exiſtentia, diſtinguntur eſſentialiter ſimpliciter diſtinctione ſpecifica. ſi talis diſtinctio eſt inter entitates eſſentiales ſpecie diſtinctas. ſi verò eſt inter entitates eſſentiales ſolo numero differentes, tales entitates diſtinguntur eſſentialiter numeraliter, vt patet de natura Ioannis, & Franciſci. Quarta concluſio eſt, quòd quęcunque diſtinguntur eſſentialiter diſtinctione fundata ſuper entitate habente eſſe ſimpliciter diſtinguntur realiter, & hoc modo ſemper

Secunda cõcluſio. *Tertia concluſio.* *Quarta concluſio.*

diſtinctio eſſentialis infert realem, & econtra, quia ex quo diſtinctio realis eſt inter rem, & rem exiſtẽtem, ſequitur realiter numeraliter diſtinguntur, etiam eſſentialiter numeraliter diſtinguntur, & quæ realiter ſpecificè diſtinguntur, etiam eſſentialiter ſpecificè diſtinguntur, & loquor ſemper de diſtinctione reali, quæ propriè eſt inter rem, & rẽ, quod dico propter realem diſtinctionem perſonarum in diuinis, quę licet diſtinctio ſit inter aliam, & aliam ſubſiſtentiam, nõ tamen inter aliam, & aliam rem propriè, quia alia, & alia res includit aliam, & aliam entitatẽ eſſentialem. Si ergo diſtinctio eſſentialis accipitur, vt diſtincta à diſtinctione reali, accipitur diſtinctio eſſentialis, prout eſt inter aliam, & aliam quidditatem: & ſi accipiatur, vt eſt inter aliã, & aliam eſſentiam debet accipi pro quanto, talis diſtinctio fundatur ſuper eſſentiam, vt aliquo modo diſtincta ab exiſtentia, quia tamen talis exiſtentia eſt ſimpliciter idem eſſentiæ, abſolutè, & ſimpliciter loquendo vna infert aliam. ſ. quòd realis infert eſſentialem, & è contra. Ex his quæ dicta ſunt de diſtinctione eſſentiali facilè erit manifeſtum quid ſit identitas eſſentialis. Vnde identitas eſſentialis poteſt multipliciter contingere. primo accipiendo eſſentiam pro quidditate poteſt eſſe identitas eſſentialis ſpecifica, & numeralis: indiuidua enim eiuſdem ſpeciei, vt ſunt per ſe in prædicamento, & ſunt idem eſſentialiter in ſpecie ſpecialiſſima, & adinuicem identitate tantum ſpecifica, & ſic intelligitur illa propoſitio: eo modo, quo indiuidua ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ inter ſe ſunt idem identitate ſpecifica. illa verò, quæ ſunt in eodem numero conſtituendo ipſum, ſunt idem eſſentialiter numeraliter, & ſic natura cum ſua ſingularitate in Franciſco ſunt idem eſſentialiter.

Eſſentialis identitas multipliciter.

¶ Aduerte tamen, quòd aliqua dicuntur idem eſſentialiter dupliciter, & hoc tam ſpecificè, quàm numeraliter, primò quando aliquid pertinet ad eſſentiam alterius & hoc modo dicimus, ꝙ homo, & rationale ſunt idem eſſentialiter, quia homo includit in ſua eſſentia rationalitatem, & ſic illa entitas eſſentialis, qua homo eſt idẽ rationali, vel ſuperiori, non differt ab entitate formali, & hoc modo Doc. multoties vtitur identitate eſſentiali pro formali, & econtra, alio modo aliqua dicuntur idem eſſentialiter ſpecificè, non quòd vnum includat aliud eſſentialiter, ſed quia vnum nõ poteſt diſtingui ſpecie ab alio, quod tamen eſt ſic intrinſecum alteri, quod eſt impoſſibile vnum intelligi ſine altero, & hoc modo ſpecies ſpecialiſſima, & propria paſſio ſunt idem eſſentialiter, & talis idẽtitas eſſentialis nullo modo poteſt dici identitas formalis, cũ ibi vnum non includat aliud quidditatiuè, immo cum tali idẽtitate eſſentiali ſtat diſtinctio formalis poſitiua, cum vtrumque dicat formalitatem, quarum vna in ſuo intellectu quidditatiuo non includit aliam. Sequitur etiam, quòd entitas ſpecifica, & gradus eius intrinſecus ſunt idem eſſentialiter iſto ſecundo modo, quia gradus intrinſecus, eſt ſic intimus, ꝙ vnitas ſpecifica non poteſt perfectè concipi ſine gradu intrinſeco, nec poteſt intelligi ſine tali gradu: & maior inſeparabilitas eſt inter ſpeciem, & gradum ſuum, quàm inter ipſam, & propriam paſſionem, & cum tali identitate eſſentiali nullo modo ſtat diſtinctio formalis poſitiua, quę eſt inter duas formalitates, quia gradus intrinſecus non dicit formalitatem diſtinctam ab eo, cuius eſt gradus, ſtat tamẽ diſtinctio formalis negatiua. i. nõ entitas formalis eo modo, quo ſupra expoſui. De identitate eſſentiali numerali poteſt dupliciter intelligi. primò, quòd illa dicuntur idem eſſentialiter numeraliter, quę ſic ſe habent, quòd vnum eſt de conſtitutione alterius, ſic

Aliqua eſſe idem eſſentialiter dupliciter.

Propria paſſio eſſentialiter ineſt ipſi homini, ideſt inſeparabiliter, nõ autem quòd ſit de eius eſſentia.

ſic quòd vnum in ſuo eſſe de neceſſitate includat aliud, & hoc modo ſi indiuiduum ſit aliquod conſtitutum ex natura, & hæcheitate eſt idem eſſentialiter cum ſua hæcheitate, & ſimiliter natura in tali indiuiduo eſt idem eſſentialiter, & cum tali identitate eſſentiali ſtat diſtinctio formalis ſaltem negatiua, quia & ſi indiuiduum includat hæcheitatem, vt conſtituitiuam, quæ tamen hæcheitas non pertinet ad entitatem quidditatiuam, ideo ſequit, quòd ſunt non idem formaliter, nec ſequitur, non pertinet ad entitatem quidditatiuam, ergo non ſunt idem eſſentialiter numeraliter, quia & ſi non pertineat ad entitatem quidditatiuam indiuidui, eſt tamen ſic idem indiuiduo, quòd eſt impoſſibile eſſe vnum ſine altero, & vnum intelligi ſine altero. Dico etiam, ꝙ in Franciſco natura, & hæcheitas ſunt idem eſſentialiter numeraliter, & cum tali idẽtitate ſtat formalis diſtinctio, quia vnum non includit aliud in ſuo intellectu quidditatiuo. Indiuiduum etiam, & gradus ſuus intrinſecus ſunt idem eſſentialiter numeraliter, propter rationem ſuperius dictam de idẽtitate ſpecifica eſſentialis ſpeciei, & gradus intrinſeci, & cum tali identitate eſſentiali ſtat non identitas formalis. Similiter indiuiduum, & omnis propria paſſio cõtracta ad indiuiduum quorumcunque ſuperiorum ſunt idem eſſentialiter, quia eſt impoſſibile intelligere indiuiduum ſine paſſionibus omnium ſuperiorũ, & cum tali identitate eſſentiali ſtat diſtinctio formalis etiam poſitiua, cum vnum non includat aliud in ſuo intellectu quidditatiuo. Nota etiam, quòd cum identitate eſſentiali tã ſpecifica, quàm numerali ſumpta omnibus modis ſupradictis non ſtat, neque diſtinctio realis, neque identitas realis, quia talis identitas fundat propriè ſuper exiſtentiam, & ſi aliquando concedatur, quòd ſunt idem realiter, impropriè tamen dicũtur idem realiter, vt cum ſic præſcindatur ab omni exiſtentia actuali, niſi dicatur, quòd ſunt idem realiter potentialiter, quia quando ſunt in actuali exiſtẽtia ſunt idem realiter actualiter, quia omnia ſupradicta dicunt ſimpliciter eandem exiſtentiam reddendo ſingula ſingulis.

Notabile.

¶Loquendo verò de illa identitate eſſentiali, quę reſpicit rem in eſſe ſimpliciter, de qua ſupradixi, dico aliquas concluſiones. prima, eſſentia actu ſimpliciter eſt idem eſſentialiter cum propria paſſione, & cum paſſionibus omnium ſuperiorum, & cum gradu intrinſeco, quia eſt impoſſibile eſſentiam ſpecificam in eſſe ſimpliciter eſſe ſine omnibus iſtis: ſi tamen eſſentia ſpecifica poſſit intelligi habere verum eſſe ſimpliciter, quod dico, quia vt ipſa præſcindit à ſingularibus actu exiſtentibus: nullum eſſe ſimpliciter habet, vt patet à Doct. in iſto ſecundo, diſtin. 3. q. 1. dum tamen intelligit in ſingularibus actu exiſtentibus habet verum eſſe ſimpliciter, & cum tali identitate eſſentiali, non ſtat propriè nec identitas, nec diſtinctio formalis, quia talis propriè loquẽdo præſcindit ab actuali exiſtentia. Dico etiam, quòd ſi Franciſcus, & Ioannes ſunt idem eſſentialiter in homine habente eſſe ſimpliciter, illa identitate, qua ſunt idem in homine, ſunt idem inter ſe, & ſicut in homine nõ diſtinguuntur eſſentialiter & ſpecificè, ita nec inter ſe diſtinguuntur eſſentialiter ſpecificè. Et cum tali identitate eſſentiali omnibus modis ſupradictis quantum ad eſſe ſimpliciter, ſtat idẽtitas realis. De identitate eſſentiali numerali quo ad eſſe ſimpliciter. dico, ꝙ in Franciſco natura, & hæcheitas, & gradus intrinſecus, & omnis paſſio ſuperiorũ ſunt idem eſſentialiter, licet vnum nõ ſit de eſſentia alterius, ſed ſic idem eſſentialiter, ꝙ eſt impoſſibile vnum habere eſſe ſimpliciter ſine omnibus iſtis, & cum tali idẽtitate eſſentiali ſemper ſtat idẽtitas realis numeralis, & quæ ſic ſunt idem eſſentialiter in aliquo vno numero, eadẽ idẽtitate eſſentiali numerali ſunt idem inter ſe. Aduerte tamen, ꝙ in Franciſco, & ſi ſit tantum vnum eſſe ſimpliciter, & vna exiſtentia ſimpliciter, poſſunt tamẽ in eo diſtingui plures exiſtentiæ, quæ tamen omnes ſunt vna realiter, nam in Franciſco natura dicit propriam exiſtentiam formaliter, & hæcheitas propriam, & proprię paſſiones propriam, & ſic ſunt plures exiſtẽtiæ proprię ſaltem ex natura rei adinuicem diſtinctæ, quæ tamen omnes in Franciſco dicunt vnam exiſtentiã realiter, & ſimpliciter, quod bene nota pp multa occurrentia, nec ſequitur a. & b. dicunt aliam, & aliã exiſtentiam, realiter ſecundum aliam, & aliam rẽ: ergo realiter diſtinguuntur, ſed non ſequitur a. & b. dicunt aliam, & aliam exiſtẽtiam ſecundum aliam, & aliam realitatem, vel ſecundum aliam, & aliam formalitatem: ergo realiter diſtinguuntur: non ſequitur, quia plus ſignificatur in conſequente, quàm in antecedente. Aduerte etiam, quòd in compoſito habente veram eſſentiam ſimpliciter partes componentes ſunt realiter diſtinctæ, & ab eſſentia compoſiti, & à ſe inuicem, vt patet à Doct. in tertio, diſt. 2. non tamen dicuntur diſtingui eſſentialiter, nec ſpecificè, nec numeraliter, quia quæ ſic eſſentialiter diſtinguuntur, accipiendo ſemper eſſentialiter ſecundum eſſe ſimpliciter ſunt diſtinctæ eſſentiæ, ſed partes componẽtes non ſunt diſtinctę eſſentiæ, nec ſpecificè, nec numeraliter patet, nec tamẽ ſequitur, non ſunt diſtinctæ eſſentiæ ab inuicem, nec à toto compoſito: ergo ſunt idem eſſentialiter, patet in ſimili, entitas, & gradus intrinſecus non ſunt diſtinctæ formalitates, ergo ſunt idem formaliter non ſequitur. ſic in propoſito. Si tamen eſſentia ſecundum eſſe ſimpliciter partialiter accipiatur. dico, ꝙ partes eſſentiales conſtituentes totum eſſentialiter, eſſentialiter diſtinguuntur, & à ſe inuicẽ, & à toto, quia vnũ poteſt eſſe ſine altero, ſi dicatur, ꝙ eſt de eſſentia alterius, eſt idem eſſentialiter illi, & eſt de intrinſeca ratione illius, concedo ſecundam partem, & nego primam. Scilicet concedo iſtam, quod eſt de eſſentia alicuius eſt de intrinſeca ratione illius, iſtam tamen nego, quod eſt de eſſentia alicuius eſt idem eſſentialiter illi, concedo tamen, ꝙ totum compoſitum eſt idem eſſentialiter partibus componẽtibus, quia compoſitum eſſentiale includit illas eſſentialiter, & ſic concedo, quòd compoſitum eſt realiter idem partibus componẽtibus, tam ſimul ſumptis, quàm ſeorſum ſumptis, non tamen ſequitur econtra: humanitas eſt idem eſſentialiter animæ intellectiuæ, & corpori organico. ergo anima intellectiua, & corpus organicum ſunt idem eſſentialiter humanitati: non ſequitur, quia corpus, & anima poſſunt eſſe ſine humanitate, vt patet in triduo, & tamen tam anima, quàm corpus eſt de eſſentia humanitatis.

Nota & benè.

Totum compoſitum eſt idem eſſentialiter partibus componentibus, nõ poteſt eſſe ſine partibus, propter realem, & eſſentialem dependẽtiam: partes verò non poſſunt eſſe ſine toto propter neceſſariã incluſionẽ, quamuis inter ipſas ſit realis diſtinctio.

¶Si dicatur, nonne Doct. in tertio diſt. 2. dicit, quod totum eſſentiale realiter, & eſſentialiter diſtinguitur à partibus eſſentialibus ſeorſum ſumptis, & ſimul ſumptis, ergo non eſt idem eſſentialiter illis. Dico, quòd verba Doctoris debent ſanè intelligi, intendit enim ibi probare, quod totum eſſentiale dicat entitatem abſolutam aliam à partibus, & ꝙ totum eſſentiale non ſit tantum partes eſſentiales ſimul ſumptæ, vt dicit Commentator primo phyſicorum com. 17. Et probat ibi, quia a. & b. poſſunt eſſe ſine ab. ergo compoſitum ex a. & b. includit aliud, quàm a. & b. Poſito ergo, ꝙ totum eſſentiale dicat entitatem abſolutam aliam à partibus, cum dicit Doct. quòd tale totum diſtinguitur realiter, & eſſentialiter à partibus, ſic debet intelligi, quòd partes eſſentiales verè, & realiter diſtinguũtur à to-

to, quia poſſunt eſſe ſine toto, nõ tamen totum realiter diſtinguitur à partibus, quia eſt impoſſibile ipſum totum habere eſſe abſolutum, & reale ſine partibus conſtituentibus. Si dicatur, hoc videtur impoſſibile, quòd ſi a. eſt idem eſſentialiter b. quòd b. non ſit idem eſſentialiter a. dico quòd non ſequitur hoc eſſe impoſſibile, quia hęc eſt vera. homo eſt idẽ formaliter animali, & tamen hæc eſt falſa, animal eſt idem formaliter homini, vt ſupra expoſui ſecundum verba Doct. in primo, diſt. 2. par. 2. q. 1. in corpore quæſtionis, & in reſponſione ad primum argumentum principale, ſic eſt in propoſito de toto eſſentiali, & de partibus, ex quo enim totum eſſentiale conſtat intrinſecè ex partibus eſſentialibus, ita quòd partes eſſentiales ſunt de intrinſeca ratione eſſentiali totius. Sequitur, quòd ipſum totum erit idem eſſentialiter, & realiter partibus, & non econtra.

Obiectio. Si dicatur, eſt impoſſibile quòd a. includat b. ſecundum identitatem realem, & quòd b. non ſit idem realiter a.

Reſponſio. ¶ Dico, quòd aliud eſt loqui de identitate non conuertibili, & aliud de conuertibili: in propoſito totum eſt idem realiter, non tamen cõuertibiliter, ſubiectum verò eſt idem realiter propriè paſſioni conuertibiliter, quia ſicut homo eſt idem realiter riſibilitati, ita ècontra, & ſicut homo non poteſt eſſe ſine riſibilitate, ita nec ecõtra. Si dicatur totum eſſentiale, non diſtinguitur à ſuis partibus realiter, quia eſt impoſſibile eſſe ſine illis, ſtatim videtur ſequi, quòd relatio ſit idem realiter cum fundamento, quia non poteſt eſſe ſine illo, vt patet à Doct. in quarto, diſt. 19.

An totum eſſentiale ſit commune ſuis partibus. Reſponſio. ¶ Dico, quòd non eſt ſimile, quia totum eſſentiale ſic eſt idem ſuis partibus, quòd illæ partes ſunt de intrinſeca ratione ipſius, ideo eſt impoſſibile intelligere humanitatem, non intellectis partibus intrinſecè componentibus, non ſic eſt de relatione, quia licet relatio non poſſit intelligi, termino, & fundamento non præintellectis, tamen in ſuo eſſe quidditatiuo nõ includit fundamentum, & terminum, nec pertinet ad ſuum eſſe, niſi tantum extrinſecè, pro quanto fundatur in fundamento, & terminatur ad aliud.

¶ Si iterum dicatur compoſitũ eſſentiale eſt aliud à partibus componẽtibus: ergo diſtinguitur eſſentialiter ab illis, conſequentia eſt nota, quia aliud facit diſtinctionem eſſentialem, antecedens patet à Docto. in tertio, diſt. 2. qui ſic arguit cauſæ intrinſecæ, quando cauſant, producunt aliud: ergo.

Reſponſio. Dico, quòd & ſi hæc ſit vera, corpus organicum, & anima intrinſecè cauſant aliud, à quo eſſentialiter diſtinguantur, non tamen ſequitur econtra, ꝙ illud cauſatum intrinſecè eſſentialiter diſtinguatur à partibus intrinſecè componentibus, vnde ly aliud, magis debet referri ad partes componentes, quam ad compoſitum, idest a. & b. producunt c. intrinſecè, à quo poſſunt diſtingui realiter, quia c. poteſt corrumpi a. & b. non corruptis.

Modeſtia Lycheti. Hæc quæ dixi potius innitendo rationibus dixi, quàm aliquibus exponẽtibus Doctorem aliter ſentientibus, ſaluo tamen ſemper meliori iudicio.

Diſtinctio realis. QVINTA eſt diſtinctio realis, quæ parũ differt à diſtinctione eſſentiali ſm eſſe ſimpliciter ſumpta. dico tamen, quòd ſi inter eſſentiam, & exiſtentiam ſit aliqualis diſtinctio, vel ex natura rei, vel rationis (quæ qualis ſit, expoſui in tertio, diſt. 6.) diſtinctio realis loquẽdo in creaturis propriè fundatur ſuper aliam, & aliam rem inquantum illæ res exiſtunt,

Quatuor modis inueſtigatur diſtinctio realis. ita quòd immediatum fundamentum diſtinctionis realis actualis eſt res actu exiſtens. Illa ergo diſtinguuntur realiter, & ſpecificè, quæ ſic ſe habent, ꝙ vnũ actu poteſt exiſtere ſine alio, & ſemper loquor in creaturis, dummodo non ſint relatiua, quia vnum relatiuum non poteſt exiſtere ſine altero, & tamen realiter diſtinguũtur. Et talis diſtinctio realis ſemper præſuppõit diſtinctionem eſſentialem, quia talis diſtinctio fundatur ſuper eſſentia ſola ratione, vel fortè ex natura rei diſtincta ab exiſtentia, quæ exiſtentia eſt immediatum fundamentum realis diſtinctionis. Illa verò realiter actualiter, & ſolo numero diſtinguuntur, quorum vnum actu poteſt exiſtere ſine altero. Exceptis ſemper relatiuis, & cauſa de neceſſitate abſoluta neceſſariò effectũ cauſante, & conſeruante, quia talis verè realiter diſtinguitur ab effectu, & tamen non poteſt eſſe ſine effectu.

Primò per viam generationis. Secundò per viam corruptionis. Tertiò per viam originis. Quartò per viam ſeparationis exiſtentia.

Sed hoc inferius prolixius exponam. Et quæ ſic diſtinguuntur, ſemper eſſentialiter diſtinguunt, quia vbi eſt diſtincta exiſtẽtia numeralis, ibi eſt diſtincta eſſentia numeralis, & vna ſemper infert aliam, & ecõtra, non tamẽ vna eſt formaliter alia, patet quia realis diſtinctio reſpicit exiſtẽtiam pro immediato fundamento. Et eſſentialis diſtinctio reſpicit eſſentiam pro immediato fundamento. Sed quid dicẽdũ eſt de partibus compoſiti numeralis, an illæ diſtinguantur realiter numeraliter ad inuicẽ, & à cõpoſito, dico breuiter, ꝙ ſi loquamur de eſſe totius, quod participant (de quo vide Doct. in iſto ſecundo, diſt. 17.) non diſtinguuntur realiter numeraliter, quia vt ſic ſunt vnum numero, ſi verò loquamur de entitate propria, & non participata. Dico, ꝙ diſtinguuntur, & numeraliter ab inuicẽ, & à toto cõpoſito.

Concluſio de identitate realis. Viſa diſtinctione reali facilè eſt videre quid ſit propriè identitas realis, quæ propriè opponitur reali diſtinctioni. Et dico aliquas concluſiones, prima idẽtitas realis formaliter ſumpta propriè fundatur ſuper identitate exiſtentiæ, ſic intelligendo, ꝙ exiſtentia, quæ eſt immediatum fundamentum realis identitatis ſit talis exiſtentia, ꝙ non dicit plures exiſtentias, quarum vna poſſit intelligi eſſe ſine alia, & hoc dico, quia in eadem exiſtentia reali, ſuper qua fundatur identitas realis, poſſunt intelligi plures exiſtentiæ ex natura rei diſtinctæ, quæ fundantur ſuper diſtinctis realitatibus ex natura rei incluſis in eſſentia, cuius eſt exiſtentia, ſuper qua immediatè fundatur identitas realis, & ſimiliter poſſunt eſſe plures exiſtentiæ formaliter diſtinctæ ſecundum formalitates incluſas in eſſentia, ad quam, vt gradus intrinſecus immediatè conſequitur exiſtentia, quæ eſt immediatum fundamentum identitatis realis, & hanc literam benè nota, quia ad multa vtilis eſt.

Quæ ſint idem realiter. Secunda concluſio, illa ſunt idem realiter, & ſpecificè, quæ conueniunt in aliqua exiſtentia fundata in eſſentia habente eſſe ſimpliciter ſecundum vnitatem ſpecificam, & ſic quæ ſunt idem realiter in tali tertio, eodem modo ſunt idem inter ſe, idest quòd ſicut ſunt idem realiter ſpecificè inter ſe ſunt idem realiter ſpecificè, & talis identitas realis infert identitatem eſſentialem, & econtra, licet vna non ſit formaliter alia, vt ſupra expoſui de diſtinctione reali. Tertia concluſio illa ſunt idem realiter, & numeraliter, quæ ſic ſe habent, quòd eſt impoſſibile vnum exiſtere ſine altero, & hoc ex natura intrinſeca extremorum, vel alterius extremi, & per hoc excluduntur relatiua, & cauſa neceſſaria, & cauſatum neceſſariò productum, quia licet vnum non poſſit eſſe ſine altero, hoc tamẽ non eſt ex repugnantia intrinſeca extremorum, vel alterius extremi, de qua repugnantia infra patebit, ideo non ſequitur, quòd ſint idem realiter. Illa ergo ſunt idem realiter, quæ ſic ſe habent, ꝙ vnum repugnat eſſe ſine altero, & hoc ex natura extremorum, vel alterius extremi, ꝙ pro tanto eſt, quia talis extrema talem exiſtentiam includunt vnicam, & realem, ꝙ eſt impoſſibile vnum habere aliam exiſtentiam ſepa-

ſeparabilem ab exiſtentia alterius.& ſic in Franciſco natura humana, ſingularitas, & omnis paſſio ſuperiorũ, vt in Franciſco ſunt idẽ realiter in ipſo, & ad inuicem, quia vt ſic vnam tantum exiſtentiam realẽ dicunt, licet poſſint eſſe plures ex natura rei, vel formales, vt ſupra dixi.& talis realis idẽtitas numeralis infert identitatem eſſentialem eorundem incluſorũ in Franciſco, & ẽcontra: licet vna identitas non ſit formaliter alia, quia identitas eſſentialis immediatè fundatur ſuper entitate eſſentiali numerali ſecundũ eſſe ſimpliciter, in qua entitate, poſſunt includi plures realitates ex natura rei, & plures formalitates, quæ tamen omnes ſunt vna entitas eſſentialis, & realis non quòd dicantur omnes de eſſentia illius, vt ſupra expoſui. identitas verò realis numeralis immediatè fundatur ſuper exiſtentia numerali. In qua tamen exiſtentia includuntur plures exiſtentiæ tã formaliter, quàm ex natura rei diſtinctę, quę tamẽ omnes ſunt vna exiſtentia realiter, licet non formaliter, & ex natura rei. Iſta pro nunc ſufficiant pro clariori intellectu eorum, quæ hic dicuntur à Doctore. Nec oportet pro nunc facere mentione de diſtinctione, & idẽtitate eorum, quę ſe totis, vel diſtinguũtur, vel ſunt idem ſubiectiuè vel obiectiuè, quia talis diſtinctio vel identitas non eſt neceſſaria ad declaratiõnẽ litteræ Doctoris.

Vide authorem formalitatum.

ANTEQVAM Exponam litteram quęſtionis adduco aliquas opiniones, quę nituntur improbare opinionem Doctoris, & ſoluere argumenta facta contra opinionem Henrici, quæ probãt relationem eſſe aliam rem à fundamento. quarum opinionum prima eſt Reuerendi Magiſtri Gulielmi Ocham in primo diſtinct. 30. q. 1. Qui ſubtiliter arguit contra Doctoris doctrinam, & primo arguit ſic, probando, quòd relatio non ſit alia res realiter diſtincta à fundamento. Omnis res realiter diſtincta ab alia re, poteſt intelligi illa alia non intellecta, & maxime ſi neutra illarum rerũ ſit pars alterius, Sed impoſſibile eſt aliquam rem quæ ſit relatio intelligi ſine omni alia re, ergo. maior videtur manifeſta, qa non plus dependet intellectio vnius rei totaliter diſperatæ ab alia re diſparata, quã intellectio effectus ab intellectione cauſæ ſuæ eſſentialis, ſed non eſt inconueniens effectum poſſe intelligi cauſa non intellecta. ergo eodem modo, ſi ſimilitudo, vel alia relatio ſit alia res ab abſolutis, & à relatione correſpondente nõ repugnat ſibi intelligi nullo intellecto abſoluto, & etiam nulla relatione alia intellecta. minorem probo, quia ſi aliquis intelligat ſimilitudinem ſortis, & ſortem ſine ſimilitudine correſpondente, poterit ſcire ſortem eſſe ſimilem, & tamen dubitare an ſit alicui alteri ſimilis, & eodem modo poterit aliquis ſcire aliquem eſſe patrem, & tamen neſcire an habeat filium immò etiam poterit ignorare an poſſit habere filium.

Opin Ochã contra Scot.

Argumentũ primum.

¶ Si dicatur, quòd talis apprehẽdens ſimilitudinẽ ſortis poterit neſcire an ſortes ſit ſimilis. contra, per iſtum non repugnat relationi intelligi intuitiuè, ponatur ergo, quod aliquis intuitiuè apprehendat vtranque, talis vtique ſciet ſortem eſſe ſimilem, ſicut aliquis videns intuitiuè albedinem in ſorte, ſcit ſortem eſſe album.

¶ Si dicatur aliter, quod talis ſi videat intuitiuè tam ſortem, quàm ſimilitudinem in ſorte licet non videat intuitiuè aliam ſimilitudinem, poterit tamen ſcire ſortem eſſe ſimilem alteri, licet neſciat cui ſit ſimilis.

¶ Contra ponatur quòd talis intellectio intuitiua ſimilitudinis ſit ſimpliciter prima in illo intellectu, ita quòd nunquàm prius nec intuitiuè nec abſtractiuè intellexerit quamcunque ſimilitudinem, talis nõ plus ſciet, quòd ille eſt ſimilis alicui alteri, quã quòd iſta eſt cauſa alterius, niſi per deductionem rationis, & per conſequens antequàm incipiat deducere poterit ignorare, & hoc eſt propoſitum.

¶ Si dicatur aliter ad maiorem, quòd vna relatio non poteſt intelligi ſine alia, contra, ſecundum iſtos eſſentia diuina poteſt intelligi ſine relatione quæ tamen eſt eadem realiter ſibi ergo multo fortius vna res poterit intelligi ſine alia realiter diſtincta, & diſperata.

¶ Si dicatur, quòd non ſequitur, quia nec identitas realis, nec diſtinctio formalis eſt cauſa quare poteſt eſſentia intelligi, non intellecta paternitate. ſed quia eſt talis natura. Sed hoc non valet, quia eadem facilitate dicam quòd eſſentia diuina eſt talis natura quòd non poteſt intelligi paternitate, & ita nulla videtur ratio poſſe aſſignari quare vnum indiuiduum non poſſit intelligi alio indiuiduo totaliter diſperato non intellecto, quia non poteſt dari aliqua ratio. quare vnum non poſſit intelligi alio non intellecto, niſi quia vel ſunt idem realiter quod non datur in propoſito, vel quia vnum dependet ab alio eſſentialiter, & hoc non poteſt dari in propoſito, quia eſſentialius dependet quodlibet abſolutum creatum à Deo, quàm quæcumque relatio ab alia, & tamẽ poteſt creatum intelligi non intellecto Deo, ſicut poteſt videri corporaliter non viſo Deo corporaliter. Vel quia vnum neceſſariò coexigit aliud, & hoc nõ poteſt dari in propoſito, quia magis neceſſariò, vel æquè coexigit quælibet creatura Deum, quàm vna relatio aliam relationem, & tamen hoc non obſtante poteſt creatura intelligi non intellecto Deo, ergo ſimiliter in propoſito.

Eſſentia diuina poteſt intelligi ſine relatione.

¶ Si dicatur, quòd nulla iſtarũ eſt ratio, ſed ratio eſt quia res eſt talis naturæ, & ideo nulla alia cauſa eſt quærenda, niſi quia eſt relatio ſed hoc non ſufficit, quia nihil debet poni, ſine ratione aſſignata niſi ſit per ſe notum, vel per experiẽtiam ſcitum, vel per auctoritatem ſcripturæ ſacræ approbatum, ſed illud non eſt per ſe notum, quia multi ſubtiles & exercitati hoc negant. Nec etiam per experientiam eſt ſcitũ, quia nullus de hoc potuit experiri ſicut patet manifeſte, nec poteſt dici tertium, quia iſta quomodo excludit omnem auctoritatem, Similiter tunc non eſſet relatio ponẽda propter rationem, ſed pręciſè propter auctoritatem ſcripturæ ſacræ, quòd tamẽ negant, ergo qua ratione relatio vna ſi ſit alia res non poteſt intelligi alia re diſperata non intellecta debet ratio aſſignari, vel non eſt propter rationẽ ponendum. Similiter tũc eadem facilitate dicam, quòd ſubſtantia non poteſt intelligi ſine qualitate, vel econuerſo, & non eſt alią ratio quærenda, niſi quòd ſubſtantia eſt ſubſtantia, & qualitas eſt qualitas, quæ non conuenienter dicuntur. Confirmatur quia non maior eſt inſeparabilitas aliquorum realium in intellectu, quàm in ſubiecto, ſed iſtæ res ſunt ſeparabiles quantum ab ſubiectum, quia vna illarum poteſt eſſe in aliquo ſubiecto, in quo non eſt alia, ergo eadem ratione poterũt ſic ſeparari in intellectu, quòd vna intelligatur alia non intellecta.

¶ Secundo arguo ſic, in omni modo relatiuorũ, & in oĩ prędicamẽto relatiuo oportet aliqua extrema ſummè diſtare, ergo poteſt aliqua res fieri ĩ vno extremo nulla re poſita facta in alia, ergo ſi relatio ſit alia res, poteſt vni extremo aduenire aliqua relatio nulla facta in alio extremo. Cõfirmatur quia omnis creatura agit in determinata diſtantia, fiant ergo talia duo extrema extra illam determinatam diſtantiam, hoc poſito poterit aliquod agens creatum ſecundùm conuenientem diſtantiam approximari vni extremo, & in proportionatè diſtare ab altero extremo, ergo poterit habere effectum ſuum in illo extremo nihil cauſando in alio. Verbi gratia ſint

Secũdũ argumentum principale.

BIBLIOTECA NAZ.

dit ſcilicet identati diſperatæ. ſicut prius argutum eſt, ergo omnis identitas eſt eadem illi identitati, quæ eſt a. per aliam identitatem ſibi additam, & ita ſtat primum argumentum.

¶ Si dicatur, ꝙ identitas non vniformiter conuenit talibus identitatibus ad ipſum, quia vna illarum. ſcilicet diſperata eſt eadem per aliam identitatem, quia poteſt eſſe ſine illa, & econuerſo, & alia eſt eadem ſeipſa, quia non poteſt eſſe ſine ea, & hoc non ſufficit diceretur enim ita faciliter, quòd relatio effectus ad primam cauſam non vniformiter conuenit omni creaturæ, quia conuenit creaturæ abſolutè, mediante relatione, quæ ſit alia res, ſed creaturæ, quæ eſt relatio conuenit ſine tali relatione media. æque enim faciliter dicitur vnum ſicut reliquum.

¶ Præterea ſecundum iſtum vbi prius, ſicut contradictio dicta de aliquibus eſt via concludendi diſtinctionem, ita impoſſibilitas recipiendi prædicationem contradictoriorum, & pertinentium ad eſſe eſt via cōcludendi identitatem in eſſe, ex hoc arguo ſic, ſimilitudo Sortis ad Platonem nō poteſt eſſe ſine ſimilitudine Platonis ad Sortem ſine contradictione, nec econuerſo ſecundum iſtos, ergo iſta ſimilitudo eſt realiter illa, & ſimilitudo ſortis ad Platonem non eſt ſubiectiuè in in Platone, nec eſt in ſorte; quare manifeſtum eſt, quòd nullibi eſt ſubiectiuè, & non eſt ſubſtantia ſecundum iſtos, ergo nec eſt ſubſtantia, nec eſt accidens, & ita non erit talis res, ſicut iſti imaginantur.

¶ Si dicatur, quòd propoſitio accepta eſt vera, vbi vnum propriè ineſt alteri, ſicut accipit in propoſitione ſua, contra, vbi vnum propriè ineſt alteri vnum realiter diſtinguitur ab alio, quia nihil propriè ineſt ſibijpſi, ergo propoſitio ſic accepta, cum propriè ineſt alteri includit contradictionem, & per conſequens nihil valet ad propoſitum.

¶ Si dicatur, quòd quando vnum non poteſt eſſe ſine alio, & tamen diſtinguitur realiter, hoc eſt quia ſunt ſimul natura. & ita eſt in propoſito, quod iſtæ duæ relationes ſunt ſimul natura hoc non ſufficit, quia quæro quid intelligas per eſſe ſimul natura. aut quòd includit contradictionem vnum eſſe ſine altero, aut quòd vnum dependet ab alio, aut quia ſunt æque perfectè. ſi primo modo ſic accipis, quòd creatura eſt prior relatione, eſt petere quod deberes probare, quia de hoc eſt quæſtio an ſcilicet iſto modo creatura ſit prior relatione. Si ſecundo modo, igitur in propoſito illæ duæ ſimilitudines non ſunt ſimul natura. Si tertio modo, ergo paternitas, & filiatio non eſſent ſimul natura, quia cum ſint alterius rationis ſecundum iſtos, vna eſt perfectior alia. ergo ſi ratio ſua ſit bona æque probat, quòd vna ſimilitudo non diſtinguitur realiter ab alia ſicut probat, quòd vna creatura non diſtinguitur realiter à relatione Dei ad creaturam.

Argumentū in ſpeciali contra prædictam concluſionem.

¶ Secundo Arguo in ſpeciali contra diuerſos modos relatiuorum, primò autem contra eum, qui ponitur ab eis primus modus. modo numeri, vel vnius & cuiuſmodi ſunt duplum, dimidium, ſimile, æquale, & idem, & quòd iſta non ſunt aliæ res, probo per rationem iſtius, perquam probat, quòd relatio creaturæ ad Deum non ſit alia res, & arguo ſic. Illa quæ propriè in ſunt aliquibus, & illa non poſſunt eſſe ſine illis ſine contradictione ſunt eadem realiter cum illis, ſed iſtæ ſimilitudines propriè in ſunt iſtis albis. & iſtæ æqualitates iſtis æqualibus, & iſtæ identitates Iſtis eiſdem, & iſta dupleitas, & iſta dimidietas iſtis duplo, & iſti dimidio; & impoſſibile eſt ſine contradictione iſta alba eſſe ſine iſtis ſimilitudinibus, & iſta æqualia ſine iſtis æqualitatibus, & ſic de alijs, ergo iſtæ relationes ſunt idē realiter cum iſtis abſolutis. maiorem probo, quia qua ratione idem quod propriè dicitur ineſſe alij, aut ſine quo, illud non poteſt eſſe ſine contradictione eſt idem ſibi realiter, eadem ratione illa, quæ propriè in ſunt aliquibus, ſine quibus non poſſunt eſſe ſine contradictione ſunt eadem realiter illis, quia non eſt maior ratio, quare aliquod diſtinctum realiter ab aliquo poſſit eſſe ſine illo, quàm quòd alia diſtincta realiter ab aliquibus poſſunt eſſe ſine illis, eandem etiam maiorem probo ſicut ipſe ſuam, quia dicit ipſe, quòd ſi à non poteſt eſſe ſine b. aut a. hoc eſt propter identitatem b. ad a. aut propter prioritatē b. ad a. aut propter ſimultatem in natura. ergo ſi b. non ſit prius naturaliter a. neceſſariò ſimul natura, & a. non poteſt eſſe abſque b. ſequitur quod a. ſit idem realiter cum b. eodem modo arguo ego. Si a. & b. non poſſunt eſſe ſine c. & d. aut hoc eſt propter prioritatem c. & d. ad a. & b. aut propter ſimultatem in natura. aut propter identitatem, ſed in propoſito iſtæ duæ ſimilitudines. nec ſunt priora iſtis nec ſimul natura ſicut iſti concedūt, & ſine iſtis non poſſunt eſſe iſta alba, ergo hoc eſt propter identitatem duarum ſimilitudinum cum iſtis, & ita illa propoſitio generaliter accepta eſt vera, ſi propoſitio ſua ſit vera, quia non eſt maior ratio, quòd Deus poſſit facere prius ſine poſteriori, quàm quòd poſſit facere priora ſine poſterioribus, maior etiam patet per eos quo ad primam partem, quia ſicut ſimilitudo ſecundum eos propriè ineſt ſimili. ita habent dicere, quòd ſimilitudines propriè in ſunt ſimilitudinibus, vel albis, & eodem modo de alijs. alia etiam pars eſt manifeſta, quia quòd aliqua non tranſmutata, nec ſecundùm quantitatem, nec ſecundùm locum ſint primò æqualia, & poſtea non ſint æqualia eſt manifeſta contradictio, & eodem modo, quòd aliquid ſit primo duplum, & non ſit minus, nec maius quam prius, & eodem modo illud, quod eſt dimidium, & tamen quòd non ſit duplum ſicut prius eſt manifeſta contradictio. ſimiliter eſt de eodem, & diuerſo, quòd aliqua non tranſmutata ſecundùm ſubſtantias primo ſint eadem, vel diuerſa, & poſtea non ſint eadem, vel diuerſa eſt manifeſta contradictio. Idem argumentum poſſet fieri contra ſecundùm modum relatiuorum, qui ponitur modus potentiæ. Sed contra illum arguo magis in ſpeciali, & probo, quòd cauſalitas qua aliquid dicitur cauſa alterius non dicit rem aliam, ſicut iſti imaginantur, & eodem modo paternitas, qua aliquis dicitur pater filij non ſit alia res, quia ſi iſta cauſalitas, vel productio ſit alia res, aut ergo eſt prior natura effectu producto, aut ſimul natura, vel poſterior natura. non prior natura, quia ſecundùm iſtos relatio eſſentialiter dependet tam à fundamēto, quàm à termino; & per conſequens neutrum eſt prius natura. ſed effectus productus eſt terminus ſecundùm iſtos. ergo non eſt prior natura termino. ſic ſecundùm eos correlatiuas ſunt ſimul natura. ſed reſpectus effectus non eſt prior natura ipſo effectu. ergo nec reſpectus cauſæ eſt prior natura, & eodem modo patet, quòd non ſimul natura cum illo effectu, nec poteſt poni, quòd poſterius natura, quia tunc prius eſſet effectus in rerum natura, quam produceretur, & per conſequens ſecundum modū eorum loquendi effectus in primo inſtanti naturæ, in quo eſſet non eſſet productus, & certum eſt, quòd nihil producitur de nouo poſtquàm eſt. ergo nunquàm effectus produceretur de nouo à quacunque cauaſa creata, quòd eſt abſurdum.

An Deus poſſit facere prius ſine poſteriori.

¶ Præterea ſequeretur illud abſurdū, quòd quodlibet agens creatum quandocunque aliquid cauſaret, quòd neceſſariò primò mutaretur, & moueretur ad aliquam veram rem poſitiuam, & ita quandocunque ſol calefaceret iſta inferiora oporteret, quòd reciperet de nouo tot res nouas, quot res calefacit.

leſacit. Ex hoc arguo vltra. ſi quãdo ſol calefacit hoc ſignum, ſol recipit vnam nouam rem in ſeipſo, & in iſto ligno ſunt partes infinitæ ergo infinitæ tales res reciperentur in ſole. Et ſi dicatur, quòd lignum eſt vna res habens tamen infinitas partes in potentia, vel eiuſdem proportionis.

¶ Contra poſſibile eſt ſolem alicui paſſo ſic approximari, quòd totus ſol, ſiuè totus teneatur cathegorematice, ſiue ſincathegorematicè poterit agere in illum paſſum. tunc accipio vnam modiciſſimã partem ſolis, quæ poterit agere in totum illud paſſum. ſecundùm quòd totum tenetur ſincathegorematicè in illa parte ſolis erunt tot nouæ res, quot ſunt partes in illo paſſo. quia quælibet acceptabilis verè patitur ab illa parte. ergo quęlibet habet reſpectum correſpondentem in illa parte, & tales partes infinitæ ſunt. ergo tales res infinitæ correſpondent in eadem parte ſolis, quod eſt inconueniens.

¶ Et ſi dicatur, quòd nulla pars habet reſpectum ſed totũ. contra, aliqua pars poteſt habere vnã qualitatem alia parte habẽte qualitatem contrariam. ergo tunc etiam habet talem reſpectum. ergo non repugnat parti habere talem reſpectum.

¶ Pręterea anima intellectiua, vel aliquis actus exiſtens in ea poteſt immutare corpus quantum. ſicut patet per experientiam, quòd per triſtitiam exiſtentem in parte intellectiua immutatur corpus. ergo tunc in anima intellectiua, vel in aliquo actu ipſius animæ, qui erit indiuiſibilis ſicut ipſa eſt indiuiſibilis reciperentur tot reſpectus, quot ſunt partes corporis immutati. & ita cum illæ partes ſint infinitæ correſpondebunt in anima res nouæ infinitæ.

¶ Præterea contra tales relationes, quę ponuntur dupleitas, æqualitas, dimidietas, & huiuſmodi. arguo ſic. accipio dupleitatem reſpectu alicuius dimidij. & quæro ſi ſit vna res diſtincta aut eſt diuiſibilis, aut indiuiſibilis. non poteſt dici indiuiſibilis, cũ nullum accidens indiuiſibile poteſt eſſe primo in ſubiecto diuiſibili. Secũdũ qa ſi ſit indiuiſibilis oportet, ꝙ ſit tota in toto, & tota in qualibet parte. ſic etiam eſt de anima intellectiua, quæ quia eſt indiuiſibilis, & eſt in corpore ideo eſt tota in toto corpore, & in qualibet parte. ergo ſimiliter illa dupleitas indiuiſibilis eſt tota in toto duplo, & in qualibet eius parte. & ſimiliter dimidietas in toto dimidio, & in qualibet eius parte, & tunc in quocunque eſt aliqua forma illius poteſt verè denominari à tali forma, ſicut in quocunque eſt albedo, primò illud verè poteſt dici album. ergo ſi iſta dupleitas ſit in qualibet parte quælibet pars erit verè dupla reſpectu eiuſdem, & per conſequens aliqua pars erit minor aliquo, & duplum reſpectu eiuſdem, ſi autem iſta duplicitas ſit accidens diuiſibile, aut ergo eſt diuiſibile in parte eiuſdem rationis, aut alterius rationis, ſi in partes eiuſdem rationis. ergo eodẽ modo erit pars dupla ſicut totum eſt duplum, quod eſt manifeſtè falſum, ſi ſit diuiſibile in partes alterius rationis. Contra, ipſi ponũt, quòd accidens non componitur ex partibus alterius rationis, ſimiliter quãdocunque partes alterius rationis faciunt aliquod per ſe vnum ſe habent ſicut materia, & forma, & nunquam diſtinguntur loco, & ſubiecto. ergo in qualibet parte duplices ſunt omnes illę partes, & per conſequens omnes illæ partes facerent duplicitatem, & ita adhuc quælibet pars erit dupla, & eodem modo poteſt argui de æqualitate, & de multis talibus.

Anima intellectiua eſt indiuiſibilis.

Exemplum de Anathomia.

¶ Et ſi dicatur, quòd propoſitio aſſumpta non eſt vera. ſicut patet in anathomia, quòd non quælibet pars hominis eſt homo, etiam vbi concurrunt, tam materia, quã forma hoc non ſufficit, quia quidquid ſit de talibus, quæ habent diuerſas formas ſubſtãtiales: tamen vbi eſt tantum vna forma ſubſtantialis, & materia, & accidentia ſunt conſimilia in omnibus partibus, ibi oportet, quòd aliquæ partes, & totum. Sint eiuſdẽ rationis. Sed ſic non poteſt poni in propoſito, quia ſi ĩ qualibet parte eſſet talis forma alterius rationis, ſequeretur, quòd eſſent infinitæ res alterius rationis in eodem quãto. Et ſi diceretur proteruiendo, quòd aliquod quantum eſt duplum reſpectu alterius, & quod iſta duplicitas non eſt niſi in toto, quia includit dimidietatem, quæ eſt in aliqua parte ſui, quia 4. pars ſui eſt dimidia reſpectu alicuius, reſpectu cuius ipſum totum eſt duplum, & media pars eſt æqualis ſibi, & ſic de alijs, quia quælibet ipſius habet aliquem reſpectum, reſpectu ipſius, reſpectu cuius totum eſt duplum. ſed vna habet reſpectũ qualitatis, alia dimidietatis, & ſic de alijs, ex iſto inquam ſequitur, quòd erunt infinitæ res alterius rationis in iſto duplo, quia nulla pars habet eandem proportionem reſpectu eiuſdem, quam habet alia pars. ergo quot ſunt partes eiuſdem proportionis, tot erunt infinitæ proportiones alterins, & alterius rationis. Nec ſufficit proteruiendo dicere, quòd iſte reſpectus eſt in toto, & in nulla parte, nec ſecundum ſe totum, nec ſecundum talem ſui partem, quia hoc non eſt imaginabile, quòd aliquod verum accidens informãs ſubiectum ſit informatiuè in aliquo ſubiecto, & tamen non ſubiectiuè, nec aliqua pars in aliqua parte ſubiecti.

Solutio Ocham ad rationes Scoti. Ad primã.

HIC reſpondet Ocham ad rationes. Ad primã diceret, quòd maior eſt vera, quia ſi a. eſt ꝙ b. non eſt, ſequitur quòd non ſunt idem realiter, ad minorem quando dicitur, quòd multæ ſunt, relationes, abſque quibus poſſunt eſſe fundata dicerent, quòd proprie & de virtute ſermonis loquendo hoc eſt verum, quia relationes non ſunt niſi intentiones, vel conceptus in anima, & iſtę certè non ſunt idem cum rebus extra, & ideo non concludit, quòd ſunt extrema realiter diſtincta.

¶ Et ſi dicatur, quòd hoc album poteſt eſſe, quãuis non ſit ſimile, & tamen poteſt fieri ſimile, & tũc habuit aliquid quòd non habuit qnando non erat ſimile. Ad illud dicerent facilius, quòd hoc album, quod modo non eſt ſimile poteſt fieri ſimile nõ per aduentum alicuius rei ſibi, ſed per hoc ſolum, quòd ſit vnum aliud album, quia ad hoc quòd ſit ſimile, & prius non fuit ſimile, non requiritur plus, niſi quòd aliquid modo ſit album, quod prius non fuit album.

¶ Et ſi dicatur, quod ſimilitudo eſt in hoc albo, & illud aliud album non eſt in hoc albo, ergo ſimilitudo dicit aliquid aliud, quàm hoc album, & illud album. Ad iſtud dico, quod propriè loquendo, de virtute ſermonis non eſt concedendum, quòd ſimilitudo eſt in hoc albo, quia propriè loquendo non eſt, niſi quidam conceptus, vel intentio, vel nomen, quod importat plura alba. Vnde ſicut alij habent dicere, quòd cauſalitas non eſt totaliter in Deo, quamuis Deus ſit realiter cauſatiuus, vel ponatur vnum abſtractum correſpondens creanti, ſicut creatiuitas correſpondet creatiuo, & ponatur quòd ſit creatio, & tunc non eſt verum dicere, quòd creatio eſt realiter in Deo; quia tunc Deus aliquid realiter haberet in ſe, quod prius non habuit. nam ante mũdi creationem hæc fuit falſa, creatio eſt Deus, vel econuerſo, eodem modo dico, quòd propriè loquẽdo, hæc ſimilitudo non eſt in hoc albo, ſicut enim conceditur, quòd Deus realiter eſt creatiuus, vel creans quamuis creatio non ſit realiter in Deo. ita debet concedi, quòd hoc album eſt realiter ſimile, quàmuis ſimilitudo non ſit in hoc albo. Vnde illud argumẽtum probat æqualiter, quòd creatio eſt alia res à creatura, & à Deo; quia non minus poteſt eſſe hoc album ſimile ſine ſimilitudine, quam põt Deus

creans

creans eſſe ſine creatione. ita realiter eſt Deus creãs, & poteſt non eſſe creans, ſicut hoc album eſt realiter ſimile, & poteſt non eſſe ſimile. Nec valet dicere, ꝙ creatio eſt reſpectus rationis, Tum quia æque facili ter diceretur, quòd ſimilitudo eſt reſpectus rationis, & ſic de omnibus talibus. Tum quia ſicut poſtea oſtendetur non poteſt eſſe talis reſpectus rationis, ſicut iſti imaginantur de reſpectibus.

Compoſitio nõ dicit præciſe duo abſoluta.

¶ Ad primam confirmationem de compoſitione dicerent fortè, quod compoſitio non præciſè dicit duo abſoluta, puta materiam, & formam, ſed dicit iſta, & quòd nihil corporale ſit medium inter iſta, & ideo fortè dicerent, quòd non eſt poſſibile formam eſſe, & materiam eſſe, & quòd nihil eſt medium corporale inter iſta, & tamen quòd non ſit compoſitum. Iſta tamen reſponſio declarabitur in ſequentibus magis.

Ad ſecundam.

¶ Per idem dicerent ad 2. quòd approximatio nõ tantum importat illa duo abſoluta, ſed etiam importat, quòd nihil impediens ſit medium inter illa, & ideo quãdo nihil eſt mediũ inter illa impediens, & illa ſunt, tunc vnum poterit agere in reliquum, quando autem eſt aliquod impedimentum mediũ, tunc non oportet, quòd vnum agat in reliquum, vnde iſta ratio eſt cõtra eos, quia accipio luminoſum, & illuminabile, ſi aliquod corpus opacum interponitur, certum eſt, quòd non agit, à moto autem illo ſine omni acquiſito luminoſo, vel illuminabili poterit illuminare, ergo poſſibile eſt, quòd aliqua duo ſic ſe habeant, quod vnum agat in reliquum propter ſolam mutationem localem vnius, vel alterius, immo propter ſolam corruptionem alicuius alterius, puta ſi opacitas in corpore opaco corrumperetur, & tamen neutri aliquod nouum addatur. Ita dico in propoſito, quòd approximatum alteri poteſt agere in ipſum, & non approximatum non poteſt agere in ipſum, non eſt ex hoc, quòd approximatum habeat aliquam veram rem in ſe formaliter quam non habet quando non eſt approximatum, ſed hoc eſt, quia quãdo eſt approximatum nihil impediens interponitur; quãdo autem non eſt approximatum aliquod impedimentum interponitur, Nam etiam aer magnæ quantitatis poterit impedire aliquando ſi ſit medius.

¶ Per hoc argumentum vlterius dico, quòd ſicut cauſæ poſſunt cauſare aliquid, quod prius non poterant cauſare, ſine omni re alia addita formaliter cuicunque illarum cauſarum; Sed propter ſolam amotionem medij impedientis, ita aliquando ſecũdum iſtos poterunt partes componere ſine omni re addita cuicunque illarum cauſarum, ſed propter hoc ſolum, quòd nunc non eſt medium inter materiam, & formam, Iſti etiam dicerent, quòd non eſt poſſibile, quòd tales partes alterius rationis aliquando componerent per ſe vnum, & aliquando non componerent, ipſis tamen partibus omnibus manentibus.

Ad tertiã.

¶ Ad aliud. Cõcedo maiorem, Sed dico ad minorem, quòd fundamentum non continet per identitatem, nec ſimul, nec ſucceſſiuè tales relationes, quia hæc eſt falſa. Sortes eſt realiter ſimilitudo, & Sortes eſt realiter diſſimilitudo, & ideo non pono, quòd relatio non eſt fundamentum. Sed tantum intentio, & conceptus in anima importans plura abſoluta, vel plura abſolutè, ſicut populus eſt plures homines, & nullus homo eſt populus. Quæ tamen iſtarum propoſitionum ſit magis ſecundum proprietatem ſermonis, pertinet magis ad logicum diſcutere, quàm ad theologum.

Ad quartã.

¶ Per idem ad aliud. Concedo maiorem. Sed ad minorem dico, quòd hæc eſt ſimpliciter falſa. Plures relationes ſunt in eodem fundamento realiter, ſicut hæc eſt falſa ſimpliciter, plures ſimilitudines ſunt idẽ fundamentum realiter, cuius ratio eſt, quia ſimilitudo ſic poſita in abſtracto non poteſt ſtare, niſi pro intentione in anima, vel pro pluribus, quorum quodlibet eſt ſimile, ſicut populus non poteſt ſtare pro pluribus, & ideo, ſicut vtraque illarum eſt falſa. plures intentiones, vel cõceptus in anima ſunt in eodem fundamento realiter, & ſimiliter illa plura, quorum quodlibet eſt ſimile ſunt in eodem fundamento realiter. Ita hęc eſt falſa ſimpliciter. Plures relationes, vel plures ſimilitudines ſunt realiter in eodem ſubiecto.

Quomodo omnis relatio fundatur in aliquo fundamento.

¶ Et ſi dicatur, quòd omnis relatio fundatur in aliquo fundamento, dico quòd ſi accipiatur fundamentum realiter pro inhærere, & non pro denominare in prædicatione, quòd hæc eſt ſimpliciter falſa, ſed aliter eſt vera.

Ad quintã.

¶ Ad aliud per idem, quòd fundamentum non continet per identitatem, ſimilitudinem, vel relationem, & ideo non omne albius eſt ſimilius. Ad aliud per idem. Tales relationes non continentur per identitatem in rebus, & ideo argumentum non concludit.

¶ Ad aliud dico, ſicut aliàs patebit, quòd relatio rationis nõ eſt aliqua res rationis à ſuo fundamento illo modo, quo iſti imaginantur, ſed verum eſt, quòd non eſt ſuum fundamentum, ita nec relatio realis non eſt fundamentum.

¶ Ad alias rationes contra vnum modum ponendi, ꝙ relatio non eſt alia res, ſed tantum eſt in intellectu. Dico, quòd non eſt imaginandum ſecundum iſtam opinionem, quòd relatio iſto modo ſit tantum in intellectu, quòd nihil verè ſit tale, niſi propter actum intellectus, & propter aliquid cauſatum in intellectu, puta quòd Sortes non ſit ſimilis Platoni, niſi propter actũ intellectus, ſicut Sortes non poteſt dici ſubiectum, vel prædicatum, niſi propter actum intellectus. Sed ſic eſt imaginandum, quòd intellectus nihil plus facit ad hoc, quòd Sortes ſit ſimilis, quàm ad hoc, quòd Sortes ſit albus, immo ex hoc ipſo, ꝙ Sortes eſt albus, & Plato eſt albus, Sortes eſt ſimilis Platoni, omni alio imaginabili circumſcripto, & ita Sortes eſt ſimilis Platoni propter abſoluta, omni alio vel in re, vel in intellectu circumſcripto, & ita in re nihil eſt præter abſoluta. Quia tamen in re ſunt plura abſoluta, poteſt illa intellectus diuerſimode exprimere. Vno modo exprimendo præciſè Sortem eſſe album, & tunc habet præciſè conceptus abſolutos. Alio modo Platonem eſſe album. Tertio modo exprimendo tam Sortem, quàm Platonẽ eſſe album, & hoc poteſt facere, per conceptum, vel intentionem relatiuam, dicẽdo Sortes eſt ſimilis Platoni ſecundum albedinem, quia omnino idem importat per iſtas propoſitiones, tam Sortes, quàm Plato eſt albus, & Sortes eſt ſimilis Platoni ſecundum albedinem, & ideo ſimpliciter concedendum eſt, quòd intellectus nihil facit ad hoc, quòd vniuerſum ſit vnum, vel ꝙ totum ſit compoſitum, vel quòd cauſæ approximatæ cauſent, vel quòd triangulus habeat tres, &c. & ſic de alijs non plus, quàm facit ad hoc, quòd Sortes ſit albus, vel ad hoc quòd ignis ſit calidus, vel aqua frigida.

Ad inconuenientia Scoti.

¶ Per hoc ad probationem primi inconuenientis quod adducit. Dico, quòd ſecundum intellectum philoſophi debet concedi, quòd vnitas vniuerſi eſt ordo partium ad inuicem, quia nihil aliud intelligit per vniuerſum eſſe vnum, quàm partes ſic ordinari, non quòd ordo, vel vnitas ſit aliquod in re diſtinctum ab omni parte, & ab omnibus partibus vniuerſi, ſic enim eſſet procedere in infinitum. Illa enim res eſſet ordinata ad alias res, & per conſequens

quens eadem ratione præter illam rem, & alias res erit vna alia res, quæ eſſet ordo earum, & eſſet proceſſus in infinitum. Nec valet dicere, quòd eſt ſtatus in ſecũdo, quia eadem facilitate poteſt poni ſtatus in primo, & nunquam eſt ponenda pluralitas ſine neceſſitate. Et ideo in opinione philoſophi præter illas partes abſolutas nulla res eſt, quia opin. philoſophi fuit, quòd omnis res imaginabilis eſt abſoluta, tamen iſta intentio, vnitas vel ordo, vel cõceptus in anima relatiua eſt, ſine quo tamen conceptu nihil minus eſt vnitum, vel ordinatum, ſicut iſte conceptus, vel intentio, omnis eſt tantum ſinchegorema in anima, & tamen ſine iſto conceptu, omnis homo eſt riſibilis, ꝙ tamen omnis homo ſine omni conceptu ſit riſibilis, non poſſumus exprimere, niſi per conceptum ſincathegorematicum.

Omnis res imaginabilis eſt abſoluta.

¶ Per idem ad ſecundum dico, quòd nihil eſt compoſitum ſine vnione partium componibiliũ, accipiendo vnionem pro ipſis partibus vnitis, quia ſic valet iſta, nihil eſt compoſitum ſine partibus realiter vnitis, & non diſtantibus, ſi autem ly vnio ſupponat pro conceptu exprimente rem ſicut eſt, ſic eſt concedendum, quòd poteſt eſſe compoſitum ſine vnione partium componibilium. Sicut enim omnis homo eſt riſibilis ſine hoc ſigno, omnis diſtributiuo, ſic hic. Sed primus ſenſus eſt magis vſitatus apud auctores, ſiue ſit magis ſecundum proprietatem ſermonis, ſiue non.

Cauſæ ſecũdæ non poſſunt cauſare niſi ſint approximatæ.

¶ Per idem ad tertium, quòd cauſæ ſecundæ non poſſunt cauſare, niſi ſint approximatæ, & tamen non requirũt ens rationis ad hoc vt cauſent, & ideo ſine illa intẽtione in anima, quæ eſt approximatio, poſſunt bene cauſare. Si tamen approximatio ſtet pro ipſis approximatis, tunc non poſſunt cauſare ſine approximatione, quia tunc valet iſta, non poſſunt cauſare, niſi ſint approximata.

¶ Ad quartum concedo, quòd paſſiones mathematicæ ſunt relatiuæ, vel relationes, non tamen ſequitur propter hoc, ꝙ deſtruatur realitas ſciẽtiarum mathematicarum, quia ad realitatem ſciẽtiæ non requiritur, quòd extrema propoſitionis ſcitæ ſint realia, ſed ſufficit quòd ſupponãt pro realibus, ſicut eſt ſuperius declaratum. Et ideo paſſiones mathematicæ quamuis ſint tantum intentiones, vel conceptus in anima ſicut paſſiones aliarum ſciẽtiarum humanitus inuentarum, tamen ſupponunt, & ſtant pro veris rebus. Et ideo verè ſunt ſciẽtiæ reales. Sic ergo dico, quòd iſtæ rationes contra iſtam opinionem in nullo concludunt, quamuis primæ rationes contra opinantem, quòd relatio ſit aliquid in re idem realiter cum fundamento, & diſtinctum in re à fundamento, contra quã ſunt adductæ, ſunt efficaces, ſecundæ autem rationes contra opinionem, quæ ponit, ꝙ Sortes non eſt ſimilis, vel diſſimilis, niſi propter rationem in anima ſatis concludunt, ſed contra iſtam opinionem nihil valent.

Ad realitatem ſcientiæ non requiritur, ꝙ extrema propoſitionis ſint realia.

¶ Ad primum principale. Dico quòd arguit de reſpectu ad vbi, & non de genere relationis, & ideo reſpondebitur illi argumento in ſequenti quæſtione.

¶ Ad aliud dico, ꝙ non eſt ibi aliqua ſituatio præter illa, quæ ſunt ſituata, tamen illa ſituata poſſunt in aliquam operationem, in quam non poſſunt, niſi ſituata ſine omni re addita ſicut patebit.

Reſpõſio ad rationes Ocham.

RESPONDEO ad omnes rationes magiſtri Ocham. Ad primam cum arguit omnis res realiter diſtincta ab alia poteſt intelligi illa alia non intellecta. Iſta propoſitio abſolutè ſumpta eſt manifeſtè falſa, pro cuius intellectu eſt notandum, ꝙ aliqua res ſic ſe habet ad aliam rem, quòd licet ſit intelligibilis propria intelligibilitate, ſi tamen non habeat propriam rationem mouendi intellectum in ratione obiecti intelligibilis, talis res depẽdet ab alia re in eſſe cognito, & ſic omnes relationes, & ſi ſint quidditatiuè ens, & verè contineantur ſub ente, tanquam ſub obiecto adæquato intellectus, quia tamen non habent propriam motionem ad ſui cognitionem, ſed dependent à fundamento, & termino, quæ mouent intellectum ad cognitionem relationis. Et hoc eſt quod ſupra expoſui in primo, diſt. 3. q. 3. in corpore quæſtionis. Dico etiam, ꝙ quãdo aliqua res ſic ſe habet, quòd totum ſuum eſſe formale eſt præciſè eſſe ad aliquod, ita quòd in ſua ratione formali includit eſſe ad aliud tanquam ad terminum, termino illo non præintellecto, nullo modo poteſt intelligi, & ſi realiter ſit diſtincta ab illo. Et hoc eſt, quod dicit Doctor in prima q. prolog. & in diſtin. 3. & 8. contra Henricum, quòd nulla relatio poteſt intelligi, termino non præintellecto.

¶ Et cum dicit, quòd illa maior eſt manifeſta, ꝙ non plus dependet intellectio vnius rei totaliter diſperatæ, ab alia re diſperata, quàm intellectio effectus ab intellectione cauſæ ſuæ eſſentialis. Dico, quòd hoc eſt falſum, quia & ſi effectus eſſentialiter dependeat à cauſa ſua. Ex quo tamen poteſt habere propriam cauſalitatem reſpectu ſuę cognitionis, ideo poteſt cognoſci, cauſa non cognita, & hoc eſt quod dicit Doct. in primo, diſt. 3. q. 3. quòd licet eſſentia diuina virtualiter contineat omnem creaturam, quia tamen creatura poteſt mouere intellectũ propria motione ad ſui cognitionem, ideo non ponitur eſſentia diuina adæquatum obiectum intellectus creati in ratione motiui, & tamen creatura magis dependet à Deo, quàm quicunque effectus ab alia cauſa, & de hoc vide quæ ſupra expoſui in primo. q. 3. tertiæ diſt.

Quomodo eſſentia diuina contineat creaturam.

¶ Ad probationem illius minoris, cum dicit, ſi aliquis intelligat ſimilitudinem Sortis, & Sortem ſine ſimilitudine correſpondente, poterit ſcire Sortem eſſe ſimilem, & tamen dubitare an ſit alicui alteri ſimilis, & eodem modo poterit aliquis ſcire aliquem eſſe patrem, & tamen neſcire an habeat filium. Dico, quòd licet illa minor ſit concedẽda, videlicet, quòd relatio non poteſt intelligi ſine omni alia re, & per conſequens probatio illius minoris eſſet concedenda. Adhuc tamen poſſet diſtingui illa minor, quia a. poteſt intelligi ſine b. poteſt multipliciter intelligi. Primò, quòd a. habeat propriã intelligibilitatem ſicut, & propriam entitatem, & per conſequẽs diſtincta cognitione poteſt cognoſci alia à cognitione a. id eſt quòd a. cognoſcatur propria cognitione, quæ terminatur ad a. & b. alia propria cognitione, quæ terminetur ad b. Secũdo modo, quòd b. & ſi poſſit habere propriam cognitionem, illa tamen cognitio cauſatur ab a. in ratione obiecti intelligibilis. Tertio modo, quòd pro quocunque inſtanti cognoſcitur b. pro eodem inſtanti de neceſſitate cognoſcatur a. Quarto modo, ꝙ b. in nullo inſtanti poteſt cognoſci, niſi in a. inſtãti priori præcognoſcatur a, ſic quòd præhabita cognitione ipſius a. poſſit poſteà cognoſci ipſum b. ita quòd in illo inſtanti poſteriori in quo b. cognoſcitur, in eodem a. nõ cognoſcatur, licet in priori inſtanti ipſum a. de neceſſitate cognoſcatur. Et ſic dico ꝙ relatio primo modo poteſt intelligi ſine omni alia re, & ſic ſimiliter ſecundo modo. Tertius tantum modus eſt fortè dubius, quia cum relatio totaliter depẽdeat à termino quantum ad eſſe, & quantum ad cognoſci non videtur, quòd in aliquo inſtanti poſſit cognoſci, in quo non cognoſcatur terminus, ſaltem quarto modo non poteſt cognoſci ſine termino, & primo modo intelligatur non ſequitur probatio,

Pulchra declaratio.

batio, ſcilicet ſi aliquis intelligat ſimilitudinem Sortis intellectione diſtincta ab intellectione Sortis poterit ſcire Sortem eſſe ſimilem, & tamen dubitare an ſit alicui alteri ſimilis, hoc negatur, quia cognitio ſimilitudinis non tantùm dependet à ſorte, vt à fundamento, ſed etiam dependet ab illo, cui Sortes eſt ſimilis tanquam à termino, ideo cognoſcēs Sortem eſſe ſimilem de neceſſitate cognoſcit, & illud, cui Sortes eſt ſimilis, etiam cognoſcendo ſimilitudinē iſtis quatuor modis ſupradictis, ſimiliter etiā negatur, quòd aliquis poſſit ſcire ſe eſſe patrem, videlicet cognoſcendo paternitatem diſtinctam, & tamen neſcire an habeat filium, quia cognitio paternitatis de neceſſitate præſupponit cognitionem termini ad quem terminatur. Et cum obijcit contra ſeipſum. ibi, ſi dicatur, quòd talis apprehendens ſimilitudinem Sortis poterit neſcire an Sortes ſit ſimilis, ſi hoc dicit, vt ſit quædam reſponſio Doct. ſubtilis. Dico quòd Doct. ſubtilis non admitteret hanc reſponſionem, ſed bene concederet, quòd ſi quis apprehenderet ſimilitudinem Sortis, vt Sortis, ſtatim ſciret cui Sortes eſſet ſimilis, exponendo aliquo prædictorum quatuor modorum. Et ſic concedo quod dicit Ocham, quòd non repugnat relationi intelligi intuitiuè, & quòd ſi aliquis intuitiuè apprehendat Sortem, & ſimilitudinem, ſciat Sortem eſſe ſimilem, ſicut videns intuitiuè albedinē in Sorte ſcit Sortem eſſe album. Et cum dicit ibi, ſi dicatur aliter ad maiorem, quòd vna relatio poteſt intelligi ſine alia. Dico, quòd aliud eſt dicere relationem non poſſe intelligi ſine fundamento, & termino, & aliud eſt dicere, relationem poſſe intelligi ſine alia relatione. Quia in primo caſu, cognitio relationis de neceſſitate dependet à fundamento, & termino. Sed in ſecundo caſu, vna relatio non depēdet in cognoſci ab alia relatione: nō enim paternitas nec in eſſe, nec in cognoſci, dependet à filiatione. Dico tamen, ex quo correlatiua ſunt ſimul natura, & vnum non poteſt intelligi ſine alio, quòd fortè paternitas non poteſt intelligi ſine filiatione, & econtra, non quòd cognitio paternitatis dependeat à cognitione filiationis, quia ſi per impoſſibile paternitas, & filiatio eſſent ſeparatæ à ſuis fundamentis, vna relatio non eſſet cauſa cognitionis alterius. Sed de facto cognoſcens paternitatem cognoſcit, & filiationem, quia cognoſcens paternitatem præcognoſcit de neceſſitate terminum illius, quo cognito ſtatim cognoſcitur relatio, ſcilicet paternitas, & vice verſa cognoſcens filiationem, præcognoſcit rem, quæ eſt filius tanquam fundamentum, & rem, quæ eſt pater tanquam terminum, & ideo præcognitis fundamēto, & termino diſtinctè, ad quæ de neceſſitate oriūtur tales relationes, ſimul cognoſcuntur relationes, & fortè hoc modo vna relatio non poteſt cognoſci ſine alia, & cum arguit contra. probando, ꝙ vna poteſt cognoſci ſine alia, quia eſſentia diuina poteſt intelligi ſine relatione, quæ tamen eſt eadem realiter ſibi, ergo multo fortius vna res poterit intelligi ſine alia realiter diſtincta, & diſperata. Dico quòd non eſt ſimile, quia eſſentia diuina, ex quo eſt entitas abſolutiſſima, & prior omni relatione poteſt intelligi diſtinctè relatione non intellecta. Vna autem relatio non poteſt diſtinctè intelligi relatione correſpondente non intellecta, propter cauſam ſuperius dictam, & ideo non rectè aſſignatur cauſa ab iſto, quare vna nō poteſt intelligi alia non intellecta. Cum dicit: Si paternitas nō poteſt intelligi filiatione non intellecta, aut hoc eſt, quia ſunt idem realiter, vel quia vnum dependet ab alio eſſentialiter, vel quia vnum neceſſariò coexigit aliud, vel quia res eſt talis naturæ, & ideo nulla alia cauſa eſt quærenda, niſi quia relatio eſt relatio. Dico, quòd vltra omnes iſtas cauſas aſſignatur cauſa ſupradicta, quia paternitas dependet in cognoſci à fundamento, & termino, & ſimiliter filiatio, & cognoſcens a. eſſe terminum relationis ſtatim cognoſcit ipſum a. eſſe fundamentum relationis oppoſitæ, quādo ſunt relationes mutuę, ita ꝙ res, quæ eſt pater, & res quæ eſt filius, vt ſunt præſentes intellectui in ſe, vel in aliquo perfectè repręſentatiuo, in illo intellectu de neceſſitate naturæ cauſant, non tantum cognitionem ſui, ſed etiam relationum virtualiter contentarum. Poſſet etiam dici, quòd ideo paternitas non poteſt cognoſci, filiatione non cognita, quia eſt talis natura. Et cum dicit, quòd nihil debet poni ſine ratione aſſignata, niſi ſit per ſe notum, vel per experientiam ſcitum, vel per auctoritatem ſacræ ſcripturæ approbatum, &c. Dico, quòd hoc eſt notum per experientiam, quia cognoſcens quòd a. eſt pater, ſtatim cognoſcit quòd alicuius eſt pater, & ſi cognoſcat diſtinctè a. eſſe patrem b. in eodem inſtanti cognoſcit ipſum b. eſſe filium a. patet etiam, quia notum eſt apud omnes, quia relatiua ſunt ſimul naturali intelligentia.

Cognitio relationis de neceſſitate dependet à fundamento, & termino.

Eſſentia diuina eſt entitas abſolutiſſima.

A quo dependeat paternitas in cognoſci.

¶ Ad ſecundam rationem principalis opinionis conceſſo, quòd in omni prædicamento relatiuo oportet aliqua extrema ſummè diſtare, & cum infert: ergo poteſt aliqua res fieri in vno extremo, nulla re poſitiua facta in alio, neganda eſt conſequentia, intelligendo abſolutè de omni re, tam abſoluta, quàm relatiua, qa ſi de nouo a. adueniat ſimilitudo, in eodem inſtanti b. quantumcunque diſtanti adueniet ſimilitudo oppoſita, quia ſit albū, vt quatuor, & album vt octo, quæ adinuicem ſummè diſtent, & agens proportionetur albo, vt quatuor, & poſſit intendere vt octo, & ſit omnino improportionatum alteri albo vt octo, patet, quòd poteſt intendere album, vt quatuor vſque ad gradum vt octo, & in illo inſtanti, quo erit vt octo, erit perfectè ſimile alteri albo, quia cum ſimilitudo ſit relatio intrinſecus aduenìens, de neceſſitate naturæ oritur in vtroque extremo. Nec valet dicere, quòd agens eſt proportionatum vni, & improportionatum alteri, quia ſimilitudo talis non eſt immediatè cauſata ab agēte, quia in ad aliquid non eſt motus, nec mutatio, vt patet quinto phyſicorum. t. com. 10 Sed poſitis fundamento, & termino, ex natura rei oritur talis ſimilitudo, vt clarè expoſui ſuper tertio Doc. diſt. 1. q. 1. Et per hoc patet ad cōfirmationem illam, quæ nulla eſt, & haberet euidentiam, ſi aliquid eſſet immediatè cauſatum in paſſo proportionato, non ſequeretur, aliud eſſe cauſatum in paſſo omnino improportionato. In propoſito autem, licet vnum ſit proportionatum agēti, quo ad effectum immediatè inducendum, & aliud ſit omninò improportionatum, tamē aliquo effectu immediatè inducto ab agente in paſſum proportionatum, de neceſſitate naturæ aliquando ſequitur relatio in vtroque extremo, quæ reſpectu relationis ſemper ſunt proportionata: licèt alterum illorum ſit agenti improportionatum reſpectu effectus immediatè inducendi à tali agente.

Ad ſecundā rationem.

¶ Ad tertium principale. Cum dicitur, quòd Deus poteſt facere omne abſolutum ſine omni poſteriori, ſecundùm opinionem Scoti. Iſta propoſitio poteſt habere multiplicem ſenſum. primus eſt, quòd omne abſolutum, vt cōparatur ad poſterius realiter diſtinctū, poteſt facere illud ſine poſteriori, deſtruendo illud poſterius, ſicut patet in omnibus. ſecundus ſenſus eſt, quòd fiat comparatio duorum abſolutorū ad aliqua poſteriora realiter diſtincta, & tunc non ſemper ſequitur, quòd poſſit facere talia duo abſoluta ſine poſterioribus, quia illis duobus abſolutis poſitis, ſic de neceſſitete naturæ præciſè,

Ad tertiam rationem.

Quomodo Deus poſſet facere abſolutum ſine poſteriori.

ciſè,& adæquatè oritur poſterius,quia eſt ſimpliciter impoſſibile, ipſis manentibus pòſterius non eſſe. Licet ergo Deus poſſet facere vnum album ſine ſimilitudine, & poſſet etiam deſtruere ſimilitudinem fundatam in albo, albo remanente, quia deſtruendo terminum ſimilitudinis, puta aliud albú, deſtruitur illa ſimilitudo, albo remanente, Si tamen ponerentur duo alba ſimul, eſſet impoſſibile, ipſa eſſe ſine ſimilitudine etiam realiter diſtincta ab illis. Et ſic propoſitio Docto. erit ſemper vera in primo ſenſu, non autem ſemper vera in ſecundo ſenſu. Dico etiam, quòd iſta propoſitio non ſic allegatur à Doct.nam in iſto ſecundo, diſt.12.q.2. vbi præcipuè declaratur iſta propoſitio, ſic dicit, quòd omne abſolutum prius alio abſoluto, & realiter diſtinctum ab ipſo, poteſt eſſe ſine tali poſteriori, & hoc idem in diſt.1.quæſt.4.primi.cõtra Henricum. & hoc modo ſemper eſt concedenda propoſitio, Si verò teneatur, vt aliqui Scotiſtæ tenere videntur, quòd Deus poteſt facere duo alba ſine ſimilitudine (quod tamẽ credo eſſe impoſſibile,nec eſſe ad mentem Docto. non ex parte ipſius Dei, ſed ex parte creaturæ) poteſt dici, quòd erunt ſimilia tantum fundamentaliter: hoc eſt dictu, quòd ſunt talia, quæ poſſunt eſſe fundamentum ſimilitudinis. Et per hoc patet ad illas inſtantias factas contra hanc reſponſionem,arguit enim Ocham,ac ſi ſimilitudo ineſſet formaliter illis albis, quod tamen eſt negandum.

Quomodo ſit vera propoſitio Scoti.

Ad quartã rationem.

¶ Ad quartam rationem opin, cum infert de diſtinctione, & diuerſitate. Concedo abſolutè, ꝙ diſtinctio, quæ oritur ex natura rei eſt relatio realis, & realiter diſtincta, ab illis rebus diſtinctis, &c. cum infert, quòd ſi diuerſitas eſt alia res à fundamento abſoluto, ergo diſtinguitur ab illo; & per conſequens realiter refertur ad illam rem abſolutá, ergo alia relatione, & ſic proceſſus in infinitum. Dico breuiter, quod diuerſitas diſtinguitur à fundamento, & concedo, quòd alia diſtinctione fundata in priori diſtinctione,& cum infertur, ergo illa alia poteſt eſſe ad rem abſolutam concedo, ergo mediante alia relatione, negatur cõſequentia, quia illa ſecunda relatio, quæ fundatur in prima diſtinctione, ſeipſa eſt ad eſſe abſolutum, quod eſt ſimile de accidente inhærente, quòd inhærentia inhæret, & quæro de illa inhærentia, patet ſolutio ſupra à Doctore.

¶ Ad illud quod dicit contra hanc reſpõſionem, videlicet, quòd relatio ſeipſa refertur ad fundamẽtum,&c.cum arguit probando,quòd illa ſecunda relatio fundata in prima ſit alia res ab illa prima, quia vbi ſunt diſtincti termini aliquarum relationum, ibi ſunt diſtinctæ relationes, quia vnius relationis eſt primo vnus terminus tantum, Terminus autem iſtius alietatis, qua iſta relatio eſt alia à ſuo fundamento eſt ipſum fundamentum, ergo iſta relatio, & iſta alietas realiter diſtinguuntur. Dico ꝙ non ſemper diſtincti termini arguunt diſtinctas relationes adinuicem, & ſi iſta propoſitio ſit vera, vt diſtincti termini comparãtur ad relationes, quorũ vnus nõ eſt fundamentũ alterius relationis prioris, quæ relatio prior eſt immediatum fundamentum poſterioris, propoſitio non erit vera, ſic eſt in propoſito, quia diſtinctio, qua Franciſcus diſtinguitur à Ioanne, immediatè fundatur in Franciſco,& terminatur ad Ioannem, & alietas, qua illa diſtinctio dicitur alia à Franciſco, immediatè fundatur in illa diſtinctione, cui diſtinctioni ſimpliciter repugnat eſſe ſine Franciſco. Si ergo ſecunda relatio fundaretur in alia relatione, cui non repugnaret eſſe ſine termino, propoſitio poſſet habere veritatem. Dico vltra, quòd iſta propoſitio non eſt formaliter vera, quòd diſtincti termini formaliter arguant diſtinctas relationes, ſicut nec iſta eſt ſimpliciter vera, vnius termini eſt tantum vna relatio, & quomodo hoc intelligatur: aliàs patebit. Sed pro nunc ſufficit mihi, quòd quando vna relatio, puta a. fundatur in alia relatione, puta b. quòd b. immediatè fundatur in c. & terminatur ad d. Si repugnat ipſi b. eſſe ſine c. a. fundatum in b. licet habeat alium terminum a. b. quia b. terminatur ad d. & a. terminatur ad c. A. non erit alia relatio a. b. dico. alia realiter, licèt poſſit eſſe alia formaliter.

¶ Cum arguit. ibi, præterea ſi Sortes eſt ſimilis Platoni, ergo illa ſimilitudo eſt ſimilis alteri ſimilitudini, & eadem ratione illa ſecunda ſimilitudo eſt ſimilis alteri ſimilitudini.

¶ Dicendum, vt prius,quòd ſtatus eſt in ſecundo, Quod declaratur in ſimili de identitate,vt ſupra patuit in littera. Et cum arguit contra iſtam reſponſionem de identitate, inſtantia nulla eſt, vt patet intuenti. Concedo enim, quòd Sortes eſt idem Platoni, & talis identitas eſt alia res à Sorte, & concedo, quod talis identitas, quę fundatur in Sorte eſt idem Platoni, & concedo vltra, quòd identitas fundata in identitate, qua Sortes eſt idem Platoni eſt idem realiter illi identitati, quia ex quo identitati Sortis ad Platonem repugnat eſſe ſine Platone, ſequitur, quòd identitas fundata in illa ſit idẽ realiter illi. Et cum infertur, ꝙ identitas Sortis ad Platonẽ differt realiter ab identitate Ioannis ad Paulum, concedo. Et vltra concedo, quòd identitas Sortis ad Platonem poteſt referri relatione realiter diſtincta ad identitatem Ioannis,& Pauli, quia non repugnat identitati Sortis ad Platonem poſſe eſſe ſine identitate Ioannis ad Paulum, & cum vltra infert, ergo identitas Sortis ad Platonem, refertur ad Platonem relatione realiter diſtincta à tali identitate, negatus, & comprobatur, quia identitas Sortis ad Platonem eſt eiuſdem rationis cum identitate Ioãnis ad Paulum concedo;& ſic debet inferri, ergo ſicut identitas Sortis ad Ioannem non refertur realiter relatione reali ad Platonem, ita nec idẽtitas Ioãnis ad Paulum, quia vtrique identitati repugnat eſſe ſine termino, ſed non eſt ſimile comparando huiuſmodi identitates adinuicem, quia vni non repugnat eſſe ſine altera: nam identitati Sortis ad Platonem non repugnat poſſe eſſe ſine identitate Ioãnis ad Paulum, & per conſequens poteſt referri relatione realiter diſtincta, & ſic patet reſponſio ad hanc rationem.

¶ Et cum arguitur vltra probando, ꝙ huiuſmodi relatio non ſit idem realiter, cum dicit, ſi a. non diſtinguitur realiter a. c. quia a. non poteſt eſſe ſine d. & Sortes diſtinguitur realiter ab a. & ideo poteſt eſſe ſine termino ipſius. Vt magis intelligatur, expono ſic iſtam literam. Pono, quòd Sortes diſtinguatur realiter à Platone, ergo Sortes eſt alius alietate à Platone, quæ alietas diſtinguitũ realiter à Platone,& talis alietas dicatur a. & certum eſt,quòd illa alietas eſt alia à Sorte, ergo erit alia alietate, & illa dicatur c. modo c. non diſtinguitur ab a. quia repugnat ipſi a. vt fundamento c. eſſe ſine termino, puta ſine Sorte, & certum eſt, quòd Sortes realiter diſtinguitur ab a. quia poteſt eſſe ſine a. & ſine termino ipſius a. puta ſine Franciſco, cui eſt alius, & hoc totum conceditur. Et cum infert ponendo talem caſum, quòd alietas qua a. diſtinguitur realiter à Sorte ſit e. & alietas, qua Sortes diſtinguitur realiter ab a. ſit f. conceditur totum. Et cum vltra arguit, Sortes poteſt eſſe ſine f. concedo,& ſine termino ipſius f. concedo, & vltra concedo, quod Sortes realiter diſtinguitur ab f.& cum infert ergo

Expoſitio literæ.

eſt re-

eſt relatio vna media inter Sortem & a. quia Sortes realiter diſtinguitur ab a.concedo, & cum infert proceſſum in infinitum, negatur, quia dico quòd relatio.f. qua Sortes eſt alius ab a. ſeipſa realiter eſt ad a. quia repugnat.f. poſſe eſſe a. & ſic relatio fundata in f.eſt idem realiter ipſi f. & ſic non ſequitur proceſſus in infinitum. Et cum vltra infert.ibi.ſi dicatur, quamuis. f.realiter diſtinguatur à Sorte, non tamen diſtinguitur realiter ab a.quia a.non poteſt eſſe ſine.f.& ita eſt ſtatus in ſecundo. Si hoc refert vt dictum à doct.ſubtili, in hoc caſu non refert, nec verba, nec intentionem ipſius, & concedo inſtantiam factam contra, quia etiam ſecundum doct.relatio poteſt identificari realiter fundamento, quando fundamento repugnat poſſe eſſe ſine termino, non tamen ſequitur, quòd realiter identificetur termino, licet non poſſit eſſe ſine termino, vel etiam fundamento repugnet poſſe eſſe ſine termino.

Quomodo relatio identificetur realiter fundamento.

Ad quintũ,

¶ Ad aliud argumentum contra doct.ibi.arguit ex dictis doct. ſicut contradictio dicta de aliquibus eſt via concludendi diſtinctionem, ita multiplicitas recipiendi prædicationem contradictoriorum, & permanentium ad eſſe eſt via cõcludendi identitatem ineſſe. Hæc propoſitio eſt veriſſima, & cum ex iſta vult inferre, quòd ſimilitudo Sortis ad Platonem ſit eadem realiter cũ ſimilitudine Platonis ad Sortem, quia vna non poteſt eſſe ſine alia. Dico breuiter, quòd non intelligit propoſitionem doct. vult enim doct. quòd illa dicatur eſſe idem realiter, quæ ſic ſe habent, quòd implicat vnum poſſe eſſe ſine altero, dummodo vnum non ſit producens, & aliud productum, & etiam non ſint in diuerſis fundamẽtis, & ſic licet ſit implicatio contradictionis, perſonam patris in diuinis eſſe ſine filio, tamen realiter diſtinguntur, quia vnum producens, & aliud productum. Et ſimiliter licet ſit implicatio contradictionis ſimilitudinem Sortis ad Platonem poſſe eſſe ſine ſimilitudine Platonis ad Sortem. Quia tamen iſtæ ſimilitudines ſunt in diuerſis fundamentis realiter diſtinctis, ideo realiter diſtinguntur. Intelligit ergo doct.quòd non repugnat vni eſſe ſine altero, vt ſupra declaraui, exponendo dictum doct.ibi. Si dicatur quòd propoſitio Scoti eſt vera, vbi vnum propriè ineſt alteri. Et ſi hæc reſponſio non habeatur explicitè à doct. ſubtili poteſt tamen concedi vt vera. Et cum arguit contra, quia vbi vnum ineſt alteri vnum realiter diſtinguitur ab alio, quia nihil propriè ineſt ſibiipſi. Dico, quòd ineſſe alteri contingit dupliciter ſcilicet realiter, & ſecundum rationem ſaltem, per illam propoſitionem doct. 1.q.quolib. Qualis eſt ordo inter aliqua, vbi diſtinguuntur realiter, talis eſt ordo, vbi diſtinguntur ratione. Quam propoſitionem diffuſè expoſui in 1. q.quolib. Et ſic vnum idem non eſt ſibiipſi ſaltem ſecundum rationem.

In eſſe alteri contingit dupliciter.

Reſpõſio ad rationes Ocham contra modos relatiuorũ & de primo modo. De ſecundo modo.

NVNC reſtat reſpondere ad rationes opionis factas contra doct. contra diuerſos modos relatiuorum, quibus ſpecialiter probat, quòd multæ relationes primi modi non ſint alia res à ſuis fundamentis, vt puta de æqualitate, ſimilitudine, & paritate, & huiuſmodi de quibus patuit ſupra. Dico, quòd omnes iſtæ relationes, quæ immediatè fundãtur in abſolutis, vt ſimilitudo in qualitate, & æqualitas in quantitate realiter diſtinguntur à fundamentis, & cum probat per propoſitionem doct. quòd non, quia repugnat duobus albis ſimul eſſe, niſi ſimilitudo inſit. Et ſimiliter repugnat duas quãtitates æquales ſimul eſſe ſine æqualitate, ergo iſtæ relationes ſunt idem realiter fundamentis. Dico, quòd fideliter non adducit propoſitionẽ doct. dicit enim doc. ſic relatio realiter identificatur fundamẽto, cui repugnat eſſe ſine termino, & hoc eſt verum, vt ſupra patuit, & ſic quia vnum album poteſt eſſe ſine alio, & econtra, ideo ſimilitudo fundata in albo realiter diſtinguitur ab illo, hoc idẽ dico de æqualitate fundata in quãtitate, quamuis ergo repugnet duo alba ſimul eſſe ſine ſimilitudine, non tamen ſequitur, ꝙ illæ ſimilitudines realiter identificentur illis albis, quia vnum album poteſt actu exiſtere ſine alio, & per conſequens ſine ſimilitudine ad illud. Et ſic arguit doct.de relatione creaturæ ad Deum, quia videlicet repugnat, puta lapidi eſſe ſine dependentia ad Deum. ideo relatio creaturæ, ad Deum realiter identificatur, & ſic patet quomodo nõ adducit, nec mentem, nec verba propoſitionis doct.

De ſecundo modo.

¶ Ad aliud de relationibus ſecũdi modi, quo probat, quòd cauſalitas, ſiue productio, ſiue paternitas non diſtinguntur realiter à fundamentis. Dico breuiter, quòd huiuſmodi relationes ſunt realiter diſtinctæ à fundamentis. Et cum probat ſpecialiter de productione per vnam propoſitionem doct. quia ſi productio ſit alia res, aut ergo eſt prior natura effectu producto, aut ſimul natura, vel poſterior natura. Dico breuiter, quòd talis productio eſt poſterior natura effectu abſolutè ſumpto, vt ſupra declaraui præſenti di. q.2. quia ad abſolutum in cauſa, ſequitur abſolutum in effectu, ita quòd prius eſt abſolutum effectus productione actiua, & paſſiua, accipiẽdo productionem pro ſignificato, pro eo quod per ſe ſignificat, vt ſcilicet eſt quædam relatio, qua producens refertur ad productum, & econtra. Et cum probat quòd productio effectus non poteſt eſſe poſterior, quia tunc effectus eſſet ſine productione, quia ſi prior ipſa productione ſequitur quòd prius habet eſſe, & ſic effectus poteſt produci ineſſe ſine productione. Dico, quòd hæc ratio procedit ex falſa imaginatione, videlicet, quòd effectus depẽdeat ineſſe à productione, quę eſt relatio. Vnde pro intelligentia huius. Tria ſunt conſideranda in agente. Primum eſt ratio formalis agendi, quæ eſt principiũ formale productiuum, & illud eſt entitas abſoluta. Secundum eſt conditio agentis, & illud eſt ſingularitas addita naturæ, & hoc habetur à doct.in primo diſt.1.q.2.diſt.3.q.6. Tertium eſt relatio, quę dicitur actio, ſiue productio, qua producens dicitur formaliter producere, & illa nõ poteſt dici principium formale productiuum, nec ab illa depẽdet effectus ineſſe, vt patet à doct.in primo diſt.7.in reſponſione ad principale argumentum, & talis productio formaliter ſumpta de neceſſitate eſt poſterior principio formali productiuo. De effectu etiã producto tria dico. Primo in effectu producto eſt terminus formalis, qui eſt entitas abſoluta, quæ cõmuniter correſpõdet principio formali productiuo, & reſpectu cuius attenditur ſimilitudo effectus ad cauſam, vt patet à doct. in primo diſt.7. & talis entitas abſoluta eſt ratio formalis terminandi productionem ſicut econtra, principium formale productiuum eſt ratio formalis terminandi relationẽ producti, vt patere poteſt à docto.in primo diſt.30. Secundo in effectu eſt hęcheitas addita termino formali, quæ dicitur conditio effectus. Et tertio eſt relatio fundata in tali identitate abſoluta, qua effectus dicitur formaliter productus, & qua formaliter refertur ad producens. Dico ergo, quòd totum abſolutum in effectu habet prius eſſe ab abſoluto in cauſa, quàm intelligatur relatio effectus ad cauſam, & econtra, nec enim productio relatio media inter abſolutum cauſæ, & abſolutum effectus, & ſi per poſſibile, vel impoſſibile talis relatio nõ oriret poſitis fundamento, & termino, adhuc effectus eſſet verè productus, ita quòd nihil ei deeſſet pertinens ad eſſe ipſius, eſt enim immediatè ab abſoluto in ea

Tria ſunt conſideranda in agente.

nulla relatione media, neque præcedente, neque ſimul natura. Et cum addit, quòd ſi talis relatio eſſet realiter diſtincta à cauſa, quòd agens creatum quãdo cauſaret neceſſariò primo mutaretur, & moueretur ad aliquam veram rem poſitiuam. Dico quòd

Iſta litera poteſt habere duplicem ſenſum.

iſta littera poteſt habere duplicem ſenſum, primus, quòd prius mutaretur ad aliquam relationem antequam effectus eſſet cauſatus, & hic ſenſus eſt falſus, quia vt dixi ſupra, relatio cauſæ ad effectum eſt poſterior ipſo effectu. Secundus ſenſus eſt, quòd poſito effectu ineſſe concomitatur aliqua relatio realis in cauſa, ſecundum quam dicatur mutari. Et hic ſenſus conceditur, quia abſolutum in cauſa aliter ſe habet nunc ſecundum illam relationem, quàm prius ſe habebat. Et cum infertur, quòd quandocunque ſol calefaceret iſta inferiora, oporteret ipſum de nouo recipere tot res nouas, quot res calefacit, Concedo, quòd tot ſunt relationes reales in ſole calefaciente, quot ſunt calefactiones in diſtinctis paſſis. Et cum infert, quòd calefaciendo lignum, in quo ſunt infinitæ partes, tunc eſſent infinitæ relationes in ſole. Dico, quòd hæc inſtantia nihil eſt, quia vnus effectus habet tantum vnam relationem terminatam ad cauſam. Et ſic cauſa tãtum vna relatione refertur ad effectum, quem cauſat. Licet ergo in ligno ſint infinitæ partes in potentia, tamen ibi eſt tantum vnus effectus, videlicet calor productus in ligno. Dico etiam, quòd ſi ſol per prius calefaceret vnam partem, Ita quòd calefactio vnius partis eſſet vnus effectus diſtinctus à calefactione alterius partis, quòd non poſſent eſſe effectus diſtincti in actu, tot relationes poſſent eſſe in cauſa correſpondentes illis effectibus. Et ſic patet, quòd inſtantia ſequens nulla eſt. Et eodem modo ſoluitur illa alia inſtantia immediatè ſequens, quæ probat de anima intellectiua.

¶ Ad aliud de duplicitate, æqualitate, & medietate. Cum quærit de duplicitate, qua aliquid dicitur duplum ad aliud, ſi eſt alia res à fundamento, aut eſt res diuiſibilis, aut indiuiſibilis. Dico breuiter, quod omnis relatio intrinſecus adueniens eſt indiuiſibilis. Non enim habet partes, & partes ipſam diuidentes. Licet enim vna relatio poſſit dici intenſior alia, nulla tamen eſt diuiſibilis, nec extenſibilis. Et cum infert, quòd talis duplicitas erit tota in toto, & tota in qualibet parte, & ſic vna pars erit dupla, quod eſt inconueniens. Dico, quòd talis relatio, quamuis ſit indiuiſibilis, tamen primo ſibi determinat totum, & non partem, & ſic nata eſt tantum denominare totum, quamuis ex conſequenti dicatur etiam eſſe in partibus, ſicut patet de ſimilitudine, qua album vt 8. eſt perfectè ſimile alteri albo vt 8. illa ſimilitudo eſt indiuiſibilis. Et eſt tantum albo vt 8. licet ex conſequenti dicatur eſſe in partibus conſtituentibus ipſum album, non tamen denominant partes, quia hæc eſt falſa, album vt vnum eſt perfectè ſimile albo, vt 8. Procedit enim ratio ſua ex falſa imaginatione, vt patet intuenti.

Omnis relatio intrinſecus adueniens eſt indiuiſibilis.

De tertio modo relatiuorum.

¶ Ad vltimum argumentum, quod eſt contra tertium modum relatiuorum, quo probat, quòd aliqua relatio tertij modi non diſtinguatur à ſuo fundamento. Cum dicit, quòd in ſcientia non ſit talis res alia reſpectu ſcibilis. Dico, quòd ſi ponatur relatio actualis ſcientiæ ad ſcibile, talis relatio erit alia ab ipſa ſcientia, quia non repugnat tali ſcientiæ abſolutè ſumptæ poſſe eſſe ſine ſcibili creato, quia illa eſt qualitas abſolutè ſũpta, vt patet à doct. ĩ quolib. q. 13: Et cũ infert, ꝙ ſcibili non manẽte in actu adhuc ſcientia poteſt eſſe in anima, & tamen tunc non refertur ad ſcibile relatione realiter diſtincta, quia talis ſecundùm Scotum eſt inter extrema realia realiter diſtincta. Dico, quòd ſi ſcibile non eſt actu exiſtens, quòd tunc refertur ad illud tantum relatione rationis, vt patet à doct. in quolib. vbi ſupra. Licet hoc requirat prolixiorem tractatum. Et quod addit in illa confirmatione de notitia intuitiua, quæ requirit exiſtentiam rei, & per potentiam diuinam deſtructa illa re, conſeruata notitia intuitiua, verè dicitur intellectus cognoſcere rem intuitiuè, ſicut prius, ergo nullam talem rem oportet ibi ponere. Dico primò, quòd eſt dubium, an intellectus ſecũdum illam notitiam poſſit cognoſcere intuitiuè lapidem actu non exiſtentem. Et credo quòd non, cum notitia intuitiua terminetur ad rem exiſtentẽ in ſe, vel quòd ſaltem contineatur in aliquo eminẽter, vt notat doct. in primo diſtinctione octaua, quęſtione penultima, quidquid tamen ſit de hoc alias habet declarari. Dico ſecundò, quòd ſi talis notitia intuitiua eſſet conſeruata in intellectu, re exiſtente deſtructa, quòd ſi intellectus ſecundum illam intuitiuè cognoſceret rem non exiſtentem, talis notitia non poſſet referri relatione reali, ſed tantum relatione rationis, quia relatio, cuius terminus eſt nihil, eſt tantum relatio rationis, vt patet à doct. in iſto ſecundo. diſtin. 44. & q. 12. quoli. & alibi ſæpe, & ſic patet ſolutio ad argumenta huius opi. facta contra poſitionem doct.

SECVNDO principaliter eſt videndum, quomodo reſpõſiones datæ ab Ochã nõ euacuant, nec ſoluunt rationes doct. Ad primam, cum negat quòd illæ relationes, ſine quibus fundamenta poſſunt eſſe, ſunt tantum intentiones, vel conceptus, in anima, & iſtæ non ſunt idem cum rebus extra &c. Dico quòd doct. ſubti per primum argumentum non probat, quòd huiuſmodi relationes ſint in anima, vel extra animam, ſed intendit oſtendere, quòd ipſa relatio non eſt præcisè ipſum fundamentum, ſed aliquid aliud à fundamento, ſiue ſit in anima, ſiue ſit extra animam. Dico ſecundò, quòd ſi per argumentum doct. probatur relationem eſſe aliam à fundamento, de neceſſitate Ocham habet concedere, quòd ſi fundamentum realiter refertur ad aliquid ſit realiter relatiuum, quòd relatio, qua dicitur relatiuum ſit extra animam patet, quia ex quo relatiuum eſt aliquid excepta relatione, vt vult Aug. 7. de trinit. talis relatio erit alia à fundamento. Et cum dicit, quòd hoc album, quod modo non eſt ſimile, & poſtea fit ſimile, quòd non fit ſimile per aduentum alicuius ſimilitudinis, ſed per hoc ſolũ, quòd fit vnum aliud album. Hoc non videtur intelligibile, ſcilicet quòd. a. nunc realiter dicatur aliquid, quod prius non fuit, & quòd in eo non ſit formaliter aliquid, quod prius non fuerit. Et videtur contradicere Simplicio ſuper prædica. qui vult, quòd relatio non eſt forma ad ſe, ſed ad alterum, ita illud, cui aduenit non mutatur ad ſe, ſed ad aliud. Et ſic ſecundum Simplicium mutatio eſt in ad aliquid, quia ſecundum relationem ſe habet aliquis aliter ad alterum. Nec valet dicere, quòd phi. 5 phy. tex. com. 10. dicit, quòd in ad aliquid non eſt motus, nec mutatio. Hoc verum eſt pro quanto ipſe ponit, quòd non eſt poſſibile aliquid aliter ſe habere ad alterũ, niſi aliter ſe habeat ad ſe, ideo dicit, quòd in ad aliquid non eſt motus, vnde ſolum oſtendit, in quibus prædicatis eſt per ſe primo motus, & in quibus non. Patet etiam, quia philoſophus vbi ſupra oſtendit, quòd in ſubſtantia non eſt motus, & tamen ibi eſt mutatio, & ſic ex intentione philoſophi non poteſt haberi, niſi quòd in ad aliquid non ſit motus, cum tamen ſtat quòd ibi ſit mutatio. Sed Ocham dicit in primo diſtin. 50 q. 3. quòd hæc reſponſio Simplicij, & philoſophi non ſatisfacit, quia quærit ſecundum principia philoſophi,

Manifeſtatur quomodo Ocham, non ſoluat rõnes Scoti & primo de prima.

Ca. 1. vel 3.

Cap. de ad aliquid.

Qũo forma dicatur eſſe ad ſe.

philoſophi, quod eſt aliquam formam eſſe ad ſe. Aut hoc eſt referri ad ſe, aut realiter diſtingui à quocunque alio, aut non coexiger aliquid aliud, aut non dependere ad aliquid aliud. Si primum vel ſecundum detur, ita eſſet illa relatio ad ſe, ſicut alia forma, quia iſta eſſet eadem ſibi, & diſtinguitur ab omni alio. Si detur tertium, & quartum ſequitur, quòd nullum accidens eſt ad ſe ſecũdùm principia philoſophi, quia ſecundùm eum quodlibet accidens neceſſariò coexigit ſubiectum, & dependet ab eo. Præterea quod dicit, quòd mutatio eſt in ad aliquid, non videtur ſecundùm principia philoſophi, quia dicit philoſophus. 5. phyſi. Si conuenit altero mutato verum eſſe alterum nihil mutans. Hoc eſt dictu per mutationem alterius exiſtentem dicitur verè alterum extremum ad aliquid ſine omni mutatione ſui ipſius. Sed hæc reſponſio non eſt ad mẽtem, nec Simplicij, nec philoſophi. Et cũ dicit quęrendo ſecundùm principia philoſophi, quid eſt aliquam formam eſſe ad ſe? &c. Patet quia ſecundùm ipſum, illa dicitur forma ad ſe, quæ ex ſui ratione non eſt ad aliud, vt ad terminum. Et quæ eſt talis forma ſecundùm quam habens illam non dicitur formaliter referri ad aliud, ſicut habens albedinem non eſt ad aliud. Et ſic concedo, quòd forma non dicitur ad ſe aliquo quatuor modorum prædictorum. Sed dicitur ad ſe, quia in ſuo intellectu quidditatiuo non eſt ad aliud, vt ad terminum, & licet albedo non poſſit eſſe ſine ſubiecto ſecundùm philoſophum, quia accidentis eſſe eſt ineſſe, tamẽ apud ipſum dicitur qualitas abſoluta, quia in ſuo intellectu quidditatiuo non includit eſſe ad ſubiectum, tanquam ad terminum; immò ipſa albedo poteſt diſtinctè intelligi quantùm ad ſuum eſſe quiditatiuum, quod datur per intrinſeca eſſentialiter, ſubſtantia non intellecta, quia ſubſtantia nõ eſt de diffinitione illius, niſi tantum per additamentum, vt patet per philoſophum. 7. metha. tex. com. 4. Immo relatio includit in ſuo eſſe quiditatiuo eſſe ad aliud, vt ad terminũ; & impoſſibile eſt intelligi termino non intellecto, vt ſupra dixi. Patet ergo quomodo relatio eſt aliquid diſtinctum præter opus intellectus à fundamento, & hoc ex natura rei; quia ſecundùm eam aliquid aliter ſe habet ad alterum quàm prius non ſe habebat. Et quòd dicit, quòd album ex hoc ſolo dicitur ſimile, quia aliud album cauſatur; ita quòd ſe ſolo dicitur ſimile. Sed hoc nõ videtur eſſe verum, quia ex quo prædicatum relationis eſt diſtinctum à prædicamento qualitatis ſecundũ philoſophum (Licet ipſe in iſta parte habeat negare philoſophũ, vel ipſum exponere; & non ad intentionem philoſophi) Sequitur, quòd ſi album eſt de nouo ſimile, quòd habeat ſimilitudinẽ ſecundùm quam dicitur ſimile diſtinctam ab ipſo. Hoc etiam patet expreſſe ſecundùm philoſophum in 5. meth. c. ad aliquid. tex. com. 20. vbi vult, ꝙ ſimilitudo fundatur ſuper vnum; & exẽplificat de qualitate. Ergo vult ibi, quòd ſimilitudo nõ ſit realiter ipſa qualitas, quia tunc idem fundaretur in ſeipſo. Et cum addit iſte doct. de Deo creante, ꝙ Deus dicitur creans de nouo, & tamen non eſt in eo noua relatio realis. Dico, quòd hoc non eſt ad propoſitum; quia aliud eſt loqui de relatiuis primi, & ſecundi modi, in quibus eſt mutuitas. Et de relatiuis tertij modi. In quibus non eſt mutuitas, & ſic ſecundùm Ariſto. aliquã dicuntur referri ad aliud ex hoc ſolo, quòd illa alia ſunt ad illa, quę referuntur, ſcibile enim ex hoc ſolo dicitur referri ad ſcientiam, quia ſcientia refertur ad illud. Eſſet tamen impoſſibile aliquid referri ad aliud ſecundùm tertium modum relatiuorum, niſi in illo alio eſſet relatio, vel formaliter diſtincta, ſecundùm quam poſſet referri. Et ſic verum eſt, quòd Deus de nouo dicitur creator ex hoc ſolo, ꝙ relatio alicuius creaturæ terminatur ad ipſum. Et ſi creatura puta lapis nullam relationem diceret, ſed tantum entitatem abſolutam, tunc Deus nullo modo poſſet referri ad lapidem, & hoc eſt quod intendit doct. in primo diſt. 30. quòd relatio terminatur ad abſolutum, & illud abſolutum quandoq; ex hoc ſolo, quòd terminat dicitur referri nõ relatione formaliter exiſtente in illo, ſed relatione, quæ eſt ad ipſum. Sed de relationibus primi, & ſecundi modi, cuiuſmodi ſunt illæ, quæ fundantur ſuper vnum, & multa, & quæ fundantur ſuper potentiam actiuam & paſſiuam ſunt aliæ à ſuis fundamentis. quia non eſt intelligibile aliquid eſſe patrem formaliter ſine paternitate formaliter inhærẽte, nec ſimiliter quòd aliquid ſit ſimile formaliter ſine ſimilitudine inhęrente. & ſic patet quomodo non eſt ſimile de Deo creante, & alijs rebus. Sed quare in creatis relationes cauſantis, & cauſati dicantur mutuæ? de hoc vide doct. in primo diſt. 30.

Quinto ph. contex. 10.

Qño forma dicatur ad ſe.

In Deo non eſt noua relatio realis.

Qño Deus dicatur de nouo creator.

Quæ ſint relationes primi, & ſecundi modi.

¶ Ad aliam reſponſionem de compoſitione &c. Cum dicitur, quòd vnio partium in compoſito tãtũ accipitur pro illis partibus vnitis, ita quòd vnio nihil aliud eſt, niſi partes vnitæ. hæc reſponſio nullo modo videtur euacuare rationem doct. quia tunc quamdiu partes manerent, tamdiu diceretur vnio partium, & ſic in triduo anima Chriſti, & corpus fuiſſent vnita, & ſic fuiſſet realiter homo in triduo quod eſt falſum, vt patet à doct. in 3. diſt. 22. Nec valet dicere, quòd requiritur approximatio partium, quia quæro de approximatione illa, quia aut eſt relatio, & habeo intentum, aut tantum illæ partes abſolutè, & tunc adhuc dicerentur approximatæ, tum etiam, quia hoc videtur eſſe contra Com. 1. phy. com. 17. vbi vult, quòd compoſitum nihil aliud ſit niſi partes ſimul ſint, & vnitæ, & ſi talis vnio non requireretur vt diſtincta à partibus, ita compoſitum diceretur partibus ſeparatis ſicut, & vnitis.

Ad ſecundam rationem.

Quæ ſit vnio.

¶ Ad aliam reſponſionẽ de approximatione &c. Cum dicit, ꝙ approximatio tantum importat præter abſoluta, quæ dicũtur approximata, ꝙ inter illa non ſit aliquod medium impediens. Sed hoc nihil eſt, quia amoto per poſſibile omni obſtaculo, ita ꝙ inter paſſum, & agens non ſit aliquod medium poſitiuum, adhuc agens non poſſet agere in paſſum niſi ſibi approximatum. Nec tamen dico, quòd approximatio relatio ſit ratio formalis agendi, vel patiendi, ſed bene dico, ꝙ requiritur talis approximatio, vt diſpoſitio præuia. Et quia oẽs reſponſiones iſtius doct. ad argumenta Scoti quæ incidunt in vnum. ſ. ꝙ ipſa abſoluta ſeipſis dicuntur cauſæ proximæ, ſeipſis vnitæ, ſeipſis partes vniuerſi, & ſic de alijs, quæ reſponſiones videntur totam doctrinam peripatetieam deſtruere, & totaliter extorquere ſenſum philoſophi. Et auctoritates tam philoſophorum quàm ſanctorum, niſi retorquerentur ad primum ſenſum concluderent relationem ex natura rei dicere aliquid aliud ab abſolutis, vt ſupra patuit. Licet iſte. ſ. Ocham nitatur eas ſoluere, quę ſolutio datur ab eo in primo diſ. 30. q. 3. Ideo vt oſtendatur ꝙ reſponſio iſtius ad auctoritates tam philoſophi, quam ſanctorum non ſit ad mentem ipſorum. recito reſponſionem ſuam de verbo ad verbum.

De tertia ratione.

Ocham in primo diſt. 30. q. 3. nititur ſoluere auctoritates philoſophi ſecũdũ ſuã opinionem.

¶ Vnde ad illud philoſophi in prędicamentis qui dicit. Ad aliquid ſunt quæcunque hoc ipſum quod ſunt ad aliud ſunt. Dicit, ꝙ philoſophus principaliter tractat de terminis propoſitionum, & bene verum eſt, ꝙ terminorũ propoſitionis quidam ſignificant res abſolute, nullas res abſolutè determinatas connotando. Et tales termini ſunt in duplici differentia, quia quidam eorum importãt ſubſtantias,

Termini sũt in duplici. differentia.

quidā qualitates, quæ ſunt res abſolutè & realiter, & totaliter diſtinctæ ab oībus ſubſtātijs ſaltē multæ earum. Quidam ſunt termini importantes iſtas ſubſtantias, vel qualitates non connotando alias res determinatas, etiam quantumcunque tales non ſignificent præcisè hanc ſubſtantiam vel illam &c. tunc ad rationem dico, q̄ ſecundùm philoſophum illi termini ſunt ad aliquid, qui hoc ipſum quod ſunt aliorum dicuntur, hoc eſt quia ſunt tales termini ſic inſtituti ad ſignificandum, aliquid aliud dāt intelligere, ita q̄ nulla propoſitio, in qua ponitur talis terminus de aliquo poteſt ſciri niſi ſciatur determinatè illud, quod dat intelligere. Et hæc eſt cauſa quare philoſophus in fine.c. ponit q̄ tales termini caput, manus, ala, & huiuſmodi non ſunt ad aliquid, quia viſo capite poteſt verè ſciri, q̄ caput eſt, &c. tamen neſciri cuius eſt caput, quāuis realiter caput ſit alicuius caput, non ſic eſt de duplo, ſimili & huiuſmodi, quia impoſſibile eſt aliquem ſcire aliquod eſſe ſimile, niſi ſciat cui eſt ſimile particulari.

¶ Et ſi dicatur, q̄ ſecundùm iſta, cauſa & effectus & huiuſmodi nō ſunt ad aliquid, quia poſſum ſcire de aliquo q̄ eſt effectus neſciendo cuius eſt effectus. Dico, quòd per deductionem aliquando hoc eſt poſſibile, tamen ſine deductione in argumento non eſt hoc poſſibile, niſi ſciatur cuius eſt effectus, &c. ideo tales termini hoc ipſum quòd ſunt ad aliud. hoc eſt, ex hoc ipſo quòd ſunt tales non poſſunt ſciri verificari pro aliquo, non quidem pro ſe, ſed pro re, niſi ſciatur reſpectu, cuius verificantur de re, & iſto modo loquitur philoſophus, q̄ omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam, ſed aliquotiens differunt ſecundùm loqutionem, vt ſcientia ſcibilis ſcientia dicitur, & ſcibile ſcientia ſcibile, & aliquando vnum dicitur reſpectu alterius ſumpti in genitiuo caſu, & econtra.

Quo relatio ſuſcipiat magis, & minus.

¶ Ad aliud de ſuſcipere magis, & minus, poteſt intelligi dupliciter, vel à parte rei, ita quòd realiter vna pars addatur alteri, & iſto modo relatio non ſuſcipit magis, & minus. Alio modo poteſt hoc eſſe in prædicatione ſecundùm quòd aliquod nomen recipit comparationem, & iſto modo relatio ſuſcipit magis, & minus. Et hoc non ſemper eſt propter additionem rei ad rem, ſed poteſt eſſe aliquando propter ablationem rei, ſicut eſt in inæquali quod aliquando ſit magis inæquale propter ſolam ablationem partis ſuæ. Vnde ſicut contingit quandoque denominari nomine relatiuo aliquo propter ſolam mutationem in altero extremo ſecundùm philoſophum, ita aliquando contingit magis, vel ſic denominari propter ſolam mutationem in altero extremo ablatiuā vel additiuam, vel ſolam ablationem in ſeipſo, vel augmentationem alicuius abſoluti in ſeipſo. Per hoc ad ſecundum quòd propriè loquendo inæquale non augmentatur, niſi ſic intelligendo quod dicitur magis inæquale, quàm prius. Et hoc poteſt ſine aduentu cuiuſcunque rei de nouo propter ſolam ablationem partis. Vnde ſicut non eſt inconueniens dicere, quòd Deus eſt realiter de nouo creans propter ſolam productionem rei alterius extra, ita non eſt inconueniens, quòd hoc facit magis inæquale propter ſolam ablationem alicuius partis.

Aliqua eſſe ſimul natura poſſunt intelligi dupliciter.

¶ Ad aliud quando dicitur, quòd aliqua ſunt ſimul natura. Dico, quòd aliqua eſſe ſimul natura poteſt intelligi dupliciter, vel quòd ſint aliquæ res, quarum vna neceſſariò coexigit aliam, & econuerſo, vel quòd ex hoc quod eſt exiſtere prædicetur de vno nō quidem pro ſe ſed pro illo, pro quo natum eſt ſupponere principaliter, ſequitur eſſe exiſtere verificari de altero eodem modo ſupponente. Primo modo non intelligit philoſophus, quòd ad aliquid ſint ſimul natura, ſed tantum ſecundo modo, quia hæc eſt conſequentia bona, duplum eſt, ergo dimidium eſt, & econuerſo.

¶ Ad aliud quod philoſophus ponit tres modos relatiuorum, quia omnes poſſunt ad illos reduci. Ad confirmationem dico, quod male exponitur philoſophus, quando exponitur, quòd in tertio modo non eſt relatio in vtroque extremo, ſed in primis modis eſt relatio in vtroque extremo. Sed iſta intentio philoſophi, quæ multum concordat cum intentione ſua in prædicamentis, vbi oſtendit, quòd non omnia relatiua ſunt ſimul natura, quia in tertio modo ex hoc, quòd vnum extremum prædicatur, verè ſequitur alterum extremum prædicari de aliquo, & non econuerſo. Sequitur enim aliquid eſt ſciētia actualiter, ergo aliquid eſt ſcibile actualiter, & ſimiliter ſequitur, aliquid eſt actualiter menſura, ergo aliquid eſt actualiter menſurabile, ſed econtra non ſequitur, non enim ſequitur formaliter ex natura talium relatiuorum, aliquid eſt actualiter ſcibile ergo aliquid eſt actualiter ſcientia, & hoc eſt quòd dicit philoſophus in prædicamentis, quòd ſenſibile eſt prius natura, quàm ſenſus, & ſcibile eſt prius natura, quam ſcientia, quia nō ſequitur, ſenſibile eſt, ergo ſenſus eſt, ſed bene ſequitur econuerſo. Et eodem modo dicitur de ſcibili, & ſcientia ſicut probat ibi philoſophus. In alijs autem modis ſemper ſequitur, ſi eſſe exiſtentiæ prædicatur de vno extremo, quòd etiam prædicatur de alio, & econuerſo, & iſto modo differt tertius modus à primis, & non aliter, quia relatiua primorum modorum ſunt ſimul natura, non autem relatiua tertij modi, & cōmuniter, quòd accipitur quod omnia relatiua ſunt ſimul natura eſt manifeſtè falſum; quia philoſophus ex intentione oſtendit oppoſitum in prædicamentis, vnde dicit ſic. Videtur autem ad aliquid ſimul eſſe natura, & exemplificat in multis, & poſtea ſubdit: Non autem omnibus relatiuis videtur eſſe ſimul natura, ſcibile enim ſcientia prius eſſe videtur, & probatur ibidem. Et ſi dicatur, quòd exempla nō ſunt ad propoſitum, quia ſcibile, & ſcietia non ſunt correlatiua, ſed ſcitum, & ſcientia ſunt relatiua, vt ſi ſcientia eſt, ſcitum eſt, & econuerſo. Similiter ſcientia poteſt eſſe exiſtens, ſcibili non exiſtente, quia de non ente in actu poteſt eſſe ſcientia, ergo ſcibile nō eſt prius natura ſcientia.

Cap. de relatiuis.

Quæ relatiua ſint ſimul natura.

Loqtur Ariſto. de relatiuis ſecundum eſſe, q̄ ſint ſimul natura, non autem de relatiuis ſecūdum dici, vt ſcibile, & ſcientia.

¶ Ad primū iſtorū dico, q̄ ſciētia eſt proprium correlatiuū ſcibilis, quia ſi hoc eſt ſcibile, eſt ſciētia ſcibile, & tamē nō ſequitur; ſcibile eſt, ergo ſcientia eſt. Et ideo correlatiua iſta non ſunt ſimul natura.

¶ Ad aliud dico, quòd nihil eſt in re, quin ſibi poſſit competere aliquod nomē relatiuum, nec eſt cōtra philoſophum, ſed intentio philoſophi eſt, quòd non omnia nomina ſunt relatiua, ſed quòd ſunt aliqua, quæ non ſint relatiua, & quòd verificentur de rebus ſine omni connotatione alterius.

¶ Ad aliud dico, q̄ non eſt intentio philoſophi, in 12. metha. contex. 191. quòd relatio ſit quædam res habens tria principia, ſicut habet ſubſtātia compoſita ſuum fieri. Sed eſt intentio ſua, ſicut in ſubſtantia eſt aliquid quod primo recipit formam, poſtea caruit ea, ita de relatione, quòd aliquid denominatur ab illa relatione, & prius nō denominabatur, ita quòd ſicut materia primo nullo modo habuit hanc formam, & poſtea verè habet eam, ita aliquod primo nō eſt ſimile & poſtea eſt ſimile, & ſic de alijs, ad Auicē. poteſt dici, quòd ſi ſit eiuſdem opinionis cum philoſopho, quòd ipſe intelligit quòd relatio habet propriam certitudinem, quæ eſt verè vnum prædicabile de re extra, & verè res eſt talis, omni intellectu circunſcripto, modo expoſito prius, & eadem habet proprium ineſſe accipiendo ineſſe pro prædi-

Tertio metha. cap. de relatione.

prædicari,id eſt habet propriam actualitatem,quæ contingenter prædicatur, non tamen,propter contingentem prædicationem abſoluti, ſed ſine illo, quia aliquando abſoluto vniformiter prædicatio,ipſa relatio non vniformiter prædicatur,ſicut Sorte continuè exiſtente albo,poteſt eſſe ſimilis, & poteſt non eſſe ſimilis, ſi aliam actualitatem intelligit dico,quòd contradicit Ariſto.

Reſpõſio ad ſolutiones Ocham.

RESPONDEO ad omnes iſtas ſolutiones, ꝙ non ſunt ad mentem nec philoſophi,nec aliorum ſanctorum pro cuius intelligentia ſuppono, ꝙ tota meth.ſit de ente reali,& nõ tm̃ de terminis vt patet, quia ſciẽtia realis diuiditur in mathematicam,phyſicam, ſiue naturalem, & metaphyſicã, vt patet ab Ariſto. 6. metha. tex. com.2.vbi ſic habetur, quare tres erunt philoſophiæ theoricæ,mathematica,phiſica, theologia, & in alia tranſlatione ſic habetur, modi igitur philoſophiæ eſſentiales ſunt tres.mathematicus,naturalis,& diuinus, & tex.com.4. Et quia inquit de ente inquantum ens, cuius vtique erit ſpeculari,tũc etiã & quid eſt,& quæ ſunt inquantũ ens. Sed qm̃ ens dictũ ſimpliciter,dr̃ multipliciter,quorũ vnum eſt quidẽ quod ſm accidẽs, & aliud quod vt verum.Et nõ ens quaſi falſum.Præter hæc autem ſunt figuręcathegoricę, vt quid,quale,quãtum,vbi, quãdo,& ſi qd aliud ſignificat hoc modo, amplius præter hæc omnia quod poteſtate, & qđ actu,quoniam itaque multipliciter dicitur ens primo de eo quod ſecũdum accidens dicitur,eſt dicendũ,&c.Ex iſto tex.patet expreſsè qũo decem pradicamenta dicantur verè decem entia. Et Com. ibidem ſic dicit quia declaratum eſt,ꝙ iſta ſcientia habet conſiderare de ente ſecundum ꝙ eſt ens.ſ.quid ſit, & quæ ſunt res exiſtentes in eo ſecundũ ꝙ eſt ens,& ſequit̃,& declaratum eſt, quòd ens ſimpliciter diuiditur in prima diuiſione de ente per accidens,& de ente per ſe, & parum infra deinde incipit numerare decem genera prædicamentorum & intendit quòd hoc nomen ens dicitur de omnibus hæc Comen.non ergo decem prædicamenta, accipiuntur tantum pro terminis vt vult iſte doctor.& quòd Ariſt.intelligit de iſtis rebus, patet expreſſe. 5.meth.tex.cõ.14.niſi tex. extorqueatur, dicit enim ſic,ſecũdum ſe verò dicũtur eſſe quæcunque ſignificant figuras prædicationis, quoties enim dicitur toties eſſe ſignificat quoniam ergo prædicatorum,alia quid ſignificant, alia quale, alia quantum,alia ad aliquid,alia facere,alia pati, alia vbi, alia quando, horum vnicuique idem eſſe ſignificatur,hęc ille. Vult dicere,quòd ens ſecũdum ſe dicuntur eſſe quæcunque ſignificant diuerſa prædicamẽta quoties enim dicitur ſcilicet aliqd eſſe, toties eſſe ſignificat, id eſt tot modis ſignificatur ens, quoniam prædicamentorum alia quid eſt ſignificant id eſt ſubſtantiam, & quòd dicit horum vnicuique idem eſſe ſignificat, id eſt quòd horum vnicuique ſignificat idem eſſe, quod eſt dictu denominatiuè de ente, & ibi Comen. intendit inquit Ariſto.per figuras, genera prædicamentorum, dicit enim ens ſecundum numerum, ſecundum quẽ dicuntur prædicamenta,& hoc nomen ens dicitur de omnibus, de quibus dicuntur prædicamenta, quia quod ſignificat hoc nomen ens, idem videtur cum eo quod ſignificat dictiones prædicamentorum, & tacuit prędicamentum ſitus,& habitus,propter abbreuiationem ſermonis, aut quia latent,hæc ille,& Ariſto.ſpecialem tractatum facit de relatiuis, vt patet.5.meth.c.de ad aliquid.tex.com.20.in quo oſtẽdit quòd prędicamentum ad aliquid ſit diſtinctum ab alijs prædicamentis ſecundum eſſe, & multę alię auctoritates adduci poſſent, quas breuitatis cauſa omitto,ex quibus patere poſſet quomodo prędicamentum relationis,dicat aliam rem a prædicamentis abſolutis. Et ex ijs patet quomodo hic doctor malè interpretatur mentem Ariſt. Et cum dicit, quòd philoſophus in prædicamentis principaliter tractat de terminus propoſitionũ. Dico primò, quòd & ſi hoc verum ſit, tamen ſignificata terminorum ſunt verè res, quæ à methaphiſico cõſiderantur,dico ſecundo, quòd etiam in prædicamentis tractat de ipſis rebus,vt patet per exempla ibi poſita, vnde & Comen.in prædicamẽto ad aliquid ſic dicit, differentia prima,quæ ex deſcriptione rerum,relationis &c. res inquit relatiuè ſunt, quarum quidditas, & eſſe dicitur in comparatione ad aliud,ſiuè per ſe, ſiuè per coniunctionem eſt proportionis ſicut idem, & ſimilia, verbi gratia maioris enim quidditas dicitur in comparatione ad aliud,ipſum namquè eſt maius alio, & ſimiliter duplum eſt duplum ad aliquid, omnium namquè horum quidditas dicitur in comparatione ad rem aliam, ex iſta littera patet manifeſtè quomodò prædicamentum relationis eſt aliud à prædicamento abſoluto, quia ſi tu dicis, quòd album eſt ad aliud album, quæro aut hoc eſt ſecundùm eſſe abſolutum, aut ſecundùm relationem ſibi additam, ſi primò, ergo quidditas albi eſſet ad aliud, & illud,quod eſt de quidditate alicuius eſt inſeparabile, & per conſequens destructo alio albo,adhuc eſſet eſſentialiter ad illud. Si ſecundo modo habetur intentum,& ſic patet quomodo nec Ariſto. nec Com. intendunt tantum de terminis propoſitionis.

Quõ prædicamenta dicantur decem entia quatenus cõſiderãtur à logico abſtrahunt ab exiſtentia.

Quõ prædicamentũ ad aliquid ſit diſtinctũ ab alijs ſecundum eſſe.

Prædicamentum relationis eſt aliud à prædicamento abſoluto.

¶ Ad aliam reſponſionem auctoritatis philoſophi in prædicamentis, eorum quæ ſecundum nullam complexionem dicuntur,ſingulum aut ſignificat ſubſtantiam, aut quantitatem,aut qualitatem, aut ad aliquid &c. Et certum eſt, quòd iſta ſignificãt veras res extra animam,& cum dicit quòd nomina relatiua non propriè ſignificant ad aliquid, niſi accipiendo ad aliquid ſecundùm quòd poteſt ſtare pro ipſis rebus extra, hoc eſt, ad aliquid ſignificat diuerſas res,quarum vna eſt ſimilis, vel æqualis alteri.

¶ Dico,quòd hoc nõ eſt ad mentem Ariſtotelis, nec ſui Comentatoris,quia cõiungendo dicta Ariſtotelis,ſcilicet diffinitionem ad aliquid,& exempla ibi poſita in capitulo quinto in ante predicamentis, & in prædicamento ad aliquid,patet quòd ſi ad aliquid ſignificat tantum ipſas res abſolutas, ſtatim ſequitur,quòd abſolutum ſit eſſentialiter ad aliud,qđ eſt manifeſtè falſum. Et quòd Ariſtoteles accipiat adaliquid non pro ſecundis intentionibus, nec pro abſolutis,expreſsè patet quinto methaphyſicæ capitulo de ad aliquid tex.cõmento vigeſimo,qui ſic ait ad aliquid dicuntur alia per ſe,vt duplum ad dimidium,& vide textum,& Comentatorem ibi.Et certum eſt, quòd in quinto metaphyſicæ non loquitur de ſecundis intentionibus, vt patet per totum librum, nec de relatiuis prout idem ſunt cum abſolutis, cum illa diſtinguantur ab abſolutis, vt patet vbi ſupra tex. com.14. & tex.com. 20. & in ſexto libro tex. comen.4.

¶ Ad illam reſponſionem de contrarijs, patet expreſsè,quòd hæc non eſt mens philoſophi, & patet per verba Comen. in prædicamento adaliquid qui ſic ait, iam ſequitur res relatiuas, quòd ſint contrariæ,& exemplum illius ſunt virtus, & vitium, ſunt enim relationes ambo, quæ contraria, & ſimiliter ſcientia,& ignorantia vnumquodque amborum eſt ex relatione,ſuntquè contraria ambæ,niſi quia non inuenitur hoc omnibus relatiuis, duplum namque non habet contrarium, nequè triplum, hæc ille,ex hac littera patet expreſsè,quòd relatiua contraria non ſunt ſecundæ intentiones, quia illæ non dicuntur contrariari nec ſunt præcisè abſolutæ ex dictis

Relatiua cõtraria non ſunt ſecundæ intentiones.

eius,cum iſta contrarietas in relatiuis expreſsè diffe rat à contrarieta in qualitate.

¶ Ad aliam reſponſionem de magis,& minus,patet expreſsè quòd hæc non eſt intentio Ariſtotelis, nec ſui Cõmenta.quòd magis,& minus in relatiuis ſit tantum præcisè penes fundamenta abſolutè, vt ſcilicet quòd vnum album magis dicatur ſimile, quàm aliud, accipiendo ly ſimile tantum pro albo, nec ſimiliter accipitur magis, & minus in relatiuis prædicatione tantum, & ſecundò intentionaliter, vnde Ariſto.ſic ait videntur autem magis, & minus relatiua ſuſcipere,ſimile enim magis,& minus dicitur,& inæquale magis, & minus,cum vtrunque ſit relatiuum, ſimile enim alicui ſimile dicitur, & inæquale alicui inæquale hæc ille,& hoc idem Com. ſi enim ſimilitudo nõ eſſet aliqua res adueniens albo,ſed eſſet præcisè ipſum album,ſequeretur,quòd album eſſet ſimile alteri albo iam deſtructo, patet quia prius erat ſimile alteri albo præexiſtenti,& per deſtructionem illius albi nihil corrumpitur in illo albo,ergo erit verè ſimile.Si dicatur,quòd corrumpitur relatio,quæ eſt ſecunda intentio,contra, quia album.a.erit ſimile albo.b.exiſtenti,nullo intellectu conſiderante, & album b. poteſt deſtrui, ergo ipſo deſtructo adhuc album.a. erit ſimile, quia in eo nihil corrumpitur, nec ſecunda intentio cum prius non fuerit, nec alia res, cum ſimile præcisè dicat ipſum.a.

¶ Præterea ſequeretur, quòd poſito vno albo,& ſtante quidditate ipſius, ſi ipſum eſt ſimile alteri, q̃ in ſua rõne quidditatiua includit eſſe actu ad aliud, cum eius eſſe quidditatiuum ſit eſſe ad aliud vt ſupra dixi per Commen.& ſic nullo alio albo exiſtente præter hoc actu erit ad aliud, quod eſt manifeſtè falſum, eſt enim impoſſibile quòd poſita paternitate quin ſit ad aliud ita quòd in ſua ratione quidditatiua includit eſſe ad aliud, & ideo deſtructo termino paternitas, præter omne opus intellectus ſtatim definit paternitas, & ſic ſi album eſſet ad aliud album. illo alio albo deſtructo ſtatim deſtrueretur aliud album,cuius oppoſitum experimur.

¶ Ad aliam reſponſionem de ſimul natura. dico, quòd aliud eſt loqui ad libitum ſuum,& aliud eſt loqui ſecundum philoſophi opinionem. mens enim Ariſto. expreſſa eſt quòd præter omne opus intellectus relatiua ſint ſimul natura, ita quòd pro quocũque inſtanti vnum ponitur, de neceſſitate naturæ aliud ponitur. Et ſic ſi ſimile eſſet præcisè album. a. ipſo poſito de neceſſitate poneretur illud album.b. quod eſt falſum, & ſimiliter deſtructo vno & reliquum deſtrueretur, cuius oppoſitum experimur, nec oportet fugere ad ſecundas intentiones, quia nullo intellectu conſiderante adhuc album.a.erit ſimile albo.b.ergo ſi duo ſimilia ponuntur ſimul natura,de neceſſitate,ita quòd poſito vno de neceſſitate ponitur,& reliquum,ſtatim ſequitur,quòd iſta ſimultas non erit præcisè album.a.& album.b,quia deſtructo vno, adhuc remanet reliquum, ergo erit penes relationes reales additas ipſis albis, reſpectu quarum ſtatim ſequitur, quòd vna deſtructa alia deſtruitur, & hæc eſt mens expreſſe Ariſt. vt patet in prædicamento ad aliquid, qui ſic ait videntur autem ad aliquid ſimul eſſe natura, & in alijs quidem pluribus verum eſt, ſimul enim duplum eſt & dimidium, & cum ſit duplum dimidium eſt, & cum ſit ſeruus,dominus eſt, ſimiliter autem his, & alia, ſimul enim inferunt ſeſe inuicem. ſi enim non ſit duplum, non eſt dimidium, & ſi non eſt dimidium non eſt duplum, ſimiliter autem, & in alijs quæcunque talia ſunt,hæc ille, & Cõmen.ibi ſic dicit iamque putatur quòd ex proprijs relatiuorum eſt,quòd inueniantur ſimul per naturam,& hoc eſt euidens plurimis ipſorum, duplum namque & dimidium inueniuntur ſimul; quia cum inuenitur vnum amborum.inuenitur & aliud, & cum auferetur vnum ipſorum tollitur aliud, hæc ille., patet q̃d etiam relatiua nõ ſint præcisè ipſa abſoluta,quia certum eſt apud omnes, quòd cognito vno relatiuo ſtatim cognoſcitur, & reliquum, ſed poteſt cognoſci diſtinctè vnum album, alio albo etiam actu exiſtente non cognito, vt patet intuenti,ergo ſequitur, quòd relatiua erunt aliæ res ab abſolutis, & hæc eſt mens expreſſe Ariſto. in prædicamento ad aliquid.ex his inquit manifeſtum eſt quòd ſi aliquis aliquid eorum,quæ ſunt ad aliquid diffinitè ſciet,& illud ad quod dicitur diffinitè ſciturus eſt,quoniam eorum eſſe, quæ ſunt ad aliquid quodammodo ſe habere. ſi enim non nouerit omnino ad quod hæc quodammodo ſe habet,nec ſi aliquid ad quod hæc quodammodo ſe habet ſciturus eſt, ſed in ſingulis palam hæc eſt.vt hæc ſi quis nouit diffinitè,quòd eſt duplum,& cuius eſt duplum mox diffinitè nouit, ſi verò nihil diffinitè nouit ipſum cuius duplum ſit, neque ſi eſt omninò nouit,hæc ille, & Cõmen.ibidem ſic ait, & manifeſtum ex hac diffinitione vera in relatiuis,quòd ex proprie proprijs eſt,quòd cum ſcitur vnum duorum ſecundum complementum, ſcitur aliud neceſſariò, quoniam homo cum ſit per hoc eſt relatiuum, & eſt quidditas vnius duorũ relatiuorum quidem habens eſſe in proportione ad relatum ſecundum; manifeſtum eſt, quòd cum ſit quidditas vnius duorũ relatiuorũ iam ſcit quidditatem alterius,& ſi non eſt ſcientia eius in quidditate vnius duorum relatiuorum, non eſt ſcientia illius, quod eſt ſuper ipſa ſed putatiuè, & ſophiſticè, hæc ille.

¶ Ad aliam reſponſionem cum dicit,quòd malè exponitur philoſophus quando exponitur,quòd in tertio modo non eſt relatio in vtroque extremo, ſed in primis modis eſt relatio in vtroque extremo, ſed certè expoſitio iſtius non eſt ad mentem Ariſt.tum quia communiter exponitur Ariſto. quòd in tertio modo relatiuorum non ſit relatio mutua, in alijs verò modis erit relatio mutua. Vnde in 5.metha. tex.com. 20. ſecundum aliam tranſlationem ſic habetur, omnia igitur relatiua, quæ dicuntur modo numeri,& potentiæ ſunt relatiua, quia eſſentia eorum dicuntur ad aliquid,& non quia illud aliud dicitur ad illa menſuratum autem, & intellectum, & ſcitum, dicitur relatiuũ, quia ad illud dicitur aliud aliquid, intellectum enim ſignificat habere intellectum,& intellectus non eſt relatiuus ad illud, quod eſt intellectus,quoniam ſi hoc dicatur,tunc idem diceretur bis.verbi gratia ſi viſus eſt viſus ad aliquid non eſt viſus illius quod eſt &c.hęc ille, vult dicere Ariſt. in iſta littera quòd relatiua ſecundùm duo, ſcilicet primos modos, ſcilicet ſecundùm numerum,& ſecundùm potentiam, referuntur mutuo,non ex eo, quòd aliud tm̃ referatur.& pp hoc,aliud dicatur ad ipſum referri. multiplex enim refertur ad ſubmultiplex,& econuerſo,& calefactiuum ad calefactibile, & econuerſo. Sed in tertio modo relatiuorum non vult, quòd ſit mutua relatio, quia cum ſubdit menſurabile &c.dicuntur ad aliquid ſupple non ad ſe, ſed quòd alterum dicitur ad ipſum. nam intellectuale, id eſt obiectũ intellectuale ſignificat; quia ipſius eſt intellectio: ſimiliter eſt de ſenſibili reſpectu ſenſus,hæc enim quantum eſt de ſe nõn referuntur, niſi quatenus alia referuntur ad ipſa puta ſenſus, & ſenſibile intellectus, & intelligibile, conſtat ergo in hoc eſſe differẽtiam, quia in tertio modo relatiuorum non eſt mutua relatio, ſicut eſt in primis duobus modis,& cum ſubdit. Et intellectus non eſt relatiuus ad illud, quod eſt intellectus, quoniã ſi hæc dicatur

Communis expoſitio q̃ in tertio modo relatiuorum non ſit relatio mutua.

Remouetur quidam error.

dicatur tunc idem bis diceretur, in iſta littera remouet quendam errorem, quia poſſet aliquis credere, quòd ſicut ſcientia, vel intellectus refertur per ſe primo ad ipſum ſcibile, ita per ſe primo referatur ad ipſum ſcientem, vel intelligentem, & hoc excludit cum dicit, quòd intellectus, id eſt actus intelligendi, &c. non ſupple dicitur ad hoc cuius eſt intellectus nam ſupplè cũ iam referatur ad ipſum intelligibile ſequitur, quòd idem bis vtique erit dictum, & per conſequens quòd idem haberet duplex eſſe, cum eſſe relatiui ſit ad aliud ſe habere, ſimiliter autem non eſt alicuius viſus, id eſt videntis, &c. Ex hac igitur littera Ariſt. non patet expreſſe differẽtia tertij modi relatiuorum ad primum, & ſecundum modum, & non intelligit ſicut iſte doctor exponit, & quòd ſic non intelligat expreſſe patet per Cõm. vbi ſupra ſic dicentem, omnia igitur relatiua relata, quæ ſunt in numeris, & potentijs ſunt relatiua, quia eſſentia vtriuſq; eorum collocatur in relatione eodem ordine, non quia alterum intrat in relationem per ſe, & alterum non in relationem per ſe, ſed quoniam alterum accidit ei, ſcilicet illud quod eſt relatiuum per ſe, & accidens alterius propter quod fuit relatiuum. d.d. menſuratum autem, & intellectum, &c. id eſt quod autem eſt de modo relatiuorum, ſicut intellectum, & ſcitum, & ſenſatum dicitur eſſe relatiuum, quia illud, quod eſt relatiuum per ſuam ſubſtantiam accidit ei, ſcilicet, quia intellectus eſt in ſua ſubſtantia relatiuus, tamen accidit ei quod fuit relatiuum intellecti, accidit intellecto, quod fuit relatiuum, non quia relatio eſt in ſubſtantia intellecti, ſicut eſt in ſubſtantia intellectus, ſed quia relatio accidit ei, hoc igitur intendit, cum dicit talia eſſe relatiua, ſcilicet, quia aliud relatiuum per ſuam ſubſtãtiam prædicatur de illis, quaſi dicat, quia relatio eſt duobus modis, ſcilicet aut relatio in ſubſtantia vtriuſque relatiui, aut relatio in ſubſtantia alterius tantum, & in altero propter iſtud hæc ille. verba enim iſta ſunt ita expreſſa, quòd niſi retorqueantur ad alium ſenſum, aliter exponi non poſſunt, niſi vt ſupra expoſuimus.

Differentia tertij modi relatiuorũ ad primum. & ſecundũ.

Quarto metha. contex. 25. & 26.

¶ Ad aliam reſponſionem de 4. metha. quòd tunc omnia eſſent ad aliquid cum dicit, quòd nihil eſt in re, quin ſibi poſſit competere aliquod nomen relatiuum, nec eſt hoc contra philoſophum ſed intentio philoſophi eſt, quòd non omnia nomina ſunt relatiua, ſed quòd ſint aliqua, quæ non ſint relatiua &c. Sed iſta expoſitio nullo modo eſt ad mentem philoſophi, vt patet. 4. metha. tex. com. 26. vbi ſic habetur. Si autem non omnia ſunt ad aliquid, ſed quædam ſunt, & ipſa ſecundum ſe, non vtique eſt omne quod apparet alicui apparet, quare qui dicit omnia, quæ apparent eſſe vera omnia quæ ſunt facit ad aliquid &c. vide textum ſequentẽ vult dicere ſi non omnia ſunt ad aliquid, ſed quædam ſecundum ſe ſunt abſoluta, nam quòd apparet, alicui apparet, & ideo hoc, quòd eſt apparere includit relationem quandam, quia qui dicit omnia, quæ apparent eſſe vera facit omnia, quæ ſunt id eſt omnia entia eſſe ad aliquid, id eſt relatiua, ſcilicet ĩ reſpectu ad ſenſum, vel opinionem, quod ſupplè eſt falſum, ſcilicet omnia formaliter eſſe relatiua, & nihil eſſe formaliter abſolutum, ſi ergo ſecundum iſtum doct. relatiua eſſent tantum abſoluta, cum omnia dicantur ad aliquid, vt patet de creaturis, ſtatim ſequeretur, ꝙ omnia entia eſſent formaliter, & quidditatiuè ad aliquid, quod habetur pro maximo inconuenienti apud Ariſt. & apud Com. vbi ſupra, & hoc idem in tex. com. 27. & de hoc vide doct. in primo diſtinctione 3. quæſt. 5. contra Henri. qui dicebat quod quidditas cuiuslibet rei eſt tantum reſpectus veſtigialis.

Omnia entia ſunt ad aliquid denominatiuè, non quidditatiuè, & formaliter.

12. meth. cõ tex. 19.

¶ Ad aliam reſponſionem ad illud philoſophi de 12. metha. qui vult, quòd ſicut principiata ſunt alia, ita principia &c. patet quòd expoſitio iſtius non eſt ad mentem philoſophi, non enim vult ibi, quòd ſicut in ſubſtantia eſt aliquid, quòd primo reſpicit formam, poſtea caruit ea, ita de relatione quod aliquid denominatur ab illa, & prius non denominabatur &c. ſi enim intelligit, quòd ſicut album prius non fuit ſimile, & nunc eſt ſimile per relationem realem ſibi aduenientem habetur propoſitum, quòd qualia ſunt principia, talia & principiata, ſi verò intelligit, quòd album dicatur ſimile, & non per aliquid ſibi additum, ſed tantum abſolutum albi dicatur ſimile, tunc principiatum non eſſet relatiuum, vt patet quia ibi nullum eſt principium pertinens ad relationem, niſi dicatur quòd ſicut principiatum relatiuum, dicitur ſic principiatum quantum ad intellectum ſic conſiderantem, & non in re, ſed hoc nihil eſt, quia nullo intellectu conſiderante, adhuc album eſſet ſimile, & relatiuum. Et quòd Ariſt. intelligat de principiato præter opus intellectus, quòd verè dicatur relatiuum patet per litteram ipſius vbi ſupra tex. com. 19. ſecundum aliam trãſlationem, & principia inquit ſunt rerum diuerſarum, & cauſæ, & ſunt, ſicut homo debet dici vniuerſaliter omnia eadem proportionaliter, & debet homo dubitare, vtrum materia, & elementa ſubſtãtiarum, & relationum, & omnium prædicamentorum ſint ſimiliter eadem, ſed eſt incõueniens ſi principia ſint eadem, ſubſtantia autem, & relatio erunt ex eiſdem ex eo quòd hoc non erit ens, hæc ille, & vult dicere Ariſt. in iſta littera, quòd ſi ſunt eadem principia ſubſtantiæ, & aliorum, aut erunt extra genus, aut in aliquo genere, non primum, quia cum principium ſit prius principiato tunc aliquid eſſet prius prædicamentis, puta illa principia quæ ponuntur eadem, & extra genus, & per conſequens aliquid eſſet prius prædicamentis quod eſt inconueniens, quia illud quod eſt prius, reperitur quandoque communius, vt animal homine, & hoc maximè ſequitur ſecundum Platonicos, qui vniuerſalia ponunt principia. nihil autem videtur cõmunius prædicamẽtis, nec ſecundum poteſt eſſe, quia principia videntur eſſe eiuſdem rationis cum principiatis, ſed impoſſibile videtur, quòd ſubſtantia ſit principium eorum, quæ ſunt ad aliquid, aut econuerſo, & ſimiliter eſt de alijs generibus, vnde & cõmentator (vbi ſupra) ſic dicit iſta quæſtio iam inducta eſt in principio iſtius artis, & modo iterat eam ad diſſoluendum eam. & eſt quæſtio vtrum principia, & elementa. 10. prædicamentorum ſint eadem, aut diuerſa, & primo ponit ſecundum quem ſunt eadem, & dicit quòd cauſæ, & principia prædicamentorum, quamuis ſint rerum diuerſarum bene poteſt homo ponere ea eadem ſecundum proportionalitatem, & quia hoc non apparet, niſi cum fuerit declaratum quòd nõ ſunt eadem ſimpliciter, neque diuerſa ſimpliciter, incipit declarare hoc, & dicit, & debet homo dubitare &c. id eſt & ſunt eadem ſecũdum proportionalitatem non ſecundum diffinitionem, quia homo debet dubitare vtrum elementa ſubſtantiæ ſint elementa relationis, & aliorum, aut non? ſed eſt inconueniens vt ſint eadem, tunc enim ſubſtantia, & relatio erunt ſub eodem genere, & dicit propriè relationem, quia eſt debilioris eſſe alijs prædicamẽtis, ita quòd quidam reputauerunt ipſam eſſe ex ſecundis intellectis, & parum infra. manifeſtum, eſt enim quòd elementa ſubſtantiæ ſunt ſubſtantiæ, & elementa relationis relatio. & ſi ſubſtantia eſſet elementum relationis, & aliorum contingeret vt omnia eſſent ſubſtantia. omne enim cuius elementum eſt ſubſtantia, eſt ſubſtantia, & ſimiliter eſt impoſſi-

Intẽtio Ariſto.

An principia prædicamẽtorũ ſint eadem.

bile ponere vnum aliorum eſſe elemētum omniū, verbi gratia relationem. contingeret enim omnia eſſe relatiua, & contingeret vt in aliqua hora diſſolueretur ſubſtantia in relationem, aut relatio in ſubſtātiā, & hoc contingit in genere, quod eſt materia, non in eo quòd forma, hæc Commētator. Et quòd prædicamenta ſint adinuicem diuerſa, ita quòd res. 10. prædicamentorum ſint præter omne opus intellectus adinuicem diſtincta, ita quòd res vnius prædicamenti non eſt formaliter res alterius prædicamenti, nec ſimiliter res vnius prædicamenti eſt principium intrinſecum rei alterius prædicamenti expreſſe, patet ab Ariſto. 12. metha. text. com. 21. & à Com. ibidem. vnde Ariſt. ibi ſecundum aliam translationem. Et etiam quomodo eſt poſſibile, vt omnia elementa ſint eadem. nullum enim elementorum poſſibile eſt, vt ſit, & illud quod eſt compoſitum ex elementis vnum verbi gratia vt a. ſit b. quoddam. hęc ille, & Commē. ibi, manifeſtū eſt inquit ex iſto ſermone, quòd elementa. 10. prædicamentorum impoſſibile eſt, quòd ſint eadem, contingit enim vt elementa, & compoſitum ex elemento ſint idem, vide ibi Com. diffuſè & opinionē Alexandri, & Themiſt j. Ex his ergo patet improbatio huius opinionis, & quòd argumenta ſua nihil contra doctorem concludunt, nec ſimiliter reſponſiones datæ ad rationes doctoris euacuant illas. Similiter ex ijs, quæ declaraui in exponendo mentem doctoris, & in ſoluendo opinionem Ocham. erit facilis reſpōſio ad omnes rationes Gregorij de arimino in ſecundo ſententiarum di. 28. q. 2. Et ſimiliter manifeſtum erit qualiter reſponſiones eius ad rationes doctoris minimè ſoluant eas. Nec ſimiliter inſtantiæ aliquæ factæ contra aliquas reſponſiones doctoris aliquid contra eas concludunt. Et ideo breuitatis cauſa nō recito opinionem Gregorij, nec rationes eius cōtra doctorem, nec reſponſiones, cum quaſi in omnibus coincidant cum rationibus, & reſponſionibus Ocham. Et ſimiliter tranſeo multas alias opiniones de materia relationum quo ad identitatem cum fundamentis, vel alietatem à fundamentis. Et ſimiliter an ſint res extra animam, an tantum in anima, quia ex dictis ſuperius erit facilis ſolutio ad omnes alias opiniones, pro nunc enim ſufficit mihi ſic declarare intentionem Doctoris, vt ex eius manifeſta declaratione manifeſtè pateat quid tenendum ſit de alijs opinionibus contra doctorem.

An prædicamenta ſint adinuicē diuerſa.

Argumenta Ocham nihil concludunt.

Rationes Ochā, & Gregorij coincidunt.

HIS præmiſſis eſt aggrediendum ad declarationem quæſtionis principalis, in qua quæritur an relatio creaturæ ad Deum ſit eadem realiter, & reſpondendo ad quæſtionem dicit doct. quòd eſt idē realiter fundamento, & probat duabus rationibus, prima eſt ibi, illud, quod propriè dicitur ineſſe alicui, ſine quo illud cui ineſt non poteſt eſſe ſine contradictione, eſt idem ſibi realiter, ſed relatio ad Deū propriè ineſt lapidi, & ſine ea non poteſt eſſe lapis ſine contradictione ergo. Et nota in maiori cum dicit illud, quod ineſt alicui quia per hoc excluditur ratio, quam facit Ocham in primo diſt. 30. ad probandum per rationem docto. quòd vnum ſimile realiter non diſtinguatur ab alio ſimile, quia vnum non poteſt eſſe ſine altero, quod bene ſequeretur ſi aliud ſimile ineſſet formaliter, & ideo doctor ſe limitat, cum dicit illud, quod ineſt alicui, ſuplè formaliter, & denominatione intrinſeca, & probat doctor iſtam maiorem ibi probatio maioris, quia ſicut contradictio dicta de aliquibus eſt via concludendi diſtinctionem inter illa, ita impoſſibilitas recipiendi prædicationem contradictoriorum pertinentium ad eſſe, eſt via cōcludendi identitatē in eſſe, & accipit hic eſſe per eſſe ſimpliciter, qđ eſt verū eſſe exiſtens, & vult dicere quòd ſicut. a. poteſt verè exiſtere ſine. b. ſic realiter diſtinguitur. a. b. quia aliquod eſſe ſimpliciter competit. a. quod repugnat. b. ergo. a. realiter diſtinguitur à b. ſic ſimpliciter poteſt concludi identitas realis aliquorum, quæ ſic ſe habent, quòd aliquod verum eſſe exiſtentiæ ſi competit vni impoſſibile eſt, quòd illud idem non competat alteri, & probatio huius maioris prolixè eſt declarata ſupra, in prima ratione contra opinionem Henri. & in principio corporis quæſtionis, & addit in littera, & hoc vbi non eſt depēdentia eſſentialis, quæ requirit diſtinctionem manifeſtam patet quia totum eſſentiale non poteſt eſſe ſine partibus eſſentialibus, & tamen illæ partes realiter diſtinguntur ab illo. Sequitur ibi quod declaro ſic quia impoſſibilitas quòd a. ſit ſine. b. aut eſt propter idētitatem. b. ad a. aut eſt propter prioritatem, aut ſimultatem in natura. ſi primum habetur intentū, ſecūdum dari non poteſt, nec ſimiliter tertium, quia illud quod ſic ineſt de neceſſitate, eſt poſterius, & patet littera, vſque ibi, contra rationem iſtam inſto.

Relatio eſt eadem realiter fundamēto, diſtinguitur verò formaliter.

SED contra iſtam rationem inſtat Ocham, vt patet ab Ocham in 1. diſt. 30. qui dicit, quòd duo alba poſita ſunt priora ſimilitudine, & eſt impoſſibile illa duo alba eſſe ſine ſimilitudine, & tamen diſtinguntur realiter à ſimilitudine, vt patet per do.

Inſtātia Ocham.

¶ Ad hanc inſtantiam reſpondent aliqui Scotiſtę quòd ſæpe contigit, quòd in eodem antecedente ſint plures rationes, propter quas conſequens ſequitur ad antecedens, ſic eſt in propoſito, quia Sortem eſſe, & Deum eſſe de neceſſitate ſequitur dependentia actualis, ex ratione relationis intrinſecus aduenientis, ſed non præciſè, quia etiam vbi dependentia talis non eſſet relatio ſed paſſio aliqua abſoluta, quæ conſequeretur ens finitum, adhuc ad poſitionem Sortis ſequeretur illud abſolutum, & ſic tenet conſequentia hæc, non tantum per locum à relationibus intrinſecus aduenientibus, ſed per locum à ſubiecto ad paſſionem. Sed hæc reſponſio iudicio meo non ſoluit rationem Ocham fundatā ſuper propoſitionem doct. quia ſtantibus duobus albis de neceſſitate naturæ oritur ſimilitudo, quæ eſt relatio, & ſi per impoſſibile talis relatio eſſet entitas abſoluta, ſecundum quam illa alba dicerentur ſimilia, adhuc illa entitas ex natura rei oriretur, nec videtur maior ratio de ſimilitudine intrinſecus adueniente, quàm de dependentia, videtur ergo aliter reſpondendum ad rationem iſtius, quæ reſponſio data eſt ſupra reſpondendo ad argumenta Ocham facta contra poſitionem doctoris, quam vide.

Reſpōſio aliquorum Scotiſtarum.

Iſta reſponſio non ſoluit rationē Ocham.

¶ Ibi contra rationem iſtam inſto, hic doct. inſtat contra maiorem rationis probando, quòd iſta non ſit vera ſi a. ineſt. b. & impoſſibile eſt b. eſſe ſine. a. ſequitur quòd a. & b. ſunt idem realiter. Contra, quia tunc ſequeretur, quòd eſſentia diuina, & relatio rationis cauſata ab intellectu diuino eſſet idem realiter, quia eſt impoſſibile eſſentiam diuinam eſſe ſine tali relatione, & probat quia talis relatio non poteſt eſſe ab intellectu diuino de nouo, niſi per nouū actū intellectus diuini, vt doct. probat in primo diſt. 30.

Optima reſponſio authoris.

¶ Ibi reſpōdeo compoſſibilitas ſeparationis, &c. hic doct. reſpondet ad hanc primam inſtantiam, & tenet, quòd talis relatio, ſiue comparatio in eſſentia diuina non ſit idem realiter cum illa, nec tamen ex hoc ſequitur quòd diſtinguatur realiter, loquēdo propriè de diſtinctione reali, quæ eſt inter rem, & rem, ſed poteſt dici diſtingui realiter ex hoc, quod non repugnet eſſe eſſentiæ diuinæ ſine tali relatione, & cum probatur, quòd non poſſit eſſe &c. dicit quòd aliquid eſſe inſeparabile ab alio poteſt dupliciter intelligi, aut ex cauſa intrinſeca, aut ex

Aliquid eſſe ab alio inſeparabile poteſt dupliciter intelligi.

cauſa extrinſeca, quod eſt inſeparabile ſecũdo modo, non ſequitur quòd ſit idem, quia licet motus inſit cœlo inſeparabiliter ſecundùm opinionem philoſophorum, quæ tamen eſt falſa, ineſt tamen à cauſa extrinſeca, quia ab intelligentia neceſſariò cauſante motum in cœlo, & non à cauſa intrinſeca ipſius cœli, quia cœlum eſt tantum in potentia paſſiua ad motum, & quantum eſt ex parte ſua in potentia contradictionis, ſic eſt in propoſito de relatione in eſſentia diuina, quæ tantum ineſt ſibi, quia ab actu intellectus diuini neceſſariò cauſantis talem relationem, & non ineſt eſſentiæ diuinæ ab aliqua cauſa intrinſeca ipſius eſſentiæ diuinæ, & ſic non ſequitur quòd ſit idem realiter.

Difficultates circa hanc literã Doct.

SED in iſta litera Doct. occurrunt aliquæ difficultates, prima quia videtur, quòd talis relatio inſit eſſentiæ diuinæ à cauſa intrinſeca, tum quia ab actu intellectus diuini, qui eſt idem quòd eſſentia, tum quia eſſentia diuina eſt cauſa talis relationis, ſaltem remota, & hoc ex ratione ſua, ſicut etiam ſupra patuit in primo, diſtinct. 3. quæſt. 4. vbi declaratum eſt quomodo obiecta ſecundaria virtualiter continentur in eſſentia, vt in cauſa remota, tum quia intellectus diuinus non tantum de neceſſitate comparat eſſentiam, ſed ſeipſum comparat, & ſic talis relatio erit formaliter in intellectu diuino, & ſic erit à cauſa intrinſeca, quia ab eodem intellectu.

Secunda difficultas.

¶Secunda difficultas eſt in hoc, ꝙ dicit de cauſa intrinſeca, quia quæro quid intelligit per cauſam intrinſecam, aut intelligit cauſam formalem, aut materialem, aut efficientem, non primo, quia non videtur, quòd eſſentia diuina ſit ratio formalis, & quidditatiua, quare ſapientia ſit idem realiter ſibi, quia tunc eſſentia, & ſapiẽtia dicerent eandem formalitatem, cuius oppoſitum probauit ſupra in primo, diſtinct. 8. quæſtio. penult. non ſecundo, quia materia, vel quaſi materia, vt ſic conſiderata, quantum eſt ex parte ſua, eſt in potentia contradictionis, vt dicit Doctor in pluribus locis: non tertio, quia efficiens, vt efficiens non identificat ſibi effectum ſuum: oportet ergo aliter aſſignare cauſam intrinſecam.

Reſpõſio ad primum.

¶Reſpondeo ad primam difficultatem, præmittendo, quòd cauſa intrinſeca in propoſito non dicitur illa, quæ ex ſua ratione formali, ſiue quæ ex ratione ſibi intrinſeca producit aliquid, ſed dicitur cauſa intrinſeca ex hoc, quòd intrinſecè aliquo modo producit aliquid in ſeipſo, ita quòd impoſſibile eſt abſolutè ipſum eſſe, & non producere, vel quaſi producere a. in ſeipſo, ita quòd à nullo poteſt impediri.

Vnde dicatur intrinſeca.

Hoc præſuppoſito, dico quòd quamuis actus intelligendi diuinus de neceſſitate cauſet talẽ reſpectum, ſiue comparationem. Hoc non eſt ex ratione intrinſeca intellectionis, quaſi eſſet impoſſibile ipſam intellectionem eſſe, niſi producat talem comparationem, accidit ergo ſibi, quòd compararet eſſentiam, vel ſeipſam obiectis ſecundarijs. Si enim obiecta ſecundaria non eſſent, non cauſaret talem comparationem, cauſa enim intrinſeca & neceſſaria, de qua Doct. intelligit in propoſito, ſic ſimpliciter, & abſolutè ſe habet ad a. quòd circumſcripto quocunque alio extrinſeco, adhuc ſuo modo de neceſſitate naturæ produceret a. in ſe, & ſic patet ſolutio ad primam difficultatem.

Ita quòd à nullo poteſt impediri.

Ad ſecundam difficultatem.

¶Ad ſecũdam difficultatem dico, quòd Doctor accipit cauſam intrinſecam, cauſam effectiuam, & ſic de neceſſitate ſe habentem ad a. quòd ſimpliciter impoſſibile eſt non producere ipſum a. & cum dicitur, quòd effectiuum producit diſtinctum, &c. Dico, quòd in propoſito duæ cauſæ ſimul concurrunt, vna eſt, quæ habet rationem quaſi receptiui, & alia eſt, quæ habet rationem quaſi effectiui, pro quanto ergo eſſentia diuina de neceſſitate abſoluta eſt quaſi originatiua perfectionis attributalis, & formaliter illam habet in ſe. ſequitur realis idẽtitas inter illa, ſicut etiam Doctor dicit in primo, diſtinctio. 3. quęſt. 7. quòd ideo paſſio prædicatur per ſe de ſubiecto, & eſt idem realiter ſubiecto, quia ſubiectum eſt cauſa neceſſaria talis paſſionis, & talis paſſio in nullo alio poteſt recipi, eſt ergo talis inſeparabilitas a. ad b. ex cauſa intrinſeca ipſius a. neceſſariò ſe habente ad b. Et ex hoc, quòd b. ſic de neceſſitate ineſt a. quòd eſt ſimpliciter impoſſibile alij ineſſe ab a.

Subiectum eſt cauſa paſſionis im propriè.

Difficultas.

¶Sed tunc oritur difficultas de relatione creaturæ ad Deũ, quæ ponitur realiter eſſe idem ipſi creaturæ, quęro à quo eſt talis inſeparabilitas: aut enim eſt à cauſa intrinſeca illius creaturæ, quod non videtur, quia relatio dependet quantum ad ſuum eſſe, ita à termino, ſicut etiam à fundamento.

Reſponſio quorundam Scotiſtarũ.

¶Reſpondeo, & prius recito reſponſionem quorundam Scotiſtarum, qui dicunt, quòd talis dependentia, ſiue relatio creaturæ non tantum realiter identificatur, ex hoc, quòd eſt relatio intrinſecus adueniens, ſed etiam ex hoc, quia oritur vt paſſio creaturæ, quia ex hoc, quòd eſt finita de neceſſitate naturæ conſequitur hoc, quòd patet, quia ſi talis relatio eſſet entitas abſoluta, de neceſſitate eſſet à tali fundamento eadem ſibi, vt à cauſa intrinſeca.

Iſta reſponſio non eſt multum efficax.

Sed hæc reſponſio non videtur multum efficax, quia etiam multæ aliæ relationes realiter identificantur fundamento ſuo, vt patet de illis, quorum fundamentis repugnat poſſe eſſe ſine termino, vt ſupra expoſitum eſt de diſtinctione, & idẽtitate, quia & ſi identitas Sortis ad Platonem ſit alia res à Sorte, identitas tamen fundata in identitate Sortis ad Platonem non diſtinguitur realiter. Et ſimiliter licet alietas, qua Sortes eſt alius à Platone, ſit alia res à Sorte, tamen alietas, qua prima alietas eſt alia res à Sorte, eſt eadem realiter cum illa, in qua fundatur, & tota ratio eſt, quia primæ alietati ſimpliciter repugnat eſſe ſine termino ſecundæ alietatis.

Secũda alietas.

Tum etiam, quia poſito per poſſibile, vel impoſſibile, ꝙ Deus non eſſet, & lapis prius creatus eſſet, tunc nõ eſſet ibi relatio dependentiæ ad Deum, quia nec terminus, vt patet intuenti, & tamen ſi ponatur eadem ſibi, de neceſſitate naturæ, ſtante lapide, eſſet dependens, Dico ergo (ſaluo ſemper meliori iudicio) ꝙ talis relatio oritur à fundamento, vt à cauſa intrinſeca, ſic intelligendo, quòd in quocunque inſtanti ponitur lapis de neceſſitate naturæ in eo, conſequitur relatio paſſiua, qua dependet à termino.

Modeſtia authorũ. & ſua reſponſio.

Et ſi lapis poſſet habere eſſe, permanens per aliquod tempus, in quo per impoſſibile, terminus nõ eſſet, talis dependentia nullo modo eſſet in lapide, nec vt idem, nec vt realiter diſtincta, quia ad ſui eſſe de neceſſitate requirit terminum, nam eſſe cuiuſcunque relationis ſic eſt ad aliud in ratione termini, ꝙ eſt de quidditate illius, vt patet per philoſophum in prædicamento ad aliquid, & per Com. ibidem. & in quinto metaph. cap. de ad aliquid. tex. com. 20. Et cum dicitur, quòd talis inſeparabilitas non eſt à cauſa intrinſeca fundamẽti, quia etiam talis relatio dependet à termino. Dico, quòd & ſi dependet à termino in ratione termini, tamen ſic à fundamẽto de neceſſitate oritur, vt ſimpliciter eadem ſibi, & ſic oritur à fundamento ſecundum totum ſuum eſſe, vt tale eſſe de neceſſitate ſit ad aliud, & quia creatura pro quocunque inſtanti ponitur ineſſe à Deo, vt infra patebit diſt. 2. ideo pro quocunque inſtanti de neceſſitate naturæ dependet a Deo, & ſi in ſecundo inſtanti actu non poneretur à Deo in eodem inſtanti deſineret eſſe, vt patet à Doct. vbi ſupra, & in

quolib,

quolib.q.12. Et ſic pro quocũque inſtanti ipſa creatura actu dependet à Deo, quæ dependentia oritur à tali fundamento, vt à cauſa intrinſeca, ita quòd eſt ſimpliciter repugnantia, tale fundamentum poni ineſſe pro quocunque inſtanti, ſine actuali dependentia ad Deum.

Secunda ratio Doctoris.

¶Secundò principaliter arguit Doct. ibi, ſecunda ratio principalis ad primum membrum ſolutionis eſt iſta, quod vniformiter dicitur de omni alio à Deo, nulli dicto ad eum accidit, ſed talis relatio communis omni creaturæ, vniformiter dicitur de omni alio à Deo, ergo nulli accidit, & ita eſt idem fundamento, quia ſi alicui accideret, pari ratione & alteri, hic Doctor in iſta ratione deducit ad manifeſtum inconueniens, ſi negaretur relationẽ creaturæ ad Deum eſſe eandem realiter ipſi creaturæ, quia ſi talis relatio eſſet alia res, ergo eſſet creata ab ipſo Deo, & per conſequens includeret relationem ad ipſum Deum, & tunc quæritur de illa alia, an ſit eadem res, vel alia, ſi primò, ergo, & prima relatio erit eadem, cum æquè ſit ad Deum ſicut iſta, ſi ſecundo, ergo proceſſus in infinitum, ſed hæc ratio aliquibus non videtur multum efficax, quia nõ videtur ſequi, quòd ſi talis relatio ſit alia res, quòd æquè ſit ad Deum, & quòd poſſit creari, quia nulla relatio intrinſecus adueniens poteſt eſſe terminus immediatus alicuius productionis, quia tunc, deſtructo termino, & fundamento poſſet immediatè produci, nõ enim ſimilitudo inter duo alba poteſt immediatè produci, ita quòd ſit immediatus terminus alicuius productionis, ſed tantum dicitur oriri à fundamento poſito termino, vt diffuſè expoſui ſuper tertio Doct. diſt. 1. q. 1. Sic dicendum eſſet in propoſito, quòd ſi relatio creaturæ ad Deũ ſit alia res à creatura, non tamen ſequitur, quòd immediatè poſſit cauſari ab aliquo.

Ratio quæ non videtur efficax.

¶Reſpondeo, quòd ſi talis relatio eſt alia res à fundamento, quòd eſt vere cauſata, vel à fundamento, vel termino, & omne cauſatum neceſſariò dependet à ſua cauſa, ſi ergo fundamentum eſt cauſa immediata talis dependentiæ, & Deus cauſa mediata, ſiue remota, quia immediata cauſat fundamẽtum, ſequitur, quòd talis dependentia immediatè dependet à fundamento, & mediatè à Deo, & tunc aut dependet alia dependentia, aut tantum ſeipſa realiter, ſi ſecundò habetur propoſitum, ſcilicet quòd illa ſecunda dependentia, qua prima dependentia formaliter depẽdet erit eadem realiter illi primæ, quia repugnat illi primæ poſſe eſſe ſine lapide, & ſic aliqua dependentia erit realiter idem fundamẽto, eodem modo ſequitur de dependentia, qua lapis dependet à Deo, quia eſt impoſsibile lapidem eſſe ſine Deo, vt termino, ſi primo, quòd ſit alia à prima, & ſic realiter diſtinguatur à prima, ergo immediatè cauſatur ab illa prima, & ſic immediatè dependet ab illa, ergo dependet alia dependentia, quæ erit tertia in ordine, & tunc quæro de illa tertia, vt prius, & ſic vel ſtabitur, quòd aliqua relatio erit realiter idem fundamento, vel erit procedere in infinitum, hoc idem concluditur comparando illam dependentiam ad Deum, vt ad cauſam remotam.

¶Præterea ſi ſimilitudo ſit cauſata à duobus albis, ſcilicet ab vno, vt à fundamento, & ab alio vt à termino, ſequitur, quòd realiter dependet ab vtroque albo, & tunc quæro de illa dependentia ſimilitudinis, aut eſt idem realiter ipſi ſimilitudini, & habetur propoſitum, aut diſtincta realiter, ergo illa erit verè cauſata, ſ. à ſimilitudine, vt à fundamento, & à termino dependentiæ, & tunc erit procedere in infinitum, ſic ſimiliter ſi dependentia lapidis ad Deum ſit alia realiter à lapide, erit realiter cauſata à lapide, vt à fundamento, & à Deo, vt à termino, & ſic realiter dependet à lapide, & à Deo, & tunc quæro de illa ſecunda dependentia, aut eſt alia à prima aut eadem, ſi ſecũdò habetur propoſitum, ſi primò erit proceſſus in infinitum.

¶Ibi. Contra iſtam rationem inſto, hic Doct. inſtat contra ſecundam rationem principalem, vt magis declaretur, quia non videtur inconueniens procedere in infinitum in relationibus, quia vna relatio poteſt fundari in alia in infinitum, & probat per exemplũ, quia ſi Sortes eſt idẽ Platoni, ergo idẽtitas Sortis eſt eadẽ idẽtitati Platonis, & pari ratione illa identitas eſt eadẽ identitati, & prima identitas erit alia ab identitate fundamenti, quia fundamẽtum poterat eſſe ſine eo: ergo pari ratione quælibet erit alia ab illa identitate illius, cuius eſt, & ita erunt infinitæ relationes reales.

Poſſumus procedere in infinitum in relationibus.

¶Reſpondet Doctor, & dicit, quòd ſtatus, eſt in ſecundo, videlicet, quòd & ſi identitas Sor. ad Platonem ſit alia res à Sor. quia non repugnat Sorti eſſe ſine Platone, tamen ſecunda identitas, quæ fundatur in prima identitate Sortis ad Platonem, non eſt alia res ab ipſa, quia primæ identitati repugnat eſſe ſine Platone ad quẽ terminatur, & patet in litera, quæ eſt ſatis clara, & ſupra diffuſè expoſita eſt, reſpondendo ad rationes Ocham, tamen pro clariori intelligentia ponatur tale exemplum, accipio Sortem, & Platonem vt duo, fundamenta identitatis, ita quòd Sortes eſt idem Platoni, & econtra, & idẽtitas Sortis ad Platonem fundatur in Sorte, & identitas Platonis ad Sortem fundatur in Platone, identitas Sortis ad Platonem eſt alia res à Sorte, quia non repugnat Sorti eſſe ſine Platone, & ſic Platone deſtructo, vt termino, deſtruatur identitas fundata in Sorte, Sorte manente. Hoc idem dico de identitate fundata in Platone, Deinde pono, quòd identitas Sortis ad Platonem ſit eadem idẽtitati fundatę in Platone, certum eſt, quòd erit eadem identitate, quæro modo de illa identitate, qua prima identitas eſt idem, aut eſt eadem res cum prima identitate aut alia, dicendum quòd eadem, quia identitati primæ, quæ immediatè fundatur in Sorte repugnat eſſe ſine Platone, & hoc eſt quod dicit in iſta litera.

Exemplum

¶Ibi, & ſi quæras qua identitate eſt idem c. ipſi a. quia dictum eſt ſupra, quòd ſecunda identitas fundata in identitate Sortis ad Platonem eſt eadem illi primæ. Quæritur modo qua identitate eſt eadem, dicit Doct. ipſa eſt eadem ſibi, ideſt quòd prima identitas, & ſecunda ſunt eadem res. Sequitur, quod erit eadem ſibi, non identitate reali diſtincta, ſed identitate, quæ eſt ipſamet, & identitas ad ſeipſum eſt tantum rationis, cum nullo modo ſit inter extrema realiter diſtincta.

De ſecundo articulo quæſtionis.

¶Ibi, ſecundum articulum, &c. primus articulus fuit, quòd relatio creaturæ ad Deum, eſſet realiter idem ipſi creaturę, & probauit duabus rationibus. Et ſecundus articulus, quòd non idem formaliter, nec præciſè idem, nec idem ſibi identitate adæquata, ita quòd fundamentum ſit tantum relatio formaliter. Iſti termini non idem formaliter, & non idem præciſè, & non idem adæquatè poſſunt multipliciter intelligi, nam non idem formaliter, poteſt exponi affirmatiuè, & negatiuè, vt ſupra declaraui exponendo identitatem, & diſtinctionem formalem. Non idem præciſè, poteſt exponi diuerſimodè, ſecundum diuerſas diſtinctiones, puta ex natura rei, formalis, &c. Adæquatè poteſt dupliciter exponi. Vno modo conuertibiliter, ſicut dicimus, quòd diffinitio, & diffinitum ſunt idem adæquatè. Alio modo, idem adæquatè poteſt intelligi ſic, quod nulla ſit ibi penitus diſtinctio præter opus intellectus,

Adæquatè poteſt dupliciter exponi.

ctus, ſicut dicimus, quòd humanitas eſt idem ſibi adæquatè. Doctor autem in propoſito intendit probare, quod relatio creaturæ ad Deum verè diſtinguatur formaliter à creatura, & non tantum formaliter negatiuè, qualis diſtinctio eſt inter illa, quę non dicunt diſtinctas formalitates, vt ſupra expoſui. Sed etiam diſtinguatur formaliter poſitiuè, quia relatio creaturæ ad Deum, dicit diſtinctam formalitatem à formalitate creaturæ, & hoc probat Doct. quia ſi eſſent idem formaliter ſequeretur de neceſſitate, quòd vnum includeret aliud in ſuo conceptu quidditatiuo, vt ſupra patuit in primo, diſt. 2. par. 2. q. 1. & in præſenti quæſtione. Probat ergo Doct. ꝙ relatio in creatura formaliter diſtinguatur ab ipſa, & probatio ſtat in hoc, quæcunque includunt aliam, & aliam rationem quidditatiuam diſtingũtur formaliter, ſed relatio, & creatura ſunt huiuſmodi: ergo &c. maior eſt nota ex ſuperius declaratis de idẽtitate, & diſtinctione formali, minor patet, quia quidditas relationis eſt eſſe ad aliud, fundamentum verò eſt ens ad ſe: ergo &c. poteſt etiam probari ex multis alijs medijs, quæ Doctor breuitatis cauſa omittit, nec eſt neceſſe adducere illa, quia ratio relationis, & ratio abſoluti ſunt manifeſtè diuerſa, ꝙ vna formaliter non includitur in alia, nec è contra. Et quomodo in vna re poſſint eſſe plures realitates formaliter diſtinctæ, ſatis notum eſt ex ſuperius declaratis in primo, diſtin. 8. q. pen. & dicit Doctor in iſta litera, quòd ipſa creatura non eſt præciſè ipſa relatio, ſed vltra ipſam relationem dicit aliquam entitatem verè abſolutam, in qua fundatur illa relatio, ita quòd ſi per impoſſibile talis dependentia non eſſet, adhuc diceret entitatem abſolutam, & addit modum quomodo continet illã relationem vnitiuè realiter, & quòd ſic contineat, perfectionis eſt in continente, & præciſè ſic cõtinere eſt ex perfectione ipſius continentis, & addit ꝙ continens ſic vnitiuè, ſi per poſſibile, vel impoſſibile eſſet ſeparatum à contento, ſic ſeparatum adhuc eſſet tantæ perfectionis, quantæ eſt cum contento; ita quòd contentum vnitiuè nullam addit perfectionem ipſi continenti, & hæc eſt ſententia iſtius litteræ.

Relatio in creatura formaliter diſtinguitur ab ipſa.

Continere vnitiuè eſt perfectionis in continente.

Difficultates occurrentes circa litteram Scoti.

¶ In iſta tamen littera Doctor occurrunt aliquæ difficultates. Prima eſt, quia dicit, quòd lapis non eſt præciſè ipſa relatio ad Deum creantem, quia videtur ſibimet repugnare: vult enim, quòd talis relatio, & creatura ipſa ſint vna res, & vna exiſtentiã numero, quia identitas realis fundatur ſuper identitate exiſtentiæ, vt ſupra expoſui: & vult etiã, quòd ſint præciſè vna res, quia vna exiſtentia: ergo videtur ſequi, quòd creatura ſit pręciſè ipſa relatio, & è contra.

¶ Reſpondeo concedendo, quod ſunt præciſè vna res, & præciſè vna exiſtentia, & quòd præciſè vna eſt alia, & econtra, & tamen ſtat, quòd creatura non ſit præciſè ipſa relatio, nec econtra aliter, & aliter intelligendo vnam rem præciſè. Nam in vna re, etiam ſimpliciſſima poſſunt fundari plures realitates, plures formalitates, & ſimiliter in vna re exiſtente etiam ſimpliciſſima poſſunt fundari plures realitates exiſtentes propria exiſtentia, ita ꝙ exiſtentia vnius realitatis non eſt præciſè exiſtẽtia alterius, nec eſt præciſè exiſtentia ſui fundamenti, & ſimiliter poſſunt fundari plures formalitates exiſtentes propria exiſtentia diſtincta ab exiſtẽtia alterius formalitatis, & ab exiſtentia ſui fundamenti. Et addo, quòd illæ exiſtentiæ adinuicem ſic ſe habent, quòd omnes dicunt vnam exiſtentiam tantum realiter, ita quòd repugnat ex cauſa intrinſeca vnam exiſtentiam poſſe eſſe ſine alia, ſic quòd omnes inſunt fundamento exiſtenti, & ſic omnes realiter identificantur exiſtentiæ fundamẽti, & quia ſunt idem realiter in fundamento exiſtente vno, & eodem numero, inter ſe ſunt eadem realiter per illã propoſitionem. Quæcunque vni, & eidem ſimpliciter ſunt eadem, ſimpliciter inter ſe ſunt eadẽ ſimpliciter, quæ prius expoſita eſt in præſenti quæſtione, & diffusè expoſita eſt in primo, diſt. 2. par. 2. q. 1. reſpondendo ad primum argumentum principale. His declaratis patet quomodo creatura, & relatio ſunt vna res, & vna exiſtẽtia præciſè realiter, licet non vna res præciſè, & vna exiſtentia formaliter, cum relatio dicat diſtinctam formalitatem, & realitatẽ, & ſic in his oportet cautè reſpondere.

Creatura, & relatio ſunt vna res realiter, & formaliter.

Secunda difficultas.

¶ Secunda difficultas eſt in hoc, quod dicit, ꝙ continens vnitiuè eſt ex perfectione ipſius continẽtis, quia ſi ſic ſequeretur, quòd idem eſſet, prius, & poſterius ſeipſo: nã apud Scotiſtas tenetur, & apud Docto. diſt. 2. & 5. & 8. primi. & alibi, ꝙ infinitum intenſiuè idẽtificat ſibi realiter quidquid dicitur de eo, ex natura rei ex hoc infero, quod ex quo iſta eſt vera in Deo: bonitas infinita eſt realiter ſapientia infinita, & econtra: ergo bonitas infinita, vt continet vnitiuè ſapientiam infinitam eſt prior ipſa, & quòd ſic contineat eſt præciſè ex perfectione bonitatis, & quia ſapientia infinita continet vnitiuè bonitatem infinitam, ſequitur, ꝙ bonitas infinita erit poſterior ſapientia infinita, & ſic idem continens vnitiuè, & contentum reſpectu eiuſdem, & idẽ erit prius, & poſterius reſpectu eiuſdem, & idem erit perfectius, & imperfectius ſeipſo, quæ omnia ſunt abſurda, Si dicas, ꝙ bonitas infinita non continet vnitiuè ſapientiam infinitam, nec è conuerſo. Contra; & accipio verba Docto. bonitas infinita eſt ſapientia infinita idẽticè, & non eſt præciſè ſapientia infinita: quæro ergo vnde habet, quòd ſit identicè ſapientia infinita: non poteſt dari aliud, niſi quia bonitas infinita propter ſui infinitatem vnitiuè cõtinet ſapientiam infinitam, & econtra.

Reſpõdet ad ſecundam.

¶ Reſpondeo, ꝙ iſta propoſitio bonitas infinita eſt identicè ſapientia infinita, non eſt primo vera ex ratione formali terminorum, & ſi detur bonitas infinita, non ſequitur quòd illa ſit ſapientia infinita ſi per poſſibile, vel impoſſibile poſſet dari talis. Si enim hæc eſſet primo vera, ſequeretur de neceſſitate, quòd vna cõtineret aliam vnitiuè, & econuerſo. Sed iſta propoſitio dependet à duabus alijs. ſ. quòd eſſentia diuina continet vnitiuè per perfectam identitatem ſapientiam, & bonitatem infinitam. Alia propoſitio eſt iſta, ꝙ quæ vni, & eidem ſimpliciter ſunt eadem realiter ſimpliciter inter ſe ſic ſunt eadem, propter ergo identitatem realem, quam perfectè habent in eſſentia diuina; cõceditur iſta, ꝙ bonitas infinita eſt identicè ſapientia infinita: ſed vt dixi, nõ eſt primo vera: & ſic non ſequitur vna continet aliam vnitiuè, ſed vtraque continetur in tertio vnitiuè, & ſic patet ad inſtantiam.

Tertia difficultas.

¶ Si dicatur, ꝙ hoc videtur contradicere Doct. in primo diſtin. 8. q. 3. reſpondendo ad vltimum argumẽtum principale, vbi habet, quòd bonitas etiam abſtracta per intellectum identificat ſibi ſapiẽtiam ratione ſuæ infinitatis, ergo non ratione eſſentię diuinæ, vide ibi diffusè.

¶ Dico quòd hoc debet ſanè intelligi, quia hoc non habet ſic continere, niſi virtute eſſentiæ diuinę cui ſic realiter identificatur. Nec volo, quòd ſola identitas cũ eſſentia diuina ſit ratio ſic realiter continendi. Sed volo, quòd ideo bonitas cõtinet per identitatem, ſapientiam, & econuerſo, quia vtraque habent infinitatem ab eſſentia diuina, & realiter ſunt idem illi, prima ergo ratio continendi per realem identitatem eſt ſola eſſentia diuina, vt expreſsè patet à Doc. in quolib. q. 5. circa finem quæſt.

& etiam

& etiam hoc patet q. 1. quolib. nullum ergo attributum formaliter infinitum continet primò aliud attributum per realem identitatem: ſed ſola eſſentia ſic continet primò.

TERTIA difficultas eſt de continentia vnitiua, quia quæritur quid importat continentia vnitiua, aut importat tātum entitatem abſolutam continentis ſic intelligendo, quia talis entitas in ſe, ideo continet vnitiuè, aut quia vltra entitatem illam dicit cauſalitatem reſpectu contenti, aut quia ſe habet vt materia, vel quaſi materia reſpectu contenti. dico breuiter, ꝙ omne cōtinens vnitiuè aliud ſemper reſpectu illius contenti, dicit duo. Vnum, quòd contentum inſit formaliter continenti, vel ſaltem ſuo modo inſit. Aliud quòd de neceſſitate naturæ ipſum contentum ſuo modo pullulat, ſiuè originaẗ, ſiuè quaſi producitur, & vbi non eſſet talis quaſi productio eſſet impoſſibile cōtentum realiter idētificari ſic cōtinenti: & ſic patet quomodo eſſentia diuina ſibi realiter identificat quidquid ibi poteſt eſſe, quia omne quod eſt in eſſentia, ſiuè abſolutū, ſiuè relatiuum, de neceſſitate naturæ, & ex infinita perfectione eſſentiæ diuinæ ſuo modo quaſi originaẗ ab illa, de perfectionibus abſolutis patet à Doc. in primo diſt. 8. q. pen. & 1. q. quolib. de relatiuis autē patet, quia prima proprietas relatiua immediatè eſt ab eſſentia, & eſt in eſſentia, vt patet à Docto. in primo diſt. 28. & filiatio, & ſpiratio ſunt etiam ab eſſentia, vt à primo formali productiuo. & ſic omnia ſuo modo de neceſſitate naturæ originantur ab eſſentia.

Reſponſio ad tertiam.

Continens reſpectu contenti duo dicit.

Omnia originantur ab eſſentia.

QVARTA difficultas eſt in hoc, quòd dicit, quòd continens vnitiuè ſic continet per entitatem propriam, & perfectam, ꝙ ſi eſſet ſeparatum per impoſſibile à contento, ita eſſet perfectum, ſicut & quando habet contentum vnitiuè. Dubitatur in hoc, quia anima intellectiua continet vnitiuè intellectum, & voluntatem, vt hic dicit infra diſt. 16. & tamē ſi per impoſſibile eſſet ſeparata ab intellectu, & voluntate non eſſet ita perfecta, quia vt ſic non poſſet eſſe immediatum principium propriæ operationis, qualis eſt intelligere, & velle, vt infra patet à Doct. diſt. 16. Præterea eſſentia diuina, quæ continet vnitiuè omnes perfectiones attributales, ſi per impoſſibile eſſet ſine eis non eſſet ita perfecta, quia non haberet omnem perfectionem ſimpliciter.

Quarta difficultas.

¶Reſpondeo, ꝙ facilis eſt iſta reſponſio, & dico, quòd dato iſto caſu de anima intellectiua, ita eſſet perfecta ſeparata, loquendo de perfectione vltimata, & pertinente ad eſſe ipſius animæ, nec ex hoc, ꝙ eſt formaliter intellectus, & voluntas eſt perfectior, quia vt eſt talis entitas, quæ ex ratione ſua formali nata eſt ſic continere intellectum, & voluntatem dicitur perfecta entitas, & ita perfecta, ac ſi formaliter contineret, & ꝙ vnitiuè contineat actu hoc eſt ex perfecta entitate ipſius animę, quę ex ſe, & ex neceſſitate naturæ originat huiuſmodi perfectiones, vt eaſdem ſibi realiter, & eſt ſimile, ſicut etiā Doct. dicit in primo, diſt. 2. par. 1. q. 1. ꝙ perfectius eſt in eſſentia diuina virtualiter cauſalitates ſecundarum cauſarum, quàm in ſe formaliter habere illas. Et cū dr̃, ꝙ ſi anima eſſet ſeparata per impoſſibile à potentijs, non eſſet immediatum principium intelligendi, & volēdi, quia iſtæ operationes requirunt diſtincta principia, vt patet à Doc. in primo, diſt. 2. par. 2. q. 3. & 4. diſt. 6. & 8. q. pen. & alibi ſæpe. Dico, quòd adhuc eſſet ita perfecta, quia continere cauſalitates ſuo modo virtualiter, vel originaliter eſt quodammodo maioris perfectionis, quàm habere illas formaliter, vt patuit ſupra, & ꝙ modo habeat illas formaliter, hoc non eſt propter perfectionem addendam, ſed magis econtra, ideſt quòd ex magna ſua perfectione de neceſſitate naturæ ſuæ modo originat illas in ſe formaliter. Et per hoc patere poteſt, quid dicendum de eſſentia diuina reſpectu perfectionum attributalium, concedo enim, quòd ſi per impoſſibile eſſet ſine illis adhuc eſſet ita perfecta ſicut & modo; quia vt ſic adhuc ſuo modo ſaltem originaliter perfectiſſimè contineret.

Reſponſio ad quartā difficultatem.

NVNC ſoluenda ſunt argumenta principalia huius quæſtionis. & primò ſic arguit, quia ſi relatio omnis creaturę ad Deum ſit eadē realiter ipſi creaturæ, ſequitur quòd omnis creatura erit ad aliquid non tantum accidentaliter (eo modo quo pater eſt ad aliquid, quia per paternitatem ſibi de nouo aduenientem) ſed etiam per identitatem. conſequens eſt impoſſibile, vt patet per Ariſt. 4. metaph. tex. cōmen. 25. vbi expreſsè improbat opinionem eorum, qui dicebant omnia apparentia eſſe vera, & inducit Ariſt. ad hoc inconueniens, quia cum apparere ſit ad aliquid, ſtatim ſequitur, quòd omnia erunt ad aliquid per ſe, & quidditatiuè.

¶Reſpondet Doct. primò inducendo reſponſionem aliorum, qui dicunt, quòd Ariſt. infert omnia eſſe ad aliquid ad opinionem, & ſenſum, Et Doct. improbat hanc reſponſionē per hoc, ꝙ conſequens debet differre ab antecedente improbato. & in iſto caſu non differret, nam hoc antecedens: omnia apparentia ſunt vera quo ad ſenſum, & opinionem eſt idem cum iſto cōſequente. ſ. omnia apparentia ſunt ad aliquid ad ſenſum, & opinionem: patet quia eſſe apparens eſt ad aliquid, Si ergo conſequens debet differre ab antecedente, oportet ꝙ conſequens inferatur abſolutè non tantum quo ad ſenſum, & opinionem, ſed etiam quoad intellectum, vnde Doct. in 1. diſt. 3. q. 2. contra Henricum de illa ratitudine, ſiuè reſpectu veſtigiali, ibi dicit exponendo Ariſt. in iſto paſſu, ꝙ in argumento ducente ad impoſſibile, conſequens debet eſſe magis, vel ęquè impoſſibile, Et quando eſt ęquè impoſſibile, debet differre ab antecedente impoſſibili, quia ſi eſſet penitus idem nihil probaret, ſed quando eſt aliud ab antecedente, licet in ſe eſſet ęquè impoſſibile, tamen multis videtur magis inconueniens, ſicut etiam de negantibus primum principium deducit Ariſt. nō ad magis impoſſibile in ſe, ſed ad impoſſibile magis manifeſtum eis, vt patet 4. metaph. tex. com. 49. ſicut etiam infert Ariſt. contra eos, quòd omnia futura eueniebant de neceſſitate, intulit, ergo non expedit conſiliari, nec negociari, quod non eſt magis inconueniens in ſe, quàm quòd omnia futura eueniant de neceſſitate, ſed eſt inconueniens magis manifeſtum, ſic eſt in propoſito. Ideo Doct. dat aliā reſpōſionem, quæ ſtat in hoc, eſſe ad aliquid cōtingit tripliciter, primò denominatiuè per relationem realiter diſtinctam, ſicut dicimus, ꝙ album eſt ſimile alteri albo. ſecundò denominatiuè per relationem eandem ſibi realiter, quæ tamen eſt extra rationem formalem, & quidditatiuam ſui fundamenti. tertiò formaliter, & quidditatiuè, ideſt quòd entitas illa in ſe ſit eſſentialiter, & quidditatiuè ad aliud, & hoc vltimo modo eſt inconueniens, quòd omnis creatura ſit ad aliquid, quia tunc nullum ens creatum eſſet formaliter, & quidditatiuè ens abſolutum, primo tamen & ſecundo modo eſſe ad aliquid nullum eſt inconueniens, & ſic patet litera.

Primo perhier. ſect. 2.

Ad aliquid contingit tripliciter.

¶Secundo principaliter arguit probando, quòd talis relatio verè diſtinguatur, quia prædicamenta ſunt primò diuerſa, & ſimpliciter diuerſa entia, q̇a ens ſecundum ſe diuiditur in illa, ergo relatio quæ eſt in prædicamento relationis eſt alia res ab omni creatura, antecedēs eſt manifeſtum ex quinto meta. tex. com. 14. qui ſic incipit, ſm ſe verò (ideſt entia per ſe, vt ly per ſe diſtinguitur contra per accidens,

de

de quo ente per accidens patet ſupra tex. com. 13.) dicuntur eſſe quæcunque ſignificant figuras prędicationis, ideſt genera prędicamentorum per Com. ibidē, ſequitur, quoniam ergo prædicamētorū alia ſignificant quale, alia quantum, alia ad aliquid. &c. hæc ille. Hoc idem patet 2. metaph. tex. com. 13. ſecundum aliam tranſlationem, vbi habetur, illa inquit, quæ differunt ſecundū genus impoſſibile eſt, vt ſint adinuicem, ſed diſtant magis, & non conueniunt, ideſt ſecundum Com. ibidem, illa, quæ differunt in genere non agunt in ſe inuicem, neque ſunt contraria, ſed diſtant ab inuicem, & in rei veritate non ſunt differentia, hæc ille, & ſic patet quomodo prædicamenta ſunt diuerſa.

Prima reſponſio Scoti. Quomodo prædicamenta ſint primo diuerſa.

¶Reſpondet Doct. & dat duas reſponſiones. Prima eſt, ꝙ nō eſt neceſſe omnia prædicamēta eſſe ſimpliciter prima diuerſa, accipiendo prima diuerſa pro reali diſtinctione, quæ eſt inter aliā, & aliam rē, ſed poſſunt dici prima diuerſa formaliter, quia nihil vnius prædicamenti poteſt eſſe de ratione formali, & quidditatiua alterius, nec econtra, & ſic oīs relatio quantumcunque perfectè idem ſubſtantiæ, quātitati, vel qualitati identitas ſupple reali: ſemper tamen formaliter diſtinguitur, ita ꝙ dicit aliam formalitatem, & hæc reſpōſio ſatis placet. Et quod dicit, licet per identitatem in exiſtendo vnum contineat alterum, vult dicere, ꝙ & ſi relatio creaturæ ad Deū, & ipſa creatura in ſuis rationibus formalibus non ſint idem, nec vnum contineat aliud per identitatem formalem, tamen vt actu exiſtunt vnū continet aliud per identitatem, quod debet ſanè intelligi, quia dictum eſt ſupra, quòd illa relatio ſicut dicit propriam formalitatē, ita & propriam exiſtentiam aliam ab exiſtentia fundamenti, tamen vtraq; exiſtentia eſt eadem realiter, quia eſt impoſſibile fundamentum actu exiſtere ſine relatione tali, ſibi inexiſtente in exiſtendo: ergo vnum continet aliud per realem identitatem, quæ fundatur ſuper identitate exiſtentiæ reali, vt ſupra expoſui.

Secunda reſponſio Scoti.

¶Secundò Doct. dat aliam reſponſionē, quæ ſtat in hoc, poſito ꝙ relatio prædicamentalis ſit alia res à prædicamento ſubſtantiæ, quantitatis, & qualitatis; tamen relatio tranſcendens non videtur, ꝙ ſemper ſit alia res à ſuo fundamento, cuiuſmodi eſt relatio creaturæ ad Deum, & hoc probat, quia quod conuenit ēti, antequàm diuidatur in decem genera eſt tranſcendēs, patet quia ſicut ens finitum, ꝙ diuiditur in decē genera, vt patet ab Ariſt. 5. metaph. tex. com. 14. eſt tranſcendens, ita ꝙ conuenit ſibi antequàm intelligatur diuiſum in decē prædicamēta erit tranſcendens, modo relatio creaturę ad Deum, ex quo eſt ſimpliciter communis omni creaturæ, puta ſubſtantiæ qualitati, & quantitati, ſequitur ꝙ erit tranſcendēs. Aduerte tñ, ꝙ Doct. nō vult, ꝙ oīs relatio, quæ realiter identificaẗ fundamento ſit trāſcendēs, nec ſimiliter vult, ꝙ oīs relatio tranſcendēs ſit realiter idē ſuo fundamento. primum patet, quia vna relatio prædicamentalis poteſt per identitatem fundari in alia, vt ſupra expoſitum eſt de ſimilitudine, quæ licet ſit alia à fundamēto, tñ alietas fundatā in ſimilitudinē identificaẗ realiter ſimilitudini, quia tali ſimilitudini repugnat eſſe ſine termino illius alietatis, vt ſupra expoſui. ſecundum patet, quia alietas poteſt eſſe relatio tranſcendens, tamen non quęlibet realiter identificaẗ ſuo fundamento, quia alietas, qua ſubſtantia eſt alia à qualitate, realiter differt à ſubſtantia, quia nō repugnat ſubſtantiæ poſſe eſſe ſine qualitate, & alietas fundata in illa prima alietate identificatur realiter illi primæ alietati, quia ſibi repugnat eſſe ſine termino ſecundæ alietatis fundatæ. Non vult ergo Doct. quòd relatio creaturæ ad Deum ex hoc dicatur eadē creaturæ, quia tranſcendens, ſed dicitur eſſe eadem propter rationem ſuperius factam, videlicet, quia ſibi repugnat eſſe ſine tali relatione. Sed ad euitandum hoc inconueniēs, quia prædicamenta videntur diuerſa, dicit quòd talis relatio non eſt relatio prædicamentalis, & ſic patet reſponſio ad argumenta principalia.

Expoſitio auctoritatis Auguſtini.

NVNC Doct. exponit auctoritatem Aug. adductam pro opin. Henr. quolib. 9. q. 3. Quæ ponitur paulò ante ad reſponſionem quæſt. principalis ibi aliter ponitur, ꝙ iſta relatio angeli ad Deum differt realiter ab eſſentia angeli, ꝙ confirmatur per Aug. 5. de Trin. c. 4. vbi dicit, ꝙ in creatura quicquid non ſm ſubſtātiam dicitur, reſtat vt ſm accidēs dicatur. Et reſpondet Doct. cōcedendo, quòd relationes in creaturis ſunt accidentia loquendo de relationibus creaturarum ad illa, ad quæ non dependēt eſſentialiter, ad quæcunque autem dependet eſſentialiter a. ipſa eius dependentia eſſentialis non eſt ſibi accidēs, hoc eſt non eſt aliud realiter, Hæc litera debet ſanè intelligi. primo, quia non vr̃, ꝙ hoc ſit ſimpliciter verum, ꝙ quando aliquod fundamentum, puta a. eſſentialiter dependet a. b. ꝙ relatio depēdentiæ fundata in a. ſit idem realiter ipſi a. patet, quia multi effectus eſſentialiter dependent à cauſis ſecūdis, & tñ relatio dependentiæ non realiter identificatur, non debet ergo intelligi iſta littera de quacunque depēdentia eſſentiali, ſed debet intelligi de ſpeciali depēdentia, qua videlicet aliquid eſſentialiter dependet ad aliud, ita ꝙ ſimpliciter eſt impoſſibile, & repugnat ipſum poſſe eſſe pro quocunque inſtanti ſine illo, à quo ſic dependet, & talis dependentia eſſentialis, loquendo de dependentia cauſati ad cauſam eſt tantum reſpectu cauſæ primę, patet, quia cauſa prima poteſt ſupplere cauſalitatem omnis cauſæ ſecundæ. Eſt etiā alia dependentia eſſentialis, qua aliquid dependet ad aliud non vt ad cauſam, ſed vt ad terminū, ſic quòd eſt ſimpliciter impoſſibile ipſum poſſe eſſe, niſi præciſè ſit ad alium terminū, & hoc modo omnis relatio de neceſſitate depēdet ad terminum; & ſic dependentia, qua talis relatio dependet ad terminum erit realiter eadem tali relationi, quæ tamen realis identitas eſt à cauſa intrinſeca relationis fundantis, vt ſupra expoſui.

Hæc littera debet ſanè intelligi.

Dependentia multiplex.

¶Poteſt etiam eſſe alia depēdentia eſſentialis, qua accidens eſſentialiter dependet ad ſubiectum, ita ꝙ eſt ſimpliciter impoſſibile eſſe tale accidens per aliquod inſtās ſine tali ſubiecto, & ſic depēdentia fundata in tali accidente eſt realiter eadem tali accidenti, & non ex hoc ſolo, quòd accidenti repugnat eſſe ſine ſubiecto, ſed à cauſa intrinſeca illius accidētis, quæ nō eſt nobis naturaliter nota, ſed quodāmodo innoteſcit nobis à poſteriori. per hoc quòd experimur tale accidens ſic de neceſſitate dependere ad tale ſubiectū, quod eſt ſimpliciter impoſſibile ipſum poſſe eſſe ſine tali ſubiecto, nec per conſequens ſine tali dependētia, ideo bene nota litteram Doct. Nota etiam hoc, quod dicit, ꝙ relationes in creaturis ſunt accidentia, loquendo de relationibus creaturarum, ad illa, ad quæ non depēdent eſſentialiter, ſupple fundamenta talium relationum. Nam quando fundamenta non depēdent eſſentialiter (loquendo de depēdentia ſimpliciter neceſſaria) ad terminos, ad quos tales relationes terminantur, ſemper tales relationes in creaturis ſunt accidētia realiter diſtincta à talibus fundamentis. Ad auctoritatem Aug. quòd in rebus creatis illud, quod non ſm ſubſtantiam dicitur, reſtat &c. Dicit, quòd ad hoc, quod ſm accidēs dicatur, duæ requiruntur conditiones: prima, quòd tātum prædicetur in quale, & nō in quid; ſecūda ꝙ illud prædicatū non ſit ſimpliciter immutabile, ſed oportet ꝙ ſit mutabile, non tñ manente fundamēto, iſtæ duæ conditiones integrant rationem

Relationes in creaturis quomodo ſunt accidētia.

Duæ conditiones integrant rationem prædicati per accidens.

nem

nem prædicari per accidens. Et dicit, quòd in illis relationibus, prima cõditio inuenit, patet de paternitate, quæ non prædicatur in quid de Deo, ſed ſecunda conditio deficit ibi, quia paternitas eſt de ſe neceſſe eſſe, hoc tamen habet ab eſſentia diuina, vt patet à Doct. in primo diſt. 2. par. 2. q. 1. in reſpõſione ad vltimum argumentum principale; in creaturis verò, etiam loquẽdo de prædicatis eſſentialibus ſecunda conditio ineſt eis, quia ſunt verè mutabilia: in propoſito autem relatio creaturæ ad Deum eſt prædicatum per accidens, quia habet illas cõditiones. prima quia non prædicatur in quid de numero fundamento, ſecunda quia eſt mutabilis patet; quia fundamentum eius eſt verè mutabile, non tamen eſt accidens amiſibile, quia non poteſt amitti manente fundamento, & ſic patet iſta littera.

Prima quæſtio propoſita eſt quarta in ordine.

IBI ad primam quæſtionem de creatione hic Doct. reſpondet ad illam quæſtionẽ, quæ eſt quarta in ordine, vbi quæritur, an creatio angeli ſit idem angelo, & Doct. tria dicit, & pro clariori intelligentia, exemplum pono de homine creato. Primò homo dicit relationem realem ad ipſum Deum creantem, & illa relatio eſt idem realiter ipſi homini, vt ſupra patuit. Secundò homo poteſt comparari ad non eſſe immediatè præcedens aliqua duratione ipſum eſſe hominis, vt quando homo conſideratur tantum habere eſſe in primo inſtanti, quod eſſe in primo inſtanti immediatè ſequitur ipſum non eſſe, & ſic in homine habente eſſe in primo inſtanti fundatur relatio, quæ terminatur ad non eſſe immediatè præcedẽs: & talis relatio non eſt idem ipſi homini, patet quia tantum fundatur in homine, vt conſideratur habere eſſe in primo inſtanti, & terminatur ad non eſſe immediatè præcedens, ſed patet quod non ſolum homo habet eſſe in primo inſtanti. Sed etiam in inſtantibus ſequentibus; & ſic homo in ſecundo inſtanti, non habet illam relationem ad non eſſe immediatè præcedens. Illa etiam relatio eſt tantum ens rationis, quia relatio, quæ terminatur ad nihil, licet habeat fundamẽtum reale, dicitur reſpectus rationis, vt infra patebit à Doct. in iſto ſecũdo, diſt. 44. ſiue vltima, & per conſequens non identificatur alicui realiter. Tertiò homo poteſt comparari ad non eſſe indiſtinctè, non conſiderando non eſſe mediatè, vel immediatè, & tunc dico duo. Primum, quòd ſi de ratione creaturæ eſt, quòd habeat eſſe poſt nõn eſſe, vt dixit Henr. tunc talis relatio hominis ad non eſſe indiſtinctè præcedens erit eadem cum homine, niſi dicatur, quòd relatio, quæ identificatur cum creatura eſt tantum relatio dependẽtiæ ad aliquod, ſine quo impoſſibile eſt ipſum eſſe; modo relatio hominis ad non eſſe, ſiuè mediatè, ſiuè immediatè præcedens non eſt huiuſmodi: quia homo eſſentialiter non dependet ad non eſſe, & etiã vt ſupra dixi, talis relatio eſt tãtum ens rationis. Secundò dico, quòd ſi poteſt eſſe ab æterno, ita quòd non eſt neceſſe ſimpliciter habere eſſe poſt non eſſe, tunc relatio ipſius ad non eſſe poteſt ſeparari, quia poteſt eſſe ſine termino relationis, quia ſi poteſt eſſe ab æterno, ipſum non eſſe non præcedit eſſe de neceſſitate, & ſic poteſt eſſe homo ſine tali reſpectu, & ex iis patet tota iſta litera. Et ſic poſſunt ſuſtineri duæ opiniones, vna quòd relatio creaturæ, quæ terminatur ad non eſſe indiſtinctè eſt idem fundamẽto, accipiendo idem ſic, quòd eſt impoſſibile fundamẽtum eſſe ſine tali reſpectu, & ſimiliter relatio creaturæ ad Deum creantem eſt ſimpliciter idem. ſecũda opinio eſt, quòd ipſa creatio paſſiua eſt idẽ creaturæ tantum, ſecundum quòd eſt reſpectus ipſius creaturæ ad Deum creantem.

Homo poteſt comparari ad tria.

Quomodo relatio ſit eadem fundamento.

NVNC Doct. ſoluit argumenta facta contra iſtam quæſtionẽ, quæ eſt quarta in ordine, & primò arguit, quòd creatio paſſiua, ſiuè relatio creaturæ ad Deum, quòd idem eſt, non ſit idem realiter ipſi creaturæ, ſiue ipſi angelos, quia ſm Auicen. 5. meta. Equinitas eſt tantum equinitas, nec vna, nec plures, ergo pari ratione angelus eſt tantum angelus, & vt ſic non includit aliquem reſpectum.

Quinto metaph. cap. 1.

¶Reſpondet Doct. quòd Auicẽna loquitur tantum de iis, quæ præciſè per ſe includuntur in quidditate rei, vnde quidditas eſt, id eſt quòd conſiderando equinitatem in illo primo ſigno, in quo tantum quidditas eſt, ſolum prædicata eſſentialia includit, & hoc modo relatio non includitur in tali quidditate, licet in ſecundo ſigno includat prædicata ſecũdi modi vniuiuè, & realiter. & de hoc etiam dictum eſt ſatis in primo diſt. 3. q. 5.

¶Secundò principaliter arguit ſic. Illa relatio diſtinguitur realiter à fundamẽto, quæ deſtruitur fundamento manente, ſed angelus poteſt manere creatione paſſiua non manente; patet quia illa creatio eſt tantum ipſi inſtanti, in quo accipit eſſe. & tamen angelus manet etiam in ſecundo inſtanti.

¶Reſpondetur à Doct. quòd creatio paſſiua, quæ terminatur ad Deũ creantem ſemper manet quandiu angelus manet, vt infra patebit diſt. 2. q. 2. huius, & in quolib. q. 12. ibi oſtenditur, quòd creatio, & conſeruatio ſunt penitus idem ex natura rei, tantum enim differunt ratione, talis ergo creatio paſſiua, vt terminatur ad Deum ſemper manet creatura manente, licet accipiendo reſpectum creationis paſſiuæ vt terminatur ad non eſſe immediatè præcedens, tantum maneat in primo inſtãti creationis, & non in ſecundo, vt ſupra patuit.

Creatio, & conſeruatio non diſtinguntur formaliter, ſed ſunt eiuſdẽ rationis, cũ ſint eiuſdem termini, & eiuſdẽ fundamenti.

¶Tertiò principaliter arguit per argumentũ ducens ad impoſſibile, quia ſi talis creatio eſſet idem realiter angelo, ſequeretur, quòd Deus non poſſet angelum anihilatum eundem reparare, quod eſt manifeſtè falſum, & quòd ſequatur patet, quia non poteſt eandem creationem reparare, quia nec eundem motum numero ſecundum aliquos, quia interruptio prohibet illum eſſe eundem numero.

¶Reſpondetur, quòd conceſſo fortè de motu pp interruptionem, licet in quarto, diſt. 55. videatur ſuſtinere, quòd etiam eundem motum numero anihilatum Deus poſſet reparare, ſed quicquid ſit de motu aliàs pertractabitur, loquendo tamen de creatione paſſiua pro quanto dicit reſpectum ad cauſam eandem numero eadem maternitas poteſt reparari, licet fortè, non poſſit reparari, vt dicit ordinẽ immediatum ad non eſſe, quod autem primo modo poſſit reparari, probat per ſimile, quia fuit in matre Chriſti ad ipſum poſt reſurrectionem, quæ ante fuit. de hac tamen materia an eadem relatio anihilata poſſit reparari, magis patebit in quarto, diſt. 43.

Creatio, & conſeruatio non diſtinguntur realiter, quia identificant realiter creaturam. Creatio paſſiua, & conſeruatio diſtinguntur ab inuicem per accidẽnam conſeruatio eſt cõtinuatio eſſe rei per tẽpus, creatio eſt acquiſitio eſſe rei, per inſtans tẽporis ideo diſtinguũtur per inſtã: & per tempus.

¶Quartò principaliter arguit, & ratio ſtat in hoc ſuppõnẽdo vnum, quòd quodlibet ens aliud à Deo dicitur creatũ, loquẽdo de creatura generali nomine: non autem loquendo de creatura propriè, & ſpecialiter, quia vt ſic nulla ſecunda cauſa concurrit ad eã, vt ſupra patuit in quæſtione ſecunda, hoc præſuppoſito arguitur ſic, ignis generatur ab igne, & per te ignis etiam dĩ creatus, & creatio paſſiua eſt realiter idem quod ignis genitus, ergo creatio paſſiua erit ab igne generante, & ſic ignis genitus erit creatus ab igne generante, quod eſt falſum, quia creatura tantum dicit reſpectum ad Deum creantem.

¶Reſpondet Doct. concedẽdo, quòd ignis genitus dĩ etiam creatus, ſic intelligendo, quòd creatio paſſiua ineſt igni ab igne generante, illa ſ creatione, qua omne aliud à Deo dicitur creari, ſiuè creetur, ſiuè generetur, quæ creatio generali nomine accipitur, ſed vltra non ſequitur, creatio paſſiua ineſt igni genito ab igne generante, ergo talis creatio terminatur ad

igneum

ignem generantem, ſiuè ergo ignis genitus creetur ab igne generante.& patet per ſimile, quia ſimilitudo iucſt parieti à generante album in pariete, ergo talis ſimilitudo terminatur ad generantem album. Sic eſt in propoſito, iſta tamen materia quomodo ignis dicatur genitus ab alio igne, & quòd ſit creatura,& vt ſic tantum dicat reſpectum ad Deum requirit prolixiorem tractatum,& diffusè expoſiui ſuper tertio Doct.diſt.10.vide ibi quæ notaui.

Creatio, & conſeruatio diſtingūtur ab inuicem tantum ratione ſecundùm Ioannè de Baſſolis, & ſecūdum Lycheтum.

¶Quintò, & vltimò arguit Doct. probando, ꝙ creatio ſit alia res à creatura,& arguit ſic, oīs mutatio differt à termino ad quem eſt, creatio eſt mutatio: ergo differt à creatura, ad quā terminatur, probatur maior, Tum quia mutatio præcedit terminū patet, quia eſt via in terminum, ſicut etiā dicimus, ꝙ generatio dicitur naturalis, quia eſt via in formā, de qua prædicatur natura, vt patet 2.phyſic.t.cō.14. Tum etiā quia mutatio eſt in genere paſſionis, quia & motus ſm Com.5.phyſic.c.9.10. vnde in com.9. ſic dicit. Dixerunt quidam, ꝙ motus præcisè eſt in prædicamento paſſionis, & ꝙ Ariſt. attribuit illum iſtis prædicamentis, videlicet prædicamento quantitatis, qualitatis, & vbi. & infra circa finem commenti dicit ſic commentator, motus igitur habet duplicem conſiderationem, quoniam ſecundum ſuam naturā eſt in genere eius, ad quòd eſt motus. ſecundum autem formam, ideſt ſecundum quòd tranſmutatio coniuncta cum tempore eſt in prædicamento paſſionis, hæc ille. hæc idem in comm.10. & 18. Si ergo mutatio eſt in genere paſſionis, quia, & motus ſequitur, quòd forma ad quam eſt mutatio, vel motus non eſt de genere paſſionis, vt patet ex quinto phyſicorum. vbi ſuprà. ergo ſicut motus differt à termino ad quem eſt, ita & mutatio quælibet differt à termino ad quem eſt, & ſic patet maioris probatio. minor probatur, videlicet, quòd creatio ſit mutatio, quia noua relatio non aduenit alicui ſine mutatione alterius extremi, ſicut etiam patet ab Ariſt. qui ponit, quòd nō eſt poſſibile aliquid aliter ſe habere ad alterum, niſi aliter ſe habeat ad ſe, vt ſupra expoſui. modo per creationem eſt noua relatio creaturæ ad Deū, quia aliquid nouum dicitur de creatore: & non niſi propter nouam relationem in eo primo, ad quod dicitur vt ſupra patuit in 1. diſt.30. ergo ipſa creatio differt à creatura.

De terminis & reſpectibus immutabilibus.

¶Reſpondetur à Docto. & primò præmittit aliqua, deinde declarat intentum, quomodo creatio non ſit propriè mutatio, & vt clarius iſta litera intelligatur, expono illam de propoſitione in propoſitionem. ibi, dico quòd in mutatione naturali, vbi eſt materia,& forma,& agens,& compoſitū ex materia, & forma, quia propriè mutatio terminatur ad verè genitum. & generatio eſt ad ſubſtantiam, vt patet quinto phyſic. dicit ergo Doctor, quòd in tali mutatione naturali ſunt multi reſpectus, ſcilicet reſpectus agentis ad compoſitū productum,& econuerſo. reſpectus materiæ ad formam.ſ.temporis,& econuerſo, & reſpectu materiæ ad formam dicitur reſpectus informati ad formam informantem, ſiuè reſpectus perfectibilis ad formam perficientem. reſpectus verò formæ partis ad materiam dicitur reſpectus formæ informantis, ſiuè perficientis ad materiam. ſequitur, ꝙ vtriuſque reſpectus ad totum,& econuerſo, ideſt quòd materia,& forma habēt reſpectum ad totum compoſitum, & eſt reſpectus cauſæ intrinſecæ ad cauſatum intrinſecè, & econuerſo, reſpectus totius ad materiam,& formā. & reſpectus cauſæ intrinſecæ ad materiam, & formam, quæ ſunt cauſæ intrinſecæ, ſiue reſpectus materię & formæ ad totum. dicitur reſpectus partium componentium ad totum compoſitum. & ecōuerſo dicitur reſpectus cōpoſiti ad partes componentes ſequitur, & reſpectus compoſiti, & formæ præſentis ad oppoſitum præcedens, ideſt quòd compoſitum producitur de non eſſe ad eſſe, & ſic dicitur reſpectus eſſe compoſiti ad non eſſe compoſiti, & ſimiliter reſpectus formæ præſentis ad oppoſitum, eſt reſpectus ipſius formæ partis ad non eſſe præcedens, licet iſti duo reſpectus vltimi dicantur magis reſpectus rationis, quia terminantur ad non ens, vt dixi ſupra, ſequitur. & non ſolum iſta abſoluta, ſ. cōpoſitum,& forma, præceſſerunt ſua oppoſita.ſ.non eſſe compoſiti, & nō eſſe formæ, ſed etiam illos reſpectus materiæ ad formam,& ecōuerſo. & formę ad compoſitum, & econuerſo præceſſerunt oppoſita ſua, patet de reſpectu materiæ ad formam, qui eſt informati ad formam informantem, quia prius nō informabatur, puta forma ignis, & nunc informatur. & ſic materia habet reſpectum informati ad non eſſe informatum præcedens. & ſimiliter patet de forma, quia reſpectum formæ informantis ad materiam informatā præcedit alius reſpectus, qui eſt ad oppoſitum, videlicet ipſius formæ informātis ad non informare, quod eſt oppoſitum præcedens. & ſimiliter reſpectum formæ ad compoſitū, qui eſt partis componentis ad compoſitum præcedit alius reſpectus, videlicet eſſe ipſius formę ad nō eſſe immediatè præcedens, & ſimiliter reſpectum compoſiti ad partes componētes præcedit alius reſpectus.ſ. reſpectus eſſe compoſiti ad non eſſe ipſius compoſiti immediatè præcedens, ſequitur. & ideo poteſt eſſe reſpectus omnium iſtorum reſpectuum ad oppoſita ſua, ideſt quòd omnes reſpectus ſupradictos procedunt reſpectus ad oppoſitā, vt expoſui prius. Sequitur nec hoc tantum, ſed etiam omnes iſti reſpectus ſunt ab agente, patet quia reſpectus materiæ informatæ eſt ab agente inducente formā in materiam. & reſpectus formæ informātis, eſt ab agente ex hoc, quòd inducit talem formam in materiam, & ſimiliter reſpectus materiæ, & formæ ad totum compoſitum eſt ab agente, quia nunquàm materia poſſet cauſare intrinſecè, niſi prius agēs incipiat cauſare, vt ſupra patuit à Doct. in primo diſtin.2.par.1. q.1. & diſt.8.q.1. prius enim materia mouetur, quàm ipſa cauſet intrinſecè; ideſt quòd prius recipit formam partis ab agente, quàm dicatur cauſa intrinſeca cōpoſiti, & ſic patet quomodo talis reſpectus eſt ab agente, tam materiæ, quàm formæ reſpectu compoſiti. & ſimiliter reſpectus compoſiti ad partes componentes eſt ab agente, quia compoſitum habet eſſe per agens ex hoc, quòd inducit formam in materiam,& ſic forma,& materia dicuntur cauſare intrinſecè, & ſimiliter omnes reſpectus ad oppoſita ſunt ab agente, patet, quia reſpectus materiæ informatæ ad non eſſe præcedens, & reſpectus formæ informantis ad non eſſe præcedens eſt ab agente, qui nunc inducit formam in materia, quæ prius non erat inducta, & ſic de alijs. Sequitur, & ideo poteſt eſſe reſpectus iſtorum reſpectuum ad agens, nam reſpectus materiæ informatę includit reſpectum ad agens inducens formam, & non debet hic intelligi, quòd iſti reſpectus ſint formaliter ad agens tanquam ad terminum, quia tunc idem reſpectus poſſet habere duos terminos, quod eſt falſum, ſed dicuntur reſpectus ad agens, ex hoc, quòd omnes iſti reſpectus includunt reſpectum ad agens, ita quòd reſpectus formæ informantis includit reſpectum ipſius formæ inductæ ad agens inducens, & ſic de alijs. Sequitur, ita ꝙ de iſtis multis reſpectibus, accipiendo illos, qui ſunt ad propoſitum, materia habet reſpectum ad formam, ſicut perfectibile, & illud quod perficitur ad perfectionem, & iſta coæua ſunt exiſtentiæ compoſiti, ideſt ꝙ quamdiu compoſitum exiſtit, tam diu materia perfi-

Expoſitio litteræ.

5.phyſ. contex.7.

Compoſitum quomodo producatur.

Nota & benè.

Compoſitū à quo habet eſſe.

Quomodo materiam habeat reſpectum ad formam.

perficitur à forma, & econtra. forma perficit materiam, & in illo inſtanti, in quo forma non perficit materiam, deſinit eſſe compoſitum. Sequitur. iſte etiam reſpectus, ſcilicet perfecti ad perfectionem, eſt ab agente effectiua inducente formam,'id eſt quòd iſte reſpectus conſequitur formã pro quãto ipſa forma inducitur ab agente in materiam. Sequitur, ita quòd in reſpectu iſto, qui eſt materiæ ad formam, vt receptiuæ ad perfectionẽ eſt reſpectus paſſiui ad agens: nam materiam pati formaliter eſt recipere formam, & pati ab agente, eſt ipſam recipere ab agente. Sequitur. iſte etiam reſpectus ſuccedit ſuo oppoſito, quia materia non prius fuit formata, vt ſupra expoſui. Sequitur, iſtos tres reſpectus videt dicere mutatio paſſiua, qua aliquid mutatur ſcilicet reſpectum materiæ ad formam, vt receptiui ad perfectionem, & reſpectum paſſiui, ſiue producti ad agens. & reſpectum poſterioris ad oppoſitũ præcedens, & addit quòd primus reſpectus, ſcilicet receptiui ad formam receptam. & tertius reſpectus, ſcilicet eſſe poſterioris ad nõ eſſe prius immediatè præcedens, videntur vniuerſaliter concurrere ad mutationem abſolutè non comparando eã ad agens, patet, quia mutari ex quinto phyſicorum eſt aliquid aliter ſe habere nunc, quàm prius, & ſic materia mutatur propriè, quia nunc recipit aliquã formam, quàm prius non habebat. Et ſi addatur, quòd mutari eſt aliquid aliter ſe habere nũc, quàm prius ab aliquo mutante, tunc eſt tertius reſpectus, qui in ordine eſt ſecundus, qui ſcilicet eſt reſpectus paſſiui ad agens. Sequitur, ad propoſitum ergo poteſt dici. Hic Doctor applicat quæ ſupra dixit, & oſtendit quomodo mutatio propriè non eſt eadem formæ, nec materiæ, quia tunc ſemper maneret, dũ manet compoſitum, nam ſi eſſet eadem formæ, tũc ſequeretur, ꝙ manente forma ſemper talis mutatio maneret, quod eſt falſum, patet quia forma manet in materia in eſſe quieto. Et ſimiliter ſi eſſet eadem materiæ quandiu maneret materia ipſa maneret, ꝙ eſt falſum, quia materia non tantum præcedit mutationem, ſed remanet ſub forma in eſſe quieto, & vt ſic manẽs non dicitur mutari, & quandiu compoſitum manet tamdiu materia, & forma non dicunt mutari, quia vt ſic manet ſub eſſe quieto. Sequitur, ſed eſt ordo materiæ ad formam, vt nouus, ideſt immediatus ad talem ordinem, ideſt quòd talis reſpectus materiæ ad formam, qui dicitur nouus, ſecundum quem materia dicitur mutari, ex hoc dicitur mutari, quia eſt immediatus ad talem ordinẽ, quia iſte reſpectus mutationis habet reſpectum ad non eſſe immediatè præcedens, & ſic talis mutatio erit tantum in primo inſtanti, in quo materia nunc eſt ſub vna forma, ſub qua prius non fuit. Sequitur, & neuter iſtorum ordinum eſt dependentia eſſentialis ad aliquid, ad quod dependeat habẽs illum ordinem, & ideo neuter eſt idem abſoluto. vult dicere, quòd reſpectus materiæ, vt receptiuæ ad formam receptam, & econtra, & ſimiliter reſpectus receptiui ad non eſſe præcedens, & ſimiliter reſpectus formæ informantis ad non eſſe præcedens non ſunt idem, neque materiæ, neque formæ, patet de reſpectu receptiui ad formã: quia non repugnat receptiuo poſſe eſſe ſine tali forma, vt termino, ſimiliter reſpectus formæ perficientis non eſt idem tali formæ, quia non repugnat formæ poſſe eſſe ſine tali receptiuo, & ideo nec materia ſic eſſentialiter dependet à forma, quin per diuinã potentiam poſſit eſſe ſine omni forma, vt infra patebit in iſto ſecundo, diſt. 12. q. 2. nec forma ſic depẽdet à materia, quin poſſit eſſe ſine omni materia, vt infra patebit loco vbi ſupra. Et ſimiliter patet de reſpectu ad non eſſe immediatè præcedens, qui nõ eſt idẽ realiter nec formæ, nec materiæ,'patet, quia ille reſpectus, qui eſt ad eſſe informati ad non eſſe informatum immediatè præcedens ineſt materiæ tantum pro primo inſtãti, in quo recipit formam, modo materia poteſt manere pro tempore ſub forma, in quo non erit talis reſpectus, hoc idem dico de reſpectu formæ ad non eſſe immediatè præcedens, quia ille reſpectus tantum habet eſſe pro primo inſtanti, in quo forma eſt in materia, & tamen poſt illud inſtans adhuc forma manet in materia, & ſic patet littera Doctoris. Sequitur. Sic ergo conceditur maior huius rationis, videlicet, quòd mutatio differt à termino, & quomodo differat parum, ſupra expoſitum eſt. Sequitur. Et ad minorem dico. Hic Doctor intendit oſtendere quomodo creatio non eſt mutatio, quia quãdo aliqua productio eſt mutatio propriè ſumpta ſemper includit aliquid, ꝙ verè mutetur, ſicut dicimus, quòd generatio in creaturis eſt mutatio, quia quando compoſitum generatur aliqua pars compoſiti verè mutatur, quia materia tranſit de non eſſe talis formæ ad ipſam formam, quàm recipit, ſed ſi totum compoſitum ſimul produceretur, ita ꝙ nihil illius compoſiti præcederet, ſed ꝙ totum ſimul produceretur tam cathegorematicè, quàm ſincathegorematicè, nulla eſſet ibi mutatio, quia nulla eſſet ibi pars, quæ trãſiret de priuatione formæ ad formam, ſed in eodem inſtanti, in quo haberet eſſe eſſet ſub forma. Dicit ergo Doct. quòd creatio propriè ſumpta non eſt mutatio, quia eſt productio totius creati in eſſe non præſuppoſita aliqua parte eius, Ita quòd licet creatum habeat duas partes, quarum altera naturaliter poſſit præcedere alteram, & eam recipere, tamen vt totũ creatur primus terminus creationis non eſt aliqua pars, ſed totale eſſe, & ſic patet, quòd creatio non eſt mutatio propriè ſumpta. Sequitur, Si autem mutatio dicatur noua actuatio: Doctor dicit tres concluſiones breues. Prima, ꝙ mutatio præſupponit aliquod potentiale prius habere eſſe in ſe, quod tranſeat de priuatione ad actũ, & eius mutatio nullo modo eſt creatio. Secunda, quòd ſit aliquod potentiale, quod nullo modo prçcedat actum, ſed eodem inſtanti, quo habet eſſe eſt ſub actu, vt ſi nunc crearetur homo quantum ad corpus, & animam, ibi poſſet eſſe mutatio, accipiendo mutationem pro actuatione, quia tunc tale corpus in eodem inſtanti, quo habet eſſe actuatur, ſiue perficitur ab anima, & hoc modo creatio poteſt dici mutatio. Tertia, quòd quando creatur aliquod ſimplex non habens partem, & partem cuiuſmodi eſt angelus, tunc creatio ipſius non eſt mutatio nec primo, nec ſecundo modo, & hoc eſt quod dicit. Sequitur. Et videtur, quòd in diffinitione mutationis illud aliter ſe habere nunc, quàm prius non oportet, quòd accipiatur poſitiuè, quia planum eſt ſi non refertur ad ſubiectum, ſed ad terminum à quo; terminus autem à quo mutationis propriè non eſt aliquid poſitiuum, ſed priuatio ſecundum philoſophum quinto phyſic. tex. com. 8. qui textus incipit. Si igitur quod non eſt, dicitur multipliciter vide textum, & hoc eſt magis clarum in textu ſeptimo, qui ſic incipit,'quoniam autẽ omnis mutatio in a. quodam, &c. Dicit ergo Doct. ꝙ accipiendo mutationem propriè, cuius terminus à quo eſt priuatio, quòd nulla creatio eſt mutatio. Et addit Doct. quòd licet creatio paſſio ſit idẽ realiter creaturæ, prout dicit reſpectum ad Deum, creantem, vt vero dicit reſpectum ad non eſſe immediatè præcedens, non eſt idem realiter cum fundamento, ſi talis reſpectus tantum ſit in primo inſtanti, & ſic finis huius quæſtionis.

Quinto phyſic. contex. 7. & 12 meta. contex. 38. & 63.

Quomodo mutatio propriè non eſt eadem forma, nec materia.

Mutatio quem differat à termino.

Creatio propriè ſumpta non eſt mutatio.

Quomodo creatio non ſit mutatio.

Quomodo creatio poſſit dici mutatio.

Quomodo nulla creatio ſit mutatio propriè.

Quæſtio

Quæſtio Sexta. Diſt. I.

Vtrum Angelus, & anima differant ſpecie.

Seraphicus Bonauentura 2. ſent. diſt. 1. q. 1. artic. 3.
Scotus 2. ſent. diſt. 1. q. 6.
D. Thomas prima parte ſummæ. q. 58. artic. 3.
Franciſcus de Mayronis 2. ſent. diſt. 3. q. 1.

Quæſtio ſexta. SEXTO, & vltimo circa hanc diſtinctionem quæritur, vtrum angelus, & anima differant ſpecie.

¶ Ibi. Contra, quanto forma creata eſt nobilior, tanto diſtinguitur in plures gradus nobilitatis, & hic non attenditur maior, & minor nobilitas penes gradus perfectionales, conſequentes naturam indiuidui eo modo, quo dicimus, quòd albedo, vt octo eſt nobilior albedine, vt quatuor. Sed attenditur penes gradus perfectionales ſpecificos, qui nati ſunt conſtituere aliam, & aliam ſpeciem, nam alius, & alius gradus perfectionalis, & ſpecificus de neceſſitate conſtituit aliam, & aliam ſpeciem, & in hoc gradus ſpecifici differunt à gradibus perfectionalibus conſequentibus naturam indiuidui, quia plures gradus perfectionales poſſunt eſſe formaliter in vno indiuiduo, patet de albedine intenſa vt octo. Sed plures gradus ſpecifici non poſſunt eſſe in eadem ſpecie. Et notanter dixi de gradibus conſequentibus naturam indiuidui, quia hæcheitates poſſunt etiam eſſe gradus perfectionales aduenientes naturæ, & perficientes eam, vt patet à Doctore in primo, diſtinctione prima, quæſtio. ſecunda. *Gradus ſpecificus eſt indiuidualis.* Et de iſtis loquendo alius, & alius gradus de neceſſitate conſtituit aliud, & aliud indiuiduum: in propoſito ergo intendit tantum de gradibus ſpecificis, & vult, quòd quanto forma creata eſt nobilior tãto diſtinguitur in plures gradus nobilitatis ſpecificos, & accipitur hic forma creata pro forma generica, quæ quanto eſt nobilior, tanto ſub ea plures continentur ſpecies, ſicut patet, quia forma mixti generica in plures diuiditur ſpecies, quàm forma elementaris generica, & ſimiliter forma generica animati in plures diuiditur ſpecies, quàm forma generica inanimati. Cum ergo forma generica intellectiua ſit valde nobilior non intellectiua, plures ſpecies ſub ea continebuntur, quàm ſub non intellectiua, & per conſequens, ſequitur, quòd anima, & angelus differant ſpecie. Et credo hanc rationem eſſe veram, *Ratio Diui Thomæ vera.* quàm etiam Thomas facit contra Gentil. in libro ſecundo, licet per hanc intendat concludere, quòd quilibet angelus faciat vnam ſpeciem; quia aliter videretur, quòd eſſent angeli in maximo numero, ſi plures eſſent in eadem ſpecie, quia tunc oporteret, quòd numerus ſpecierum angelorum excederet numerum ſpecierum animalium, & cum hoc angeli in indiuiduo excederent numerum omnium animalium, quod non videtur concedendum. Sed ſi ſit tantum vnus angelus in vna ſpecie non videtur numerus angelorum eſſe ita magnus, ſed quicquid ſit non eſt præſentis ſpeculationis, quia concluſio iſtius quæſtionis eſt certa ſaltem arguendo à poſteriori, videlicet, quòd anima, & angelus differãt ſpecie, quia formæ einſdem rationis, ſiuè eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ habent eandem rationem perficiendi, & non perficiendi; ſed anima naturaliter eſt perfectiua corporis organici, vt forma ſaltem informans, angelus verò nullo modo perficit materiam, vt ſubtiliter deducit Doctor in nona quęſtione quolibetorum. ſunt enim omnino extra materiam, vt patet per Ariſt. duodecimo metaphyſicorum. tex. comm. 30. ſecundum aliam translationem. Oportet, inquit, vt iſtæ ſubſtantiæ ſint exiſtentes extra materiam, cum neceſſe eſt vt ſint ęternæ. Si etiam aliud fuerit ęternum actio eſt, & ibi Commẽtator. 1. & quia iſtæ ſubſtantiæ ſunt mouentes ſine aliqua potentia, neceſſe eſt vt ſint ſine omni materia, cum neceſſe eſt, vt ſint ęternæ, omne enim ęternum eſt actio pura, & omne quod eſt actio pura non habet potentiam, hæc ille.

¶ Ibi. Sed quid ſit prima ratio huius diſtinctionis ſpecificæ. *Bonauentura in ſecundo, diſt. 1.* Hic recitatur opinio Bonauenturæ libro ſecundo, & diſt. prima. Qui vult, quòd anima intellectiua per hoc diſtinguitur ſpecie ab angelo, quia eſt vnibilis ad materiam: & angelus non eſt vnibilis, ita quòd vnibilitas, & non vnibilitas eſt ratio diſtinguendi ſpecie.

¶ Hic Doctor hanc opinionem improbat ex hoc, quòd diſtinctio materiæ eſt propter diſtinctionem formæ, & non econtra, ideſt materia ordinatur ad formam, & non econtra. & per conſequens alia: & alia forma aliam, & aliam requirit materiam, & ſic forma in illo priori erit in ſe diſtincta ab alia: ergo non erit diſtincta per poſterius, puta per vnibilitatem ad materiam, loquẽdo ſemper de diſtinctione ſpecifica, & quòd materia ſit propter formam, &c. *Materia eſt propter formam quomodo.* patet per Ariſtotel. ſecundo phyſicorum. tex. commen. vigeſimoſecundo, & vigeſimotertio. vide ibi. Et quòd alia, & alia forma aliam, & aliam requirat materiam, patet, quia membra leonis non differunt à membris cerui, niſi quia anima differt ab anima, vt patet per commen. primo de anima, commento quinquageſimoſecundo, qui ſic ait. *Si igitur ars carpentaria habet propria ſubiecta, & propria inſtrumenta, quibus vtatur, neceſſe eſt, vt ita ſit de anima cum corpore, corpus enim eſt inſtrumentum animæ, & ideo corpora animalium conuenientia ſunt animabus eorum*, hæc ille, & ſic patet, quòd alia, & alia anima aliud, & aliud requirit corpus, & commento quinquageſimotertio ſuper illo textu quinquageſimotertio, ſecundum aliam translationem, videndum enim, quòd quidlibet habet formam, & creaturam propriam, dicit ſic commentator. 1. habet animam propriam, & corpus animalis proprium. Et parum infra, membra enim leonis non differunt à membris cerui niſi propter diuerſitatem cerui ab anima leonis, hæc ille. Ex his ergo patet, quòd cum alia, & alia anima requirat aliud, & aliud corpus organicum prius erit entitas talis in ſe, qua comparetur ad materiam, cui nata eſt ſic, vel ſic vniri, quæ vnibilitas conſequitur talem, & talem formam, & per conſequens non poteſt eſſe ratio diſtinguendi ſpecie.

¶ Ibi, aliter dicitur. Hic recitatur opinio Alexandri de Ales. *Alexan pri. ma ſecunda collat. de ſubſtantia angeli. q. 5. Et D. Tho. parte ſumma. q. 5. ar. 3.* prima ſecundæ collatione de ſubſtantia angeli. quæſt. 5. Qui dicit, quòd gradus intelligendi maior, vel minor in angelo, & anima eſt primum diſtinctiuum vnius ab alio, & ideo loquẽdo de intellectu naturali, hoc eſt relicto ſuis puris naturalibus, angelus per hoc diſtinguitur ſpecie ab anima: quia angelus intelligit ſine diſcurſu, & anima cum diſcurſu.

¶ Ibi. Contra. anima non diſcurrit circa principia, ſed circa concluſiones. Hic Doct. per aliquas rationes ſatis faciles improbat poſitionem Alexandri. primo, quia ſi intelligere cum diſcurſu, & ſine diſcurſu ſunt alterius, & alterius intellectualitatis ſpecie diſtinctæ. Sequitur, quòd in anima erunt duæ intellectualitates ſpecie diſtinctæ, patet quia anima circa principia nõ diſcurrit, & circa concluſiones diſcurrit.

Caietanus prima parte ſumma.q.58 ar 3. arguit contra Scotũ,quomodo in Angelis non reperiatur diſcurſus, dicit enim. ꝙ Scotus ſupponit intellectum Angelicum, & Beatum eſſe paſſiuũ à re viſa in alio,ſed hoc eſt falſum, cum intellectus Angelicus non ſit mobilis ab obiecto extrinſeco. Reſpondetur quòd duplex eſt diſcurſus temporis, & naturæ, Angelus non diſcurrit diſcurſu temporis, ſed natura, intelligit enim hoc per hoc, non autem hoc poſt hoc, & ideo intellectus ſeparatus non eſt mobilis ab obiecto extrinſeco.

¶Ibi. Præterea anima beata in obiecto beatifico nõ diſcurrit,& diſcurrit circa obiectum cognitum naturaliter. Et ſic in beato eſſent duæ intellectualitates ſpecie diſtinctæ.

¶Ibi. Hĩc tertio,per hanc rationem Doc.intendit probare, ꝙ intellectus angeli, & intellectus animæ nõ differant ſpecie, cuius oppoſitum tenet Alexander. Nam Doct.infra præſenti quæſt.videtur tenere, ꝙ & ſi natura angeli,& natura animæ ſpecie differant,potentia tamen intellectiua vnius,& alterius eſt eiuſdem ſpeciei, & ideo hic ſpecialiter arguit contra Alexan. ꝙ iſtæ duæ intellectualitates nõ differant ſpecie, & tota ratio ſtat in hoc, quia ſi ſpecie differunt, ergo viſio beatifica angeli, & viſio beatifica animæ intellectiuæ, quæ eſſentialiter dependẽt ab illis potentijs,ſaltem partialiter differunt ſpecie, quod videtur falſum ; quia omnes ſpecies diuerſæ habent determinatum ordinem ſecundum perfectius & imperfectius, ita ꝙ quodlibet indiuiduum perfectioris ſpeciei excedit quodlibet indiuiduum imperfectioris, quia ſicut ſpecies eſt eſſentialiter perfectior alia, ſequitur, ꝙ cum ipſa dicat totam eſſentiam indiuidui, ꝙ quodlibet indiuiduum perfectioris ſit eſſentialiter perfectius quodlibet imperfectioris,nam ſicut eſt ordo eſſentialis inter ſpecies,ita eſt ordo eſſentialis inter indiuidua alterius, & alterius ſpeciei,vt patere poſſetin 10.metaph tex. comm.27.& tunc vltra,ſi iſtæ viſiones beatificę differunt ſpecie, alterum inconuenientium ſequitur, vel ꝙ quælibet beatitudo cuiuslibet angeli excederet quamlibet beatitudinem cuiuslibet animæ, vel econtra,quorum vtrũque eſt falſum,quia ſe habent ſicut excedentia,& exceſſa in beatitudine. In iſta tamen littera ſunt aliquæ difficultates pertinentes ad materiam beatitudinis, quæ in locis ſuis ſoluentur.

Thomiſtæ coguntur ponere diſcurſum in Angelis, D.Th. in ſecundo ſentẽ.diſt.8. q 5 dicit, ꝙ Angeli cognoſcunt quid homines faciunt per quædam ſigna. & per quoſdã motus, ſed tale cognoſcere non eſt ſine diſcurſu.

¶Ibi. Item quæritur quid intelligitur. Hic Doct. improbat modum dicendi Alexandri de tali diſcurſu,& hoc per arg.diuiſiuũ,quia ſi angelus in cognoſcendo nõ diſcurrit,aut hoc ideo eſt, quia nõ habet potentiam, vt cognitis principijs poſſit cognoſcere concluſiones,ſi non eſſent ſibi prius notę actu vel habitu, & hoc eſt imperfectionis, patet quia perfectio eſt in intellectu noſtro ſupplens imperfectionẽ ꝙ poſſit ex quibuſdam cognitis virtualiter includẽtibus alia illorum aliorum cognitionem acquirere, & ꝙ dicit perfectio ſupplens imperfectionem, hoc dicit pp intellectum diuinum, qui nullo modo cognoſcit vnum ex alio, vt ſupra patuit in prolo.q.pe. & licet cognoſcat quiditates, & multa principia, in quibus virtualiter multę continentur concluſiones, virtute tamen illorum principiorum nihil cognoſcit, ſed ſola eſſentia diuina eſt ſimpliciter ratio cognoſcendi ſe,& quodlibet aliud reſpectu intellectus diuini,vt notat Doct.in primo, di.39.in creatis tamẽ perfectio eſt ſupplens imperfectionẽ cognoſcens a. in quo includitur virtualiter b.poſſe cognoſcere b. virtute ipſius a. aut intelligitur,ꝙ ideo angelus non poteſt diſcurrere, quia omnes concluſiones ſunt ſibi actualiter notæ à principio, & hoc eſt falſum,quia non omnia nouit à principio,aut ideo eſt, quia omnia ſibi ſunt habitualiter nota à principio,puta per ſpecies impreſſas,& hoc nõ ponit differentiam ſpecificam intellectualitatis angeli a nobis,patet,quia etiam anima Chriſti habitualiter omnia nouit, vt habet videri in tertio, diſt.14.

Anima Chriſti omnia habitualiter nouit.

Reſponſio ad quæſtionem.

¶Dico tunc ad quæſtionem. Hic Doctor reſpondendo ad quæſtionem duas concluſiones principales innuere videtur. Prima,quòd diſtinctio ſpecifica accipitur à natura, vt eſt prior potẽtia productiua, ſiuè operatiua.

¶Secunda,ꝙ iſta ſtant ſimul, ꝙ duę naturæ ſpecie diſtinctæ ad inuicem habeant potentias eiuſdem ſpeciei, vel ſaltem non diſtinctas ſpecie. Et prima concluſio prius declaratur,cuius declaratio,& ſi ſit ſatis aperta, tamen pro iunioribus declaro eam de propoſitione in propoſitionem. Ibi, quicquid eſt potens agere,eſt aliquod ens habens actũ primum, & prior eſt ibi ſecundum naturam,ratio actus primi ſecundum ſe,quàm in comparatione ad actum ſecundum, cuius poteſt eſſe principium,ita quòd licet illud, quo tale ens eſt principium actus ſecundi non ſit aliud à natura ſua,non tamen prima entitas ſua eſt natura ſua,vt eſt principium talis actus ſecũdi, ſed natura ſua, vt in ſe eſt hæc. Pro intelligentia huius litteræ nota, quòd actus primus aliquando accipitur pro entitate dante eſſe formaliter alicui, ſicut dicimus, ꝙ anima eſt actus corporis, &c. & de iſto non loquitur hic Doct.aliquando accipitur actus primus pro principio productiuo, ſiuè pro potentia productiua, ſiuè actiua, quæ potentia adhuc eſt duplex, ſcilicet abſolutè ſumpta, de qua Ariſt.loquitur 5.metaph.t.c.27. Et 9.metaphiſic.tex. comm. ſecundi. & aliquando accipitur pro potẽtia propinqua,quę includit omnia neceſſaria ad actionem, & excludit omnia impedimenta,de qua Ariſtot.loquitur 9.metaph.c.4.t.com.10. quoniam inquit aliquid poſſibile, & quando,& quomodo,& quæcunque alia neceſſe eſt adeſſe in diffinitione, & ſubdit, tales potentias ſcilicet irrationales,neceſſe eſt, vt poſſint quando paſſiuum,& actiuum appropinquantur hoc quidem facere, illud verò pati, vide ibi,& Commen.actus ergo primus iſto ſecundo modo accipitur in comparatione ad actum ſecundum, ita ꝙ potentia operandi eſt actus primus, & operatio eſt actus ſecũdus. & de iſto intelligit Doc.

Duplex actus primus, & ſecũdus.

Potentia duplex eſt.

Actus & potentia multipliciter accipiuntur.

¶Nota ſecundò,quòd potentia operandi.ſiuè ratio formalis agendi aliquando nominat potentiam aliquo modo diſtinctam à natura cuius eſt, vt patet de intellectu, & voluntate in anima noſtra,aliquando nominat tantum natura,quia natura vt talis natura eſt ratio formalis agendi, ſicut dicimus, quòd humanitas in ſorte eſt ratio formalis generandi in ipſo ſorte, & vtraque potẽtia dicitur actus primus, Doctor autem hic intendit de principio productiuo aliquo modo diſtincto à natura, cuius eſt ; & quia tale principium eſt poſterius natura,cuius eſt: ſequitur, quòd non erit prima ratio diſtinguendi naturam, ſed natura in ſe eſt, vt eſt talis entitas, eſt diſtincta ab alia : & ſic anima intellectiua, vt talis natura eſt diſtincta a natura angeli, non vt eſt potẽtia intellectiua, vel volitiua, quia licet illæ potentiæ ſint ipſa anima realiter, tamen ſecundum rationem ſunt poſteriores, & aliquo modo ex natura rei diſtinctæ ab ipſa, vt infra patebit in iſto ſecundo, diſtinctio. 26. Si etiam accipitur potentia ſecundo modo pro natura, quæ eſt immediatè tota ratio formalis agendi, adhuc poteſt diſtingui in naturam abſolutè ſumptam, & in naturam ſub illa ratione, qua eſt principium agendi. Primo modo eſt ratio diſtinguendi ſpecificè, & nõ ſecundo modo, quia primo modo conſiderata eſt prior ſeipſa ſecundo modo conſiderata,& vterque ſenſus eſt ad propoſitum Doct. & ex his declaratis ſatis patet littera Doct.pro iſta prima concluſione. Et addit vnum, ꝙ quia a. eſt talis natura, ideo eſt ſic, vel ſic principium operandi, ita ꝙ principium ſic, vel ſic operandi dicitur tale,quia eſt talis naturę,& per cõſequens prior eſt ratio naturæ in ſe, quàm ſit ratio principij,& in tali priori habet vnde ſpecificè diſtinguatur à quolibet alio. Secunda cõcluſio eſt ibi,poteſt etiam addi,licet nõ ſit neceſſarium pro ſolutione quæſtionis, ꝙ intellectualitas angeli inquantum intellectualitas nõ differt ſpecie ab intellectualitate animę inquantum intellectuualitas,vult dicere Doc. quòd

Poſſunt conciliari ſic quatuor viri, nam primæ rationes horum trium Doctorum ſunt à poſteriori, ratio verò Scoti eſt à priori.

Secunda concluſio.

quòd potētia intellectiua angeli, quæ eſt immediatum principium intelligendi, & potentia intellectiua animæ non differunt ſpecie, licet angelus, & anima in ſe differant ſpecie, & iſta littera poteſt habere duplicem ſenſum. Primus, quòd potentia intellectiua ſit aliquo modo diſtincta ab angelo, & anima. Secundus, quòd ipſa anima formaliter, & realiter ſit ipſa potentia intellectiua, & ſimiliter angelus, in primo ſenſu ſic debet accipi, quòd intellectus angeli, & animæ poſſunt eſſe eiuſdem ſpeciei, licet angelus, & anima differant ſpecie, in ſecundo ſenſu ſic debet accipi, quòd angelus, & anima ſub illa ratione, quā ſunt immediatum principium intelligendi non diſtinguātur ſpecie, licet angelus, & anima, vt abſolutè conſiderantur, inquantum ſcilicet ſunt tales, vel tales naturæ, & ſic ſpecie diſtinguantur. Probat modo Doct. quòd tales potentiæ non differant ſpecie, quia potentiæ, quæ ſunt circa obiecta eiuſdem rationis, & determinantur ad obiecta eiuſdem rationis videntur eſſe eiuſdem rationis, ſed potētia intellectiua angeli, & potentia intellectiua animæ ſunt circa obiecta eiuſdem rationis, patet, quia eſt idem obiectum penitus intellectus angeli, & animę loquendo ex natura intellectus, vt ſatis patet à Docto. in primo, diſtin. 3. quæſtio. 3. & in quolib. q. 14. potentiæ enim videntur ſimpliciter diſtingui per hoc, quòd eis aſſignantur diſtincta obiecta, quia ſicut actus diſtinguuntur per obiecta, & potentiæ per actus ſequitur vltimatè, quòd illæ potentiæ, quæ habent idem obiectum ſint eiuſdem rationis. Et in tota iſta littera intendit probare, quòd ſtat aliquas naturas ſpecie diſtingui, quarum potentiæ ſunt eiuſdē ſpeciei, & ſic quamuis anima bouis, & aquilæ differant ſpecie, tamen vis viſiua in vtraque non differt ſpecie. Probat etiam ex hoc, quòd ſicut in eodem ſpecie, & numero indiſtincto poſſunt contineri per identitatem plura ſpecie diſtincta, vt patet in anima intellectiua, in qua cōtinētur per identitatem intellectus, & voluntas, & virtus viſiua, & auditiua, quæ videntur ſpecie diſtingui, ergo ſtat etiam, quòd in aliquibus ſpecie diſtinctis per identitatem aliqua contineātur, quæ nullo modo ſpecie diſtinguantur ab inuicem. Et iſta littera eſt ſatis clara.

Quomodo intellectus angeli, & animæ poſſint eſſe eiuſdem ſpeciei.

Eſt idē obiectum intellectus angeli, & animæ.

Dubia.

Prima difficultas.

SVSTINENDO quæ dicit Doct. in iſta littera nō nulla occurrunt dubia. Primò in hoc, quod dicit, quòd intellectus animæ, & intellectus angeli non videntur ſpecie differre: quia ſunt circa obiectum eiuſdem rationis, ſed ſi hoc eſt verum, ſtatim videtur ſequi contradictio in dictis eius. Supponēdo aliqua dicta Doctoris in diuerſis locis, primū, intellectus, & voluntas, etiam in diuinis ſunt alterius, & alterius rationis, vt patet in primo, diſtinctio. 2. parte 2. quæſt. 2 & diſtin 6. & 13. & in quolibe. quæſt. 2. & alibi. Secundò ſuppono, quod dicit Doctor in primo, diſtinct. 3. quæſt. 3. & in quarto, diſt. 49. quòd intellectus, & voluntas habent idem obiectum ſimpliciter ſub eadem ratione formali; & ſunt circa idem obiectum ſub eadem ratione formali. & ſic videtur, quòd intellectus, & voluntas ſint euſdem ſpeciei, & rationis, ſi illa ratio valet de intellectu angeli, & intellectu animæ, qui dicuntur eiuſdem rationis, quia circa obiectum eiuſdem rationis. Ex iſta etiam littera videtur ſequi, quòd fruitio in via, & in patria ſint penitus eiuſdem rationis, quia ſimpliciter ſunt circa idem obiectum ſub eadem ratione cōſideratum, quia circa Deum ſub ratione deitatis, & tamen ipſe vult expreſsè, ꝙ fruitio in patria, & fruitio in via ſpecie differant, vt patet ab ipſo in tertio, diſtinct. 31. & in quarto, diſtinctio. 49. videtur etiam ſequi, quòd cognitio deitatis in via, loquendo de cognitione diſtincta ipſius qualem habuerunt angeli in ſua creatione, vt notat Doct. in ſecundo, diſt. 3. & cognitio in patria non differant ſpecie: quia ſunt circa idem obiectum ſub eadem ratione formali, videlicet circa Deum ſub ratione deitatis, & tamen iſte duæ cognitiones differunt ſpecie, quia vna eſt abſtractiua, & alia intuitiua, & quòd tales differant ſpecie, patet à Doct. in iſto ſecundo, diſt. 25.

Difficultas ſecunda.

¶ Secundò principaliter dubitatur in hoc, quod dicit, quòd intellectus angeli, & intellectus animæ ſunt eiuſdem ſpeciei, licet angelus, & anima differant ſpecie, quia ſi hoc eſt verum, videtur ſibi contradicere, quia in iſta quæſtione reprobando opinionem Alexādri dicit, quòd ſi iſti duo intellectus differrent ſpecie, tunc viſio angeli beatifica, & viſio animæ beatifica differrent ſpecie; quia eſſent immediate à diſtinctis ſpecie ſaltem partialiter. Pariformiter arguo hic præſupponendo propoſitionem Doctor. in prologo. quæſtione penultima, & quæſtione prima quolibetorum, quòd qualis eſt ordo inter aliqua, vbi realiter diſtinguntur, talis eſt, vbi tantum ratione diſtinguntur, modo ſi intellectus angeli, & intellectus animæ eſſent verè cauſati ab angelo, & anima, vt à diſtinctis ſpecie adinuicem ſpecie diſtinguerentur, patet quia ſupra dixit, quòd viſio angeli, & animæ beatifica differrent ſpecie, ſi eſſent ab intellectu angeli, & intellectu animæ, vt à ſpecie diſtinctis, ſequitur ergo, quòd vbi intellectus ſola ratione differt ab angelo, vel anima, quòd ſecundum rationem differrent ſpecie, quia & ſecundum rationem eſſent cauſati à diſtinctis ſpecie, patet quia ab ipſo Doctore ponitur hic, & infra diſtinctione decimaſexta, quòd intellectus eſt perfectio pullulans ſuo modo à natura, cuius eſt intellectus, & vult, quòd anima ex ſua perfectione contineat vnitiuè intellectum, vt ſupra patuit in quæſtione immediatè præcedenti. & infra diſtinctione 16. quæ continentia non tantum dicit rationem materiæ, ſed etiam quandam originationem, vt ibi expoſui.

Quomodo anima contineat intellectum.

¶ Secundò, ſi intellectus angeli, & intellectus animæ ſunt eiuſdem ſpeciei, & ſunt idem realiter ſuis fundamentis, ſtatim videtur ſequi ſimpliciter maior diſtinctio, & eſſentialis diſtinctio inter angelū, & animam, qualis non erit inter perfectiones per realem identitatem in eis contentas, quod non videtur verum, quia, & apud Doctor. quæ realiter diſtinguntur, etiam eſſentialiter diſtinguntur, cum ergo angelus, & eius intellectus ſint penitus vna res realiter, & intellectus animæ, & ipſa anima ſint vna res penitus realiter, ſequitur, quòd inter duas res realiter eſſet diſtinctio eſſentialis, & ſpecifica, & tantum eſſet diſtinctio realis, & numeralis, & nullo modo ſpecifica.

Quæ realiter diſtinguūtur, etiam eſſentialiter diſtinguūtur.

Difficultas tertia.

¶ Tertiò principaliter occurrit dubium in hoc, quòd dicit, quòd in eodem poſſunt contineri per identitatem illam, quorum eſt diſtinctio formalis quaſi ſpecifica; quia ſi hoc eſt verum, ſtatim videtur ſibi contradicere. Supponendo aliqua dicta ipſius. Primum, quòd ideo viſio beatifica angeli, & viſio beatifica animæ non differunt ſpecie; quia partialiter ſunt cauſatæ ab intellectu angeli, & animæ, quæ non differunt ſpecie. Secundò præſuppono illam propoſitionem ſupradictam, videlicet qualis eſt ordo inter aliqua, vbi diſtinguntur realiter, &c. Iſtis præſuppoſitis arguo ſic, ſi a. & b. inter ſe formaliter diſtincta, eſſent verè cauſata a. c. quod tantum eſt vnum, ſpecie eſſent eiuſdem ſpeciei, patet per primam propoſitionem de viſione beatifica, loquendo ſemper de cauſis præciſis, ſiuè totalibus, ſiue partialibus, ergo talem ordinem habebunt, vbi ſunt cauſata tantum ſecundum rationem,

quòd erunt eiuſdem ſpeciei, ſi ergo potētia intellectiua, & ſenſitiua eſſent immediatè cauſatæ ab anima intellectiua, eſſent eiuſdem rationis, ergo & modo vbi tātum ſunt cauſatæ ſecundum rationem. Si dicatur, quòd ſi eſſent realiter diſtinctæ, & verè cauſatæ ab intellectiua, & tamen eſſent ſpecie diſtinctę, quia ab vno ſpecie indiſtincto poſſunt eſſe plura ſpecie diſtincta, ſed ſi hoc eſt verum: tunc argumentum Docto. non concludit, vbi arguit, quòd ſi viſio beatifica angeli, & viſio beatifica animæ eſſent partialiter ab alio, & alio intellectu ſpecie diſtincto de neceſſitate ſpecie diſtinguerentur, & quòd modo ſpecie non diſtinguantur, hoc eſt, quia ſunt ab alio, & alio intellectu tantum numeraliter diſtincto. Si hoc argumentum Doctoris concludit, & argumentum de potentiis ſupradictum concludere videtur.

Quarta difficultas.

¶Quartò principaliter dubitaē in hoc, quod dicit, quòd ſicut in eadem anima includuntur perfectiones intellectiuæ, & ſenſitiuæ, quæ ita ſunt diſtinctæ formaliter, ſicut ſi eſſent duæ res, ita & è cōuerſo poteſt aliquid indiſtinctum formaliter contineri in diſtinctis, nam ſi hoc eſt verum ſtatim ſibi videtur contradicere, quia illa indiſtincta formaliter, quæ ponūtur per identitatem in diſtinctis ſpecie, non poſſent poni cōtineri per identitatem, niſi de neceſſitate naturæ, ſaltem ſecundum rationem originarētur, vt ſupra expoſui in quæſtione immediatè præcedente, & ſi eſſent realiter originatæ, eſſent alterius ſpeciei, quia immediatè eſſent à diſtinctis ſpecie, ergo & modo vbi ſecundum rationem originantur, diſtinguūtur ſpecie, patet conſequentia per illam propoſitionem, qualis eſt ordo, &c. Deinde non videtur ſequi, quòd ſi aliqua ſpecie diſtincta continētur per identitatem in aliquo vno ſpecie indiſtincto, quòd aliqua ſolo numero differentia contineantur in aliquibus per identitatem ſpecie diſtinctis: quia in primo caſu videtur, quòd plura alterius rationis poſſint ſaltem ſecundum rationem cauſari ab vno penitus indiſtincto, vt patet de multis perfectionibus, quæ ſunt ab eſſentia diuina, ſed non ſic ſequitur, quòd à ſpecie diſtinctis poſſint eſſe plura per identitatem ſolo numero differentia.

Reſponſio primæ difficultatis.

RESPONDEO ſingillatim ad omnes difficultates, & primò ad primam, ſuſtinendo, quod intellectus angeli, & intellectus animę ſint eiuſdem ſpeciei, licet anima, & angelus differant ſpecie, quòd inſtantia facta contra non concludit, niſi in iſto caſu, videlicet, quòd ſi identitas obiecti eſſet præciſa cauſa identitatis potentiarum, tunc benè ſequeretur, quòd intellectus, & voluntas, quæ reſpiciunt omnino idem obiectum eſſent eiuſdem ſpeciei, nec ſecundum veritatem, nec ſecundum Doctoris intentionem, hæc eſt præciſa cauſa. Nam

Quomodo ratio Scoti ſit à poſteriori.

Doctor hic arguit quaſi à poſteriori, & per locum extrinſecum, quia communiter potentiæ reſpicientes idem obiectum ſunt eiuſdem rationis, & non loquitur abſolutè, de quibuſcunque potentiis, ſed tantum loquitur de potētiis eiuſdem generis, videlicet cognitiuis, nec de omnibus ſimpliciter cognitiuis: quia de non ſubordinatis, quarum differentia ſumitur aliunde, quàm ab obiectis: nam potentia viſiua, & fantaſia differunt ſpecie, & tamē vtraque poteſt eſſe eiuſdem obiecti etiam ſecundum numerum, vt patet, & ſimiliter intellectus, & fantaſia differunt ſpecie, & tamen intellectus vt intellectus poteſt cognoſcere idem obiectum, & ſub omni ratione, ſub qua cognoſcitur à fantaſia, vt patet à Docto. in primo, diſtin. 3. quæſt. 3. & ſic identitas obiecti non eſt præciſa cauſa identitatis potentiarum, loquendo de quibuſcūque potentiis. Sed ſi habet veritatem hoc erit verum de potentiis, quarum nō ſubordinatur alteri, & quarum vna non præſupponit de neceſſitate actionem alterius, ſicut voluntas præſupponit de neceſſitate actionem intellectus, & ideo ſuſtinendo poſitionem habemus dicere, quòd duæ potentiæ viſiuæ quan ūcumque in diuerſis ſpeciebus erunt eiuſdem ſpeciei, quia tales potentię ſic ſe habent, ꝙ vna non ſubordinatur alteri, nec vna de neceſſitate, vt poſſit agere præſupponit actionē alterius, ideo iudicamus eſſe eiuſdem ſpeciei, quia illę ſunt eiuſdem obiecti, & ſub eadem ratione conſiderati. Et è contrario dicimus, ꝙ potentia viſiua, & potentia auditiua, etiam vt ſunt in eodem ſuppoſito differunt ſpecie, nec tamen vna ſubordinatur alteri, cum ſint diſperatæ, nec vna de neceſſitate, vt poſſit habere operationem propriam, prę ſupponit operationem alterius. Dicimus ergo ipſas ſpecie diſtingui: quia eſt impoſſibile, ꝙ poſſint eſſe eiuſdē obiecti, nec ſub eadem, nec ſub alia ratione conſiderati. intelligitur ergo propoſitio Doct. de potentiis non ſubordinatis, nec quarum vna in operando præſupponat operationem alterius, & quamuis potentiæ diſperatæ differant ſpecie ſuis rationibus formalibus: quia tamen de neceſſitate ſunt diſtinctorum obiectorum, propter talem diſtinctionem arguimus ipſas ſpecie diſtingui, & ſic debet intelligi Ariſt. 2. de anima vbi ſupra. & ſimiliter duæ potētiæ non diſperatæ, nec vna ſubordinata alteri in operā- *2. de Anim. contex. 33.* do, vt duæ potentiæ viſiuæ ſunt eiuſdem ſpeciei ſuis rationibus formalibus, quæ tamē identitas propter obiecti identitatem quaſi à poſteriori cognoſcitur, & ſic debet intelligi Ariſt. vbi ſupra.

Quomodo fruitio in patria, & in via differūt.

¶Et ꝙ dicitur de fruitione in patria, & fruitione in via, ꝙ tunc non differrēt ſpecie cum ſint eiuſdem obiecti. Dico, ꝙ verum eſſet, ſi idem obiectū eſſet eodem modo præſens. Sed alia, & alia præſentia obiecti poteſt cauſare ſaltem partialiter fruitionem alterius, & alterius rationis. Et ſic fruitio in patria, quia eſt ab obiecto in ſe prę ſente, vel ab aliquo perfectè ſupplente vicem obiecti in ſe præſentis differt ſpecie à fruitione in via, quæ reſpicit idem obiectū non in ſe præſens, ſed tantum in aliquo repræſentatiuo, vt puta in aliqua ſpecie intelligibili, vt dicit Doctor de Angelis infra diſtin. 3. q. 10. qui habent Deum præſentem in ratione obiecti intelligibilis per ſpeciem intelligibilem, viatoribus tamen de communi lege ipſe Deus eſt præſens per reuelationem, ſiue per fidem infuſam, ſiue acquiſitam, & ſic fruitio in via, & in patria differūt ſpecie, & hoc modo intelligit Doc. in tertio, di. 31. & in quarto, d. 49.

Quomodo Deus ſit præſens viatoribus.

Dico ſecundo, ꝙ fruitio in patria, & fruitio in via ſunt ſimpliciter cauſatæ à diuerſis ſpecie diſtinctis, ſuſtinendo, ꝙ obiectum, vel cognitio obiecti ſit cauſa ſaltem partialis fruitionis, de quo infra patebit diſt. 25. & tunc fruitio in via tantum partialiter cauſaē à cognitione abſtractiua ipſius Dei, & in patria tūm ab ipſo Deo in ſe præſente, vel à ſupplente, &c. vel fortè à viſione deitatis, & tamen cognitio in via differt ſpecie ab ipſo Deo, vel à ſupplente vicem, & à viſione Dei in ſe.

¶Ad aliud de cognitione intuitiua, & abſtractiua eiuſdem obiecti, patet reſponſio ex his, quæ dixi de fruitione in via, & in patria, nam propter eaſdē cauſas cognitio intuitiua, & abſtractiua obiecti eiuſdem ſpecie differunt.

Reſpōſio ſecundæ difficultatis principalis.

¶Ad ſecundam difficultatem principalem, quæ eſt minoris ponderis. Reſpondeo ſuſtinendo illam opinionem, ꝙ intellectus angeli, & animæ non differunt ſpecie. Et antequam reſpondeam ad inſtantias pro clariori intelligentia aliqua præmitto. Primò, ꝙ hæc propoſitio nō eſt vniuerſaliter vera cauſata à diuerſis ſpecie diſtinctis de neceſſitate differunt

ſunt ſpecie, ſiuè ſint cauſata totaliter, ſiuè partialiter, patet; quia calor cauſatus à ſole, & calor cauſatus ab igne ſunt eiuſdem ſpeciei, & tamen cauſæ differunt ſpecie, & ſimiliter mus cauſatus per propagationem, ſiuè vniuocè, & mus cauſatus per putrefactionem, ſiuè æquiuocè ſunt eiuſdem ſpeciei, & tamen vt ſic de neceſſitate ſunt à cauſis ſpecie diſtinctis, vt clarè patet à Doctore in primo, diſtin. 2. parte 2. quæſt. 2. in reſponſione ad primum argumentum principale. Secundò præmitto, quòd iſta propoſitio non eſt vniuerſaliter vera, cauſata ſiuè partialiter, ſiuè totaliter ab eadem cauſa, & ſub eadem ratione formali, & ſpecifica ſunt eiuſdem ſpeciei, nam patet per inſtantiam: quia idem ſub eadem ratione formali poteſt cauſare immediatè ſpecie diſtincta, & quanto cauſa eſt vniuerſalior, & illimitatior tanto eadem omnino ex natura rei indiſtincta, poteſt plura ſpecie diſtincta cauſare. Tertiò præmitto, quòd ſunt aliquæ entitates, quæ ex rationibus ſuis formalibus ſic ſe habent, quòd ſemper ſpecie differunt à quibuſcunque cauſis cauſentur, ſiuè à cauſis eiuſdem rationis, ſiuè à cauſis alterius rationis, vt patet de mure, ſiuè per propagationem, ſiuè per putrefactionem cauſato, & de veſpa, ſiuè per propagationem, ſiuè per putrefactionem cauſata, & ſimiliter ſunt aliquæ entitates, quæ ex ſuis rationibus formalibus ſic ſunt eiuſdem ſpeciei, quòd quantumcunque à diuerſis ſpecie cauſentur, adhuc erunt eiuſdem ſpeciei, vt patet de mure cauſato ab alio mure, & cauſato à ſole. Quartò præmitto, quòd ſunt aliquæ cauſæ quantumcunque diuerſæ, quæ tantum ſunt natæ cauſare immediatè aliquas perfectiones eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ, vt patet de ſole, & homine; quæ ſunt cauſæ bonitatis entitatiuæ, quæ bonitates tam in homine, quàm in ſole ſunt ſimpliciter eiuſdem ſpeciei, & aliquæ ſunt cauſæ, ſiuè naturæ, quæ quantumcunque indiſtinctæ etiam numero ſunt de neceſſitate cauſæ, vel quaſi cauſæ aliquarum perfectionum ſpecie diſtinctarum, vel ſaltem alterius rationis ſpecificæ, vt patet de anima intellectiua, quæ eſt quaſi cauſa originatiua intellectus, & voluntatis; potentiæ viſiuæ, auditiuæ, &c. quæ de neceſſitate ſunt alterius, & alterius rationis. Quintò præmitto, quòd aliquæ ſunt potentiæ, quæ comparantur ad operationes proprias, quibus operationibus nullum productum correſpondet extra, & aliquæ comparantur ad actiones, quibus producta correſpondent extra. *Exemplum.* Exemplum primi. intellectus reſpectu ſuæ intellectionis. Exemplum ſecundi. potentia calefactiua in igne reſpectu ligni calefactibilis. Potentiæ primo modo ſi non ſunt ſubordinatæ; nec vna in operando præſupponit de neceſſitate operationem alterius, & reſpiciunt idem obiectum ſub eadem ratione conſideratum; ſunt productiuæ operationum eiuſdem rationis; & tales potentiæ, quæ ſic reſpiciunt idem obiectum ſub eadem ratione, & non ſunt ſubordinatæ, &c. ſunt communiter eiuſdem ſpeciei, & ſic intellectus angeli, & intellectus animæ, quia ſunt potentiæ non ſubordinatæ, nec vna in operando de neceſſitate præſupponit alterius operationem, & poſſunt eſſe reſpectu vnius, & eiuſdem obiecti ſimpliciter ſub eadem ratione conſiderati erunt eiuſdem ſpeciei, & operationes earum propriè erunt eiuſdem ſpeciei, quarum operationum identitas, propter duo iudicatur, ſiuè arguitur; videlicet propter identitatem obiecti; & quia ſunt à talibus potentijs merè actiuis, ſiuè operatiuis; (quod dico propter potentias factiuas) quæ ſic ſe habent, quòd nec vna ſubordinatur alteri, nec operatio vnius præſupponit de neceſſitate operationem alterius. Sed ſi tales operationes eſſent à potentijs ſpecie diſtinctis de neceſſitate eſſent ſpecie diſtinctæ, vt patet de actu intellectus, & actu voluntatis, etiam circa omnino idem obiectum, & ſimiliter patet de actu potentiæ viſiuæ, & de actu fantaſiæ etiam reſpectu eiuſdem obiecti ſub eadem ratione conſiderati, & ſi potentia viſiua, & auditiua, quæ ſunt potentiæ diſparatæ, poſſint operari circa idem obiectum, adhuc tales operationes eſſent ſpecie diſtinctæ, quia communiter hæc eſt vera, operationes propriæ, quæ ſunt à potentiis operatiuis ſpecie diſtinctis ſpecie diſtinguntur, & quæ ſunt à potentiis operatiuis indiſtinctis ſpecie ſunt eiuſdem ſpeciei, pro quanto dependent ab illis potentijs. (Quod dico propter obiecta diſtincta ſpecie, quia quando tales operationes eliciuntur à potentiis ſpecie indiſtinctis partialiter, & ab obiectis ſpecie diſtinctis partialiter ex parte obiectorum habent diſtinctionem ſpecificam, & ex parte potentiarum habẽt identitatem ſpecificam ſaltem ſecundum quid.) Et hoc arguimus à poſteriori, & ab experimento. Sed quare à potentiis operatiuis tantum, ſi ſpecie diſtinguntur, & operationes earum ſpecie diſtinguntur, & ſi ſpecie non diſtinguntur, nec ſimiliter operationes. Et tamen à diuerſis naturis ſpecie diſtinctis poſſunt eſſe producta eiuſdem ſpeciei, & ab eadem natura numero poſſunt eſſe plura producta ſpecie diſtincta, nulla cauſa aſſignari poteſt, niſi quia ſunt tales entitates. Sicut etiam Doctor dicit, quòd aliquæ formæ imperfectiores ſunt actiuæ, vt elementares, & aliquæ perfectiores non ſunt actiuæ, vt aliquæ formæ mixti, vt patet de mixtis inanimatis, & ſimiliter ſunt aliquæ formæ perfectæ, quæ ſunt generatiuæ, vt patet de homine, & aliquæ multo perfectiores, quę nullo modo poſſunt generare ſibi ſimile in natura, vt patet de intelligentiis, nulla à nobis poteſt ſignari cauſa, niſi quia ſunt tales, & tales entitates, vt notat Doct. in primo, diſtin. 7. reſpondendo ad ſecundum argumentum principale, ſic dico in propoſito de potentiis operatiuis, & naturis productiuis.

Quæ ſint formæ imperfectiores, & perfectiores.

§ His præmiſſis patet facilis ſolutio ad inſtantias. Et dico breuiter concedendo propoſitionem Doctoris ſancti. Qualis eſt ordo inter aliqua diſtincta realiter, &c. ꝙ ſi intellectus animæ, & intellectus angeli eſſent realiter diſtincti, vere eſſent realiter cauſati, & modo vbi ſunt ſola ratione diſtincti ſunt ſecundum rationem cauſati, & cum infertur, ſi eſſent realiter cauſati, eſſent alterius, & alterius ſpeciei, negatur. Et cum probatur per hoc, quòd eſſent à naturis ſpecie diſtinctis. Dico, vt ſupra, ꝙ hæc non eſt præciſa cauſa, quòd ſpecie diſtinguantur, ſi ſunt à diſtinctis ſpecie, quia & à ſpecie diſtinctis poſſunt eſſe aliqua eiuſdem ſpeciei, vt dixi de mure, &c. eſſent ergo intellectus, & intellectus eiuſdem ſpeciei, quia ſunt a tali, & tali natura, quæ non ſunt natæ producere huiuſmodi perfectiones, vt ſpecie diſtinctas. Et cum vltra infertur de viſione beatifica angeli, & de viſione beatifica animæ; quòd ſi eſſent à potentiis ſpecie diſtinctis ſpecie diſtinguerentur: ergo hoc idem erit in propoſito. Dico, quòd illa non eſt præciſa cauſa, ꝙ ſpecie diſtinguantur, quia plura eiuſdem ſpeciei poſſunt eſſe à diuerſis non tantum ſpecie, ſed etiam genere diſtinctis, vt ſupra patuit de mure ab alio mure cauſato, & de mure cauſato à ſole, & aliqua ſpecie diuerſa poſſunt eſſe ab eadem cauſa etiam numero: cauſa ergo quare huiuſmodi viſiones ſpecie diſtinguerentur, nulla alia aſſignari poteſt; niſi quia ſunt à talibus potentiis operatiuis, quæ vt ſpecie diſtinguntur, non ſunt natæ habere operationes proprias, niſi vt ſpecie diſtinctas.

Et cõcedo; ꝙ ſi huiuſmodi operationes, quæ vt realiter diſtinctæ à potentijs ab inuicẽ ſpecie differunt, ſi tantum ratione differrent ab illis potentiis, adhuc ſecundũm rationem eſſent cauſatæ vt ſpecie diſtinctæ, ſicut etiam intellectus angeli, & intellectus animæ, ſi eſſent realiter diſtincti ab angelo, & anima eſſent ſimpliciter cauſati, vt idẽ ſpecie propter cauſam ſuperius dictam, & vbi ſola ratione differunt, ſunt ſecundum rationem cauſati vt idem ſpecie, & ſic patet ſolutio ad iſtam difficultatem, & ad omnes inſtantias, quas bene nota.

Ad tertiam difficultatẽ. ¶ Ad tertiam difficultatem patet reſpõſio ex his, quæ dixi ad ſecundam difficultatem principalem. Concedo enim propoſitionem Doct. qualis eſt ordo, &c. Concedo etiam, ꝙ ſi viſio beatifica animæ, & angeli eſſent à potentiis ſpecificè diſtinctis, quòd diſtinguerentur ſpecie, non quia vt ſunt præciſè à cauſis diſtinctis ſpecie, ſed quia ſunt à talibus potẽtiis operatiuis, quæ vt ſpecie diſtinctæ natæ ſunt tantum habẽre operationes ſpecie diſtinctas. Et concedo, ꝙ a. & b. quæ ſunt a. c. diſtinguntur ſpecie, & ſi eſſent realiter diſtincta a. c. eſſent realiter cauſata a. c. vt ſpecie diſtincta, & modo vbi tantum ratione diſtinguntur; concedo, quòd ſecundum rationẽ ſunt cauſata, vt ſpecie diſtincta. Et cum arguitur per locum ab oppoſitis, quòd quæ ſunt cauſata è ſpecie diſtinctis ſpecie diſtinguntur, ergo quæ ſunt cauſata à cauſa eadem ſpecie ſunt idem ſpecie. dico quòd *Locus ab oppoſitis tenet in cauſis præciſis.* locus ab oppoſitis in propoſito tenet in cauſis præciſis, vt patet primo poſteriorum de cauſa reſpirationis, &c. Sed hic non arguitur à cauſis præciſis, quia diſtinctio cauſarum ſpecifica nõ eſt cauſa præciſa, quare aliqui effectus ſpecie diſtinguantur, patet quia cauſa eiuſdem ſpeciei, immo eadem numero eſt cauſatiua plurium ſpecie diſtinctorum; vt patet per experimentum; nec ſimiliter idẽtitas ſpecifica cauſæ eſt præciſa cauſa, quare plures effectus ſunt eiuſdem ſpeciei, quia effectus eiuſdem ſpeciei poſſunt eſſe à cauſis ſpecie diſtinctis, vt ſupra dixi. Ex quo ergo nõ arguitur à cauſis præciſis: ideo nõ ſequitur, quòd ſi a. & b. ſunt a. c. non diſtinguntur ſpecie. Sed quare a. & b. ſic producuntur vt ſic ſpecie diſtincta, & d. & e. vt ſolo numero diſtincta producuntur ab f. & g. vt ſpecie diſtinctis cauſa eſt aſſignata ſupra, reſpondendo ad ſecundam difficultatem principalem.

Ad quartã difficultatẽ. ¶ Ad quartam, & vltimam difficultatem, patet reſponſio ex dictis ſupra. Et applica quæ dixi, quia non oportet ea amplius replicare. Et cum dicitur circa vltimum, quòd non videtur ſimile, ꝙ ſi aliqua diſtincta ſpecie poſſint contineri per identitatem in aliquo vno ſpecie indiſtincto, quòd aliqua duo ſolo numero differentia poſſint etiam contineri per identitatem in aliquibus ſpecie diſtinctis. Dico, ꝙ hæc ratio bene concluderet, ſi illa duo ſolo numero differentia per identitatem continerentur in diuerſis ſpecie, ſic intelligendo, quòd a. & b. ſolo numero differentia ſimul contineantur per identitatẽ in c & ſimul contineantur in d. quæ c. & d. ſpecie diſtinguntur, quia tunc eſſet ſimpliciter impoſſibile, ſed quòd a. cõtineatur per identitatem in c. & b. ſimiliter contineatur identicè in d. tunc nõ tantum eſt veriſimile, quòd ſi ſpecie diſtincta continentur per identitatem in aliquo vno ſpecie indiſtincto, ꝙ a. & b. ſolo numero differentia contineantur per identitatem in c. & d. modo præexpoſito, ſed etiam eſt argumentum à fortiori, ſiue à minori ad maius, quia minus videtur ineſſe, quòd duæ formalitates ſpecie diſtinctæ vniuè contineantur in aliquo vno numero indiſtincto, quàm quòd duo ſolo numero differentia vniuè contineantur in duobus ſpecie diſtinctis, reddendo ſingula ſingulis, & hoc patet, quia magna fit altercatio de attributis diuinis, ꝙ ad inuicem formaliter diſtinguantur, & quòd ſint ex natura rei in eſſentia diuina, vt ſupra patuit in primo, diſtin. 8. q. pen. & ſic patet ſolutio ad omnes difficultates ſupradictas, quàm bene nota, & pondera, quia ad multa valet.

AD argumenta principalia. Primò Doc. arguit probando, ꝙ anima, & angelus non differãt ſpecie, quia ſi eſſentiæ differunt ſpecie, ergo & potẽtię, quę fundantur in eis; & ſi potẽtiæ, ergo, & operationes, ergo, & obiecta, vt patet 2. de anima. tex. comm. 33. vbi ſic habetur ſecundum aliam tranſlationem. Et indiget inquit neceſſariò, qui vult perſcrutari, de iſtis, ſupple animę potentijs ſcire vnamquamq; iſtarũ, quæ ſit, deinde poſt perſcrutet̃ de contingẽtibus in ijs, & ſi neceſſe eſt dicere vnamquamq; illarum, quæ ſit, verbi gratia, intellectus quid ſit, & ſentiens quid ſit, nutritiuũ quid ſit, oportet etiam prędicere intelligere quid ſit, actiones enim, & operationes pręcedunt in intellectu virtutes, & ſi ita ſit, & conſiderare de aliis rebus oppoſitis iſtis debet præcedere conſiderationem, de iſtis oportet nos, vt intẽdamus ad diffiniendum iſtas, primo pp iſtam cauſam, verbi gratia cibum, & ſenſatum, & intellectũ, hæc ille, *Quomodo cognoſcãtur à nobis potentiæ animæ.* vult dicere, ꝙ potentiæ animæ non cognoſcuntur nobis ineſſe, niſi per operationes, nec operationes cognoſcuntur diſtinctæ, niſi quia ſunt circa talia, & talia obiecta, & ideo primò cognoſcuntur obiecta diſtincta, & ſecundò operationes circa illa obiecta, & tertiò potentiæ, quarum ſunt tales operationes, vnde & Commentator ibi ſic ait. Et ſi oportet ſcire quæ eſt vnaquæque iſtarum virtutum neceſſe eſt præſcire actiones proprias vniuſcuiuſque iſtarum virtutum, quæ ſunt, verbi gratia, quid eſt intelligere per intelligens, & ſentire per ſentiens, & nutrire per nutriens; cognitio enim actionum iſtarum virtutum, prior eſt apud nos in noſtra prima cognitione, quàm cognitio iſtarum virtutum, & cauſa narrauit, quòd cognitio actionum debet præcedere cognitionem virtutum, narrauit etiam, quòd cognitio patientium, videlicet obiectorum illas actiones debet pręcedere cognitionem illarum actionum, propter eandem cauſam, propter quàm debet præcedere cognitio actionum cognitionem virtutum, hęc ille. patet ergo, ꝙ per diſtinctionem obiectorum concludimus diſtinctionem actuum, & per diſtinctionem actuum concludimus diſtinctionem potẽtiarum, ſecundò per diſtinctas potentias cõcludimus diſtinctas eſſentias, cum ergo intellectus angeli, & intellectus animæ habeant ſimpliciter idem obiectum, ſequitur, quòd erunt potentiæ eiuſdem rationis; & ſi hoc; ergo, & eſſentiæ.

Reſpõſio Doctoris. ¶ Reſpondet Doctor, & dat duas reſponſiones. Prima; quòd tales potentiæ ſunt eiuſdem rationis, & operationes illarum ſimiliter, quia circa idem obiectum; & hoc quantum ad litteram Ariſtot. & Commen. Sed vltra non ſequitur, quòd ſi potẽtiæ ſunt eiuſdem rationis, quòd & eſſentiæ, in quibus fundantur ſint eiuſdem rationis, nec hoc habetur ab Ariſt. tantum enim habetur, quòd obiecti eiuſdem rationis ſunt operationes eiuſdem rationis, & iſtarum ſunt potentiæ eiuſdem rationis. Secunda *Secundo de anima com. tex 33.* reſponſio eſt, quòd iſtæ potentiæ pro quanto fundantur in eſſentijs ſpecie diſtinctis diſtingũtur ſpecie, & ſi arguatur contra, quia actus earum nõ differunt ſpecie, quia ſunt reſpectu vnius, & eiuſdẽ obiecti, ergo nec ipſæ potentiæ differunt ſpecie per philoſophum, vbi ſupra. Dicit Doct. quòd iſti actus poſſunt dupliciter conſiderari, vel inquantũ depen- *Actus poſſunt dupliciter conſiderari.* dent a potentiis, vel inquantum dependent ab obiecto. Primo modo actus diſtinguntur ſpecie, quia, & fundamẽta illorum. ſ. potentiæ diſtinguntur ſpe-

cie,

cie, & illæ potentiæ dicuntur ſpecie diſtingui pro quanto ſunt fundatæ in eſſentijs ſpecie diſtinctis. Secūdo modo actus ſunt eiuſdem ſpeciei, quia vt ſic dependent ab obiecto eiuſdem rationis, & tūc conceditur, quòd intellectio angeli, & hominis de eodem intelligibili ex parte obiecti, eſt eadem ſpecie, ex parte autē fundamenti inquantum fundamentum eſt potentiæ ratio agendi (puta quia anima dat intellectui, vt ſit talis ratio agendi, non ꝙ ipſa anima ſit immediatè rō agendi) ſunt alia ſpecie, & tunc oporteret concedere, ꝙ operationes ſimpliciter differūt ſpecie, quia illa idētitas ſecundum quid ex parte obiecti ſimpliciter nō eſt identitas in ſpecie, ſed alia diuerſitas ſimpliciter eſt diuerſitas, & identitas ſecundum quid, vult dicere, ꝙ operationes, quæ ſunt à potentijs ſpecie diſtinctis ſunt ſimpliciter diuerſæ in ſpecie, licet dicātur eiuſdem ſpeciei, vt comparantur ad obiectū eiuſdē rationis, ſed talis identitas ſpecifica eſt tantum ſecundum quid, quia tātum ratione tertij, cui cōparantur. Sequitur in littera, quæcunq; enim differentia ſufficit ad diſtinguendum. Sed non quæcunq; identitas ſufficit ad perfectam identitatem aliquorum, vult dicere doct. ꝙ ad concludendum aliqua eſſe alterius rationis, ſufficit etiam minima differentia alterius, & alterius rationis; ſicut patet de ſapientia infinita, & bonitate infinita, quæ formaliter differūt in diuinis. Sed ad concludendum perfectam identitatem aliquorū non ſufficit qualiſcunq; identitas. Sequitur, & tunc videtur ſequi illud inconueniens, quod illatum eſt cōtra ſecundam opinionem de actibus beatificis, vult dicere, ꝙ ſi iſtæ potentiæ differunt ſpecie, & per conſequens operationes earum ſimpliciter differūt ſpecie, ſequitur, ꝙ viſio beatifica intellectus angeli & viſio beatifica intellectus animæ ſimpliciter differant ſpecie, & ſi ſic, ſequitur vel quòd quælibet viſio angeli excederet quamlibet viſionem animæ, vel econtra, quod eſt inconueniens, tamen ad euitandum hoc inconueniens oportet fortè dicere, quòd tota cauſa actus beatifici eſt obiectum, & quòd potentiæ ſe habeant ibi reſpectu illius actus vt tantum receptiuæ, & paſſiuæ.

Quomodo intellectio angeli, et hominis ſit eadem ſpecie.

Sapiētia infinita, & bonitas infinita differunt formaliter in diuinis.

Lib. 3.

¶Secundo principaliter arguit doctor per Auguſt. 3. de lib. arbi. angelus, & anima ſunt natura pares ſed officio impares &c.

¶Reſpondet doctor ibi. Ad ſecundū, & ad omnes auctoritates conſimiles, patet per iſtā auctoritatē Auguſtini, anima ſola veritate prima formatur, propter hoc quidem nihil ſuperius eſt anima, quod verum eſt in ratione obiecti, in quo quieſcit, vt ſupra patuit in primo diſt. prima, q. 1. reſpōdendo ad argumenta principalia, & quo ad hoc par eſt angelo, quia nulla natura intellectualis pōt quietari, niſi in obiecto infinito, vt ſupra probatum eſt, in primo diſt. 1. quæſt. prima. & quæſt. vlt. & diſt. 2. parte prima. quæſt. prima, in illa via quæ eſt ex parte eminentiæ.

Nihil ſuperius eſt anima verū eſt in ratione obiecti, in quo quieſcit.

¶Tertio arguit doctor, & ratio ſtat in hoc, quia ſi angelus, & anima ſunt alterius rationis, ſequitur, ꝙ quodlibet indiuiduum vnius erit nobilius quolibet indiuiduo alterius, vel econtra, quod nō eſt verum, quia ſi quilibet angelus eſſet perfectior qualibet anima ſequeretur quòd eſſet capacior maiori beatitudine, quia capacitas ſequitur entitatem, & cum beatitudo requirat totam capacitatem ſaciari, ſequitur quòd maior perfectio neceſſario erit in quolibet angelo ad hoc vt ſit beatus, quàm ſit in qualibet anima, vel è conuerſo, quod eſt inconueniens.

¶Reſpondet doct. primo remittendo ſe ad tertium librū. diſt. 13. vbi habet videri quis ſit perfectior angelus an anima comparando animā Chriſti ad naturam angelicam. Secundo dicit, quòd capacitas beati ſaciatur ſecūdum proportionem ad merita, ſed de iſta capacitate felicitatis prolixius habet videri. in quarto diſt. 49. & 50.

Quid ſit perfectior Angelus, an anima.

CIRCA reſponſiones ad argumenta principalia aliqua inſurgunt dubia, primum eſt de hoc quod dicit, quòd potentiæ diſtinguuntur ſpecie ſtante vnitate obiecti; circa quod ſunt tales potētiæ, quia in hoc videtur expreſſe contradicere dictis philoſophi, & Auerrois, in ſecundo de anima tex. com. 33. qui volunt quòd ex cognitione obiecti cognoſcitur qualis ſit operatio, & ex cognitione operationis cognoſcatur qualis ſit potentia; ſicut ergo propter diuerſitatem obiectorum diuerſas arguimus operationes, & propter diuerſas operationes arguimus diuerſas potētias, ſic econtra propter vnitatem obiecti arguimus vnitatem operationis, & ex conſequenti arguimus vnitatem potentiæ.

Dubia circa ſolutionem argumentorum primū.

¶Secundo dubitatur in hoc, quod dicit, quòd operationes differunt ſpecie vt cōparantur ad potentias ſpecie diſtinctas, à quibus depēdent, vt verò comparantur ad idem obiectum ſunt eiuſdem rationis, quia quæro aut ſunt eiuſdem rationis ex natura rei, & diſtinctæ ſpecie ex natura rei, aut ex natura rei differūt ſpecie, & ſola ratione ſunt eiuſdem rationis, puta ex ſola comparatione ad obiectum: primò modo eſt ſimpliciter impoſſibile, quod a. & b. præter omne opus intellectus differāt ſpecie, & ſint eiuſdem ſpeciei. ſecundo modo non videtur eſſe ad propoſitum, quia vt ſic quaſi omnia poſſunt eſſe idem ex natura rei, & differre ſpecie per opus intellectus, vt patet, quia homo ex natura rei eſt ſimpliciter idem, & tamen idem homo vt conuenit ſibi intentio ſubiecti, & intentio prædicati differt ſpecie à ſeipſo, & tunc idem ſentiendo de operationibus nullam includit difficultatem. Tum etiam, quia non eſt intentio Ariſto. vbi ſupra, qui arguit vnitatem operationis propter vnitatem obiecti.

¶Præterea quæro ſi tales operationes ſunt effectiuè ab obiecto, & effectiuè à potentijs, & certū eſt, ꝙ ſic vt ipſe ſubtiliter probat in primo diſt. 3. q. 7. & in quolibetis. q. 15. hoc ſtante ſint illæ operationes a. & b. tunc ſic a. & b. vt immediatè cauſantur partialiter à potentijs ſpecie diſtingūtur, & vt immediatè cauſant ab obiecto partialiter, aut ſpecie diſtinguntur, aut ſunt idem ſpecie. ſi primo hoc eſt contra Ariſto. vbi ſupra & cōtra ipſum doctorem, qui vult, quòd ſint eiuſdem rationis, vt cōparantur ad idem obiectū. ſi ſecundo ergo. a. & b. ex natura rei erūt ſpecie diſtincta. & ſimpliciter eadem ſpecie, quod eſt impoſſibile. Tum etiā quia alia, & alia cauſatio nō variat entitatem in ſe, prius enim eſt res talis in ſe, quàm alteri cōparetur vt patet à doct. in pluribus locis, & tunc quæro aut. a. & b. ex ſua ratione formali ſunt diſtincta ſpecie, aut ſunt eadem ſpecie. ſi primo ergo non eadem erunt ſpecie, vt comparantur ad obiectum. ſi ſecundò ergo non erunt diſtincta ſpecie, vt comparantur ad potentias ſpecie diſtinctas.

Secundo dubitatur in hoc quod dicit, ꝙ quæcunq; differētia ſufficit ad hoc vt aliqua ſimpliciter diſtinguantur, ſed non quæcunq; identitas ſufficit ad perfectam idētitatem aliquorum hoc non videtur poſſe ſtare, quia ex quo idem, & diuerſum diuidunt oē ens, quot modis dicitur idē tot modis dicitur, & diuerſum, ſicut dicimus idē numero diuerſum numero. idē ſpecie, & diuerſum ſpecie, ſicut ergo differētia nata eſt ſic facere differre, ita identitas oppoſita nata eſt ſic facere idem. ſicut

Secundum dubium.

ergo aliqua faciunt differre ſimpliciter, ita, & identitas oppoſita facit aliqua eſſe idem ſimpliciter, & ſic aliqua faciunt differre tantum ſm quid, ita, & identitas oppoſita facit aliqua eſſe idem tantum ſecundùm quid.

Tertium dubium.

¶Tertio dubitatur in hoc quod dicit, quòd operationes, vt dependent à potentijs diſtinctis ſpecie ſimpliciter ſpecie diſtinguuntur, vt verò comparantur ad obiectum ſunt idem ſpecie tantum ſm quid, hoc videtur repugnare dictis eius, quia ipſe in primo diſt. 3. q. 7. in corpore quæſtionis vult, ꝙ actus capiāt diſtinctionem ab obiectis, dicit enim ſic. Si actus non eſſent ab obiecto nō diſtinguerentur eſſentialiter propter diſtinctionē obiecti, quia eſſentialis diſtinctio nō eſt ab eo quod nō eſt cauſa, nec eſſet ſimpliciter perfectior intellectio perfectioris intelligibilis, poſito æquali conatu hinc inde ex parte intellectus, & infra ſic dicit, ſimiliter nō videretur quomodo aliqua tota ſcientia continetur virtualiter in obiecto ſi ſola anima haberet cauſalitatē reſpectu habitus, & actus. Ex ijs ego arguo, ſicut actus à ſolo obiecto habēt diſtinctionē, ita ꝙ actus diſtinctorum obiectorum ſpecificè diſtinguantur, ita, & vnitas actus erit ſimpliciter ab vnitate obiecti, cum actus ſemper ſpecificetur ab obiecto, videtur ergo magis dicēdum, ꝙ actus, vt comparantur ad idem obiectum, à quo eſſentialiter dependent, & à quo ſimpliciter ſpecificantur ſint ſimpliciter idem ſpecie, & vt comparantur ad potentias à quibus licet dependeant partialiter nō tamen communiter ab eis ſpecificantur dicantur differre ſpecie tantum ſecundum quid.

Reſpōſio ad primā difficultatem.

RESPONDEO ad has difficultates. Et primò ad primum tenendo hāc opinionem, ꝙ intellectus angeli, & intellectus animæ ſpecificè diſtinguātur, qa ſunt à cauſis, ſiue naturis ſpecie diſtinctis. (Licet hæc non ſit pręciſa cauſa, vt ſupra dixi) cum dicitur ꝙ hoc eſt contra Ariſt. negatur, & cum probatur, per hoc ꝙ identitas obiecti arguit identitatem potentiæ, dico primo, ꝙ in illo textu, & commento tantum habetur, ꝙ diſtinctio obiectorum quaſi à poſteriori arguit potentias diſtinctas, ſed non habetur, ꝙ identitas obiecti arguat identitatem potentiæ, & ſi arguatur per locum ab oppoſitis ꝙ ſicut diſtinctio obiectorum eſt cauſa diſtinctionis potentiæ, ergo identitas eſt cauſa identitatis, non ſequitur niſi fortè in cauſis præciſis, & patet inſtantia, quia reſpectu eiuſdem obiecti, & ſub eadem ratione conſiderati, poſſunt eſſe potentiæ ſpeciè diſtinctæ, vt patet de intellectu, & voluntate, & ſimiliter de viſiua fantaſia, & intellectu, nec ſimiliter eſt iſta vera abſolutè, ꝙ diſtincta obiecta ſpecie arguant diſtinctas potentias, patet quia eadem potentia viſiua eſt reſpectu albedinis, nigredinis, & rubedinis, quæ ſpecie differunt, nec ſic Ariſto. loquitur de obiectis diſtinctis, ſed accipit ibi obiecta diſtincta adæquatè ſic, quòd obiectum adæquatum vnius potentiæ non poteſt eſſe obiectum neque adæquatum, neque in adæquatum alterius potentiæ, nec etiam loquitur de obiectis adæquatis reſpectu cuiuſcunque potentiæ abſolutè ſumptæ, ſed loquitur tantum de obiectis adęquatis, quæ reſpiciunt tales potentias, quarum vna non ſubordinatur alteri, neque vna in operando neceſſariò præexigit operationem alterius, loquitur ergo tantum de potentijs diſperatis.

Nota, & benè.

Si etiam intelligatur de potentijs ſubordinatis debet ſic exponi, & nōn econuerſo, id eſt, quòd quamuis ſit idem obiectum potentiæ viſiuæ, & fantaſiæ, quia in quod viſiua poteſt, & fantaſia, ſed non econuerſo, quia obiectum adæquatum fantaſiæ non eſt obiectum adæquatum viſiuæ, ſed alia expoſitio eſt melior, & ſic patet ad difficultatem.

Ad ſecundā difficultatem.

¶Ad ſecundam difficultatem, cum quæritur, an illæ duæ intellectiones cauſatæ à potentijs ſpecie diſtinctis circa idem obiectum ſint idem ſpecie ex natura rei, & diſtinctæ ſpecie ex natura rei, an tantum diſtinctæ ſpecie ex natura rei, & idem ſpecie tantum per intellectum. Dico, quòd poteſt dari vtrunque membrum. Et cum arguitur contra primum, quòd hoc videtur impoſſibile. Dico, quòd ſi illæ intellectiones in ſe abſolutè conſideratæ dicerentur ex natura rei eædem ſpecie, & diſtinctæ ſpecie, quòd eſſet inconueniens. Sed quòd ex natura rei differant ſpecie, vt comparantur ad potentias ſpecie diſtinctas, à quibus eſſentialiter dependent, & quòd ſint ex natura rei eadem ſpecie, vt comparantur ad idem obiectum, à quo ſimiliter eſſentialiter dependent, hoc non habeo pro inconuenienti, quia ſi illæ duę potentiæ ſpecie diſtinctæ eſſent totales cauſæ illarum intellectionum, illæ abſolutè different ſpecie, vt ſupradixi, quia non eſſent natæ producere operationes proprias, niſi vt ſpecie diſtinctas, ſimiliter ſi idem obiectum eſſet totalis cauſa illarum intellectionum illæ eſſent ſimpliciter eadem ſpecie, quia tale obiectum non eſſet natum cauſare intellectiones ſui, niſi vt eiuſdem rationis, & ſic intelligendo poſſunt dici eadem ſpecie, & diuerſa ſpecie ex natura rei. De ſecundo membro etiam patet, quia non eſt inconueniens, quòd aliquæ duæ intellectiones ſint ſpecie diſtinctę ex natura rei, & quòd ſint eadem ſpecie tantum per intellectum, ex hoc ſolo ꝙ comparantur ad vnitatē obiecti. Poſſet tamē faciliter reſponderi ad vtrunque membrum, quòd vnitas ſpecifica poteſt dupliciter accipi vno modo denominatione intrinſeca, ita, quòd a. & b. dicantur vnum ſpecie quia quidditatiuè includunt eandem quidditatem ſpecificam. alio modo denominatione extrinſeca, ex hoc ſolo, ꝙ terminantur ad idem obiectum ſpecie indiſtinctum, ſicut aliquādo dicimus, ꝙ vnitas ſcientiæ dicitur ab vnitate obiecti. i. quòd qualis vnitas eſt in obiecto, talis eſt, & ſcientiæ, quod tantum eſt verum denominatione extrinſeca. Dico ergo, quòd illæ duæ intellectiones denominatione intrinſeca ſpecie differunt, quia eſſentialiter includunt differentias, quibus ſpecie diſtinguuntur, dicuntur etiam ſpecie differre denominatione extrinſeca pro quanto dependent eſſentialiter à potentijs ſpecie diſtinctis. Sed dicuntur eadem ſpecie tantum denominatione extrinſeca pro quanto ſunt alicuius obiecti. i. vnitatem ſpecificam habentis, & ſic patet ſolutio ad difficultatem.

Vnitas ſpecifica pōt dupliciter accipi.

Ad tertiā. Intellectio dependet ab intellectu, et ab obiecto.

¶Ad aliam difficultatem de illo, quod dicit doctor in diſtin. 3. q. 7. primi quòd intellectio dependet ab intellectu, & ab obiecto, quomodo eſt poſſibile, quòd magis dicatur diſtingui ſpecie à potentia, quàm ab obiecto? Dico præſupponendo aliqua. Primò, ꝙ aliud eſt loqui de identitate ſpecifica intellectionum, & aliud de diuerſitate ſpecifica comparando ad potentias, & ad obiectum, nam quando ſunt duæ intellectiones, quæ ſunt partialiter cauſatæ à duobus obiectis ſpecie diſtinctis ſic neceſſariò ſpecie diſtinguuntur, quòd eſt impoſſibile eſſe ex natura rei eiuſdē ſpeciei, quia talia obiecta non poſſunt cauſare, nec totaliter, nec partialiter cognitiones ſui, niſi vt ſpecie diſtinctas. & ſic diſtinctio ſpecifica actuum ſumitur, & ſpecificatur ab obiectis ſpecie diſtinctis, vt vult Doctor in primo vbi ſupra. Et ſi dicatur nonne tales intellectiones dependent ab intellectu eſſentialiter. Dico quòd ſic, & plus dico, quòd

Q̄uo intellectiones dependeāt ab intellectu. Dico eſſentialiter & vt à cauſa magis principali.

etiam

etiam dependent ab ipſo vt à cauſa magis principali, vt patet à doct. in primo diſtinctione 3. quæſt. prima. Sic ex hoc, à quo aliquid habet entitatẽ ab eodem habet & vnitatem, quia vnitas conſequitur entitatem. Cum ergo iſtæ intellectiones ſint principaliter ab intellectu ſecundum entitatem, ſequitur, quòd erunt ſecundum vnitatem, & ſic talis diſtinctio ſpecifica erit principaliter ab intellectu. Dico, quòd hoc non ſequitur, quia vnitas ſpecifica, vel diſtinctio erit magis à cauſis proximis, quã à remotis, vnde homo productus habet magis vnitatem ſpecificam ab homine producente (qui tantũ natus eſt producere ſibi ſimile in ſpecie) quàm habet à ſole, vel alia cauſa remota, & ſic aſinus productus ab aſino, & homo productus ab homine magis habent diſtinctionem ſpecificam ab aſino, & homine producentibus, quàm à cauſis remotis, & vniuerſalioribus. Si dicatur, quòd diſtinctio ſpecifica, vel vnitas ſpecifica magis ſumitur à cauſa vniuerſaliori, & à remotiori, quia doctor in primo diſtinctione tertia, quæſt. 8. dicit quòd cauſa perfectior magis aſſimilat effectum ei, cui eſt aſſimilabilis, quàm inferior, magis enim cauſat effectum qualis eſt cauſabilis, & aſſimilabilis, aſſimilabilis autem eſt effectus formaliter cauſæ propinquæ, ideo ipſa cauſa remotior magis aſſimilat effectiuè ipſum effectum cauſæ proximæ, quàm ipſamet cauſa proxima ſibi, quòd enim formaliter filius eſt ſimilis patri, hoc magis eſt à cauſa remota aſſimilante filium patri effectiuè, quàm ab iſta cauſa propinqua, quia quæ plus dat formam, qua aſſimilatur plus dat effectiue aſſimilationem, hæc ille. Reſpondeo concedendo qnod dicit doctor, & concedo abſolutè, quòd homo productus ab alio homine magis habet vnitatem ſpecificam ab ipſo Deo, quàm ab homine, quia & magis entitatem, & hoc eſt ſimpliciter verum in cauſis eſſentialiter ordinatis, quarum inferior agit in virtute ſuperioris licet fortè homo productus ab homine poſſet dici magis habere vnitatem ſpecificam pro quanto eſt ab agente ſimpliciter eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ. Sed hæc ratio parum valet. Dico ergo, quòd in propoſito diſtinctio ſpecifica, & etiam vnitas ſpecifica intellectionis accipitur ab obiecto, quia tale obiectum vt tale concurrit cum quocunque intellectu ad ſui cognitionem natum eſt producere talem, vel talem cognitionẽ, & ſic ſi idem obiectum comparetur ad duos intellectus erit productiuum partialiter duarum cognitionum eiuſdem ſpeciei, & ſi ſint duo obiecta ſpecie diſtincta comparata ad eundem intellectum producent partialiter duas cognitiones ſpecie diſtinctas, & ſic ſpecificatio actus ſumetur ab obiectis. Et cum dicitur, quòd intellectus eſt cauſa magis principalis, quàm obiectum conceditur. Et cum vltra infertur, ergo entitas intellectionis principalius eſt ab intellectu, quàm ab obiecto, concedo, & cum vltra infertur, ergo & vnitas ſpecifica erit magis ab intellectu, negatur iſta conſequentia. Et ratio negationis eſt, quòd quando vna cauſa partialis, & principalis concurrit cum alia partiali, & minus principali ſic, quòd eſt impoſſibile continere cauſalitatem minus principalis, vel poſſe ſupplere vicem illius, vnitas ſpecifica magis erit à minus principali, quã à principali (præſertim quando effectus productus non eſt à cauſis partialibus eiuſdem ſpeciei, ſicut homo eſt à maſculo & à fœmina, quia fortè, vt ſic erit magis homo talis à maſculo) & ſic eſt in propoſito. Dico etiam, quòd quando vna cauſa partialis, & principalis concurrit cum pluribus cauſis partialibus, quarum quælibet ſic concurrit ad effectum proprium, quòd non poteſt eſſe, niſi à tali cauſa partiali, tunc vnitas, vel diſtinctio ſpecifica effectus erit ab illis partialibus minus principalibus, & ſic eſt in propoſito, quia idem intellectus numero concurrit effectiuè partialiter cum omnibus alijs obiectis, quæ ſunt cauſæ partiales, ſi ergo vnitas, vel diſtinctio ſpecifica eſſet ab eodem intellectu, ſequeretur quòd ita cognitio Franciſci, & Ioannis diſtinguerentur ſpecie, ſicut, cognitio hominis, & aſini, vel ſequeretur, quòd ſicut cognitio Ioannis, & Franciſci ſunt eiuſdem ſpeciei, ſic & cognitio hominis, & aſini, patet ergo quòd tales cognitiones habent ab obiectis, vel quòd ſint ſpecie diſtinctę, vel quòd ſint eiuſdem ſpeciei, etiã poſito quòd ſint principalius ab intellectu. Si dicatur, quòd hæc reſponſio contradicit dictis doctoris, quia dixit, quòd diſtinctio ſpecifica intellectionum eſt ſimpliciter à potentijs ſpecie diſtinctis &c. Dico, quod nulla eſt contradictio, quia vt dixi ſupra quando duæ intellectiones circa idem obiectum ſpecie diſtingũtur, hoc erit pręcisè, quia ſunt à potentijs ſpecie diſtinctis, ſicut etiam quando ſunt duæ intellectiones ab eodem intellectu, & ab obiectis ſpecie diſtinctis habent præcisè ab illis obiectis quòd ſpecie diſtinguantur, & non ab illo intellectu.

Homo productus ab alio homine magis habet vnitatẽ ſpecificã ab ipſo Deo, quàm ab homine.

An homo ſit magis homo à maſculo, quàm à fœmina.

¶ Ad aliam difficultatem, circa hoc quod dicit Doct. quòd illæ intellectiones, vt comparantur ad potentias ſpecie diſtinctas ſimpliciter diſtingũtur ſpecie, vt verò comparantur ad idem obiectum ſunt idem ſpecie tantum ſecundum quid. Cum ergo dicitur, quòd magis videntur idem ſimpliciter, negatur. Cum probatur, quia actus ſpecificantur ab obiectis. Dico, quòd iſta propoſitio poteſt habere multiplicem ſenſum. Primò, quòd ſi dentur duo actus, qui comparentur ad eundem intellectum, vt ad cauſam partialem, & ſint à duobus obiectis ſpecie diſtinctis huiuſmodi actus habent præcisè diſtinctionem ſpecificam ab obiectis, & ſic actus ſpecie diſtinguntur ab obiectis. Secundò. Si dentur duo actus, qui ſint à duabus potentijs ſpecie diſtinctis, & à duobus obiectis ſpecie diſtinctis, iſti actus habent à potentijs, & ab obiectis, quòd ſpecie diſtinguantur, ſed hoc magis habent à potentijs. Tertiò. Si duo actus ſint à duabus potentijs ſpecie diſtinctis, vt à cauſis partialibus, & ab vno obiecto, vel à duobus eiuſdem ſpeciei, habent ſimpliciter à potentijs vt ſpecie diſtinguantur. Quartò. Si dentur duo actus à duabus potentijs ſolo numero differentibus, & ab vno obiecto habente vnitatem numeralem erunt diſtincti numero à potentijs. Si etiam ſint à duobus obiectis numero differentibus, & à duabus potentijs ſolo numero differentibus erunt magis diſtincti numero ab illis potentijs. Si verò duo actus ſint à duobus obiectis ſolo numero differentibus, & ab vna potentia ſingulari, magis erunt numero diſtincti ab obiectis. Et ex his patet quid dicẽdum, hæc enim propoſitio non eſt ſimpliciter & abſolutè vera ſcilicet actus præcisè ſpecificantur ab obiectis, ſemper tamen eſt vera quando eadem potentia comparatur ad plura obiecta, quòd ſemper diſtinctio actuum ſumitur penes diſtinctiones obiectorum. Sed quando plures potentiæ ſpecie diſtinctæ comparantur ad idem obiectum. actus dicuntur ſimpliciter ſpecie diſtincti à potentijs, & non ab obiecto, ſic ergo doctor debet intelligi, quòd illi actus ſimpliciter debent diſtingui à potentijs, & ſunt idem ſpecie tantum ſecundum quid quia comparantur ad idem obiectum. Sicut etiam cognitio hominis, & aſini ſimpliciter diſtinguntur ſpecie, quia ab obiectis ſpecie diſtinctis, & vt ſunt ab eodem intellectu ſunt idem

Quomodo iſta propoſitio ſit vera actus ſpecificantur ab obiectis.

ſpecie

ſpecie tantum ſecundum quid, & ſic patet ad difficultatem.

¶Ad vltimam. Dico, quòd minima differentia præter intellectum ſufficit ad diſtinctionem ſimpliciter, non tamen quælibet identitas ſufficit ad identitatem ſimpliciter, patet quia intellectus, & voluntas ſunt formaliter diſtinctæ potentiæ, ita quòd minima diſtinctio inter illas præter diſtinctionem ex natura rei infert ipſas ſpecie diſtingui, non tamen quælibet identitas infert ſimpliciter idem ſpecie, patet quia vt comparantur ad animā ſunt idem, & numero, & ſpecie, & tamen non ſequitur, quòd ſint idem ſimpliciter ſpecie, & ſic doctor intelligit, non enim intelligit, quòd ſi a. & b. diſtinguantur ſpecie, ita quòd talis diſtinctio ſimpliciter dicatur ſimpliciter diſtinctio ſpecifica, quòd identitas oppoſita non dicatur ſimpliciter identitas ſpecifica, & ſic patet ſolutio harum difficultatum.

Intellectus, & voluntas formaliter diſtinguntur.

Diſt. II. Quæſtio prima.

Vtrum in exiſtentia angeli ſit aliqua ſucceſſio formaliter.

Seraphicus Bonau. 2. ſent. diſt. 2. art. 1. q. 3.
Scotus 2. ſent. diſt. 2. q. 2.
Varro 2. ſent. diſt. 2. q. 1. & 2.
Henricus quolibet. 5. q. 13. & quolibet. q. 7.

QVÆRITVR primò vtrum in exiſtentia actuali angeli ſit aliqua ſucceſſio formaliter. Titulus quæſtionis ſic intelligitur, an exiſtentia actualis angeli menſuretur aliqua menſura propria ſibi, ſicut dicimus quòd exiſtentia Dei menſuratur æternitate vt menſura intrinſeca, & propria ſibi, & temporale menſuratur tempore tanquam menſura propria, & intrinſeca motus in exiſtentis tali temporali.

Opinio Bonauen. li. 2. diſt. 2. q. 3. art. 1.

CIRCA menſuram angeli tres ſunt opiniones diuerſæ prima eſt S. Bonauen. lib. 2. diſt. 2. ar. 1. q. 3. Ibi hic dicitur quòd in exiſtentia angeli eſt ſucceſſio formaliter, & ſtat in hoc quòd exiſtentia angeli, puta durantis tanta duratione, puta infinita à parte poſt menſuratur menſura ſucceſſiua ſibi propria, ſic intelligendo, quòd menſura angeli ex hoc dicitur ſucceſſiua, quia vnum nunc æui immediatè ſequitur aliud nunc æui, puta ſi exiſtentia angeli duret per 20. inſtantia dicit S. Bonauentura, quòd talis exiſtentia angeli in primo inſtanti menſuratur nunc, ſiue inſtanti æui quod eſt indiuiſibile, & in ſecundo inſtanti menſuratur alio nūc æui indiuiſibili quod immediatè ſequitur primum nunc, & in tertio inſtanti menſuratur alio nunc æui, ita quòd cuiuſcunque inſtantis exiſtentiæ angeli correſpondet proprium nunc, & ſic totum æuum angeli durantis per 20. inſtantia vocatur ſucceſſiuum cum ſint ibi 20. inſtantia æui ſibi inuicem ſuccedentia, & ſic totum æuum angeli quod ſempiternaliter durat a parte poſt includit infinita inſtantia æui à parte poſt ſibi inuicem ſuccedētia, & ſic patet opinio S. Bonauenturæ, quam multis rationibus probat, quarum prima eſt ibi. Pro iſta opinione arguitur quadrupliciter. Quæ prima ratio ſtat in hoc ſupponendo, quòd exiſtentia angeli conſeruetur, & quòd continuè fiat, ſic tamen intelligendo, quòd angelus in primo inſtanti habet totum ſuum eſſe perfectum, & in ſecundo inſtanti quantum eſt ex parte ſua deſineret eſſe, niſi à prima cauſa iterum poneretur ineſſe, & ſimiliter in tertio inſtanti quantum ex ſe eſt non eſſet niſi à prima cauſa poneretur ineſſe pro tertio inſtanti, & ſic deinceps, & hoc modo debet intelligi continuè fieri, ita quòd pro quolibet inſtanti habet perfectū eſſe, & niſi pro quolibet inſtanti poneretur ineſſe ex parte ſua ſemper haberet non eſſe, cum ergo exiſtentia creaturæ ponatur ineſſe in alio, & alio inſtanti, vel actione, puta creatione paſſiua, ſiue cōtinua, ſiue alia, & alia, ſequitur quòd illa creatio paſſiua per 100. inſtantia dicitur ſucceſſiua, quia creatio paſſiua, vel eadem continuatur, vel quòd vna in vno inſtanti ſuccedat alteri in alio inſtanti, igitur æuum menſurans huiuſmodi creationem paſſiuam, ſecundum quam exiſtentia angeli ponitur in alio, & alio inſtanti dicitur ſucceſſiuum modo præexpoſito in declarando opinionem Sancti Bonauenturæ.

Declaratio opinionis.

Cōfirmatio opinionis D. Bona.

¶Ibi, confirmatur iſta confirmatione probat Bonauentura, quòd conſeruare dicat aliquam actionem ſic, quòd ſi Deus creat angelum in primo inſtanti, & ipſum conſeruat in ſecundo inſtanti illud conſeruare eſt agere, quòd nihil aliud eſt niſi iterum producere angelum in ſecundo inſtanti, & ſic deinceps, & ſicut conſeruare dicit actionem, ita & conſeruari in ſecundo inſtanti dicit paſſionem ſuo modo ideſt, quòd ſicut conſeruare angelum in ſecundo inſtanti eſt ipſum ponere in eſſe exiſtentiæ pro illo ſecundo inſtanti, ita & angelum cōſeruari in ſecundo inſtanti eſt ipſum poni actione agentis in actuali exiſtentia in illo ſecundo inſtanti, & ſic patet quomodo conſeruare lumen, qui non claudit feneſtram. certum eſt enim, quòd lumen conſeruatur à corpore luminoſo quando intrat aliquam domum, quia continuè multiplicat lumen, & ſi per inſtans deſineret multiplicare ipſum continuando, ſtatim lumen deſineret eſſe, non conſeruatur ergo à non claudente feneſtram, ſed à corpore luminoſo ipſum lumen, vel eadem actione continuando, vel alia, & alia actione pro alio, & alio inſtanti ipſum in eſſe ponendo.

Quid ſit cōſeruare Angelum.

¶Ibi. Similiter tunc annihilare eſſet actio poſitiua, quod falſum eſt. Hic Bonauentura probat per locum ab oppoſitis, quòd conſeruare ſit verè agere, & ratio ſtat in hoc, quia cum conſeruare, & anihilare adinuicem opponantur, ſi conſeruare non dicat aliquam actionem poſitiuam. ergo anihilare dicit aliquam actionem poſitiuam, quod falſum eſt, quia anihilare nihil aliud eſt, niſi non agere, quod etiam apparet ex hoc ſupplè, quòd cōſeruare ſit agere, quia nulla creatura eſt in eſſe ſuo independens, quia nec actus purus, igitur cōtinuè in eſſendo dependet à cauſa. nam ſicut aliquid ſimpliciter, & eſſentialiter depēdet ab alio in eſſendo, loquendo ſemper de cauſis eſſentialiter ordinatis, ita & quantum ad ſui permanentiam dependet, & ſic continuè in eſſendo dependet à cauſa, & non tantum à cauſa, quæ dedit eſſe, & modo non dat, quia tunc conſeruare nihil eſſet niſi prius egiſſe, & modo non deſtruere.

Conſeruare eſt verè agere.

¶Ibi. Si concedantur omnia iſta, quòd Deus conſeruando agat effectiuè. Hæc littera ſtat in hoc. ſi quis concederet, quòd conſeruare eſſet poſitiuè agere, & tamen diceret, quòd Deus eadem actione, qua produxit angelum in primo inſtanti, conſeruat pro quolibet inſtanti ſequenti, ita quòd illa actio non poteſt dici continua, patet quia non eſt ibi forma ſecundum quam continuetur. Vnde pro clariori intelligentia nota, quòd aliquando actio dicitur continua non ex ſua actione, ſed ex hoc, quòd forma, quæ acquiritur per talem actionem acquiritur ſucceſſiuè, ſicut calor vt 10. cauſatur in igne

Aliqua actio quomodo poteſt dici continua.

igne ſucceſſiuè, ita quòd vna pars poſt illam. Aliquando dicitur continua; non quòd forma, quæ acquiritur per talem actionem ſit in ſe continua, & diuiſibilis, ſed ex hoc, quòd eadem forma, vel exiſtentia illius continuatur in alio, & alio inſtanti, ipſam producendo in alio, & alio inſtanti, vt ſi Deus vna actione poſitiua produceret angelum in alio, & alio inſtanti continuando ipſum, & tali actioni continuè correſpondeat forma continua, & diuiſibilis, non diuiſibilis in ſuo eſſe, ſed ex hoc diuiſibilis; quia illud eſſe ſemper habetur, & ſemper producitur in alio. & alio inſtanti. Aliquando actio dicitur nō continua, ſiue indiuiſibilis, & eſt quando forma, quæ acquiritur per ipſam eſt indiuiſibilis, & tantum pro primo inſtanti acquiritur. Negaret ergo illa opinio conſeruare eſſe actionem primo, vel ſecundo modo, & diceret, quòd angelus in primo inſtanti accipit eſſe actione diuina indiuiſibili, & quòd etiam habet eſſe in ſecundo, & tertio inſtanti, & ſic ſucceſſiuè illa actione indiuiſibili, & nullo modo continuata.

¶ Contra. hac actione non habetur formaliter. Argumentum hoc Bonauenturæ cōtra hanc reſpōſionem ſtat in hoc. Tu dicis, quòd angelus in ſecundo inſtanti habet eſſe illa actione indiuiſibili, quia ipſe angelus habet eſſe in primo inſtāti. Contra. Nā angelus in ſecundo inſtanti de ſe habet nō eſſe, quęro tunc aut ergo in ſecundo inſtanti producitur in eſſe illa actione prima, & ſic illa actio continuatur, aut alia actione producitur in eſſe, ergo non habebit eſſe in ſecundo inſtanti per illam actionem primam, & hoc eſt quod dicit ibi hac actione, ſcilicet prima non haberetur formaliter, & vltimate illud eſſe, quod poteſt non habere, puta in ſecundo, vel tertio inſtanti poſita hac actione, & hoc probat, quia cauſa cauſans hac cauſatione eſt cauſa vltimatè applicata ad producendum effectum in eſſe, igitur ſi cum hoc ſupplè ſtante tali applicatione cauſæ poſſit ſtare effectum non eſſe, nō videtur, quòd hac cauſatione habeatur eſſe vltimatum, patet quia ſi cauſa eſt perfectè, & vltimatè applicata ad effectum producendum cauſatione. a. pro inſtanti. b. ſi pro illo inſtanti. b. effectus poteſt non eſſe. ſequitur quòd illa cauſatione. a. non ponitur in eſſe, quia ſi cauſatione. a. poneretur in eſſe pro inſtanti. b. eſſet impoſſibile ipſum effectum poſſe non eſſe pro inſtanti. b. ſed in propoſito hac cauſatione poſita, quia angelus producebatur in eſſe in primo inſtanti, poteſt angelus non habere eſſe cras, & ſi habet eſſe cras, non habet illud eſſe formaliter, & vltimatè illa cauſatione, qua ponebatur in eſſe pro primo inſtanti. oportet ergo dicere, quòd ſi habet eſſe pro alio, & alio inſtanti, quòd habeat eſſe, vel eadē cauſatione cōtinuata pro quocunque inſtanti, in quo habet eſſe, vel quòd habeat eſſe alia, & alia cauſatione pro alio, & alio inſtanti, quo ponitur in eſſe.

Reſponſio Henrici.

¶ Ibi. Si dicas diceret fortè Henricus (ſuſtinendo quod tantum habeat eſſe pro quocunque inſtanti actione indiuiſibili) quòd angelus non habeat eſſe, puta craſtina die, ſcilicet quòd non diceretur habere eſſe craſtina die, niſi pro quanto coaſſiſteret tempori craſtino. prima ergo actione non poſſet coexiſtere tempori craſtino, niſi alia actione ponatur tēpus craſtinum, cui aſſiſtat, ſed poſito tali tempore diceret Hēricus, quòd angelus eadem actione, qua habuit eſſe in primo inſtanti coaſſiſteret illi tempore craſtino. nam ipſe Henricus vult, quòd ſit impoſſibile æuum ſeparari à tempore, vt infra patebit, & ſic creatura dicitur exiſtere pro alio, & alio inſtanti pro quanto ipſe exiſtens in nunc æui, ipſum nunc æui indiuiſibile comparatur ad aliud, & aliud inſtās temporis, & hoc eſt quod dicit.

¶ Ibi contra. ita eſt de æternitate. Hæc inſtantia contra Henricum eſt ſatis clara in littera, nam tunc ſequeretur, quòd inſtans æui non differret ab inſtanti æternitatis. nam ex quo vult Hanricus, quòd ipſum æuum angeli quantumcunque durantis ſit indiuiſibile, vt ſupra dixi, & ſimiliter æternitas eſt verè indiuiſibilis, & tota ſimul ſecundùm omnes. ſi ergo dicatur nunc æui angeli non eſſe cras niſi pro quanto tempus coexiſta ſibi, ita nunc æternitatis, ſiue exiſtentia ipſius nunc, non poterit eſſe cras niſi pro quanto tempus ſibi coexiſtat, & ſic æuum, non differret ab æternitate, quod eſt inconueniens. & hoc eſt quod dicit.

¶ Ibi. Similiter non tantum poſita cauſatione, angelus poteſt nō habere eſſe cū futuro &c. Hic Bonauentura vult dicere ex quo ipſe angelus craſtina die non tantum poteſt habere non coexiſtentiam tempori, quæ fundatur in eſſe abſoluto angeli, ſed etiam illud eſſe abſolutum angeli poteſt non habere pro craſtina die. Quæritur ergo à quo ponitur illud eſſe abſolutum craſtina die, ſi prima actione qua habuit eſſe in primo inſtanti. ergo continuatur illa actio, quod eſt intentum, ſi alia, & alia actione ſimiliter habetur intentum, vt ſupra patuit non enim eſſe abſolutum angeli dependet eſſentialiter à coexiſtentia temporis, & ſic ſtat prima ratio Bonauenturæ.

¶ Ibi. Item ſecundo. Si eſſe eius eſt ſimplex & immutabile. ergo ſicut Deus non poteſt facere angelum non fuiſſe. ita nec non fore, vult dicere, quòd ſi eſſe æui eſt ſimplex, & immutabile. ergo ſicut Deus non poteſt facere angelum non fuiſſe, ita nec non fore. conſequentia patet. quia ſi æuum eſt omnino indiuiſibile, tunc idem eſſet fuiſſe & fore. & ſic, ſequitur quòd Deus non potuit facere angelum non fore.

An æuū ſit in diuiſibile.

¶ Ibi. confirmatur ratio, quia in æternitate non ſunt contradictoria vera de voluntate diuina, & confirmatio ſtat in hoc, quòd ſi æuum eſſet omninò indiuiſibile, tunc Deus poſſet creare angelum in inſtanti. a. & in eodem poſſet anihilare, quod patet, quia certum eſt quod in æternitate non verificantur contradictoria de voluntate diuina, nec ipſa eſt reſpectu contradictoriorum, ſed in æternitate potuit creare angelum, & eundem annihilare, patet, quia æternitas eſt tota ſimul, & non habens principium, neque finem. Pono nunc caſum poſſibilē, quòd Deus in æternitate velit angelum creare &

Quid ſi æternitas.

eundem anihilare. Iſta ſunt duo contradictoria, & vt non ſint duo contradictoria, oportet inuenire aliam cauſam, & iſta eſt, quòd vult angelum creare pro inſtanti. a. & vult ipſum anihilare pro inſtanti. b. ergo oportet ponere in angelo aliud inſtans, in quo velit eundem annihilare, & ſic erit menſura ſucceſſiua, nec oportet fingere ad tempus, cui coexiſtit, quia Deus potuit velle creare, & velle anihilare pro alio, & alio inſtanti abſque reſpectu ad tēpus, & hoc eſt quod dicit iſta littera.

¶ Tertia via arguit de infinitate, quia cum angelus durabit in infinitum cum toto tempore futuro, ſi nunc habet totam ſuam durationem, quam habebit ſemper, igitur nunc formaliter habet durationem infinitam, & ſic æuum angeli non differret ab æternitate, quia habet totam ſuam durationem ſimul.

¶ Ibi. hoc confirmatur, quia illud nunc quod eſt ex ſe tale, quod poteſt coexiſtere infinito eſt formaliter infinitum, ſicut ſi angelus nunc haberet in ſe, vnde poſſet coexiſtere omni loco eſſet infinitus ſecundum locum. ſi tamen loca eſſent infinita.

¶ Ibi. & ſi dicatur, quòd hoc non eſt verum, niſi habeat ex ſe vnde poſſit ſic coexiſtere, vult dicere

quòd & ſi angelus poſſit eſſe præſens omni loco, nō ex ſua virtute, ſed tantum per potentiam diuinam, non diceretur eſſe infinitus ſecundum locum; quia eſſe infinitum ſecundùm locum eſt poſſe eſſe ſimul in infinitis locis virtute propria.

Quid ſit infinitum eſſe ſecundum locum.

¶ Ibi contra, quia argumētum ſtat, quia ſi poteſt eſſe in omni loco participatiuè diceretur infinitus participatiuè. Et ſic licet hęc immenſitas non ęquaretur immenſitati diuinæ inteſiuè, ęquaretur tamē extenſiuè, hoc idem dico de æuo, quòd ſi angelus, etiam participatiuè poſſit coaſſiſtere infinito tempori per nunc æui inſtiuiſibile, illud nunc æui eſſet infinitum extenſiuè, quod eſſet inconueniens.

Declaratio litteræ D. Bonauen.

¶ Ibi. & confirmatur iſta ratio, quia negatio negationis eſt affirmatio poſitionis. vult dicere in iſta littera Bonauentura, & probare, quòd actu habeat infinitas exiſtentias, & ſic illud æuum ſi eſt indiuiſibile ſit in infinitū, quod dicit negatio negationis, eſt affirmatio poſitionis. Hoc eſt notum in logica, quia duæ negationes efficiunt vnam affirmationem & quod dicit de negationibus nagatis, negationes negatæ in propoſito ſunt iſtæ, ſcilicet non coexiſtit æuum huic inſtanti temporis, & non coexiſtit alteri inſtanti, & ſic in infinitum, & ſic ſunt infinitæ negationes negatæ, & hoc modo negantur, nego ſcilicet, ꝙ æuuum non aſſiſtat huic inſtanti temporis, & nego ſimiliter, quòd non aſſiſtat alteri inſtanti temporis, & ſic in infinitum. ergo infinitæ negationes infinitarum negationum coexiſtendo ponunt infinitas affirmationes, vel vnam continētem infinitas, & ſic æuum erit actu infinitum, vel actu habebit infinitas coexiſtentias infinitis partibus temporis, & hoc eſt quod dicit in iſta littera.

Quid ſit negatio negata.

Quarta ratio.

¶ Ibi. quarta via eſt ex ordine eorum, quę poſſunt eſſe in æuo. Et ſententia litteræ ſtat in hoc. pono quòd angelus in primo inſtanti, in quo habuit eſſe, potuit habere innocentiam, & poſtea peccare & obligari ad pœnam æternam. ergo ibi prius & poſterius, & ſic ſucceſſio etiam circunſcripto omni tempore.

¶ Ibi. Similiter poteſt vnus angelus prius creari, & poſtea ſtatim anihilari, & poſtea alius creari, ille primus nunquam fuit illo ſecundo exiſtenti. ergo nec in eodem nunc cum illo, ſic vnus prius, & alius poſterius, & ſic ſucceſſio.

¶ Ibi. Pro iſta poſitione ſecundū auctoritates, quæ ſunt claræ in littera, nec alia indigent expoſitione.

IBI. Contra iſtam poſitionem quòd includit contradictionem, arguitur ab Henrico quolibe. 5. q. 13. & quoli. 9. q. 7. Nam Henricus vult, quòd exiſtentia angeli quantumcunque duret, menſuretur aliquo nunc æui indiuiſibili, ita quòd tantum vnum nunc æui indiuiſibile menſuret intrinſecè exiſtentiam totam angeli quantumcunque durantem, & ſic menſura angeli intrinſeca eſt indiuiſibilis, & nullo modo ſucceſſiua, & diuiſibilis. vult tamen, quòd ipſum æuum angeli indiuiſibile de neceſſitate coaſſiſtat tempori, & ſic illud nunc æui poteſt dici ſucceſſiuum, non in ſe, vt dicit, ſed prout coaſſiſtit alijs, & alij nunc temporis. Arguit ergo Henricus contra opinionem Bonauenturæ aliquibus argumentis, quæ poſtea patebunt in ſoluendo illa pro opinione ſancti Bonauenturæ.

Opinio Henrici quolib. 5. q. 13. & 9. vi. 1.

HANC Concluſionem Negatiuam tenendo dupliciter ponitur differētia æui ad tempus, & ęternitatem. Henricus enim ponit duo. Primum, quòd menſura angeli, ſiue æuum angeli nullo modo eſt ſucceſſiuum, & ſic in æuiternum nullum eſt ſucceſſiuum. Secundum ponit, ſcilicet quòd ipſum ęuiternum, ſiue angelus menſuratus æuo in quolibet inſtanti habet non eſſe, & ſimiliter æuum habet eſſe terminatum in quolibet inſtanti, ideſt quòd in quolibet inſtanti habet de ſe non eſſe.

¶ Ibi. contra iſtum modum ponendi arguo. Scotus arguit contra Henricum deducendo ipſum ad contradictionem. & ratio Scoti ſtat in hoc, quia pono, quòd angelus habeat exiſtentiam in nunc. a. & ſecundo quòd habeat exiſtentiam in nunc b. Tertio pono, quòd ipſum nunc poſitum per Henricum in quolibet inſtanti habebit de ſe terminari, ſiuè non eſſe, & ſimiliter exiſtentia angeli, tunc quæro quomodo angelus, qui prius eſt in nunc. a. fiat in nunc. b. Si dicis quòd ex ſe eſt ibi. Contra quia in nunc a. habet ex ſe terminari, ſiuè non eſſe. & ſimiliter quæro de nunc poſito ab ipſo, quod eſt in nunc. a. quomodo fiat in nūc. b. nō ex ſe, quia per ipſum in nūc. b. habet de ſe non eſſe, ergo ſi tam exiſtentia angeli, quàm ipſum nunc æui fiant in nunc. b. aut hoc erit quia vtrūque de nouo producitur, aut quia vtrumque ſit iterum poſitum, & ſi ſic, tūc erit ſucceſſio, q̄a ipſum nunc in inſtanti b. vel iterum poſitum, vel de nouo cauſatum, ſuccedit ſibi ipſi exiſtenti in nūc. a. ergo contradicit ſibi dicendo menſuram angeli nō eſſe ſucceſſiuam, & quòd tam angelus, quàm ipſum æuum pro quolibet inſtanti habet de ſe terminari, ſiuè non eſſe, & hoc eſt quod dicit.

Scotus reducit Henricū ad contradictionem.

¶ Præterea quod dicit, quia Bonauentura dicit, ſi æuum angeli ſit penitus indiuiſibile, ſequuntur multa incompoſſibilia, quæ patent in poſitione Bonauenturæ. Dicit Henricus, quòd impoſſibilia poſita à Bonauentura non ſequuntur ex hoc, quòd æuū ponatur indiuiſibile, ſed ex hoc. quod ponatur æuū poſſit ſeparari à tempore, quod tamen eſt impoſſibile, & ſic non eſt incōueniens, quòd ex vno impoſſibili ſequantur multa impoſſibilia. Ad hoc ergo antecedens impoſſibile, vel incompoſſibile, ſcilicet æuum indiuiſibile poteſt ſeparari à tempore. Sequuntur multa incompoſſibilia poſita à Bonauentura, ſed ſi æuum indiuiſibile de neceſſitate coaſſiſtat tempori, nulla impoſſibilia ſequuntur, & hoc eſt quod dicit contra hoc.

¶ Doctor ibi. hoc non videtur. Hic probat doctor quòd non repugnat æuo poſſe eſſe ſine tempore, quia, ſecūdùm Henricum ipſum æuum eſt prius natura tempore, quia vult, quòd tempus de neceſſitate concomitetur æuum tanquàm imperfectum perfectum, & vult etiam, quòd illud, quod eſt prius natura alio non repugnet ſibi poſſe eſſe ſine illo ergo in priori quo æuum poteſt eſſe ſine tempore, etiam æuiternum, quod eſt menſuratum ipſo æuo poſſit eſſe ſine tempore, patet, quia æuum exiſtentię angeli fundatur in ipſa exiſtentia. ergo ſi illud ęuum eſt indiuiſibile, & ex ſe poteſt præcedere tempus, tūc in illo priori ſequerentur impoſſibilia illa illata à Bonauentura.

¶ Et quod probat etiā dicit Hēricus ꝙ tempus de neceſſitate concomitatur æuum tanquàm imperfectius perfectum, quod de neceſſitate continetur.

¶ Ibi dicit doctor, Hoc non concluderet ſicut diximus, quod corpus continet ſuperficiem, & lineā, quia non poteſt eſſe ſine illis, cum ſint priora ipſo corpore, & ſibi inuicem intrinſeca, modo ęuum nō ſic continet tempus tanquàm prius, & intrinſecum ſibi, cum tempus ſecundùm ipſum ſit poſterius æuo. ſi ergo æuum continet, tempus erit continentia quiditatiua, & hoc non. Si vis dicere, quod æuū continet quidditatiuè tempus, ita quòd tempus ſit de quiditate æui, & tunc tempus quod eſt poſterius, erit de quiditate prioris, aut de quiditate potentiali, ideſt quod contineat ipſum æuum tempus potentialiter, ſicut quiditas animalis continet quiditatem hominis tanquam ſuperius ſuum inferius, & hoc non concludit neceſſitatem æui ad tempus, quia ſicut non repugnat animali eſſe ſine homine,

Corpus quō contineat ſuperficiem & lineam.

nunc, ita non repugnat quo eſſe ſine tempore,& ſic ſtat intentum..

Opin. D.Bonau. videtur probabilis.

QVI vult tenere primam opinionem. Hic Doct.oſtendit modum quo quis poteſt tenere primam opinionem, quæ eſt ſancti Bonauenturæ, declarando quomodo menſura angelorum poſſit dici merè ſucceſſiua,quæ menſura dicitur æuum. Dicit ergo ſic: Qui vult tenere primam opinionem, quæ videtur probabilis, & habet per ſe rationes probabiles, poteſt dicere ſecundum intentionem ponentis, quòd æuum propriè eſt quantitas, & per conſequens habet propriam diuiſibilitatem, quia diuiſibilitas in partes quantitatiuas, de neceſſitate concomitatur quantitatem, & talis quantitas non habet diuiſibilitatem permanentem,ita quòd omnes partes ſimul ſint, quod eſt de ratione permanētis, ſed ſucceſſiuam, ſic quòd vna pars ſemper ſuccedat alteri: non enim talis quantitas poteſt habere omnes partes ſimul, cum de ratione ſucceſſiui ſit non habere omnes partes ſimul. Et quia ſucceſſiuū poteſt eſſe duplex, aliquod quod eſt compoſitum ex partibus diuiſibilibus,ita quòd vna pars ſemper diuiſibilis in infinitas partes ſuccedat alteri parti.& ſic tempus,& motus dicuntur ſucceſſiua,quia quælibet pars temporis, & quælibet pars motus eſt diuiſibilis in partes infinitas proportionales. Aliud eſt ſucceſſiuum cōſtans ex partibus indiuiſibilibus, ita quòd vnum indiuiſibile ſuccedit alteri,ita quòd vnum indiuiſibile cum deſinit eſſe, ſuccedit aliud, & cum aliud deſinit eſſe, ſuccedit aliud,& hoc modo poteſt poni æuum quantitas ſucceſſiua, quia cōſtat ex alio, & alio nunc ſibi inuicem ſuccedētibus, & ita nunc æui quantum eſt ex ſe raptim tranſit,ita cum vnum nunc deſinit, aliud ſuccedit. Et eſſe æuiterni, quòd eſt ens menſuratum æuo, vt poſitum eſt in illo nunc, ſcilicet indiuiſibili, & inſtantaneo, ex poſitione æui, in illo nunc, ſupplè præciſè habet eſſe in iſto nunc,& ſtatim non eſſe iſto nunc tranſacto, niſi eadem cauſa alia cauſatione poneret idem eſſe in alio nunc, ideſt quòd quādo angelus creatur in inſtanti a. præciſè habet eſſe tantum pro illo inſtanti, & in inſtanti immediatè ſequenti quantum eſt ex ſe etiam non eſſet, niſi prima cauſa, quæ ponit angelum in primo inſtanti, eadem cauſatione, vel alia ponat illud idem eſſe in ſecundo inſtanti, & ſic ſucceſſiuè de alijs inſtantibus: & ita conſeruat poſitiuè cauſando non aliud eſſe, ſicut eſt in ſucceſſiuo, ſed idem eſſe infinities. Vult dicere, quòd ideo prima cauſa conſeruat angelum: quia in ſecundo inſtanti, ſiuè nunc, in quo angelus quantum eſt ex parte ſua,deſinit eſſe, ponit eundem angelum ineſſe in ipſo nunc, & ſimiliter conſeruat in tertio nunc, quia idem angelus in illo nunc quantum eſt ex ſe deſineret eſſe: niſi idem angelus eadem cauſatione, qua ponitur in primo nunc, ponatur in nunc ſuccedētibus,ſiuè alia, & alia cauſatione. ita quòd vna cauſatione ponatur in primo nunc, quæ dicitur creatio, & alia cauſatione ponatur in ſecundo nunc. & ſic deinceps, & ſic æuum, ſiue nunc æui dicitur raptim tranſire, quia ſemper aliud, & aliud nunc ſuccedit. Sequitur in littera, ita quòd prima cauſatio dicitur creatio, &c. Senſus huius litteræ eſt, cum dicit, quod cauſatio angeli in primo inſtāti dicitur creatio, quæ immediatè ſequitur ipſum non eſſe, & cauſatio eiuſdem angeli in ſecundo inſtanti dicitur conſeruatio, vt ſequitur ipſum non eſſe, & cauſatio eiuſdem angeli in ſecundo inſtanti dicitur conſeruatio, vt ſequitur ipſum non eſſe poſterius duratione, ipſum non eſſe dico, quod præcedit creationem angeli, & ſequitur non eſſe poſterius natura, quod non eſſe eſt poſterius creatione angeli, non quòd tale nō eſſe inſit, ſed in illo ſecundo inſtanti, in quo ponitur angelus in eſſe,ſi nō poneretur in eſſe,ipſum non eſſe ineſſet eo modo,quo expoſitum eſt ſupra diſt. 1. q.2.& ipſum eſſe angeli poſitum in ſecundo inſtanti eſt poſterius duratione, ipſo eſſe angeli poſito in primo inſtanti,patet,quia eſſe angeli in primo inſtanti menſuratur primo nūc æui. & idem eſſe poſitum in ſecundo inſtanti menſuratur alio nunc æui. quod ſuccedit priori nunc,& hoc modo eſt continuatio & conſeruatio eiuſdem exiſtentiæ angeli poſitæ in primo inſtanti,& iterum poſitæ in ſecundo inſtanti, & iterum poſitæ in tertio,& ſic deinceps, & ſolum in primo inſtanti, in quo ponitur dicitur creatio. & in omnibus alijs ſequentibus primum inſtans, in quibus ponitur dicitur conſeruatio, & ſic patet iſta littera Doctoris.

Succeſſiuum poteſt eſſe duplex.

Quomodo eſt ſucceſſio in æuo. & æuiterno.

Declaratio litteræ.

Quantitas virtualis attenditur penes perfectionem intrinſecam.

¶Ibi exemplum huius eſt, quia ſi angelus habet aliquam quantitatem virtualem. (quantitas enim virtualis attēditur penes perfectionem intrinſecam, ſicut dicimus,quòd Deus eſt infinitæ quantitatis in virtute, ideſt quòd eſt infiniti vigoris, & virtutis, & talis quantitas diſtinguitur à quantitate molis, vbi tantum attēditur extenſio quantitatiua (per quam poteſt eſſe pſens alicui loco diffinitiuè.) locus enim diffinitiuus pro nunc, vt diſtinguitur cōtra locum circumſcriptum,dicitur locus præſentialis,quo aliquid dicitur ſic eſſe hic, quòd pro illo inſtanti non eſt alibi, vel ita eſſe præſens huic,q pro illo inſtanti non eſt præſens: alteri ſicut ſi vnus angelus eſſet in vno loco,& pro illo inſtāti non eſſet in alio loco, diceretur propriè in loco eſſe diffinitiuè,ſiuè præſentialiter) ita per eam ſupple quantitatem virtualem eſt præſens huic loco, quòd nō poteſt præſens eſſe ſimul alij loco, nec abſolutè poteſt eſſe præſens alij loco, niſi aliqua mutatione facta circa ipſum, ſcilicet quātitatem virtualem per reſpectum ad alium locum, vel quòd ipſa fuit maior formaliter, vel q ipſa transferatur de loco ad locum, vel quòd per potentiam diuinam ſit in alio loco, non derelinquendo priorem locum, quod poteſt facere,vt patebit infra, & prolixè in quarto diſtinctio.10.& 49. Sequitur. ita eſt in propoſito, quòd illud eſſe quod habet angelus vnica cauſatione, limitatum eſt ad hoc,nunc, ita quòd quantum eſt ex parte ſua habet tantum eſſe in illo nunc, ita quòd in ſecundo nunc ex parte ſua nullum haberet eſſe, niſi eadem cauſatione, qua ponebatur in primo, nunc ponatur in eſſe in ſecundo nunc,vel alia cauſatione à priori ponatur in eſſe in iſto ſecundo nunc. & ſic patet littera huius exempli.

Magis declinat Scotus ad opinionē D.Bonauen. quàm Henrici.

¶IBI. Ad argumēta cōtra illam ꝓpoſitionem. Hic Doctor reſpondet ad argumenta Henrici facta cōtra opinionem ſancti bonauēturæ. ad quam opinionem videtur Doctor declinare. Primò enim arguit ſic Henricus probando,quòd includat contradictionem, ſcilicet æuum eſſe ſucceſſiuum, quia vbi eſt ſucceſſio, ibi eſt prius & poſterius, quæ non ſunt ſimul,ſed adueniente poſteriori prius decidit, & per conſequens prius veteraſcit, & poſterius nouum eſt, & ſic ſequeretur, quòd in exiſtētia angeli poſſet eſſe innouatio, quod eſt inconueniēs. Si dicatur, quòd in mēſura eſt tantum ſucceſſio, & innouatio, ſed non in menſurato. Contra hanc reſponſionem arguit Henricus, probando, quòd non poteſt eſſe nouitas in menſura, quin etiam ſit in menſurato,& probat per Philoſophum in quarto phyſicorum tex.commen.99. vbi habetur, quòd prius, & poſterius ſunt in tempore propter prius, & poſterius in motu,neceſſe eſt inquit in motu eſſe prius,& poſterius proportionalia his, quæ ſunt ibi, puta magnitudini, at verò in tempore eſt prius, & poſterius propter id, quod ſequitur ſemper alterū ipſorum,

ipſorum, eſt autem prius, & poſterius ipſorum in motu. Hæc ille, & Commentator ibi, quia inquit prius, & poſterius inueniuntur in menſura, in qua ſit motus primo, & eſt ille, quæ eſt in ſitu neceſſe eſt, etiam, & in motu inueniantur prius, & poſterius, & parum infra ex hoc inquit, quòd prius, & poſterius inueniuntur in partibus motus. ſequitur, vt inueniantur in ipſo tempore. hæc ille. Hoc idem patet vbi ſupra tex. commen 100. vbi ſic habetur. At verò tempus cognoſcimus, cum diffinimus motum prius; & poſterius determinantes, & tunc dicimus fieri tempus, quando prioris, & poſterioris in motu ſenſu percipimus. hæc ille. Et commentator ibi ipſius inquit, ſentiunt primò, & eſſentialiter, cum ſenſerimus motum, in quo ſentimus nos transmutari, idest eſſe in eſſe tranſmutabili. hæc ille. Et hoc idem patet in textu 101. & inde. Ex his ergo, & aliis auctoritatibus apparet expreſsè, quomodo non poſſit eſſe nouitas in menſura, quin ſit in menſurato, vt patet de motu menſurato tempore. Sic dico in propoſito, quòd ſi non ſit aliqua exiſtentia noua in æuiterno, ſequitur quod nec aliqua nouitas erit in æuo. & ſic ſi non ſit prius, & poſterius in menſurato, non erit aliqua diſtinctio inter prius, & poſterius id menſura.

Non poteſt eſſe nouitas in menſura, quin ſit in menſurato.

¶Ibi. Hoc etiam confirmatur per philoſophum, qui vult, quòd menſura ſit vnigenea menſurato, vt patet decimò metaphyſicorum tex. commen. 4. vbi ſic habetur. Semper inquit cognatum eſt metrum magnitudo, non quidem enim magnitudo, & ſecundum vnumquodque longitudinis longitudo, latitudinis latitudo, vocis vox, grauitatis grauitas, vnitatis vnitas. ſic enim oportet accipere. hæc ille. Vult dicere, quòd tertia proprietas menſuræ eſt, quod ſit vniformis, & vnigenea menſurato, ideſt quòd ſit vnius generis cum menſurato. Et hoc eſt quod dicit, quòd ſemper metrum eſt cognatum, ſupplè vnius generis commenſurato. & hoc patet per exempla ibi poſita: nam menſura magnitudinis eſt quædam magnitudo, & ſecundum vnumquodque menſuratum, vt quòd latitudinis ſit ſupplè menſura longitudo, & longitudinis menſura ſit longitudo, &c. Hoc idem vult Commen. ibidem. ſequitur ergo ex iſta auctoritate, quòd ſi menſura ſit diuiſibilis, & ſucceſſiua, & menſuratum ſimiliter erit diuiſibile, & ſucceſſiuum, quod etiam probatur per hoc, quia indiuiſibile inquantum indiuiſibile non poteſt menſurari diuiſibili.

¶ Ad hoc argumentum Henr. contra Bonauent. Reſpondet Doct. ſuſtinendo opinio. Bonauent. & reſponſio ſtat in hoc, quòd licet tempus, quod eſt diuiſibile ſit menſura motus, qui eſt diuiſibilis, & quod diuiſio temporis præſupponat diuiſionem motus, quia diuiſio partium motus eſt cauſa diuiſionis partium temporis, & per conſequens non poteſt eſſe nouitas, & ſucceſſio in tempore, quin ſit in motu menſurato, nō tamen ſic ſequitur de æuo reſpectu exiſtentiæ angeli, quia poteſt eſſe diuiſio menſuræ abſque diuiſione menſurati, præcipuè cū menſuratum non ſit cauſa mēſuræ, & etiam ſi ſic poteſt eſſe, quòd aliqua mēſura ſit ſucceſſiua illi, ita quòd vnum nunc ſuccedat alteri, & tamen menſuratum non ſit ſucceſſiuum, ſed ſufficit, quòd illud menſuratum actione continua agentis primi, vel alia. & alia actione ponatur in alio, & alio inſtanti, Et ſi dicatur menſura, & menſuratum ſunt vnigenea: ſi ergo æuum eſt diuiſibile in alia, & alia inſtantia ſibiinuicem ſuccedentia: ergo, & exiſtentia angeli erit diuiſibilis.

Menſura, & menſuratum quomodo ſe conſequantur.

¶Dico primò, quod Ariſt. nō poſuit hanc menſuram æui ſucceſſiuam, ſed tempus eſſe menſuram ſucceſſiuam poſuit, & vnigeneam menſurato, vult enim ipſe ſubſtantias ſeparatas eſſe neceſſe eſſe, & æternas. Secundò dico, quod licet exiſtentia angeli non ſit in ſe diuiſibilis, tamen vt conſideratur habere eſſe in alio & alio inſtanti, & hoc vel actione continua primi agentis, vel alia, & alia actione erit diuiſibilis. Addit enim Doctor, quod licet menſura ſucceſſiua qualis eſt tempus vt comparatur ad motum, eſt vnigenea illi: quia ſicut in tempore alia, & alia pars ſuccedit alteri parti, ita quod adueniente vna parte, altera deſinit eſſe. Sic ſimiliter eſt in motu, in quo vna pars ſuccedit alteri, ſic quod adueniente ſecunda deſinit prima, & ſic adueniente tertia deſinit ſecunda, & ſic ſucceſſiue, loquendo tamen de re permanente, quæ eſt ſubiecta motui, quæ menſuratur etiam tempore, pro quanto motui ſubijcitur, non erit vnigenea temporis, quia res permanens habet omnes partes ſimul, ita quòd vna non ſuccedit alteri, ſicut è contrario eſt in tempore, & in motu, vbi partes non ſunt ſimul, ſed ſemper vna alteri ſuccedit.

Mēſura æui nō eſt poſita ab Ariſt.

¶Secundò principaliter arguit Henricus, quia ſi nunc æui raptim tranſit, ita quod vnum ſuccedit alteri, & adueniente ſecundo nunc, primum deſinit eſſe, aliter æuum non eſſet ſucceſſiuum, quia ſi omnia nunc æui ſimul eſſent, ipſum æuum eſſet permanēs, quia haberet omnes partes ſimul. Ad hoc ergo vt dicatur ſucceſſiuum, oportet ſic vnum nunc ſuccedere alteri, quòd adueniente vno deſinat aliud; ſed non eſt poſſibile nunc æui deſinere eſſe, quod patet, quia ſi deſinit eſſe, hoc maximè erit propter defectum ſubiecti, puta ipſius æuiterni, ſed æuiternum manet idem, nec poteſt aſſignari alia cauſa, qua deſinat eſſe, quia nō videtur aſſignari poſſe cauſa corruptionis: ergo nunc æui non deficit: aliter tamen eſt de nūc temporis, quia deficit propter defectum ſubiecti proximi, quod eſt mutatio.

¶Reſpondet Doctor ad hoc ſecundum argumētum, & dicit, quòd illud nunc deſinit in ſe, quia ex ſe habet tantum raptim tranſire, deſinere tamen poteſt exponi dupliciter. Vno modo per poſitionem præſentis, & negationem futuri, vel per poſitionem præteriti, & negationem præſentis. Et vt iſta litera intelligatur, declaro aliqua: nam differentia eſt inter permanentia, & inter, Succeſſiua diuiſibilia in partes diuiſibiles, & inter indiuiſibilia, ſiuè inſtantanea.

¶ De permanentibus ſit iſta prima concluſio, quod permanens habet primum ſui eſſe. Et pono exemplum, quod generetur ignis ex ligno, & tunc dicitur ignis generari, quando forma ſubſtantialis ignis inducitur in materia ligni, quod declarat Doctor in prima diſtin. quarti. quæſt. 1. & tunc dico, quòd forma ignis geniti habet primum ſui eſſe, loquendo de forma completiuè, ideſt quod datur aliquod inſtans in quo habet ſuum eſſe perfectum: & cum dicitur, illa forma incipit eſſe: ſic debet exponi, & dicatur illa forma a. a. incipit eſſe: ſic exponitur a. nunc eſt, & immediatè ante hoc inſtans non fuit, ergo a. incipit eſſe, & quod dicitur, quod immediatè ante hoc inſtans non fuit, non debet intelligi, quod immediatè nō fuit in aliquo inſtanti immediato illi inſtanti in quo eſt, quia tunc duo inſtantia eſſent immediatè, quod eſt contra Ariſtot. 4 & 6. phyſicorum. Sed ſic debet intelligi immediatè ante hoc inſtans non fuit, ideſt in tempore immediatè præcedenti. hoc inſtans in quo eſt: ergo incipit eſſe. ſic intelligendo a. in hoc inſtanti eſt, & in tempore immediato ante hoc inſtans non fuit: ergo a. incipit eſſe. & hoc modo in permanentibus incipit, exponitur per poſitionem de præſenti, & negationem de præterito. & ſic patet quomodo in permanentibus datur primum ſui eſſe.

Prima concluſio. Quomodo permanens, & ſucceſſiuum habent ſuum eſſe quātum ad primum, & vltimum.

¶Secunda

Secunda cõcluſio. ¶Secunda concluſio eſt, ꝙ in permanentibus nõ datur vltimum ſui non eſſe, ideſt ꝙ non datur aliquod inſtans, in quo non ſit, & aliud inſtans, in quo immediatè ſit, quia tunc duo inſtantia eſſent ſimul immediata, nec tempus immediatum ad illud inſtans: quia tunc generaretur in tempore, & non in inſtanti, vt ſi dicatur a. in iſto inſtanti non eſt, & immediatè poſt hoc inſtans erit. Si intelligatur ly immediatè pro inſtanti immediato, tunc dantur duo inſtantia ſibi immediata. Si intelligatur immediatè, ideſt in tempore immediatè habito, tunc generatur in tempore, & non in inſtanti, quod eſt contra philoſophum & ſic patet quomodo rei permanentis datur primum inſtans ſui eſſe, & non datur vltimum inſtans ſui non eſſe. Exemplum clarum ponitur vtriuſque ſupponendo, ꝙ quando acquiritur aliquod permanens vt permanens, tantum in inſtanti acquiritur. Et licet aliqua qualitas, vel quãtitas, & fortè multæ formæ ſubſtantiales ſecundùm Scotum in 9. metaphyſicæ. acquirantur ſucceſſiuè, & tamen ſunt de numero permanentium, cum omnes partes habeant ſimul, vt ergo ſucceſſiuè acquiruntur, & per motum ſimilis datur regula de eis, quæ & de ſucceſſiuis. Sed regula iſta de permanentibus intelligitur de permanentibus, quæ vt permanentia totum ſimul habent eſſe in vltimo inſtanti temporis, in quo tempore ſucceſſiuè requiruntur, & in vltimo inſtanti tãtum indiuiſibiliter, & ſic nullo modo per motum. Sed per mutationem hoc præmiſſo pono exemplũ, & ſit forma permanẽs a. quæ ſimul tota acquiritur, tunc datur primum ſui eſſe, ideſt datur aliquod inſtans temporis præcedẽtis, in quo eſt verum dicere a. eſt, & per totum tempus præteritum immediatum illi inſtanti verum eſt dicere a. nõ fuit ergo a. incipit eſſe, & ſic incipit exponitur per poſitionem de præſenti, ſupple affirmando a. eſſe in aliquo vltimo inſtãti alicuius temporis; & per negationem de præterito, ſupplè negãdo ipſum fuiſſe pro toto tempore immediatè præcedenti illud vltimum inſtans.

Exemplum clarum.

¶Item non datur vltimum ſui non eſſe, ideſt non datur aliquod inſtans immediatè ſequens aliquod tempus in quo a. non ſit, & immediatè poſt illud inſtans ſit, quia ſi in aliquo inſtanti non eſt, & immediatè poſt illud eſt, aut erit in tempore, aut in inſtanti non in tempore immediato ad illud inſtãs in quo non eſt, quia dictum eſt, ꝙ permanens vt permanens acquiritur in inſtanti, nec etiam eſt in inſtanti immediatè ſequenti inſtans in quo nõ fuit, quia tunc darentur duo inſtantia ſibi immediata.

Tertia concluſio. ¶Tertia concluſio. Permanens habet primum inſtans ſui non eſſe, ideſt quòd ſi aliquod permanẽs duret per horam, & in vltimo inſtanti illius horæ deſinit eſſe, & ſic exponitur per negationẽ de præſenti, & per poſitionem de præterito, ſupplè a. in vltimo inſtanti horæ non eſt, & in tempore immediato ante illud inſtans fuit, ergo a. deſinit eſſe. Et ſic patet differentia inter vltimum inſtans ſui non eſſe, & primum inſtãs ſui non eſſe, quia cum dico a. habet vltimum inſtans ſui non eſſe, ſemper exponitur per negationem de præſenti, & poſitionem de futuro, ideſt a. in iſto inſtanti non eſt, & immediatè poſt hoc inſtans erit. Cum verò datur primum inſtans ſui non eſſe, ſemper ſic exponitur per negationẽ de præſenti, & poſitionẽ de præterito, ſupplè a. in iſto inſtanti non eſt, & in tempore immediato ad hoc inſtans fuit: ergo a. deſinit eſſe. Et ſic ad vltimum inſtans ſui non eſſe ſequitur incipere eſſe. ad primum verò inſtans ſui non eſſe, ſequitur deſinere eſſe.

Differentia inter vltimum inſtãs ſui non eſſe, & primum inſtans ſui non eſſe.

Quarta concluſio. ¶Quarta concluſio. Cõmuniter, quod eſt primum inſtans non eſſe alicuius formæ permanentis, eſt primum inſtans eſſe alterius formæ permanẽtis. Exemplum. Pono caſum, quòd materia ligni ſit ſub forma ligni tantum per horam, & in vltimo inſtanti illius horæ ſit ſub forma ignis, tunc in vltimo inſtanti illius horæ, verum eſt dicere, forma ligni in hoc inſtanti non eſt, & in tempore immediato ante hoc inſtans fuit: ergo deſinit eſſe. & ſic datur primum inſtans ſui non eſſe. Similiter verum eſt dicere forma ignis in vltimo inſtãti illius horæ eſt, & in tempore immediato ad illud inſtans non fuit: ergo incipit eſſe, & ſic patet quomodo reſpectu vnius formæ, illud inſtans quod eſt primum inſtãs ſui non eſſe, eſt etiam primum inſtans eſſe alterius formæ.

¶Aduerte tamen primò, ꝙ quando datur primũ inſtans ſui eſſe, ſemper incipit, exponitur per poſitionem de præſenti, & negationem de præterito. Exemplum a. nunc eſt, & immediatè ante hoc non fuit: ergo a. incipit eſſe.

¶Secundò. Quando datur vltimum inſtans ſui non eſſe; incipit ſemper exponitur per negationem de præſenti, & per poſitionem de futuro. Exemplum a. in iſto inſtanti non eſt, & immediatè poſt hoc inſtans erit: ergo a. incipit eſſe. Tertiò, quando datur primum inſtans ſui non eſſe, tunc non poteſt exponi per incipit, ſed per deſinit, & deſinit ſemper ſic exponitur per negationem de præſenti, & poſitionem de præterito. Exemplum a. in iſto inſtanti non eſt, & in tempore immediato ante hoc inſtans fuit: ergo a. deſinit eſſe. Quartò, vbi datur primum, & vltimum inſtans ſui eſſe, vt in indiuiſibilibus poteſt exponi per incipit, & deſinit, & ly incipit exponitur per poſitionem de præſenti, & negationem de futuro, & hoc ſatis patet per philoſophum. Exemplum primi a. in iſto inſtanti eſt, & immediatè ante hoc non fuit: ergo a. incipit eſſe. Exemplum ſecundi a. in iſto inſtanti eſt, & immediatè poſt hoc non erit: ergo a. deſinit eſſe.

¶Quinta concluſio, in permanentibus nõ datur vltimum inſtans ſui eſſe, & hoc ſatis expoſui infra in iſto ſecundo. Et vt clarius intelligatur, pono ꝙ aliquod permanẽs duret per horam, & tale permanens dicatur a. Tunc ſic ſi a. habet vltimum inſtans ſui eſſe, quod eſt vltimum inſtans vnius horæ, tunc exponitur per poſitionem de præſenti, & negationem de futuro, ſic dicendo a. in iſto inſtanti eſt, & in tempore immediato poſt hoc inſtans nõ erit: ergo deſinit eſſe. Secunda pars eſt falſa, quia tunc haberet non eſſe in tempore, & deſineret eſſe in tempore, quod eſt contra rationem permanentis, quia permanens, quod ſimul deſinit eſſe, tantum deſinit eſſe in inſtanti. Permanẽs tamen de potentia Dei, poteſt habere vltimum inſtans ſui eſſe. Nam Deus poſſet conſeruare lapidem per vnam diem, & per vltimum inſtans illius diei, & in tempore immediato ad illud inſtans poſſet eundem lapidem anihilare, & ſic haberet vltimum inſtans ſui eſſe. & hoc ſatis patet à Doct. quæſt. 12. quolibetorum. *Quinta concluſio.*

¶Sexta concluſio eſt de ſucceſſiuis, vbi plura cõtinentur, ſucceſſiua enim ſunt illa, quæ non habent omnes partes ſimul, ſed vna ſuccedit alteri, ita quòd vna adueniente, alia deſinit eſſe, vt patet de motu, & tempore. Et de iſtis loquendo dantur aliquæ regulæ. Quarum prima eſt iſta, quòd in ſucceſſiuis datur primum ſui non eſſe. Et pono exemplum de motu, qui duret per horam, & tunc iſta eſt vera, motus in vltimo inſtanti horæ non eſt, patet, quia motus non eſt in inſtanti, & in tempore immediato ad illud inſtans fuit, & ſic deſinit eſſe. Secunda regula, in ſucceſſiuis datur vltimum inſtans ſui nõ eſſe, ideſt datur vltimum inſtans alicuius temporis in quo non eſt, quia motus nunquam eſt in inſtãti, vt dixi, *Sexta concluſio.* *Aliqua regula de ſucceſſiuis.*

vt dixi,& in tempore immediato poſt illud inſtans erit, & ſic incipit eſſe motus. Et exponitur incipit per negationem de præſenti,& poſitionem de futuro, quia iſta eſt vera, motus in iſto inſtanti non eſt, & in tempore immediato poſt hoc inſtans erit: ergo motus incipit eſſe. Tertia regula, in ſucceſſiuis non datur primum inſtans ſui eſſe, patet,quia tunc motus poſſet eſſe in inſtanti, & tunc iſta eſſet vera, motus in iſto inſtanti eſt, quod repugnat.ſ.motum eſſe in inſtanti. Quarta regula, in ſucceſſiuis non datur vltimum inſtans ſui eſſe. Hoc eſt enim contra rationem ſucceſſiuorum, quòd poſſint habere eſſe in aliquo inſtanti, tantum enim habent eſſe in tempore.

Septima cõcluſio. ¶Septima concluſio eſt de indiuiſibilibus, & inſtantaneis, in qua dantur aliquæ regulæ,& non loquor hic de indiuiſibilibus, & inſtantaneis aliquo modo permanentibus, ſicut dicimus,quòd pũctus in linea permanet, ſed tantum loquor de illis, quæ habent eſſe, & permanentiam per inſtans, vt ſunt mutationes, ſiuè mutatum eſſe in motu, & inſtans in tempore, quo intellecto ſit iſta prima regula inſtantanea habent primum ſui eſſe, patet, quia iſta eſt vera a. in iſto inſtanti eſt,& immediatè ante illud inſtans non fuit: ergo a. incipit eſſe, & ſic incipit exponitur per poſitionem de præſenti, & negationem de præterito. Secunda regula eſt, ꝙ inſtantanea habent vltimum ſui eſſe: nam hæc eſt vera. inſtantaneum eſt in iſto inſtanti, & immediatè poſt hoc inſtans non erit: ergo definit eſſe, & definit exponitur per poſitionem de præſenti,& negationem de futuro. Tertia regula inſtantanea, non habent primum inſtans ſui non eſſe, patet quia iſta eſt falſa a. inſtantaneum in iſto inſtanti non eſt,& in tempore immediato ante hoc inſtans fuit. hæc ſecunda pars eſt falſa: quia inſtantaneum habet tantum eſſe per inſtans. Quarta regula inſtantanea non habent vltimum inſtans ſui non eſſe, patet, quia iſta eſt falſa a. inſtantaneum in iſto inſtanti non eſt,& in tempore immediato poſt hoc inſtans erit. Hæc eſt falſa,cum nullo modo habeat eſſe in tempore.

Recapitulatio omnium ſupradictorum. ¶Breuiter ergo dico, quòd permanentia habent primum inſtans ſui eſſe, & primum inſtans ſui non eſſe, & non habent vltimum inſtans ſui eſſe, nec vltimum inſtans ſui non eſſe. Succeſſiua autem habent primum inſtans ſui non eſſe, & vltimum inſtãs ſui non eſſe, ſed non habent primum inſtans ſui eſſe, nec vltimum inſtans ſui eſſe. Inſtantanea verò habent primum inſtans ſui eſſe, & vltimum inſtans ſui eſſe, ſed non habent primum inſtans ſui non eſſe, nec vltimum inſtans ſui nõ eſſe. & ſic patet qůid dicendum de iſtis.

¶Iſtis præmiſſis declaro litteram Docto.reſpondendo ad argumentum Henrici ibi. Ad aliud argumentum dico, quòd nunc poteſt deficere, quia ex ſe habet tantum raptim tranſire,licet ſubiectum eius maneat idem. Hic loquitur ſpecialiter de nũc ęui, quod raptim tranſit, quia vnum nunc ęui immediatè ſuccedit alteri nunc, ita quòd adueniente vno nunc, aliud definit eſſe, & hoc eſt raptim tranſire. Et licet ęuiternum maneat, tamen nunc ęui in ſe definit eſſe,nec aliquod agens corrumpit ipſum, vt patet. Sequitur, & quòd nunc temporis deficiat, &c. Dicit Doctor, quòd nunc temporis eodem modo definit eſſe ſicut, & nunc ęui, quia ſicut nunc ęui definit eſſe in ſe, ita & nunc temporis. Et addit,quòd licet nunc temporis deficiat deficiente ſubiecto immediato. Hoc tamen ſibi accidit, ſubiectum immediatum nunc temporis eſt mutatio, ſiuè mutatum eſſe, quod eſt inſtantaneum; ſicut & motus qui eſt ſucceſſiuus, eſt ſubiectum temporis ſucceſſiui. Dicit ergo Doct. quòd licet deficiente ſubiecto nunc, puta aliquo mutato eſſe, deficiat ipſum nunc, hoc tamen non eſt præciſa cauſa, quia ſi ipſum ſubiectum haberet permanentiam per aliquod tempus, adhuc ipſum nunc deſineret eſſe in ſe. Et cum quæritur illud nunc, à quo corrumpitur, dicit Doctor,quòd à nullo immediatè corrumpitur, ſed mediatè tantum; quia agens producens aliud nunc incompoſſibile priori, corrumpit illud prius, & ſic non primo corrumpit, ſed ex conſequenti.

¶Sequitur. Et ſi quæras tunc, in quo deficiat iſtud nunc, aut in ſe, aut in alio, ſicut arguit philoſophus quarto phyſicorum. tex.commen. 90. Dicit Doctor, quòd deficere, ſiuè deſinere poteſt exponi dupliciter. Vno modo per poſitionem præſentis, & negationem futuri, & hoc modo debet exponi in indiuiſibilibus, & in his quæ habent vltimum ſui eſſe, & ſic exponitur, hoc indiuiſibile in iſto inſtanti eſt, & immediatè poſt hoc non erit: ergo deſinit eſſe: illa enim indiuiſibilia non habent primum ſui non eſſe, quia ſic exponerentur per negationem de præſenti, & poſitionem de pręterito, vt ſupra patuit,& ſic talia indiuiſibilia deficiũt cum ſunt, quia iſta eſt vera, hoc indiuiſibile eſt in hoc inſtanti, & immediatè poſt hoc non erit. & ſic tale indiuiſibile deſinet eſſe. *Deſinere poteſt exponi dupliciter.*

¶Sequitur. Et ſi quæras primum ſui non eſſe nullum eſt, quia ſi haberent primum ſui non eſſe, vt dixi ſupra, tunc deſinere exponeretur per negationem præſentis, & poſitionem præteriti, vt ſupra patuit.

¶Sequitur. Sicut nec alicuius habentis vltimum eſſe, vult dicere Doct. quòd ſicut illa, quæ habent vltimum ſui eſſe, non habent primum ſui non eſſe, ita indiuiſibilia non habent primum ſui non eſſe, quia indiuiſibilia habent vltimum ſui eſſe,quæ omnia ſupra expoſita ſunt.

ALIO modo concluſio ſuſtineri poſſet, licet non ad intentionem ponentis illam poſitionem principalem. Hæc videtur opinio Varronis, qui videtur dicere, quòd eſt eadem exiſtentia angeli abſolutè ſumpta, & vt abſolutè ſumpta nullo modo ſuccedit ſibiipſi. Sed ſi ponitur aliqua ſucceſſio, hoc erit ſecundum alium, & alium reſpectum ad cauſam, ſupplè iſta tota exiſtentia angeli ſub iſto reſpectu, vt cõparatur ad Deum, vt ad cauſam creantem, & ſub alio reſpectu vt comparatur ad Deum, vt ad cauſam conſeruantem dicit ſibiipſi ſuccedere, ita quòd ſucceſſio non eſt in aliquo abſoluto naturę, ſed tantum in alio, & alio reſpectu, ſecundum quòd vnus reſpectus ſuccedit alteri. Et additur, ꝙ iſta via eſſet facilior ad tenendum ſucceſſionẽ quam prior, quæ ponit quantitatem, quæ eſt opinio ſancti Bonauenturæ, licet eſſet ex alia parte multum difficile ſuſtinere, quomodo eſſet hic vera ſucceſſio abſque omni diſtinctione in abſoluto quocunque, ſiuè in fundamento, ſiuè in termino, fundamẽtum eſt exiſtentia angeli, in qua fundatur talis relatio, puta ad Deum creantem, & ad Deum conſeruantem. & terminus eſt ipſe Deus, ad quem terminatur tam relatio creationis, quàm conſeruationis paſſiuæ. *Hæc opi. Varronis.* *Opin. D. Bonauenturæ.*

IBI. Alio modo poſſet concluſio ſuſtineri, licet non ad intentionem ponentis illam poſitionem principalem. Hic Doctor dat alium modum ſuſtinendi poſitionem Bonauenturæ quo ad menſurã ſucceſſiuam, & dicit duo. Primum, quòd tota exiſtentia angeli manet, ſecundum quòd abſoluta eſt per quãtamcunque durationem duret,& vt ſic exiſtentia angeli non menſuratur aliqua menſura ſucceſſiua, cum ſit ſimpliciter indiuiſibilis. Secundum quòd eadem exiſtentia angeli poteſt conſiderari vt habet *Doctor ſubtilis dat alium modũ ſuſtinendi opinionem D. Bonauen.*

habet nouum, & nouum reſpectum ad ipſam cauſam; ita quòd ipſa tota exiſtentia, vt conſiderata ſub vno reſpectu, terminato ad cauſam creantem ſucce-dit ſibi ipſi; vt ſub alio reſpectu terminato ad cauſam conſeruantem. Et quia in talibus reſpectibus ponitur ſucceſſio; cùm continuè vnus ſuccedat alteri ipſa tota exiſtentia angeli; vt ſic conſiderata ſub alio, & alio reſpectu poteſt menſurari menſura ſucceſſiua, licet vt abſolutè ſumpta, nulla ſucceſſiua menſura menſurari poſſit.

I D B I. Sed contra concluſionem dictæ opinionis in te, ſiuè primo, ſiuè ſecundo ſuſtineatur.

¶Hic Doct. improbat hanc poſitionem ſiue primo modo, ſiuè ſecundo modo ſuſtineatur. primus modus Bonauenturæ eſt iſte, quòd exiſtentia angeli abſolutè ſumpta menſuratur menſura ſucceſſiua. Et Doct. arguit contra, probando tantum, quòd non ſit neceſſe menſurari menſura ſucceſſiua, ſed ſufficit, quòd menſuretur inſtanti æui indiuiſibili, quia aut nunc æui ponitur idem cum tali exiſtentia, & ſic ſequitur, quòd ſicut exiſtentia actualis manet eadem; quòd etiam illud nunc æui maneat idem, aut ponitur aliud, & adhuc ſequitur, quòd ſicut exiſtentia angeli poteſt infinities poni in eſſe; ita videtur, quòd illud idem nunc abſolutum poſſit eodem modo poni in eſſe, & ita conſeruari ſicut, & exiſtentia angeli conſeruatur.

¶Ibi, ſi dicatur, quòd ſi illud nũc ponatur in eſſe frequenter ponitur in diuerſis nunc. Dicit Doct. ꝙ etiam hoc poſito, quòd etiam adhuc illud nunc poterit conſeruari in alio, & alio nunc, & tunc vel erit proceſſus in infinitum in ipſis nũc, patet, quia quæro de illo alio nunc, in quo conſeruatur primum nunc, certum eſt, ꝙ poteſt poni frequenter in eſſe, ergo in diuerſis nunc, & quæro de illis aliis, & ſic in infinitum, vel erit ſtatus in hoc primo nunc, ꝙ ſicut exiſtentia angeli conſeruatur eadem, ita quodcunque abſolutum in angelo poteſt conſeruari idem.

¶Ibi, ſimiliter in ſequenti quæſtione, &c. Hæc littera clara eſt. Secundum improbatur ibi, ſiuè ſic, ſiuè ſic, impoſſibile eſt enim manentibus fundamento eodem & termino, reſpectus ſibiinuicem ſuccedere poſſe, & littera clara eſt.

A D argumenta pro prima opinione. Hic Doctor videtur ſoluere rationes Bonauenturæ pro opinione Henrici.

Soluuntur argumenta Bonauen.

¶Ad primum dixerat Henricus, ꝙ illa actio, qua angelus incepit eſſe diceretur, & creatio, & conſeruatio: creatio inquantum aſſiſtit primo inſtanti temporis, quo accipit eſſe, & diceretur conſeruatio, inquantum coaſſiſtit ſecundo inſtanti temporis, in quo habet eſſe, & ſic tantum vna actio, & non continua, & hoc eſt quod dicit in iſta littera.

¶Ibi. Sed præter intentionem Aug. ratio ibi adducta. ſ. Bonauenturæ videatur habere difficultatem ſ. quòd aliqua cauſatione res habeat eſſe cum vno nunc, & cum alio, quia illud non habetur completiuè aliqua cauſatione, cuius oppoſitum videtur ſtare poſita tali cauſatione.

¶Reſpondet Henricus ibi, reſpondeo iſta propoſitio eſt diſtinguenda ſecundum compoſitionem, & diuiſionem. iſta enim propoſitio. ſ. illud non habetur aliqua cauſatione completiuè, cuius oppoſitum ſtat ſtante tali cauſatione eſt vera in ſenſu compoſitionis. Et vt clarius intelligatur, pono exemplum, quòd angelus habeat eſſe, & in primo inſtanti, & in ſecundo, & in tertio: nam in primo inſtanti accipit eſſe cauſatione a. de qua ſupra: exiſtentia ergo angeli in primo inſtanti non habetur completiuè iſta cauſatione in ſecundo inſtanti, quia in ſecundo inſtanti oppoſitum ſtat, ſupple quia in tali ſecundo inſtanti potuit non eſſe. Si intelligatur in ſenſu compoſito, ſenſus eſt verus, quia ſtante cauſatione illa non poteſt ſtare non eſſe ipſius angeli, & ſic in tali ſenſu, quòd ſit cauſatio terminata ad angelum, & quòd ſimul angelus non ſit, implicat. Eſt ergo vera iſta in ſenſu compoſito, angelus nõ habet completiuè eſſe cauſatione aliqua, cuius oppoſitum ſtat ſtante tali cauſatione. Sed in ſenſu diuiſo eſt falſa, & eſt ſenſus, quòd angelus habet eſſe in primo inſtanti, & tamen poteſt non eſſe; quia & talis cauſatio poteſt non eſſe in ſecundo inſtanti. Sic ergo in ſenſu diuiſo, hæc eſt falſa, angelus nõ habet eſſe completiuè cauſatione, ſupple a. cuius oppoſitum ſtat, quia certum eſt, quòd angelus poteſt habere eſſe completiuè cauſatione a. & verè poteſt non eſſe, quia illa cauſatio poteſt non ſtare, & eſt ſimile illud non eſt verè album, cuius oppoſitum ſtat contrariè, ſi intelligatur in ſenſu compoſito, hæc eſt vera; quia ſtante nigredine non poteſt eſſe album, in ſenſu verò diuiſo eſt falſa, quia illud quod eſt nigrum nunc, poterit perfectè eſſe album cras. & ſic patet reſponſio. Et quod dicit infra ibi, ita etiam licet poſita ſit creatio angeli, poteſt tamen diuiſim hac poſita ſtare, ꝙ angelus non ſit, licet non coniunctim. Sententia huius litteræ eſt, ſcilicet quòd in ſenſu compoſito, ꝙ ſtante creatione angeli, angelus non eſt: & hic ſenſus eſt falſus, & hoc eſt quod dicit coniunctim alio modo, quòd habita creatione angeli poſt ipſam poteſt non eſſe, & hic ſenſus diuiſus eſt verus.

Sententia huius litteræ.

¶Ibi, & per hoc patet ad ſimile argumentũ. Hoc argumento probare videtur, quòd creatio non ſit conſeruatio, quia quando conſeruatur angelus poteſt anihilari, & quando creatur non poteſt: ergo differunt conſeruatio, & creatio.

¶Ibi, reſpondeo ſicut nõ ſtant ſimul, &c. Ad hoc argumentum reſpondetur, quòd conſeruari, & anihilari in ſenſu compoſitionis non poteſt eſſe, quia ſenſus eſt, quòd in eodem inſtanti, quo res conſeruatur anihiletur, ſenſus tamen diuiſus eſt verus, & eſt ſenſus illud, quod conſeruatur nũc, poteſt in alio inſtanti anihilari. Similiter dico de creari, & conſeruari: non enim eadem res creatur, & conſeruatur in ſenſu compoſitionis, quia ſenſus eſt, quòd in eodem inſtanti, quo res creatur, in eodem etiam conſeruatur, & hic ſenſus eſt falſus, quia creatio dicit reſpectum eſſe rei ad nõ eſſe immediatè præcedens; conſeruatio verò dicit reſpectum eſſe rei ad eſſe ipſius rei creatæ in primo inſtanti, & ad non eſſe mediatè præcedens. Sed in ſenſu diuiſionis poteſt eſſe vera, & eſt ſenſus, res quæ nunc creatur, poſtea conſeruatur, & hoc eſt quod dicit.

Quomodo conſeruari ſit anihilari.

¶Ibi, ad ſecundum. Nunc reſpondetur ad ſecundum argumentum principale Bonauẽ. vbi dicebatur de eſſe æui, ſi eſt ſimplex, & mutabile, &c.

Ad ſecundũ argumentũ.

¶Reſponſio ad hoc argumentum ſtat, quia præteritum, & futurum, ſiuè fuiſſe, & fore propriè, & formaliter ſunt partes alicuius verè ſucceſſiui, cuius vna pars tranſit, & alia aduenit, quãdo ergo aliqua menſura eſt omninò indiuiſibilis, cuiuſmodi eſt æuum angeli ſecundum Henricum nunc in re, & formaliter non ſunt ibi fuiſſe, & fore, quia fuiſſe eſſet vna pars pertranſita, & fore eſſet pars non pertrãſita; & ſi dicatur in eodem indiuiſibili eſt fuiſſe, & fore, hoc non erit ratione ſui, ſed quia coaſſiſtit tempori præterito, vel futuro.

¶Ibi, & cum dicatur in argumento, &c. Dicit Doct. quòd ſi fuiſſe accipiatur formaliter pro eo, ꝙ dico fuiſſe verum eſt, ſi verò accipiatur fuiſſe pro re ſignificata, puta pro angelo, de quo dicitur fuiſſe, dicit nõ eſſe verum, quia angelus habet illud idem eſſe, quod prius habuit.

¶ Ibi, & ſi dicatur ad argumentum, &c. Argumentum ſtat in hoc, præteritum non poteſt nõ fuiſſe, angelus eſt præteritus, ergo non poteſt nõ fuiſſe

¶ Reſpondet negando minorem ſic intelligẽdo, præteritum poteſt capi dupliciter. Vno modo formaliter pro hoc, quod dico præteritum. Alio modo pro re, de qua prædicatur præteritum denominatione extrinſeca, quia præteritum dicitur prædicari de angelo pro quanto æuũ ipſius angeli coaſſiſtit præterito temporis: negatur ergo, quòd angelus in ſe, ſiuè quo ad menſuram ſibi intrinſecam dicatur præteritus, immò ſemper idem eſt, & immutabilis, & ſic patet littera.

¶ Ibi. Et ſi arguatur præteritum non poteſt non coaſtitiſſe iſti: ergo iſtud non poteſt non fuiſſe.

Quæ ſit fallacia figuræ dictionis.

¶ Reſpondeo, quòd eſt fallacia figuræ dictionis, commutando quando in quid, patet quia non ſequitur præteritum nõ poteſt non coaſtitiſſe iſti, puta angelo: ergo angelus non poteſt non fuiſſe, non ſequitur quia præteritum, vt præteritum dicit quãdo, & angelus dicit quid, & ſic commutatur quando in quid.

¶ Ibi, ad confirmationem illius ſecundæ rationis de contradictoriis volitis in æternitate. Primò dicit Doct. quòd ſicut Deus poteſt velle angelũ creare, & ipſum anihilare, ſicut ipſa obiecta cognita, puta angelum creari, & angelũ anihilari ſunt priora, quàm ipſa nunc temporis menſurantia: in illo ergo priori oportet quærere, quare non eſt contradictio creari, & anihilari, & ex hoc improbat Henricum, vt etiam ſuperius patet, qui dicebat, ꝙ hoc impoſſibile, puta angelum creari, & anihilari: ſequitur ex alio impoſſibili, ſcilicet quòd æuum poſſit eſſe ſine tempore, & non eſt inconueniẽs vnum impoſſibile formaliter ſequi ex alio impoſſibili, & ſic negando æuum poſſe ſeparari à tempore, non inuenitur ratio ad verificandum, quòd aliquid poteſt creari, & anihilari. Sed ſi æuum non poteſt ſeparari à tempore, tunc poſſunt verificari, quia tunc vult Deus angelum creare pro a. inſtanti temporis, cui æuum aſſiſtat, & anihilari pro b. inſtanti temporis, cui æuum aſſiſtat. Sed ſupra probatum eſt contra Henricum, quòd æuum poteſt ſeparari à tempore, ideo non poteſt aſſignari, quòd iſta non contradicant pro alio, & alio inſtanti temporis, cum ſint priora tempore. Reſpondet ergo Doctor ad confirmationem Bonauenturæ ibi. primo quærenda eſt poſſibilitas, quomodo velit angelum eſſe, & non eſſe, ſupplè vt non cõtradicant. & dicit primò (ponendo, quòd æuum angeli ſit menſura inſtantanea, & propria ipſius, & dicatur nunc) ꝙ Deus poteſt velle angelum eſſe, & vult in iſto nunc poſitiuè, quia vult ipſum angelum eſſe, & vult ipſum nõ eſſe in iſto nunc negatiuè, quia vult ipſum, cũ nunc ſibi proprio deficere, & iſta non contradicunt, ſed bene contradiceret, ſi vellet ipſum eſſe, & non eſſe in nunc poſitiuè, ſicut ſi dicamus, quòd inſtans a. temporis ſit proprium Franciſco, & intrinſecum ſibi, Deus vult Franciſcum eſſe in iſto inſtanti poſitiuo, & vult ipſum non eſſe in ipſo inſtanti negatiuè, & non eſt contradictio, quia cum vult ipſum non eſſe in inſtanti negatiuè, vult ipſum deficere cum inſtanti.

An æuum poſſit ſeparari à tempore.

¶ Et quod addit ibi, & tunc ſi aliud æuiternum ſit, &c. pro clariori intelligentia huius litteræ pono, quòd ſit vnus angelus, qui dicatur a. habẽs proprium æuum, & alius angelus, qui dicatur b. habeat eſſe in æuo ipſius a. & habeat non eſſe in tali æuo, quia hoc poteſt eſſe, ponendo, quòd a. duret in æternum, & quòd b. ſi dici poteſt duret per horam: nam in aliquo inſtanti habuit eſſe, & in alio inſtanti illius horæ habeat non eſſe: ergo eſſe & non eſſe ſunt in eodem nunc æui ipſius a. & in eodem nunc poſitiuè, cum illud nunc maneat in æternum. Dicit Doct. quòd b. eſſe, & non eſſe in æuo ipſius a. ſiuè in nunc temporis æui, accidit ſibi illud nunc, cum ſit menſura extrinſeca ipſius eſſe, & non eſſe b. ſicut etiam de æternitate: nam b. in inſtanti æternitatis poteſt eſſe, & non eſſe, & tamen non contradicunt, cum æternitas ſit menſura extrinſeca illius, eſſet tamen contradictio, quòd haberet eſſe, & non eſſe in nunc ſibi proprio, & poſitiuo.

¶ Ibi, aut ſi non ponatur in aliquo æuiterno aliquod nunc aliud ab exiſtentia actuali ipſius angeli. Doctor in iſta littera adhuc ſaluat Deum velle creare angelum, & velle ipſum anihilare, non eſſe contradictoria, quia ſi vult ipſum in æternitate, ſed nõ ſecundum totam præſentialitatem ipſius, ſed ſecundum aliquã præſentialitatem, & ſit a. & velit ipſum anihilare in æternitate ſecundum aliam præſentialitatem, & dicatur b. tunc velle creare, & velle anihilare non contradicunt, ſed benè eſſet cõtradictio, ſi vellet huiuſmodi ipſum angelum creare, & anihilare pro eadem ſimpliciter præſentialitate æternitatis, & ſic patet littera.

Ad tertiũ argumẽtum pro tertia via Bonau.

¶ Ibi. Ad tertium dico. Hic reſpondet ad argumẽtum Bona. factum in tertia via, & dicit, ꝙ coexiſtere infinitis partibus temporis virtualiter, poteſt dupliciter intelligi. vno modo, ꝙ de neceſſitate naturæ, & ex ſua propria ratione coexiſtat, & tale eſt infinitum actu. alio modo, ꝙ nõ neceſſariò, ſed à cauſa extrinſeca faciente illud coexiſtere, & tale non eſt infinitum. primo modo æternitas coexiſtit. ſecũdo modo ipſum æuum: nam ex quo æuiternum, ſiuè menſuratum ab ipſo æuo habetur eſſe contingenter, & per conſequens ipſum æuum, & in quolibet inſtanti poteſt non eſſe: coexiſtit ergo omnibus partibus temporis: quia illa actio & ipſum æuum continuè coexiſtunt ratione agentis extrinſeci.

¶ Ibi. Ad aliud ſimile de immenſitate. Dicit, ꝙ nõ eſt ſimile, & ratio eſt, quia per quod formaliter eſt in omni loco, puta angelus eſſet in omni loco formaliter, & totum ſimul eſſet in angelo, & ſic angelus eſſet immenſus, non ſic eſt de æuo, quia æuum non habet in ſe formaliter, & totum ſimul, ꝙ coexiſtat infinitis partibus temporis, quia illud æuum coexiſtit alij, & alij parti tantum per actionem cauſæ extrinſecæ, & hoc eſt quod dicit.

¶ Ibi. Contra finitum non poteſt coexiſtere ſimul toti infinito, &c. quia Henricus dicit, quòd æuum poteſt coexiſtere infinitis partibus temporis, arguit quòd non, quia æuum eſt finitum, & ſic non poteſt coexiſtere infinito.

¶ Ibi, reſpõdeo &c. Dicit Doct. ꝙ finitum formaliter habẽs, ꝙ ſemper eadem actione habet, ita ꝙ ſine tali non poteſt coexiſtere infinito in ſucceſſione, & patet, quia ſi Deus actione a. creat Franciſcum, & eadem actione, qua Franciſcus habet eſſe, ipſe Franciſcus coexiſtat infinitis partibus tpis, quia actione diuina poteſt durare in infinitum: non ſequitur ipſum Frãciſcum eſſe infinitum actu. ſic dico de æuo angeli, ſi verò haberet hoc actione propria, & nullo modo aliunde eſſet infinitum actu.

¶ Ad aliud de negatione negationis, patet reſponſio ex ſupradictis, quia non eſt inconueniẽs aliquod finitum in ſe habere coexiſtentias infinitas actione diuina, non tamen ſimul.

Ad quartũ pro quarta via.

¶ Ibi, ad quartum conceditur. Nunc reſpondet ad argumentum quartæ viæ, concedendo, ꝙ vnum æuum ſuccedit alteri æuo, & exiſtentia æuiterni ſuccedit ſuo oppoſito, & vnum eſt poſt alterum, ſed ex hoc non concluditur aliqua ſucceſſio in aliqua vna exiſtẽtia alicuius æuiterni, & hoc totum exponatur, ſicut prius expoſitum eſt.

¶ Ibi,

¶Ibi, & per hoc patet ad omnia alia argumenta concedendo, ꝙ quamuis vnus angelus habeat eſſe prius. & alius habeat eſſe poſterius, ita tamen, ꝙ ly prius acciperetur per coexiſtentiam ad prius in tempore, & ſi tertius angelus coexiſteret illis duobus angelis, in ipſo tertio angelo eſſet tantum prius, & poſterius, comparãdo idem eſſe angeli ad prius, & poſterius in tempore, non autẽ eſſet prius, & poſterius in exiſtentia ipſius angeli, & hoc eſt quod dicit.

¶Ibi, ſimiliter conceditur. Hęc littera ſtat in hoc, ꝙ quamuis in angelo poſſit eſſe prius, & poſterius ſm exiſtẽtiam alterius, & alterius actus ſibiinuicem ſuccedentis, ita ꝙ exiſtentia vnius actus poteſt verè ſuccedere exiſtẽtiæ alterius actus, non tñ ſequitur, ꝙ in exiſtẽtia ipſius angeli in ſe ſit ſucceſſio prioris, & poſterioris, & hoc eſt quod dicit. Hãc tamẽ litteram aliqualiter expono, cum dicit, ꝙ prius eſt natura angeli, quàm ipſius culpa, ita ꝙ ipſa exiſtentia ſub innocentia eſſet cum oppoſito illius exiſtentiæ, & ex illa ſecunda exiſtentia ſequeretur oppoſitum ſui, & oppoſitum primi. vult dicere, ꝙ exiſtentia angeli ſub innocentia eſſet cum oppoſito illius exiſtentiæ. ſ. culpæ, patet, quia cum innocentia ſtat non eſſe culpæ: & ita innocẽtia eſt cum oppoſito culpæ, ſupplè cum non eſſe culpæ, quod opponitur eſſe culpæ, & addit, ꝙ ex illa ſecunda exiſtentia. ſ. culpæ. ſequitur oppoſitum ſui. i. ꝙ eſſe ipſius culpæ immediatè ſequitur ipſum non eſſe culpæ. Et addit, ꝙ ex ea ſupplè culpa ſequitur oppoſitum primi. ſ. nõ eſſe innocentiæ: nam primum, ſub quo ponitur angelus eſt innocentia, & oppoſitum eius eſt non innocentia, & ſecũdum ſub quo ponitur angelus eſt culpa, & oppoſitum eius eſt non culpa, & ſic ex illa ſecunda exiſtentia. ſ. culpæ ſequitur oppoſitum ſui, ꝙ eſt non eſſe culpæ, & oppoſitum primi, ꝙ eſt nõ innocentia, quæ opponitur innocentiæ; littera ſequẽs clara eſt vſque ad argumenta principalia.

Expoſitio litteræ.

NVNC ſoluẽda ſunt argumenta principalia: Quibus probatur menſurã angeli eſſe verè ſucceſſiuam, & licet magis declinet ad opinionem Bonauẽturæ, quòd menſura angelorum ſit quantitas ſucceſſiua eo modo, quo expoſitũ eſt in corpore quæſtionis, tamen ſi quis vellet tenere oppoſitum, reſpondendo ad argumenta iſta, dat modum ſuſtinẽdi illud. primum argumentum ſtat in hoc, vnus angelus poteſt eſſe prior alio, & poteſt ſimul exiſtere cum alio: ergo eſſe ipſius angeli menſuratur mẽſura ſucceſſiua, antecedens patet, quia potuit vnus angelus creari alio non creato, & poſt potuit alius creari, & ſic ille primus coexiſteret ſecundo. conſequentia patet, quia exiſtentia angeli, vt eſt prior exiſtentia alterius angeli, menſuratur aliquo nunc, & vt poſt eſt ſimul menſuratur alio nunc ſuccedente priori, nunc ergo exiſtentia talis angeli menſuratur menſura ſucceſſiua.

¶Reſpondet Doct. concedendo antecedens, negando conſequentiam, & reſpõſio ſtat in hoc, quòd quamuis vnus angelus ſit prior alio ſecundum entitatem, & poſtea ſit ſimul cum illo alio ſecundũ propriam entitatem, no tamen illud prius, & illud poſterius ponitur aliqua menſura ſucceſſiua menſurãs exiſtentiam ipſius angeli, ſed tantũ ponitur exiſtentia, quæ vt prius creatur ſecundum ſuum eſſe tantũ præcedit, & vt eſt ſimul cum alio angelo, & per conſequens poſterior ſeipſa dicitur tantum poſterior, non ſecundum aliquam menſuram ſibi additam.

Quomodo vnus Angelus ſit prior alio.

¶Ibi, præterea angelus poteſt anihilari circũſcripto tempore, & argumentum ſtat in hoc. Si exiſtẽtia angeli non menſuratur menſura ſucceſſiua: ergo contradictoria poſſunt verificari de eodem, patet conſequentia ponendo talem caſum, angelus nunc habet eſſe, & poſt anihiletur: quæro tunc eſſe ipſius angeli, & non eſſe ipſius angeli, aut ſunt in alio, & in alio nunc ęui, & ſic erit menſura ſucceſſiua, aut ſunt in alio, & alio nunc temporis, & hoc non, quia non ponitur menſurari tempore, aut ſunt in eodem nunc temporis, vel ęui nõ primo, nec ſecundo, quia tunc contradictoria verificarentur de eodem. videlicet, ꝙ eſſe angeli, & non eſſe ipſius verificarentur de angelo, pro eodem nunc, nec eſt dicendum de nunc ęternitatis, quia angelus non menſuratur ęternitate, nec ſicut creatur propriè in nunc ęternitatis, ita non anihilatur propriè in nunc ęternitatis: oportet ergo dicere, ꝙ in alio nunc ęui habeat eſſe, & in alio anihilatur, & ſic ęuum erit menſura ſucceſſiua.

Angelus nõ menſuratur ęternitate.

¶Reſpondet Doct. ibi, ad ſecundum ſimiliter poteſt dici, & dat duas reſpõſiones. Prima ſi ponatur, quòd in exiſtentia angeli ſit nunc æui indiuiſibile tantum vnum, & differens ab exiſtentia angeli. concedit Doct. ꝙ anihilatur in illo nunc negatiuè, non autem poſitiuè. Anihilari in nũc negatiuè eſt ſimul deficere cum ipſo nunc, ita quòd talis anihilatio nõ menſuratur aliquo nunc poſitiuo. Angelum verò anihilari in nunc poſitiuè, eſt ponere aliquod nunc poſitiuum menſurans illam anihilationem. tenẽdo ergo, ꝙ tantum ſit vnum nunc in exiſtentia angeli, angelus tantum anihilaretur in illo nunc negatiuè modo præexpoſito. Secunda reſponſio eſt, ſi ponatur nunc ęui non differre ab exiſtentia angeli, tunc anihilatur cum æternitate, & eſt cum æternitate, ita ꝙ quando exiſtit, cum æternitate exiſtit, & quando nõ exiſtit, cum æternitate nõ exiſtit. Et hoc cõcedamus angelum exiſtere cum æternitate, & anihilari cum eadem, non tamen dicimus exiſtere cũ tota præſentialitate æternitatis, & ſimiliter anihilari cum tota præſentialitate eiuſdem, cum hoc ſit impoſſibile.

Quid ſit anihilari negatiuè. Quid ſit anihilari poſitiuè.

¶Tertiò arguitur ibi. Item aliquis angelus poteſt eſſe creatus, & poſt anihilari, & iterum reparari, &c. argumentum ſtat in hoc. pono, quòd angelus a. nũc creetur, exiſtentia a. menſuratur nunc æui. Secundò anihiletur, certũ eſt, quòd nunc menſurans exiſtentiam illam anihilatur. Tertiò reparetur, quæro tunc exiſtentia angeli reparata, menſuratur nũc æui, aut eodem nũc, quo menſurabatur exiſtentia prius creata, aut alia. ſi ſecundo, ergo ſucceſſio, non primo, quia aliter ita eſſet aliquod interruptũm, ſicut non interruptum: ſequitur ergo, quòd alio, & alio nunc, & ſi ſic, ſequitur, quòd ſi exiſtentia illius angeli nullo modo eſſet interrupta, quòd alio, & alio nunc menſuraretur.

¶Reſpondet Doctor ibi ad vltimum. Dico quòd eſſe reparati, ſequitur non eſſe anihilati. Pro maiori intelligentia huius litteræ ponit Doct. multa per ordinem. Primò eſt non eſſe angeli creabilis. Secundò eſt eſſe ipſius creatum. Tertiò eſt non eſſe ſequẽs ipſum eſſe creatum, quòd non eſſe eſt eſſe anihilatum. Quartò eſt ipſum idem eſſe de nouo creatum, & ſic reparatum, & vult Doct. quòd idem eſſe anihilatum ſit illud idem reparatum. Et cum infertur in argumento, ſicut prius eſt non eſſe angeli creabilis, & poſterius eſt eſſe creatum ipſius, & poſt eſt eſſe eius anihilatum, & poſtremò eſt eſſe ipſius reparatum. & ſic videtur ibi menſura diuiſibilis ſecũdum prius, & poſterius: ergo ſeipſum eſſe angeli creati exiſteret per totum illud ſpacium, in quo eſt anihilatio, & reparatio, videtur quòd illa exiſtentia menſuraretur menſura diuiſibili. Dicit Doct. quòd ſi eſſe angeli exiſteret per illud totum ſpacium in exiſtentia ipſius non eſſet aliqua ſucceſſio, quia oppoſitum ſuccedit alteri, quia nõ poſſunt eſſe ſimul: nam eſſe creatum ipſius angeli, ſuccedit non eſſe ipſius, cui opponitur, & eſſe anihilatum ipſius ſuccedit. eſſe creato angeli tanquam oppoſito, & eſſe reparatũ angeli, ſuccedit ipſi angelo anihilato,

nunquam oppoſito, in exiſtentia autem angeli quantumcunque durantis, non ſicut ibi huiuſmodi oppoſita ſibi inuicem ſuccedentia.

¶ Ibi. Contra ergo ita ſimul eſt exiſtentia interrupta cum ſeipſa reparata, ſicut non in interrupta.

¶ Reſpondet Doctor concedendo, quòd eſſet tanta ſimultas ipſius angeli creati, & reparati, ſicut creati, & non reparati, & ſi non eſt tanta ſimultas, hoc eſt tantum propter oppoſiti ſucceſſionem, quia ſi non mediaret oppoſitum eſſe reparati, & etiam oppoſitum ipſius creati, quod eſt eſſe anihilatum, tanta ſimpliciter eſſet ſimultas inter eſſe creatum, & eſſe reparatum.

Quæſtio Secunda. Diſt. II.

Vtrum in exiſtentia actuali angeli ſit aliqua ſucceſſio formaliter.

Scotus 2. ſentent. quæſt. 2. diſt. ſecundæ.
D. Bonauentura 2. ſent. diſt. 2. q. 3. art. 1.
Guilermus Forrillong. 2 ſent. diſt. 2. q. 2.
Egidius Romanus 2. ſent. diſt. 2. q. 1. art. 3.
Ioan. Bacconitanus. diſt. 2. q. 2. art. 2. 4. 5.
Durandus 2. ſent. diſt. 2. q. 3.
Henricus Gand. quolib. 5. q. 13.

VTRVM in angelo actualiter exiſtente neceſſe ſit ponere aliquod menſurans eius exiſtentiam, vel durationem exiſtentiæ eius, realiter aliud ab ipſa exiſtentia. Titulus quæſtionis eſt iſte, an menſura angeli, quæ à Bonauentura ponitur quantitas abſoluta, & ſucceſſiua, & ab Henrico ponitur quantitas abſoluta indiuiſibilis, quæ tamen vt ſupra patuit quæſtio. 1. huius diſtinctionis realiter diſtinguitur ab exiſtentia angeli.

Scotus ponit hic duas opiniones.

IBI. reſpondeo. Hic Doct. primò recitat duas opin. videlicet Henr. & Bonauēturæ. Et dicit, quòd prima opinio debuit concedere partem affirmatiuam ſ. quòd æuum, quod ponitur menſura angeli, & quantitas ſucceſſiua debet differre ab exiſtentia angeli, patet, quia exiſtētia angeli eſt ſimpliciter indiuiſibilis, æuum autem eſt diuiſibile in plura nunc, quorum vnum ſuccedit alteri, & ſic indiuiſibile non identificatur realiter diuiſibili, tum etiam, quia exiſtentia angeli, vt eſt in primo nunc, actu poteſt eſſe ſine ſecundo nūc, & per conſequens realiter diſtinguitur ab illo, & vt ſit ſub ſecundo nunc qui, anihilatur primum nunc, & hoc eſt quod dicit Doct. ibi ſimpliciter in illa exiſtentia ſuccedunt ſibiinuicem nunc qui aliud, & aliud, ergo vtrunque differt ab ipſa exiſtentia angeli, ſicut quoddam abſolutum ſecūdum illam poſitionem ſancti Bonauenturæ, quia ſunt indiuiſibilia de genere quantitatis.

¶ Ibi, ſimiliter aliqui tenentes ſecundam opinio. in præcedenti quæſtio. 5. de indiuiſibilitate æui. Hic Doct. dicit duo ſm opin. Henr. Primum, quòd toti exiſtentiæ vnius angeli tantum ponitur vnum nūc æui indiuiſibile menſurans totam eius exiſtentiam, ita quòd eſt impoſſibile in eadem exiſtentia angeli ponere plura nūc ſibiinuicem ſuccedentia, ſed tñ ponitur vnum menſurans exiſtentiā eius pro quantacunque duratione, & deſinente exiſtentia illius deſinit illud nunc, & poſita illa, ponitur illud idem nunc, vt ſupra patuit in 1. q. huius diſt. Secundò dicit ſm iſtam opin. quòd plura nunc menſurantia plures exiſtentias angelorum ſunt eiuſdem rationis, & eiuſdē ſpeciei, & ex illis pluribus nunc poteſt componi quantitas diſcreta, quę ſit numerus, & menſura æuiternorum, vult dicere iſta opin. poſito, quòd ſint mille angeli, ponuntur mille nunc correſpōdentia illis, ita quòd quilibet angelus habet proprium nunc menſurans eius totam exiſtentiam pro quacūque duratione eius, & ex illis mille nūc componitur vna quantitas diſcreta actu includens mille nūc, & talis quantitas diſcreta menſurat mille exiſtentias angelorum, non quòd tota illa quantitas menſuret vnam exiſtētiam angeli, ſed ſic intelligendo, quòd vnum nunc, quòd eſt pars illius quantitatis diſcretę menſurat indiuiſibiliter exiſtētiam vnius angeli, & aliud nunc, quòd ſimiliter eſt pars illius quantitatis, menſurat exiſtentiam alterius angeli, & ſic de aliis, & ſic patet iſta poſitio. Et dicit iſta opi. quòd nunc menſurans exiſtentiam angeli realiter diſtinguitur ab ipſa exiſtentia, & ex alia parte concedit, quòd eſt impoſſibile exiſtentiam angeli eſſe nunc nōn exiſtente, & econtra.

De identitate reali quadā præſuppoſita.

¶ Ibi, cōtra iſtud arguitur, ſicut prius argutum eſt in q. 5. primæ diſt. huius. Hic Doc. arguit cōtra iſtam opi. ſecundā, nō improbādo realem identitatē inter exiſtentiā angeli, & ipſum nunc æui. Sed ſpecialiter arguit cōtra hoc, quòd dicit illa op. ſecunda. ſ. quòd impoſſibile eſt exiſtentiā angeli eſſe ſine propria menſura indiuiſibili, & econtra, & tñ exiſtentia angeli, & illa menſura realiter diſtinguntur. Dicit Doc. quòd hoc vr̄ impoſſibile ponere aliqua duo omnino inſeparabilia, quorum vnum ſit in alio, & non eſſe idem realiter, & hoc probat Doct. ſupponendo tamē aliqua.

Quomodo ſi vnum correlatiui non poſſit eſſe ſine altero.

Primò, quòd ſi a. & b. ſint adinuicē inſeparabilia, quorum vnū eſt prius, & aliud eſt poſterius (quòd dico pp correlatiua, quæ ſunt adinuicem realiter diſtincta, & tñ vnum nō poteſt eſſe ſine altero, ſed hoc eſt pp ſimultatem naturalē illorum) ſunt idem realiter, ſi tñ poſterius fundetur in ſuo priori, vt ſupra expoſui in iſto ſecundo, diſt. 1. q. 5. contra opin. Ocham.

Secūdò præmitto, quòd ſi a. & b. ſunt inſeparabilia, & a. eſt prius b. & b. fundatur in a. & hoc per intrinſecum ipſius a. ſunt ſimpliciter idē realiter dixi per intrinſecū, quia ſi b. ineſſet a. inſeparabiliter. à cauſa extrinſeca neceſſariò producente b. in a. non ſequeretur realis identitas inter a. & b. vt diffusè expoſui diſt. 1. q. 5. huius ſecundi.

Tertiò præmitto, quòd exiſtentia angeli eſt ſimpliciter prior ſua menſura indiuiſibili, patet, quia talis menſura fundatur in ipſa exiſtentia angeli, & eſſe fundatum in alio eſt poſterius eo.

Quartò ſupponit Doctor, quòd ſi talis menſura eſt inſeparabilis ab exiſtentia angeli, quòd hoc eſt à cauſa intrinſeca ipſius exiſtētiæ, patet, quia iſta opinio habet dicere, quòd talis menſura indiuiſibilis ex natura rei oritur à cauſa intrinſeca exiſtentiæ angeli, & per conſequens non inhæret ſibi à cauſa extrinſeca; his præmiſſis ſtatim patet ratio Doct. quia ſi exiſtentia angeli, & menſura ipſius ſunt ad inuicem inſeparabilia, & exiſtentia angeli eſt prior, & ipſa menſura ineſt illi à cauſa intrinſeca ipſius angeli videtur ſimpliciter repugnātia, quòd realiter diſtinguatur, & ſic patet quomodo iſta ratio Docto. concludit, quæ vt concludat intentum præſupponit omnia ſupradicta prius à Doct. dicta in iſto ſecundo, diſt. 1. q. 5. Declaro tamen literam huius rationis, cum dicit illud, quod ſi eſſet diſtinctum ab aliquo, eſſet poſterius eo naturaliter, neceſſariò eſt idem illi, ſi incompoſſibile eſt illud aliud eſſe ſine eo, patet iſta littera, quia ſi b. eſſet naturaliter poſterius a. & ſi incompoſſibile a. eſſe ſine b. ſequitur, quòd ipſum a. eſt idē realiter cum ipſo b. dicit ergo Doctor, quòd ſi b. puta menſura indiuiſibilis, quod ponitur diſtinctū ab a, ſi naturaliter eſt poſterius ipſo a, & ſi incompoſſibile ſit ipſum a. puta exiſtentia angeli eſſe ſine b. neceſſariò a. erit realiter idem b. & per conſequens repugnat dicere, quòd b. ſit naturaliter diſtinctū ab a. quod eſt poſterius ipſo a. & quòd ſit incom-

Declaratio litteræ.

incompoſſibile a. eſſe ſine b. & ſic patet iſta propoſitio Doct. Sequitur, igitur ſi impoſſibile eſt eſſe angelum ſine aliquo extrinſeco, ꝙ ſit menſura actualis exiſtentiæ, cum illud ſupple extrinſecum ſi eſſet aliud, videlicet ab ipſa exiſtentia angeli eſſet poſterius naturaliter ipſa actuali exiſtentia angeli, ſequitur, ꝙ non eſt aliud ab exiſtẽtia eius, ſupple ſi ponatur talem exiſtentiam non poſſe eſſe ſine tali menſura. Sequitur, aut ſi eſt aliud ſupple ipſa menſura, & per conſequens poſterius poterit actualis exiſtentia angeli abſque contradictione eſſe ſine eo, ſ. ſine tali menſura, quæ ponitur cum, & ita non eſt neceſſarium ponere illud, vult dicere Doct. ꝙ ſi ipſa menſura eſt alia ab exiſtentia, ſequitur, ꝙ talis exiſtentia cum ſit prior, poterit eſſe ſine tali menſura, patet per illam propoſitionem Doct. in primo, diſt. 1. q. 4. & in ſecundo, diſt. 12. q. 2. & alibi ſæpe, abſolutũ prius alio, & realiter diſtinctum ab illo poteſt eſſe ſine illo, & ſic exiſtentia angeli poterit eſſe ſine tali menſura, & per conſequens non eſt neceſſe ponere talem menſuram.

¶Ibi. Cõfirmatur ratio iſta, cõfirmatio hæc probat, ꝙ illud, ꝙ eſt prius, & impoſſibile eſt eſſe ſine poſteriori ſit realiter idem cum eo, & nõ eſt idem realiter poteſt ſeparari ab iſta. Iſta diſtinctio realis cõcluditur ex aliquo iſtorum trium, quorum duo patent in littera diſt. primæ, q. 5. huius ſecundi, & hic. Primum eſt actualis ſeparatio aliquorum. Secundũ eſt poſſibilis ſeparatio. Tertiũ ſic declaratur in littera, vel niſi ſint talia, quæ ſic ſe habeant ad inuicem, ſicut aliqua alia, quorũ vnum eſt ſeparabile ab alio: poſito enim, ꝙ a. & b. non poſſint ſeparari ab inuicem, tamen ſi c. & d. ſimiliter ſe habeant, ſicut a. & b. & ſi probatur, ꝙ c. & d. realiter diſtinguntur, hoc idem concluditur de a. & b. ſic arguendo, ſicut ſe habet riſibile ad hominẽ, ita inhibile ad equũ, ſed ſi probatur, ꝙ riſibile diſtinguatur ab homine, ſtatim concluditur de inhibili, & ponit exemplum de ſeptimo metaph. c. de partibus diffinitionis. tex. cõmen. 39. vbi ſic habetur. Et parabola inquit de animali, quam conſueuit Socrates iunior dicere non bene ſe habet, abducit enim à veritate, & facit ſuſpicari, quaſi contingens ſit hominẽ eſſe ſine partibus, ſicut ſine ære circulum, &c. Vide ibi tex. cum commento, & vocat Socrat. Iuniorem Plat. ex eo; quòd fuit diſcipulus Socratis. Ex iſta littera dicit Doct. in ſententia, ꝙ ſi volo probare, ꝙ carnes non ſint de diffinitione hominis, quãuis non poſſint ab homine ſeparari, probabo per ſimile, ſupponendo, ꝙ circulus tantum ſit in ære, & non poſſit ſeparari ab ipſo, arguẽdo ſic, ſicut ſe habet æs reſpectu circuli, ita caro reſpectu hominis, ſed æs non eſt de diffinitione circuli: ergo nec carnes de diffinitione hominis. & dicit Doc. ꝙ dato, ꝙ eſſet incompoſſibilis ſeparatio iſtorũ ab inuicem, puta hominis, & carnis, ſi tamen iſta ſic ſe habeant ad inuicem ſicut aliqua alia, quorum eſt poſſibilis ſeparatiõ concluditur iſta eſſe diſtincta, puta ſi ex ratione propria circuli, & trianguli, carnis, & ligni concluditur circulum ſic ſe habere ad lignum, ſicut triãgulum ad carnem, & probatur ſeparabilitas ex vna parte, cõcluditur diſtinctio ex alia parte, vt puta ſi volo probare, ꝙ circulus, & lignum realiter diſtinguãtur probabo per ſimile ſic, ſicut ſe habet triangulus ad carnem, ita circulus ad lignum, ſed triangulus poteſt ſeparari à carne, ergo & circulus à ligno, & poſito, ꝙ circulus non poſſit ſeparari à ligno, ſequitur tamẽ, ꝙ realiter diſtinguatur à ligno, ex eo ꝙ ſimiliter ſe habet ad lignum, ſicut triangulus ad carnem, & talis inſeparabilitas nõ eſt ex propria ratione, & ab intrinſeco, ſed ex aliquo extrinſeco. His præſuppoſitis oſtendit Doct. principale intentum, videlicet, ꝙ iſta non ſtant ſimul, ꝙ exiſtentia angeli, & eius menſura ſint inſeparabilia, & ꝙ realiter diſtinguantur, quia ſi realiter diſtingũtur erit aliquo trium modorum præcedentium, ſed non eſt aliquo iſtorum trium modorum. de primo patet, & ſimiliter de ſecundo, quia ſecundum iſtam opinionem exiſtentia angeli, & eius menſura, nec actu, nec potẽtia ſeparantur, de tertio ſimiliter patet, quia non ſe habent ad inuicem, ſicut aliqua diſtincta ſeparabilia, quia nihil diſtinctum ab alio realiter, ſine quo non poteſt eſſe ſine contradictione eſt prius eo, ſed vel eſt poſterius eo naturaliter, vel ſimul natura cum eo, illud autem quod ponitur aliud ab angelo ſi eſſet, eſſet poſterius naturaliter, & hoc ſatis ſupra patuit in iſto ſecundo, diſt. 1. q. 5.

Parabola Socratis iunioris, id eſt Platonis.

¶Ibi, inſtatur contra iſtud ſic. Hic Doctor vult probare inſeparabilitatẽ ipſius nunc æui ab exiſtentia angeli ſimul, & diſtinctionem realem ad inuicẽ, primum videlicet inſeparabilitatem ſupponit, vt verum ſecundum opinionem prius poſitam. Secũdum verò, ſ. realem diſtinctionem, probat per illud tertium membrum poſitum ſupra ex ſeptimo metaph. tex. comm. 39. & arguit ſic, ſicut ſe habet nunc temporis ad ſubſtantiã mobilis, ita nunc æui ad æuiternum, ſed nunc temporis diſtinguitur realiter à ſubſtantia mobilis, ergo & nunc æui realiter diſtinguitur ab exiſtentia æuiterni. Et addit in littera, ꝙ tantum ſit vnum nunc in toto tempore idem ſecũdum ſubſtantiam, & diuerſum ſecundum eſſe; vt patet per Ariſt. 4. phyſic. tex. com. 103. ſm aliam tranſlationem. Ipſius inquit eſſe in ſimul eſt idem, quoniam inſtans eſt idem cum fuerit, ſecundum autem eſſe diuerſificatur, & ibi Commen. tempus inquit eſt idem illis, quæ ſunt in tempore inſimul, & cauſa in hoc, ꝙ tempus eſt idem, quoniam inſtãs, quod eſt agens tempus eſt idem in omni motu, cum fuerit demonſtratum, ſed eſſe eius diuerſificatur. ſ. per prioritatem, & poſterioritatem, hæc ille. Et quomodo diuerſificatur ſecundum prius & poſterius, patet vbi ſupra tex. commẽ. 104. ſecundum aliam translationem. Et inſtans inquit menſurat tempus, ſecundum ꝙ terminat illud per prius, & poſterius, & poteſt dicere, ꝙ inſtans quodammodo eſt idem, & quodammodo non, quoniam ſm ꝙ eſt vnũ poſt aliud eſt diuerſum. & hæc ratio inſtantis, ſecũdum vero ꝙ inſtans eſt in aliqua hora eſt idẽ. hæc ille. Et ibi Commentator, inſtans inquit, quodammodo eſt idem, & quodammodo eſt diuerſum, & paulò infra, quoniam inſtans ſecundum quòd accidit ei, vt ſit idem in rebus diuerſis, vt vnum indiuiduum, quod inuenitur in pluribus locis eſt diuerſum, vt forte eſſe in foro aliud eſt ab ipſo eſſe in domo, &c. Ex his patet, quomodo ſit vnum inſtans tantum ſecundum ſubſtantiam, diuerſum tamen ſecundum eſſe, ideſt quòd illud inſtans ſecundum ſubſtantiam ſuam, quod eſt idem in toto tempore poteſt conſiderari, vt eſt prius tempore, & vt ſic dicitur principium temporis, & illud idem, vt eſt finis alicuius temporis, puta vnius horæ ſic dicitur terminus illius temporis.

Probatio Doctoris.

Tempus eſt idem illis, quæ ſunt in tempore.

Eſt vnũ inſtans ſecundum ſubſtãtiam diuerſum, tamen ſecundum eſſe.

¶Ibi, iſtam inſtãtiam excludendo. Hic Doct. primò intendit oſtẽdere, ꝙ nunc temporis ſit aliud, & aliud ſecundum ſubſtantiam, ſine ꝙ in tempore ſit aliud, & aliud inſtans ſecundum ſubſtantiam, & hoc intendit oſtendere ſecundum mentem philoſophi. 4. phyſic. tex. comm. 104. Eo (inquit) ꝙ fertur, cognoſcimus prius, & poſterius in motu, ſecundum autem ꝙ numerabile eſt prius, & poſterius ipſum nunc eſt: quare in his, ꝙ idem ens nunc eſt idem eſt. prius autem & poſterius eſt, quod in motu eſt, ſed in ipſo eſſe alterum: ſecundum enim, ꝙ numerabile prius, & poſterius eſt ipſum nũc, hæc ille. Et Cõmẽtator vbi ſupra, comm. 104. ſic dicit translatum,

Quomodo tempus ſequatur motum.

quod habet motum eſt cauſa ineſſe inſtãti, ꝙ ſupplẽ inſtãs agit tempus, quemamodum tempus ſequitur motum. ſ. quia motus eſt cauſa eius, quia eſt ſubiectum illius, quemadmodum magnitudo eſt cauſa motus. quoniam eſt ſubiectum motus, & parum infra, ex cognitione trãſlati ſupple localiter moti prioris, & poſterioris cognoſcitur prius & poſterius in motu, & per hoc, ꝙ translatum prius, & poſterius eſt numeratum erit inſtans numeratũ, & eſſe tranſlati eſt cauſa ineſſe inſtantis, & mutatio eius. ſ. tranſlati eſt cauſa in numeratione iſtius. ſ. inſtãtis. Et parum infra, & iam poſuimus, ꝙ translatum eſt vnum ſecundum ſubiectum, & plura ſecũdum diffinitionem ſupplẽ, vt conſideratur ſecundum prius, & poſterius in ipſo; ita etiam debet eſſe in inſtanti, quoniam ſecundum, ꝙ eſt in vno ſubiecto ſemper eſt idem, quoniam ipſum eſt prius, & poſterius in motu. i. quoniam inſtans prius, & poſterius in motu eſt idem, quia translatum eſt idem, & eſt numeratum, quia tranſlatum numeratur. Hæc ille. Dicit ergo Doct. ſupponẽdo, ꝙ nunc temporis ſequatur illud, quod fertur per hoc, quia eo quod fertur, cognoſcimus prius, & poſterius in motu, & ipſo nũc cognoſcimus prius, & poſterius in tempore, vult dicere, ꝙ ad cognoſcendum prius, & poſterius in motu requiritur alia, & alia mutatio, ſiue aliud, & aliud mutatum eſſe, quæ ſemper fiunt in inſtanti: nam per aliud, & aliud mutatum eſſe ipſius mobilis cognoſcitur prius, & poſterius in motu, & hoc patet, quia ſi lapis actu exiſtat, & immobiliter nõ cognoſcitur in eo, neque prius, neque poſterius, ſed cum lapis incipit moueri in tempore, vt eſt ſub tali mutatione in aliquo inſtanti acquirit mutationem, qua habet mutatum eſſe, quæ mutatio eſt principium motus futuri, & finis præteriti, & moueatur primò per ſpacium vnius horæ, tunc terminus illius motus eſt mutatum eſſe, & ſic per aliud, & aliud mutatum eſſe cognoſcitur in ipſo prius, & poſterius in motu: ita ꝙ per aliud, & aliud mutatum eſſe cognoſcitur prius, & poſterius in motu: ſimiliter dico de tempore: nam ꝙ in tempore ſit prius, & poſterius non cognoſcitur, niſi per aliud, & aliud inſtãs: quia inſtans, quod eſt principium temporis eſt prius, & inſtans, quod terminat tempus eſt poſterius, & ſic aliud inſtans eſt principium temporis ſequentis, & ſic prius, & aliud inſtans ſequens, & terminans illud tempus eſt poſterius; & ſic ſucceſſiuè, ex iſtis ergo inſtantibus cognoſcitur prius, & poſterius in tempore, & ꝙ vna pars temporis eſt prior alia. Cum ergo ipſum inſtans temporis ſequatur illud, quod fertur. ſ. ipſum mobile, puta lapidem, non abſolutè, ſed vt eſt ſub mutatione, ſiuè ſub mutato eſſe, quod mutatum eſſe menſuratur inſtanti temporis, ſicut & motus mẽſuratur tempore, & vltra cum lapis per motum, quo mouetur habeat aliud, & aliud mutatum eſſe, ſequitur, ꝙ tempus menſurans ipſum motum habebit aliud, & aliud inſtans, cum inſtans in tẽpore ſequatur mutatum eſſe, ſicut ergo in motu ſunt plura mutata eſſe, ita & in tempore menſurante motũ erunt plura inſtantia ſecundum ſubſtantiam mẽſurantia ipſa mutatã eſſe, & ſic patet ratio Doct.

Trãſlatum eſt vnum ſecundum ſubiectum. & plura ſecundum deſinitionem.

Mutatio eſt principium motus futuri, & finis præteriti.

¶Ibi. Similiter philoſophus in tertia proprietate de nunc, hic Doct. intendit idem probare per philoſophum 4. phyſic. tex. commẽ. 105. Manifeſtum eſt, inquit, ꝙ niſi tempus ſit ipſum nunc non erit, vtique ſiquidem ipſum nunc non erit, tempus non erit, ſimul enim ſunt ſicut id quod fert, & loci mutatio, ſic numerus qui eſt eius, quod fertur, & qui eſt loci mutationis, tempus quidem enim eſt loci mutationis numerus, id eſt menſura, ipſum autem nunc eſt, ſicut quod fertur, & vnitas eſt numeri, & cõtinuum autem tempus eſt ipſi nunc, & diuiditur ſecundum ipſum nũc, vide ibi Commẽ. & per hunc tex. vult concludere Doct. eſſe diuerſa inſtantia ſecundum ſubſtantiam in ipſo tempore, & arguitur ſic, ſicut ſe habet motus ad mutatum eſſe, ſiuè ad mobile ſub mutatione, ita tempus ad nunc, ſiuè ad inſtans: cum ergo tempus ſit numerus, & menſura ipſius motus, ita & inſtans temporis erit numerus, ſiuè menſura ipſius mutati eſſe, patet conſequentia auctoritate philoſophi vbi ſupra, quia ex quo dicimus, ꝙ tempus non eſt ſine nunc, nec è contra: quia motus non eſt ſine mobili, ſiue mutato eſſe, ſicut ergo tempus dependet à motu, ita & nunc temporis à mutato eſſe: nam prius, & poſterius in tempore cauſatur à priori, & poſteriori in motu, vt patet 4. phyſic. tex. comm. 104. cum ergo mobile ſit alterum, & alterum in toto motu, ſupplẽ ſecundum aliud, & aliud mutatum eſſe: ergo & nunc temporis ſibi correſpondens erit aliud, & aliud.

Tempus vt eſt ſine nunc quia motus non eſt ſine mobili.

¶Ibi. Præterea quomodo poſſet ipſum nunc indiuiſibile fluere. Hic Doct. probat eandem concluſionem per argumentum ducens ad impoſſibile, quia ſi in toto tempore eſſet tantum vnum nunc ſecundum ſubſtantiam, diuerſum autem ſecundum eſſe totum illud tempus eſſet cõpoſitum ex indiuiſibilibus, quod eſt contra intentionem philoſophi. tex. com. 88. & ꝙ hoc ſequatur. Probat, quia ex quo ipſum nunc, ſiuè inſtans fluxu ſuo ſecundum aliud, & aliud eſſe. ſ. prius, & poſterius efficit tempus, tunc totum illud tempus, ꝙ eſt compoſitum ex alio, & aliõ eſſe ipſius nũc eſſet compoſitum ex indiuiſibilibus, patet, quia illa eſſe eſſent in diuiſibilia: nã principium temporis eſt indiuiſibile, & ſimiliter terminus, vt ſupra patuit, & probat Doct. in ſimili, ꝙ eſſet compoſitum ex indiuiſibilibus auctoritate philoſophi. 6. phyſic. tex. commen. 88. de indiuiſibili, qui ſic ait, quare non contingit impartibile moueri, neque omninò mutari, hæc ille. Et rationem aſſignat, quia tunc motus eius componeretur ex indiuiſibilibus, vt dicit in illo tex. & quod componeretur ex indiuiſibilibus, probat vbi ſupra tex. com. 89. Amplius autem ex his manifeſtum eſt, cum neque punctum, neque aliud indiuiſibile, nullum cõtingit moueri, omne enim ꝙ mouetur impoſſibile prius maius moueri ipſius, quàm aut equale, aut minus: ſi igitur hoc manifeſtum eſt, ꝙ & pũctum minus, aut equale mouebitur primum, quoniam autẽ indiuiſibile eſt impoſſibile eſt minus moueri prius, equale ergo ipſi, quare erit linea ex punctis. Si autem hoc impoſſibile eſt, & moueri indiuiſibile impoſſibile eſt, hæc ille, vt clarius intelligatur iſta littera, pono, quòd indiuiſibile dicatur a. & moueatur ſuper aliquod ſpacium, quod dicatur b. certũ eſt, ꝙ a, quando incipit moueri, aut pertranſit totum ſpacium, quod eſt falſum, aut minus ſpacium, aut maius, aut equale, patet, quòd non eſt dandum, niſi equale, cum ergo a. ſit indiuiſibile & ſpaciũ, quod pertrãſit prius erit indiuiſibile, & ſic motus ipſius a. erit compoſitus ex indiuiſibilibus, & ſimiliter ſpacium quod pertranſit.

Principium temporis eſt indiuiſibile.

Nullum indiuiſibile cõtingit moueri.

¶Ibi. Ad hoc etiam ſunt duæ rationes philoſophi, quarum vna eſt talis, &c. per quam deducit ad impoſſibile: quia ſi tantum eſſet vnum inſtans in toto tempore, tunc omnia, quæ menſurantur illo tempore eſſent præſentia, patet, quia illa dicuntur eſſe ſimul, quæ ſunt in eodem indiuiſibili, patet quarto phyſicorum. tex. commen. 92. Amplius inquit, ſi ſimul eſſe ſecundum tempus, & neque prius, neque poſterius in eodem eſſe, & ipſo nunc eſt, & ſi qua prius, aut poſterius in ipſo nunc ſunt ſimul erunt, quæ in milleſimo fuerunt anno cum his, quæ ſunt hodie, hæc ille. Vnde Commentator ibi, commento 92. ſic ait illa, quæ ſunt in ſimul

ſunt

ſunt in eodem inſtanti, & ſua conuertens, illa quæ ſunt in eodem inſtanti ſunt ſimul, hanc propoſitionem, ſcilicet quòd idem inſtans eſt omnium entium, de quibus dicimus quædam eſſe ante, & quædam eſſe poſt, ſequitur vbi illud, quod fuit tráſacto milleſimo, & illud, quod eſt hodie ſunt inſimul, quod eſt inopinabile, & ſyllogiſmus cathegoricus concludens inconueniens in hoc ſermone componitur, ſic in prima figura omnes res inueniuntur in eodem inſtanti, & omnia ſunt ſimul, ergo omnia quæ ſunt ſimul, quod eſt impoſſibile, hæc ille.

¶Ibi. Alia ratio eſt, quia cuiuslibet continui ſunt duo termini diſtincti, vt iſta ratio clarius intelligatur: ſuppono, quòd cuiuslibet continui ſunt duo termini, ſcilicet terminus à quo, & terminus ad quem: nam in linea ſunt duo puncta, quæ ſunt termini lineæ, in motu verò, puta vnius horæ ſunt duo mutata eſſe, & in tempore, puta vnius horæ ſunt duo inſtantia, quorum vnum eſt principium illius temporis, & aliud finis, ſiuè terminus. Secundò ſuppono, quòd terminus continui per ſe, ideſt ex ſua ratione formali terminat continuum. Iſtis ſuppoſitis, accipio tempus vnius horæ certum eſt, quòd principium illius temporis eſt aliquod inſtans, & ſimiliter terminus illius eſt aliquod inſtans, ſed impoſſibile eſt, quòd vnum inſtans reſpectu vnius horæ ſit principium, & terminus illius, vt patet intuenti, ergo erit aliud, & aliud inſtans. Et dicit Doctor in iſta littera, quòd ſi ipſum nunc ſit tantum ipſa ſubſtantia mobilis non eſt contendere, niſi de verbis, quia prius factum fuit argumentum. Ibi inſtatur contra iſtud ſic, quia nunc ſecundum ſubſtantiam ſe habet ad ſubſtantiam mobilis, &c. vbi fuit ſic argumentatum, ſicut ſe habet nunc temporis ad ſubſtantiam mobilis, ita nunc æui ad ipſum æuiternum, modo dicit Doct. Si tu concedis, quòd nunc temporis ſit ipſa ſubſtātia mobilis, tunc contentio iſta eſt tantum in verbis, & non in re, quia in re magis ex hoc probatur intentum, ſcilicet quòd nūc æui ſit ſimpliciter idem cum æuiterno.

Duo puncta ſunt termini lineæ.

¶Ibi. Et ſi dicas, ꝙ terminat ſecundum diuerſa eſſe, ideſt quòd ipſum inſtans temporis, ſecundum quòd eſt prius, & incipit fluere eſt principium temporis, puta vnius horæ, & ſecundum quòd eſt poſterius, vel finis illius horæ dicitur terminus.

¶Ibi. Contra, hic Doctor improbat hanc reſponſionem, & dicit iſta duo eſſe accidunt ipſi inſtanti, patet, quia cum illud inſtans dicitur prius non eſt ſub eſſe poſterioris, & ſimiliter cum eſt ſub eſſe poſterioris non eſt ſub eſſe prioris: & ſic huiuſmodi prius, & poſterius accidunt ſibi. Dicere ergo, ꝙ eſt principium ſub illa ratione, qua eſt prius, & incipit fluere, & finis, ſiuè terminus ſub illa ratione, qua poſterius, ergo nō terminat per ſe, quod eſt falſum, quia omne indiuiſibile de genere quantitatis, vel per ſe terminat quantitatem, vel eſt pars alicuius diſcreti.

Scotus improbat hanc reſponſionē.

¶Ibi. Præterea iſta eſſe quæro, cuius generis ſunt. Et ratio iſta clara eſt: nam ſi iſta eſſe ſint indiuiſibilia de genere quantitatis, ergo ſufficiunt ad terminandum proprium continuum abſque illo nunc, ſecundum ſubſtantiam, quod eſt inconueniens, puta quòd illa ratio, qua nunc dicitur poſterius, ſit terminus ipſius continui: nam illa ratio, qua dicitur poſterius non eſt ex natura rei, & ſic aliquid, ꝙ non eſt ex natura rei eſſet per ſe terminus alicuius cōtinui habentis verum eſſe ex natura rei. Si autem illa eſſe ſint alterius generis, puta qualitatis ſequitur inconueniens, videlicet, ꝙ qualitas erit per ſe ratio terminandi continuum in genere quantitatis.

¶Ibi. Et præterea quomodo non mutaretur ipſum nunc ſecundum ſubſtantiam, ſi mutatur ſecundum diuerſa eſſe, & tunc oportet eius, & ſuorū eſſe quærere menſuram, & ſic in infinitum, vult dicere Doct. ꝙ ſi ipſum nunc ſit ſub alio, & alio eſſe: ergo tunc mutatur, ſed cuicunque mutato eſſe correſpōdet nunc temporis pro menſura, & tunc quæro de illo nunc correſpondente, aut poteſt eſſe aliud, & aliud ſecundum ſubſtantiam, ſecundū ꝙ correſpondet alij, & alij mutato eſſe, & tunc habetur intentū, aut eſt tantum aliud, & aliud ſecūdum diuerſa eſſe, quibus correſpondet alij, & alij mutato eſſe, ergo ipſum nunc, vt ſub alio, & alio eſſe mutatur, & ſic erit proceſſus in infinitum.

¶Ibi. Præterea aut iſtud nunc ſecundum ſubſtantiam idem èſt in quolibet mobili, aut præciſè in vno, non primo, quia tunc idem accidens numero eſſet in pluribus ſubiectis: non ſecundò, patet, quia tunc non menſuraret aliud mobile, vt actu eſt ſub aliqua mutatione, ſiuè ſub aliquo mutato eſſe. Et iſta littera poteſt ſic exponi, ponendo caſum, ſcilicet quòd mobile a. moueatur per horam, in quo motu ſunt centum mutata eſſe, ita quòd mobile a. poteſt dici aliud, & aliud mobile pro quāto eſt ſub alio, & alio mutato eſſe, hoc caſu poſito, quæro aut nunc temporis eſt totum ſimul in centum mutatis eſſe, ergo idem accidens erit ſimul in pluribus ſubiectis, patet, quia inſtans temporis ſubiectatur in mutato eſſe, ſicut & ipſum tempus immediatè ſubiectatur in motu, aut idem nunc numero eſt tantum in vno mutato eſſe, ergo tantum vnum mutatum eſſe menſuratur nunc temporis, & non alia mutata eſſe, quod eſt impoſſibile. Et ex his patet improbatio illius, quòd tantum ſit vnum nunc ſecundum ſubſtantiam in toto tempore.

Expoſitio litteræ.

¶Ibi. Ad philoſophum dico, dicit Doct. reſpondendo ad illud philoſophi 4. phyſic. text. com. 103. (videlicet ꝙ in toto tempore ſit tantum vnum nūc ſecundum ſubſtantiam differens ſecundum eſſe) ꝙ philoſophus intelligit de quocūque nunc, quia dato quocunque nunc illud ſm ſuam ſubſtantiam eſt ſimpliciter idem, ita ꝙ in ſubſtantia illius nūc nulla eſt diuerſitas ex natura rei, dicitur diuerſum ſm eſſe pro quanto aliter, & aliter conſideratur: quia vt cōſideratur ſub illa ratione, qua eſt principium futuri temporis, & vt eſt finis præteriti dicitur eſſe differēs ſm eſſe. Et ſi dicatur, ꝙ datur aliquod nunc, quod eſt principium alicuius temporis, & non finis alterius, ſicut expoſitum eſt ſupra, ꝙ quando mobile mouetur prius incipit eſſe ſub mutato eſſe, cui correſpondet proprium nunc, & tale mutatum eſſe, licet ſit principiū motus, non tn̄ eſt finis alterius. Et ſimiliter poſſet dici, ꝙ datur aliquod nunc, ꝙ tātum eſt finis præteriti temporis, & nullo modo principium alterius, patet, quia finis alicuius motus, ſiuè terminus eſt aliquod mutatum eſſe, cui correſpondet proprium nunc menſurans tale mutatum eſſe. Reſpondeo breuiter, ꝙ ſicut omne moueri præcedit mutatum eſſe in infinitum, & è conuerſo. ſ. omne mutatum eſſe præcedit moueri in infinitum, vt patet 6. phyſi. tex. comm. 52. Sic omne tempus præcedit nunc, & omne nunc præcedit tempus, ita ꝙ ſicut non poteſt dari aliqua prima pars temporis, antequam non ſit alia, nec aliquod nunc tpis ante, ꝙ non ſit aliud, ita non poteſt dari aliqua pars temporis, quam non præcedat aliquod nūc, nec poteſt aſſignari aliquod nunc, quod non præcedat aliqua pars temporis, & ſic ſequitur, ꝙ dato quocunque, nūc illud erit principium alicuius partis temporis, & finis alterius. Idem dico de nunc menſurāte mutatum eſſe, quod eſt terminus alicuius temporis. Sed de hoc infra patebit præſenti diſtinctione.

Quomodo ſit idem nūc ſecundum ſubſtantiam diuerſum ſecundum eſſe.

¶ Ibi, & ad hoc declarandum. H c Doctor intendit declarare per ſimile ad mobile, quomodo idem nunc numero dicatur idem ſecundum ſubſtantiam, & diuerſum ſecundum eſſe, & ſententia huius litteræ ſtat in hoc, ſcilicet quòd mobile poteſt dupliciter conſiderari. Primò in ſe, & abſolutè, & non vt eſt ſub aliquo motu, vel mutatione. Secundò vt eſt ſub motu, vel mutatione. primo modo non menſuratur tempore, nec nunc temporis, patet, quia tempus eſt primò menſura motus, & nunc tempus eſt menſura mutati eſſe, & ſi aliquando dicitur menſura alicuius mobilis, ex hoc ſolo dicitur menſura pro quãto ipſum mobile eſt ſub motu, vel mutatione, & vt ſic ſubſtantia mobilis menſuratur tempore tantum per accidens. Et ſi quæratur, qua ergo menſura menſuratur ſubſtantia mobilis, vt præcedit motum, & mutationem, dico, quod menſuratur ęuo, vt infra patebit præſenti quæſtione. Secundo modo vt mobile eſt ſub motu, vel mutatione, & tunc conſiderando ipſum, vt eſt ſub vna mutatione, ſiuè ſub vno mutato eſſe erit idem ſecundum ſubſtantiam, & diuerſum ſecundum eſſe, patet, quia vna mutatio numero, ſiuè vnum mutatum eſſe, eſt tantum vnum, & idem ſecundum ſubſtantiam, vt verò eſt principium vnius partis motus puta futuræ, & finis alterius, ſcilicet præteritæ dicitur diuerſum ſecundum eſſe, quia ſecundum aliam, & aliam rationem dicitur principium, & finis, vt ſupra expoſui, pariformiter dicendum eſt de quocunque nunc temporis.

Expoſitio litteræ.

¶ Expono tamen aliqualiter iſtam litteram ibi nõ quidem mobile, vt abſolutè præcedit mutationem, quia hoc modo nunc non eſt menſura eius, nõ debet intelligi, quòd mobile prius fiat ſub mutatione, quàm ſub motu, quia data quacunque mutatione aliqua pars motus præcedit, & econtra data quacũque parte motus aliqua mutatio præcedit, vt ſupra dixi, ſequitur, ſed mobile, vt eſt ſub vna mutatione eſt idem ſecundum ſubſtantiam, cum dicit Doctor de mobili ſub vna mutatione, non debemus intelligere, quòd præcisè ſit ſub vna mutatione, quia impoſſibile eſt mobile moueri, quin ſit ſub infinitis mutationibus, patet, quia dato quocunque motu ille eſt diuiſibilis in infinitas partes motus, loquendo de diuiſione ſecundum proportionem, & data quacunque parte motus illa erit inter duo mutata eſſe, quorum vnum eſt principium illius partis, & aliud finis eiuſdem, debet ergo ſic intelligi Doctor, quòd quando mobile incipit moueri, conſideratur ſub aliqua vna mutatione, quæ eſt principiũ vnius partis motus, & finis alterius, & ſic talis mutatio ſecundum ſe conſiderata erit tantum vna ſecũdum ſubſtantiam, vt verò conſideratur ſub alia, & alia ratione, qua dicitur principium, & finis dicitur diuerſa ſecundum eſſe, ideſt dicitur alia, & alia ſecundum aliam, & aliam rationem. Sequitur ibi, & ſecundum hoc dicitur alibi, & alibi eſſe, non quidem actu, ſed in illo vbi medio inter extrema, dicit Doctor, quòd quãdo aliquod mobile localiter mouetur actu eſt in vno vbi medio, & ſub extremis non actu, exempli gratia, ſi a. mouetur ſuper aliqua magnitudine in quocunque inſtanti ſemper eſt in alio, & in alio vbi, & quando actu eſt in aliquo vbi præſenti illud, vbi præſens dicitur medium inter duo extrema, quæ extrema ſunt vbi præteritum, & vbi futurum, & ſic illud vbi medium dicitur principium vbi futuri, & finis vbi præteriti, pro quanto ergo vnum mobile eſt in aliquo vbi medio, dicitur alibi, & alibi eſſe: quia vt eſt in tali vbi medio eſt inter extrema inquantum illud vbi medium terminat motum ſecundum prius vbi, & inchoat ſecundum poſterius vbi, & rationem aſſignat:

Quomodo ſit intelligẽdus Doctor.

quia mutari eſt aliquid vtriuſque extremi, vt patet per philoſophum ſexto phyſicorum. tex. com. 32. vbi ſic ait ſecundum aliam tranſlationem. Sequitur neceſſariò, vt tranſmutatum ſecundum quandam partem ſit in hoc, & ſecundum aliã ſit in hoc, quoniam impoſſibile eſt, vt in vtroque ſit, aut vt ſit in neutro, & intelligo per hoc, quòd dico in quo trãſmutatur primum in tranſmutatione, verbi gratia, ex albo in palidum nõ in nigrum, quoniam non eſt neceſſarium vt tranſmutatum ſit, aut in hoc extremo, aut in hoc, ergo manifeſtum eſt, quòd illud, quod tranſmutatur eſt diuiſibile. Et ibi vide Commentatorẽ diffuſè exponẽtem, vult ergo Philoſophus, quòd quamuis aliquid ſit in vno medio; tamen illud eſt aliud ſecundum vtrunque extremũ, vt puta quando mobile localiter mouetur, & actu ſit in aliquo medio, puta in aliqua mutatione, quæ eſt finis motus præteriti, & principium futuri, illud mobile eſt aliud ſecundum vtrunque extremum, quia vt ſic ſub alia, & alia ratione conſideratur.

Quid ſit mutari.

¶ Ibi. Sed quomodo ex hoc ſoluatur illa quæſtio philoſophi, quam mouet quarto phyſicorum. tex. comment. 90. vbi quærit, an idem nunc ſecundum ſubſtantiam maneat in toto tempore, vel nõ, vbi ſic ait. Amplius autem ipſum nunc, quod videtur determinare præteritum, & futurum, vtrum vnum, & idem ſemper permanet, aut aliud, & aliud non facile eſt ſcire, ſiquidem ſemper alterum, & alterum eſt, &c.

¶ Ibi. Dico, quòd ſicut quæſtionem illam, vtrũ tempus ſit nunquam, ſoluit expreſsè, quæ habetur quarto phyſicorum, tex. commen. 87. Conueniens inquit eſt aliquid de tempore, primum autem benè ſe habet opponere de ipſo, & per extraneas rationes. Vtrum ſit eorum, quæ ſunt & tex. com. 88. quòd igitur inquit, omnino non ſit, aut vix, & obſcure, ex hoc aliquis concipiet, &c. Dicit Doctor, quòd hanc quæſtionem non ſoluit expreſsè, ſed aliqua dicit, ex quibus poteſt colligi eius ſolutio, ita & in iſto, videlicet, an in toto tempore ſit tantum vnum nunc ſecundum ſubſtantiam, diuerſum verò ſecũdum eſſe. & oſtendit Doct. quomodo ſit aliud, & aliud nunc ſecundum ſubſtantiam per comparationem ad mobile exiſtens ſub motu, vel mutatione, & vult dicere Doct. quòd ſicut idem mobile, ſiuè idem mutatum eſſe eſt vnum, & idem ſecundũ ſubſtantiam, ſed diuerſum ſecundum aliam, & aliã comparationem: quia vt comparatur ad partem præteritam motus dicitur finis, vt verò comparatur ad partem futuram dicitur principium, ſic pariformiter, dicendum eſt de nunc temporis, quòd dato quocunque nunc erit idem ſecundum ſubſtãtiam, ſed diuerſum ſecundum aliam, & aliam comparationem, vt ſupra expoſui. Et tamen in illo toto tempore ſunt plura nunc alia, & alia ſecundum ſubſtantiam, ſicut & in aliquo motu ſunt plura mutata eſſe ſecundum ſubſtantiam, vt ſupra patuit. Et hoc patet etiam per litteram ſequentem, cum dicit, & non eſt tanta identitas inſtantis in toto tempore, quanta eſt vnius inſtantis reſpectu ſubſtantię mobilis, igitur inſtans in toto tempore eſt aliud, & aliud ſecundum ſubſtantiam, vult dicere Doctor, quòd accipiendo inſtantia in aliquo tempore, puta vnius horæ in quo mouetur a. quod inſtans accipitur in confuſo, non dicit tantam identitatem, quantam dicit vnum inſtans menſurans tantum vnam mutationem, patet, quia inſtans in toto illo tempore includit plura, & plura inſtantia, inſtans autem vnum reſpectu ſubſtantiæ mobili, ideſt menſurans vnam mutationem, per quam mobile tantum habet vnũ mutatum eſſe, eſt tantum vnum numero. Ex hiis arguo ſic, quæcunque ſunt vnũ numero ſecundum ſubſtan-

Opinio Doctoris.

Idem mobile, ſiuè idem mutatũ eſſe eſt vnum, & idem ſecundum ſubſtãtiam, ſed diuerſum ſecundum aliam, & aliam comparationem.

ſubſtantiam, dicunt eandem identitatem, ſed inſtās temporis confusè acceptum, & vnum inſtans numero, non dicunt eādem identitatem, ergo nō ſunt vnum numero ſecundum ſubſtantiam. Aduerte tamen, quòd Doctor præſuppouit pluralitatem inſtantium in toto tempore, vt ſupra probatur, ſic quòd in toto tempore poſſit accipi inſtās in confuſo, quod verè eſt commune pluribus inſtantibus.

Nota, & benè.

¶ Eſt etiam aduertendum pro iunioribus, ꝙ cum dicitur inſtans idem ſecundum ſubſtantiam diuerſum ſecundum eſſe accipitur ibi ſecundum ſubſtantiam, vt abſolutè in ſe conſideratur, & accipitur ſecundum eſſe, vt dicit aliam, & aliam comparationem, ſicut dicimus, quòd mobile poteſt conſiderari ſecundum ſubſtantiam, ſupple in ſe, vt in ſe abſolutè conſideratur, & ſecundum eſſe, ſecundū quòd conſideratur ſecundum aliam, & aliam comparationem, vt cum ſit ſub alia, & alia parte motus, vel ſub alia, & alia mutatione.

¶ Ibi, dico tunc ad inſtantiam. Nunc Doctor reſpondet ad inſtantiam ſuperius factam, in qua probabitur, quòd ſicut inſtans menſurans ſubſtantiam mobilis realiter diſtinguitur ab ipſa: ita, & nūc ęui realiter diſtinguitur ab ipſo ęuiterno, & dicit, quòd ſi aliquod nunc, ſimiliter ſe habeat ad ſubſtantiam mobilis, ſicut nūc ęui ſe habet ad ęuiternum, quod eſt idem realiter ſubſtantiæ mobilis. Et addit Doc. quòd tale nunc menſurans ſubſtantiam mobilis nō erit aliud, & aliud, ſed tantum vnum, & erit indiuiſibile non de genere quantitatis, quia ſi eſſet de genere quantitatis eſſet realiter diſtinctum à ſubſtātia mobilis, vt alias pertractabitur. Et aduerte, ꝙ cum dicit Doct. nunc menſurare ſubſtantiam mobilis non accipitur hic ſubſtantia mobilis pro mutatione, ſiuè pro mutato eſſe, vt ſupra dixi, nec propriè vt eſt ſub mutatione, ſed accipitur ſubſtantia mobilis pro ſubſtantia in ſe conſiderata, ſiuè actu ſit ſub motu, vel quiete, quia vt ipſa conſideratur ſub motu ſaltem per accidens mēſuratur tempore, vt verò conſideratur ſub mutatione per accidens menſuratur inſtanti temporis. Doctor tamen magis videtur declinare, quòd quælibet ſubſtantia, vel menſuretur ęuo dicente quantitatem ſucceſſiuam tenendo poſitionem Bonauen. vel dicente tantum nunc indiuiſibilę ſecundum poſitionem Henri. & hoc infra patebit. Et addit Doctor in littera, quòd ſi fingatur tale inſtans menſurans ſubſtantiam mobilis pertinere ad genus quantitatis tale inſtans non eſt in actuali exiſtentia angeli, & hoc intendo, quòd menſura exiſtentiæ angeli ſit tantum vnum nūc indiuiſibile, & realiter idem exiſtentię angeli, vt ſupra patuit. Si verò teneretur poſitio Bonauenturæ talia inſtantia ſibi ad inuicem ſuccedentia eſſent de genere quantitatis, vt ſupra patuit præſenti diſtinc. quæſt. prima.

Doctor magis declinat ad opinionē D. Bonauen.

¶ Ibi. Sed contra iſtud arguitur ſic. Hic Doct. intendit probare, quòd ſubſtantiæ mobilis correſpōdeat tantum nunc ſecundum ſubſtantiam, & illud nūc erit realiter diſtinctum à ſubſtantia mobilis, & probat, quòd tale nunc ſit menſura propria ſubſtantiæ mobilis, quia ſubſtantia mobilis, vel cōſideratur ſub medio mutationum, ideſt inter terminos mutationum, & ſic correſpōdent ſibi diuerſa nūc ſecūdum eſſe, patet, quia vt eſt ſub alia, & alia mutatione, ſiue ſub alio, & alio mutato eſſe menſuratur alio, & alio nunc temporis, quia propriè mutatio mēſuratur nunc temporis. Et cum dicit, vt eſt ſub vno medio mutationū, ſic debet intelligi, quia mutatio eſt inter duos motus, quia eſt finis motus præteriti, & principium motus futuri, vt ſupra expoſui, qui motus dicuntur termini talis mutationis, videlicet terminus à quo, & terminus ad quem: nam cum mobile ſit ſub aliquo mutato eſſe tranſit à motu præterito ad motum futurum, vt ergo mobile actu eſt ſub aliqua tranſmutatione, tunc eſt in medio inter terminos talis mutationis, vel conſideratur mobile, vt eſt ſub terminis mutationum, puta ſub diſtinctis partibus motus, quæ ſunt termini mutationis, quia pars pręcedens mutationem dicitur terminus à quo, & pars ſequens dicitur terminus ad quem, tunc tale mobile menſuratur tempore, patet, quia motus ſub quo conſideratur tempore menſuratur. Aduerte tamen, quòd vt eſt ſub mutatione menſuratur inſtanti temporis, non ratione ſui, ſed ratione mutationis, & vt eſt ſub motu dicitur menſurari tempore tantum ratione motus, qui per ſe menſuratur tempore, vel cōſideratur ipſum mobile, vt eſt prius motu, & mutatione, poſſibile tamen recipere ipſa, tunc menſuratur alia propria menſura alia à ſupradictis, & illa videtur eſſe inſtans, ſiuè nunc ſecundum ſubſtantiam, ideſt nunc abſolutè in ſe conſideratum, & hoc patet, quia vt tunc menſurat mutationem, quæ ponitur mediū inter terminos videtur eſſe aliud, & aliud tantum ſecundum eſſe, quia ſicut talis mutatio eſt finis motus præteriti, & principium motus futuri, ita & nunc menſurans talem mutationem eſt finis temporis præteriti, & principium temporis futuri, & ſic erit aliud, & aliud ſecundum eſſe: ergo vt menſurat ſubſtantiam mobilis in ſe, & abſolutè conſideratam erit tantum idem nunc ſecundùm ſubſtantiam, ſiuè illud nunc pertineat ad genus quātitatis, ſiue non. His declaratis formatur ſic ratio, ſicut ſe habet nūc menſurans mutationem ad ipſam mutationem, & tempus menſurans motum ad ipſum motum; ita ſe habet nunc meſurans ſubſtantiā mobilis in ſe ad ipſam ſubſtantiam: ergo ſicut nūc realiter diſtinguitur à mutatione, & tempus à motu, ita & nunc menſurans ſubſtantiam mobilis in ſe realiter diſtinguitur.

¶ Ibi, reſpondeo, ſi oportet tempus differre à motu, & per conſequens inſtans à mutatione, &c. Doctor dubitatiuè loquitur, an tempus realiter differat à motu, & inſtans à mutatione, quia in iſta materia ſunt diuerſæ opi. videtur tamen probabiliter dici per rationem Doct. quòd realiter diſtinguantur, quæ ratio eſt ſatis clara in littera. Et addit Doctor, quòd poſito, quòd tempus realiter diſtinguatur à motu, & inſtans à mutatione, non eſt ſimile de nunc menſurante ſubſtantiam mobilis in ſe, quia illud poterit eſſe idem realiter, & hoc eſt quod intendit in iſta littera, quam tamen propter iuniores declaro de particula in particulam, quod dicit ibi de partibus eiuſdem quantitatis proportionis. Cōtinuum enim poteſt diuidi ſemper in partes eiuſdē proportionis, vel in partes eiuſdem quantitatis, cū diuiditur in partes eiuſdem proportions, ſemper diuiditur per medietates, puta quantitas pedalis diuiditur in duas partes ęquales, & illa medietas diuiditur in partes ęquales, & illa alia medietas in partes ęquales, & ſic in infinitum, quia data quacūque parte ſemper eſt diuiſibilis in duas medietates, & ſic continuum eſt diuiſibile in infinitas partes, ſemper loquendo de partibus eiuſdem proportionis, quia ſicut aliquod continuum eſt in proportione dupla ad quamlibet medietatem ſeorſum ſumpta, ita & illa medietas, vt diuiditur in duas partes ęquales eſt in proportione dupla ad vnam medietatem, & ſic in infinitum. Sed partes eiuſdem quantitatis aliter conſiderantur, quia ſi diuiditur, puta linea cubitalis per partes digitales, ita quòd primò auferat vna pars digitalis, & ſecundo alia, & ſic deinceps in tātum poterit diuidi, quòd amplius non poterit diuidi in partes digitales, & tales partes dicuntur partes eiuſdem

An tempus realiter diſtinguatur à motu.

Continuum poteſt dupliciter diuidi.

Differentia inter partes eiuſdem proportionis, & eiuſdem quantitatis.

eiuſdem quantitatis,& loquẽdo de huiuſmodi partibus cõtinuum nõ eſt diuiſibile in infinitas partes. Sequitur ibi nulla quantitas eſt eadem alteri quantitati,niſi partes eiuſdem proportionis,& quantitatis in ea ſint ęquales partibus eiuſdem proportionis & quantitatis in reliqua , & hoc ęquales tam in numero, quàm in magnitudine. Hæc propoſitio eſt ſatis euidens, quia quando duo continua ſunt ſimpliciter idem realiter, dicunt præciſè eaſdẽ partes, tam in numero, quàm in magnitudine, aliter nõ eſſent idem realiter, dicit tam in numero,quàm in magnitudine: quia ſi in continuo a. ſunt infinitę partes ſecundum proportionem tot erunt in continuo b. & ſi ſunt centum partes eiuſdem quantitatis, puta pedalis tot erunt in continuo b.& ſi in cõtinuo b. eſſent centum partes digitales tantum, & in continuo a. centum partes pedales, licet continuum a. non excederet continuum b. in numero excederet, tamen in quantitate, ſiuè in magnitudine, quia vna pars eſſet maior alia. Sequitur ibi, loquendo autem de quantitate, quæ eſt in motu, quàm habet ex parte magnitudinis, ſiuè formæ,ſecundũ quam eſt motus, poſſunt aliquæ partes motus, puta decem integrantes totum motum eſſe cũ decem partibus temporis, ſed non ſunt ęedem eis, quia cum eiſdem partibus temporis poſſunt eſſe plures partes motus ęquales prioribus partibus motus, vel tot inæquales, & exemplum ſequens eſt ſatis clarum in littera, pono enim caſum,quòd a.moueatur ſuper magnitudine bicubitali à virtute vt quatuor, & motus ſuper tali magnitudine habeat centum partes digitales, loquendo de partibus motus reſpectu magnitudinis, tali motui correſpondebit tempus habens tantum centum partes digitales. Deinde pono, quòd ſit virtus vt octo, quæ moueat idem mobile ſuper magnitudine quatricubitali ille motus habebit ducentas partes digitales, & tamen mouebit in ęquali tempore, & ſic tale tempus habebit tantum centum partes digitales, & ex hoc ſequitur, quòd realiter diſtinguitur à tali motu habente ducẽtas partes. Sequitur etiam, quòd inſtantia talis temporis realiter diſtinguantur à mutationibus in tali motu exiſtentibus; patet, quia vt conſideratur tempus habere centum partes digitales, conſiderantur quinquaginta inſtantia, quia vnum inſtans erit principium vnius partis, & finis alterius, & ſic de aliis. Sed in motu habẽte ducentos partes erunt centum mutationes,patet,quia inter duas partes motus eſt mutatio media, quæ eſt finis partis præteritæ, & principium partis futuræ, & ſic patet quomodo inſtans temporis realiter diſtinguitur à mutatione. Et hoc eſt quod dicit ibi, ex hoc concluderetur,quòd indiuiſibile vnius quãtitatis, puta alicuius motus non eſt indiuiſibile alterius quantitatis; puta temporis, ideſt quòd mutatio non eſt realiter idem, quòd inſtans temporis. Sequitur in littera ibi, ſed ex hoc nõ ſequitur,quòd in aliquo permanẽte habẽte ſemper eſſe vniforme, oporteat ponere aliquid aliud à ſe pro menſura, quia &c. Dicit Doctor, quòd non eſt ſimile de permanenti, & de ſucceſſiuo, quia ſucceſſiua poſſunt habere mẽſuram aliam propter difformitatem partium menſuræ, & menſurati,vt ſupra patuit,ſed in permanenti, & menſura eius non apparet talis difformitas. Ideo eſt fallacia conſequentis, arguẽdo per locum à maiori ad minus affirmatiuè,quia non ſequitur, Rex poteſt debellare caſtrum, ergo & miles,ſic in propoſito motus,& mutatio realiter diſtinguntur à menſura,ergo & ſubſtantia mobilis, eſt fallacia conſequentis, quia apparet maior ratio, quòd motus, & mutatio realiter diſtinguantur à menſura propter cauſam ſuperius dictã, quàm de permanenti.

Quæ ſit fallacia conſequentis.

Sequitur ibi, ſi tamen placeat dare aliquam aliam menſuram ſubſtantiæ mobilis, Doct. videtur tenere, quòd ſubſtãtia mobilis menſuretur æuo, vt patebit infra q.4.

Quomodo ſubſtantia mobilis menſuratur æuo.

¶Ibi. Et ſi quæras aliam menſuram eius, inquantum eſt in ſe, & inquantum eſt ſuſceptiuum motus, & mutationis. Dico,quòd non eſt aliud,quia ſubiectum ſecundum illud, quod eſt in ſe ſuſceptiuum ſuæ propriæ paſſionis. Eſt intelligendum, quòd ſubſtãtia mobilis, vt tãtum in ſe conſideratur tantum mẽſuratur æuo, vt infra patebit. Si etiam conſideretur ſub iſta paſſione, qua dicitur apta nata ſuſcipere motum, & mutationem adhuc tãtum menſuratur æuo. Si tertio conſideretur, vt actu eſt ſub motu, & mutatione tantum per accidens mẽſuratur tempore vt eſt ſub motu, & inſtanti temporis vt eſt ſub mutatione, per ſe tamen menſuratur æuo etiam vt actu eſt ſub motu, & mutatione.

IBI, ad ſecundam partem quæſtionis, qua quæritur, an debeat poni in angelo exiſtente aliquid menſurans eius exiſtentiam. Hic Doctor multa dicit de iſta menſura, quæ ſunt ſatis clara in littera, tamen propter imperitiores in via Doct. ſub breuitate hanc litteram declaro de particula in particulam. Primò dico, quòd menſurare eſt quantitatem ignotam certificare per quantitatem magis notam. & hæc certificatio aut fit in imaginatione, vt patet de artifice menſurãte altitudinem turris per aliquã quantitatem, quàm habet in imaginatione, aut fit in re, puta per quantitatem exiſtentem in re, & hoc tripliciter. Primò per quantitatem excedentem, & ſic intellectus certificatur de minori quantitate per acceſſum eius ad maiorem quantitatem, vel per receſſum ab ea, & hoc modo mẽſura ponitur in quiditatibus rerum. Et de iſta menſura perfectionali, & quiditatiua, patet per Ariſtot. decimo metaphyſicorum.tex.commen.27.vbi habetur,quòd in omni genere eſt vnum, quod eſt metrum & mẽſura omnium illius generis, & vide expoſitionẽ quam feci de iſta menſura infra diſt.3.q.1. huius ſecundi. Et addit Doct. quòd Deus dicitur prima menſura omnium, quæ ſunt in quocũque genere, & dicitur menſura tantum extrinſeca omnium generum, & contentorum in eis, vt patet à Doct. in primo, di.8. q.2. in reſponſione ad argumenta pro opinione, & nullo modo eſt menſura intrinſeca: quia tunc contineretur in genere, cuius oppoſitum ſubtiliter probatum eſt à Doctore in primo, diſt.8.quæſt.2.quicquid alij dicant, vt Ioan.Ang.Bacon. & Gregor.de Arimino, & vide quæ prolixè expoſui ibi cõtra has opiniones. Secundo modo aliquid mẽſuratur per quantitatem exceſſam, quia quantitas nota minor eſt, & pars quantitatis maioris, quæ magis ignota eſt, & tunc illa quãtitas minor ſuper ſui replicationem menſurat ipſum totum maius. Et hoc modo minor motus poteſt eſſe mẽſura maioris motus ex natura rei, ſicut per motum vnius menſis per replicationem talis motus. Tertio modo menſuratur quantitas ignota per aliam quantitatem notam, & diſtinctã, & ęqualem ſibi, & hoc fit per applicationẽ ſiuè ſuper poſitionẽ, & quia illud quod eſt menſura ex natura rei debet eſſe notius naturaliter ipſo menſurato, & ideo in iſto modo tertio vnum ęqualium nõ eſt menſura aliorum, niſi illa ęqualitas nota fuerit ex natura rei, & hoc modo tẽpus, ſi eſt alia quantitas ex natura rei, & notior motu poteſt eſſe menſura motus ex natura rei, alicui tamen intellectui poteſt illud eſſe menſura, quod ex natura rei non eſt menſura, puta ſi alicui ſit nota quantitas vlnæ, & quantitas panni, ignota poteſt tunc quantitas vlnæ eſſe menſura quãtitatis pãni, licet ex natura rei neutra quantitas habeat maiorem certitudinem alia.

Menſurare quid ſit.

Declaratio litteræ.

Quomodo Deus dicatur menſura extrinſeca omnium.

¶Ibi.

¶Ibi Ad propoſitum applicando, Doct.in iſta littera ponit aliquas concluſiones.

Prima concluſio. Prima, in exiſtentia angeli non oportet ponere aliquam menſuram intrinſecam aliam à natura rei menſuratæ, quia menſura ex natura rei eſt aliud à menſurato, ibi autem nihil aliud eſt intrinſecum realiter diſtinctum à natura rei menſuratæ, vt ſupra probatum eſt, & patet quia talis menſura non poneretur, niſi tertio modo, ſcilicet æqualis menſurato.

Secunda concluſio. ¶Secunda, exiſtentia angeli non poteſt eſſe menſura ſui ipſius ſicut in aliis, quantitas enim vt diſtinctè cognita poteſt eſſe menſura ſui ipſius ſecundum partes ſuas confuſè cognitas, exiſtentia verò angeli eſt omnino indiuiſibilis, non potens continere partes confuſè in ſe.

Tertia concluſio. ¶Tertia. Non ſolum autem non eſt neceſſarium ponere aliquod abſolutum pro mẽſura, ſed nec relationem aliquam, quia non eſt neceſſe hic aliam relationem ponere, quàm illam, quæ eſt ad cauſam efficientem, vel conſeruantem: & illa non eſt aliud à fundamento, vt ſupra patet diſt.1.q.5.

AD primum principale. Nunc Doctor ſoluit argumenta principalia. Et primò arguit ſic, ſicut ſe habet tempus ad motum, ita æuum ad exiſtentiam angeli, patet, quia ſicut tempus ponitur menſura motus, ita æuum menſura exiſtentiæ angeli, ſed tempus differt realiter à motu: ergo, & æuum eſt menſura alia ab exiſtentia angeli, patet minor per philoſophum quarto phyſicorum. tex. commento 96. vbi probat, quòd tempus differt à motu per hoc, quòd tempus non eſt velox, nec tardum: motus autem dicitur velox, vel tardus, ergo differt à motu.

Quomodo tempus differat à motu.

¶Reſpondet Doctor, negando ſimilitudinem de tempore, & motu, & de exiſtentia angeli, & ratio patuit ſupra, quare ponitur tempus eſſe menſuram realiter diſtinctam à motu, quæ ratio nullo modo militat reſpectu exiſtentiæ angeli, vt ſatis patuit.

¶Secundò principaliter arguit. Quæ ſic ſe habent, quòd ſunt eiuſdem generis: ſi vnum realiter differt ab aliquibus alterius generis, & reliquum differt. Sed quantitas permanens, & ſucceſſiua ſunt eiuſdem generis quantitatis. Cum ergo quantitas permanens realiter differat à ſuo ſubiecto, præſertim ſi tale ſubiectum ſit de genere ſubſtantiæ, ergo, & quantitas ſucceſſiua realiter differt à ſuo ſubiecto, immò exiſtentia angeli eſt de genere ſubſtãtiæ, & mẽſuratur quantitate ſucceſſiua, vt ſupra patuit tenendo opinionem Bonauenturæ.

¶Reſpondet Doctor, quòd in exiſtentia angeli non eſt propriè quantitas, nec indiuiſibile de genere quantitatis, quia ſola exiſtentia angeli videtur poſſe noſci abſque aliquo alio addito. Et aduerte, quòd Doct. magis videtur tenere hanc opinionem, videlicet, ꝙ exiſtentia angeli non menſuretur aliqua menſura alia ab exiſtentia angeli, nec diuiſibili, & ſucceſſiua ſecundum opinionem Bonauẽturæ, nec indiuiſibili, ſecundum opinionem Henrici. Nec ſeipſa, vt ſupra patuit, ſufficit enim, quòd talis exiſtentia poſſit cognoſci abſque omni alio addito, &c.

Dubia. CIRCA primam, & ſecundam quæſtionem diſtin. 2. occurrunt aliqua dubia, & primò circa tres concluſiones primæ quæſtionis, quarum prima eſt.

¶Impoſſibile eſt angelum habere eſſe in ſecundo inſtanti, niſi alia cauſatione, vel eadem continuata.

¶Secunda concluſio, nihil habet eſſe aliqua cauſatione complete, cuius oppoſitum poteſt ſtare poſita prima cauſatione.

¶Tertia cõcluſio, conſeruare rem dicit aliquam actionem poſitiuam.

CONTRA primam, quia ſi alia actione producitur in ſecundo inſtanti à prima, cum illa ſit realis, vt patet, quia terminatur ad terminum realem, aut eſt eadem realiter cum prima (loquendo ſemper de actione paſſiua) aut alia realiter. Primo modo non, quia tunc non eſſent duæ actiones. Tũ etiam, quia poſita prima non eſt neceſſe ponere ſecundam, quia Deus in ſecundo inſtanti qui poteſt ipſum anihilare. Non ſecundo modo, patet, quia tunc idem angelus differret à ſeipſo realiter, patet, quia dependentia paſſiua, qua dependet in ſecundo inſtanti eſſet idem realiter ipſi angelo, vt patet à Doctore in ſecundo, diſtin.1.quæſt.5.diſt.2. quæſt.1. ſed illa ſecunda dependentia realiter differt à prima, ergo idem angelus realiter diſtinguitur à ſeipſo, modo per aliam, & aliam actionem habet aliam, & aliam dependentiam ad Deum, cum per illam accipiat eſſe.

¶Secundò, quia alia, & alia actio completa neceſſariò eſt ad alium terminum completum, patet, quia per vnam actionem completam eſt vnus terminus completè, ergo idem angelus qui habet eſſe in alio, & alio inſtanti qui alia, & alia actione erit realiter aliud, & aliud productum, non idem. Tum quia tunc idem bis realiter produceretur, quod eſt impoſſibile.

CONTRA ſecundam, & volo probare, ꝙ detur completa cauſatio angeli in aliquo inſtanti, & tamen quòd poſſit non eſſe in illo inſtanti. Et ſuppono dictum Doct. in ſecundo, diſt.1. quæſt.2. & ꝙ cauſa quando cauſat effectum adhuc eſt prior effectu, etiam quando completè cauſat, hoc idem diſtinct.25. vbi dicit, quòd voluntas, vt actu elicit actum adhuc eſt prior actu, hoc idem in primo, diſtinct.39. quòd quando volũtas diuina vult aliquid, vt actu vult, adhuc eſt prior natura ipſa volitione, quando ergo creat angelum perfecta creatione intelligitur prior ipſo angelo, ergo in illo priori poteſt oppoſitum, vt expreſſe patet à Doct. in primo, diſt.39. Sed in illo priori habetur actio completa, quia in illo priori perfectè creat angelũ, & vt creat eſt prior angelo creato.

Cauſa eſt prior effectu.

¶Item ſi in ſecundo inſtanti, in quo poteſt non eſſe non habet completè eſſe prima cauſatione poſita in primo inſtanti, ergo habebit eſſe alia actione, & quæro an illa actio ex parte angeli ſit realis, aut tantum rationis, ſi primo ergo idem habebit eſſe pluribus actionibus realibus, quarum quælibet eſt per ſe ſufficiẽs dare eſſe abſolute, ſed vnius actionis per ſe tantum eſt vnus terminus per ſe, vt patet, & vltra aliquid dependeret duabus actionibus totalibus, patet, quia quælibet ponitur totalis, ſed idem eſt eſſe angeli in vtraque, ergo &c.

¶Tertiò quæro, cum ponitur habere eſſe in ſecundo inſtanti alia actione paſſiua, illa actio prima aut manet, aut tranſit. Si primo ergo duæ actiones totales manent ſimul reſpectu eiuſdem cauſati, immo & mille ſi haberet eſſe per mille inſtantia. Si ſecundo ergo idem eſſe non manet, patet, quia ponitur ſecundum illam actionem realiter dependere à cauſa prima, & dependẽtia talis eſt idem realiter, & ſic idem realiter ſuccedit ſibi, ita quòd idem eſſe tranſit in nihilum, dum ponitur in ſecundo inſtanti, & ſic nunquam conſeruaretur.

Filius Dei continuè generatur, idest natiuitas eius ſempiterna eſt. ¶Item tertiò contra primam concluſionem arguo, quia idem ſequeretur de filio Dei, qui continuè generatur, quia ſi in ſecundo inſtanti nõ habet eſſe prima generatione, ergo habebit eſſe alia, & illa neceſſariò erit realis, quia ad terminum realem, ergo plures ſaltem ex natura rei diſtinctæ, quod eſt incon-

inconueniens. Tum quia prima non eſſet ſimpliciter neceſſaria, quia per ſecundam haberet eſſe. Tum quia dicit Doct. in quolib. quæſt. 2. quòd ſi illa generatio numero non eſſet, per impoſſibile nulla ſimpliciter eſſet.

RESPONDEO ad primum, & concedo, quòd eſt realis illa dependentia correſpondens ſecundæ actioni, & eſt eadem realiter, & ex natura rei cum prima dependentia correſpondente primæ actioni, & ſi differt tantum ratione differt, ſicut exiſtentia angeli, vt ponitur in ſecundo inſtanti differt à ſe vt poſita in primo inſtanti, licet in ſe nullo modo differat, & ſic non ſunt duæ dependentiæ reales. Neq; valet ſunt duæ actiones, ergo duæ dependentiæ, quia hoc eſſet verum, ſi termini illarum eſſent alij realiter, ſed eſt tantum idem terminus productus, qui in primo inſtanti vna actione producitur, & vt ponitur idem in ſecundo inſtanti dicitur produci alia actione.

¶ Ad ſecundum de alia, & alia actione, &c. Dico quòd alia, & alia actio, quæ eſt à non eſſe termini ſimpliciter ad eſſe eius neceſſariò eſt alterius, & alterius termini, ſi tamen idem terminus non reparetur: quia ſi angelus anihilatus repararetur, idem eſt ſimpliciter ibi alia & alia actio, quæ procedit à non eſſe immediatè ad eſſe ipſius producti, quia tamen idem ſimpliciter anihilatum reparatur idem, eſt idem terminus, ſed bis poſitus, multò fortiùs erit idem terminus, vbi idē pro alio & alio inſtanti ponitur ſine interruptione, vt eſt in propoſito, & duæ actiones cōpletæ poſſunt eſſe eiuſdem termini multotiens poſiti, ſed quòd ſint duæ actiones completæ reſpectu eiuſdem producti ſemel poſiti eſt impoſſibile, quia ſimul dependeret duabus actionibus totalibus, quarum vna eſt ſufficiens ſine altera.

¶ Ad tertium de filio Dei. Dico primò, quòd ſi per poſſibile vel impoſſibile poneretur habere eſſe in aliquo primo inſtanti, ita quòd in ſecundo inſtāti produceretur, neceſſariò eſſet, quia quicquid eſt, ibi eſt in vltima actualitate, & ſimpliciter neceſſe eſſe, haberet enim eſſentiam diuinam, quæ eſt ſimpliciter ratio neceſſariò eſſendi, & ſic dico de quolibet alio neceſſariò producto, quia haberet entitatem formaliter neceſſariam, ſed non ſic eſſet de contingenter producto, quia illud haberet ex ſe terminari. Dico ſecundò, quòd filius Dei tantum eadem generatione ex natura rei producitur, cum ſit neceſſe eſſe: Et ſi ponatur alia, & alia erit tantum ſecundum alium, & alium reſpectum, vt puta pater generat filium ſic, quòd talis generatio coexiſtit inſtanti temporis noſtri, & vt etiam coexiſtens tempori immediatè illi inſtanti dicitur generari, & ſic dicitur alia, & alia prout comparatur alij, vel alij inſtanti temporis, vel alij, & alij tempori.

Eſſentia diuina eſt ſimpliciter ratio eſſendi.

AD inſtantias contra ſecundam concluſionem. Ad primam concedo omnes propoſitiones Doct. & non ſunt contra concluſionem, quia illa dicta concludunt, quòd quando producit, id eſt ponit effectum in eſſe, tunc eſt prius natura effectu, & ſic poteſt non ponere, nam in illo inſtanti temporis, in quo ponit effectum in eſſe non eſt in agente aliqua actio reſpectus: quia eſt poſterior effectu, ſed eſt tantum abſolutum cauſæ, vt patet à Doctore in primo diſtinct. 3. quæſt. 5. & in ſecundo, diſtinctio. prima, quæſtio. ſecunda. quando ergo ponit effectum eſt prius natura effectu, vt poſito. Sed concluſio intelligitur pro effectu poſito in eſſe aliqua completa actione (quia tunc intelligitur effectus poſitus) tunc in illo inſtanti oppoſitum non poteſt ineſſe, quia tunc idem in eodem inſtanti haberet eſſe, & non eſſe.

¶ Ad ſecundam, patet per expoſitionem ad primam inſtantiam contra primam concluſionem, & cum dicitur, quòd tunc haberet bis eſſe. Dico, quòd poteſt dupliciter intelligi, aut quòd in eodem inſtanti bis producatur ſecundum ſe, aut quòd in alio, & alio inſtāti idem ponitur in eſſe. primo modo eſt impoſſibile, ſed non ſecundo modo. poteſt etiam intelligi aliquid habere bis eſſe, ſcilicet quòd ſecundum totum ſuum eſſe prius producatur, & quòd ſecundo producatur ſecundum totum ſuū eſſe nullo modo prius poſitum, & hoc eſt impoſſibile, ſed quòd idem producatur ſecundum totum ſuum eſſe, prius tamen poſitum, ſiue immediatè prius poſitū, ſiuè mediatè, id eſt cum interruptione media, hoc eſt bene poſſibile.

Idem poteſt habere bis eſſe, nō quòd bis in eodē inſtanti producitur, ſed quia in alio & in alio inſtanti idē ponatur in eſſe.

¶ Ad tertiam. Dico quòd prima actio, & manet & tranſit, ſi enim accipiatur actio pro re acta, ſiuè effecta eadem ſimpliciter manet, ſi etiam accipiatur pro relatione reali, quam dicit ad Deum efficientem manet eadem abſolutè. Si verò accipiatur primo modo, & ſecundo modo, vt in primo inſtanti, & vt in ſecundo, ille reſpectus rationis, vt in primo inſtanti tranſit, quia vt eſt in ſecundo inſtanti non eſt ſub illo reſpectu, ſicut eſſe ſub primo inſtanti, & ſic patet quomodo manet, & quomodo tranſit, &c.

Actio quomodo maneat, & tranſeat.

CONTRA tertiam concluſionem. Et pono, quòd creetur angelus in aliquo primo inſtanti, & quòd Deus nihil agat poſitiuè circa ipſum, quæro aut angelus habebit eſſe in ſecundo inſtanti, aut non: Si primo, ergo non conſeruatur per actionem poſitiuam ſtante ipotheſi. Si ſecundo quæro, quomodo angelus deſinat eſſe non à ſe, cum nihil corrumpat ſe, ergo per aliquid aliud. Contra, quia omne quod poteſt non eſſe, poteſt non eſſe per aliquod ſibi incompoſſibile poſitiuè, vel priuatiuè, vt dicit Doctor in primo, diſtinct. 2. quæſt. 1. ſed nihil ponitur incompoſſibile angelo in illo ſecundo inſtanti, patet, quia vnus angelus non ſuccedit alteri ſicut inſtans inſtāti, aut deſtruitur, ſiuè anihilatur à Deo, quæro quomodo, non enim ignis immediatè corrumpit formam aquæ, immo nullo modo attingit illam, ſed ideo corrumpit, quia producit aliam formam incōpoſſibilem formæ aquæ; ſic ſi Deus anihilat angelum non videtur ipſum immediatè anihilare, ſed producendo aliquid incompoſſibile ipſi angelo pro illo ſecundo inſtanti, quod incompoſſibile non videtur poſſe aſſignari, vt patet intelligentibus.

Quomodo ignis corrūpat formā aquæ.

¶ Confirmatur iſta ratio per Doct. in quarto, diſtinctio. prima, quæſt. prima, diſtinct. 16. quæſtio. 2. vbi vult, quòd ſi peccatum opponeretur gratiæ formaliter, tunc creatura poſſet anihilare gratiā, quia produceret aliquid incompoſſibile gratiæ, & vult ibi, quòd potens anihilare, poteſt creare, quia tanta virtus requiritur in anihilando, quanta in creando, quæro tunc quæ ſit illa virtus, quæ anihilat, aut eſt agere aliquid incompoſſibile creaturæ, & ſic reſpectu angeli oportet aſſignare illud, aut quià nihil agit circa angelum in ſecundo inſtanti, ſed hoc nullam dicit virtutem, quia nec actionem aliquam.

Peccatum non opponitur gratiæ formaliter.

RESPONDEO, quòd ſi in ſecundo inſtanti nō ponitur in eſſe à prima cauſa aliqua cauſatione poſitiua ſtatim deſinit eſſe, & cum dicitur, quòd deſinit per incompoſſibile. Dico, quòd propoſitio Doct. in illo loco concludit, quia ſupponit ibi, quòd ſi eſſent duo neceſſe eſſe vnum non poſſet deſtrui ab alio, quia ſupponit, quòd vnum neceſſe eſſe non conſeruatur, nec dependet ab alio, nec in eſſendo, nec in conſeruando, & ſic vnum non diceretur deſinere eſſe per aliud nō habens actionem circa ipſum, ſi ergo deſtruitur, tantum deſtruitur

per

per aliquod ſibi incompoſſibile, vt patet ibi, ſed nõ dicit abſolutè, quòd omne, quod deſtruitur deſtruatur per ſuum incompoſſibile, immò vult in quarto, diſtinctio. 43. contra Thom. quòd vnum contrarium poteſt à Deo deſtrui, & non per incompoſſibile poſitiuè. Dico ergo, quòd quia creatura ex ſe tantum habet eſſe pro illo inſtanti, quo producitur, immò naturæ ſuæ ſimpliciter repugnat poſſe eſſe in ſecundo inſtanti, niſi ponatur à Deo in illo inſtanti, & quare hoc, quia eſt talis entitas ex ſe defectibilis, & ſic Deus non agendo deſinit conſeruare, nec ſequitur, quòd anihiletur à ſe, immo anihilatur à Deo non ponente illam in ſecũdo inſtanti, cui ſoli competit ſic ponere, benè verũ eſt, quòd creatura nihil deſtruit, niſi producendo aliquod incompoſſibile, vt patet in confirmatione illa, & cum dicitur de virtute anihilandi. Dico, q́ eſt tanta anihilandi quanta creandi, non quòd anihilare dicat aliquid poſitiuum, immò tantum negationem actionis pro ſecundo inſtãti, ſed ideo dicitur tanta virtus, quia per deſitionem agendi in quacunque creatura, nunquam ſequitur in ſe deſitio totalis effectus, ſed per ſolam deſitionem voluntatis diuinæ ſtatim angelus tendit in nihilum ſimpliciter, & licet ſol quando deſinit illuminare medium deſinat tale lumen in medio, non tamen anihilatur, ſed corrumpitur in materiam, cum præſupponat ſubiectum.

Quomodo vnum contrarium poteſt à Deo deſtrui.

Anihilare non dicit aliquid poſitiuum.

¶Concluſio quarta, impoſſibile eſt in æternitate aſſignare contradictoria.

¶Concluſio quinta. Angelum habere eſſe in inſtanti ęui proprio poſitiuè, & non habere eſſe in eodem inſtanti poſitiuo eſt implicatio contradictionis.

¶ Concluſio ſexta, inſtans ęui menſurans exiſtentiam angeli, non poteſt virtute propria coexiſtere infinitis partibus temporis noſtri ſucceſſiuè.

¶Concluſio ſeptima, in exiſtentia angeli ſimpliciter indiuiſibili ponere menſuram ſucceſſiuã nullum ſequitur impoſſibile.

¶ Concluſio octaua. Manentibus eadem exiſtentia abſoluta angeli, & Deo producente, & conſeruante, & reſpectus angeli ad Deum ſibi ſuccedere eſt impoſſibile.

Dubia circa duas concluſiones in q. 2.

¶ Concluſio prima, aſſerens exiſtentiam angeli eſſe inſeparabilem à nunc ęui, & realiter diſtingui ab illo aſſerit impoſſibile.

¶Concluſio ſecunda, ponere tempus realiter diſtingui à motu nullum apparet impoſſibile.

CONTRA quartam arguo ſic, hoc principium verificatur de Deo, ſ. de quolibet dicitur eſſe, vel non eſſe, vt patet per Doct. in q. 1. prologi, ergo & contradictoria, vt tenet ipſe ibi, & tamen hoc ſit præciſè in ęternitate.

¶Secundò iſta ſunt contradictoria, pater generat, pater non generat, ergo ſunt reſpectu alicuius inſtantis, & non eſt aliud, niſi inſtans ęternitatis, ergo, & tunc verificantur duo contradictoria, patet quia filius in primo inſtanti originis non eſt genitus, & in ſecundo eſt genitus, quæ tamen inſtantia ſunt in eodem inſtanti ęternitatis, & etiam temporis.

¶Tertiò, ęternitas eſt ita menſura indiuiſibilis ſicut inſtans temporis, & tamen in eodem inſtanti temporis computãtur contradictoria, ergo in eodem inſtanti ęternitatis.

Æternitas eſt menſura indiuiſibilis.

¶Reſpondeo ad primum, quòd aliud eſt dicere contradictoria poſſe aſſignari in ęternitate ſecundum aliam, & aliam pręſentialitatem, vel ſecundum eandem præciſè præſentialitatem, vel ſecundum totam præſentialitatem: primo modo nõ aſſignatur ratio contradictionis, quia ſecundum vnã pręſentialitatem poteſt a. eſſe, & ſecundum aliam a. nõ eſſe. Secundo modo comparantur contradictoria, quia accipiendo vnam præſentialitatem, puta per reſpectum ad vnum inſtans temporis noſtri a. ſimul non poteſt eſſe, & non eſſe. Si etiam accipiatur illa præſentialitas, vt comparatur ad diem, adhuc a. ſimul ſecundum totam illam præſentialitatẽ non poteſt eſſe, & non eſſe: eſt enim impoſſibile a. eſſe per totam illam præſentialitatem, & non eſſe per totam illam eandem. Tertio modo fit contradictio, quia eſt impoſſibile a. eſſe ſecundum totam præſentialitatem ęternitatis, & ſimul non eſſe ſecũdum illam totam. Concluſio ergo intelligitur tantum primo modo, ſcilicet ſecũdum aliam & aliam præſentialitatem.

¶Ad ſecundum de patre generante patet reſponſio, quia ſecundum vnam præſentialitatem præciſè non eſt ſimul generans, & non generans, nam accipiendo ęternitatem ſecundum præſentialitatem ad primumq; inſtans originis, in quo patet eſt, non poſſunt iſta eſſe veræ, pater generat, pater non generat, licet ſecundum aliam, & aliam præſentialitatem pater ſit generans, & ſit non generans, hoc idem dico de filio, ſimiliter eſt contradictio dicendo pater generat ſecũdum totam præſentialitatem ęternitatis, & pater non generat ſecundum totam illam.

¶Ad aliud de inſtanti temporis, &c. Dico, quòd non eſt ſimile, quia illud inſtans nullam durationẽ habet, niſi inſtantaneam, ideo eſt impoſſibile a. eſſe, & non eſſe in eodem inſtanti temporis, ſed non eſt ſic de inſtanti ęternitatis, quia illud habet permanẽtem durationem, & neceſſariam, ita q́ eſt ſimpliciter impoſſibile illud deficere, ideo in eo poteſt conſiderari alia, & alia præſentialitas.

CONTRA quintam concluſionem arguo. Primò, quia ſi a. habet eſſe in inſtanti temporis poſitiuo, & habeat non eſſe in eodem inſtanti poſitiuo, puta quòd Deus deſtruat a. & conſeruet ipſum inſtans, erit a. habens eſſe in eodem inſtanti poſitiuo, & non eſſe, ſic in propoſito, ſi Deus conſeruaret inſtans ęui, anihilando ęuiternum, tunc haberet eſſe, & non eſſe in eodem inſtanti ęui poſitiuo, & tamen non erit implicatio contradictionis, & præcipuè ponendo inſtans ęui diſtingui realiter ab ęuiterno.

¶Secundò pono, quòd a. habeat eſſe in aliquo inſtanti ęui, quod inſtans correſpondeat tempori noſtro vnius horæ, quæro an Deus poſſit anihilare a. in medietatẽ horæ, aut non, ſi non: contra, quia in quolibet inſtanti temporis poteſt anihilare, ſi ſic, & inſtans ęui duret per totam horam: ergo poteſt idem angelus in eodem inſtanti ęui eſſe, & non eſſe. Nec valet dicere, quòd tale inſtans, ex quo fundatur in ęuiterno, quòd ſimul anihiletur, quia illud inſtans ponitur ens abſolutum realiter diſtinctum.

¶ Tertiò quæro, quomodo accipitur contradictio, cum dicitur, angelus eſt, & non eſt, aut accipitur penes inſtans ęui poſitiuum ſic, q́ ſit contradictio eſſe, & non eſſe in eodem inſtanti poſitiuo, aut penes inſtans negatiuum, ſcilicet quòd ſit cõtradictio idem eſſe in inſtanti poſitiuo, & non eſſe in inſtanti negatiuo. i. quòd quando deſinit eſſe ſimul deſinat eſſe ipſum inſtans. Si primo, ergo ſi idẽ angelus comparatur ad inſtans temporis, puta q́ poſſit eſſe, & non eſſe, nulla erit contradictio, quia tantum accipitur penes inſtans ęui. Si ſecundo hoc eſt contra Doct. qui concedit eundem angelum poſſe eſſe in inſtanti ęui poſitiuo, & non eſſe in eodem negatiuo modo præexpoſito.

Quomodo accipiatur cõtradictio.

¶Quartò

¶Quartò videretur ſequi, quòd ſi nulla detur mẽſura propria nulla eſſet contradictio, patet, quia ſi angelus a. non habeat propriam menſuram, tunc ipſum eſſe, & non eſſe nulla eſſet contradictio, & ſic ſi per poſſibile Deus faceret angelum eſſe pro inſtanti aliquo temporis, & in eodem inſtanti nõ eſſe per impoſſibile, tũc nulla eſſet contradictio, quia illud inſtans temporis non eſſet propria menſura angeli, quod videtur valde abſurdum.

¶Quintò ſequeretur, ꝙ hic nulla eſſet contradictio, puta inſtans temporis nunc eſt, & immediatè non eſt, quia licet deſinat eſſe, nõ tamen in illo pũcto, quo eſt deſinit eſſe, ſed immediatè poſt deſinit eſſe, vt patet, quia deſinit in indiuiſibilibus exponitur per poſitionem de præſenti, & negationem de futuro, ideſt inſtãs nunc eſt, & immediatè poſt non erit, ergo deſinit eſſe.

RESPONDEO ad primum, quòd caſus eſt impoſſibilis. ſ. quòd anihiletur menſuratum per ſe, & conſeruetur inſtans menſurans præcisè illud, q̃a dum deſinit mutatio neceſſariò deſinit proprium inſtans menſurans illam. Sic dico de inſtanti ęui, quia iſta inſtantia ſi poneretur dependere à menſuratis, quòd eſſet ſimpliciter impoſſibile menſurantia eſſe, menſuratis non exiſtentibus. Dico ſecundò, quòd non haberem pro inconuenienti, ſi inſtãs ęui correſpondeat alicui parti temporis noſtri puta vni horæ, quin angelus in eodem inſtanti æui, licet nõ poſſit eſſe, & non eſſe ſecundum totam præſentialitatem ipſius, vt dixi de ęternitate, nec ſimiliter ſecũdum vnam, & eãdem præſentialitatẽ, poteſt tamen eſſe, & non eſſe ſecundum aliam, & aliam præſentialitatem, vt dixi de inſtanti ęternitatis.

¶Ad ſecundum dico pariformiter, primò, quòd ſi anihilatur in aliquo inſtãti temporis, quòd etiam inſtans ęui anihilatur. Secundò, quòd poteſt in vno inſtanti temporis eſſe, & in alio non eſſe ſtante eodem inſtanti ęui, & tunc erit ſecundum aliam, & aliam præſentiam ipſius.

¶Ad tertium per idem reſpondeo.

¶Ad quartum dico, quòd ſi contradictio habeat accipi reſpectu alicuius menſuræ indiuiſibilis, ꝙ ſi nulla talis menſura eſſet, quòd nulla eſſet contradictio, & ſic a. eſſe, & non eſſe nulla eſſet contradictio, patet, quia a. poteſt eſſe in aliquo tẽpore, & in alio non eſſe, ſed eſt contradictio ipſum eſſe in eodem inſtanti, vel tempore, & ſimul non eſſe, ergo circunſcripta omni menſura tam intrinſeca, quàm extrinſeca nulla eſſet contradictio formaliter, quod concedo, ſi etiam teneatur, quòd contradictio ſumatur præcisè penes mẽſuram propriam, & intrinſecam, tunc ſi in exiſtentia angeli nulla ponatur menſura propria nulla erit contradictio, & tunc angelum eſſe, & non eſſe non contradicerent, quia angelum ſimul eſſe, & non eſſe ſumitur iſta ſimultas per comparationem ad mẽſuram intrinſecam, quę ex ypotheſi negatur.

CONTRA ſextam concluſionem arguitur primò, inſtans ęui poteſt ex natura ſua ſimul coexiſtere infinitis partibus temporis, ergo à fortiori ſucceſſiuè, patet antecedens, quia ſi per poſſibile eſſent infinitæ partes temporis ſimul actu coexiſteret illis: probatur conſequentia à ſimili, quia maioris virtutis eſt ſimul poſſe ferre decem, quàm ſucceſſiuè, & ſimiliter poſſe eſſe ſimul præſens pluribus locis, quàm ſucceſſiuè, ergo ſic erit in propoſito.

¶Secundò, quia ſi ex natura ſua non poteſt ſucceſſiuè eſſe præſens infinitis partibus temporis hoc erit (vt dicit Doct.) quia eſſet infinitę virtutis. contra, quia hoc magis videtur, ſi coexiſteret infinitis ſimul, patet, quia corpus ſimul eſſe in infinitis locis eſt infinitæ virtutis, vt patet à Doctore in quarto, diſtinctio. 10. & præſenti, & tamen poſſe eſſe ſucceſſiuè in infinitis locis non eſt virtutis infinitæ, vt patet.

¶Tertiò arguitur, quia ſi non poteſt eſſe præſens infinitis partibus temporis ſucceſſiuè, hoc erit, quia non durat in infinitum, quia ſi duraret poſſet coexiſtere. Contra, quia vt ſic nõ ponitur magis perfectum, quia duratio maior nõ facit maiorem perfectionem, vt etiam patet à Scoto in primo, diſt. 2. quæſt. prima.

Duratio maior non facit maiorem perfectionẽ.

¶Reſpondeo ad primum concedendo antecedẽs poſito tali caſu, ſed nego conſequentiam, quia poſſe coexiſtere infinitis partibus ſucceſſiuè virtute propria eſt virtute propria poſſe habere eſſe pro alio, & alio inſtanti, & ſic poneret ſe virtute propria in eſſe, & virtute propria conſeruaret ſe in infinitum, & ſic eſſet virtutis infinitæ. Nec eſt modo ſimile deferente ſucceſſiuę centum pondera, & ferente ſimul, quia in ſecundo caſu requiritur maior virtus in ferendo: in primo ſufficit eadem virtus, quæ ſufficit ad ferendum vnum. Sed in inſtanti ęui coexiſtẽre infinitis partibus temporis ſucceſſiuè requiritur virtus conſeruans illud inſtans per tempus infinitum, quæ virtus erit infinita.

¶Ad ſecundum patet per idem, & cum probatur per ſimile de corpore, &c. Dico, quòd non eſt ſimile de aliquo ſimul coexiſtente infinitis partibus temporis, & de corpore exiſtente in infinitis locis, quia in primo caſu ex coexiſtente tali non ſequitur maior perfectio, patet, quia ſi albedo eſſet præſens toto tempore præterito, ſi illud eſſet in ſe non eſſet in ſe perfectior, vt patet, ſi tamen virtute ſua poſſet eſſe in pluribus ſubiectis eſſet maioris virtutis, ſic dico de exiſtente in pluribus locis ſimul, vt patet à Doct. in quarto, diſt. 10.

¶Ad tertium dico, quòd ideo eſt, quia non durat in infinitum, & cum dicitur, ꝙ maior duratio, &c. Dico, ꝙ aliquid magis durare contingit dupliciter. Primò virtute propria, ſecundò abſolutè, & nõ virtute propria. primo modo eſt maioris virtutis, & ſic dicimus Deum eſſe infinitæ virtutis, quia ex natura ſua durat in infinitum, & de neceſſitate naturę. ſecũdo modo nullam in ſe formaliter includit perfectionem, & ſic patet.

Aliquid magis durare cõtingit dupliciter.

CONTRA ſeptimam cõcluſionem arguitur primo: Si talis menſura ponitur ſucceſſiua, aut ponitur continua, aut diſcontinua, non primò, quia non eſt ibi aliquo nunc copulans, cum tantum vnũ nunc immediatè ſuccedat alteri, non ſecundò, quia quæro de nunc ſuccedente primò nunc, aut immediatè oritur à principiis intrinſecis ipſius angeli, aut immediatè cauſatur à Deo. Si primo videtur inconueniens, quia tunc in quolibet inſtanti cauſaret aliud, & aliud nunc, & tunc quæro, ſi in primo inſtanti ſit angelus correſpondente alicui inſtanti temporis, & poſt fiat in alio inſtanti ęui, tunc quæro aut cauſat illud in inſtanti temporis, aut in tempore immediatè ſequente primum inſtans temporis. Si primò, ergo inſtans temporis ſuccedit immediatè inſtanti temporis. Si ſecundò contra, quia tale inſtans cum ſit indiuiſibile tantum cauſatur in inſtanti, & maximè à cauſa perfectè agente per modum naturæ. Præterea in quolibet inſtanti temporis ponitur eadem exiſtentia angeli, ergo in quolibet inſtãti temporis cauſatur ab angelo aliud, & aliud nunc ęui: ergo illa nunc correſpondebunt aliis, & aliis inſtantibus temporis ſibi immediatis. Non eſt dicendum, ꝙ huiuſmodi nunc immediatè cauſetur à Deo, quia tunc poſſet cauſare & nõ cauſare, & ſic eſſe ęuiternum ſine ęuo, & ſic non eſſet neceſſe menſurari ęuo.

Inſtans cum ſit indiuiſibile, quomodo cauſetur in inſtanti.

¶Secundò nunquam permanens perfectè, vt permanens

manens menſuratur menſura ſucceſſiua, patet, quia per illa non cognoſceretur permanens mēſuratum, & tamen menſura ex natura rei eſt notior menſurato, ſed exiſtentia angeli eſt perfectè permanens, & tota ſimul, ergo.

Decimo meta.c.2. & 3. ¶Tertiò menſura, & menſuratum ſunt vnigenea ex decimo metaphyſicorum, ergo ſi menſura angeli ſit ſucceſſiua, & exiſtentia ipſius angeli erit ſimiliter ſucceſſiua, quod eſt impoſſibile, cum ſit ſimpliciter indiuiſibilis.

¶Reſpondeo ad primum, quòd illud ſecundum nunc oritur à ſubſtantia angeli, & cum quæritur an in inſtanti, an in tempore. Dico, quòd ſi primum nunc correſpondebat tempori noſtro, quòd ſecundum poteſt oriri in inſtanti immediatè ſequenti illud tempus. Si verò primum nunc correſpondebat inſtanti temporis, tunc ſecūdum nunc erit tempori noſtro immediatè ſequenti illud inſtans correſpondens, & concedo, quòd in eodem inſtanti, quo ponitur ſubſtantia angeli, ponitur & illud nunc. Et cum probatur, quòd in quolibet inſtanti, quia exiſtentia angeli ponitur à Deo in eſſe in quolibet inſtanti temporis, negatur, quia vt ponitur in primo inſtanti temporis, & in nunc correſpondente tali inſtanti temporis, tunc ſecundo ponitur tantum in nunc correſpondente tempori immediatè ſequēti, & tertio ponitur in nunc correſpondente inſtāti immediatè ſequenti illud tēpus, & vt quanto ponitur, ponitur in nunc ęui correſpondente tempori immediatè ſequenti illud inſtās, & ſic ſucceſſiuè. Si dicatur exiſtentia angeli habent eſſe in nunc correſpondente inſtāti temporis noſtri, & Deus poteſt ipſum anihilare in inſtanti, ergo & poteſt ponere in eodem inſtanti. Dico, quòd non poteſt anihilare niſi in tempore immediatè ſequenti. Si dicatur anihilatio fit in inſtanti temporis, ſiuè in nunc æui correſpondente inſtanti temporis. Dico hoc eſſe verum, ſi ponitur exiſtentia angeli coexiſtere tempori noſtro, quòd tunc anihilatur in vltimo inſtanti illius temporis, ſi verò coexiſtat tantum vni inſtanti non anihilat, niſi in tempore immediatè ſequenti. Et cum dicitur, quòd res in quocunque inſtanti temporis poteſt à Deo anihilari, ſi intelligatur de inſtātibus immediatis eſt ſimpliciter impoſſibile, quia talia non poſſunt eſſe. Si verò intelligatur, quòd in quolibet inſtanti terminante aliquam partem temporis conceditur, & ſic debet intelligi.

¶Ad ſecundum dico, quòd permanens poteſt menſurari non in ſe abſolute, ſed ſecundum duratiuam exiſtentiam ſic intelligendo, quòd dum ipſum permanens frequenter ponitur à Deo in eſſe ſic ponitur ſub alio, & alio nunc ęui, & ſic ipſum permanens quamuis indiuiſibile dicitur ſucceſſiuū pro quanto idem quaſi infinities ponitur.

¶Ad tertium patet per idem, ꝙ dicitur hoc modo ſucceſſiuum, licet non propriè, quia ſemper manet idem, tamen dicitur ſucceſſiuum pro quanto idem multotiens ponitur, & hoc ſufficit, licet auctoritas philoſophi aliter poſſit exponi.

CONTRA octauam arguitur. Primò, quia manet eadem exiſtentia angeli, & ipſe Deus in ſe, & tamē videtur ſequi alia, & alia relatio ſaltem rationis, patet, quia in alio, & alio inſtanti ponitur ſimpliciter eadem exiſtentia angeli ſecūdum eſſe, quod præciſè prius habuit: ergo idem manens dicit aliū, & alium reſpectum ad ipſum Deum, vt producentem, & conſeruantem.

¶Secundò, quia manentibus iiſdem abſolutis poteſt cauſari noua relatio, patet de relationibus extrinſecus aduenientibus, & patet de vnione naturæ ad verbum.

¶ Reſponſio patet ex ſuperius dictis. Et vltra dico, quòd licet tales reſpectus poſſint ſic eſſe noui ſaltem rationis comparando Deum, vt ponentem in eſſe angelum pro alio, & alio inſtanti, tamen nō poſſunt eſſe noui, accipiendo exiſtentiam angeli in eſſe abſoluto, ita quòd ſimpliciter habeat idem eſſe quod habuit in primo inſtanti, ſic quòd in alio inſtanti non intelligatur poni in eſſe. Dico etiam, ꝙ nullo modo poſſunt eſſe noui, quia ſemper manent idem fundamentum, & terminus. *An reſpectus poſſint eſſe noui.*

¶Ad ſecundum conceditur de relatione extrinſecus adueniente, quòd poſſit eſſe noua relatio ſine nouitate fundamenti, & termini.

CONTRA primam concluſionem ſecundæ quæſtionis diſtinctionis ſecundæ arguitur ſic. primo, aut quia ſunt inſeparabilia, ideo ſunt idem realiter, & ſic motus cœli eſſet idem realiter ipſi, cum mobile tale non poſſit ſeparari à tali motu, vt patet à Doctore in ſecundo, diſt. 1. q. 5. aut quia reſpectu illius dicit cauſam intrinſecam, & neceſſariam, & tunc ſequitur, quia relatio rationis cauſata ab intellectu diuino comparante ſe, vt intelligētem ad rem intellectam (à qua non poteſt ſeparari, & eſt neceſſariò cauſata in ſeipſo, vt patet à Doct. in primo, diſtin. 30. & in ſecundo, diſtinct. 1. q. 5.) erit idem realiter illi, quod eſt contra Doct. in iſto ſecundo, vbi ſupra. *Cœlum non poteſt eſſe ſine motu, & tamen non eſt idē realiter cum motu, quoniam talis inſeparabilitas prouenit ab extrinſeco.*

¶Secundò, quia ſi producens aliquid neceſſariò in ſeipſo eſt idem realiter illi, ſequitur, quòd ſubſtantia, quæ neceſſariò producit accidens reale in ſeipſo, (vt patet de forma ignis, quę neceſſariò producit in ſe aliquem gradum caliditatis, vt patet à Doc. in quarto, diſt. 12.) erit idem realiter illi, quod eſt falſum.

¶Reſpondeo, vt notaui in iſto ſecundo Doct. diſtin. 1. q. 5. vide ibi multa ſingularia.

CONTRA ſecundam arguitur ſic, quia eſt impoſſibile aliquem motum particularē eſſe, quin detur tempus particularē menſurans ipſum præciſè, & talis motus eſt cauſa neceſſaria talis temporis, vt patet quarto phyſicorum, ergo eſt idem realiter. Nec valet dicere, quia in tempore vnius horæ contingit tranſire ſpacium bipedale à tanta virtute, & à virtute maiori in duplo, ita quòd in vna hora tranſiuit ſpacium quadrupedale: ergo tale tempus includit plures partes, quàm tempus menſurās motum virtutis minoris, & ſic tempus vnius horæ diſtinguitur realiter, quia illud tempus à virtute maiori, & ſi diſtinguatur realiter à motu virtutis minoris, nō tamen diſtinguitur realiter à motu virtutis maioris, & ſic dico de alio tempore menſurante motum minorem.

¶Reſpondeo, quia & ſi tempus illud particulare non poſſit ſeparari, & cauſetur à tali motu neceſſariò, non tamen ſequitur ipſum eſſe idem realiter, patet, quia tempus horæ ſi eſſet idem realiter, haberet præciſè tot partes, quot motus haberet in numero, & magnitudine, & eſſet impoſſibile habere nec plures, nec pauciores, quia ergo tempus vnius horæ poteſt plures includere, ideo realiter diſtinguitur.

¶Si dicatur, quòd ſpacium bipedale poteſt tranſiri in medietate horæ à virtute maiori in duplo, & ſic tempus vnius horæ diſtinguitur à tali motu. Dico, quòd eſſet tale tempus idem quod prius, quo ad numerum partium, & magnitudinem earum, licet motus ille ſit velocior, tamen erit idem qui prius: niſi dicatur, quòd tanto ſpacio reſpondet ſibi tantus motus ſecundum numerum, & magnitudinem partium, & maiori ſpacio maior motus, & per conſequens maius tempus ſecundum numerum partium in numero, & magnitudine, & ſic

tempus

tempus menſurans motum, quod præciſè ſit in tali ſpacio, habebit præciſè tot partes quot, & motus, & ſic erit idem realiter, ſic motus velociſſimus, & motus tardus, qui fiunt ſimpliciter ſuper eodem ſpacio ſunt æquales quoad numerum partium, & magnitudine: ergo & tempus menſurans illos motus, licet minus tempus menſuret motum velociorem, & maius motum tardiorem.

¶Deinde inſtatur contra aliud dictum quaſi in principio quæſtionis, vbi habet illud, quòd ſi eſſet diſtinctum ab aliquo, eſſet poſterius eo naturaliter: ergo neceſſariò eſt idem illi, ſi incompoſſibile eſt illud aliud eſſe ſine eo: vbi vult in hac propoſitione quòd ſi eſt impoſſibile a. eſſe ſine b. & a. eſt prius natura b. & b. ineſt a. a. neceſſariò eſt idem realiter b. & econtra. Contra hoc dictum ſic intellectum inſtatur ſic. primò, quia omne prius duratione diſtinguitur realiter à poſteriori duratione, hoc patet, ſed illud quod aſſignatur à Doctore eſſe idem realiter ex hoc, quòd eſt impoſſibile eſſe ſine alio, & eſt prius naturaliter illo eſt prius duratione: ergo &c. patet minor quia prius natura alio eſt etiã prius duratione, vt expreſsè patet à Doct. in tertio, diſtin. 31 q. 1. & in iſto ſecundo diſtinctione præſenti. q. 4. & etiam ex intentione patere poteſt in primo, diſt. 8. q. vlt. & in iſto ſecundo, diſt. 1. q. 2. Ex hoc ſequitur, q; ſubiectum, quod ponitur prius natura (etiam loquẽdo de priori natura poſitiuè) propria paſſione, quòd etiam ſit prius duratione. Similiter ſequitur, q; eſſentia diuina, quæ ponitur à Doct. prior natura attributis, & etiam proprietatibus hypoſtaticis, quòd etiam ſit prior duratione illis, & per conſequens tam ſubiectum à propria paſſione, quàm eſſentia ab attributis, & proprietatibus diſtinguuntur realiter ab illis, & tamen eſt incompoſſibile ſubiectum eſſe ſine paſſione, vt patet ab ipſo in pluribus locis, & ſimiliter eſt incompoſſibile eſſentiam eſſe ſine attributis, & ſine proprietatibus: ergo propoſitio Doct. non videtur abſolutè vera.

Prius natura alio eſt etiam prius duratione.

¶Secundò inſtatur, quia ſunt multa adinuicem realiter diſtincta, quorum vnum ineſt formaliter alteri, quæ tamen ſic ſe habent, quòd eſt incompoſſibile vnum poſſe eſſe ſine alio, nec ècõtra, & vnum eſt prius natura alio: ergo propoſitio non eſt abſolutè vera. Antecedens patet primò de primo mobili, & motu eius: eſt enim incompoſſibile primũ mobile eſſe ſine motu, tenendo opinionem philoſophorum, ſcilicet quòd primum mobile neceſſariò moueatur ab intelligentia applicata ſibi, vt ſupra patuit diſt. 1. q. 5. & mobile eſt prius natura motu ſuo, & tamen diſtinguitur realiter ab illo, vt patet ſupra diſt. 1. q. 5. hoc idem patet de ente rationis cauſato ab intellectu diuino in eſſentia diuina, vt ſupra patet diſt. 1. q. 5.

¶Reſpondeo ad primum, quòd illa propoſitio, ſcilicet prius natura poſitiuè eſt prius duratione, eſt ſimiliter vera de priori natura, quod opponitur poſteriori natura, & ſic quando vnum oppoſitũ ineſt prius natura poſitiuè alio oppoſito, ineſt etiã prius duratione, aliter duo oppoſita poſſent ſimul duratione ineſſe idem, & ſic duo oppoſita poſſent ineſſe alicui in eodem inſtanti temporis, cum in eodem inſtanti temporis poſſint eſſe plura inſtãtia naturæ, vt ſupra patet q. 1. diſtin. 1. Et hoc modo loquitur Doctor quæſtione quarta præſentis diſtinctionis, vbi loquitur de priuatione, & habitu, quia ſi priuatio materiæ, ſiuè ſubſtantiæ prius natura poſitiuè ineſt, etiam prius duratione ineſſet, aliter priuatio, & habitus poſſent eſſe ſimul in eodem inſtanti temporis. Et ſimiliter hoc modo loquitur in tertio modo, & in primo, &c. Sed quando prius natura non eſt incompoſſibile poſteriori natura, vt patet de ſubiecto, & paſſione, & de eſſentia, & attributis, tunc non ſequitur, quòd tale prius natura ſit prius duratione, immò neceſſariò eſt ſimul duratione. Benè tamen verum eſt, quòd priori natura quãtum eſt ex ſe non repugnat eſſe prius duratione, & ſi repugnat, eſt ex hoc, quòd neceſſariò eſt cauſa, vel quaſi cauſa talis poſterioris, & de hoc ſatis dixi ſupra diſtinct. 1. quæſt. 2. & in prologo primi Doctoris, vide ibi.

Quomodo valeat illa propoſitio prius natura poſitiuè ſit prius duratione.

¶Ad aliud patet reſponſio ex dictis ſupra diſt. 1. q. 5. vide, quæ ibi notantur.

Quæſtio Tertia. Diſt. II.

Vtrum omnium æuiternorum ſit tantum vnum æuum.

Seraphicus Bonauentura 2. ſentent. diſtinctio. 2. quæſtio. 2. artic. 1.

Scotus 2. ſenten. diſt. 2. q. 3.

Diuus Thomas prima parte ſummæ, quæſt. 10. artic. quinto.

Riccardus 2. ſent. diſt. 3. q. 2.

Durandus 2. ſentent. diſt. 2. q. 5.

VTRVM omnium æuiternorum ſit tantum vnum æuum.

Hic dicitur ab Henrico in quolibet, 2. quæſt. 5. quòd tot ſunt æua, quot æuiterna, ita quòd in quolibet æuiterno eſt aliquod indiuiſibile proprium pertinens ad genus quantitatis, & ex multis talibus poteſt conſtitui vnus numerus, vt ſupra patet.

¶Sed iſta poſitio videtur ponere pluralitatem ſine neceſſitate, ideo videtur dicendum contra eam, ſicut in præcedenti quæſtione dictum eſt, quia aut æuum vocatur actualis exiſtentia æuiterni, & hoc modo quot ſunt angeli tot ſunt æua, aut dicitur aliquid intrinſecum alicui actualiter exiſtenti menſurans ipſam exiſtentiam, & hoc modo æuum nihil eſt, ſicut probatum eſt in præcedenti quæſtione: Aut æuum dicatur aliquid extrinſecum aliud ab actuali exiſtentia æuiterni, quod tamen extrinſecum ex natura ſui natum eſt menſurare actualem exiſtentiam ipſius æuiterni. Et tunc poteſt poni triplıciter.

Primò poteſt negari omnis menſura extrinſeca, ponẽdo omnia æuiterna habere exiſtentiam æquè inuariabilem, non enim vna eſt inuariabilior alia, cum ibi nulla ſit ſucceſſio.

¶Secundò dico, quòd loquendo de menſura quidditatiua, vna exiſtentia poteſt eſſe menſura alterius, puta perfectior reſpectu imperfectioris, de qua menſura loquitur philoſophus decimo metaphy. tex. commen. 27.

¶Sed loquendo de menſuratione duratiua diceretur, quòd cum æuum ponatur menſura alicuius, in quantum durans inuariabiliter, & illud ſic extrinſecum oporteret eſſe notius ex natura rei ſecundum rationem inuariabilitatis, & cum non ſit talis differentia inter exiſtentias æuiternorum nihil ſic erit æuum.

¶Ibi. Vel alio modo poteſt dici. Doctor dat alium modum, quo vna exiſtentia angeli poſſit dici menſurari. Et dicit primò, q; quælibet ſuperior quia perfectior, & ſimplicior poteſt dici menſura inferioris, quia ratione ſuæ ſimplicitatis poteſt certificare de exiſtentia inferioris, & ſic exiſtentia ſuperior poteſt dici æuum reſpectu inferioris. Secũdò dicit, quòd hoc modo loquendo quot ſunt æuiterna tot ſunt æua, ſic tamen intelligendo, quòd nõ

dentur

dentur plures exiſtentiæ angelorum æquè ſimplices, & æquè perfectè, quia ſi in eadem ſpecie poſſint eſſe plures angeli, vt infra patebit diſt.3.tunc exiſtentia ſpeciei ſuperioris poſſet eſſe æuum reſpectu omnium ſpeciei inferioris, & ſic non eſſent tot æua, quot æuiterna. Sed tenẽdo, ꝙ quilibet differat ſpecie ab alio eſt facilis reſponſio, quia infimus angelus menſuratur exiſtentia angeli propinquioris, & angelus menſurans menſuratur exiſtentia angeli ſibi ſuperioris, & propinquioris, & ſic aſcendendo. Tertio dicit, ꝙ ſupremus angelus nõ poteſt habere aliquod æuum, vt menſuram, patet, quia non datur exiſtentia ſuperior creata, quæ ſit perfectior, & ſimplicior, & per cõſequens quæ ex natura rei nata ſit certificare de exiſtentia inferiori. Et ſic exiſtentia ſupremi angeli eſt tantum æuũ reſpectu aliorum inferiorum, quia exiſtentia eius inuariabiliter menſurat omnes alios.

¶Ibi. Vel poteſt dici tertio modo, ꝙ ſi æuum nõ dicatur quæcunq; exiſtentia ſuperioris ſimplicior alia, & notior nata certificare de ea; ſed illa ſimpliciſſima, quæ ex ratione ſua formali, & in ſe eſt certiſſima, & primo nota nata certificare de alijs hoc modo poteſt concedi tantum vnum æuum.ſ. exiſtentia primi angeli reſpectu aliorum omnium æuiternorum. Nota cum dicit, ꝙ exiſtentia ſuperioris angeli menſurat exiſtentiam inferioris, quia ſimplicior, & certior ſic debet intelligi, ꝙ ſicut aliqua eſſentia perfecta, puta homo in genere animalis menſurat quidditatiuè alia animalia, puta pro quanto vnum animal magis appropinquat quiditati hominis, tanto eius quiditas apparet perfectior, & nobilior. Sic cum exiſtentia ſuperioris angeli ſit perfectior, & ſimplicior, & per conſequẽs vt exiſtentia inferioris pro quacunq; duratione ei comparetur, redditur certior. Et ſic cum exiſtentia ſuperior ratione ſuæ perfectionis videtur ſibi cõpetere certior duratio & perfectior, & ſic patet eſſe menſura inferioris.

Vide Thom. quolib.5. & Varronẽ q. præſenti.

¶Ibi. Contra iſtud arguitur. Hic Doc. arguit cõtra ſecundum, & tertium modum, vbi ponitur, ꝙ prima exiſtentia angeli non mẽſuratur æuo, & deducit ad hoc inconueniens, quia ſi ſic videtur ſequi, ꝙ nec etiam primus motus poſſit menſurari tempore, videtur enim ſimilis comparatio hinc & inde.

¶Ibi. Conceditur conſequens ab aliquibus propter iſtam rationem, quia ſecundum philoſoph. 4. phyſic.tex.com.107. omne quod eſt in tẽpore exceditur à tempore, & corrumpitur, & tabeſcit in tempore, & ideo neceſſaria, & impoſſibilia nõ ſunt in tempore. primus igitur motus, qui non corrũpitur in tempore, nec exceditur ab eo, vt patet 4. phyſic.tex.com.120. non erit in tempore, nec men ſurabitur tempore.

¶Ibi. Sed iſta ratio non valet. Hic Doctor intendit ſaluare quod dixit de prima exiſtentia angeli, & ꝙ non menſuretur alia menſura, & ꝙ dicatur menſura reſpectu inferiorum, & tamen ꝙ motus primus menſuretur. Et littera ſatis eſt clara, tamen pro iunioribus aliqualiter declaro ipſam. Ibi aliquid eſſe in tempore, eſt aliquid eſſe in numero, patet quarto phyſic.tex.comm.120. vbi habetur, ꝙ tempus eſt numerus, & mẽſura motus, ſicut enim per numerum certificantur res numeratæ, ita per tempus certificatur quantitas motus. Sequitur. Non eſt autem de ratione exiſtentis in numero, ꝙ excedatur à numero, immò ſi accipiatur primum numeratũ, hoc eſt adæquatum numeratum, illud adæquatur ipſi numero. Sed de ratione numerati eſt, ꝙ pars eius excedatur à numero, quia ipſum.ſ. numeratum adæquatũ numero eſt maius ſua parte, & ipſum totum.ſ.numeratũ primũ eſt adæquatum numero. igitur pars eius.ſ.numerati adæquati, exceditur à numero, qui adæquatur numerato adæquato. Sequitur. Ita dico de ente in tempore, ꝙ ex quo omne tale ens eſt de neceſſitate variabile ſecundum aliud, & aliud eſſe neceſſe eſt ſm aliquid ſui, puta ſm aliquam diſpoſitionem, quam habet ex parte temporis, ꝙ excedatur à tempore. quia aliter ſe habebit in alia parte temporis.

Declaratio literæ.

Quid ſit eſſe in tẽpore.

¶Hic nota, ꝙ duplex eſt tempus.ſ.particulare, & vniuerſale. particulare eſt illud, quod intrinſecè menſurat motum particularẽ, & hoc per ſe, & rem ſubiectam tali motui per accidẽs, vt expoſui ſupra diſt.præſente.q.2. vniuerſale eſt illud quod menſurat intrinſecè motum vniuerſalem, vt motum primi mobilis extrinſecè omnes alios motus particulares. Et ſicut per accidens menſurat ſubiectũ motus vniuerſalis, ita per accidens, & extrinſecè men ſurat ſubiecta aliorum motuum particularium. Et ideò ſubiecta motuum particularium menſurantur tempore, quia aliter ſe habere poſſunt in alia, & alia parte temporis, & ideo exceduntur à tẽpore, ſupplè vniuerſali. Sequitur. Impoſſibilia, & neceſſaria non ſunt in tempore, quia non eſt alia diſpoſitio in eis, vt poſſit excedi à tempore etiã vniuerſali. Sequitur. Primus autem motus licet ſm ſe non excedatur à tempore, tamen exceditur à tempore ſm quamlibet eius partem, & hoc ſufficit ad hoc vt verè dicatur menſurari tempore. & videtur inconueniens, cum tempus dicatur menſura vniformis, quin habeat aliquod primum mẽſuratum vniforme, & tale videtur primus motus.

Duplex eſt tempus.

¶Ibi. Tunc ad argumentum, quia non eſt ſimilis ratio hic & ibi, quia exiſtentia primi angeli nõ habet menſuram aliquam, quæ ſaltem excedat menſuratum, ſecundum aliquam eius partem, cum om ninò ſit indiuiſibilis, nec habet exiſtentiam ſuperiorem, & ſimpliciorem &c. Motus tñ primus, & ſi non excedatur ſm ſe totum à tpe, exceditur tñ ſm quamlibet eius partem, & ideo non eſt ſimile.

¶Ibi ſimiliter etiam primus motus. Hic Doc. aſſignat aliam cauſam diſſimilitudinis, quia primus motus ſm ſe totum menſuratur. Si.n.ponitur tem pus aliud à primo motu per illam rõnem philoſophi 4.phyſic.tex.com.96.ſ.quia tempus non eſt velox, &c. Vel ſi ponitur tẽpus eſſe idẽ, ꝙ motus, adhuc primus motus menſuratur, quia motus ille po teſt menſurare ſe, nõ quidem primo, ſed ſm partẽ, quę nota eſt, & nata menſurare totũ, vt ſupra dictũ eſt in pſenti diſ.q.2. Sicut et dicit phil.4.phyſi.tex. com.114. Tẽpus menſurat ipſum motũ in determinando quendã motum, qui poſtea menſurabit totum motum, ſicut longitudinem cubitus in determinãdo aliquã magnitudinem quę metietur totũ. Neutra tñ ratio poteſt eſſe in propoſito, quia non eſt aliquid in æuiterno primo aliud ab exiſtentia ſua, nec ipſa exiſtentia ſua eſt quanta, vt menſurare poſſit ſeipſam ſecũdum aliquam partem notã ſibi.

AD argumẽta principalia. Primò arguit ſic probando, ꝙ nõ omniũ æuiternorũ ſit vnum æuum, quia tunc illud eſſet in vno ſubiecto, patet, quia illud æuum, ſiue ponatur accidens, ſiue ſubſtãtia nõ poſſet eſſe in pluribꝰ ſubiectis. Si ergo eſſet in vno ſubiecto, tunc ipſo deſtructo, vel mutato, mutarentur omnia alia æuiterna, & ſimiliter deſtructis, vel mutatis alijs ęuiternis mutaretur illud ſubiectum, quæ videntur abſurda.

¶Contra. Hic arguit ad oppoſitum probando, quod tantum ſit vnum æuum. & arguit à ſimili, quia ſicut eſt vnum tempus omnium temporaliũ, vt patet 4.phyſicor.tex.comm.91. & 110. ſic videtur quòd vnum ſit æuum omnium æuiternorum.

Quo dependeant æuiterna ab æuo.

¶ Ad primum reſpondet Doct. Ad primum, φ ſi æuiterna dependerent ab æuo in eſſe & conſeruari, quòd deſtructo primo deſtruerentur æuiterna, ſed quia tantum dependent in menſurari, ideo nõ ſequitur, φ deſtructo primo ipſa deſtruerẽtur. Nec etiam ſequitur ipſa mutari ad ſe, ſiuè quò ad abſolutum, ſed tantum quo ad aliquam relationem realem, quia menſuratum ex natura rei realiter refertur ad mẽſuram ex natura rei. & ſic ad deſtructionem termini, ſiuè menſurę, ſequitur deſtructio relationis fundatæ in menſurato. Similiter quod dicitur, quòd illud mutabitur deſtructis æuiternis. Dicit Doctor quòd non ſequitur, quia talis menſura nõ refertur relatione reali ad æuiterna, ſiuè menſurata, vt etiam patet 5. metaphy. c. ad aliquid. tex. com. 20. & de hoc magis patebit in quolib. q. 13. Et ſi aliqua relatione refertur, illa erit tantum relatio rationis, ſe habet enim ad illa ſicut excedens ad exceſſa, quia prima intelligentia creata eſt perfectior & ſimplicior.

¶ Ad arg. in oppoſitum. Hic Doct. dat modum ſiſtendi, φ non ſit tale æuum extrinſecum; & hoc ſuſtinendo primum modum in corpore. q. Dat ẽt modum ſuſtinendi, quòd tantum ſit vnum æuum omnium æuiternorum, & hoc tenendo tertiũ modum in corpore queſtionis poſitum, vel φ ſint plura æua tenendo ſecundum modum.

¶ Ibi. Et tunc ſi arguas, φ tantum eſt vnum tempus omnium temporalium. ergo tantum vnum æuum omnium æuiternorum. Reſpondet Doct. ſuſtinendo ſecundum modum de æuo, quòd conſequentia non valet, quia non omnis motus ſuperior habet rationem menſuræ ex natura rei reſpectu inferioris, nec habet conditiones menſuræ ex natura rei, quia non omnis motus ſuperior ex natura rei eſt ſimplicior, & perfectior, nec habet illas conditiones menſuræ, quę ponuntur in diſtinctione præſenti. q. 2. ſicut habet quælibet exiſtentia ſuperior reſpectu inferioris ratione maioris perfectionis, & ſimplicitatis, loquendo tamen de exiſtentijs inuariabilibus angelorum. & ideo non eſt ſimilis ratio hic & ibi. ſ. quòd ſicut ibi tantum eſt vltimum tempus omnium temporalium, φ ita ſit hic tantum vnum æuum omnium æuiternorum, vt patet ex ſupradictis.

Quæſtio Quarta. Diſt. II.

Vtrum operatio angeli menſuretur æuo.

Seraphicus Bonauentura 2. ſentent. diſtinctio. 2. quæſtio. 3.
Scotus 2. ſenten. diſt. 3. q. 4.
Diuus Thomas prima parte ſummæ, quæſt. 10. artic. ſexto.
Franc. de Mayronis 2. ſent. diſt. 2. q. 4.
Dionyſius Carthuſianus 2. ſentent. diſt. 2. q. 2.

QVARTO & vltimo. Circa hanc materiam quęrit Doctor. Vtrum operatio angeli menſuretur æuo. Titulus quæſtionis eſt, an operatio intrinſeca angeli, ſcilicet intelligere, & velle menſuretur æuo, & non loquitur hic de aliqua operatione merè ſupernaturali, ſed de intellectione, & volitione, quæ naturaliter cauſantur ab intellectu, & voluntate angeli, vel vt à cauſa totali vel partiali.

Henric. quolib. 12. q. 7.

¶ Hic dicitur ab Henrico quolib. 12. quæſtio. 8. Et hæc opinio eſt ſatis clara in litera, reduco tamen ipſam opinionem per aliqua dicta, vt clarius intelligatur. Primo dicit, quòd vna intellectio angeli quantumcunque duret menſuratur aliquo nunc, ita quòd illud nunc poteſt coaſſiſtere tempori noſtro, puta vnius diei, vel vnius anni, ſi illa intellectio tantum continuetur, & alia intellectio (prima tranſeunte) menſuratur alio nunc, quod quidem nunc tanto tempori noſtro aſſiſtit, quanto illa intellectio continuatur, & ſic de alijs intellectionibus. Et ex iſtis nunc redditur tempus diſcretum conſtans alijs, & alijs nunc ſibiinuicem ſuccedentibus. Tempus ergo diſcretum menſurat omnes operationes intrinſecas angeli. Et dicitur tempus diſcretum ad differentiam temporis continui, & ſucceſſiui. Nam illud dicitur tempus, continuum, & ſucceſſiuum quando vna pars ſuccedit alteri, & continuatur illi parti, quod fit quando eſt ibi inſtans continuans partes, & dicitur tunc continuare quando eſt principium vnius, puta futuræ, & finis alterius, ſcilicet præteritę, vt ſupra patuit præſenti diſtin. quæſtio. 2. Sed non eſt ſic in tempore diſcreto, quia vnum nunc non eſt principium nunc futuri, nec finis nunc præteriti. Secundo dicit, quòd talis intellectio angeli eſt ſimpliciter indiuiſibilis, & nullo modo continua, & ſucceſſiua, & ſic menſura illius erit indiuiſibilis, quæ eſt nunc temporis diſcreti. Tertio dicit, vt etiam patet ſupra præſenti diſtinctione, quæſtio prima. in additionibus, quæ ponuntur in fine huius ſecundi, quòd ſicut aliquod eſt in re, ita habet menſuram ſibi correſpondentem, & ſic cum eſſentia diuina ſit indiuiſibilis, & indefectibilis, habet æternitatem indiuiſibilem, & indefectibilem pro menſura. Et ſicut angelus eſt indiuiſibilis, & defectibilis habet æuum indiuiſibile, & defectibile. Et ſicut res temporalis eſt diuiſibilis, & defectibilis, ita habet tempus diuiſibile, & defectibile pro mẽſura. Et multa habet in littera, quia ibi clara ſunt relinquo intuenti litteram, & ſimiliter omitto quaſdam rationes, quas ipſe facit pro ſua poſitione, & ſimiliter omitto multa in ſuo modo ponendi, quæ omnia vide, quia ibi clara ſunt.

Scotus improbat opinionẽ Henrici.

CONTRA CONCLVSIONEM huius poſitionis. Doctor primo improbat concluſionem Henrici in ſe. Secundo improbat modum ponendi ipſius. Concluſio Henrici eſt, φ operatio angeli intrinſeca tantum menſuratur nunc æui. Et Doctor hic probat, quòd talis operatio menſuretur ſimili menſura, qua menſuratur exiſtentia angeli, quæ probatio eſt ſatis clara in littera, & breuiter ſtat in hoc, quòd ſicut exiſtentia intellectionis angeli habet eundem modum manendi dum manet, qualem habet exiſtentia angeli, dum manet. i. quòd ſicut angelus habet exiſtentiam omnino indiuiſibilem, & intellectio ſimiliter habet, vt patet per ipſum Henricum, vbi ſupra. ſequitur φ ipſa intellectio habebit ſimilem menſuram, ſed exiſtentia angeli ſecundum Henricum menſuratur nunc æui. ergo & intellecto ipſius. Nec valet dicere, quòd exiſtẽtia angeli manet diutius; quia ſi angelus ſtatim foret anihilandus, adhuc menſuraretur nunc ęui, vt ſupra patuit pręſenti diſtinctione, quæſtione prima. Si dicatur, quòd ſecundum Doctorem videtur, quòd intellectio non habet eſſe permanens, ſed in continuo fieri, vt patet reſpondendo ad vltimum argumentum, diſtinctio. 3. quæſtionis vltimæ primi. & per conſequens videtur poſſe menſurari alia menſura à menſura æui. Dico quòd hoc nihil eſt ad propoſitum, quia Doctor arguit ad hominem,

nem, quia Henricus ponit illam intellectionem habere eſſe omninò indiuiſibile, vt ſupra patuit. Dico ſecundo, ꝙ etiam ſecũdum doctorem habet eſſe permanens. vt patet per ipſum, cum ſit de genere qualitatis, vt ipſe aliqualiter innuit, vbi ſupra, & clarè probat in quolibet.quæſt.13.

Intellectio eſt de genere permanentium.

¶Ibi. Præterea ſecundo omnes cõcedunt actum beatificum angeli menſurari æuo, patet per Auguſtinum de fide ad Petrum.18. Ille autem actus neceſſariò includit actum naturalem, ideſt ꝙ idem actus beatificus eſt pariter productus ab angelo, & quo ad hoc dicitur actus naturalis talis productio partialis non eſt neceſſario ab agente ſupernaturali, & vt idem actus principaliter producitur (licet partialiter) ab agente merè ſupernaturali dicitur ſupernaturalis. Tunc arguitur ſic idem actus vna tantum menſura menſuratur, ſed actus beatificus, & vt producitur ab agente ſupernaturali, & ab agente naturali in re eſt ſimpliciter idem, licet varietur ſecundum diuerſos reſpectus, quia vt comparatur ad agens naturale dicitur naturalis, & vt ad agens ſupernaturale dicitur ſupernaturalis. ergo cum actus beatificus menſuretur æuo, ſequitur quòd vt producitur partialiter ab agente naturali menſuretur æuo. non enim iſti reſpectus alij, & alij faciunt diuerſam menſuram in fundamẽto.

¶Addit doctor vnam probationem ibi, Impoſſibile eſt autem æuiternum neceſſariò includere, vel præſupponere aliquid poſterius æuiterno, ꝙ menſuratur menſura poſteriori, patet, quia ſicut æuiternũ neceſſariò eſt prius tpali, ita æuũ neceſſariò eſt prius tp̃e, & hoc ẽt patuit, vbi ſupra pręſenti diſtinct.quæſt. prima ſm Henricum. Cum ergo actus beatificus menſuretur æuo, & ille idem partialiter producitur naturaliter ab ipſo angelo, ſequitur quòd tantum menſuretur ęuo, & non tempore, nec continuo, nec diſcreto, cum neceſſariò ſit poſterius æuo etiam ſecundum Henricum.

¶Ibi. Contra modũ ponendi. Hic Doctor improbat modum ponendi: Henricus poſuit enim, quòd vna intellectio angeli quantumcunque durans menſuretur nunc temporis diſcreti, quod nunc de neceſſitate tanto tempori noſtro coaſſiſtit quantum illa intellectio durat. hoc Doctor improbat, quia ponit multiplicitatem temporis ſine neceſſitate. Et vltra ſequeretur, quòd vnus angelus habebit quatuor inſtantia temporis diſcreti, & alius tantum vnum inſtans reſpectu vnius temporis noſtri. Nam ſi vnus angelus intelligat lapidem, & continuet illam intellectionem per vnam diem, & alius angelus habeat intellectionem lapidis, & continuet eam per horam, & habeat cognitionem, puta hominis, & continuet per aliam horam, & habeat aliam cognitionem æquè per horam continuatam, & ſic deinceps ſtatim ſequitur intentum, ſcilicet quòd vnus angelus per totam diem habebit tantum vnum inſtans temporis diſcreti, & alius per eundem diem habebit non tantum quatuor, ſed & mille inſtantia temporis diſcreti, quod videtur abſurdum, immò videtur, ꝙ in vno angelo reſpectu vnius diei poſſint habere duo tempora diſcreta: quia ſi continuet intellectionem per horam, habebit vnum tempus diſcretum, ſiuè vnum nunc temporis diſcreti, & pòſt habeat aliam intellectionem per aliam horam cõtinuatam, tunc habebit vnum tempus diſcretum conſtans ex duobus inſtantibus temporis diſcreti. Et ſimiliter ſi per medietatem horæ continuet intellectionem lapidis, & per aliam medietatem continuet aliam intellectionem, habebit aliud tẽpus diſcretum, & ſic vnus angelus in vna die poterit habere plura tempora diſcreta, & alius in eadem die tantum habebit vnum tempus, immo forte tantum vnum nunc temporis diſcreti, ſi continuet vnam intellectionem per totam illam diem, quod eſt inconueniens.

Henric.quolib.9.q.93. quare Ochã & alios nominales.

¶Ibi. Præterea æua &c. Hic Doctor deducit Hẽricum ad hoc inconueniens, videlicet, quòd tempus diſcretum operationis angeli eſſet conſtitutum ex nũc alterius rationis, patet. quia ipſe vult, quòd nunc æui diſtinguatur ab alio nunc eo modo, quo æuiterna diſtinguntur. Et ſicut angelus inferior ſpecie diſtinguitur ab angelo ſuperiore, ita nunc menſurans exiſtentiam inferioris diſtinguitur ſpecie à nunc menſurante exiſtentiam ſuperioris. Pono modo, ꝙ angelus intelligat lapidem, lignum hominem, & huiuſmodi, iſtæ intellectiones diſtinguntur ſpecie, quia ſpecificantur ab obiectis ſpecie diſtinctis, vt probat Doctor in primo diſtinctione. 3.quæſtio.7. ergo & ipſa nunc tẽporis diſcreti menſurantia has intellectiones diſtinguntur ſpecie, & ſic tempus illud, quod eſt menſura componitur ex nunc diſtinctis ſpecie, ꝙ eſt abſurdum, vt patet de aliquo. Nam linea componitur tãtum ex lineis, & corpus ex corporibus, & ſuperficies ex ſuperficiebus, & motus vnius ſpeciei ex motibus tantum vnius ſpeciei.

Hic Henric. ducitur ad incõueniẽs.

Quomodo intellectiones diſtinguantur ſpecie.

¶Ibi. Præterea ꝙ ponitur vnum nunc illius temporis neceſſariò coaſſiſtere pluribus inſtantibus noſtri temporis &c. Henricus enim ex hoc dixit, ꝙ vnum nunc menſurans intellectionem angeli, neceſſariò coaſſiſtit alicui tempori noſtro, & non vni inſtanti, quia deduceretur ad hoc inconueniens, ſcilicet quòd tempus noſtrum eſſet diſcretum, quod eſt contra omnes philoſophos. quòd autem ſequeretur, patet quia ſi nunc menſurans vnam intellectionem, coexiſtit vni inſtanti temporis noſtri ita aliud nunc mẽſurans aliam intellectionem immediatè ſequentem primam coexiſtit alij inſtanti temporis noſtri, & ſic de alijs, & per conſequens videretur tempus noſtrum eſſe diſcretum. Et tamen Doctor probat, ꝙ nõ poteſt euadere hoc inconueniens, quia ſi ęgo in inſtanti.a.poſſum cognoſcere lapidem, & in tempore immediato illi inſtanti poſſum cognoſcere hominem, à fortiori hoc videretur de angelo, cum ſit perfectior, & ſic nunc menſurans intellectionem angeli poterit coaſſiſtere vni inſtanti temporis noſtri, & per conſequens non eſt neceſſe intellectum angeli, ſi intelligat.a.cum aliquo inſtanti noſtro ſiſtere in intellectione ipſius.a.per aliquod tempus, & per inſtantia illius temporis, in quorum aliquo poſſet intellectus meus habere aliam intellectionem.

Probatio Doctoris cõtra Henricum.

¶Ibi. Si enim dicat, quòd intellectus meus poſt inſtans non poteſt intelligere immediatè &c. Diceret fortè Henricus, quòd ego non poſſem habere intellectionem durantem tantum per inſtans, quia intellectio ſequens non poſſet haberi in tempore immediato illi inſtanti, patet, quia intellectioni ſecundæ non poſſet dari primum inſtans ſui eſſe, quod probat, quia ſicut non eſt medium inter inſtans, & tempus (quia inter quæcunque duo inſtantia ſemper datur tempus medium. ergo inter inſtans primum, & ipſum tempus non mediat aliquod inſtans) ita nec inter intellectionem meam, quæ eſt in inſtanti, & illam, quæ eſt in tempore immediatè habito eſt aliquod mediũ, & ſic intellectionis ſecundæ non daretur primum inſtans ſui eſſe, patet, quia inter primũ inſtans in quo eſt intellectio prima, & tempus immediatè ſeqnens, in quo eſt ſecunda intellectio nõ datur aliquod inſtans medium, & ſic nec primũ inſtans intellectionis ſecũdę. Et ſic poneret, ꝙ ĩtellectio poſſit mẽſurari inſtanti, & tp̃e, ita ꝙ prima intellectio ha-

habeat tantum eſſe per inſtãs,& ſic habet primum inſtans ſui eſſe, quia iſta eſt vera, hæc intellectio nunc eſt, & immediatè ante hoc inſtans non fuit. ergo incipit eſſe. Secunda verò intellectio,quæ eſt in tempore immediato illi inſtanti, non habebit primum inſtans ſui eſſe, patet, quia hæc eſt falſa, iſta intellectio in iſto inſtanti eſt, cum ſit tantum in tempore.ſi ergo ſecunda intellectio ſit tantum in tempore immediato inſtanti, tunc argumentum non concludit, ſcilicet ꝙ detur tempus noſtrum diſcretum,quia non datur inſtans immediatum inſtanti.

Reſponſio Scoti. ¶Ibi. Sed incõueniens videtur. Dicit doctor, ꝙ eſt valde inconueniens, quòd intellectiones eiuſdem rationis non habeant præciſè ſimiles menſuras, vt patet in alijs menſuratis eiuſdem rationis. Et vult Doctor, quòd ſi aliqua intellectio noſtra menſuratur æuo, ſiue inſtanti æui, & alia ſimiliter menſurabitur inſtanti æui,ſicut & primum inſtans æui poterit correſpondere inſtanti temporis noſtri; ita ſecundum inſtans æui poterit correſpondere tempori immediato illi inſtanti, & ſicut prima intellectio habet primum inſtans ſui eſſe, quia in inſtanti æui ita & ſecunda habebit primum ſui eſſe in inſtanti æui, cum habeat menſuram indiuiſibilem. Sed tamen nihil temporis noſtri coexiſtit illi ſecundæ intellectioni, vult dicere doctor, quòd illa ſecunda intellectio non habet primum inſtans ſui eſſe in aliquo inſtanti primo temporis noſtri, ſed in inſtanti æui. Et ſi tempus noſtrum ſibi coaſſiſtat, non tamen adæquatè ſibi coexiſtit, ita quòd dicatur, quòd ſi habet eſſe in tempore immediato poſt inſtans primæ intellectionis,quòd primum ſui eſſe ſit in inſtanti primo illius temporis immediati, non menſuratur tempore,ſed primum ſui eſſe eſt in nunc æui,quod poteſt coexiſtere toti illi tempori, idem dicendum de intellectionibus angeli, quia ſi angelus aliquid intelligat cum inſtanti noſtro non oportet illam intellectionem manere per tempus habitum, ſed ſi ſtatim habeat aliam intellectionem, illa coexiſtit tempori immediatè habito inſtanti, cum quo inſtanti fuit prima intellectio,& tunc nihil erit temporis primum coexiſtens illi ſecundæ intellectioni.

¶Ibi. Præterea videtur, quòd iſtæ deberet dicere conſequenter,ꝙ intellectiones noſtrę menſurentur tempore diſcreto, quia intellectiones noſtræ *10. ethicor. cap.4 & 5.* videntur totæ ſimul ſecundùm philoſophum.10. ethicor. cum ſint perfectè tranſeuntes, & ordine quodam ſe habentes.

¶Si dicatur, ſicut ipſe Henricus videtur dicere, ꝙ habent connexionem,quia intelligimus diſcurrendo. angelus non ſic.

An in intellectionibus noſtris ſit ſucceſſio. ¶Ibi. Contra hoc non facit per ſe continuationem.Dicit doctor,quòd in huiuſmodi intellectionibus noſtris etiam diſcurſiuis non eſt ſucceſſio & continuatio,ſicut eſt quando vna pars alicuius entis acquiritur poſt aliam partem, vt patet in alteratione & augumentatione, non enim intellectio habet huiuſmodi partes. intellectio ergo concluſionis eſt ita ſimplex,ſi habeatur poſt cognitionem principij, ſicut ſi non habeatur poſt talem cognitionem.

¶Ibi. Similiter poſſumus habere intellectiones diſtinctas ſuccedentes ſibi abſq; diſcurſu,& ſic illæ ſint totæ ſimul. igitur illæ eſſent non continuatæ quaſi in tempore diſcreto,quod eſt contra philoſophum in de me.& remi.quia intelligimus cum cõtinuo tempore. *In libro de memoria & reminiſcentia cap.1.*

¶Ibi. Quod dicitur de differentia numeri, & orationis &c. vide.

IBI concedo cõcluſionem duarum primarum rationum,ꝙ intellectiones angeli mẽſurantur æuo. Et breuiter quęcunque exiſtentia actualis inuariabilis, hoc eſt cui repugnat, vt ſecundum ipſam ſit variatio,ſiuè fluxus, vel acquiſitio partis poſt partem,nec enim perpetuitas aliquorum, vel corruptio, vel annihilatio aliquorum variat menſuram formaliter,dummodo exiſtentia ſit eiuſdem rationis dum manet.

¶Ibi.Sed contra hoc.Hic Doctor arguit probando,ꝙ ſi exiſtentia permanens dum manet, menſuratur æuo, ꝙ etiam quodlibet permanens menſurabitur æuo, & ſic qualitas,& quãtitas,& huiuſcemodi dum actu permanent in eſſe quieto menſurantur æuo. Sed hoc videtur inconuenies propter duo. Primo quia ſecundum philoſophum.4.phyſicor. tex.commen.118. quies menſuratur tempore. Secundo, quia generationes, & corruptiones omnium generabilium,& corruptibilium menſurantur inſtanti temporis,cuius autem primum eſſe menſuratur inſtanti temporis eius eſſe permanens menſuratur tempore. *Scotus arguit contra Henricum.*

¶Ibi. Ad primum dico. Hic doct. primo declarat aliqua. Secundo ſoluit primam rationem. Primo ergo dicit,ꝙ fluxus alicuius formæ,puta quando acquiritur calor vt 10.menſuratur de neceſſitate tempore, dum ſucceſſiuè acquiritur. nam fluxus ille eſt quædam ſucceſſio prioris, & poſterioris, & talis ſucceſſio dicitur motus formaliter, & motus propriè menſuratur tempore, & forma ſecundum quam eſt fluxus,vtputa, calor, qui continuè acquiritur dicitur forma ſecundum quam eſt talis ſucceſſio,& talis forma vt eſt ſub tali actu,vel ſucceſſione dicitur actu motus, & forma ſecũdum quam poteſt eſſe talis ſucceſſio, vel fluxus, non ꝙ actu ſit fluxus, puta ipſe calor vt 10. actu permanens dicitur actu quies, quia nata acquiri per motum. Declaro tamen iſtam literam primo fluxus formæ, talis fluxus eſt ſucceſſio formaliter ſecundum prius, & poſterius, ita ꝙ vnum ſuccedit alteri, & talis ſucceſſio formaliter dicitur formaliter motus,qui eſſentialiter, ſiuè per ſe menſuratur tẽpore, vt ſupra expoſitum eſt in præſente diſ.2. Secundo formam ſecundum quam eſt actualiter fluxus,vt calor,vt 10. pro quanto acquiritur ſucceſſiuè,prout vna pars actu acquiritur poſt aliam,talis calor dicitur forma, ſecundum quam actu fluxus formæ, vel ſucceſſio formaliter. Tertio, forma ſecundum quam poteſt eſſe fluxus, vel ſucceſſio, & eſt omnis forma, quæ eſt partibiliter acquiſibilis, vt quantitas,& qualitas corporalis, & licet habeat aliquando eſſe permanens, tamen ſibi non repugnat acquiri partibiliter, cum ſit diuiſibilis in plures partes. Hoc ſecundum, & tertium eſt eadem forma, licet ſecundum diuerſam diſpoſitionem accepta. Nam ſecundum ꝙ eſt forma ſecundum quam eſt actu fluxus formæ dicitur motus actu, ſed ſecundum ꝙ eſt actu accepta, & habet eſſe permanens, dicitur quies actu. Forte tamen forma ſecundo modo non dicitur motus formaliter,cũ talis motus ſit formaliter ſucceſſio,qua vna pars dicitur alteri ſuccedere, ſed erit motus materialiter, pro quanto eſt id ſecundum quod actu ſit ſucceſſio, & ſimiliter forma. Tertio non erit quies formaliter,cũ quies formaliter opponatur motui formaliter, ſed poterit dici quies quaſi materialiter, quia eſt forma,in qua nata eſt fundari quies. Quarto eſt permanens, in quo non eſt natus eſſe fluxus partium, tamen neceſſariò habet formam conſequentem,in qua natus eſt eſſe fluxus. Iſtud quartũ forma ſubſtantialis corporalis, tenendum ſecundum aliquos, ꝙ indiuiſibiliter acquiratur, in qua tamen *Notabilis declaratio.* *Quõ quies opponatur motui.*

tamen eſt ſubiectiuè forma, in qua natus eſt fluxus, puta quantitas, vel qualitas corporalis. Hoc quartum non menſuratur tempore per ſe, nec per ſe ſecundum ipſum propriè eſt quies, cum non ſit natum moueri, quieſcit tamen per accidens, quia quies eſt ſecundum aliquam formam neceſſariò cõſequentem ipſum, quæ ſupplè forma nata eſt acquiri per motum, & per conſequens nata eſt propriè quieſcere. Quinto eſt illud in quo non poteſt eſſe fluxus, nec in aliquo conſequente ipſum naturaliter, vt ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ, & abſtractæ. Et hoc quintum omninò inuariabiliter manet dum manet, & ideo nullo modo menſuratur tempore, nec ſecundum ſe totum, nec ſecundum partẽ eius, nec per accidens, cum in eo non ſit aliquid natum partibiliter, & ſucceſſiuè acquiri, tale verò menſuratur æuo, & etiam illa quæ in eo ſubiectãtur, cum ſint omninò inuariabilia dum manent, cuiuſmodi ſunt intellectiones, & volitiones, vt ſupra patuit.

¶Ibi. De iſta forma poteſt dici &c. Dicit Doct. quòd loquendo de forma ſecũdo, & tertio modo, ideſt ſecundum quam actu eſt fluxus formæ, & ſecundum quam poteſt eſſe fluxus formæ, talis forma menſuratur tempore, quia licet ipſa forma tertio modo ſumpta actu non habeat eſſe variatum, habet tamen eſſe variabile, & ideo non menſuratur æuo, quia æuum requirit in ſuo menſurato eſſe inuariabile, cui repugnat ſucceſſio partis poſt partem.

Quid requirat æuum.

¶Ibi. Si tamen dicatur omne eſſe non variatum menſurari æuo. Item poteſt concedi quòd iſta forma quando ſecundum eam non eſt actu motus, poteſt dici menſurari æuo. Sed iſta pars videtur minus probabilis, quàm prima, quia ipſa forma actualiter exiſtens menſuratur inſtanti temporis, non autem nunc æui, quod tamen oportet ponere, ponendo ipſam inquantum eſt actualiter ſub motu menſurari nũc tẽporis, & vt eſt ſub quiete menſurari nunc æui, nam vt eſt actualiter ſub motu, ſiuè ſub mutato eſſe neceſſariò menſuratur nũc temporis, quia cuicunque mutato eſſe correſpondet pro menſura inſtans temporis, & ſic eadem exiſtentia nunc menſuraretur nunc temporis, & nunc mẽſuraretur nunc æui, quod videtur inconueniẽs.

¶Ibi. Si tamen aliquis velit concedere calorem inquantum habet eſſe non variatum mẽſurari æuo, poteſt dici &c. Sententia huius literæ eſt, ꝙ quamuis quies ipſius caloris menſuretur tempore, non tamen exiſtentia caloris menſuratur tempore, ſed æuo. Nam quies ex hoc dicitur menſurari tempore, quia opponitur formaliter motui, qui per ſe menſuratur tempore. Sicut ergo motus vnius horæ menſuratur tanto tempore, ita quies oppoſita tanto tempore menſuratur; quia ſi talis motus calori non ineſſet per tantum tempus, & natus eſſet in eſſe, quies ſibi oppoſita actu ineſſet per illud tempus, patet, quia quies formaliter non eſt niſi priuatio alicuius ſucceſſionis partis poſt partem, vt vult philoſophus quinto phyſic. tex. commen. 52. & 53. vbi tractat de contrarietate motus, & quietis, quòd quies eſt priuatio motus. Et addit Docto. ꝙ licet Ariſtot. dicat, quòd quies non menſuretur niſi per accidens, poteſt tamen dici hoc modo, ꝙ menſuratur per ſe eo modo quo. ſ. priuatio menſuratur per ſe, quia hoc conuenit priuationi per ſe, quod cõuenit ei inquantum eſt talis natura, hoc autem ꝙ ipſa ſit tanta, vel tanta conuenit ei inquantum eſt tanti, vel tanti poſitiui, quod. ſ. tanto, vel tanto tempore natum eſt acquiri, & per conſequens tanto vel tanto motu. Et parum infra concedendum eſt inquit ſubſtantias generabiles, & corruptibiles per ſe menſurari æuo. licet per accidens, hoc eſt ſecundũ

Sententia literæ.

Quomodo quies menſuretur.

Quomodo ſubſtãtiæ generabiles menſurẽtur æuo.

quantitatem naturalem conſequentem eas menſuraréntur tempore.

¶Et tunc ad ſecundam inſtantiam, quæ eſt de generalibus & corruptibilibus. Dicendum ꝙ accipiẽdo &c. Hanc literam declaro cũ dicit, ꝙ accipiendo iſtarum ſubſtantiarum mutationem, ſecundum ꝙ loquitur philoſophus de ea illa eſt indiuiſibilis. i. ꝙ mutatio ſubſtantiæ eſt indiuiſibilis. Sequitur tale, vel eſt mutatio, vel indiuiſibile. Pro clariori cognitione pono exemplum. Ignis cum agit in lignũ primò expellit diſpoſitiones contrarias, puta frigiditatem, & humiditatem, & inducit per motum, puta caliditatem, & ſiccitatem facientes pro generatione ignis, vltimus gradus caliditatis, cum ſit indiuiſibilis indiuiſibiliter acquiritur, eſt tale indiuiſibile terminat motum, ſiuè ſucceſſionem, forma ergo ignis, qui acquiritur, in inſtanti concomitatur ipſum vltimum gradum caloris. Et hoc eſt quod dicit, tale vel eſt mutatio, vel eſt indiuiſibile, ideſt talis forma ſubſtãtialis, vel acquiritur per mutationem, vel eſt indiuiſibilis neceſſariò concomitans indiuiſibile. ſ. vltimum gradum caloris terminantem motum. Sequitur in textu, ita ꝙ mutari eſt aliter ſe habere nũc quàm prius. Notat hic Doctor rationem propriæ mutationis, & dicit aliter ſe habere, nunc accipitur pro indiuiſibili, & quàm prius pro diuiſibili. i. cum dicimus, ꝙ ſubiectum mutatur, puta. à. non calido ad calidum vt 8. tũc illud ſubiectum dicitur mutari propriè, quia nunc aliter ſe habet. ſ. quando eſt ſub vltimo gradu caloris, quia tunc vltimum gradum indiuiſibiliter habet, & totum calorem in eſſe quieto, & permanenti. & cum dicit quam prius, nã prius illud ſubiectum erat, ſub cõtinuo fluxu, quia continuè acquirebatur calor in ipſo. ideo quãdo habet vltimum gradum caloris. aliter nunc ſe habet, ꝙ prius ſe habuit. Sequitur. Primũ igitur eſſe formæ per ſe terminãs fluxum. i. ꝙ vltimus gradus caloris, qui per ſe terminat, illum motum (vt dixi ſupra) mẽſuratur inſtãti. Sequitur, & ad illud propriè eſt mutatio, patet per diffinitionem mutationis prius dictam, quia ſubiectum exiſtens nunc ſub tali gradu propriè mutatur, quia aliter ſe habet nunc, quàm prius ſe habuerit. Sequitur, ſi ad primũ eſſe formæ, (ideſt ꝙ quãdo ſubiectum, puta materia ipſius ligni eſt ſub forma ſubſtantiali ignis, quæ forma non terminat per ſe fluxum, ſiuè motum, patet quia ipſa acquiritur ſubito, & indiuiſibiliter per ſe primò) ſe habet ſubiectum non mutatur, quia vt eſt ſub tali forma non aliter ſe habet nunc, quàm prius ſe habuit, eo modo quo expoſui de ſubiecto propriæ mutationis. Sequitur, ſed quaſi ſecundariò inquantum illud primum. i. ꝙ illa forma ſubſtantialis poteſt dici mutatio ſecundariò, quia concomitatur formã accidẽtalem, cuius vltimum eſſe eſt propriè mutatio, & hoc modo ſubiectum reſpectu formæ ſubſtantialis poteſt dici mutari, quia in ipſo forma ſubſtantialis concomitatur mutationem primò, & per ſe, puta accidentis facientis pro generatione talis formæ ſubſtantialis. Sequitur. Concedo igitur, ꝙ primum eſſe ſubſtantiæ generabilis inquantum concomitatur mutationem propriè dictam menſuratur inſtanti. vult dicere quòd primum eſſe formæ ſubſtantialis in ſe abſolutè non mẽſuratur inſtanti temporis, ſed tantum dicitur menſurari inſtanti temporis quodammodo de nominatione extrinſeca, ſupplè inquantum concomitatur vltimum eſſe formæ accidentalis requiſitæ ad hanc generationẽ formæ ſubſtantialis, & quia tale vltimum eſſe menſuratur inſtanti temporis. ideo dicitur ꝙ primum eſſe formæ ſubſtantialis mẽſuratur inſtanti tpis. Sequitur. Sed nõ ſequitur vltra. ergo eſſe habitũ poſt illud inſtans menſuratur tpe, quia primò in inſtanti illud

Declaratio literæ.

Exemplum.

Quid ſit mutari.

Quomodo ſubiectũ dicitur mutari.

eſſe comparatur ad cauſam particularem generantem, à qua eſt, & poſt illud inſtans non habet dependentiam ad illam cauſam particularem generantem, ſed tantum ad primam cauſam conſeruantem, & tunc habet beatitudinem vniformem ad illam cauſam conſeruantem, ſicut eſſe angeli, quia conſeruatur in identitate perfectè abſque varietate. Et hoc magis patebit in tertio diſtinct. 10. de creatura propriè dicta, & generaliter dicta. vide ibi.

Quomodo nõ oĩs forma menſuretur tempore.

¶Ibi. Et ex hoc patet ad argumentum quod poſſet fieri de ſucceſſione in æuo. Dicit Doctor, quòd non omnis forma ſecundum quam eſt variatio, vel mutatio menſuratur tempore, vel inſtanti temporis, vt patet de intellectione. Nam intellectus tranſijt de priuatione illius intellectionis ad illam, & ſic dicitur mutatio, non tamen menſuratur inſtanti temporis, vt patet ſupra de intellectione angeli. Sed ſola iſta mutatio menſuratur inſtanti temporis, ſecundum quam mutabile aliter ſe habuit ſucceſſiuè quàm nunc ſe habet indiuiſibiliter, vt declaraui ſupra de mutari propriè dicto. Vult ergo dicere Doctor, quòd licet aliqua forma acquiratur poſt non eſſe ipſius, & ſic ſubiectum eius tranſeat de non eſſe illius formæ ad eſſe, quia tamen illa forma non acquiritur ſucceſſiuè, & partibiliter, ſed tota ſimul, ideo non menſuratur tempore, nec inſtanti temporis. Sola verò illa forma quæ acquiritur partibiliter menſuratur tempore, eſſe verò illius vltimum menſuratur inſtanti temporis. Sequitur hoc eſt cuius termino ad quem indiuiſibiliter habito neceſſariò præſupponitur terminus à quo diuiſibiliter, & in termino habitus eſt indiuiſibiliter. Exemplum. Nam calor vt. 8. ſic ſe habet, quòd vltimus gradus, ad quem terminatur totus motus caloris dicitur terminus ad quem, & totus calor, qui præcedit ipſum terminum ad quem, qui ſemper eſt ſub motu, dicitur terminus à quo, & merito dicitur, quòd ſubiectum reſpectu caloris vt 8. habito vltimo gradu ſe habet aliter, ſupple in termino ad quem, quàm ſe haberet in ſucceſſione caloris, ſiuè in termino à quo. Sequitur & in termino habitus eſt indiuiſibiliter, ideſt quòd calor vt 8. vt eſt in vltimo gradu dicitur indiuiſibiliter, quia ille gradus vltimus acquiritur indiuiſibiliter. Sequitur, & hoc vel ſecundum quem fuit motus menſuratus tempore, ideſt quòd illa forma ſecundum quam motus menſuratur tempore, terminus illius formæ inſtanti temporis, vt exemplificaui prius de calore. Sequitur, vel in neceſſario concomitans motum menſuratum tempore, vt ſupra patuit.

Quæ nam ſit illa forma quæ menſuratur tempore.

AD argumenta principalia. Primo arguitur ſic, probando quòd operatio angeli non menſuretur æuo per auctorem de cauſis propoſitione penultima. Inter rem, cuius ſubſtantia, & actio menſuratur tempore, & rem cuius ſubſtantia, & actio menſuratur æternitate, eſt res media, cuius ſubſtantia menſuratur æternitate, vel æuo, & actio menſuratur tempore cuiuſmodi eſt angelus. ergo &c.

Quid ſit operatio intrinſeca intelligentiæ. 3. de anima. com. tex. 13. idem 12 metaph 19 & 51.

¶Reſpondet Doct. & reſponſio ſtat in hoc. Nam Auicen. voluit, quòd operatio intrinſeca intelligentiæ, ſit intellectio, & volitio, & ſic eadem ſubſtantia cum ipſa. hoc idem voluit Ariſtot. 3. de anima, vel ſaltem imponitur ſibi. Et cum dicitur in argumento operatio, cuius ſubſtantia menſuratur æternitate, vel æuo, ipſa menſuratur tempore; ſi intelligat de operatione intrinſeca non tenetur, ſi de extrinſeca (vt ipſe potius) poſſet concedi, quæ operatio extrinſeca eſt mouere cœlum, qui motus menſuratur tempore, ſed quæſtio tãtum intelligitur de operatione intrinſeca.

Quid ſit operatio extrinſeca intelligentiæ.

¶Secundò principaliter arguit. 8. phyſi. tex. com. 39. nihil generatur, vt ſtatim non ſit. ergo omnis operatio angeli durat per tempus, & ſic præcisè nõ eſt in inſtanti, ſi autem eſſet in æuo, eſſet præcisè in aliquo inſtanti.

Quomodo intellectio Angeli poſſit durari.

¶Reſpondet Doct. & reſponſio eſt clara ex dictis ſupra. Concedit enim, quòd intellectio angeli poteſt durari, & tamen menſurari æuo. quod poteſt correſpondere tempori noſtro. poteſt etiam aliqua intellectio correſpondere tantum inſtanti temporis noſtri, & alia immediatè ſequens correſpondere tempore immediato, vt ſupra dictum eſt. Et huius finis ſic materiæ de menſuris angelorum.

Thomas de vio Caietanus.

SED quidam Nouus expoſitor primæ partis. S. Tho. q. 10. ar. 5. dicit quòd ſolutiones, quas facit Doct. tenendo, quod poteſt eſſe ſucceſſio in menſura aliqua, puta in æuo abſque nouitate, & ſucceſſione in menſurato non euacuant rationes prædictas, & improbat ſpecialiter exemplum Doct. qui ſic dicit. Si poneretur caro non habens partem, & partem ſub quantitate, tunc in menſura eſſent partes, & non in eo cuius eſſent, & ſic in propoſito eſſe angeli eſt abſque innouatione; & tamen menſura eſt ſucceſſiua. Vnde ad rationem factam directè contra huius reſpondet, negando in ſentẽtia, quòd tranſmutabilitas menſurati, ſicut præcisè cauſa ſucceſſionis in menſura.

Reſpõſio Caietani faciliè conuincitur.

¶Sed contra hoc reſpõſio, facilè conuincitur falſa tum ad hominem, tum ſimpliciter. Ad hominem quidem, quia ſi ſucceſſio in menſura ſtat cum mutatione, & immutatione partis ſubiecti ſeù menſurati. ergo arguere à ſucceſſione menſuræ ad trãſmutationem ſubiecti non valet, ſed eſt ſophiſma conſequentis. Sed ipſe Scotus ibidem fatetur, quòd ille proceſſus eſt bonus, & ab effectu ad cauſam, ergò &c. Et confirmatur, quia Ariſto. vſus eſt illo, nec proceſſus litteræ eſt alius ab illo, ſi enim ſucceſſio eſt in menſura, dicimus ergo in menſurato, quia variatio menſurati eſt cauſa ſucceſſionis in menſura. mirum valde eſt de hoc homine cum eandemmet rationem, quam Ariſtot. approbat, Sanctus Thomas improbat. Et propterea neceſſe eſt, vt aut approbationem, aut improbationem propriam neget. Simpliciter autem, quoniam indiuiſibile impoſſibile eſt, quòd certificetur ex proprijs per diuiſibile. ergo impoſſibile, ꝙ menſuretur per illud, & tenet ſequela, quia menſura eſt certificatio menſurati. antecedens verò patet in exemplo ſuo. Nunquam enim ſciretur quanta eſſet caro indiuiſibilis per quantitatem diuiſibilem, ſi eius eſſet. vnde de facto per quantitatem ſpecierum in eucharistia non menſuratur corpus Chriſti, quia non eſt ſub ea diuiſibiliter, & idem eſt iudicium in quantitate durationis, ſi enim ipſa eſt extenſa nunquam menſurabitur indiuiſibili, & inextenſo ſecundum durationem. Quomodo enim ſcietur ſic illius duratio naturalis etiam fingi non poteſt; oportet igitur menſuræ extenſæ reſpondere menſuratum extenſum, & indiuiſibili indiuiſibile, vt littera ex Ariſt. deduxit.

Lychetus de Caietano miratur.

Quæ ſit menſura.

Quomodo non menſuretur corpus Chriſti in eucharistia.

IN reſponſione ad primum aduerte, quòd Sco. arguit contra quatuor propoſitiones. Prima eſt affirmatiua. operationes angeli menſurantur tempore. Secunda eſt negatiua virtualiter incluſa in præcedenti. operationes non menſurantur æuo. Tertia eſt affirmatiua viſio beata in angelis menſuratur æternitate participata. Et hæ omnes habentur in hac reſponſione ad primum, vt patet in littera. Quarta verò etiam affirmatiua eſt. Eſſe rerum generabilium menſuratur tempore. hoc enim in reſponſione ad vltimũ articuli præcedẽtis. & in

Scotus hic arguit cõtra quatuor propoſitiones.

& in corpore huiuſmodi poſita eſt, cum dictū eſt, quòd tam id, quod in tranſmutatione cōſiſtit, ideſt motus quàm id quod mutationi ſubiicitur, ꝙ experimur eſſe noſtrum eſſe ſubſtantiale menſuratur tēpore. Arguit ergo primo in ſecundo ſent.di.2 q.4. contra ſecundam propoſitionem probando illius contradictoriam, quàm tenet vt veram.ſ.operationes angeli menſurantur ęuo tripliciter. Primo ſic eſſe, & operatio angeli habent vniformem modum manendi dum manent: ergo habent menſurā eiuſdem rationis: antecedens patet, quia vtrunque eſt indiuiſibile, & tamen defectibile probatur, quia menſuræ proportionantur diuerſis modis manendi, vt patet de ſucceſſiuis, & permanentibus. Secundò ſic, actus beatificus menſuratur ęuo, vt per Aug. patet de fide ad Petrum.c.18.ergo &c. Tertiò, operatio angeli non menſuratur ęternitate, nec tempore: ergo ęuo.

Operationes angeli menſurantur æuo tripliciter.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis aduerte, ꝙ Scotus ibidem tres menſuras durationis ponit tempus, æuum, & ęternitatem, ita quòd tempus rem ſucceſſiuam, æuum permanentem defectibilem tamē. Æternitas autem rem omninò indefectibilem menſurat. Et propterea tenet eſſe ſubſtantiale rei ū, ad quas impoſſibile eſt eſſe motum, & operationes angelicas, &c. ſecundum ſe menſurari æuo, & tota radix eius eſt illa maxima, quæcunque vniformem habent modum manendi, dum manent habent menſuram eiuſdem rationis. In præſenti autem littera diſtinguitur menſura durationis penes mutabilitatem, & immutabilitatem rerum. Et verè ſic eſt, quoniam menſura durationis eſt certificatiua naturalis durationis rei ſecundum ſe. Alioquin fruſtra eſſet, naturalis autem duratio ex rei mutabilitate, aut immutabilitate naſcitur, loquor de mutabili, vel immutabili propriè, ideſt ex intrinſeco, quoniam ex tali mutabilitate tantum pendet naturalis duratio rei, nihil enim refert ad naturalem durationem rei, an in alio ſit potentia deſtructiua eius, an non, ſed ſolum an in ipſa ſit, vnde poſſet deficere, an non, & in hoc errauit manifeſtè Sco. dicens, nec aliquando non eſſe, nec poſſe non eſſe per propriam potentiam, variat menſuram rei, & fundamentum eius eſt valde debile, ſcilicet quia ſi angelus anihilādus eſſet, nihilominus mēſuraretur ęuo. liquet enim, quòd naturaliter nō formatur aliquādo, & ſimiliter poſſe naturaliter non eſſe, variant naturam rei, quia corruptibile, & incorruptibile, vt dicitur decimo metaphyſ. ſunt ſubſtantia, aut in obiecta variant inquam naturam genericè, adeò vt nihil ſit eis vniuocum: ergo nec propria menſura eſt eadem. Et ex hoc prouenit, quòd anihilandus angelus menſuratur ęuo, quia ſcilicet anihilatio nō prouenit ex natura eius, ſed ab extraneo, ipſe enim quantum eſt de ſe ſemper eſſet: dicimus ergo rem omninò immutabilem ęternitate, immutabilem autem ſimpliciter, & mutabilem ſecundum quid ęuū, mutabilem autem ſimpliciter tempore. Et propterea cum angelus ſit immutabilis ſubſtātialiter, mutabilis tamen accidentaliter æuo menſuratur, operationes verò eius naturales, quia naturaliter ſunt mutabiles æuo menſurari nequeunt. æuo nanque menſuratum ęuiternum eſt: æuiternum autem naturaliter perpetuum eſt, nullum autem naturaliter mutabile, eſt naturaliter perpetuum.

Tres ſunt menſuræ durationis ſecundum Scotum.

Reſpōſiones Caietani cōtra Scotum.

Decimo meta.tex.26.

¶ Ad fundamentum autem Scoti, cum diſtinguenda eſt primo propoſitio illa, quoniam ſi ſit in ſenſu compoſito eſt falſiſſima, quoniam vt dicitur primo Perhierme: vnumquodque neceſſe eſt eſſe dum eſt. Et ſic omnia manentia dum manent habent vniformem modum eſſendi, quia ſunt neceſſariò, & tamen non habent eandem menſuram. Nec ad hunc ſenſum arguens facit illam, ſed abſolutè, ſeu in ſenſu diuiſo: & tunc dicitur, quòd modus manendi eſt multipliciter diſtinguibilis, ſcilicet vel penes neceſſarium, & poſſibile, vel penes permanens, & ſucceſſiuum, vel penes defectibile, & indefectibile, & quocunque modo ſumatur, ſemper eſt falſa, quoniam nec omne neceſſarium conuenit in menſura, ſed alia eſt menſura neceſſarij omninò vt Dei, & alia neceſſarij ſimpliciter, poſſibilis autem ſecundum quid, vt reliqua ſunt incorruptibilia, & ſimiliter omnia poſſibilia non menſurantur vna menſura, quoniam quædam tempore continuo, & quædam tempore diſcreto, vt dicetur, ſimiliter non omne permanens conuenit in menſura, vt patet de ſuperioribus, & inferioribus, nec omnia ſucceſſiua, quoniam alia eſt menſura ſucceſſiuorum ſucceſſione continua, & alia ſuccedentium ſucceſſione diſcreta, vt dicetur. De defectibili autem, & indefectibili iam patet. Defectibilitatem non eſſe modum rei, vt ab eis ſumitur, ſed dicere potentiam extraneam, & propterea nō eſt ad propoſitum, & eſſet nihilominus falſa ex eo, quòd non omne defectibile vnica menſura certificatur. Ex his autem ſimplicibus patet reſponſio ad modos compoſitos, puta permanens, defectibile, & ſimiles. Ad formam ergo propoſitionis dicendum eſt, quòd habere vniformem modum manendi intrinſecum rei, vt per ſe reſpicientem talem durationem rei eſt ratio vniformis, ſiuè eiuſdem menſuræ durationis, & non abſolutè vniformem modum manendi, & ideo falſum eſt antecedens illius conſequentiæ, & iam excluſa eſt eius probatio.

Primo Perhier.c.6.

¶ Ad ſecundum negatur antecedens, vt patet in littera, nec eſt verum, quòd Auguſtinus dicat illud, niſi in ſenſu inferius manifeſtando, accipiendo ſcilicet æuum pro ęternitate participata.

¶ Ad tertium negatur antecedens pro ſecunda parte, quia operatio angeli menſuratur nunc temporis non continui, ſed diſcreti.

CONTRA ſecundam propoſitionem, ſcilicet operationes angeli menſurantur tempore. Arguit Scotus ibidem. Sed quoniam argumenta ſua militant contra tenentes eas menſurari tempore diſcreto, quòd ſit ſpecies quantitatis, & hæc propoſitio non eſt ſancti Thomæ, quoniam apud nos tempus diſcretum nihil aliud eſt, quàm numerus prioris, & poſterioris in motu diſcreto, qui nihil aliud eſt, quàm ſucceſſio operationis ſpiritualis ad aliam operationem ſpiritualem, quales ſunt duæ intellectiones ſine fantaſmatum vino. Numerus autem de prædicamento quantitatis ſequitur diuiſionem continui, oportet vt tempus hoc ſit numerus tranſcendens compoſitus ex vnitatibus tranſcendentibus, quia inquantum ſic eſt vnum tantum ex Scoto motiuum afferendum cenſui, ſcilicet quia ponuntur multa tempora ſine neceſſitate, oportet etiam multiplicari tempora, non ſolum in pluribus, ſed in eodem, reſpectu actus intellectus, & voluntatis, &c. hæc autem videntur inconuenientia: igitur.

Quid ſit tēpus diſcretum apud Thomiſtas.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ neceſſitas magna eſt multiplicandi tempus incontinuum, & diſcretum propter ſpirituales operationes ſubſtantiarum ſpiritualium, carerent enim aliter proportionatis mēſuris: Illæ enim cum ſint immediatè ſibiinuicem ſuccedentes, & inſtantaneæ ſm ſe, quia quælibet eſt tota ſimul eleuantur manifeſtè ſupra tempus cōtinuum, & eius inſtantia: ad qui autem excellentiam non attingunt, quia corruptibiles naturaliter ſunt. Oportet ergo, aut ſine propria menſura remaneant tam nobilia entia, aut tempus diſcretum ponere,

cuius Inſtantibus operationes ipſe in ſe menſurantur: hæc enim ſunt ipſe motus ſpiritualis angelorũ, cuius numerus eſt tempus, per quod dicit Auguſtinus mouere Deum ſpiritualem creaturam. Multiplicatio autem temporis diſcreti in pluribus angelis, aut in eodem, iudicio meo non eſt neceſſaria, niſi materialiter, quemadmodum etiam continuũ, quo noſtra menſuratur, materialiter multiplicatur in omnibus mobilibus, & æuum in omnibus æuiternis, conſonum nanque rationi videtur, vt ſicut omnia æuiterna ſimpliciſſimo æuo menſurantur, quod ſolum eſt vnum formaliter, ita omnis operatio huiuſmodi ſimpliciſſima operatione, ſeu ſimpliciſſimo nunc illius menſuretur. Et ſimiliter omnis ſucceſſio operationum ſimpliciſſima ſucceſſione. Talis autem operatio, & ſucceſſio eſt ea, quæ in primo operante temporale inuenitur, quem conſtat eſſe ſupremum angelum, in quo (vt dicetur) eſt etiã æuum. Et quia operationes intellectus ſunt naturaliter priores, & ſimpliciores operationibus volũtatis, erit vnum tempus, obiectum huiuſmodi temporalium, quod eſt primo menſura operationum ſuccedentium in intellectu primi angeli, & ex conſequenti, & extrinſecè menſura cæterarum operationum tam ſuorum, quàm aliorum ſpiritualium, cum his tamen dictum eſt, ſtat quòd quaſi materialiter multiplicetur huiuſmodi tempus iuxta numerum menſuratorum operum, eo ꝙ vnum, & multa, quæ conſequuntur ens, multiplicantur cum rebus iſtis. Dixi autem quaſi materialiter, quia non oportet, quòd omnino vniuocè ſaluetur proportio temporum noſtrorum ad tempus, cuius obiectum eſt primus motus, & proportio temporum ad ſimpliciſſimum tempus eorum, ſed ſat eſt ſi eſt quaſi talis.

Opinio authoris.

Operationes intellectus quomodo ſint priores operationibus voluntatis.

CONTRA tertiam verò propoſitionem, ſcilicet operatio beata menſuratur æternitate participata. Arguit idem in quarto, diſtin.49.quæſt.6. Operatio beata non eſt immutabilior æuiterno: ergo non menſuratur æternitate, ſed æuo. conſequẽtia nota, & antecedens probatur, tum quia operatio beata eſt ſimpliciter minus nobilis, quàm obiecta beati angeli, quoniam ſubſtãtia eſt nobilior accidente, tum quia perfectio ipſius operationis beatæ, nõ eſt immutabilior obiecta eiuſdem operationis, quoniam id ꝙ ineſt alicui per accidens non eſt immutabilius eo, quod ineſt per ſe. Cõſtat autem, ꝙ ſubſtantia operationis menſuratur æuo: ergo &c. Præterea æternum, vt diſtinguitur cõtra æuiternum non ſolum eſt totum ſimul, ſed eſt indefectibile carens potentiam ad non eſſe, ſed nullum creatum eſt huiuſmodi: ergo &c.

Septimo metaph cont.4.

¶ Ad euidendum huiuſmodi difficultates ſcito, ꝙ quamuis æuum nihil aliud ſit, quàm æternitatis participatio, diſtinguitur tamen à ſancto Tho. hoc in tertio contra Gentiles c.16. & in 4. ſentẽ. diſt.49. quæſt.1. artic.2. quæſtio.3. Aeternitas participata ab æuo non ſicut perfectum à minus perfecto in eadẽ ſpecie, ſed ſicut perfectius à minus perfecto diuerſorum ordinum. Aeternitas quippe cum ſit propria menſura diuini eſſe, participata æternitas conſequenter eſt propria menſura eſſe diuini ordinis. Eſſe autem diuini ordinis, Dico, quòd impoſſibile eſt naturale eſſe cuicunque creaturæ factæ, aut factibili, de quo in quæſtione duodecima latior erit ſermo. Aeuum autem eſt menſura eſſe, immutabilis quidem, ſed naturalis ordinis, & hoc eſt per ſe primo. Differentia inter æternitatem participatã, & æuum. Ex hac enim, & alia differentia fluunt, vt omnes difficultates ſoluuntur, quia enim operatio beata diuini eſt ordinis: ideo æternitate dicitur menſurari participatiue.

Quid ſit æuum.

¶ Nunc etiam vis concluſionis impugnatæ à Scoto. Intellectus creatus nõ poteſt ex ſe in operationem beatam: ergo menſuratur æternitate ex primo ſiquidem antecedente: ſequitur ergo diuini eſt ordinis, & primus ergo menſuratur æternitate.

¶ Vnde ad primam rationem Scoti negatur antecedens, quoniam operatio beata; dato quòd ipſa in ſe non eſſet immutabilior æuiterno, eſt tamẽ immutabilioris ordinis, quia diuini, & propterea dicitur, & eſt immutabilior ſecundum ſuum genus. Dixi autem, dato quòd nõ ſit, &c. quia minor mutatio ſufficit ad non eſſe operationis beatæ, quàm obiecta angeli, quia hoc exiit ad anihilationem, illa nõ eſt & rurſus immutabilior, quia plura immutabilia immutabilius continentur vna ſiquidem viſio beata abſque omni immutatione continet viſiones omnium ſpectantium ad vniuerſum eminẽter. Nullum autem æuiternum ad hanc immutabilitatem aſcendere poteſt.

Caietanus reſpõdet ad primam rationẽ Scoti.

¶ Ad probandum autem primum dicitur, quòd ſicut actus eſt ſimpliciter nobilior potentia, & tamen ſubſtantia eſt ſimpliciter nobilior accidente, & ratione primi actus intelligendi eſt nobilior materia prima. Rationes ſecundi econtra ita in propoſito: & hæc eſt vera, quòd ſubſtantia eſt nobilior accidente. Et ſimiliter hoc quod eſſe diuini ordinis eſt nobilior eſſe naturali, & propterea vtrunque eſt verum in diuerſis ordinibus. Subſtantia quippe angeli eſt nobilior ſecundum eſſe naturæ, operatio autem beata ſecundum excellentiam deitatis, & ſi propriè loqui volumus æquiuocè comparari videtur.

Nono meta. contex.13.

¶ Ad ſecundam autem probationem negatur, ꝙ ſubſtantia operationis beatæ menſuretur æuo. Obiecta enim operationis, & imperfectio vna res numero ſunt, & eadem menſurantur menſura: vnde non ſolum beatitudo operationis, ſed ipſa operatio beata menſuratur æternitate participatiua. Falſum quoque eſt, quòd perfectio non ſit immutabilior ſubſtantia operationis eo modo quo diſtinguitur, quoniam ſubſtantia operationis, ſi ſine operatione beatitudinis eſſet in inſtãti temporis diſcreti menſuraretur. Perfectio autem deitatis menſuram deitatis adducit, non eo modo, quo accidens ſuperinducitur, ſed eo potius modo, quo differentia generi adueniens naturam affert ſpecificam. Et propterea non valet probatio in oppoſitum de eo, quod ineſt per accidens: conſtat enim, quòd natura generica, aut quaſi generica ſecundum ſe nõ tantis, aut tantæ perfectionis ex perfectione differentiæ aduenientis, quæ tamen generi accidere conceditur perfectionem tantum, vt talem aſſequitur, ita ꝙ vnum ens perfectum fit. & ſic eſt in propoſito.

¶ Ad ſecũdam autem probationem principalem dicitur, quòd propriè loquendo beatus, vt ſic caret potentia ad non eſſe beatum, ſicut cœlum caret potentia ad non eſſe rotundum: quemadmodũ enim materia prima, ſi reciperet formam vnam æquiualentem omnibus formis generabilium, & corruptibilium, careret potentia ad non eſſe illius formæ; ita intellectus habens actum beatum, caret potentia non eſſe illius actus. Actus enim ille eſt omniũ bonorum non aggregatione, ſed eleuatione perfectus, & ideo beatitudo, ac immutabile beatũ reddit, extenſo autem vocabulo, vt arguens vtitur vocando potentiam non eſſe potentiam logicam, vel obiectiuam dicitur, quòd æternum per eſſentiam oportet carere omnipotentia ad non eſſe, nõ autem per participationem, ſi ſat eſt, vt diſtinguitur contra æuiternum diuerſitate ordinis, quia illud ſcilicet eſt ordinis æterni per eſſentiam, iſtud verò naturæ.

Cœlum quo careat potentia.

CON-

CONTRA quartam propoſitionem arguit Scot.in ſecundo vbi ſupra,nō aliter quam primam, ſ.eſſe ſubſtantiale habet eundem manendi modum quādiu eſt, quem habet æuiternum, quia ſucceſſione caret: ergo,&c. ſed ad hoc non oportet reſpondere aliter,quàm ſuperius. Non enim penes habere eſſe modo ſucceſſiuo,vel permanēti diſtinguitur menſura,ſed penes mutabile, & immutabile, vt dictum eſt.Sed aduerte hic,ꝙ Sco.ibidem nititur ſoluere rationem ſancti Tho.ad hoc in reſpōſione ad ſecundum in pręſenti articulo factam.ſ.quia motus eſt menſura, non tantum motus, ſed etiam quietis: ait enim, ꝙ ſubſtantia bonis abſolutè menſuratur ęuo, quies autem eius tpe, nec aliud ex illa ſequitur ratione.Sed hæc reſponſio non eſt ſufficiens euaſio, quoniam tempus comprobatur in littera menſuraię, don ſolum quietem, ſed rem quieſcentem,quoniam omne quieſcens eſt mobile: omne autem mutabile,ſecundum ꝙ mutabile menſuratur tempore. Conſtat autem, ꝙ ſecūdum ſubſtantiam nos ſumus mutabiles: ergo ſecūdum ſubſtantiam temporales, & ſtat vis rationis in hoc. Motus, & quies ſubſtantialiter accep.i.i.mutatio ſubſtantialis, & quies ſub eſſe ſubſtantiali non ſolum in actu,ſed in potentia menſurantur tempore:ergo eſſe ſubſtantiale noſtrū menſuratur tempore: antecedens patet ex eo,quòd actus,& potentia ad eiuſdem ordinis menſurā ſpectat,vt ex primo cœli.& 4.phyſic habetur. Conſequentia autem tenet ex eo,quòd potentia talis ſubſtantialis eſt,vt decimo metaph.dicitur.

Quomodo Caietanus nō rectè abſoluat rationes Scoti.

RESPONDEO oſtendendo, quòd rationes quas facit iſte nouus expoſitor non euacuēt rationes Doct. Et primò ad illa, quæ dicit de ſucceſſione in menſura, & non in menſurato. Dico,quòd ſi rectè intelligeret Doct. non oporteret circa hoc laborare. Vnde pro maiori intelligentia. Nota ꝙ Doct.primò non videtur tenere expreſsè hanc opinionem.ſ.quòd ponatur menſura ſucceſſiua,ſed ſuſtinet vtranque opinionem.ſ.quòd ſit menſura ſucceſſiua, vt dicet S.Bonauen.& quòd ſit menſura indiuiſibilis,vt tenet Henr.ſuſtinendo tamen opinio. S.Bonauen.dicit reſpondendo ad rationes Henr. ꝙ æuum eſt menſura ſucceſſiua menſurans exiſtētiam angeli, licet exiſtentia angeli ſit indiuiſibilis, & nullo modo ſucceſſiua.

Triplex mēſura.

¶Secundò nota,ꝙ triplex eſt menſura,pro nunc, ſcilicet permanēs,& intrinſeca,& ſic quantitas permanens dicitur menſura alicuius quanti. Secunda eſt ſucceſſiua ſecūdum partem & partem, ita quòd cōponitur ex pluribus partibus diuiſibilibus, quarum vna ſuccedit alteri, & ſic tempus eſt menſura motus, vel vna pars motus per replicationem poteſt menſurare vnum totum motum,vt patet infra diſt.præſenti.q.2. Tertia dicitur menſura ſucceſſiua conſtituta ex partibus tantum indiuiſibilibus, ſiuè inſtantibus æui, ita ꝙ non dantur plura inſtantia ſimul, ſed ſemper vnum ſuccedit alteri, & talis menſura dicitur menſurare durationem exiſtentiæ angeli, ità quòd dicimus exiſtentia tantum durauit,& durat: ſicut etiam dicimus,quòd tempus menſurat motum, ita quòd per tantum tempus cognoſcimus motum tantum duraſſe. Et ſic menſura iſto tertio modo pōt menſurare indiuiſibile quantum ad eius exiſtentiam tantum duraturam, ita quòd primum inſtans æui menſurat exiſtētiam angeli poſitam pro illo primo inſtanti, & ſecundum inſtans æui ſuccedens primo inſtanti ipſius æui, menſurat eandem exiſtentiam ipſius angeli poſita pro illo ſecundo inſtanti, & ſic deinceps. Dicitur ergo æuum menſura indiuiſibilis pro quāto menſurat indiuiſibiliter, ſic intelligendo, quòd illud, quod actu mēſurat eſt tantum inſtans æui,& tranſeunte illo ſuccedit aliud menſurans indiuiſibiliter exiſtentiam angeli. Dicitur etiam æuum menſura diuiſibilis, & ſucceſſiua accipiendo pro quodam toto conſtituto ex pluribus inſtantibus ſibi adinuicem ſuccedentibus,& ſic eſt menſura diuiſibilis menſurās exiſtentiam angeli diuiſibiliter, ſic quòd tota exiſtentia angeli poſita in primo inſtanti tātum menſuratur alio, & poſita eadem in ſecundo inſtanti mēſuratur alio ſuccedēti, & ſic patet quomodo non eſt inconueniens eſſe menſuram aliquam diuiſibilem, & ſucceſſiuam, & menſuratum in ſe eſſe omnino indiuiſibile,licet tamen eodem ſemper ponatur in eſſe pro alio,& alio inſtanti æui. Eſſet bene inconueniens dare vnam menſuram ſucceſſiuam conſtituta ex partibus diuiſibilibus, & per conſequens ſucceſſiuis adinuicem mēſurare indiuiſibile, & nullo modo ſucceſſiuum, quia ſi menſurat intrinſecè ſecūdum vnam partem, quæ neceſſariò eſt diuiſibilis, correſpondet menſurato diuiſibili,vt patet de tempore, quia ſi vna pars horę,puta centeſima, menſurat vnam partem motus, neceſſariò illa pars erit diuiſibilis, & quia totus vnus motus conſtat ex partibus diuiſibilibus, ideo habet menſuram diuiſibilem, & ſucceſſiuam, & econuerſo.

¶Et cum dicit, quòd Doct.adducit Ariſt.4.phyſ. tex.commen.90.& 100. quòd prius, & poſterius in tempore, ſunt propter prius, & poſterius in motu. Dico, quòd benè in hoc concedit Ariſt. de tempore,& motu, quia eſt impoſſibile mēſuratum, quod eſt cauſa menſuræ eſſe ſucceſſiuum, & diuiſibile, quin menſura ſit ſucceſſiua,& diuiſibilis: nam cuilibet parti motus correſpondet aliqua pars temporis, & vtraque pars eſt diuiſibilis, & ſic vna pars tēporis non poteſt ſuccurrere alteri parti ſine ſucceſſione partis poſterioris motus ad partem priorem, cum prius, & poſterius in motu ſint cauſa prioris, & poſterioris in tempore. Et fortè non eſt ſimpliciter neneſſarium eſſe tantam ſucceſſionem in mēſura, quanta eſt in menſurato: patet,quia ſi daretur ſucceſſiuum habens centum partes ſecundum quātitatem, & non ſecūdum proportionem,& daretur aliquod tempus habens tantum quatuor partes ſecundum quantitatem, & poſſet menſurare totum illum motum, & hoc per replicationem, & tamen non eſſet tanta ſucceſſio in tempore quanta in motu. Et ſimiliter ſi daretur motus habens centum partes ſecūdum quantitatem, vna pars illius per replicationem menſuraret totum illum motum, & tamen eſſet maior ſucceſſio in menſurato, quàm in menſura.

Fuit optimus Scotiſta Lychetus,cū rectè abſoluat omnes rationes Caietani.

¶Et cum arguit ad hominem dicens. Si ſucceſſio in menſura ſtat cum immutatione in mēſurato: ergo arguere à ſucceſſione menſuræ ad tranſmutationem mēſurati non valet, eſt ſophiſma conſequētis. & ipſe Sco.ibidem fatetur, quòd iſte proceſſus eſt bonus, & ab effectu ad cauſam. Dico concedendo eſſe ſophiſma conſequentis, quia benè valet, ſi menſuratum eſt ſucceſsiuum, & menſura erit ſucceſsiua, ſed non econtra: ideo arguitur à poſitione conſequentis ad poſitionem antecedentis. Et cum dicit. Sco.concedit hunc proceſſum eſſe bonum. Dico, quòd ſi totam litteram Doct.vidiſſet,non ſic faciliter diceret, quæ dicit. Nam ibi tantum concedit de motu, & tempore, vnde ſic dicit. Dico inquit, quòd benè ſequitur, ſi partes temporis ſunt aliæ, partes motus erūt aliæ, ſi eſt ab effectu ad cauſam, ſed non eſt neceſſe, quòd in quibuſcūque partes durationis ſunt alię, quòd aliqua diſtinctio partium priorum ſit cauſa huius diſtinctionis, quia illi, quæ alicui eſt ſecunda, poteſt in alio eſſe prima exemplum, &c. hæc ille. Alia verba, quæ dicit iſte nouus expoſitor, quia ſunt minus honeſtè contra

Iſte vir quicquid ſomniabat in nocte, cōtra Scotum ſcribebat ī die.

Quare dicatur menſura indiuiſibilis.

tantum

tantum Doct.ſilentio tráſeo,necrecurrere ad ſimilia eſt ſoluere rationes. Et cum vltimò dicit, quòd impoſsibile eſt indiuiſibile certificari per diuiſibile, & hoc ex propriis ipſius indiuiſibilis. Dico vt ſupra, ꝙ non eſt inconueniens: indiuiſibile enim in ſe quantum ad ſuum eſſe exiſtentiæ nõ certificatur per diuiſibile, ſed benè indiuiſibile tale põt certificari quantum ad eius duratione͂:quia per aliud, & aliud inſtans ęui certificatur,ꝙ talis exiſtentia indiuiſibilis durat per tot inſtãtia, quæ conſtituunt menſuram ſucceſsiuam, & diuiſibilem in illa inſtãtia. Sicut ſi per poſsibile, vel impoſsibile cõſeruaretur vna mutatio per diem,vel vnus pũctus,& daretur tempus cõſtitutum ex inſtantibus ſibi inuice͂ immediatè ſuccede͂tibus, menſuraretur me͂ſura diuiſibili modo expoſito. Errat enim iſte credendo, ꝙ æuum me͂ſuret intrinſeca angeli: nam menſurat tãtum exiſte͂tiam eius quo ad ſuam durationem,ſicut nec ęternitas dicitur me͂ſurare exiſtentiam diuinam in ſe,& ſimpliciter,ſed me͂ſurat eius infinitam durationem. Et cum vltra dicit,ꝙ nũquam ſciretur quanta eſſet caro indiuiſibilis per quãtitatem indiuiſibilem, ſi eius eſſet. Dico, ꝙ non eſt ſimile, quia aliud eſt loqui de me͂ſura menſurante aliquid quãtum ad eius durationem, vt dixi ſupra, quia fortè indiuiſibile in ſe non poſſet certificari per aliquod diuiſibile, ſicut nec diuiſibile per indiuiſibile. Et hoc exemplum Doct. de carne, & quantitate debet ſanè intelligi: non enim dicit, ꝙ tunc talis quantitas permanens menſuraret carnem non habentem partem,& partem, ſed tantũ dicit ſic. Si poneretur caro non habens partem,& partem ſub eadem quantitate permanente, tunc eſſet ibi alietas partium in ipſa extenſione,quæ quantitas eſt abſque exte͂ſione, vel diuiſibilitate partium eius cui accidit talis extenſio. hæc ille. Et per hæc,quæ dixi,patet quid dicendum eſt de corpore Chriſti in euchariſtia, & ſic patet improbatio, &c.

Exemplum Doctoris debet ſanè intelligi.

Quomodo Caietanus non bene vidit Scotum.

RESPONDEO oſtende͂do,ꝙ ſolutiones huius noui expoſitoris nõ euacuent rationes Doc.Et præmitto,ꝙ imponat Doct.ꝗ non dicit, imponit enim Doct.ꝙ ipſe ponat tres menſuras ſm vniformitate͂, vel diſformitatem menſuratorum,&c. Sed iſte non bene fortè vidit Doct.originaliter. Doct. enim adducit hæc contra Henri.qui poſuit hanc triplicem menſuram correſpondentem,&c.Secũdò imponit Doct.ꝙ eſſe ſubſtãtiæ rerum,& operationes intrinſecæ angelorum menſurentur ęuo.Sed hoc non dicit Doct.ſic ſimpliciter,& abſolutè,vt iſte imponit, immò fortè tenet, ꝙ nulla menſura menſurentur, vt patet q.3.diſt.2. ſecũdi. vbi tandem videtur tenere,ꝙ exiſtentia ſuperior angeli, &c. & ſic diceretur de exiſtentia ſuperioris intellectionis, immò in iſta materia ſemper dubiè loquitur,vt patet. Dicit ergo Doct.ꝙ poſito,ꝙ operatio angeli me͂ſuretur aliqua alia menſura, de qua ſupra in q.3. & poſito, ꝙ exiſtentia angeli menſuratur ęuo, dicit ꝙ operatio intrinſeca,& ſubſtantia etiam corruptibilis menſurãtur ęuo, cum huiuſmodi exiſtentiæ habeant ſimile͂ modum,&c.Non dicit ergo abſolutè,ꝙ menſurentur æuo: oportet enim diligentius videre Doctore͂ ſubtilem. Tamen poſito,ꝙ ſic menſuretur ęuo, adhuc oſtendo,ꝙ non rectè improbat rationes Doct. Cum ergo dicit,ꝙ Scotus errauit manifeſtè dicens nec aliquando non eſſe, nec poſſe non eſſe per propriam potentiam variat menſuram eius,& fundamentum eius eſt valde debile,quia ſi angelus eſſet anihilatus, nihilominus menſuraretur æuo. Dico, ꝙ hoc eſt verum,ꝙ menſuraretur æuo, & ꝗ nõ eſſe aliquando naturaliter,& non poſſe non eſſe naturaliter non variant modum menſuræ,vt clarius intelligatur præmitto aliqua. Primò,ꝙ gradus intrinſecus rei non variat rationem formalem rei, vt patet à Doct.in primo, diſt.8. q.2. in reſponſione ad primum argumentum principale,cum talis gradus,& ſi ſit intrinſecus rei,eſt tamen poſterior re cuius eſt. & ſic ponendo,ꝙ neceſſitas,& contingentia,finitas & infinitas ſint gradus intrinſeci,non variabunt rationem formalem rei, cuius erunt. Secundò præmitto,ꝙ nullus modus rei quicũque ſit ille, ſiuè intrinſecus, ſiuè non (cum ſemper intelligatur poſterior re, cuius eſt, patet quia pręſupponit eam) poteſt variare formalem rationem illius, & ſic primò res eſt talis in ſe, quàm intelligatur eſſe ſub aliquo modo. Sicut etiam dicit Doct.in primò,diſt.3.q.5. & in ſecundo, diſt.1.q 2.& 5. ꝙ ad abſolutum in cauſa,ſequitur abſolutum in effectu,ita ꝙ effectus prius intelligitur talis entitas in ſe, quàm intelligatur ſub iſto modo, ſiuè reſpectu quo formaliter dependet. Et per cõſequens nullus reſpectus ad cauſam variat rationem formalem illius,vt dicit Doc.in pluribus locis allegando pro ſe Augu.& ſic quòd Franciſcus ſit à Ioanne,vel à ſole immediatè, talis reſpectus nõ variat eſſe formale ipſius, ſiuè ſit magis ab vno patre,quàm ab alio, vt notat Doct.in ſecundo, di.20. q.2 Tertiò præmitto,ꝙ ſicut eſt entitas in ſe,ita ad talem entitatem nati ſunt conſequi tales, vel tales modi: patet quia homo formaliter eſt talis entitas: ideo ſequitur concomitanter eſſe finitum,& eſſe riſibilem, & non inhibilem. Similiter quia talis entitas: ideo ſequitur concomitãter habere talem gradum intrinſecum. Sicut quia Deus formaliter, & quidditatiuè eſt in ſe talis entitas, ideo habet tale͂ modum puta infinitatem, neceſſitatem, & ſic de aliis. Et quia lapis eſt formaliter entitas, ideo repugnant ſibi iſti modi.ſ.infinitas,& neceſſitas,& conueniunt ei contingentia,& poſſibilitas: & ſimiliter diceret philoſophus,quia cœlum eſt talis natura,ideo concomitanter conuenit ei incorruptibilitas,quia pręcisè talis entitas, & ſic huiuſmodi entitates non dicũtur variari per huiuſmodi modos, licet tales modi de neceſſitate cõcomitentur. Quartò præmitto, quòd contingit dupliciter cognoſcere res,vel conuenire ad inuicem,puta ſpecie,genere,& huiuſmodi, vel differre: puta ſpecie, genere, &c. vel per intrinſeca & rationes formales, vel per aliqua, quæ neceſſariò cõcomitantur rationes formales; primo modo cognoſcimus, ꝙ homo, & aſinus conueniũt genere, quia talis entitas in ſe, & differunt ſpecie, quia tales entitates ſecundo modo, quia homo eſt riſibilis,& aſinus inhibilis:& ſimiliter per huiuſmodi paſſiones quaſi à poſteriori argumento,ꝙ diſtinguntur ſpecie. Sic dico in propoſito, ꝙ corruptibile,& incorruptibile differunt pluſquam genere,ſcilicet phyſico,licet non logico, vt patet 10. metaph. ideſt quòd illa entitas, ad quã ſequitur incorruptibilitas differt genere ab illa entitate, ad quam concomitatur corruptibilitas, non enim corruptibilitas, & incorruptibilitas ſunt rationes formales diſtinguendi genere phyſico cęlum à lapide,immo ſi per impoſſibile eſſent ſeparata ab eis,adhuc genere phyſico diſtinguerentur, ſicut ſi riſibilitas, & inhibilitas eſſent ſeparatæ ab homine, & equo adhuc diſtinguerentur ſpecie, & ſic intelligitur philoſophus. Similiter eſſe ens per ſe, & eſſe ens in alio, nõ variant rationem formalem, cũ non ſint de intrinſeca formali ratione, vt aliàs patebit, benè tamen cũ cõcomitantur de neceſſitate,puta eſſe in alio cõcomitatur accidens, & eſſe ens per ſe concomitatur ſubſtantiam, & per eſſe ens per ſe, & ens in alio cognoſcimus huiuſmodi entia tantum à poſteriori. Si dicatur, ſi iſti modi nõ variant rationem formalem rei, ergo ſi lapidi aduenirét incorruptibilitas, adhuc eſſet lapis,& ſimiliter ſi eſſet neceſſe eſſe,eſſet lapis.

Fundamentum Caietani valde debile.

Gradus intrinſecus rei non variat rationem formalem rei.

Nullus reſpectus ad cauſam variat ratione͂ formalem illius

Contingit dupliciter cognoſcere res.

Quomodo ſit intelligẽda iſta propoſitio Ariſ. ſecundum Scotũ corruptibile, & incorruptibile differũt pluſquam genere. vide Scotum in 4. ſent. diſt. 6.q.10. Decimo meta.cõtex.26.

lapis. Dico, ꝙ iſti caſus ſunt ſimpliciter impoſſibiles. Et ſi dicatur ponatur hoc per impoſſibile, dico quòd ex vno impoſſibili poſſunt plura impoſſibilia ſequi. Sicut ſi ponatur per impoſſibile, quòd Deus ſit riſibilis ſequuntur multa impoſſibilia, & ſic poſſet concedi hoc impoſſibile. videlicet, quòd Deus eſſet in ſe, & tamen eſſet riſibilis, & ſimiliter lapis eſſet in ſe, & tamen eſſet incorruptibilis, & neceſſe eſſe, ſequeretur etiam, quòd non eſſet lapis, non primo, ſed tantum concomitanter, ſicut ſi ponatur, quòd homo ſit rudibilis primò, & per ſe ſequeretur hominem eſſe, ſtante rudibilitate, & concomitanter ſequeretur hominem non eſſe, quia rudibilitas non eſt nata in eſſe homini, ſed tantum aſino. Ex his patet improbatio dicti illius noui expoſitoris: & quomodo dictum Doctoris ſtat in ſuo robore, videlicet, quòd angelum aliquando eſſe tantum, & ipſum nõ poſſe nõ eſſe nõ variat exiſtentiam formalem ipſius angeli, quia aliquando eſſe, & ſemper eſſe à parte poſt, ſiuè à parte ante præſupponunt ipſum eſſe exiſtentiæ, & ſic per huiuſmodi poſteriora non variatur, & ſic ſequitur, quòd ſi exiſtentia angeli tantum duraret per horam, ita menſuraretur æuo, ſicut ſi perpetuò duraret, immò ſi ab ęterno fuiſſet. Si etiam naturaliter tantum eſſet pro aliquando adhuc menſuraretur æuo, ſicut etiam ſi eſt natura ſua non poſſet non eſſe, quia nũquam talis exiſtentia variatur, cum poſſe eſſe naturaliter pro aliquando tantum, & naturaliter non poſſe non eſſe cõſequatur talem entitatem quę fortè prius intelligitur eſſe talis in ſe, quàm intelligatur ſub illis modis: Niſi dicatur, quòd alius, & alius modus ipſius rei requirit aliam, & aliam mẽſuram: Sed hoc non eſt ad propoſitum, immò eſt totaliter recedere à propoſito, vt patet. Tum etiã, quia ponitur menſuram menſurare exiſtẽtiam rei, vt ſupra patuit, nec dicitur eam menſurare, quia ſub tali, vel tali modo. Dicimus enim, quòd ęternitas menſurat abſolutè exiſtentiam Dei, & nõ ſub illa ratione, qua eſt indefectibilis, ita quòd indefectibilitas ſit ratio formalis, quare exiſtentiæ diuinæ conueniat talis menſura, ſed talis exiſtentia eſt talis in ſe, quòd ſibi neceſſariò competit indefectibilitas. Ex his etiam apparet quomodo non ſit verum, quod dicit, ſcilicet quòd ideo angelus menſuratur ęuo, quia anihilatio non competit angelo ex natura ſua, ſed tantum ab extrinſeco: ipſe enim quantum eſt de ſe ſemper eſſet, quia iſta ſemper eſſe, & non ſemper eſſe tantum cõcomitantur talem entitatem angeli, nec, vt dixi, variant rationem formalem ipſius, vt patuit. Tum etiam quia falſum aſſumit, videlicet, quòd angelus ex natura ſua ſemper eſſe, quia ex natura ſua eſt defectibilis, & anihilabilis, & niſi conſeruaretur à Deo ſtatim anihilaretur, vt patuit ſupra præſenti diſtinctione: omnis creatura ſubiecta eſt varietati, (vt inquit Paulus) & de hoc alias erit ſermo. Nec ſimiliter verum eſt, quod dicit iſta opinio, ſcilicet quòd omne menſuratum æuo eſt naturaliter æuiternum, & æuiternũ naturaliter eſt perpetuum, nullum autem naturaliter mutabile eſt perpetuum. Hoc enim non probat. Tum etiam, quia quæro aut naturalis perpetuitas eſt ratio formalis, quare conueniat angelo talis menſura, aut talis exiſtentia angeli, non primo quia tunc mẽſura illa conueniret naturæ angeli per rationem alicuius poſterioris. Tum etiam, quia illa perpetuitas, aut eſt ipſum æuum, aut aliquid aliud. Si primò, tunc ſequitur, quòd idem ſit ratio formalis inhærendi, & quòd ſit ipſum inhęrens reſpectu eiuſdem, quod eſt impoſſibile. Si ſecundò, quæro de illo alio, aut eſt exiſtentia angeli præciſè, & tunc habetur propoſitum, quia talis exiſtentia, cum ſit ratio formalis, quare conuenit talis menſura, ita menſuratur æuo, ſi tantum duret pro inſtanti, ſicut ſi perpetuò. Sicut ſi rationale ſit ratio formalis, quòd riſibile conueniat homini, ita erit ratio formalis inhærendi, ſi homo duraret per horam, ſicut ſi perpetuò. Si eſt aliud ab exiſtentia angeli, aſſignetur: non videtur poſſe aſſignari, & quodcunque aſſignetur, tunc talis menſura ineſſet angelo tantum per aliquid poſterius ipſo angelo, quia illud aſſignabile erit tãtùm poſterius, vt ſupra patuit: tum etiam quia oporteret ipſum probare omne æuiternum eſſe naturaliter perpetuum, cum nihil ſit naturaliter, & ex natura ſua perpetuum ſecundum veram fidem, cum omnia alia à Deo ſint merè contingentia, & poſſibilia ex natura propria, & repugnat Deum poſſe facere aliquid ex natura ſua perpetuum, & neceſſarium. & de hoc ſatis patuit in primo, diſtinct. 2. parte prima, quæſt. prima, diſtinctio. 8. quæſtio. vltima. & ſpecialiter diſtin. 39. vbi improbaui opinionem Thomæ: & oſtendi quomodo reſponſiones iſtius noui expoſitoris non euacuant rationes Doctoris. Cum reſpondet ad rationem Doctoris, (ſcilicet quæcunque habent vniformem modum manendi, dum manent habẽt menſuram eiuſdem rationis) quòd in ſenſu compoſito eſt manifeſtè falſa. Dico, quòd fortè non vidit diligenter quæ Doctor dicit: vult enim Doctor, quòd illa, quæ habent eundem modum exiſtendi, ſcilicet permanenter, vel ſucceſſiuè habeant menſuram eiuſdem rationis, patet quia ſucceſſiuè per ſe, vt omnes motus tantum menſurantur tempore, cum tempus ſit menſura motus ſecundum prius, & poſterius, vt patet quarto phyſicorum. Et omnia permanentia habent eundem modum exiſtendi, & generalem, quia omnia ſunt entia, quorum exiſtentiæ ſecundum ſe totas verè permanent, ita quòd vna pars non ſuccedit alteri. Aliquæ verò habent exiſtentiam permanentem, ad quam ex neceſſitate naturæ concomitatur indefectibilitas, & talis tantum ex natura menſuratur ęternitate, vt exiſtentia diuina, quæ eſt ratio formalis, quare talis indefectibilitas conueniat ei, & ſimiliter quare talis menſura conueniat ei. Aliqua verò habent exiſtentiam, ad quam ex natura ſua neceſſariò concomitatur defectibilitas, & ſtatim deſinerent eſſe, niſi conſeruarentur à cauſa extrinſeca, & ſic omnia permanentia quæcunque ſunt illa, vel ſaltem illa, quæ non per motum acquiruntur, vt ſunt omnes ſubſtantiæ habent hunc eundem modum ſpecialẽ, ſcilicet quòd ſunt exiſtentiæ permanentes defectibiles, & ſic menſura eiuſdem rationis menſurarentur: dico ergo, quòd ſi etiam propoſitio accipiatur in ſenſu compoſito, quòd eſt vera, & eſt ſenſus: quæcunque habent ſimilem modum exiſtẽdi, dum exiſtunt menſurantur mẽſura eiuſdẽ rationis, quia vt ſic habent eandem rationem formalem, propter quam conuenit eis talis menſura. Et quod dicit de primo Perhier. conceditur propoſitio in ſenſu compoſito eo modo, quo expoſita eſt in primo, diſt. 39. & ſic omnia entia, dum ſunt neceſſariò ſunt, loquẽdo de neceſſitate ſecundum quid tantum, & nõ abſoluta, vt ibi diffuſè expoſitum eſt. Sic dico in propoſito de iſta propoſitione. Sicut etiam dicimus de illa propoſitione, homo dum eſt, neceſſariò eſt riſibilis, quia dũ eſt, habet rationem formalem quare riſibilitas inſit. Sic quæ habẽt ſimilem modum exiſtendi, dum actu exiſtunt tali menſura menſurantur. Et cum dicit, ꝙ Doct. non loquitur, nec ponit ea ad hunc ſenſum. i. compoſitum negatur, immò patet, quòd ponit eam abſolutè tam in ſenſu compoſito, quàm diuiſo, immo magis in ſenſu compoſito, vt patet intuenti. Et cum infert, ꝙ nec etiam eſt vera

Ex vno impoſſibili poſſunt plura impoſſibilia ſequi.

Quomodo dictum Doctoris maneat in ſuo robore.

Quomodo Angelus ex natura ſua ſit defectibilis.

Nihil eſt, (excepto Deo) naturaliter perpetuum, ſecundũ Theologos.

Caietanus non vidit diligenter Scotum.

Quarto phyſic. cõt 101.

in ſenſu diuiſo diſtinguendo de modo manendi, vel penes neceſſarium,& poſſibile,&c. patet reſpondẽdo ex ſupradictis. ſ. quòd mẽſura talis conuenit enti ratione ſuæ entitatis exiſtentis,& non rõne neceſſarij, nec poſſibilis, nec ratione defectibilis, vel indefectibilis, ita ꝙ talia ſint rationes formales, quare talis menſura competat eis. Sed bene dicimus, quod ęternitas conuenit diuinæ exiſtẽtię ratione talis entitatis, ad quam neceſſariò concomitatur ex natura rẹi indefectibilitas. & ſic patet quomodo non percipit rectẽ mentem Doct. Et ſic intelligit Doct. apparet ex ſupradictis, quomodo eius impugnatio nihil ſit contra Doct. Et ex his patet, quomodo reſponſio huius ad rationes Doct. nihil concludant, nec oportet aliter eas impugnare.

Rationes Caietani contra Scotum nihil concludunt... Contra opinionem Caietani.

¶Ad illa, quæ dicit reſpondendo ad rationem factam contra ſecundam propoſitionem. Iſta opinio multa dicit quæ non videntur vera. Primò cũ dicit, ꝙ tale tempus diſcretum ſm Tho. non eſt de prędicamento quantitatis, ſed tranſcendens, hoc vr̃ omninò irrationabile. Tum quia menſurata, vt operationes angelorum non ſunt tranſcẽdẽtes, cum ſint de prædicamento qualitatis, ergo nec menſura earum, cum mẽſura, & menſuratum ſint vnigenea ex decimo metaph. Tum quia ipſa expreſsè dicit, ideo tempus tale eſt diſcretum, & tranſcendens, quia & motus menſuratus eſt tranſcendens, qui motus eſt ſucceſſio operationis ſpiritualis ad aliã: quia quęro quomodo accipiat iſte motum illum diſcretũ: aut accipit tantum pro illa ſucceſſione, qua vna operatio ſuccedit alteri, ſicut poſterius ſuccedit priori, & ſic talis ſucceſſio diſcreta menſuretur per ſe tẽpore diſcreto, aut accipit illum motũ pro illis operationibus ſibi inuicem ſuccedentibus, alius modus non vr̃ poſſe dari. Non primo. Tũ quia illa ſucceſſio aut nihil eſt, aut ſi eſt aliquid eſt tantum ens rationis, cũ cũ ibi nõ ſit aliquid ex natura rei continuans ipſam, modo ſi menſuratum eſt vnigeneum mẽſurę, ſequitur, ꝙ cum menſura ſit realis, & menſuratũ ſit reale. Si dicatur, ꝙ talis ſucceſſio eſt relatio prioris ad poſterius ſuccedens priori, & ſic eſt realis. Sed hoc nihil eſt, quia talis relatio eodem modo mẽſuraretur, quo, & aliæ relationes. Tum etiã quia relatio realis actualis ſemper eſt inter extrema realia actu exiſtẽtia, vt patet, ſed talia extrema actu ſimul dari non poſſunt, patet, quia poſterius ſuccedit priori, ſic ꝙ quando poſterius eſt, prius non eſt, aliter vnum nõ propriè ſuccederet alteri. Tum ſecũdò, ſi accipitur ſucceſſio formaliter, quæ eſt inter priorẽ operationem, & poſteriorem menſurari tempore diſcreto, quæro qua mẽſura mẽſuraretur exiſtẽtia operationis in ſe, cum verẽ ſit menſurabilis, aut ęuo, aut tpe diſcreto. Si primò, habetur propoſitum. Si ſecũdo, ergo erũt duo tempora diſcreta alterius, & alterius rationis, patet, quia operationis exiſtẽtia habet eſſe permanẽs, & ſucceſſio illa habet tm̃ eſſe ſucceſſiuũ, modò permanẽtis formaliter, & ſucceſſiui formaliter eſt menſura alterius, & alterius rationis. Si accipitur ſecundo. ſ. ſucceſſio talis pro operationibus ſpiritualibus, ſic ꝙ vna mẽſuretur vno inſtãti tpis diſcreti, & alia alio inſtãti eiuſdem temporis, ex quibus inſtantibus conſtituitur tempus diſcretũ. Contra. Tum quia illę operationes nõ ſunt tranſcendẽtes: ergo nec menſura earum, vt dixi ſupra. Tũ quia ſi tales operationes mẽſurarentur tpe diſcreto, quia vna ſuccedit alteri, ita vr̃, ꝙ viſiones noſtræ (cum habeant ſimilem exiſtẽtiam, vt patet: nõ enim fiũt ſucceſſiuè, ſed ſunt ſimul totę, cũ ſint indiuiſibiles) mẽſurẽtur tpe diſcreto, quia vna ſuccedit alteri. Et idẽ dico de aliis operationibus noſtris. Si vis dicere, ꝙ operationes angelorum ſpirituales ſint alterius rationis. Hoc parum valet. Tum quia alterius, & alterius obiecti ſpecie diſtincti eſt alia, & alia intellectio ſpecie diſtincta, & ſic alterius rationis, ergo darẽtur menſuræ alterius rationis, ꝙ eſt abſurdum. Tũ quia viſiones noſtræ habent ſimilem modum exiſtendi, & vna immediatè ſuccedit alteri, & ſunt æquè indiuiſibiles, nec acquiruntur per motum continuum, cum non ſint formæ acquiſibiles per motum, quia nec quantæ, ſed ſpirituales, vt aliàs patebit. Item arguo contra hunc modum, quia huiuſmodi operationes mẽſurantur tpe diſcreto, quia vna immediatè ſuccedit alteri, & habent eſſe permanẽs, & indiuiſibile, &c. quęro de formis ſubſtantialibus, quarum vna immediatè ſuccedit alteri in eadem materia, vt patet, quia in eodem inſtãti, quo corrumpitur vna forma in materia ſuccedit alia, & ſunt formæ ꝑmanentes, non habẽtes partem, & partem in ſe, cum nõ ſint nec compoſitæ, nec quãtæ, nec acquiruntur per motũ, vt patet, qua igitur menſurabuntur. Non tpe continuo, quia illud menſurat per ſe continua ſucceſſiuè, vt patet 4. phyſ. Si tpe diſcreto, hoc eſt cõtra te, qui negas ſubſtantiam defectibilẽ menſurari tpe diſcreto: oportet ergo aſſignare aliam rationẽ, quare videlicet operationes ſpirituales angelorum mẽſurentur tpe diſcreto. Et cum dicit, ꝙ quia illę operationes ſint inſtantaneæ ſm ſe, quia quælibet eſt tota ſimul, & vna immediatè ſuccedit alteri. Hoc idẽ patet de intellectionibus noſtris. Nec valet recurrere ad fantaſmata, qa ſi nõ poſſunt haberi immediatè, niſi prius fantaſia habuerit actũ ſuum, tñ habet à ſpecie intelligibili in intellectu poſſibili virtute intellectus agentis, & fantaſmatis, vt patuit in primo Doct. diſt. 3. q. pen. tũc intellectio indiuiſibiliter cauſatur nõ concurrente fantaſmate, vt ſupra probatũ eſt in primo Doct. diſt. 3. q. 7. & alibi. Tum etiã poſito, ꝙ tales operationes haberent̃ virtute fantaſmatum: adhuc ſequitur, ꝙ eadem menſura, vel ſimul menſurentur, ꝙ patet, quia in ſe, & ſm ſuũ eſſe ſunt indiuiſibiles, & ex natura ſua inſtantaneę, & totæ ſimul, & ſibi ſuccedentes: ergo ſequitur propoſitum, nõ valet dicere, ꝙ habeantur miniſterio fantaſmatũ, quia reſpectus ad aliud, & aliud agẽs, ſiuè reſpectus ad aliud, & ad aliud, abſolutè non variant naturam rei. Etiam multæ intellectiones angelorũ cauſantur partialiter ab iſtis inferioribus, vt patet infra in iſto ſecundo, diſt. 3. q. 11. ſiuè vltima, & tamen nõ negaretur illas menſurari æuo, ſecundùm Doctorem, & ipſi haberent concedere, quòd adhuc menſurarentur tempore diſcreto.

Decimo metaphyſ. contex 4.

Relatio realis ſemper eſt inter extrema realia. vide Scotum in 6. q. quolib. ar. 1.

¶Item cum dicit, quòd tales operationes habent ex natura ſua tantum eſſe inſtantaneum: hoc parum valet ad propoſitum ſuum, quia etiam omnia permanentia quæcunque ſint illa, ex ſua natura habent eſſe inſtantaneum, & ſtatim deſinerent eſſe, niſi potenti manu Dei conſeruarentur pro quolibet inſtãti, vt aliàs patebit. Et multa alia poſſent adduci, quę breuitatis cauſa omitto.

Omnia permanentia deſinerent eſſe, niſi potenti manu Dei conſeruarentur.

¶Et quod addit, ꝙ quia operationes intellectus ſunt naturaliter priores, & ſimpliciores operationibus voluntatis erit vnum tempus omnium huiuſmodi temporalium, quod eſt primò menſura operationum ſuccedentium in intellectu primi angeli, & ex conſequenti, & extrinſecè erit menſura aliarũ operationum tam ſuarum, quàm aliorum ſpiritualium, &c. Certè miror, quòd iſte dicat huiuſmodi ad mentem Thomæ, cum Thomas talia non dicat, vt patet intuẽti Thomam. Tum etiam oporteret eũ probare, ꝙ operationes intellectus angelici ſint ſimpliciores operationibus voluntatis, cum ſint æquè indiuiſibiles, & nullo modo compoſitę. Nec iſte reſpectus prioritatis facit ad propoſitum eius, quia quæritur tantum de operationibus in ſe abſolutè. Tum etiam mirum eſt, quòd iſte dicat, ꝙ operationes

Lychetus valde miratur de iſto viro.

nes voluntatis angeli menſurentur extrinſecè mēſura, qua intrinſecè menſurantur operationes intellectus angelici, cum ſint in ſe formaliter ita indiuiſibiles,& adinuicem ſuccedētes & ita ſpirituales,& fortè,& ſine fortè perfectiores, vt probabitur dño duce in 4.diſtinctione quadragemanona. Mirum etiam eſt, quòd non habeant formaliter, & intrinſecè menſuram, tum etiam omnes motus particulares,& ſi menſurentur tempore vniuerſali extrinſecè,menſurantur tamen ſuo tempore particulari, & intrinſecè, vt patet. multo fortius iſtæ operationes menſurabūtur tempore diſcreto formaliter, & intrinſicè. Et vltra ſi menſura perfectiot menſurat alia imperfectiora extrinſecè magis erit dicendum, quòd menſura operationum voluntatis erit menſura extrinſeca reſpectu operationum intellectus, quia ſi menſuratum perfectius, & menſura erit perfectior,& ſimplicior etiā ſecundum iſtum nouum expoſitorem, vt ſupra patuit.Cum ergo voluntas angeli ſit valde nobilior, & excellentior intellectu ipſius angeli, vt probabitur in quarto diſtinctione quadrageſimanona, ſequitur quòd eius operationes ſint etiā perfectiores,& ſic patet intentum.

Multa dicit iſta vir ante quam ſoluat rationes doctoris.

¶Ad illa quæ dicit reſpondendo ad rationes doctoris contra tertium articulum. Dico primo, quòd multa dicit antequam ſoluat rationes doctoris,quæ non videntur vera. Primo de illa æternitate participata,quę ponitur menſura operationis beatę,quę operatio pertinet ad eſſe diuini ordinis non videtur verum. Tum quia ſunt multa alia, quæ hoc modo pertinent adeſſe diuini ordinis, patet de cognitione Dei, quam habuerunt angeli ſub ratione propria deitatis, & hoc ante eorum beatitudinem, & tamen talis cognitio non menſurabatur æternitate participata, patet quia ipſi volunt, quòd operatio intrinſeca angeli non beata menſuretur tempore diſcreto, vt ſupra patuit, & quòd talis cognitio ſit ſiuè pertineat ad eſſe diuini ordinis patet,quia tale eſſe non eſt connaturalę creaturæ factæ,vel factibili (vt ipſe exponit eſſe diuini ordinis) patet,quia talis cognitio non poteſt haberi via naturali. Similiter quærendum eſſet de cognitione,quam habuerunt, vel habere potuerunt ante beatitudinem de futuris cōtingentibus, quæ tantum cognoſci potuerunt per diuinam reuelationem quomodo menſurabatur: non æternitate patet,quia talis cognitio ante beatitudinem non fuit beata, etiam poſito, quòd illam habeant in beatitudine, adhuc talis non poteſt dicit beata, vt patet à Doct. in quarto diſtinctione decima, & quadrageſimaquinta,quæſtione vltima. nec menſurabatur tempore diſcreto,patet quia talis cognitio nulli creaturæ eſt connaturalis. Secundo dicit,quòd æuum eſt menſura eſſe immutabilis,ſcilicet naturalis ordinis, hoc improbatum eſt ſupra vt patuit. Item videtur ſimpliciter, quòd operatio beata ita menſuretur æuo, ſicut & non beata, & poſſent adduci rationes factæ ſupra pro operatione intrinſeca angeli. Sed quidquid ſit de iſtis iſte tamen expoſitor non euacuat rationes Doct. contra Thom. Cum primo dicit, ꝙ talis viſio eſt immutabilior æuiterno. quia minor mutatio ſufficit ad non eſſe operationis beatæ, quàm ad non eſſe ſubſtantiæ angeli, quia hæc exigit anihilationem, illa non. hoc non videtur quia ita illa eſt Michaelis, ſicut & ſubſtantia angeli, quia ex quo dicit eſſe diuini ordinis non deſinit eſſe,niſi per anihilationem. Et etiam poſito hoc. adhuc non ſequitur, quód ſit immutabilior, quia hic immutabile accipitur pro eo quòd ex natura tali eſt magis duratiuum, & ſic ponitur ab iſtis eſſe angeli immutabile, quia ex natura ſua habet eſſe perpetuū quale eſſe non habent alia inferiora, & ſic ſimiliter eſſe participatum diuini ordinis dicetur magis immutabile ex hoc, ꝙ ex natura talis eſſe habet durate. quæro modo à te quod eſt magis durabile an eſſe angeli,an eſſe talis operationis? Si dicis ꝙ eſſe talis operationis,quæro à quo hēt, vt poſſit ſic immutabiliter ineſſe,aut ex natura ſua, aut à Deo tantum. Si primo, ergo ſimiliter, & eſſe angeli, quia ex natura ſua habet eſſe immutabile, & perpetuum ſecundum te. Si ſecundo ergo ſicut angelus voluntate diuina poteſt habere tale eſſe immutabile,ſequitur ꝙ menſuretur æternitate participata ille. enim reſpectus ꝙ ſcilicet dicatur beata,ſiuè quòd terminetur ad obiectum beatificum, non videtur cauſa, quare magis menſuretur æternitate, quaſi non terminaretur ad tale obiectum in ſe,quia talis reſpectus non varat exiſtentiam ipſius. cum prius ſit talis in ſe,quàm terminetur ad obiectum, vt patet à doctore in quolibe. quæſtione quartadecima. Similitet non videtur multum ad propoſitū quod dicit, ꝙ ideo eſt immutabilior, quia plura immutabilia continet eminenter &c. & per conſequens debeat menſurari æternitate participata, quia ſi ſic tūc ſequeretur, quòd ſupremus angelus eſſet immutabilior ex natura ſua,quod ipſi non concederent, vel ſi concederent,opottere in eo ponere aliam menſuram à menſura æui, quod eſt omninò inconueniens etiam ſecundum eos. Et plura eſſent hic dicenda, quæ tranſeo breuitatis cauſa.

Caietanus non euacuat rationes Scoti.

Quomodo eſſe Angeli ſit immutabile.

Actus eſt nobilior potentia, verū eſt de aliquo actu, vt anima eſt perfectior corporis.

Et cum dicit ad probationem, ꝙ actus eſt ſimpliciter nobilior potentia, & tamen ſubſtantia eſt ſimplicitet nobilior accidente, & ratione primi, actus intelligendi eſt nobilior materia prima, & ratione ſecundi econtra ita in propoſito &c. Iſta propoſitio non videtur ſimpliciter vera ſcilicet, ꝙ actus ſit ſimpliciter nobilior potentia loquendo de potentia ſubiectiua,quia tunc albedo eſſet nobilior obiecto,cum ſit eius actus accidentalis. Et ſi actus ſit nobilior erit tantum ſecundū quid pro quanto aliqualiter perficit, & ſi ponatur,quòd ſit ſimpliciter nobiliot potentia debet intelligi de potentia obiectiua. Et quomodo actus dicatur prior potentia diffinitione tempore & perfectione vide nono methaphiſice. tex.cōm.13. vſque ad tex. comen.19. incluſiue. Et cum concedit, quòd ſubſtantia eſt nobilior accidēte, & eſſe diuini ordinis nobilius eſſe naturali,hoc nihil eſt,quia ſubſtantia eſt ſimplicitet, & abſolutè nobilior omni accidente, vt patet ſeptimo metaphiſicę tex.comen.quarti. accidens autem non poteſt dici ſimpliciter, & abſolutè perfectius aliqua ſubſtantia,ſed tantum ſecundum quid,puta quia aliqualiter perficit, vel quia vnit obiecto perfectiſſimo, ſicut viſio beata. Et ideo ſtat ratio Doctoris,quòd cum eſſe æuiterni vt eſſe angeli ſit ſimpliciter perfectius ipſa operatione beata, ꝙ ſi ipſa menſuratur æternitate, ꝙ magis eſſe ipſius angeli,vel ſi eſſe angeli menſuretur æuo,ꝙ etiam operatio beata.

¶Ad illud,quod dicit negando ſubſtantiam operationis beatæ menſurari æuo, ꝙ ſubſtantia operationis,& eius perfectio vna res numero ſunt, & eadem menſurantur menſura: quæro quid accipit pro ſubſtantia operationis? aut accipit ipſam operationem abſolutè, aut ipſam cum illo reſpectu, quo dicitur beata. Si primo illa ſecundum te menſuratur inſtanti temporis diſcreti. Si ſecundo tunc erit vnum ens per accidens, & ſic non erit eius per ſe aliqua menſura. Deinde quæro de illa perfectione, qua dicitur beata, aut eſt aliquid intrinſecum, & de eſſentia illius, aut extra eſſentiam

tiam illius, & tantum accidens ei. Non primum patet, quia operatio ex hoc dicitur beata, quia terminatur ad obiectum beatificum, & vt ſic includit relationem ad illud, & relatio non eſt de eſſentia abſoluti, vt patet, operatio autem eſt qualitas abſoluta, vt probat Doctor in quoli. q. 13. Si ſecundo ergo ſtat argumentũ Doctoris, ꝙ talis ſubſtantia operationis erit immutabilior tali accidente, ſine tali perfectione adueniente ſibi. Nec valet dicere, quòd talis perfectio non ſit ei accidens, ſed quæritur differentia adueniens generi. hoc eſt. n. manifeſtè falſum, quia quæro cui generi aduenit? Si operationi tali. ergo ſub illa operatione conſtituitur aliqua ſpecies perfectior tali operatione, & ſic operatio beata erit vna per ſe ſpecies, quod non videtur, tum etiam quia (vt dixi) talis perfectio, qua operatio dicitur actu beata eſt relatio (vt dixi) talis non aduenit generi de genere abſolutorum, vt differentia contrahens. Ex his patet ad alia, quç ſequuntur, & præcipuè ad illa, quæ dicit reſpondẽdo ad rationes contra quartam propoſitionem patet ex his, quæ dixi reſpondendo ad illa, quæ ipſe dicit ad ſecundam propoſitionem, & ad primam.

Quomodo operatio dicatur beata.

QVIDAM nouus expoſitor primæ partis Sancti Thomæ in prima parte. quæſtione decima, articulo ſexto, ſiuè vltimo, reprehendit Scotum ponentem primum æuiternũ non menſurari æuo. vnde ſic dicit Ad euidentiam igitur huius, ſcito ꝙ æuiternum non menſuratur æuo ſiuè intrinſecè ſiuè extrinſecè per modũ quãtitatis continuæ, aut ſucceſſiuæ, aut etiã diſcretæ, ſed per modũ vnitatis, quoniã æuum eſt indiuiſibile, & totum ſimul. cum enim æuum ſit vnitas immutabilis vitæ immutabilitati coniunctæ, quanto aliquod immutabile minus eſt immutabilitati coniunctum, tanto eſt immutabilius, & minus cõpoſitum, ac per hoc ſimplicius, ac conſequenter magis vnum: ſupponimus autem nunc, quòd æuiternum quanto inſe rius tanto pluralitati maiori coniunctius eſt: vnde & habet ſpecies vnius vniuerſales, & operationes minus ambientes locorum, aut corporum, & propterea ſupremum æuiternum tanquam maximè immutabile inter immutabilia ſic, ideſt immutationi iuncta, eſt maxime vnum & conſequenter ex natura ſua habet vnde per acceſſum, & receſſum ab eo cætera æuiterna, vt ſic menſurantur extrinſecè.

Caietanus nouus expoſitor D. Thome. reprehẽdit Scotum.

¶Ad Scotum ergo negatur minor ſcilicet nihil eſt notius ex natura rei primo æuiterno. Dico nanque, quòd çuum exiſtens in primo æuiterno, ſiuè ſit eius ſubſtantia, aut exiſtentia, ſiuè non, eſt notius in ratione menſuræ ipſa æuiterni ſubſtantia, vt immutabilis, quoniam æuũ nihil aliud eſt, quàm vnitas, per modum menſuræ talis immutabilitatis, ac per hoc ipſum çuum eſt ipſa vnitas formaliter, cui primo debetur ratio menſuræ, vt patet quarto, & decimo metaphiſicæ. Subſtantia autem ſic immutabilis eſt denominatiuè vna, & hanc denominationem importat ly æuiternum, conſtat autem vniuerſaliter, quòd id, quod eſt formaliter tale, eſt notius, & certius ex natura rei eo, quod eſt denominatiuè tale. quamuis igitur ſubſtãtia angeli ſit ſimpliciter notiſſimum omnium, quæ in eo ſunt, æuum tamen in genere, ſeu in ratione menſuræ eſt notius illius ſubſtantia. ſicut quamuis ſubſtantia corporea ſit notior ſecundum ſe quantitate, in genere tamen menſuræ quantitas eſt notior ſecundum ſe, hæc ille nouus expoſitor.

Aeuũ nihil aliud eſt, quàm vnitas per modum menſuræ talis immutabilitatis.

¶Reſpondeo, & dico primo, quòd nõ benè perſcrutatus eſt verba Doctoris ſubtilis. primo enim dicit diſtinctione ſecunda, quæſtione ſecunda, articulo vltimo, quod non apparet neceſſitas ponẽdi aliquam menſuram intrinſecam aliam realiter ab exiſtentia angeli, quia talis menſura eſſet poſterior exiſtentia angeli, vt patet, & ſic ſi angelus non poſſet eſſe ſine tali menſura intrinſeca, tũc eſſet idem realiter, vt probat vbi ſupra articulo primo contra Henri. Si verò poteſt eſſe ſine tali menſura, ergo non eſt neceſſe ponere talem menſuram in exiſtentia angeli.

Iſte vir non bene perſcrutatus eſt verba Scoti.

¶Nec valet dicere, quòd talis mẽſura ſit eadem realiter cum exiſtentia angeli quia menſura eſt realiter aliud à menſurato, cum ſit certior ipſo menſurato, vt dicit Doct. in quæſtione tertia, & ſic non apparet talis neceſſitas ponendi æuum menſuram intrinſecam exiſtentiæ angeli, vt dicit Doct. in quç ſtione ſecunda, & tertia, & ſic negatur æuum, vt menſura non tantum à primo angelo, ſed etiam ab omni angelo.

¶Et ſi iſte nouus expoſitor intendit improbare Doct. de huius modi menſura quaſi Docto. neget eam à primo angelo tantum, & non ab alijs angelis, patet quomodo non percipit nec verba, nec mentem Doct. cum ipſe Doct. neget eam ab omni exiſtentia angelorum.

Caietanus non percipit mentem Doctoris.

¶Si verò iſte expoſitor intendat probare æuum eſſe menſuram intrinſecam reſpectu exiſtentiæ angelorum ſic, quòd talis menſura neceſſariò conueniat exiſtentiæ angelorum tunc habet ſoluere rationes Doct. quia aut ponitur eadem realiter, aut diſtincta realiter, & poſterior exiſtentia angeli. Non primo quia omnis menſura realiter deſtinguitur à menſurato. Non ſecundo quia tunc exiſtentia angeli poſſet eſſe ſine ipſa, & ſic non eſſet ſimpliciter neceſſaria.

¶Si verò iſte expoſitor intendat loqui de æuo prout Doct. loquitur diſtinctione ſecunda, quæſtione tertia, ſecundum ſecundum, & tertium modum ſcilicet, quòd æuum ſecundum ſecundũ modum accipiatur, pro qualibet exiſtentia ſuperiori, & ſimpliciori, & ſic quælibet exiſtentia ſuperior, cum ſit perfectior, vt nata certificare de exiſtentia inferiori, erit menſura extrinſeca exiſtentiæ inferioris. Vel tertio modo ſcilicet, quòd æuum dicatur illa exiſtentia ſimpliciſſima, quç ex ratione ſua formali, & in ſe eſt certiſſima, & primò nota, nata certificare de alijs, & ſic prima exiſtentia ſupremi angeli poteſt dici æuum reſpectu aliarum exiſtentiarum inferiorum angelorum. Et ſic vtroq; modo accipit Doct. æuum pro exiſtentia ſimpliciori angelorum.

¶Et ſic patet, quòd loquendo de æuo iſtis modis, quòd in ſupremo angelo nullum ſit æuum, patet, quia nulla exiſtentia alterius angeli eſt ſuperior, & ſimplicior, quia tunc exiſtentia ſupremi angeli non eſſet ſimpliciter ſuprema.

Quomodo in ſupremo Angelo nullũ ſit æuum.

¶Et ſic patet quomodo iſte in vanum laboret inexponendo quæ dicit, & in reſpondendo rationi Doct. quam certè non percipit, cum ignoret ad quem ſenſum faciat illam. Illa enim ratio ponitur à Doct. vbi ſupra quæſtione ſecunda, & probat ꝙ non apparet neceſſitas ponendi æuum, vt menſuram intrinſecam reſpectu cuiuſcunque angeli, & non facit præcisè de ſupremo angelo, vt patet intuenti literam.

¶Aduerte etiã quòd iſte nouus expoſitor multa dicit, quæ in ſe videntur omninò falſa.

¶Quod dicit de æuo, ꝙ eſt vnitas indiuiſibilis habet probare, & reſpondere ad rationes factas in prima quæſtione pro opinione Bonauenturæ, quas non ſoluit, nec memoriam de eis facit.

¶Et ſimiliter habet probare, quòd æuum ſit tantum vnitas indiuiſibilis, & nõ aliquod ens de quo verificetur vnitas talis.

¶Et

10 metaph. cap.3.

¶ Et quod dicit ſecundum philoſophum decimo metaphiſicę, quòd menſura eſt tantum vnitas, legat diligentius tex. philoſophi, & inueniet ibi quomodo non ponitur ipſa menſura tantum vnitas, ſed aliquid, cui conuenit vnitas. Et vide quæ expoſui in primo Doc. diſtinctione octaua, quæſtionę ſecunda, vbi oſtẽditur, & ſecundum verba, & intentionem Ariſtot. ꝙ menſura non accipitur tantum pro vnitate.

IN iſta quæſtione quarta occurrunt aliqua dubia principaliter circa iſtas quatuor concluſiones.

¶Concluſio prima. Neceſſe eſt eundem actum beatificum eadem menſurâ menſurari, & vt habet eſſe ſupernaturale ab agente primo, & naturale à ſecunda cauſa.

¶Concluſio ſecunda. Operationes intrinſecę angelorum nullo modo menſurantur tempore, ſed tantum menſurantur æuo, poſito quòd menſurentur.

¶Concluſio tertia. Solum illa forma dicitur mẽſurari tempore, ſecundum quam nata eſt fieri propriè ſucceſſiuè.

†Concluſio quarta. Subſtantia generabilis, & corruptibilis tantum pro primo inſtanti ſui eſſe eſſentialiter dependet à generante, & per tempus ſequens à Deo conſeruante.

CONTRA primam concluſionem arguitur primo aut ponitur æuum menſurare actum illum, vt abſolutè ſumptum, aut ſub illis reſpectibus, ſub quibus conſideratur, vt eſt ab agente naturali, vel ſupernaturali. Non primo, quia vt ſic non dicitur ſupernaturalis, quia ſupernaturalitas ſumitur per comparationem ad agens ſupernaturale, vt patet à Doc. in q.1. prologi. Non ſecundo tum quia vt ſic eſt tantum vnum per accidens, cuius non poteſt aſſignari menſura per ſe. Tum quia talis reſpectus primo menſuraretur æuo. patet, quia non dicitur beatificus, niſi vt ſupernaturalis.

¶Secundo arguitur quia actus beatificus dicitur ſimpliciter ſupernaturalis quia primo, & principaliter ab agente ſupernaturali, ergo & ſic primo, & principaliter menſuratur æuo non autem vt eſt ab agente naturali.

¶Reſpondeo, ꝙ actus ille dicitur beatificus ex hoc, ꝙ terminatur ad obiectum beatificum nõ autem ex hoc, ꝙ eſt ab agente ſupernaturali, vt patet à Doc. in primo diſtin. prima, & vt ſic menſuratur æuo; quòd modo ille actus ſit ab agente ſupernaturali ſiuè naturali non refert, quia menſuratur æuo, vt præciſè eſt talis actus, cui accidit ſic, vel ſic produci. quia tamen in eodem inſtanti habet eſſe tam ab agente ſupernaturali, quam naturali, ideo ſequitur, ꝙ ita erit menſuratus æuo vt eſt ab agente naturali, ſicut à ſupernaturali, & ſic reſpectus naturalitatis nõ tollit à tali actu quin mẽſuretur æuo.

Intellectio Angeli poteſt intendi, & remitti.

CONTRA ſecundam arguitur ſic primo. intellectio angeli poteſt intendi, & remitti vt patet à Doc. in primo, diſt.3.q.3. in 2. diſ.42. ergo poteſt acquiri continuè ſecundum intenſionem, ergo talis acquiſitio intenſiuè menſurabitur tempore.

¶Secundo omnis forma menſuratur tempore continuo, quæ continuè, & ſucceſſiuè acquiritur, ſed intellectio angeli, quæ intenſiuè acquiritur eſt huiuſmodi, quia ipſa producta in aliquo inſtanti per tempus immediatè ſequẽs poteſt intendi ſucceſſiuè ergo.

¶Tertio pono, ꝙ intellectio lapidis fiat ab angelo in inſtanti æui correſpondente inſtanti temporis noſtri, quod dicatur. a. & in alio inſtanti æui fiat intellectio ligni. quæro cui reſpondebit in tempore noſtro aut inſtanti, cui correſpondet primũ inſtans æui, aut inſtanti immediato, aut inſtanti temporis noſtri mediato. Non primo, quia duo inſtantia æui quorum vnum ſuccedit alteri non poſſunt correſpondere vni inſtanti temporis noſtri. Nõ ſecundo, quia tunc darentur duo inſtantia immediatè in tempore noſtro. Non tertio, quia tunc oporteret angelum quieſcere per aliquod tempus in intellectione lapidis, quod videtur inconueniens, ergo correſpondebit tempori immediato inſtanti temporis, cui correſpondebat primum inſtans æui. ergo intellectio ligni acquiritur ſucceſſiuè, & per cõſequens in tempore. Reſpondeo ad primum, ꝙ ſi gradus intenſionis formæ ſint diuiſibiles in ſemper diuiſibilia, vt quidam tenẽt, ꝙ talis intellectio poterit acquiri per motũ, & ſucceſſiuè, & ſic menſurari tempore, niſi dicatur ſupplè, ꝙ motus ille, quo intenſiuè acquiritur ſit verè ſucceſſiuus, & ſic menſuretur tẽpore, licet intellectio acquiſita menſuretur æuo, cum habeat eundem modum exiſtendi, ſicut exiſtentia angeli.

A quo cauſatur motus.

¶Dico tamen, ꝙ motus propriè ſecundum philoſophũ ſit, ſiuè cauſatur ex diuiſibilitate, vel ſubiecti mobilis, vel ſpacij alicuius, vt patet à Doc. inf. q.9. & in quolq.11. ita ꝙ partes talis diuiſibilis verè continuantur alio, & alio indiuiſibili, modo forma, & præciſè accepta ſecundum intenſionem, & ſi habet gradus; non tamen partes. & poſito etiam, ꝙ quilibet gradus ſit diuiſibilis in infinitum, non tamen conſtat, ꝙ vnus continuetur alteri per aliquod indiuiſibile, quia tale non videtur poſſe aſſignari, & quomodo dicatur motus intenſionis patebit infra. Si verò dicatur, ꝙ quilibet gradus intenſionis ſit indiuiſibilis intenſiuè, ſi acquiritur in ſubiecto indiuiſibili, acquiſitio ſecundum vnum gradum menſurabitur inſtanti æui, vel correſpondente vni inſtanti temporis noſtri, vel alicui parti temporis noſtri. Exemplum primi, ſi intellectus angeli quieſcat per horam ſub priuatione intellectionis lapidis poterit in inſtanti æui correſpondente vltimo inſtanti illius horæ eſſe ſub intellectione lapidis. Exemplum ſecundi ſi quieſcat etiã in vltimo inſtanti illius horæ, tunc in inſtanti æui correſpondente tempori immediato ad vltimum inſtans horæ poterit eſſe ſub intellectione lapidis vnius gradus intenſionis, & ſi poſt intendatur ſecundum alium gradum, adhuc in inſtanti æui correſpondente inſtanti temporis noſtri, vel alicui parti tpis noſtri poterit eſſe ſub ſecundo gradu. Exemplum primi. Si primus gradus acquiratur in inſtanti temporis noſtri, ſecundus gradus nõ acquiritur in inſtanti immediato, ſed vel in tempore immediato, vel in inſtãti mediato, & ſi acquiritur in inſtanti mediato oportet quieſcere per tempus intermedium. Si verò primus gradus acquiratur in inſtanti correſpondente tempori noſtro, ſecundus gradus poterit acquiri in vltimo inſtanti illius temporis, & tertius gradus poterit acquiri in tempore immediato, vel in inſtanti vltimo illius temporis, & tunc oportet quieſcere per illud tempus medium, & ſic de alijs gradibus, ſi ſucceſſiuè acquirantur, ſed nunquid poteſt continuè intendi, puta vſq; ad octo gradus, ita ꝙ nulla quies media, vel quaſi quies interponatur? Dico ꝙ ſi acquirantur octo gradus in 8. inſtantibus æui ſibiinuicem ſuccedentibus, tunc oportet ſic ponere, ꝙ primum inſtans æui correſpõdeat alicui inſtanti temporis noſtri, & ſecundum inſtans æui alicui parti temporis immediatè ſequentis, & tertium vltimo inſtanti illius partis temporis, & quartum inſtans alij parti temporis immediatè ſequentis vltimum inſtãs alterius partis, & ſic deinceps. Si verò primũ inſtans æui correſpondeat alicui parti temporis. Secundũ inſtãs æui correſpõdebit vltimo inſtãti illius temporis,

Exemplum primi. *Exemplum ſecundi.*

poris, & tertium inſtans æui correſpondebit tempori immediatè ſequẽti, & ſic deinceps. Et hoc modo æuum continuatur cum aliquo toto tempore noſtro, non enim quando inſtantia æui continuantur tempori noſtro, puta vnius horæ correſpondẽt præciſè diuerſis inſtantibus illius horæ, quia non immediatis, vt patet, nec mediatis; quia tunc in tempore medio eſſet quies; & ſic inter duo inſtantia æui eſſet quies media correſpondens tempori noſtro medio inter illa inſtantia, quibus correſpondent inſtantia æui, vnum ergo inſtans æui correſpondet præciſè vni inſtanti temporis, & ſecundum inſtans æui tempori immediato. Nec valet dicere, quòd quilibet gradus eſt acquiſibilis in inſtanti, ergo non poteſt acquiri in tempore; quia, vt dicit Doct. in tertio diſtin. 3. anima virginis potuit eſſe in peccato præciſè per inſtans, & in tempore immediato ſub gratia, quæ tamen eſt indiuiſibilis, aliter daretur inſtans immediatum inſtãti. Et quamuis quilibet gradus ſit producibilis in inſtanti. ita quòd agens circa paſſum diſpoſitum poteſt in inſtanti producere gradum. Si tamen producit plures gradus, & non in eodem inſtanti; ſi in tali productione nulla mediet quies neceſſariò habet producere primum in inſtanti, & ſecundum in tempore immediato, vel ſi primum in tempore, ſecundum producet in vltimo inſtanti illius tẽporis, & tertium in tempore immediato, vt dixi ſupra. Et hoc non eſt ex defectu agentis, neque paſſi, quia ſicut agens poteſt producere vnum in inſtanti, ita alium in alio inſtanti. & ſimiliter ſicut paſſum poteſt recipere vnum in vno inſtanti, ita aliũ in alio inſtanti, ſiuè mediato, ſiuè immediato, ſed repugnantia eſt, quia vnum inſtans temporis noſtri nullo modo poteſt eſſe immediatum alteri inſtanti. Si loquamur de intellectione noſtra, & ponamus, quòd acquiratur intenſiuè in tempore, pariformiter eſt dicendum, videlicet, vel quia oportebit quieſcere per aliquod tempus, puta ſi in inſtanti acquiratur primus gradus indiuiſibiliter, & in tempore immediato acquireretur ſecundus gradus indiuiſibiliter, in vltimo inſtanti illius temporis acquireretur tertius gradus indiuiſibiliter, & ſic continuatur talis ſucceſſio, non tamen per motum aliquem, cum ibi nihil acquiratur partibiliter, nec ex parte ſubiecti eſt diuiſibilitas, nec ex parte formæ, cum non ſit partium diuiſio, propter quam ſit ſucceſſio in motu, quia continuum diuiſibile habet partes copulatas per aliud, & aliud indiuiſibile, vt patet de quanto moli. Modo gradus formæ ſi ponantur indiuiſibiles non continuantur adinuicem, quia non continuatur indiuiſibile continuans eos, vt patet. Si ibi non eſt propriè motus, cum continuè acquiritur intenſiuè intellectio ſecundum alium & alium gradum, quomodo talis acquiſitio continua menſuratur tempore, cum tempus ſit menſura motus? Dico, quòd propriè non menſuratur tempore intrinſeco, licet fiat in tempore vniuerſali, ſicut ponendo, quòd Deus in inſtanti. a. creet vnam animã, & immediatè poſt ipſam anihilet, talis anihilatio fit in tempore immediato ad inſtans creationis, & tamen non menſuratur tempore, licet correſpondeat tempori noſtro. Sic in propoſito multa enim fiunt in tempore, ideſt non in inſtanti, quæ tamen non menſurantur tempore. Solus enim motus propriè menſuratur tempore. Si dicatur, ſi gradus ſecundus non menſuratur tempore propriè, ergo nec primus gradus, ſiuè productio illius non menſuratur inſtanti temporis. Concedo, quòd non per ſe menſuratur inſtanti temporis, quia omne tale eſt aliquod mutatum eſſe, quod vel eſt principium vnius partis motus, & finis alterius, vel eſt tantum finis, ſicut eſt vltimum mutatum eſſe alicuius motus.

Anima Virginis potuit eſſe in peccato præciſè per inſtans.

Solus motus mẽſuratur tempore.

¶Ad ſecundum patet ex ſupradictis. Ad tertium ſimiliter patet. Dico. n. ꝙ tale inſtans æui correſpõdet tempori immediatè ſequenti, poſſet etiam correſpondere inſtanti mediatè ſequenti, ſi quieſceret per tempus inter medium, quæ omnia benè. nota & pondera.

CONTRA tertiam concluſionem arguitur ſic, primò ſm qualitatem, puta ſm qualitatem, quæ & caliditas nata eſt fieri alteratio in tempore, & tamen ipſa caliditas non menſuratur tempore. probatur, & pono, ꝙ pũctus de genere quãtitatis poſſit in tempore alterari ſm caliditatem, vt patet à Doc. in ſecũdo diſ. 2. q. 9. & tamen iſta alteratio nõ menſurabitur tempore, nec per conſequens ipſa caliditas acquiſita in puncto. Nam omnis alteratio, quæ tempore menſuratur eſt ſucceſſio continua. Quæro vnde ſit iſta ſucceſſio? Non à puncto, cum ſit ſimpliciter indiuiſibilis, ideo nõ poteſt prius ſecundum vnã partem alterari, & poſterius ſm aliã, non ratione caliditatis, quia vt acquiritur in puncto non habet partes, & partes, quæ continuentur adinuicem, cum hoc ſit tantum ratione quantitatis continuæ, & in puncto nullo modo eſt quantitas, ergo ſucceſſio erit præciſè, quia nata eſt acquiri intenſiuè in puncto, & gradualiter. Et tunc quæro an illi gradus ſint diuiſibiles, aut indiuiſibiles: non primo, quia ſi vnus gradus caliditatis intẽſionis ſit diuiſibilis in infinitum, tũc quilibet gradus eſſet infinitus intenſiuè, quia includeret infinitas perfectiones, cum quilibet, in quos diuiditur dicat perfectionem aliquam. Nec valet dicere, (vt aliqui dicunt) ꝙ ſi diuideretur in infinitum, quorum quilibet eſſet æqualis perfectionis eſſet infinitus intenſiuè, ſed quilibet minor eſt minoris perfectionis, & patet exemplum de quanto continuo, quod eſt diuiſibile in infinitas partes, quarũ quælibet dicit aliquam perfectionem, & tñ non eſt infinitum intenſiuè. Dico ꝙ non eſt ſimile de quanto extenſiuo, quia ſi ponatur intẽſum, vt duo, ita erit in toto ſicut in qualibet parte, ſi ergo ſit diuiſibile in infinitas partes extenſiuè, tamen omnes illę partes præciſè includunt vnum gradum perfectionis: ſicut etiam patet de albedine extenſa quæ intenſiuè eſt ita perfecta in minima parte, ſicut in tota. Sed non eſſet ſic de gradu perfectionali, quia ſi eſſet diuiſibilis ſecundum intenſionem in infinitum maior perfectio eſſet in eo intenſiuè, quàm in alio, in quo diuiditur. Et ſic non videtur, ꝙ quilibet gradus caliditatis ſit intenſiuè diuiſibilis in infinitũ, ſed ꝙ quilibet ſit indiuiſibilis, & ſi hoc concedatur, ergo caliditas illa non eſt nata acquiri in puncto ſucceſſione cõtinua. patet quia illi gradus ſunt indiuiſibiles, & non cõtinuantur adinuicem, quia continua ſunt, quorum vltima ſunt ſimul. indiuiſibile non habet vltimũ, vt patet, & vltra oporteret inuenire aliud indiuiſibile cõtinuans, qđ ſit principiũ vnius gradus & finis alterius. ergo calor in pũcto nõ poteſt acquiri motu cõtinuo, & ſucceſſiuo. & ſi acquiritur eodẽ modo acquiritur ſicut intellectio intẽſiuè acquirit̃, vt dixi ſupra, & tñ eſt forma ſm Doc. ſm quã nata eſt eſſe ſucceſſio, & menſuratur tpe, vt in puncto acquiritur. Nec valet dicere, ꝙ ſi punctus eſſet ſeparatus à quantitate nõ poſſet ſic alterari, q̃a indiuiſibilis. patet quia nec angelus põt calefieri, quia hmõi qualitates natæ ſunt recipi in quãto. Dico ꝙ nõ eſt ſimile, q̃a angelo repugnat, quia ſpiritus. oĩs forma corporalis, cuiuſmodi eſt oĩs forma, cui nõ repugnat extẽſio quãtitatiua, nõ ſic repugnat puncto de genere quantitatis, ꝙ ſaltẽ in ipſo acquiratur intenſiuè, licet non extenſiuè.

Reſponſio aliorum.

Cõtinua ſũt illa, quorum vltima ſunt ſimul.

¶Secundo

¶Secundo arguitur, quia quātitas eſt forma, ſecundùm quam poteſt fieri ſucceſſio, vt patet. quia diuiſibiliter poteſt acquiri, & tamen non menſuratur tempore, nec inſtanti temporis. primum patet, quia talis ab agente perfecto poteſt in inſtanti induci in paſſum. ergo ſicut inductio non menſuratur tempore, multominus nec eius eſſe, & tñ ponitur à Doc. menſurari tpe, quia in paſſo poteſt ſucceſſiuè acquiri. Secundum patet, quia quod menſuratur per ſe inſtanti temporis, ponitur per ſe terminus, & hoc, vel vltimus, vel intermedius alicuius ſucceſſionis. exemplum de vltimo mutato eſſe, & de mutatis eſſe intermedijs. hoc patet à Doc. vbi ſupra. ſed talis acquiſitio non eſt per ſe terminus motus, vt patet, ergo non menſuratur inſtanti temporis. nec ſimiliter quantitas acquiſita ſubitò menſuratur inſtanti temporis, quia non acquiritur per aliquod mutatū eſſe, qd ſit per ſe terminus motus.

¶Reſpōdeo ad primum, ꝙ ſi teneatur, ꝙ gradus formæ intenſibilis ſit indiuiſibilis intenſiuè, & ꝙ punctus poſſit alterari ſm aliquam qualitatem, ꝙ talis alteratio continua ſm aliū, & alium gradum non menſurabitur tpe propriè, nec per conſequens qualitas acquiſita. Et tunc dico, ꝙ concluſio Doct. debet intelligi de forma, quæ per motum acquiritur, quod ſit qn̄ qualitas producitur ab agente naturali in aliquo quāto diuiſibili ſecundum partes, quia illud quantum prius ſm vnam partem alteratur, & poſterius ſm aliam, acquiritur. n. extenſiuè in illo quanto, & ſic per motum. quia ergo eius motus menſuratur tempore, ita poteſt concedi, ꝙ etiam talis qualitas menſuretur tempore, præciſè .n. dicitur menſurari tempore, quia motus, quo ipſa acquiritur menſuratur tempore per ſe, quia verò in puncto non acquiritur per motum, ideo non menſuratur tempore propriè.

Quomodo ſit intelligēda concluſio Scoti.

¶Dico ſecundò, quòd omnis forma, quæ quantum eſt ex parte ſua nata eſt acquiri per motum, licet actu non acquiratur per motum, menſuratur tempore, ſaltem potentiali, quia tanto motu nata eſſet acquiri in aliquo quanto.

¶Si volumus etiam dicere, ꝙ per ſe menſuratur tempore actuali, ſaltem extrinſeco, poteſt concedi abſolutè, ꝙ omnis forma, quæ nata eſt acquiri per motum, licet etiam in inſtanti acquiratur, menſuretur tempore, quia fortè non videtur alia menſura poſſe aſſignari. Ex his patet reſponſio ad ſecundum argumentum.

CONTRA quartam concluſionem inſtatur. Primò. ignis generat ignem, ergo poteſt ipſum cōſeruare. antecedens patet, conſequentia probatur, quia non maior virtus requiritur in conſeruādo, quàm in generando. patet quia conſeruare rem eſt eandem producere, vel eadem productione continuata, qua in primo inſtanti fuit producta, vel alia productione, vt ſupra patuit quæſt. 1. præſentis diſtinctionis.

Non maior virtus requiritur in conſeruando, ꝙ in generando.

¶Secundò, quia minus videtur, ꝙ ignis producat ignem de non eſſe ad eſſe, quā ꝙ eundem ignē poſitum in eſſe in aliquo inſtanti ponat in tempore immediatè ſequenti. patet hoc, quia in generando ipſum requiritur maior virtus, cum tranſeat de non eſſe ſimpliciter ad eſſe ſimpliciter, ſed in conſeruando non ſic tranſit vt patet. Tum etiam, quia tranſire à non eſſe ſimpliciter prius natura poſitiuè, eſt maioris virtutis, quàm tranſire à non eſſe tantum negatiuè. hoc patet, ſed generando rem tranſitur à non eſſe ſimpliciter prius natura poſitiuè, & conſeruando tm̄ tranſitur à non eſſe prius natura tantum negatiuè, quia talis negatio actu non ineſt, ſed niſi præueniretur a cauſa ponendo ipſam rem in eſſe, tunc actu ineſſet, ergo.

¶Tertiò inſtatur, & pono, ꝙ Deus in tempore .a. creet ignem, ita ꝙ præciſè creet ipſum in tempore immediato ad aliquod inſtans, & in inſtanti immediatè ſequenti ipſum conſeruet. Certum eſt, ꝙ in tempore illo dicitur tantum creari, quia vt ſic tranſit immediatè à non eſſe ad eſſe, & in inſtanti immediatè ſequenti dicitur conſeruari, vt patet. Hoc caſu poſito arguo ſic. ſit ignis approximatus perfectè igni creato, poteſt illum eundem ponere in illo inſtanti ſequente immediatè illud tempus, ergo, & conſeruare. conſequentia patet, antecedens probatur, quia ſi in illo inſtanti ignis ille non eſſet, & ignis generans eſſet perfectè approximatus materiæ poſſet illum generare, ergo, & nunc cōſeruare.

¶Quartò inſtatur ſic aliquod agens creatum poteſt aliquem effectum corrumpere in illo inſtanti, vel tempore, in quo conſeruatur, ergo præciſè in illo inſtanti, vel tempore poteſt ipſum conſeruare. conſequentia cum antecedente videntur nota.

¶Quinto inſtatur, quia conſeruare rem eſt ipſam poſt primum inſtans, in quo primo accipit eſſe ponere in eſſe. & hoc vel actione continuata, vel alia, & alia actione, vt patet ſupra præſenti diſt. q. 1. & q. 12. quolib. ſed ſunt multa agentia, quæ ſic ſe habent, patet de intellectu, qui continuat intellectionem circa obiectum per horam, ita ꝙ illa poſita in aliquo inſtanti continuatur per tempus immediatè ſequens. Hoc idem patet de voluntate, quæ continuat volitionem. Hoc idē de ſole, qui continuat lumen, ergo iſta non tantum dependent ab agente naturali tantum pro illo inſtanti, in quo primò accipiunt eſſe.

Quid ſit cōſeruare rē.

¶Sexto inſtatur probando, ꝙ non tantum poſt primum inſtans, in quo res generatur dependeat à Deo, & conſeruatur ab ipſo. patet quia agens naturale in illo tempore, quo dicitur immediatè cōſeruari à Deo poteſt illam deſtruere. Et pono caſum, ꝙ ignis in inſtanti .a. generetur, & in tempore immediatè ſequenti ſit aqua (vt inconcupiſcibilis ſaltem virtualiter) perfectè præſens igni genito, ergo in illo tempore poterit aqua ipſum immediatè corrumpere. ſi ſic ergo non immediatè conſeruatur à Deo.

¶Septimo patet per Doc. in 4. diſt. 12. vbi vult, ꝙ ignis non tantum cauſat in ſe aliquos gradus caloris, ſed etiam conſeruat eos, vide ibi.

¶Reſpondeo ad omnes iſtas inſtantias præmittendo aliqua. Primò, ꝙ aliud eſt loqui de ſubſtātia genita, quæ habet eſſe per ſe exiſtens extra ſuam cauſam, & aliud eſt loqui de re genita non habente per ſe eſſe exiſtens, vt accidens. quia primo modo talis res nata eſt præciſè dependere à cauſa particulari pro illo inſtanti, quo accipit eſſe, vt patet de Franciſco genito à Ioanne, qui pręciſè dependet à Ioanne pro illo inſtanti, in quo generatur à Ioāne. Sed ſecundo modo ſunt aliqua accidētia, quæ pręciſè habent eſſe quandiu cōtinuantur in eſſe à cauſa particulari, vt patet de illuminatione, & intellectione, & volitione, quæ dum cauſantur à cauſa particulari ſunt, dum non cauſantur non ſunt. Et loquor de communi lege, quia benè Deus poſſet conſeruare aliquam intellectionem cauſatam à particulari, puta ab aliquo intellectu creato, ipſa cauſa particulari amplius non concauſante.

¶Secundò præmitto, quòd concluſio Doc. tantum intelligitur de ſubſtantia perfecta habente eſſe per ſe exiſtens, quia talis tantum dependet à cauſa particulari pro illo inſtanti, quo generatur à tali cauſa. Vnde ſic dicit. Concedo igitur, quòd primum eſſe ſubſtantiæ generabilis inquantū concomitatur mutationē propriè dictā menſurat̄ inſtanti, ſed nō ſequitur vltra ergo eſſe habitū poſt illud

inſtans menſuratur tempore, quia in primo inſtanti comparatur illud eſſe ad cauſam particularẽ generantem à qua eſt, & poſt illud inſtans non habet dependentiam ad illam cauſam particularem generantem, ſed tm̃ ad primam cauſam conſeruantem, & tunc habet habitudinem vniformem ad illam cauſam cõſeruantem ſicut eſſe angeli. hęc ille.

¶Ex his patet reſponſio ad inſtantias. Ad primam negatur cõſequentia, ad probationem dico, ꝙ in conſeruando ſubſtantiam requiritur maior virtus, quàm in generando tm̃, patet quia in conſeruando eſt ſimpliciter maior dependentia ipſius conſeruati ad cauſam conſeruantem. Et licet cauſa particularis pro quocunq; inſtanti poſſet eandem ſubſtantiam generare, ſi eſſet approximata eidem paſſo, & oĩ impedimento ammoto, tñ poſtquã genita eſt nõ poteſt eadem prius genitam ponere in eſſe, nec actione continuata, nec alia, & alia actione. Et licet etiam poſſit eam corrumpere in aliquo inſtanti, non tñ ſequitur vltra, ꝙ poſſit cõſeruare, ſed ſi aliquid ſequitur forte tm̃ ſequitur, ꝙ poteſt eam generare, ſed poſtquã genita eſt non habet vltra influentiam aliquã circa eam quantum ad ſuũ eſſe. Et per hæc patet reſponſio ad quatuor primas inſtantias, & ſimiliter ad ſextam.

¶Ad alias de intellectione, volitione, illuminatione, & de calore ignis, concedo quòd conſeruantur à cauſa particulari, eo tamen modo, quo cauſa ſecunda nata eſt conſeruare ſuum effectum continuè. ſ. cauſando illum.

Quæſtio Quinta. Diſt. II.

Vtrum Angelus ſit in loco.

Seraphicus Bonauent. 2. ſenten. diſtinct. 2. q. 1. art. 2.
Scotus 2. ſent. diſt. 2. q. 5.
D. Thom. prima parte ſummæ q. 52. art. 1.
Franc. de Mayronis 2. ſent. diſt. 1. q. 6.
Ioannes Bacconitanus 2. ſent. diſt. 3. q. 2.

QVINTO circa ſecũdam partem huius diſtinctionis, vbi tractat Magiſter vbi angeli fuerunt creati. Duo principaliter quęrũtur à Doc. primo vtrum angelus ſit in loco. Et hic non quæritur de loco circunſcriptiuo, quia angelus cum ſit ſpiritualis, & indiuiſibilis non poteſt circunſcribi, ſed de loco diffinitiuo, ſiuè pręſentiali, & eſt ſenſus an eſſentia angeli ſit præſens alicui loco, puta, an ſecundum ſe poſſit eſſe præſens ſoli, vel lunæ, vel monti, vel lapidi. Secundo vtrum angelus requirat determinatum locum, ita ꝙ nec in maiori, nec in minori poſſit eſſe, ſed præcisè in tanto loco. Et includit vtrum poſſit eſſe in loco pũctuali, & vtrũ in quãtocunq; magno loco, & in quãtocunq; paruo.

¶Ad primam quęſtionem dicitur. Hic Doc. primò recitat duas opiniones, quas improbat. Secundò principaliter reſpondet ad quæſtionem primã. prima opinio eſt S. Tho. pri. par. ſum. q. 52. art. 1. & 2. qui dicit, ꝙ angelus præcisè eſt in loco per operationem, & nullo modo per eſſentiam propriam, & probat per auctoritates Damaſceni, quę poſtea ſoluentur.

Opinio Diui Thomæ. Damaſcenus. lib. 3. cap. 13.

¶Contra hanc poſitionem eſt articulus damnatus, & excommunicatus ab epiſcopo Pariſienſi. Nec valet dicere, quòd excommunicatio non tranſeat mare, nec diœceſim. Si tamen fuit articulus condemnatus ſicut hæreticus vbique eſt condemnatus, ſicut hæreticus non auctoritate diœceſani tantum, ſed etiam auctoritate Papæ. Extra de hæreticis, capitulo ad abolendam. vel ſaltem ſententia eſt ſuſpecta quãdo in aliqua vniuerſitate ſolemniter eſt damnata.

¶Ibi autem nolentes verbo ſuſpecto vti videlicet angelum eſſe in loco per operationem &c. Hęc eſt opinio Goth. quolib. 8. q. 13. Iſta opinio dicit, ꝙ angelus eſt in loco, puta in aliquo monte tantum per applicationem, & non per præſentiam ſuã. Sed hæc opinio dicit idem, quod prima opinio, vt patet, quia aut applicatio illa eſt actus primus, aut ſecundus. Non primus, vt patet. Nec ſecundus immanens cuiuſmodi eſt intellectio, & volitio angeli, quia ſicut exiſtentia angeli abſtrahit à loco ita, & operatio intrinſeca, aut talis applicatio eſt actio tranſiens, & ſic dicit idem, quod prima opinio, ꝙ eſt in loco, puta in monte per actionem tranſeuntem circa montem.

Opinio Gothfredi.

¶Ibi. Contra concluſionem huius opinionis. Hic Doct. probat, quòd angelus non dicatur eſſe in loco per operationem, puta, quòd non dicatur ex hoc eſſe in monte tanquam in loco diffinitiuo, quia ibi operatur operatione tranſeunte. Et in probatione, quam facit Doct. reducit Thom. ad contradictionem, quia Thom. in q. illa, An Deus ſit vbique, probat, quòd ſic per hoc quia ſecundum philoſophum ſeptimo phyſic. tex. com. 46. mouens eſt ſimul cum moto, & poteſt mouere omne mobile, ergo eſt in omnibus, & præſens omnibus, quæro quid intendit per hoc concludere aut eſſe præſentem omnibus. i. mouentem omnia, & tunc eſt petitio principij, patet, quia idem eſt principiũ, & concluſio. Nam principium per quod intendit probare Deum eſſe præſentem omnibus, eſt quia mouet omnia, & hæc eſt concluſio. Et vltra nihil eſt ad propoſitum, quia intendit probare immenſitatem Dei, ſecundum quã Deus eſt præſens omnibus, aut intendit concludere illam præſentiam, quæ competit Deo inquantum immenſus, & tunc ex operatione alicubi ſecundum ipſum ſequitur præſentia illa, quę pertinet ad immenſitatem diuinam, quæ eſt Dei inquantum Dei, ita ꝙ prius naturaliter erit præſens inquantum immenſus, quàm inquantum operans, quia immenſitas illa competit Deo inquantum Deus, & concluditur, ꝙ ſit in omnibus per operationem tantum à poſteriori: igitur à ſimili in propoſito prius naturaliter angelus eſt præſens alicui loco ſecundum eſſentiam, quàm ſit præſens ſecundum operationem.

D. Tho. prima par. q. 8. art. 1.

¶Ibi. Confirmatur ratio quia minus videtur de Deo &c. Hæc ratio concludit contra Tho. quia ponit Deum eſſe præſentem in ſe vbi operatur. Et ratio ſtat in hoc. ſi Deus, cum ſit virtutis infinitę nõ agit circa aliquod paſſum, niſi ſit ſibi pręſens, à fortiori angelus non poterit operari circa aliquod, ſi non ſit præſens ſecundum eſſentiam. Sed an Deus poſſit operari circa aliquod paſſum vbi non eſſet præſens, eſt alia quæſtio. Et de hoc vide Doc. in primo diſ. 37. ſed de facto ſic eſt, quòd non operatur circa aliquod, cui perfectè non ſit præſens, cum ſit in omni re per ſuam præſentiam.

¶Ibi. Cõfirmatur etiam, quia ſi actio aliqua &c. Hæc ratio concludit contra Tho. quia ponit, quòd mouens eſt ſimul cum moto, & ideo ſi mouet immediatè eſt præſens, ſiuè ſimul cum moto. Pro clariori notitia pono talem caſum, ꝙ angelus moueat lapidem. quæro tunc aut motio illa, quæ recipitur in lapide, recipitur immediatè ab ipſo angelo, & ſic erit angelus præſens ipſi lapidi, aut recipitur mediatè ita quòd prius recipitur in alio corpore immediatè à virtute angeli, & tunc ipſe angelus erit præſens ſecundum eſſentiam illi alij corpori, aut erit proceſſus in infinitum.

¶Ibi

Scotus deducit D. Thomam ad manifeſtum inconueniens, ſi Angelus eſt in loco per operationem, vt dicit D. Th. ergo quando eſt in cœlo empyreo nõ operatur ꝑ bo. q̃a illud cœlũ eſt immobile: ergo non eſſet in loco, quòd eſt falſum. Reſpondet Caietanus prima parte ſummæ. quæſtio. 52. ar. 1. quòd Angeli in cœlo empyreo operantur, ſed nos latet qualis eſt operatio illa. Cõtra, quẽadmodum cæterorũ Angelorũ operationes, vt ſunt mouere cœleſtia corpora nos nõ latent, ita & illa motio cœli empyrei, ſi daretur nos latere non debet. Secundo cœli. cõtex. 13. & inde

¶Ibi, ſecundo ſequitur, hic Doct. deducit Tho. ad manifeſtum inconueniens, videlicet quòd angelus aliquando, immò frequenter nuſquam erit, patet quia in cœlo empyreo non operatur operatione tranſeunte, cum tale corpus ſit ſimpliciter immobile, & per conſequens, dum eſt in cœlo empyreo non eſt in aliquo loco, quia tantum eſt in loco perte per operationem, immò angelus nunquam erit in cœlo empireo, quia ibi non poteſt eſſe, niſi ſit in loco, & tamen ad placitum ſuum eſt in cœlo illo.

¶Ibi. Item ſi tranſeat de cœlo ad terram, &c. Supponendo, quòd angelus, dũ tranſit de cœlo empyreo ad terram, nõ operetur in locis intermediis: ergo tranſeundo illa media, & ibi non operando, erit præſens illis locis per ſuam eſſentiam, & non per operationem, cum ibi non operetur.

¶Ibi. Præterea tertiò ſi angelus eſt in loco ꝑ operationem. Per hanc rationem Doct. deducit opin. ad hoc incõueniens, videlicet, quòd angelus primò eſſet in toto cœlo, tãquam in loco, patet quia ſimul mouet totum cœlum: primò enim totum mouet: cœlum enim eſt ita proportionatum illi, ꝙ ſi adderetur vna ſtella moueret cum labore, & pœna ſecundum philoſophum. 2. cœli, & mundi, t. com. 71.

¶Si dicas, quòd primò mouet aliquam vnam partem, & ibi eſt, & per motum illius partis mouet aliam partem, quaſi impellendo, vel trahendo.

¶Ibi. Contra hoc licet philoſophus imaginetur illum ruſticum habere caput, & pedes in polis, & brachia extenſa ab oriente vſque in occidentem, vt patet ſecundo cœli, & mundi. tex. comm. 14. ſecundum veritatem. tamen ſi cœlum primum ponatur mobile, & non quieſcens, nullus punctus eſt in cęlo magis oriens, quàm alius, ſed quilibet eſt oriẽs ſucceſſiuè, &c. Hic Doctor intẽdit probare, quòd angelus, qui mouet cœlum aliquod non eſt primo in aliqua parte, ita quòd primò moueat adęquatè vnã partem, vt puta quòd ſit in oriente, vel occidente, quia cum cœlum ſemper moueatur, ſequitur, quòd quælibet pars ſucceſſiuè poteſt eſſe oriens, & occidens. Exemplum. Nam pars primi mobilis, quæ in mane oritur nobis, in veſpere occidit, & illa quæ veſpere occidit, mane oritur nobis: ergo non mouet primò, ideſt adæquatè aliquam partem. Et ſi diceretur, quòd quando mouet partem orientalem primò: mouet etiam eandem primò quando occidit, & ſic ſequeretur, quòd angelus moueretur per accidens, patet quia moueretur ab oriente in occidens ad motum illius partis, cui eſſet applicatus per operationem. Si etiam diceretur, quòd primò mouet partem dextram ipſius cœli, hoc patet eſſe falſum, quia ibi non eſt dextrum, neque ſiniſtrum, niſi ſecundum imaginationem philoſophi, vbi ſupra de illo ruſtico ambulante. In nulla ergo parte poteſt poni angelus: primò ex hoc, quòd primo illam partem moueat.

¶Hoc etiam confirmatur, quia ſi eſſet in aliqua parte quaſi quieſcens per ſe; motus tamen per accidens, ſicut nauta in naui per accidens mouetur ad motum nauis, ita quòd angelus ſemper circumferretur cum illo motu, videretur incõueniens talem motum attribui angelo mouẽti orbem. Nec etiam poteſt poni quaſi quieſcẽs per ſe patet, quia ſemper mouet partem ſibi præſentem, & ſic non quieſcit ibi, neque aſſignatur alius locus, in quo quieſcat, quia angelus ſemper exiſtit in aliquo, inquantum illud eſt motum ab ipſo angelo, nec per conſequẽs poteſt dici per ſe quieſcens.

¶Ibi, præterea illud, quod eſt ratio angelo exiſtẽdi in loco, eſt in eo formaliter, alioquin angelus nullo modo erit formaliter in loco, patet iſta propoſitio, quia ſicut ratio formalis locandi aliquid eſt in loco formaliter, ſiuè in locante, ſicut ſuperficies eſt formaliter in corpore locante, quæ eſt ratio formalis fũdamentalis, tamen locandi ipſi corpori, ſic pariformiter erit de ratione formali, qua paſſiuè aliquid locatur, ſicut ſuperficies in corpore locato: Sed operatio angeli tranſiens in corpus non eſt in angelo formaliter, patet quia eſt in illud corpus, puta quod mouet, ſiuè circa quod operatur.

¶Ibi, præterea illa operatio eſt commenſuratiuè in loco per accidens: igitur ſi per eam angelus eſt in loco, & nullo alio modo eſt ibi commenſuratiuè, quod eſt falſum. Aduerte, quòd cum dicit de operatione, quæ eſt in loco commẽſuratiuè, &c. ſic debet intelligi, quòd cum angelus mouet lapidem de loco ad locum, talis lapis mouetur circunſcriptiuè de loco ad locum, quia acquirit locum circumſcriptiuũ, & motio angeli, quæ eſt tranſiens in talem lapidem, & ſic ſicut lapis eſt circũſcriptiuè in loco per ſe, ita omne quod eſt ſubiectiuè in lapide erit circumſcriptiuè in loco per accidens: ergo ſi angelus eſt in loco per talem motionem, ſequitur quòd erit in loco per accidens circumſcriptiuè.

Aduerte hic de operatione.

¶Ibi, præterea Dam. hic probat auctoritatibus Dama. & Greg. & Auguſt. ꝙ angelus ſit in loco per eſſentiam, & non per operationem, quæ auctoritates ſunt claræ in littera.

Quinque cõueniunt cuilibet corpori.

AD quæſt. igitur ſoluendam. Primò videndum eſt de loco corporis: cuilibet enim corpori, præter vltimum, cuius non eſt aliud extra continens, quinque conueniunt. Primò eſſe in loco actuali, & eſt quando actu facit diſtare latera continentis. Secundò in loco determinato, quia ęquali. ſ. à quo nõ excedatur, nec ipſum excedat, loquendo ſemper de loco proprio. Tertiò eſt eſſe in loco commenſuratiuè, quod eſt, quando locatum correſpondet toti loco, & pars locati parti determinatæ ipſius loci, vt exponit Doct. in quarto, diſt. 10. q. 1. art. 2. Quartò, quòd ſit in loco determinato. ſ. hoc vel illo, quod eſt verum naturaliter, quia corpus eſt ſic in loco commenſuratiuè, quòd ſimul non poteſt eſſe in alio, ſupernaturaliter ſimul poſſet eſſe in pluribus locis commenſuratiuè, vt oſtendit Doct. in quarto, diſt. 10. q. 2. Quintò eſſe in loco naturaliter, vel violenter, & hoc non ratione loci ſimpliciter, ſed ratione qualitatis, vel alicuius inexiſtentis ipſi loco. Et ideo Doct. in quarto, diſt. 44. q. 2. dicit, ꝙ nullũ, vt locans eſt locato diſcõueniens, niſi quia illud corpus eſt ſibi conueniens, hæc ille, & hoc non eſt ratione ſuperficiei, ſed quia cõſeruatiuum, vel diſcõueniens naturæ locati propter qualitates cõtrarias. Ideo dicit Doct. quòd hoc quintum conuenit locato, inquantum eſt corpus naturale, quod inclinatur naturaliter ad talem locum conſeruatiuũ, &c. Aliæ quatuor conditiones cõueniunt locato, ſiuè corpori, inquantum præciſè eſt quantum, non inquãtum quale. Et probat, quia licet omne corpus exiſtẽs ſit quale, tamen prius eſt quantum, quàm quale, & in tali priori conueniunt illæ quatuor conditiones: & probat per phyloſophum 4. phyſic. tex. commẽ. 76. quæ probatio clara eſt.

Primo.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

¶Ibi, exponẽdo autem iſta per ordinẽ. Hic Doct. primò exponit primam conditionem locati, & primò quid ſit locus corporis, & aſſignat diffinitionẽ Ariſt. 4. phyſ. tex. com 41. ſ. ꝙ corpus eſt vltimũ corporis cõtinentis immobile primũ. i. ponendo ꝙ aliquod vas ſit locus vini adæquatè, qñ eſt perfectè plenũ: tũc vltimum vaſis. ſ. vltima ſuperficies vaſis, quę eſt indiuiſibilis ſm profunditatẽ, vas verò eſt diuiſibile ſm profunditatẽ, eſt tñ ipſa ſuperficies in partes ſuꝑficiei diuiſibilis, quę partes ſunt ſuperficies, & in lineas tanquam in terminos. Et hoc eſt quod

Quæ ſit definitio loci.

dicit Doct. quòd præciſum continet alicuius eſt indiuiſibile in diuiſione, qua diuidit, puta ipſum vas, quod diuiditur in aliam, & aliam profunditatem, vltimum ergo.ſ.ſuperficies corporis cōtinentis, puta ipſius vaſis continentis vinum, tāquam primum locatum ſibi adæquatum dr locus. Et quod dicit infra, q̧ iſta vltimitas nō eſt de ratione loci, ſicut eſt de ratione continentis præciſè. i. q̧ ad hoc, q̧ ſuperficies contineat, non eſt de ratione ipſius, q̧ ſit vltimum alicuius corporis, quod patet, quia ſi eſſet ſeparata à corpore, adhùc contineret, & tñ non eſſet vltimum alicuius, ſed ipſamet immediatè, & præciſè continet. Tamē pro iunioribus expono, cum dicit, diuiſibile enim ſm illam diuiſionem, ſm quam eſt diuiſibile, nō poteſt eſſe immediatè applicatum alicui, vt continens ipſum.i. q̧ corpus locans, ſm q̧ eſt diuiſibile in profunditates, nō poteſt immediatè, &c. Sequitur, ſed præciſum continens immediatè eſt indiuiſibile. ſ. vltima ſuperficies cōtinētis corporis, quæ eſt indiuiſibilis diuiſione. ſ. qua corpus diuiditur. Sequitur, nihil autem indiuiſibile de genere quantitatis per ſe exiſtit, ſed in aliquo diuiſibili: patet de littera, quæ eſt īdiuiſibilis diuiſione, qua diuiditur ſuperficies, & corpus, & ſuperficies eſt indiuiſibilis diuiſione, qua diuiditur corpus, quæ nō poſſunt per ſe ſtare, ſed neceſſariò ſunt in corpore diuiſibili. littera ſequens clara eſt, vſque ibi. Vltra autem iſtam continentiā præciſam addit locus immobilitatē, qua diſtinguitur à vaſe ſm philoſophū. 4. phyſ. tex. comm. 41. Hæc immobilitas aſſignatur ab aliquibus ipſi loco per reſpectum ad polum articum, & antarticum, & per reſpectum ad centrum terræ, quæ omnia ſunt immobilia.

Centrū terræ eſt immobile.

¶Ibi. Sed breuiter dico. Hic Doc. primò improbat illam opinionem, videlicet, q̧ locus dicatur immobilis per huiuſmodi reſpectum, quia variato tali reſpectu non erit immobilis ſimpliciter, patet, q̧ ſm illum reſpectum locus dr immobilis. Sed talis reſpectus poteſt variari, vt patet. Nā ſi manus mea actu ſit in aere actu faciens diſtare latera ipſius, tunc illa vltima ſuperficies aeris per te dicit reſpectum ad polos, & ad centrum mundi, ſed illa ſuperficies poteſt variari: ergo, & reſpectus fundatus in ea, & q̧ poſſit variari, patet quia ſi manus recedit ab illa parte aeris, tunc ille aer non eſt amplius locus, nec ſic illa ſuperficies actualis, cuius latera diſtāt: ergo deſtructa illa deſtruitur & reſpectus fundatus, & vltra ſi deſtruitur ille aer, deſtruitur omne fundatum in illo. Et hoc eſt, quod dicit Doct. Et cum dicit, ſiuè locus ponatur abſolutum, ſiuè reſpectiuum, abſolutum pro illa ſuperficie diſtante, quæ habet reſpectum ad polos, &c. & illa poteſt deſtrui, quia & ſubſtantia, cuius eſt, reſpectus pro aliquo reſpectu, puta continentis, & ad polos, & ille ſimiliter poteſt deſtrui, vt probauit.

¶Ibi. Et ſi dicatur, q̧ eſt vltimum totius vniuerſi: & licet vt eſt vltimum continentis varietur, tamen vt eſt vltimum vniuerſi non variatur. Diceret iſta opinio, quòd locus ideo dicitur immobilis, quia eſt vltimum, ſiuè vltima ſuperficies corporis locantis reſpectu vniuerſi, & ſic vt habet reſpectum ad vniuerſum eſt immobilis, vt verò habet reſpectum ad corpus, in quo eſt formaliter, puta ad aerem, in quo eſt non eſt immobilis.

Quare locus dicatur immobilis.

¶Ibi. Nec hoc ſaluat. Hic Doctor improbat hanc ſecūdam opinionem, & probat, quòd ille reſpectus variatur, ſiuè illa ſuperficies, quia variata parte vniuerſi, variatur, & ipſa: non enim habet reſpectum ad vniuerſum, niſi per partem in qua eſt.

¶Ibi. Dico igitur, quòd locus habet immobilitatem oppoſitam motui locali omninò, & incorruptibilitatem ſecundum æquiualentiam per comparationem ad motum localem. Hic Doctor ponit opinionem propriā. Et primò probat, quòd locus habet immobilitatem oppoſitā motui locali, ideſt quòd non poteſt moueri localiter. Et quòd non moueatur per ſe localiter probatur, quia ſi locus, qui dicatur a. mouetur localiter, recedit ab vno loco, & accedit ad alium: ergo ſi a. recedit à loco: ergo a. erat in loco, quæro de illo alio loco, an moueatur localiter, aut non, ſi non, ergo nec a. quia non eſt maior ratio de vno loco, quàm de alio. Si ſic ergo erat in loco, & ſic proceſſus in infinitum. Hoc idem dico quando accedit ad alium locum, quia ſi a. accedit ad alium locum, & non erit ſimul cum illo alio loco, quod habet expellere, ſicut corpus expellit aliud corpus, &c. Quod nec etiam moueatur per accidens, quia ſimiliter eſſet proceſſus in infinitum, quia ſi dico, quòd a. mouetur per accidens localiter recedendo ab alio loco: ergo fuit in illo loco per accidēs, quæro de illo alio, vt prius. Et quòd locus, qui mouetur per accidens ſit in loco per accidens, probat per ſimile de ſimilitudine, puta fundata in lapide, quia non dicimus, ſimilitudo talis mouetur localiter per accidens ad motum lapidis: ergo ſicut lapis eſt in loco per ſe. ſ. alio, & alio, ſimilitudo per accidēs erit in alio, & alio loco, hoc idem dicendum eſt de loco, ſi mouetur per accidens. Et addit Doct. quòd ſi locus poſſet moueri localiter, quòd tunc quieſcens poſſet moueri localiter: nam quod habet alium, & alium locum ſucceſſiuè localiter mouetur, fixum autem poſſet habere alium, & alium locum continentem, ſi moueretur locus per accidens. Si dicatur poſito, quòd vltima ſuperficies cœli ſit locus iſtorum inferiorū, & cœlum ſemper mouetur: ergo & ſuperficies exiſtens per accidens in eo mouetur, quia motis nobis mouentur omnia quæ in nobis ſunt, ſicut etiā conceditur de ſimilitudine, quòd mouetur per accidēs ad motum ſubiecti. Dico breuiter, quòd hoc eſt inconueniens de loco, ſiuè loquendo de loco materiali, ſcilicet ſuperficie, ſiuè de loco formali, ſcilicet de ipſo reſpectu locantis ad locatum, quia eſt incōueniens dicere locum eſſe in loco, ſiuè per ſe, ſiuè per accidens, ſed non eſt ſic inconueniens, quòd ſimilitudo ſit in loco per accidens, & hoc patet, quia ſi eſſet in loco per accidens, tunc quieſcens poſſet moueri localiter, quia omne, quod eſt in loco, poteſt localiter moueri de loco ad locum, ſed locus inquantum locat, ſiuè vt habet rationem loci eſt fixus, ſiuè quieſcit, non enim locus, vt locus mouetur ad locabile, ſed benè locabile mouetur ad locū acquirendo aliam, & aliam partem loci, quia locabile facit actu latera continentis diſtare, licet enim aqua continuè moueatur circa palum fixū in aqua, non tamen in aqua cōceditur, q̧ locus qui locat palū, moueatur localiter, ſed tm̃ palus mouetur localiter per ſe, & cōtenta in illo per accidēs mouentur.

Opinio propria Scoti.

Secūdo Topicorum c.5.

¶Ibi, ſecundum probo. Hic Doctor probat quomodo locus eſt incorruptibilis, & dicit duo. Primum, quòd in ſe eſt corruptibilis. Secundum, quòd eſt incorruptibilis per æquiualentiam. Et ad hoc videndum ſupponit primò, quòd locus poteſt accipi tripliciter. Primò per corpore locante, vt aere. Secundò pro ſuperficie vltima corporis locātis. Tertiò pro reſpectu fundato in ſuperficie locantis, & terminato ad ipſum locatum, qui reſpectus eſt quædam relatio locantis ad locatum: & talis reſpectus dicitur locus formalis, ſiuè vbi formale, vt patet à Doctore in quarto, diſtinct. 49. & in tertio. Similiter locatum poteſt accipi tripliciter. Primò pro ipſa re locata. Secundò pro vltima ſuperficie rei locatæ. Tertiò pro relatione paſſiua ipſius locati paſſiuè ad locans actiuè. Hoc ſuppoſito dico, q̧ locus

Quomodo locus ſit incorruptibilis.

Locatum poteſt accipi tribus modis.

locus pro reſpectu eſt corruptibilis in ſe, vt patet, quia ſi locatum recedit, ſimiliter, & talis reſpectus corrumpitur. Similiter locus ſecundo modo. ſ. pro vltima ſuperficie locantis actuali corrumpitur, quia recedente corpore ab aere amplius non eſt illa vltima ſuperficies actualis, cuius actu latera diſtent, & ſic corrumpitur.

¶ Circa hanc litteram occurrit aliquod dubium ſpecialiter circa hoc, quod dicit Doct. quod locus formaliter acceptus. ſ. pro reſpectu locãtis ad locatum eſt ſimpliciter corruptibilis: contra hoc inſtatur, quia omne per ſe corruptibile eſt per ſe generabile, ſed locus acceptus pro tali reſpectu non eſt per ſe generabilis, ergo non eſt per ſe corruptibilis, maior patet primo de generatione, minor probat̃ primò Auctor. phyloſophi. 5. phy. tex. com. 10. vbi ſic habetur, neq; (inquit) in relatione etiã eſt motus, quoniã poſsibile eſt, vt alterum relatiuorum tranſmutetur abſque eo, quòd alterum tranſmutatur hæc ibi ſecundum aliam translationem: cum ergo locus vt ſic formaliter acceptus ſit relatio, ſequitur quod nullo modo ſit per ſe generabilis.

¶Secundò probatur eadem minor ratione, quia ſi talis locus formaliter acceptus eſſet per ſe generabilis, ſequeretur quod actu ſimul generarentur infinitę relationes actu, & ſic actu darentur infinitę relationes numero: cõſequens eſt falſum, & contra philoſophum, & Com. qui expreſsè negant infinitatẽ numeralem, & de hoc ſatis dixi ſuper 2. metaph. Doct. in quæſtionibus de infinito. cõſequentia probatur, & pono caſum, quod corpus pedale acquirat locũ, puta ſub intrando ſuperficiem aeris continentem corpus pedale, ſtatim ſequitur, quod ſicut in ſuperficie cõtinente ſunt infinitæ partes inexiſtentes, & infinita puncta ita infinitarum partium ſuperficiei ad infinitas partes corporis pedalis erunt infiniti reſpectus, & ſimiliter infinitorũ punctorũ ſuperficiei materialiter locãtis ad infinita pũcta corporis pedalis erũt infiniti reſpectus, & è contra infinitarum partium, & infinitorum punctorum corporis pedalis ad infinitas partes, & ad infinita puncta ſuperficiei continẽtis erunt actu infiniti reſpectus. Iſta conſequẽtia vltima ſatis patet à Doct. in quarto, diſt. 10. vbi vult, quod locus circunſcriptiuè, & formaliter acceptus, & hoc loquẽdo de loco paſsiuo, ſiuè circunſcriptione paſsiua eſt formaliter correſpondentia totius locati toti ſuperficiei cõtinentis, & omnium partium ipſius locati ad oẽs partes ſuperficiei ipſius locãtis, ita quod ſicut totum ſignatum correſpondet toti, ita pars ſignata correſpondet parti ſignatæ, & pũctum ſignatum correſpondet pũcto ſignato, & ſic quælibet pars, & quodlibet pũctũ dicit actu reſpectũ ad partes, & ad pũcta quibus correſpõdet, & cũ talia ſint actu infinita, ſequitur quod actu erũt infiniti reſpectus.

Quomodo Lychetus fecit quæſtiones in metaphyſicam.

¶Reſpondeo concedendo locum formaliter acceptum eſſe per ſe generabilẽ, & cum probatur, quod non, aucto. philoſophi. Dico, quod philoſophus loquitur tantum de relatione intrinſecus adueniente, vt clarè patet à Doc. in tertio, diſt. 1. q. 1. ſed locus formaliter acceptus, ſiuè actiuè, ſiuè paſsiuè eſt tantum relatio extrinſecus adueniens, vt patet à Doctore in quarto, diſt. 10.

An locus ſit corruptibilis.

¶Ad ſecũdum dico, quod ſicut in locato ſunt infinitæ partes inexiſtentes, ita ſunt infiniti reſpectus, ſed quia tamen non poſſent actu ſignari infinitę partes cum quælibet ſit in infinitum diuiſibilis, vt infra patebit q. 9. ita nec illi reſpectus fundati in illis partibus ſunt actu ſignabiles. Et vltra non habeo pro inconuenienti poſſe eſſe infinitos reſpectus, etiam reales, ſed de hoc alias erit ſermo.

¶Secundò principaliter dico, quod locus ſecundo, & tertio modis eſt incorruptibilis per ęquiualẽtiam, patet, quia in eodẽ inſtãti, quo corpus a. recedit ab aere ſubintrat aliud corpus faciens latera continentis diſtare, & ſic in ipſo aere cõtinente eſt alia ſuperficies à prima modo præexpoſito, & alia relatio ad locatum ſubintrans, & ſic talis locus dr̃ incorruptibilis per æquiualentiam, quia in eodem inſtãti, quo locus ſecundo, & tertio modis in ſe deſinit per ſubintrationem alterius corporis in ipſo aere ſit locus ſecundo, & tertio modis ſimilis primo. Quia tamẽ hæc littera eſt aliqualiter difficilis declaro ipſam. Cum dicit ibi. Nec eadem ratio loci poteſt manere in aqua ſuccedente, quia idem accidens numero nõ poteſt manere in duobus ſubiectis. Hoc patet, quia ſi accipiatur locus pro vltima ſuperficie aeris, cuius latera actu diſtant, talis ſuperficies, quæ ſubiectiuè eſt in aere, non poteſt poſtea eſſe in alio locãte, ſiuè priore, ſiuè in ſuccedente ipſi priori, quia tũc idem accidens numero migraret de ſubiecto in ſubiectũ. Siuè etiam accipiatur locus pro reſpectu locãtis ad locatum fundato in vltima ſuperficie ipſius continentis, patet, quod non poteſt eſſe in alio locante, quia tunc idem accides numero migraret de ſubiecto in ſubiectum. Sequitur, tamen illa ratio loci ſuccedẽs, quæ eſt alia à ratione præcedenti, ſm̃ veritatem eſt eadem præcedenti per ęquiualentiam, quantum ad motum localem. vult dicere Doc. quod quando in eodẽ inſtanti corpus recedit à loco, & aliud ſubintrat, quod à priori vbi, in quo erat primum locatum ad ſm̃ vbi ſuccedẽs, in quo ſit ſm̃ locatum ſuccedẽs priori non eſt motus localis, patet quia illa duo vbi, ſiuè illi duo reſpectus tantum numero differunt, vt patebit. Tum etiã quia motus localis ſit in tempore, hîc autem in eodem inſtãti, quo locatum prius recedit à loco, aliud locatum ſubintrat, & ſic in eodem inſtanti, quo corrumpitur primus reſpectus, qui erat ad prius locatum ſuccedit alius ad ſm̃ locatum. tũ etiam quia inter primum locatum recedens à loco, & ſm̃ locatum ſuccedens, non eſt aliquod ſpacium interceptum, pp quod poſſit eſſe motus localis. Sequitur. Nam ita incõpoſſibile eſt localem motum eſſe ſub hoc loco in hunc locum, ſicut ſi eſſent omninò idem locus numero. i. quod ſicut ab eodem loco numero ad eundem numero nõ poteſt eſſe motus localis, vt patet, ita à loco recedente ad locũ immediatè ſuccedentem non poteſt eſſe motus localis: vterque enim reſpectus locantis ad locatum poteſt eſſe ſimpliciter in eadẽ ſuperficie, quod non cõtingit de locis, inter quæ eſt motus localis, & hoc pp ſpacium interceptum neceſſariò requiſitum. Sequitur. Nullus autem idem motus localis poteſt eſſe ab vno vbi ad aliud vbi, quæ duo vbi nõ correſpondeant duobus locis differẽtibus ſpecie pp ſpacium interceptũ, quia habentibus alium reſpectum nõ tm̃ numero, ſed etiam ſpecie ad totum vniuerſum. Vult dicere Doct. quod illa duo vbi, inter quæ eſt motus localis, de neceſſitate correſpondent duobus locis ſpecie diſtinctis, loca ſpecie diſtincta reſpectu vniuerſi ſunt ſurſum, deorſum, dextrum, ſiniſtrum, ante, & retro, quæ ſunt ſpecies loci poſitæ ab Ariſt. Aduerte tñ, quod iſta loca vt ſpecie differentia, formaliter tantum dicunt reſpectus ſpecie diſtinctos, & fundamentaliter dicunt ipſam ſuperficiem, quæ non differt ſpecie ab alia ſuperficie, puta ſuperficies, ſurſum, & deorſum non differunt ſpecie, vt patet. Dicit ergo Doctor, quòd quando a. localiter mouetur de neceſſitate recedit, puta ab vbi ſurſum, & accedit ad vbi deorſum, vt patet de graui reſpectu centri, vel mouetur à loco dextro ad locum ſiniſtrum. Iſta ergo vbi, inter quę eſt motus localis ſemper differunt ſpecie, quia talia vbi correſpondent locis ſpecie diſtinctis, puta quando mouetur ab vbi ſurſum ad vbi deorſum, vbi ſurſum correſpõdet loco ſurſum, &

Declaratio litteræ.

Motus localis ſit in tempore.

& vbi deorſum correſpondet loco deorſum, & talia loca ſunt loca communia, quæ fortè non corrũpuntur, ſed benè loca propria. Exemplum, vt cùm lapis mouetur à loco ſurſum corrumpitur propriũ vbi correſpondens tantum ipſi lapidi. Et dicit Doctor, quòd talis diſtinctio ſpecifica inter illa loca contingit propter ſpacium interceptum, patet, quia ſi non eſſet ſpacium interceptum inter a. & b. nõ poſſet aſſignari nec ſurſum, nec deorſum reſpectu a. & b. Sed quando vnus locus ſuccedit alteri loco reſpectu eiuſdem contenti, non poteſt intercipi aliquod ſpacium inter illa duo loca. Ideo meritò dicit Doct. ꝙ tantum differunt numero, Sequitur, Ex hoc illi reſpectus, qui ſunt tantum numero alij videntur vnus numero, quia ita ſunt indiſtincti reſpectu motus localis, ſicut ſi tantum eſſet vnus reſpectus. Vult dicere, quòd illa duo vbi, ſiuè reſpectus ſibi inuicem ſuccedentia, ex quo tantum numero differunt (vt ſupra expoſui) videtur vnus numero: & hoc non abſolutè, ſed reſpectu motus localis, idest quòd illa duo vbi reſpectu motus localis ſic ſe habent, ac ſi tantum eſſent vnum vbi numero: & hoc quantum ad impoſſibilitatem motus localis: quia ita impoſſibile eſt motum localem eſſe inter illa duo vbi, ſicut impoſſibile eſt motum localẽ eſſe ab vno, vbi numero ad idem ſimpliciter. Sequitur, exemplum huius patet aliqualiter in nominibus ſignificatiuis, & littera huius exempli patet vſque ibi: ſed nunquid omne corpus, &c.

Exemplum.

¶Ibi. Sed nunquid omne corpus aliud à primo corpore neceſſariò eſt in loco, quia quantum. Hic Doctor incidentaliter mouet vnam difficultatem de corpore quanto, ſiuè, vt præciſè conſideratur inquantum quantum, prout ly quantum diſtinguitur contra corpus naturale: quęrit ergo, an omne corpus quantum aliud à primo cœlo neceſſariò ſit in loco.

Scotus mouet vnam difficultatẽ.

¶Reſpondet primò quãtum ad opinionem philoſophorum, ſecundò quantum ad opinionem fidelium.

¶Primo modo diceret philoſophus, quòd omne corpus aliud à primo cœlo, ſiue aliud à corpore cœleſti de neceſſitate eſt in ſfera actiuorum, & paſſiuorum, & neceſſariò continetur ſub aliquo præciſè continente. Nam quodlibet tale, vltra ꝙ poſſit eſſe in loco cõmuni, eſt etiam neceſſariò in aliquo ſibi proprio præciſè continente ipſum.

¶Sed ſecundo modo diceret Theologus, quòd non neceſſariò omne corpus aliud à corpore cœleſti eſt in loco, quia Deus poſſet facere lapidem extra vniuerſum, & per conſequens lapis non eſſet in loco.

Non omne corpus eſt in loco ſecundum Theologos.

¶Et dicit duo. Primum, quòd poſſet facere lapidem extra vniuerſum non exiſtente aliquo alio corpore, patet quia poſſet deſtruere totum vniuerſum ſolo lapide remanente, & ſic lapis non neceſſariò eſt in loco.

¶Secundum, quòd etiam exiſtente alio corpore apto nato locare lapidem, tamen poſſet facere lapidem non eſſe actu præſentem tali corpori, & per conſequens non locari.

¶Addit Doc. ꝙ per nihil, abſolutum in ſe corpus quantum neceſſariò requirit eſſe in loco, patet, quia ſi per aliquod abſolutum in corpore neceſſariò requireret eſſe in loco, tunc Deus nullo modo poſſet facere lapidem ſine loco. Sed tãtum habet neceſſariò potentiam paſſiuam, quã poſſit eſſe in loco, quia vltimam ſuperficiem, propter quam natum eſt circunſcribi, vel propter quam natum eſt eſſe in potẽtia ad circũſcribi paſſiuè, & hoc poſito loco in exiſtentia actuali, & poſita præſentia eius reſpectu alicuius corporis locantis. i. ꝙ corpus, cum ſit in potẽtia paſſiua ad circunſcribi, neceſſariò actu eſt in loco iſtis duobus poſitis. ſ. loco in exiſtentia actuali, & præſentia eius reſpectu corporis locãtis. i. ꝙ vltima ſuperficies corporis locãtis actu ſit præſens corpori apto nato locari. Sed de iſta materia, an Deus poſſit facere lapidem ſine loco vtroq; modo, prolixius tractatur à Doct. in quolib. q. 11.

¶Ibi, de ſecundo dico. Secundum declarandum erat. ſ. eſſe in loco actuali. Dicit Doct. ꝙ ſuppoſitò primo, (ꝙ eſt eſſe in loco) corpus quantum eſt in loco actu, quia in præciſo continente actualiter, nõ enim poteſt eſſe in loco, quin iſtud vltimum, ꝙ eſt proximum continens, faciat illud eſſe in actu, quia facit latera corporis continentis diſtare. Et debet ſic intelligi littera, ꝙ corpus non poteſt eſſe in loco, quin tale corpus faciat vltimum continens. i. vltimã ſuperficiem corporis continentis eſſe in actu, quæ ſuperficies intelligitur eſſe tunc in actu, quãdo corpus contentum actu facit diſtare latera eius.

¶Addit, ſecus eſt de parte in toto: nam pars in toto non facit per ſe diſtare latera continentis, vt patet de materia, & forma, & etiam de partibus integralibus, quæ non ſunt in toto quantitatiuo, vt locatum in loco, ſed ſicut pars in ſuo toto, vt patet quarto phyſic. tex. comm. 23.

Nota de materia, & forma.

¶Ibi, de tertio dico, tertium exponendum erat eſſe in loco determinato, quia æquali dicit Doct. ꝙ corpus locatum propter eandem quantitatem exiſtentem in tali corpore neceſſariò exigit corpus locum ſibi coæqualem. i. ꝙ exigit ſuperficiem in corpore locante coæqualem ſuperficiei corporis locati, & loquitur de loco proprio, & non communi.

¶Ibi. De quarto dico. quartum declarandũ erat eſſe in loco commenſuratiuè, dicit Doct. ꝙ corpus locatum propter vltimam ſuperficiem quã habet, eſt in loco commenſuratiuè, ita ꝙ pars ſuperficiei corporis locati correſpondet parti ſuperficiei corporis locantis, & tota ſuperficies ipſius corporis locati correſpondet toti ſuperficiei ipſius locantis. De qua correſpondentia patebit à Doct. in quarto, diſt. 10. q. 1.

Quomodo corpus locatum ſit in loco.

¶Ibi. Quintum competit corpori ex determinato loco locante. Quintum declarandum erat eſſe in loco determinatè hoc, vel illo. Dicit Doc. ꝙ corpus eſſe in loco determinato, ita ſic eſſe in iſto loco, ꝙ non in alio competit tali corpori ex determinato loco ipſum locante, quia locus adęquat ſibi locatũ, & commenſurat, & ſic eſt præſens illi locato commenſuratiuè, quòd non alteri. Loquendo ſemper de loco circunſcriptiuo formaliter, qui dicit reſpectum corporis circunſcribentis ad corpus circunſcriptum, ſed non ſic eſt de loco fundamentali, ſiuè naturali, qui dicit vltimam ſuperficiem continẽtis, quia vt ſic idem locus poteſt eſſe reſpectu duorum, vel trium corporum, vt habet videri in 4. diſt. 10.

¶Ibi, ſextum competit ſibi inquãtum eſt corpus naturale. Sextum declarandum erat eſſe in loco naturaliter, vel violenter, & dicit Doct. ꝙ eſſe in loco naturaliter competit corpori inquantum tale corpus naturale, ex hoc ſ. ꝙ inquantum habet formam ſubſtantialem determinatam, & qualitates determinatas natum eſt aliquo locante conſeruari, & ſaluari, & ab aliquo corrumpi, & quando continetur ab vltimo illius, quod natum eſt ipſum ſaluare dicitur eſſe in loco naturali, licet naturalitas multum accidat rationi loci, patet, quia ratio loci, vel eſt vltima ſuperficies corporis continentis, vel reſpectus fundatus in tali ſuperficie, de quo ſupra dixi: modo naturalitas iſta ſumitur penes qualitates inexiſtentes corpori locanti, propter quas vnum corpus dicitur conſeruari, & ſaluari, & aliud corrumpi. Et ſic patet iſta littera.

Eſſe in loco naturaliter competit corpori.

¶Aliqui

An aliquid dicatur moueri localiter.

¶Aliqui tamen expoſitores Doctor. in iſto loco mouent hãc difficultatem, videlicet, vtrum aliquid dicatur moueri localiter, per hoc quòd locus continuè, & continuè variatur circa locatum, ſic quòd continuè ſit in alio, & alio loco. Reſpondẽt ꝙ non, quia ſi ſit plãta in campis, & flet ventus circa ipſam continuè aer mouebitur circa ipſam, & non erit idem locus, numero tamen erit vnus per æquiualentiam ad motum localem, ſic quòd in ipſis diuerſis locis numero non poteſt eſſe motus localis. Sed ad hoc, quòd ſit motus localis oportet locatũ exire locum in quo eſt, & deſerto illo, acquirere nouum locum, non ſic facit planta, quia non deſerit locum, cum ſemper ſit in eadem diſtantia ad polos mundi, & ad centrum, & ad alias arbores circunſtantes, & ideo non deſerit locum, ſed magis locus deſerit planctam. Licet hoc ſit ſatis benè dictum, tamen non videtur multum eſſe ad mentem Doct. qui vult expreſsè, quòd idem dicatur moueri localiter, vt habet alium, & alium locum ſucceſſiuè; vnde ſic dicit reſpondendo ad primam quæſtionem præſentis diſtinctionis, quod habet alium, & alium locum ſucceſſiuè localiter mouetur, fixum autem poſſet habere alium, & alium locum continentem, ſi moueretur locus per accidens, hæc ille. Tamen quicquid ſit de hoc fortè, tñ aliàs pertractabitur.

Quomodo Angelus nõ neceſſariò ſit in loco.

¶Ibi ad propoſitũ. Nũc Doc. rñdet ad principale quæſitũ. ſ. an angelus ſit in loco, & reſpõdendo dicit primò, ꝙ angelus nõ neceſſariò eſt in loco, & ꝓbat per argumẽtũ à minori, quia minus vr corpus poſſe eſſe ſine loco, quàm angelus, & tñ poteſt eſſe, vt ſupra patuit, ergo & angelus. Pro nunc aduerte, ꝙ nõ quærit Doctor de loco circũſcriptiuo reſpectu angeli, cum nullo modo poſſit circunſcribi, ſed de loco diffinitiuo, quo ſit præſens alicui corpori. Et dicit, quòd non neceſſariò angelus eſt in aliquo loco diffinitiuo, quia Deus poſſet facere angelũ nullo corpore exiſtente, etiam poſito corpore poſſet facere angelum non eſſe præſentem tali corpori; ſicut etiam dictum eſt ſupra de corpore alio à corpore cœleſti. Et addit in littera, quòd in angelo tamen eſt potentia paſſiua, qua poſſet eſſe in loco diffinitiuo tantum, & non circunſcriptiuo. Sequitur. Et iſta potentia, ſupplè paſſiua, vel fundatur immediatè in eius ſubſtantia, ſupplè abſolutè, vel in ipſa inquantum eſt natura limitata actualiter exiſtens, vel in aliquo extrinſeco ipſi angelo; quicquid ſit illud, & ideò non oportet quærere aliquam intrinſecam rationem eſſendi angelum in loco neceſſariò, ſupple actu, quia ibi nulla eſt: ſed tãtummodo eſt in ipſo potentialitas paſſiua, quia poteſt eſſe in loco, quia non repugnat ſibi.

Opinio Petri de Candia.

¶Hic tamen aliqui expoſitores Doct. adducentes opinionem Petri de Candia pro ſe dicunt, ꝙ cum Deus ſit in loco, quia vbique, & omnia alia entia ſint in loco, hoc ſiquidem non eſt negandum ab ipſo angelo, & ita angelus eſt in loco, & poteſt eſſe in loco, ita quòd, & ſi eſſe in loco contingenter inſit angelo, poſſe tñ eſſe in loco ſibi neceſſariò ineſt.

Opinio Gregorij Naziãzeni dicentis, ꝙ abuſiuè dicimus angelos eſſe in loco, quoniam deberemus dicere, ꝙ operatur in loco.

¶Et quæ eſt ratio intrinſeca neceſſariò concludẽs angelum poſſe eſſe in loco, dicunt ſecundum Petrũ de Candia, quòd eſt ratio entis; quia enim eſſe in loco prædicatur de omnibus, etiam de Deo, ſequitur, ꝙ illud conſequitur rationem tranſcendẽtem, quia quando aliquod prædicatum eſt omnibus cõmune conuenit illis ratione alicuius cõmunis omnibus, tale commune eſt ens: quia igitur angelus eſt ens, ideo poteſt eſſe in loco, nec ei repugnat ratio loci ſuo modo. ſ. diffinitiuè, hæc illi.

¶Iſta tamẽ poſitio non vr multum ad propoſitũ Doct. nec fortè videtur vera quantum ad aliqua.

¶Primum patet, quia Doctor (loquendo de potentia paſſiua, qua angelus poſſit eſſe in loco) pro ratione talis potentiæ aſſignat, vel ſubſtantiã ipſius angeli, vel naturã limitatã, vel aliqd extrinſecũ, &c. non autem aſſignat ens cõmune Deo, & creaturæ.

¶Secundum patet, primò, quia ſi angelum poſſe eſſe in loco; ex hoc concluderetur, quia Deus eſt in loco, magis videretur poſſe concludi angelum neceſſariò eſſe in loco, quia ſi Deus neceſſariò eſt in loco: ergo & angelus, conſequens eſt falſum, vt ſupra patuit: oportet enim aſſignare aliã rationem.

¶Secundò iſta ratio non concludit, videlicet eſſe in loco prædicatur de omnibus, ergo & de angelo: antecedens eſt manifeſtè falſum, quia ſi eſſe in loco prædicaretur de omnibus entibus, tunc locus eſſet in loco, & eſſet proceſſus in infinitum, vt ſupra patuit probando, quòd locus non eſt in loco. Tum quia ſi eſſe in loco prędicatur de omnibus, aut prędicatur ęqualiter de omnibus, aut inæqualiter. Si primò, tunc ſicut eſſe in loco de neceſſitate prædicatur de Deo, ergo & de angelo, conſequens eſt falſum. Si inæqualiter, ita quòd eſſe in loco conueniat neceſſariò alicui, & contingenter alteri; tunc oporter aſſignare aliam, & aliam rationem, quia ſecundum vnam aliquod ens de neceſſitate eſt in loco, & aliud ſecundum aliam contingenter: ſi enim tantum eſſet vna ratio, illa eſſet ratio, vel neceſſariò tantum eſſendi in loco, vel tm̃ contingẽter.

Opinio Petri ad Candia nõ admittitur.

¶Tertiò non videtur verum, ſ. ꝙ ideo angelus poteſt eſſe in loco, quia ens. Quia aut accipitur ens tranſcendenter, vt eſt commune omni enti, & tunc ſequeretur, ꝙ omne ens poſſet eſſe in loco, cuius oppoſitum dictũ eſt ſupra. Tum quia quæſtio de angelo eſt tantum de loco diffinitiuo, & locus diffinitiuus non conuenit angelo ratione entis tranſcendenter ſumpti, quia talis locus poſſet competere cuilibet enti, & ſic Deo. Oportet ergo aſſignare aliã rationem, per quam angelus poſſit eſſe in loco diffinitiuè, & fortè non videtur alia ratio, niſi quia eſt talis natura ſic limitata, &c.

Dubium.

¶Ibi. Suppoſito igitur iſto primo, videlicet, ꝙ angelus poſſit eſſe ĩ loco, nõ oportet, ꝙ ſit ĩ loco actu; videlicet in loco circunſcriptiuo, quia non oportet, ꝙ ſit in aliquo continente indiuiſibili actualiter exiſtente, id eſt in aliqua ſuperficie indiuiſibili eo modo, quo diuidit corpus, vt ſupra patuit, actualiter exiſtẽte, i. cuius latera diſtãt, patet, q a angelus, cũ ſit indiuiſibilis, non facit latera cõtinentis diſtare, nec per conſequens facit ſuperficiẽ continentẽ in actu.

¶Ibi de tertio eſt dubiũ. ſ. eſſe in loco determinato ſibi æquali, & de hoc mota eſt quæſtio ſecunda.

Quæſtio Sexta. Diſt. II.

Vtrum angelus requirat determinatum locum, ita quòd nec in maiori, nec in minori poſſit eſſe; ſed preciſè in tanto loco.

Seraphicus Bonauen. 2. ſent. diſt. 2. q. 3. artic. 3.

Scotus 2. ſent. diſt. 2. q. 6.

Franciſcus de Mayronis 2. ſent. diſt. 2. q. 12.

ET nõ debet hic accipi in loco circunſcriptiuè, ſiuè commẽſuratiuè eo modo, quo dictũ eſt de loco circũſcribẽte corpus, ſed debet hic accipi cõmẽſuratiuè. i. adęquatè. Et eſt qõ. An Angelus ſic ſibi adæquatè determinet vnũ locũ diffinitiuè, ſiuè pñtialiter, ꝙ non poſſit eſſe in maiori, vel minori loco. Reſpondet Doc. dicens, ꝙ communiter conceditur, ꝙ non poteſt eſſe in loco quantumcunque magno, quia hoc eſt proprium Dei. Et ex hoc infert Doct. ꝙ ſi ſic eſſet, quòd tunc angelus poſſet eſſe (vt videtur) in loco quantumcunque paruo.

Intendit enim Doctor probare, quòd ſi angelus non poteſt eſſe in loco quantumcunque magno, ꝙ nec etiam poterit eſſe in loco quantumcunque paruo, & probat ex 37. propoſitione primi Eucli. vbi vult, quòd quicquid poteſt eſſe in vno ęqualium, & in reliquo, ſi ſibi figuratio non repugnet. Et ratio ſtat in hoc, ſi enim a. poteſt eſſe in maximo loco. ergo, & in minimo, cum non ſit maior ratio de vno, quàm de alio, ſi enim non poteſt eſſe in loco quantumcunque minimo, hoc non erit ex ratione loci, ſed ex ratione figuræ: Exemplum. Nam aliquod corpus perfectè quadratum poteſt eſſe in loco perfectè quadrato, & tamen illud idem non poterit eſſe in loco habente figuram tantum quadrãgulam, vt patet, maximè ſi illud quadrangulum ſit tantæ quantitatis, quantæ quadratum. Differentia enim inter quadratum, & quadrangulum hæc eſt, quia quadratum habet quattuor latera adinuicem ęqualia, quadrangulum verò perfectum habet duo latera adinuicem ęqualia, puta longiora, & alia duo adinuicem ęqualia, ſed inæqualia lateribus longioribus. Et hoc eſt quod dicit Doct. de aqua reſpectu loci quadrati, & loci quadranguli: figuratio ergo illa impedit, vt non poſſit eſſe in loco ęquali ſecundum quantitatem. Cum ergo in angelo nulla ſit figuratio obſtans, oportet concludere, quòd ſi poteſt eſſe in loco quantumcunque magno, quòd etiam poſſit eſſe in loco quantumcũque paruo; ſed primum non conceditur: ergo nec ſecundum, & hoc eſt quod dicit in iſta littera, quàm tamen aliqualiter declaro. Cum dicit quicquid poteſt eſſe in vno æquali, puta ſecundũ quantitatem, poteſt eſſe in altero æquali ſecundũ quantitatem, ſi ſibi non repugnat figuratio aliqua, ſecundum quam figurationem vnũ exiſtens in vno ęquali ſecundum quãtitatem neceſſariò diſtinguitur ab alio exiſtente in alio ſecundum quantitatem, quæ diſtinctio prohibet exiſtens in vno ęquali non poſſe eſſe in alio ęquali.

Exemplum.

Differentia inter quadratum, & quadrangulum.

Declaratio litteræ.

¶Sequitur ſed angelo nulla figuratio loci, in quo eſt repugnat, patet quia figuratio loci tantum repugnat habenti partes quantitatiuas, quas angelus non habet.

¶Sequitur igitur ſi poteſt eſſe in vno æquali, & in altero, & per conſequens poteſt eſſe in quadrato quantumcunque paruo, vel ſtricto, quod oportet ponere dicendo, quòd non repugnat ſibi eſſe in quantumcunque loco, quia ſi poteſt eſſe in quantumcunque loco paruo, oportet dicere, quòd poſſit eſſe in quadrato quantumcunque paruo, vel ſtricto, & ſic ſequitur, quòd non repugnet ſibi eſſe in loco quantumcunque longo: patet quia quadrangulus eſt ęqualis iſti quadrato paruo in quo poteſt eſſe, ſi enim detur quadrangulus æqualis quadrato paruiſſimo, talis quadrangulus erit lõgiſſimus propter ſtrictitudinem trianguli, patet quia quadrangulus conſtat ex quattuor lateribus, quorum duo ſunt longiora adinuicem ęqualia, & alia duo breuiora adinuicem ęqualia. Et ſic quadrangulus æqualis quadrato paruiſſimo habebit latera lõgiora ſtrictiſſima. & ſic per propoſitionem Euclidis, ſi angelus poſſet eſſe in loco quantumcunque paruo poſſet eſſe in quadrato paruiſſimo, & per cõſequẽs poſſet eſſe in quadrangulo ęquali quadrato ſtrictiſſimo, & per conſequens longiſſimo, quod videtur inconueniens, & quòd poſſit ſic eſſe, patet quia nulla figuratio repugnat angelo.

¶Sequitur. Iſtud declaratur per oppoſitum de corpore naturali. Hic Doctor declarat quomodo ſequeretur angelum poſſe eſſe in loco quantumcũque longo, ſi poſſet eſſe in loco quadrato paruiſſimo, & hoc declarat per oppoſitum de aqua, quia ſi aqua poſſit eſſe in quadrato paruiſſimo, vt in loco, non tamen ſequitur, quòd poſſit eſſe in quadrãgulo æquali illi quadrato: & hoc eſt, quia figuratio talis repugnat aquæ, & ſi ſibi non repugnaret, ſi poſſet eſſe in quadrato paruiſſimo, poſſet eſſe in quadrangulo æquali: cum ergo angelo nulla repugnet figuratio, ſequitur, ꝙ ſi poſſet eſſe in quadrato paruiſſimo etiam poſſet eſſe in quadrangulo ęquali quadrato, & hoc eſt quod intendit Doct. hic.

Exemplum de aqua.

¶Ibi. Præterea ſi quãtitas aliqua virtutis eſt in angelo. Doc. per hanc rationem deducit ad hoc incõueniens, ꝙ ſi angelus haberet quantitatem virtualẽ, ſecũdum quam poſſet ſe facere præſentem cuilibet loco quantumcunque minimo in infinitum, eſſet virtutis infinitæ. Patet in ſimili, quia ſicut poſſe facere ſe præſentem virtute propria loco quantũcunque magno in infinitũ eſt virtutis infinitæ, ita poſſe ſe facere pręſentem loco quantumcunque minimo in infinitum erit virtutis infinitæ.

¶Ibi. Si tamen poſſet eſſe in puncto, vel non. Hic Doctor non determinat ſe, nec ad hanc partem, ꝙ angelus poſſit eſſe in puncto tanquam in loco, nec ad partem oppoſitam, ſcilicet quòd non poſſit eſſe in puncto, & dicit, ꝙ non apparet ratio neceſſaria, nec ad vnam partem, nec ad aliam. Qui enim vellet tenere angelum poſſe eſſe in puncto tanquam in loco, haberet pro ſe hanc rationem, quòd licet angelus ſit indiuiſibilis, non habet tamen indiuiſibilitatem limitatam, ſicut punctus, puta ſecũdum genus quantitatis: punctus enim eſt indiuiſibilis de genere quantitatis, modo poſſe eſſe in puncto tanquam in loco oportet eſſe indiuiſibile, limitatum ſecundum genus quantitatis.

An angelus poſſit eſſe in puncto.

¶Qui etiam vellet tenere partem oppoſitam, ſcilicet quòd poſſit eſſe in puncto, vt in loco, poſſet habere per ſe hanc rationem: illud eſt poſſibile, ad quod nullum ſequitur inconueniens: ſed ad angelum poſſe eſſe in pũcto, vt in loco nullum ſequitur inconueniens: ſi enim aliquod poſſit inferri inconueniens hoc pręcipuè poſſet inferri, quòd tunc angelus non poſſet moueri localiter ſuper aliquod ſpacium, niſi tale ſpacium eſſet compoſitum ex pũctis, quod eſt falſum.

¶Dicit tamen Doct. ꝙ tale inconueniens non videtur ſequi, quia angelus poſſet immediatè ex loco punctuali ferre ſe continuum, cuius continui punctus eſt terminus, puta ſi angelus eſſet in aliquo pũcto magnitudinis cubitalis recedendo à tali pũcto localiter moueretur ſuper tali magnitudine continuè. Et ſic non apparet ratio neceſſaria, nec pro vna parte, nec pro alia.

¶Ibi, de iſto igitur articulo. Hic Doct. reſpondet ad ſecundam quæſtionem ſecundum propriam intentionem, ꝙ angelus habet locum determinatum, indeterminatè tamen hoc modo, quia aliquis locus eſt, quo maiorem non poſſet habere, & aliquis, quo minorem habere non poſſet, loquendo de loco cõtinuo, licet fortè poſſet eſſe in pũcto, quia & ſi fortè angelus poſſet eſſe in puncto, vt in loco, non tãmen poſſet eſſe in aliquo minimo continuo, vt in loco propter rationẽ ſuperius factam, quia ſi poſſet eſſe in loco quantumcunque paruo, poſſet eſſe in quadrato paruiſſimo, & ſic in quadrangulo longiſſimo, quod eſt manifeſtè falſum, ſed iſta non ſequũtur, ſi ponatur poſſe eſſe pũctualiter in aliquo loco.

Propria intentio Scoti.

¶Ibi. Vtrum autem determinatum locum requirat, & determinatè, ita quòd habens tãtum virtutem, ſi eſt præſens loco de neceſſitate eſt præſens tanto loco, nec in poteſtate ſua eſt, quòd ſit præſens maiori, & minori loco.

¶Hic Doctor ponit duas partes oppoſitas, & probabiles.

¶Prima,

¶Prima, quòd & ſi ſit in poteſtate angeli poſſe ſe facere præſentem tali, vel tali loco, tamen vt eſt in loco, ſic de neceſſitate eſt in tanto loco, ꝙ poteſtate ſua nõ poteſt eſſe in maiori, nec in minori loco, nec ſimul, nec ſucceſſiuè.

¶Et probat per ſimile de corporibus, quia & ſi corpus poſſit eſſe in illo, vel in illo, tamen dum eſt in loco ſic adæquatè eſt in illo, quòd non poteſt eſſe nec in maiori, nec in minori, quia vltima ſuperficies corporis locati adæquatè ſibi determinat tantum locum. Sic videtur quòd, quantitas angeli virtualis ſic adæquatè determinet ſibi tantum locum, vt non poſſit eſſe neq; in maiori, neq; in minori loco, licet poſſit eſſe in æquali ſucceſſiuè.

¶Secunda pars eſt, quòd & ſi angelus determinet ſibi tantum locum, quòd non maiorem, puta locum tricubitalem, ita quòd non poſſit eſſe poteſtate ſua in maiori loco, & ſimiliter determinet ſibi locum ita paruum, quòd non minorem, puta locũ digitalem, ita quòd poteſtate ſua non poſſit eſſe in minori loco, tamen ſe poteſt facere præſentem maiori, & minori loco accipiendo maius, & minus infra ſpacium digitale, & tricubitale, ita quòd poteſt eſſe poteſtate ſua in ſpacio bicubitali, & in ſpacio cubitali. Et ſi non poſſit eſſe in maiori loco tricubitali nec in minori loco digitali. accipiendo tamen totum illud ſpacium poteſt eſſe in maiori, & in minori loco reſpectu illius ſpacij.

Angelus nõ eſt in loco cõmenſuratiuè. ¶Ibi. De quarto patet, quòd non eſt in loco commenſuratiuè, quia non habet partem, & partem cũ partibus loci, vt ſupra expoſui.

¶Ibi de quinto dico, quòd eſt in hoc loco, vel illo ſimpliciter determinatè, quia non eſt vbique. Et hic declarat Doct. quomodo angelus poteſt ſeipſum reducere ad talem, vel talem locum, & hoc magis patebit quæſtione vltima præſentis diſtinctionis, vbi Doct. quærit An angelus poſſit mouere ſe. Dicit ergo Doct. hic, quòd quando aliquid eſt in potentia paſſiua ad aliquod genus, & per conſequens in potentia paſſiua ad aliquam ſpeciem, & ad aliquod indiuiduum eſt eadem potentia actiua, quæ reducit potentiam paſſiuam ad genus, & ad ſpeciem, & ad indiuiduum, patet quia ſi aliquod corpus eſt in potentia paſſiua ad colorem, erit in potentia paſſiua ad albedinem, & nigredinem, potentia ergo actiua reducens tale corpus ad colorem, reducit ad aliquem colorem, non enim poteſt reducere ad colorem in communi, niſi prius reducat ad aliquem colorem in particulari, quia actiones ſunt ſingularium primo metaphiſicæ in prohæmio. Sic dico in propoſito, quòd ſi angelus ſit in potentia paſſiua ad locum in communi, erit etiam in potentia paſſiua ad hunc, vel hunc locum, & potentia actiua, quæ reducit angelum ad eſſendum in loco in communi eſt eadem, quæ reducit ipſum ad eſſendum in hoc, vel hoc loco. imo non poteſt reducere ad eſſendum in loco in communi, niſi prius reducat ad eſſendũ in loco in particulari. Et infra patebit quomodo idem Angelus ſit in potentia paſſiua ad locum, & in potentia actiua faciendi ſe in loco.

Angelus nõ eſt in aliquo loco naturaliter. ¶Ibi. De ſexto dico, quòd non eſt in aliquo loco naturaliter, quia tunc eſſet in aliquo loco violenter, patet quia ſi eſſet in loco ſurſum naturaliter, tunc eſſet in loco deorſum violenter, vt patet de leui, quod eſt in loco ſurſum naturaliter, quia ſecundum naturalem inclinationem, & per conſequens in loco deorſum violenter. Sequitur tunc etiam aliquod corpus haberet naturalem aptitudinem ad ipſum conſeruandum, in loco & aliquod corpus ad ipſum corrumpendum. patet quia ideò corpus habet naturalem inclinationem ad aliquem locum, quia propter qualitates naturales in exiſtentes locanti, locatum ſaluatur, & cõſeruatur ibi, vt ſupra patuit.

¶Ibi. Et confirmatur ratio per Auicen. nono metaphiſicæ. Vbi vult, quòd motus cæli non ſit naturalis, quia tunc terminaretur ad quietem naturalẽ, & motus ab illa quiete eſſet violentus. *9. metaph. cap. 2.* Nam motus alicuius dicitur propriè naturalis vni termino, ad quem eſt talis motus, ad quem terminum mobile naturaliter inclinatur. Ideo enim motus naturalis ad centrum dicitur naturalis, quia graue naturaliter inclinatur ad eſſendum in centro, & naturaliter inclinatur ad quieſcendum in centro, & ideo ſi lapis moueretur à centro ad alium locum, talis motus eſſet violentus, quia eſſet contra eius naturalem inclinationem. *An motus cæli ſit naturalis.* Sic in propoſito, ſi cælum moueretur motu naturali ad aliquem locum, tunc in tali loco quieſceret & poſt ſi ab illo loco moueretur ad alium locum talis motus eſſet violentus. Sic in propoſito ſi motus localis angeli ad aliquem locum, puta ſurſum eſſet naturalis, naturaliter quieſceret in illo loco, & ſi ab illo loco moueretur ad alium locum puta deorſum talis motus eſſet violẽtus, & quies in illo loco deorſum eſſet ei ſimiliter violenta, quod eſt inconueniens.

¶Ibi. Ex iſto ſexto patet, ꝙ illa potentia paſſiua, quæ eſt in angelo ad eſſendum in loco non eſt naturalis, nec violenta, ſed neutra, quia nec iſtud paſſum inclinatur ex ſe naturaliter ad iſtam formam, nec ad oppoſitum. Sed neutro modo ſe habet ad iſta, ſicut ſuperficies ad albedinem, & nigredinem indifferenter ſe habet. De iſta differentia potentiæ paſſiuæ ſcilicet naturalis, violentæ, & neutræ vide Doctorem in quæſtione prima prologi & quæ ibi expoſui.

VLTIMO loco ſoluenda ſunt principalia argumenta ad primam quæſtionem huius partis poſita, vbi quærit Docto. Vtrum angelus ſit in loco.

¶Et primo arguit auctoritate Boetij de hebdomadibus. Communis (inquit) animi conceptio eſt in corporalia non eſſe in loco.

¶Et Auguſtinus 83. quæſtionum. q. 20. vbi videtur probare, quòd Deus non ſit in loco ex hoc, quia non eſt corpus ergo. Et ſuper geneſim dicit de Deo quòd mouet creaturam corporalem per locum, & tempus, ſpiritualem per tempus tantum, ergo negat à ſpirituali motionem per locum, & ita negat locum ab illa.

¶Reſpondet Doct. ad omnes has auctoritates ꝙ debent exponi de loco circumſcriptiuo, vt dictum eſt ſupra, & ſic nulla creatura ſpiritualis poteſt eſſe in aliquo loco circumſcriptiuè, & ſic Deus non poteſt mouere illam per locum circumſcriptiuè, quia quod mouetur per locum circumſcriptiuè, circũſcriptiuè eſt in loco. Eſt tamen creatura ſpiritualis in loco diffinitiuè, ſiuè præſentialiter, vt ſupra patuit.

¶Item arguit Doct. auctoritate philoſophi quarto phiſicorum tex. com. 41. Locus eſt vltimum corporis continentis immobile primum. Sed nullum corpus continet angelum, quia continens eſt actualius contento.

¶Reſpondet Doct. quòd ſuperficies aliqua corporis continet angelum. Iſta tamen continentia non eſt circumſcriptiua, ſed tantum diffinitiua, ſiuè præſentialis, quia ſicut ſuperficies, prout eſt continentia circumſcriptiua continet corpus circumſcriptiuè, ſic continentia diffinitiua continet diffinitiuè, non tamen ex hoc ſequitur, quòd talis ſuperficies continens angelum ſit agens, vel influens reſpectu eius, quia continentia loci eſt alterius rationis à continentia formæ, & ſpeciei, forma enim dicitur

continere

Quomodo forma contineat materiam. Quomodo ſpecies contineat indiuidua. Quomodo ſuperficies cōtineat angelum.

continere materiam pro quanto perficit eam, & ſpecies dicitur continere indiuidua prout eſt eſſe quiditatiuum illorum, ſed locus, ſiuè ſuperficies ſic continet angelum, vt talis continentia nihil aliud ſit, niſi contentum eſſe infra hanc ſuperficiem continentem, & nihil eius eſſe extra illam ſuperficiem, & hoc verum eſt in quocunque contento diffinitiuè, quia nihil eius eſt extra locum ambientem: non tamen ex hoc ſequitur, quòd contineatur circumſcriptiuè, quia vltra hoc, ꝙ locatum non ſit extra ambitum ſuperficiei continentis requiritur correſpondentia partium contenti ad partes continentis, & totius contenti ad totum continens, qualis non eſt in angelo, cum non habeat partes.

¶Vltimo. arguit Doct. quia locatum habet ſitū, & ſitus tantum conuenit quanto ergo.

¶Reſpondet Doct. negando illam propoſitionē ſcilicet, quòd omne, quod eſt in loco habet ſitum, ſiuè accipiatur ſitus, vel pro differentia quantitatis, qui dicit ordinem partium adinuicem in aliquo toto, ſiuè vt eſt prædicamentum, qui ſitus vltra ordinem partium in toto dicit etiam ordinem totius locati ad totum continēs, & partium locati ad partes continentis, de quo vide Doct. in 4. diſt. 10. q. 1. & ſic finis huius quæſtionis.

¶Gregorius tamen de Arimino in ſecundo, diſtinctione ſexta, quæſtione prima, articulo ſecundo ponit duas concluſiones contra Doctorem dicens ſic.

Gregorius Ariminēſis ponit duas cōcluſiones.

QVANTVM ad ſecundū articulū pono concluſiones duas prima eſt, quòd nec angelus, nec aliqua alia res dum mouetur aliquam talem rem acquirit de genere permanentium à ſe diſtinctam in loco ſibi formaliter inhærētem, qualem multi opinantur, & vbi appellant.

¶Secundò, quòd vbi non eſt res alia à loco, & à locato diſtincta, primam concluſionem probo ſic, & vt clarior fiat probatio probo eam de corpore, quòd localiter mouetur, de quo magis videretur etiam ſecundum opinantes talia, ꝙ talem rem deberet acquirere, & arguo ſic.

¶Si corpus localiter motum inquantum ſic mouetur acquirit nouum vbi, intelligendo per vbi aliquam rem illi formaliter inhærentem, ſiuè ſit abſoluta, ſiuè reſpectus eius ad locatum, vel alia aliqua, vt diuerſimodè aliqui putant. igitur perdit etiam aliquod vbi, ita quòd ab aliquo vbi mouetur ad aliud vbi, ſicut ab vno loco ad alium, & ita concedunt; quòd talia poſſunt. ſi ſic vel mouetur de vno vbi ad aliud in tempore, vel in inſtanti, neutro modo ergo, &c. quòd autem non in tempore probo quia ſi ſic, igitur partibiliter, & ſucceſſiuè, i. prius ſecundum vnam partem, & poſterius ſecundum aliā partem, quàm ſecundum totum. vel igitur ſecundum partes mobilis, vel ſecūdum partes ipſius vbi, & hoc vel ſecūdum partes dimenſionales, ſeu quas habet ſecundum extenſionem mobilis, vel ſecundum partes eſſentiales intrinſecas ſecundum intenſionem, quemadmodum ponitur forma, quæ intēditur habere partes tales non ſitu diſtantes.

¶Si dicatur primum, ſcilicet quòd mobile prius ſecundum vnam partem ſui mouetur ab vbi quod habet, quàm ſecundum alium, & quàm ſecundum totum. Quæro tunc de alia parte mobilis ipſius, aut enim habet ſuum adhùc vbi totum, vel partem quàm prius habuerit, & tunc ſequitur, quòd ipſa quieſcit alia parte mota actualiter, quod eſt impoſſibile ſuppoſito ipſum eſſe continuum totum perfectum continuitate, aut habet aliquam partem vbi primi non tamen illam, quam prius habebat, quod non poteſt eſſe, niſi habendo aliquam quam prius habebat alia pars mobilis, & tunc ſequitur ꝙ illa pars vbi, quam habet migrauit de ſubiecto in ſubiectum, quod eſt impoſſibile naturaliter.

¶Si detur ſecūdum videlicet, quòd mobile ideo partibiliter mouetur ad vbi, quia prius ab vna parte dimenſionali ipſius vbi, quàm ab alia. tunc quæro de alia parte vbi, in qua parte mobilis remanet ſubiectiuè per tempus illud, in quo ab alia mouetur mobiliter? vel ſiquidē in ea primo erat, & per conſequens illa pars mobilis quieſcit, & parte vna quieſcente mouetur totum, quod non conuenit naturaliter, vel in alia parte mobilis, & tūc ſequitur ꝙ de ſubiecto in ſubiectum tranſierit.

¶Si detur tertium puta, ꝙ totum ipſum mobile ſimul prius mouetur ab vna parte eſſentiali ipſius vbi, quàm ab alia, contra.

¶Primo quia vbi ſecundum ipſos tales partes nō habet, alioquin ſuſciperet magis, & minus, cuius oppoſitum dicit. Auctor ſex principiorum. *Cap. 5. de vbi.*

¶Præterea hoc patet eſſe falſum ratione. Primo quia nunquam corpus aliquod dicitur magis eſſe in vno, eodemque primo loco toto, quàm fuit nec minus vno tempore, quàm alio. Secundo quia ſecundum hoc ſi quereretur, quòd quælibet pars mobilis haberet aliquam eandem partem primi vbi, quam habuit prius, licet non omnem habeat, nec vbi ita intenſum, & per conſequens adhùc eſt in eodem loco, in quo prius. non enim mutat vbi, niſi mutando locum etiam ſecundum opinionem illā, & ex hoc ſequitur, ꝙ quælibet pars quieſcit.

¶Eodem modo poteſt argui, quòd non acquiritur nouum vbi partibiliter, quia vel hoc eſſet ſecundum partibilitatem mobilis, ita quòd vna pars eius prius acquireret nouum vbi, quàm alia, & tunc ſequitur, quòd vna mouetur alia non mota; vel ſecundum partibilitatem vbi præciſè ita quòd totum mobile ſimul prius acquirit vnam partem eſſentialem vbi noui, quàm aliam; quia de parte dimenſionali non poteſt accipi. & tunc aut ſimul cum ſecunda parte vbi remanet prima aut non. ſi ſic igitur per tempus habet eandem partē vbi, & per conſequens totum eſt in eodem loco primo, in quo prius fuit, igitur dum mouetur quieſcit. ſi non igitur in quolibet inſtanti habet nouum vbi, & perdit aliud, & per conſequens non partibiliter, & ſucceſſiuè mouetur ab vbi in vbi, cuius oppoſitum dabatur. relinquitur igitur quòd mobile localiter motum non mouetur in tempore, ſeu partibiliter, & ſucceſſiuè de vbi non in aliud, quòd autem nec in inſtanti probo, & exempli gratia ſit. p. aliquod corpus quieſcēs in aliquo loco determinato, & habens vbi quod ſit. a. & incipiat. p. moueri continuè ſi ergo in aliquo inſtanti. p. mouetur ab. a. ſit illud inſtans b. tunc ſic aut. p in inſtanti. b. eſt in eodem loco primo ipſum; & omnes partes eius, in quo erat tempore quietis, aut non. ſi ſic igitur habet idem vbi. a. in inſtanti. b. & per conſequens ſimul eſt mutatum ab. a. & non eſt mutatum ab. a. Si non. igitur eſt mutatū ad aliquid noui loci, vel magnitudinis. aut ergo ad aliquid diuiſibile, aut ad aliquod indiuiſibile præciſè. non primum quia in motu continuo cuiuſlibet partis diuiſibilis prius acquiritur pars, & nulla tamen ſimul acquiritur, vt patet ex ſexto phiſicorum. nec indiuiſibile quoniam tunc ſequitur; quòd in motu locali continuo ſit dare primum magnitudinis ad quod mobile eſt mutatum; & iuxta conſuetum modum loquendi eſt dare primum mutatum eſſe, quod nullum moueri, vel mutatum eſſe præceſſit, quæ reprobata ſunt ſexto phiſicorum. *6. phyſi. contex. 57.* Secundum hoc etiam tollitur omnis motus continuus. nam oportet dicere, quòd ſemper mobile eſt totum in termino à quo, vel totum in termino ad quem.

¶Secundo ſic. ponatur quòd.p.moueatur continuè,& ſit.a.vnum vbi,à quo mouetur,ſeu quod.perdit in inſtanti. b. tunc ſic. aut. p. acquirit in inſtanti aliquod vbi, aut non. ſi non, igitur nec in.b.inſtanti perdit.a.vbi, ſimul enim in motu locali mobile, & perdit terminum à quo, & acquirit terminum ad quem. Si verò in inſtanti. b. acquirit aliquod vbi nouum ſit illud.c.& tunc etiam quæro vtrum.p.perdit.c.in inſtanti. b. aut in alio. ſi in alio igitur. p.habet vbi.c.per tempus,& per conſequens vel illo tempore ſimul mouetur,& quieſcit,vel mouetur, & nullam talem rem perdit, ac per hoc nec etiam acquirit,quod eſt propoſitum. Si verò in inſtanti.b. ergo in eodem inſtanti perdit, & acquirit vbi. c. & ſimul eſt mutatum ab ipſo.c.& ad ipſum.

¶Et vlterius ſequitur, quòd in illo inſtanti habet. c.& non habet. c.quod eſt impoſſibile. conſequentia patet per illam concluſionem demonſtratam in ſexto phyſicorum. omne q mutatum eſt, quando primò mutatum eſt, eſt in eo, ad quòd mutatum eſt.& ſimiliter verum eſt, quòd nullum q mutatum eſt quando primò mutatum eſt eſt in eo,à quo mutatum eſt.

6.phyſi.con-
tex.55.

¶Præterea in eodem inſtanti primò.p.eſt mutatum ad vbi. c.& ipſum.c.ex primo genitum,& eodem inſtanti eſt primò motum a. c. & ipſum c. eſt primo corruptum, igitur ſi eodē inſtanti.p.eſt motum a.c.& ad.c.eodem inſtāti.c.eſt genitum,& corruptum,& eſt,& non eſt.

¶Præterea ſecūdum hoc generatio, & corruptio eiuſdem rei numero demonſtratæ ſine medio ſibi ſuccedunt,& continuantur, quod philoſophus reputat impoſſibile octauo phiſicorum, & ſimiliter Comen.com.63.

¶Præterea ſi in inſtanti.b.perdit vbi.c.igitur, vt prius in eodem inſtanti acquirit aliud vbi puta.d.& vltra arguendo,vt prius ſequitur, q multa,imo omnia vbi acquirit in inſtanti.b. & per conſequens totus motus continuus ipſius.p.ſit in vnico inſtanti, quod eſt impoſſibile.

¶Tertio ſi à quolibet vbi. p.mouetur, vel mutatur non curo pro nunc in inſtanti,& ad quodlibet mutatur in inſtanti, ſequitur, q totus motus continuus ipſius.p.componatur ex mutatis eſſe præciſe, & tempus menſurans illum ex inſtantibus iuxta communem modum loquendi. antecedens probatum eſt ſexto phiſicorum,conſequentiam probo ſicut in primo diſtinctione decimaſeptima,quæſtione quarta,articulo ſecundo,& eſt quarta ratio contra opinionem,quæ ibi reprobatur.

¶Secunda ratio ad concluſionem eſt iſta cœlum primum ſecundum philoſophum verè mouetur localiter, & tamen nullum vbi acquirit, cum ipſum non circumſcribatur, neque contineatur à loco, & per conſequens ſecundum viam illam non habeat in ſe aliquod vbi, & confirmatur per auctorem ſex principiorum, qui expreſsè dicit vltimam ſferam non habere vbi, eo q nihil contineat ipſam. igitur non omne, quod localiter mouetur talem rem in ſe acquirit, ex quo vlterius infero, q cum in nullo alio motu experiamur rem talem acquiri, nec auctoritas aliqua digna hoc dicat irrationabiliter in aliquo alio fingitur talis res.

¶Tertio ſi quodlibet mobile cōtinuo motū, &c. ſequeretur, q localiter motum ſimul moueretur duobus motibus diſtinctis, & eſſet dare quintum genus motuum, præter illa quattor, quæ poſuit philoſophus in quinto phyſicorum, & quæ communiter ponuntur. conſequentia iſta patet, nam quod mouetur localiter de loco ad locum acquirit partibiliter locum,& mouetur ſecundum locum. ſi ergo ſimul acquirit continuè vbi,mouetur etiam ſecundum vbi, & ſic duobus motibus diſtinctis, quod erat primum inferendum, Rurſus ſecundum iſtos,motus ad vbi pertinet ad prędicamētum vbi, motus autem ad locum,cum locus per iſtos non ſit vbi,non pertinebit ad idem prædicamentum, & conſtat, q non ad prædicamentum ſubſtantiæ, vel qualitatis, nec etiam quantitatis, cùm non ſit augmentum,nec decrementum, nec mobile mutatur ſecundum propriam quantitatem igitur oportet dare quintum prædicamentum, in quo motus ille ponitur, & certe difficile, ne dicam impoſſibile, erit reperire, ſaluato communi numero prædicamentorum.

5.phyſi.con
tex.18.

¶Quarto ſi ſic igitur poſſibile eſt aliquid eodem tempore primo moueri continuè ſecundum vbi alicuius loci, & quieſcere ſecundum locum illum, & econtra quieſcere ſecundum vbi,& moueri ſecūdum locum, hoc autem falſum eſt,nam quieſcere ſecundum vbi non eſt aliud,quàm ipſum, & omnes partes eius eſſe in eodem loco, quo prius: ſi ergo aliquid quieſceret ſecundum vbi, quieſceret ſecundum locum,& contra.conſequentia declaratur quia ſecundum ipſum,vbi eſt res diſtincta eſſentialiter, ac etiam ſubiecto, & ſitu ab ipſo loco, nec aliā quam cauſalitatem habet alterum ſuper reliquum, quàm Deus non poſſit plenè ſupplere. poteſt ergo Deus locatum transferre partibiliter de ſuo loco, conſeruando totaliter vbi in ipſo locato,& èconira poterit in locato in nouare continuè vbi, & ipſum in eodem loco adæquato,& primo retinere.

Quid ſit quieſcere ſecundū vbi.

¶Secunda concluſio probari poteſt ex eodem, quoniam ſi vbi ſit talis res, poſſibile erit per potentiam Dei idem locatum eſſe in loco eodem, in quo prius, & non eſſe vbi prius, & ecōtra eſſe vbi prius, & non in eodem loco, in quo prius quæ non ſunt intelligibilia.

¶Præterea ſi vbi eſt talis res anihilet Deus vbi, quod habet Sortes exiſtens in loco iſto demonſtrato verbi gratia. a. & nullam mutationem aliam faciat in Sorte, aut in nulla alia re,quod eſt bene poſſibile ſuæ omnipotentiæ, quo facto quæro vtrum Sortes ſit in.a. vel non? ſi non igitur Sortes eſt mutatus ſecundum aliam mutationem, quia prius fuit in.a.quod eſt contra poſitum. ſi ſic igitur ad hoc, quòd Sortes ſit in. a. non requiritur aliqua alia talis res, & cum nulla experientia de illa habeatur nec Dei reuelatio, nec ratio alia, propter quam deberet poni, ſequitur q irrationabiliter, & in vtiliter ponitur.

Prima ratio ad probandum contra cōcluſionem principalē.

¶Præterea ſi eſt talis res. aut eſt res aliqua abſoluta, aut reſpectus ſecundùm ponentes reſpectus.non abſoluta, non enim ſubſtantia, nec quantitas, nec qualitas, vt patet. non reſpectus, quia vt videtur nō eſſet, niſi vel reſpectus locati ad locum, vel èconuerſo loci ad locatum, uel tam hic, quam ille, ſecundum non poteſt dici, neq; tertium ſecundum viam illam, alioquin locus haberet vbi, & poſſet conuenienter quæri vbi eſt iſte locus, & vltra etiam loci eſſet locus quod ipſi nō concederent, nec primum poteſt dici ſecundum viam ſuam, quod tamen ipſi dicunt, probo reſpectus locati ad locatum eſt de genere relationis igitur,& reſpectus locati ad locum, patet antecedens non enim ad aliud prædicamentum, vt videtur ſecundum doctrinam eorum reduci poteſt. conſequentia probatur nam, vt dicit Auguſtinus ſeptimo de trinitate capitulo primo, & philoſophus in prædicamentis omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam, & per conſequens ſecundum viam illorum habent reſpectus mutuos, omnes autem mutui reſpectus pertinent ad idem prædicamentum, igitur ſi vnus eſt de prædicamento relationis, & alter, ſed ſecundum iſtos vbi non

Quæ ſint entia abſoluta,& reſpectiua.

Cap.de ad aliquid.

eſt res

eſt res prædicamenti relationis, igitur vbi non eſt talis res à locato,& loca diſtincta.

¶Præterea omnis quæſtio facta per interrogatiua pertinentia ad prædicamentum vbi quærit de loco, & omnis reſponſio data per prædicabilia dicti prædicamenti ad huiuſmodi quæſtionem reſpondet de loco,igitur vbi eſt locus, & èconuerſo. conſequentia patet, & antecedens probatur quo ad primam partem, nam iſtæ interrogationes æquiualent in ſignificando vbi eſt Sortes, & in quo loco eſt Sortes, & iſtæ ſimiliter quo iuit Sortes, & **Nota.** vnde venit Sortes, & ad quem locũ iuit, vel à quo loco venit,nec aliud quis per vnam intelligit,quam per aliam,vt puto quemlibet confiteri. Quo etiam ad partem ſecundam patet. nam idem penitus reſpõdet qui dicit eſt hìc, & qui dicit eſt in iſto loco, vel qui dicit illùc iuit,vel illinc venit.

¶ Confirmatur ſi quis interrogat de Sorte vbi eſt? & reſpondeatur in eccleſia,vel in ſcolis conuenienter reſponderetur,& bene ſi verè. ſi igitur in eccleſia, & in ſcolis non ſunt termini pertinentes ad vbi prædicamentum aliqui non conuenienter ſic reſponderent. igitur eiuſdem eſt interrogatiuum hoc aduerbium vbi, quod iſta ſignificant,ſignificãt autem loca ipſa extrinſeca,& non aliquam rem formaliter loco inhærentem,ergo nec vbi de re aliqua tali interrogat,& per conſequens nec aliqua res talis eſt vbi.hoc patet etiam auctoritate Comen.quinto metaphiſicæ. c.28. vbi dicit, quòd ſecundum, ꝙ dicitur locus habet locatum,eſt prædicamentum vbi. Item quarto phiſicorum.cap.24.pluries dicit locum corporis locati eſſe vbi eius. vnde ait, quòd philoſophus intendit diſtinguere inter locatum eſſe in corpore,quod eſt vbi eius,& inter partem eſſe in toto,& eadem verba repetit in eodem comen. igitur ſecundum eum, in quo eſt, locatum eſt vbi eius. Iſta etiam intentio eſt Boetij in libro de trinitate vbi ait Vbi,vel de homine,vel de Deo prædicari poteſt,de homine, vt in foro,de Deo vt vbiq;, ſed ita vt non quaſi ipſa res ſit id,quod prædicatur de qua dicitur, non homo ita dicitur eſſe in foro, quemadmodum eſſe albus, vel longus, nec quaſi circumfuſus,& determinatus proprietate aliqua, qua ſignificari ſecundum ſe poſſit, ſed tantum ꝙ ſit illud alijs informatum rebus per hanc propriè prædicationem propriè oſtenditur.quæ verba ſic exponit comenta. ibidem ideſt locus poteſt quidem prædicari &c. & ſequitur, ſed ita dicitur homo eſſe in foro, vel Deus vbiq;, vt quamuis in prædicando ea dicatur eſt,non tamen ita dicitur.quaſi ipſa res,de qua dicitur ſit id, ideſt habeat eſſe eo, quòd prædicatur. & infra ſic, igitur per hoc, qd dicitur homo eſſe in foro nequaquam homini inhærens, qua ipſe ſit verè proprietas gramaticorum, vel dialecticorum propriè ſignificatione notatur, ſed per hanc prædicationem hoc tantum cõſequens oſtenditur, ſed ꝙ illud confuſum, & determinatum per eſſe in foro dicitur rebus alijs,quàm ſit circumfuſio, & determinatio verè ſit informatum, & hoc quidem ſenſu locus de homine prædicatur hæc Comen.

Quid ſignificet vbi. Ex ijs euidenter apparet ſecundum intentionem Boetij, ꝙ vbi ſignificat locum, & ꝙ per propriam prædicationem illius prædicati nulla proprietas, vel res ſubiecto inhærens denotatur,ſed tantum extrinſeca,quæ eſt locus,ſi autem aliquis calumniaretur ex hoc, quòd ait informatũ alijs rebus, & velit ex hoc inferre, quòd per huiuſmodi prædicationẽ importetur aliquid, quod propriè loquendo informet locatum, & inhæreat illi. attendat quid ſubdit infra Boetius,ait enim ſimul de actione,habitu,vbi, & quando omnis hæc prædicatio exterioribus datur. omniaq; hæc quodammodo referuntur ad aliud. Comenta.hæc omnia,ideſt habitus,& actiones, de quibus circumloquimur,& loca, & tempora, de quibus prædiximus quodammodo referuntur ad aliud, ideſt alij, quàm ijs quibus ſubſiſtens eſt aliquid, & infra ſic, igitur prædicatio alia eſt, qua verè inhærens inhærere prædicatur: alia, quæ quamuis forma inhærentium fiat, tamen ita exterioribus datur, vt ea, vel alicui inhærere intelligatur.hæc ipſe,vbi patet,ꝙ non prædicatur per talem prædicationem alia forma inhærens ſubiecto, ſed res extrinſeca tantum.

¶Contra iſta primo poteſt argui, quia ſequi videtur,ꝙ vbi ſit ſpecies prędicamenti quantitatis.& per conſequens non ſint decem prædicamenta. conſequentia patet, quia quantitatis ſpecies eſt locus ſecundum philoſophum in prædicamentis. **Cap de quantitate.**

¶Secundo. Auctor ſex principiorum dicit,ꝙ vbi eſt circumſcriptio loci à loci circumſcriptione procedens, conſtat autem ꝙ locus non eſt circumſcriptio corporis procedens à loci circumſcriptione alias à loco eſſet locus infinitum. Præterea ipſe ſubdit non autem in eodem eſt locus, & vbi, ſed locus quidem eſt in eo, quod capit, vbi verò in eo, quod circũſcribit, & circumplectitur. ex quibus patet ꝙ non ſolum eſſentialiter,ſed etiam ſubiecto diſtinguũtur locus,& vbi. **Cap. de vbi.** Ad primũ.primo nego conſequentiam, nec probatio valet, quia nõ ſequitur locus eſt ſpecies quantitatis,vbi eſt locus,ergo vbi eſt ſpecięs quantitatis, ſicut non ſequitur diſciplina eſt ſpecies relationis, ſeù prædicamenti ad aliquid, gramatica eſt diſciplina, ergo gramatica eſt ſpecies relationis, nam ſecundum philoſophum in prædicamẽtis.cap.de qualitate,& ſimiliter in 5.metaph.cap.de adaliquid, antecedens eſt verum,& conſequens falſum. vnde in tali conſequentia peccatur per æquiuocationem ex varia ſuppoſitione medij. Secundo **Quomodo locus non ſit quantitas.** dico,ꝙ eſto,ꝙ locus ſit quantitas,non tamen eſt ſpecies quantitatis qualitercunq; ſupponat iſte terminus locus: ſed dico,ꝙ eſt paſſio quantitatis,& tunc ſupponit materialiter,vel ſimpliciter,& ita expreſsè dicit Comen.5.metha.cap.de quantitate, vbi etiã dixit,ꝙ philoſophus in prædicamentis enumerãdo illas ſpecies dicit locus eſt ſecundum famoſitatem tantum.quamuis igitur eadem res ſit locus,& quantitas, ſeù ſuperficies, tamen ſecundum aliam rationem dicitur ſuperficies,& locus.ſ.inquantum eſt diuiſibilis ad duo ſeù ſecũdum duas dimenſiones dicitur ſuperficies, inquantũ verò eſt id,in quo aliud eſt, tali modo eſſendi in, dicitur locus, & ideo non obſtante identitate rei ſignificatæ per prædicabilia: tamen illa propter talem diuerſitatem cõceptuum ad diuerſa prædicamenta per ſe reducuntur. ea verò magis propriè ad tale prædicamentũ pertinent, per quæ conuenienter reſpondetur ad interrogationem factam per vbi, vel ad interrogationem loci,ſiuè illa ſint aduerbia,ſiuè prępoſitiones,cum caſualibus, vel obliquis localiũ,& ſimilia. Ad ſecundum **Auctor quomodo loquatur improprie.** dicendum,ꝙ ille auctor multũ impropriè loquitur in illo libello, propter quod multi aſpicientes verba eius ad proprietatem falluntur in ipſis.dicendũ ergo, ꝙ non intendit dicere, ꝙ vbi ſit aliqua res diſtincta à loco,& locato exiſtens in eo,quam vocet circumſcriptionem,ſicut nec per circumſcriptionẽ loci, à qua dicitur circũſcriptionem corporis procedere intẽdit aliquam rem à loco diſtinctam, qua circumſcribatur locus,vel circumſcribat.non.n.poteſt fingi quæ res ſit illa, ſed per illa verba vult ſolũ dare intelligere quæ ſit propria ratio prædicamentalis ipſius vbi,& quid importatur per tales prædicationes. Sortes eſt in foro, vel in ſcolis, & ſimiles, quæ formantur ex ſubiectis particularibus ad prædicatum vbi.& vult dicere, ꝙ nõ aliud importatur,

quàm

quàm illud, quod continetur, & circumſcribitur loco illo, ita ꝙ ſecundum ipſum idem eſt eſſe alicubi, vel in aliquo loco, quod eſt illo circumſcribi, & contineri, & hoc ſatis manifeſtat ex eo, quod immediatè addit. eſt ergo in loco quicquid à loco circũſcribitur, & complectitur.

Quid ſit eſſe in loco.

¶ Ad aliud dicendum, ꝙ accipit eſſe in, non pro inhærentia, ſed pro prædicatione, & actum exercitum pro ſignato, & eſt ſenſus ꝙ non de eodem prædicatur locus, & vbi, id eſt prædicabilia de prædicamento vbi, nam locus dicitur de continente, ſed talia prædicabilia de contento, vnde non dicitur forũ eſt in foro, ſed bene dicitur de Sortes eſt in foro, & ratio eſt, quæ iam dicta eſt, quia eſſe in foro eſt contineri à foro, & forum non continetur à foro. Sortes autem cõtinetur à foro, & ideo bene dicitur, eſt in foro. in foro autem eſt prædicabile prædicamenti vbi. ècontra bene dicitur, ꝙ continens eſt locus, & non nõ bene dicitur, ꝙ Sortes, vel aliud quid contentum à loco eſt locus, & hęc eſt intentio eius, vtrũ tamen verum ſit, ꝙ de eo prædicetur vbi, ſeù prædicabilia dicti prædicamenti quod loco circumſcribitur, & complectitur, & ꝙ illa ſit ratio vbi, vel loci, non curo pro nunc nam mihi, & alij eſt communis iſta difficultas.

Reſponſio ad Gregoriũ de Arimino.

RESPONDEO ad omnes rationes Gregorij, præmittendo primò, quod dicit Doct. in quoli. q. 11. arti. 4. ſiuè vltimo, vbi ſic dicit, ſed ſi quæratur quomodo poteſt acquiſitio reſpectus eſſe ſucceſſiua, niſi ſucceſſio ponatur in aliquo abſoluto. reſpõdet ꝙ corpus ſucceſſiuè ſecundum partem aliam, & aliam fit præſens eidem parti loci, ſimiliter corpus ſecundũ eandem partem fit ſucceſſiuè præſens alij, & alij parti loci, ita ꝙ tam ex diuiſibilitate corporis, quàm loci ſequitur diuiſibilitas circũſcriptionis corporis à loco, & diuiſibilitas ſucceſſiua, quando pars poſt partem acquiritur. non eſt ergo diuiſibilitas in reſpectu ſine diuiſibilitate in abſoluto, ſed eſt ſucceſſio in reſpectu, qui eſt circumſcriptio ſine ſucceſſione in forma abſoluta corporis, vel loci hæc ille. Et pro maiori intelligentia dicendorum, præmitto hoc exemplum. ſ. ꝙ quantum bipedale exiſtẽs in vltima parte aeris circa aquam localiter moueatur in aqua, ita ꝙ totum ponatur in vltima ſuperficie aquæ continentis. hoc poſito, dico primò ꝙ locus ille totalis, ſiuè vbi totale (quod eſt circumſcriptio paſſiua fundata in quanto bipedali, & terminata ad vltimam ſuperficiem aquæ continentis) eſt vna relatio realis de nouo acquiſita, & in ſuperficie aquæ circumſcribentis eſt alia relatio realis, quæ dicitur circumſcriptio actiua terminata ad vltimam ſuperficiem corporis contenti, quæ relationes tandiu manent, quamdiu quantum bipedale continetur ab illa vltima ſuperficie aquæ. Secundò præmitto, quòd quantum bipedale acquirit illud totum vbi, ſiuè illam totam circumſcriptionem paſſiuam, ſecũdum quam ipſum totum dicitur eſſe in loco ſucceſſiuè, ſic ꝙ vna pars ſuccedit alteri, & adueniente vna alia deſinit, patet ponendo ꝙ tale totum habeat mille partes quantitatiuas, quarum quælibet ſemper eſt diuiſibilis in infinitas partes, & incipiat moueri localiter in aqua ſecundum partes, tunc prima pars in eodem inſtanti, quo continetur in aliqua parte ſuperficiei aquæ reſultat relatio realis, quæ dicitur circumſcriptio paſſiua fundata in illa parte, & terminata ad illam primam partem ſuperficiei aquæ, & quia illa pars non eſt ibi ineſſe quieto cum totum quantum continuè moueatur localiter. ideo illa prima pars ſubintrat aliam partem ſuperficiei aquæ, & ipſum totum ſecundum aliam partẽ æqualem primæ fit in illa prima parte ſuperficiei aquæ, & ſic acquirit nouam præſentiam, ſiuè nouum reſpectum ad illam primam partem ſuperficiei aquę, & prima relatio acquiſita in prima parte totius deſinit eſſe, quia, & illa pars deſinit contineri ab illa prima parte ſuperficiei aquæ, ſed acquirit aliam relationem, vt fit præſens ſecundæ parti ſuperficiei. Et ſic patet quomodo ſecũda relatio fundata in ſecũda parte ſuccedit relationi fundatæ in prima parte. Deinde prima pars deſinit eſſe ſub ſecunda parte ſuperficiei, & fit præſens tertiæ parti, & per conſequens ſecunda pars quanti deſinit eſſe in prima parte ſuperficiei, & fit præſens ſecundæ parti, & poſtea tertia pars ipſius quanti fit præſens primæ parti ſuperficiei, & ſic dico de alijs. Hoc poſito dico duo. primò ꝙ eadem pars quanti ſecũdum ꝙ fit præſens alij, & alij parti ſuperficiei aquæ ſemper habet aliũ, & aliam relationem terminatam ad aliam, & aliam partem ſuperficiei aquæ ita ꝙ ſemper vna ſuccedit alteri, ſic ꝙ prima deſinente, ſecunda aduenit, & ſecunda deſinente tertia aduenit, & ſic de alijs. Et ſic totum quantum ſecundum illam partem poteſt dici ſucceſſiuè moueri, cum ſecundum illam partem habeat aliam, & aliam pręſentiam, prout illa pars ſit præſens alij, & alij continenti. Et ſic ſucceſſio talis fit præcisè ex diuiſibilitate cõtinentis, quia propter eius diuiſibilitatem pars quanti fit præſens alij, & alij parti continentis. Secundò dico, ꝙ ipſum quantum poteſt ſucceſſiuè acquirere totum vbi, quæ ſucceſſio in reſpectibus erit ſecundum diuiſibilitatem ipſius quanti, quia n. habet plures partes, ideo ſecũdum primam partẽ fit præſens primæ parti ſuperficiei aquæ, & ſecundum ſecundam partem fit præſens eidem, & ſimiliter ſecundum tertiam, & ſic de alijs quouſq; totum contineatur in tota ſuperficie aquæ, ſecundum ergo ꝙ fit præſens eidem parti ſuperficiei ſecundum aliam, & aliam partem quanti, ſequitur ꝙ ſecundum aliam & aliam partem acquirat alium, & alium reſpectum terminatum ad eandem partẽ ſuperficiei, quorum vnus ſemper ſuccedat alteri, & ſic erit ſucceſſio in tali motu locali, ſiuè in tali vbi propter diuiſibilitatem ipſius mobilis.

Mirabilis doctrina.

¶ Secundò principaliter præmitto, ꝙ totum vbi paſſiuum, quod eſt relatio realis totius bipedalis ad ſuperficiem continentem ipſum totum, nõ dicitur integrari ex illis reſpectibus ſibi inuicem ſuccedentibus, cum deſinant eſſe, ſed in vltimo inſtanti motus localis ipſius quanti, quo totum actu eſt in loco ſibi adæquato, reſultat vna relatio, ſiuè vna circumſcriptio paſſiua, ſecundum quam dicitur eſſe in loco circumſcriptiuè, & ſecundum quam totum formaliter dicitur præſens toti ſuperficiei adæquatè cõtinenti ipſum, & ſimiliter ineſſe quieto quot ſunt partes in illo toto, tot ſunt circumſcriptiones paſſiuæ, ſiuè relationes, ſic, ꝙ vna pars quanti, ſic eſt præſens vni parti ſuperficiei, ꝙ non alteri, & alia pars alteri, & ſicut totum integratur ex omnibus partibus ſuis, ita vbi totale ipſius quanti, ſiuè circumſcriptio paſſiua totalis, ſiuè totalis præſentia integratur ex omnibus partialibus præſentijs.

¶ Tertiò præmitto, ꝙ quantum bipedale, & dicatur. a. recedit ab vltima ſuperficie aeris continẽtis, pariformiter fit ſucceſſio in tali vbi deperditiuo. ſicut etiam in vbi acquiſitiuo, quod acquirit in aqua, patet. n. ꝙ cum prima pars ipſius. a. ſubintrat aquã illa pars perdit reſpectum vbicalem, quem habebat ad vltimam partem aeris, & acquirit nouum reſpectum in aqua, & ſecunda pars ipſius. a. dũ continuè. a. recedit à loco aeris fit ſub illa vltima parte ſuperficiei aeris, & perdit reſpectum, quem habebat ad partem priorem aeris, & acquirit nouum reſpectũ, vt eſt in vltima parte aeris, & poſt, illa ſecunda pars. a. fit in prima parte ſuperficiei aquæ, & ſic perdit reſpectum ad vltimam partem aeris, acquirendo

nouum

nouum ad primam partem ſuperficiei aquæ, & ſic ſucceſſiuè de alijs partibus, & ſic patet quomodo deperdit locum totalem ſucceſſiuè. Et diuiſibilitas talis motus localis, ſiuè ſucceſſio tripliciter poteſt contingere. primò ſecundum diuiſibilitatem continentis, vt cum. a. ſecundum eandem partem fit pręſens alij, & alij parti continentis, vt patet de indiuiſibili, quod ſi moueretur ſuper aliquod quantum, illud mobile ſecundum ſe totum ſemper fieret præſens alij, & alij parti ſpacij, vt patebit in iſto ſecundo diſt. 2. q. 9. Secundò fit ſucceſſio ex diuiſibilitate ipſius mobilis, vt cum mobile ſecũdum aliã, & aliam partem ſucceſſiuè fit præſens eidem parti continẽtis, vt ſupra expoſui, tertiò fit ſucceſſio ex parte vtriuſq;. ſ. contenti, & continentis, quando vtrumq; eſt diuiſibile, & ſic quando corpus circumſcriptiuè mouetur talis motus eſt ſucceſſiuus ex diuiſibilitate tam contenti, quàm continentis.

Succeſſio poteſt tripliciter cõtingere.

¶Quarto præmitto, ꝙ quando mobile, puta a. recedit à loco ſibi adæquato, poteſt dupliciter intelligi, vno modo exeundo localiter à primo loco adæquato, acquirendo nouum locum ſibi adæquatũ ſic, ꝙ ipſum mobile localiter recedat ab ipſo loco. Alio modo dicitur moueri localiter, quia alius, & alius locus ſemper ſuccedit, ipſo tamen fixè ſtando, exemplum primi, vt cum quantum bipedale mouetur à loco aeris ad locum aquæ, ita ꝙ nõ ſtat fixum in eodem reſpectu ad polos. exemplum ſecundi vt cum palus figitur in aqua, qui ſemper ſtat fixus habendo eundem reſpectum ad polos mundi, ſed tamen dicitur localiter moueri, quia nouum, & nouum continens ſemper ſuccedit, vt patet de aqua fluente circa ipſum, quia ſemper fit ſub alia, & alia ſuperficie aquæ fluentis, loquendo primo modo, dico, ꝙ quando mobile ſic mouetur recedẽdo à loco ſibi adęquato, ita ꝙ totum moueatur, ſemper habet alium, & alium reſpectum ad continens, patet quia quando adæquatè eſt in continente, ſic habet vnum reſpectum ad ipſum continens, quod præciſè correſpondet continenti, & quęlibet pars ipſius contenti ſuæ parti determinatæ, cum ergo mouetur recedendo à continente, amittit illum reſpectũ totius contenti ad totũ continens, & reſpectus partium ad partes continentis perduntur, patet quia non ſunt amplius ſub illis partibus. Aduerte tamẽ, ꝙ antequam mobile exeat totũ locum ſibi adæquatum, cum perdit primum reſpectum ad locum adæquatum, acquirit nouum reſpectum ad alium locum adæquatum, qui locus adæquatus, ſiuè ſuperficies adæquata includit partem ſuperficiei, ſub qua prius erat, & partẽ ſuperficiei, ſub qua de nouo fit, & ſic acquirẽdo aliam, & aliam partem ſuperficiei definit eſſe ſub alia, & alia parte ſuperficiei præteritæ, & ſic ſucceſſiuè acquirit ipſum vbi adæquatũ, ſucceſſiue deperdendo vbi adæquatum, qd' prius habebat, & ſic totum contentum ſemper fit ſub alio, & alio reſpectu, & quælibet pars cõtẽti fit ſub alio, & alio reſpectu. Sed loquendo ſecundo modo, non ſemper ſequitur, ꝙ mobile ſecundum ſe totum moueatur, nec per conſequens in eodem tempore, quo ſecundum vnam partem, tantum fit præciſè ſub aliqua parte ſuperficiei, ſub qua prius non erat, nec ſequitur ꝙ perdat reſpectum ſecundum ſe totum, quem prius habebat ad totum continens, ſed tantum ſecundum partem, quia illa pars perdit reſpectum ad partem ſuperficiei, ſub qua prius erat.

Pulchrum exemplum.

¶Ijs præmiſſis, reſpondeo ad rationes Gregorij, cum primo dicit aliquod corpus mouetur localiter ad aliquem locum, igitur perdit aliquod vbi, in quo prius erat, hoc conceditur via naturali, via. n. ſupernaturali aliquod corpus acquirere poſſet nouũ vbi, etiam per motum localem, nõ perdendo prius vbi, vt probat Doctor in 4. di. 10. q. 2. & cum arguit iſte, quòd ſi corpus mouetur de vno vbi ad aliud vbi, aut mouetur in tempore, aut in inſtanti. Dico primò, ꝙ in tempore mouetur, & cùm arguit ergo partibiliter, & ſucceſſiuè. ſ. prius ſecundum vnam partem, & poſterius ſecundum aliam. concedo, & cum infert, vel igitur ſecundum partes mobiles, vel ſecundum partes ipſius vbi. Dico quòd ſi loquitur de ſucceſſione ipſius vbi adæquati de nouo acquirendi, vel alterius vbi adæquati de nouo deperdendi, quòd talis ſucceſſio fit propter diuiſibilitatem tam mobilis contenti, quàm ipſius continentis, non quòd fiat ſucceſſio in partibus mobilis, vel in partibus continentis, cũ illæ partes ſint ſimul & in actu, & habeant eſſe permanens, & cum quærit vltra, quòd ſi mobile prius ſecundum vnam partem ſui mouetur ab vbi, quod habet, quàm ſecundum aliã & quàm ſecundum totum. quæro tunc de alia parte mobilis ipſius, aut habet adhùc totum ſuũ vbi, vel partem, quam prius habuit, & tunc ſequitur ꝙ ipſa quieſcit, alia parte mota actualiter. Dico quòd quãdo mobile mouetur de motu locali primo modo, videlicet quãdo mobile per motum proprium recedit à loco, quòd quando vna pars mouetur, etiam quælibet mouetur, ita quòd quando illa pars acquirit nouum reſpectum, etiam quęlibet pars ipſius mobilis acquirit nouum reſpectum ad aliam, & aliam partem, & ſic non ſequitur, quòd ſecũdum vnam partem moueatur localiter, & ſm aliam quieſcat. Dico ſecundò, quòd ſi loquamur de motu ſecundo modo dicto, videlicet qñ mobile fit ſub alia ſuperficie per nouũ acceſſum continentis ad ipſum vt ſupra dixi de palo fixo in aqua, quòd ſtat mobile ſecundum vnã partem moueri, & ſecundum aliam quieſcere, ſicut etiam cũ aliqua ſuperficies dealbatur primo ſecundum vnam partem mouetur ad albedinem, & ſm aliam partem adhùc quieſcit ſub nigredine, & tamen ex hoc non ſequitur, quòd quieſcat, & non quieſcat. licet. n. ſequatur mouetur ad albedinẽ, ergo mouetur, & ſimiliter ſequatur quieſcit ſub nigredine, ergo quieſcit, non tamẽ ſequitur ergo quieſcit, & non quieſcit, eſt. n. ibi ignorantia elenci, & fallacia ſm quid ad ſimpliciter, vt infra patebit in iſto ſecundo di. præſenti q. 7. in reſponſione ad quartum argumentum principale. Et ſi iſte vult inferre, quòd ſi mobile ſm vnam partem quieſceret, & ſm aliam moueretur eſſet cõtra philoſophũ. 7. phi. tex. co. 1. vbi vult, quòd nihil mouet ſeipſum primò, quia tunc quieſceret ad quietẽ partis, & non quieſceret ad quietẽ eius, patet hoc non eſſe contra Ari. quia Ari. loquitur ibi de corpore, qđ mouetur ſm ſe totum, ſiuè primò accipiens ly prima illa duplici primitate, de qua Doctor in præſenti di. q. 10. reſpõdendo ad primũ argumentum principale. cõcedo ergo, ꝙ illa pars, quæ mouetur non habet totũ vbi, ſiuè reſpectum, quẽ prius habuit, nec partem illius reſpectus, ſed habet aliũ reſpectum nouũ. & ſimiliter concedo, ꝙ illa alia pars mobilis habet nouũ reſpectum, loquendo ſemper de mobili primò modo dicto. hæc fortè non habet loquendo de corpore mobili ſecundo modo dicto. prima fortè adhùc eſt ſub illa parte, ſub qua prius erat, niſi fortè dicatur, ꝙ continens de nouo adueniens, expellendo prius continens, moueat ipſum totũ continẽs, quia tunc concederetur, ꝙ ſicut totum contentum fit ſimpliciter ſub alio reſpectu, ita & quælibet pars contenti fit ſub alio reſpectu. Et cum infert quòd illa ſecunda pars mobilis, aut habet totum vbi prius, aut partem, reſpõſum eſt ꝙ nec totum, nec partem, loquendo de mobili primo modo, poſito etiam ꝙ habeat partem nõ ſequitur, quòd præciſè habeat illã partẽ, quã prius hẽbat alia pars mobilis, & ꝙ infert probando,

Singulares reſpõſiones.

Reſpondet Lychetus ad rõnes Gregorij.

probando, quòd mobile non requirat ſubiectiuè dum mouetur localiter aliquam partem dimẽſionalem, hoc totum conceditur, nec hoc eſt contra Doct.ſubtilem. Et cum vltimò infert circa illam primam rationem, quòd totum mobile ſimul, nõ prius mouetur ab vna parte eſſentiali, quàm ab alia ipſius vbi, quia vbi non habet tales partes, aliter ſuſciperet magis, & minus, hoc totum poteſt concedi. Si tamen adhùc dicatur, quòd ſecundùm vnam partem vbi totalis moueatur, & non ſecundùm aliam, fortè non eſſet inconueniens, accipiendo totum vbi, pro quodam integrato ex omnibus reſpectibus, quos habent partes mobilis ad partes continentis. & ſic ſi mobile ſecundùm vnam partem mouetur, totum mobile perdit vnam partem totalis vbi, quia vnum reſpectum, quem prius habebat pars mota, nec ex hoc ſequitur ipſum vbi intendi, vel remitti, quia quod intẽditur, & remittitur eſt forma ſimplex; illud autem totum vbi eſt quoddam integratum ex pluribus vbi partialibus.

¶ Et cum ſecundò infert, quòd eodem modo poteſt argui, quòd non acquirit nouum vbi partibiliter, quia vel hoc eſſet ſecundùm partibilitatem mobilis, ita quòd vna pars eius prius acquireret nouum vbi, quam alia, & tunc ſequitur, quòd vna mouetur, alia non mota. Reſpõdeo pariformiter, vt ſupra dixi de mobili, quod mouetur à priori vbi deperdendo illud. Et quod addit, quòd aut mouetur ſecundùm partibilitatem vbi præciſè, ita ꝙ totum mobile ſimul, prius acquirat vnam partem eſſentialem vbi noui, quàm aliam, patet reſponſio ex ſupradictis, ꝙ vbi nouum adæquatum ipſi mobili eſt vnus reſpectus reſultans in ipſo mobili in vltimo inſtanti motus localis, in quo fit perfectè præſens continenti ſibi adæquato; ille tamen reſpectus non acquiritur motu locali, cum acquiratur in inſtanti, immò eſt ſimpliciter terminus motus localis, & vbi totale, quod ſucceſſiuè acquiritur per motũ localem ſunt reſpectus ad inuicem ſucceſſiui, quia habent ſucceſſionem ad inuicem, vel ex diuiſibilitate mobilis, vel cõtinentis, vel vtriuſque, vt ſupra expoſui. Et ex iſta reſponſione, tota littera ſequens ipſius Gregorij (vt patet) nihil contra Doctorem concludit.

Nihil cõcludit Gregorius contra Scotum.

¶ Et cum probat, ꝙ non poſſit moueri ab vno vbi ad aliud in inſtanti, conceditur hoc non poſſe eſſe via naturali; loquendo tamen de motu continuo, licet tamen aliquid poſſit moueri, etiam virtute naturali in inſtanti, nõ tranſeundo per medium, quod eſt aliquid extremorum, videlicet motu continuo, licet ipſum tranſeat ſecundùm ordinem naturæ, ita quòd prius natura tranſit vnam partem, quàm aliam, & non ordine durationis, vt expoſui in præſenti diſt.q.vltima. Et iſte Doct. intendat ſic probare, quòd angelus non poſſit ſic tranſire de loco ad locum in inſtanti, non tamen motu continuo, patet quòd ratio ſua nihil concludit, cum loquatur ſemper de motu continuo, ſi tamen intendit per has rationes ſimpliciter concludere, quòd nihil naturaliter poſſit moueri de loco ad locum in inſtanti, acquirendo nouum reſpectum, non loquendo de motu continuo, ad illas reſpondeo vnica reſponſione: quia angelus exiſtens in aliquo vbi in inſtanti poteſt ſe facere preſentem alij vbi, vt infra patebit præſenti diſtin.q.vltima. Et cum infert iſte, ſi.p.mouetur ad.c.in inſtanti. & a.c.mouetur ad.d.in inſtanti, &.c.dicat reſpectum, ergo in eodem inſtanti. idem.c.erit genitum, & corruptum, quod eſt impoſſibile; quia dum.p.mouetur ad.c. acquirit nouum vbi, ſiue nouum reſpectum, & cũ a.c.mouetur ad.d.perdit ipſum. c. ſiuè reſpectum. Dico primò, quòd fortè non eſſet impoſſibile angelum in eodem inſtanti temporis moueri ad.c.& in eodem inſtanti moueri. a.c.ad.d. loquendo de vbi continuis, & non diſcontinuis, & non loquendo de motu continuo, & cum infertur, ergo in eodem inſtãti.c.eſt genitum & corruptum. Dico hoc non eſſe impoſſibile abſolutè; quia etiam Deus in inſtanti.a.poteſt creare angelum, & in eodem inſtanti poteſt anihilare, vt ſupra patuit præſenti diſ. q.prima, & clarius patebit in quolib.q.12.& ſic idẽ in eodem inſtanti erit creatum, & anihilatum. Pono ergo, ꝙ angelus in aliquo tempore moueatur ad vbi.c.ita ꝙ in vltimo inſtanti illius temporis habeat vbi.c.& in eodem inſtanti faciat ſe preſentem alij vbi, tunc idem vbi in eodem inſtanti erit creatum, & corruptum, nec iſta ſunt impoſſibilia. Sed quicquid ſit de iſtis pro nunc ſuccincto ſermone tranſeo, & præſertim cũ rõnes iſtę, quibus probat, ꝙ eſt impoſſibile aliquid moueri in inſtãti, probẽt tantum de motu continuo, vt ſic concedantur, & in hoc non ſunt contradictoria, cum expreſsè teneat angelum non poſſe moueri motu continuo in inſtanti de loco ad locum; ſiuè de locis continuis, ſiuè diſcontinuis, vt ſatis patet præſenti diſtinct.q.12.

Eſt impoſſibile aliquid moueri in inſtanti.

Ordo duplex, naturæ, & durationis.

¶ Ad ſecundam rationem principalem, qua probat quòd cęlum primum non acquirat nouum reſpectum, licet verè localiter moueatur, & ꝙ nõ acquirit, patet, quia primum cœlum non circunſcribitur. Dico quòd ſi loquamur de circunſcriptione paſſiua, ſecundùm quam aliquid dicitur commenſuratè cõtineri ab aliqua ſuperficie corporis continentis; hoc modo primum cęlum non eſt in loco ſecundum viam philoſophi, ſi verò loquamur de circunſcriptionę actiua, qua primum cęlum circunſcribit corpora contenta. Dico abſolutè, quòd continuè dum localiter mouetur acquirit nouum, & nouum vbi actiuum, quo continuè circunſcribit contenta inferiora, & quælibet pars primi cęli ſemper acquirit alium, & alium reſpectum, ſecundum quem fit præſens parti contentæ. Et concedo, ꝙ motus localis primi cęli eſt verè cõtinuus, & diuiſibilis, & ſucceſſiuus, non quòd ſit aliqua ſucceſſio in partibus ipſius cœli, nec in corporibus contentis, cum habeant eſſe permanens, ſed fit cõtinua ſucceſſio in ipſis reſpectibus actiuis, ita ꝙ ſemper vnus ſuccedit alteri. Cum enim vna pars primi cœli fit præſens parti corporis contenti habet vnum reſpectum ad illam partem, quæ dicitur vbi, & cum fit præſens alij parti, acquirit alium reſpectum, admittendo illum primum, & ſic fit præſens alij, & alij parti, & ſic ſemper alius, & alius reſpectus ſuccedit alteri.

Motus localis primi cęli eſt verè continuus, & diuiſibilis.

¶ Ad tertium principale, vbi dicit, quòd tunc idem mobile ſimul moueretur duobus motibus diſtinctis: & eſſet dare quintum genus motuum prę̨ter illa quatuor poſita à philoſopho quinto phiſicor.ſ.motus ad ſubſtantiam, quantitatem, qualitatem, & vbi. Dico breuiter, quòd hæc ratio procedit ex falſa imaginatione, imaginatur enim iſte, ꝙ cum mobile mouetur localiter ſuper aliquod ſpacium, quòd ſit vnus motus localis reſpectu ſuperficiei, ſuper qua mouetur, & alius motus ſit ad ipſum vbi, ſi enim attẽderetur motus localis ex hoc ſolo, quòd eſſet ſuper quantitate, talis motus non eſſet ſucceſſiuus, quia in tali motu nulla eſſet ſucceſſio in quantitate, ſuper qua mouetur, nec ſucceſſio in partibus ipſius mobilis, cum ſint permanentes, ex quo ergo motus localis eſt verè ſucceſſiuus, oportet dicere, quòd talis ſucceſſio fiat in ipſo vbi totali, ita quòd continuè vnus reſpectus vbicalis ſuccedit alij modò præexpoſito & talis ſucceſſio in reſpectibus fit propter diuiſibilitatem,

Quinto phyſic.cõt.x.18.

tem,

tem, vel continentis, vel contenti, vel vtriuſque, vt ſupra patuit. Dico ſecundo, quòd etiam poſito, ꝙ mobile verè moueatur ſuper magnitudinem ſic, quòd talis motus dicatur localis, & etiam moueatur ſecũdùm alium, & alium reſpectum vbicalem ſic, quòd talis motus dicatur vbicalis, adhùc nul-

Singularis doctrina. lum ſequitur incõueniens. Et concedo quòd idem mouetur diſtinctis motibus, & cum infertur, ꝙ eſſet dare quintum genus motuũ negatur, quia motus vbicalis eſſet in prædicamento vbi, & motus localis eſſet in prædicamento quantitatis, quia talis motus diceretur ex hoc, quòd mobile continuè tranſit aliam, & aliam partem quantitatis, ſicut etiam dicimus, quòd motus alterationis eſt in prædicamento qualitatis, prima tamen reſponſio eſt melior. Et cum dicit, quòd motus localis non pertinet ad prædicamentum quantitatis, quia non eſt augmentum, vel decrementum. Dico, quòd ſi iſte concederet motum localem eſſe aliquam entitatem realem realiter diſtinctam à mobili, cuius oppoſitum ipſe tenet, haberet dicere, ꝙ talis motus pertineret ad genus quantitatis non ex hoc, ꝙ mobile acquirat realiter, & ſubiectiuè aliquã quantitatem nouam, ſed ex hoc quòd pertranſit aliam, & aliam partem quantitatis ſucceſſiuè, ita ꝙ vnam per prius, & aliam per poſterius, & ſic ſucceſſio eſſet in tali motu, licet non in partibus quantitatis.

¶Ad quartum vbi dicit, quòd ſi vbi diceret nouum reſpectum in ipſo mobili, quòd tũc eſſet poſſibile aliquid eodem tempore primò moueri continuè ſecundùm vbi alicuius loci, & quieſcere ſecundùm locum illum, & è contra quieſcere ſecundùm vbi, & moueri ſecundùm locum. negatur hoc poſſe ſequi, & cum probatur, quia quieſcere ſecundùm vbi non eſt aliud, quàm ipſum, & omnes partes eius eſſe in eodem loco, quo prius, ſi intelligat, quòd eſſe in aliqua vltima ſuperficie, in qua prius erat non includendo reſpectum circunſcriptionis paſſiuæ, quia quieſcat ſecundùm vbi circunſcriptiuum, hoc patet eſſe falſum, quia & corpus Chriſti quieſcit ſub vltima ſuperficie quantitatis panis tranſubſtantiati, & tamen non quieſcit ſecundùm vbi circunſcriptiuum, patet, quia ibi non circunſcribitur, nam circunſcribi dicit commenſurationem totius contenti ad totum continens, & partium contenti ad partes continentis, quæ cõmenſuratio nihil aliud eſt, niſi quidam reſpectus, vt patet à Doc. in 4. diſtin. 10. non ſequitur ergo quieſcit ſecundùm locum, accipiendo locum pro vltima ſuperficie continentis, ergo quieſcit ſecundùm vbi, licet benè ſequatur è conuerſo. ſ. quòd quieſcẽs ſecundùm vbi, quieſcit etiam ſecundùm locũ, quia non eſt imaginabile ꝙ. a. habeat circunſcriptiuum, & quòd ſimul non ſit ſub quantitate continentis. Et quod infert iſte, quòd Deus poſſet transferre locatum partibiliter de ſuo loco. ſ. de vltima ſuperficie continentis conſeruando totaliter vbi in ipſo

Impoſſibile eſt ponere reſpectũ ſine termino locato, negatur, quia eſt ſimpliciter impoſſibile ponere aliquem reſpectũ ſine termino ad quem eſt, vt patet à Doct. in 4. diſt. 11. Cum ergo vbi paſſiuũ eſſentialiter ſit reſpectus terminatus ad vltimam ſuperficiem continentis, ſecundùm quem contentum ſit præſens continenti, & partes contenti partibus continentis, ſi locatum non eſſet in tali ſuperficie, nullo modo includeret vbi ad talem ſuperficiem. Et cum probatur, quòd locatum poſſit eſſe in tali vbi, & non in ſuperficie, quia ipſum vbi paſſiuum eſt res diſtincta eſſentialiter ac etiã ſubiecto, & ſitu ab ipſo loco, nec aliquam cauſalitatem habet alterum ſuper reliquum, quam Deus non poſſet plenè ſupplere. Cõcedo hoc totum. Et cum infertur, ergo Deus poteſt transferre locatum partibiliter de ſuo loco, conſeruando totaliter vbi in ipſo locato, negatur conſequentia, vt patet in inſtantia, nam paternitas diſtinguitur eſſentialiter, & loco, & ſubiecto, &c. à re quæ eſt filius, ergo Deus poteſt facere patrem ſine filio non ſequitur, ſimiliter vnio naturæ humanæ ad verbum diſtinguitur eſſentialiter ab ipſo verbo, ergo poteſt facere naturam humanam formaliter vnitam, & quòd talis vnio non terminetur ad verbum non ſequitur. Et cum dicit in calce huius rationis, quòd ſi vbi dicit reſpectum nouum in ipſo locato, ꝙ Deus poterit in ipſo locato innouare continuè vbi, & ipſum in eodem loco adæquato, & primo retinere, dico quòd hæc propoſitio poteſt habere duplicem ſenſum. Primò, quòd exiſtente. a. in aliqua vltima ſuperficie continentis primò, & adæquatè includete reſpectum ad ipſam ſuperficiem, quòd ſimul poteſt habere aliud, & aliud vbi, quia ipſum. a. poteſt adæquatè contineri in alia, & alia ſuperficie, & hoc modo concedo propoſitionem, quia Deus poteſt facere idem corpus ſimul eſſe in pluribus locis adæquatis, loquendo de locis materialiter. ſ. accipiendo locum pro ſuperficie vltima, vt ſubtiliter probat Doc. in 4. diſt. 10. q. 2. Secundò quòd exiſtente. a. in b. vt in loco ſibi adæquato poſſet habere aliud, & aliud vbi circunſcriptiuum, non actu exiſtente ſub alia, & alia ſuperficie hoc eſt ſimpliciter impoſſibile, quia tunc poneretur reſpectus ſine termino ad quem eſt, vt ſupra patuit, quia vbi paſſiuũ dicit formaliter reſpectum ad vltimam ſuperficiem continentis, vt actu continentem, & circunſcribentem.

¶ Nunc reſpõdeo ad argumenta facta pro ſecũda concluſione, quę talis erat, quòd vbi non eſt res alia à loco, & à locato diſtincta, cuius oppoſitum tenet Doct. vt patet in 4. diſt. 10. & in quolib. q. 11. & alibi ſæpe.

¶Ad primam ergo rationem, quòd ſi vbi eſſet res alia, quòd tunc eſſet poſſibile per potentiam *Ad primam rationem.* Dei idem locatũ eſſe in eodem loco, in quo prius, & non eſſe vbi prius, & è contra, eſſe vbi prius & non in eodem loco. i. in quo prius quæ non ſunt intelligibilia. Reſpondeo quòd iſta litera poteſt habere multiplicem ſenſum, primo quòd. a. poſſit eſſe in eodem loco. i. in eadẽ ſuperficie in qua prius, & non eſſe vbi prius. i. quòd actu ſit in vltima ſuperficie, & quòd non habeat vbi quod prius habebat in illa ſuperficie, concedo hoc eſſe poſſibile. ſ. quòd. a. contineatur in aliqua ſuperficie, nõ tamen circunſcriptiuè; & quòd non habeat vbi circunſcriptiuum, vt patet de corpore Chriſti ſub quantitate panis, & hoc conceditur à Doc. in 4. diſtin. 10. Secundò quòd. a. contineatur in aliqua ſuperficie circunſcriptiuè, & quòd nõ habeat idem vbi, quod prius habuit. Dico hoc eſſe impoſſibile, quia idem reſpectus ſemper remanet idem termino, & fundamento eodem modo ſe habente, ſic intelligẽdo quòd. a. ponatur cõmenſurari toti ſuperficiei continentis ſic, quòd ipſum. a. correſpondeat toti ſuperficiei, & partes determinatæ à partibus determinatis ſuperficiei, & hæc commenſuratio eſt neceſſariò reſpectus, non intelligo ergò quòd manente. a. ſecundùm eſſe abſolutum, & ſuperficie ſecundùm eſſe abſolutum, quòd neceſſariò maneat vbi circunſcriptiuum, ſed poſita commenſuratione ſupradicta neceſſe eſt ipſum vbi manere quamdiu manet talis commenſuratio, & ſic patet quomodo iſta litera poteſt intelligi, poſſent etiam dari alij ſenſus, quos breuitatis cauſa omitto, & quia non multum faciunt ad propoſitum.

¶Ad ſecundam rationem pro ſecunda concluſione cum dicit, ſi vbi eſt talis res. ſ. reſpectus Deus *Ad ſecundam rationem.*

anihilet

Sortem exiſtere in aliqua vltima ſuperficie poteſt intelligi duobus modis.

anihilet ipſum vbi quod habet ſortes exiſtens in iſto loco demonſtrato. Dico, quòd ſortem exiſtere in aliqua vltima ſuperficie poteſt dupliciter intelligi, videlicet commenſuratiuè, & diffinitiuè tantum. primo modo non poteſt deſtrui ab aliqua potentia ipſum vbi, quia eſt impoſſibile ſortem commenſurari alicui loco, & non dicere reſpectum ad ipſum locum, cum talis commenſuratio, vel eſt formaliter reſpectus, vel ſaltē neceſſariò includit reſpectum. Secundo modo concedo, quòd poteſt anihilare tale vbi circunſcriptiuum, licet tunc ſit difficultas vt eſt in loco diffinitiuè, an neceſſariò dicat reſpectum, & teneo ſimpliciter, quòd aliquid non poteſt eſſe in loco diffinitiuè ſic, quòd ſit perfectè præſens illi loco, quin dicatur reſpectum præſentialitatis ad locum. Sed de hoc in 4.diſtin.10. & in quolib.q.11. Et cum infert, ꝙ anihilato vbi circunſcriptiuo in ſorte, pono quòd Deus nullam aliam mutationem faciat in ſorte, aut in alia re, quod eſt bene poſſibile ſuæ potentiæ. Admitto caſum, & cum vltra quærit, an ſortes ſit in illo loco, in quo prius erat.ſ.in vltima ſuperficie cōtinentis, vel nō poteſt dari vtrunque, cum dicit, quòd ſecundum dari non poteſt, quia tunc ſortes eſſet in loco ſecundùm aliam mutationem ab illa, qua mutatus fuit ſecundùm vbi deperdendo ipſum, quod eſt contra poſitum, negatur quòd mutetur aliqua mutatione poſitiua, videlicet acquirendo aliquod poſitiuum, aut aliqua mutatione deperditiua, deperdendo aliquod poſitiuum, quod prius habuit. Et cum probat, quia ſortes prius fuit in loco, & nunc non eſt in loco, ergo mutatur, negatur conſequentia, ſi in antecedente intelligit ſortem eſſe in loco nihil aliud eſſe, niſi in aliqua ſuperficie contineri, & non dicere aliquid formaliter in ipſo ſorte, quia vt ſic ſortē nec formaliter aliquid acquirit, nec deperdit, & ſi ſortem eſſe in loco hoc modo, & poſt non eſſe diceret mutationem multa inconuenientia cōtingerent, quia dicerem etiam Deum ſic mutari, quia nunc non eſt præſens tempori craſtino, & cras erit præſens, & ſimiliter heri fuit præſens tempori heſterno, & nunc nō eſt præſens, cū vnum extremum præſentialitatis non ſit, & tamen non mutatur de hoc vide Doc. in primo.diſt.39.contra opin.Tho. Et hoc eſt, quia per aliam, & aliam præſentiam non acquirit aliquid in ſe formaliter, nec ſimiliter amittit aliquid, quod erat in.a.formaliter per carentiam præſentiæ. Et multa inconuenientia adduci poſſent, quæ breuitatis cauſa pertranſeo. Si verò ſortem eſſe in loco diceret formaliter aliquid poſitiuum in ſorte, concedo quòd tūc mutaretur, ſi deſineret eſſe in loco, & tunc caſus primus eſſet impoſſibilis, videlicet quòd anihilato vbi in ſorte, ſi ſortes eſſet in loco, & ipſum eſſe in loco dicit aliquid poſitiuum formaliter in ſorte, poſſit Deus facere ſortem formaliter non eſſe in loco ſine mutatione, quia in illo inſtanti, quo deſineret eſſe in loco amitteret illum reſpectum, quem prius habebat. Et cum vltra dicit in calce huius rationis, quòd anihilato vbi in ſorte, aut eſſet in loco præexiſtenti, &c. Dico quòd non eſſet ibi circunſcriptiuè, quia Deus de potentia ſua poteſt deſtruere ipſum vbi circunſcriptiuum, manentibus corpore, & vltima ſuperficie continentis, vt patet à Doc.in 4.diſtin.10. Sed tunc non ſequitur, quòd ſit in loco, de quo iſte intendit.ſ.in loco circunſcriptiuè.

Ad tertiam rationem.

¶Ad tertiam rationem cum dicit, ſi vbi eſt res aliqua diſtincta à locato aut eſt abſoluta, aut reſpectiua. Dico quòd eſt reſpectus. Et cum probat, quòd non per diuiſionem, quia aut eſt reſpectus locati ad locum, aut loci ad locatum, aut vtriuſq;.ſ. & locati ad locatum, & loci ad locatum. Concedo omnes partes huius diuiſionis, & cum probat, quòd vbi non dicat reſpectum loci ad locatum, quia tunc locus, puta vltima ſuperficies continentis haberet vbi, & poſſet conuenienter quæri, vbi eſt iſte locus. Et vltra etiam loci eſſet locus, quod non concederent. Dico quòd nullum ſequitur inconueniens, quia aliud eſt loqui de vbi actiuo, & de vbi paſſiuo, ſiuè de circunſcriptione actiua, & paſſiua. Nam ſecundùm vbi paſſiuum tantum aliquid dicitur locari, ſiuè eſſe in loco, & nullo modo aliquid dicitur eſſe in loco ſecundùm vbi actiuum, & ſic non poteſt conuenienter quæri de vltima ſuperficie continentis reſpectu vbi actiui, vbi ſit tanquam in loco, cum ſecundùm illud nullo modo dicatur eſſe in loco, nec ſimiliter ſequitur, quòd locus ſit in loco, quia ſi vbi actiuum eſſet in vltima ſuperficie, aut in loco circunſcriptiuè, tunc circunſcriberetur ab vltima ſuperficie, quod eſt impoſſibile, & ſimiliter illud vbi haberet aliud vbi, ſecundùm quod primum vbi eſſet in loco, & ſic eſſet proceſſus in infinitum, nec illud inconueniens, quod dicit, quòd tunc locus eſſet in loco ſequitur apud Scotiſtas, quia locum eſſe in loco tantum ex hoc ſequeretur, ſi locus poſſet moueri localiter, ſiuè ipſum vbi, & hoc eſt quod dicit Doct.diſtin.præſenti.q.6.vbi ſic dicit, dico igitur, quòd locus habet immobilitatem oppoſitam motui locali omninò, & incorruptibilitatem ſecundùm æquiualentiam per comparationem ad motùm localem, primum patet, quia ſi eſt aliquomodo mobile localiter, quantumcunque accipiatur, per accidens etiam poſſet dici eſſe in loco per accidens, & ei aſſignari alius, & alius locus, hæc ille. Et cum probat, quòd locatum non dicat reſpectum ad locum, quia reſpectus loci ad locatum eſt de genere relationis, igitur & reſpectus locati ad locum. Dico quòd vterque reſpectus eſt de genere vbi quod vbi diſtinguitur in vbi paſſium, & actiuum. Nam iſti reſpectus ſunt reſpectus extrinſecus aduenientes, vt patet à Doct. in quarto, diſtin.10.

An locus ſit in loco.

Ad quartā rationem.

¶Ad quartam rationem, quæ fundatur in illa interrogatione de loco &c. Dico breuiter, quòd cum communiter quæritur in quo loco ſit Franciſcus, communiter reſpondetur de loco materiali, vel communi, vel proprio, cum dicunt, quòd eſt in eccleſia, vel in domo, vel in alio loco, quia ipſi intelligunt, quòd in tali loco continetur, ſi tamen vltra quæreretur ſi Franciſcus eſt in tali ſuperficie contentus, ita quòd ſit ibi commenſuratiuè, dicit ne reſpectum ipſius contenti ad ipſum continens, & è contra, periti viri dicerent quòd ſic, quia videretur eis impoſſibile aliquod contentum ſic perfectè eſſe præſens continenti, quòd totum correſpondet toti, & pars parti, quin dicat relationem talis præſentialitatis, quæ dicitur circunſcriptio paſſiua. Et quòd non valet iſta conſequentia ad interrogationem factam de loco, reſpondetur quòd eſt in tali, vel tali loco, ergo vbi non dicit aliquem reſpectum alium à locato, quia (vt dixi) communiter fit interrogatio de loco materiali, ſicut etiam hæc conſequentia non valet, ſi quæratur Franciſcus eſt ſimilis Ioanni, per quid ergo eſt ſimilis, ſiue ſecundùm quid eſt ſimilis, communiter reſpondetur, quòd ſecundùm albedinem, ergo ſimilitudo, vel aliud dicit niſi album, & album non ſequitur cum dicat relationem fundatam in vtroque albo, ſit ergo quæſtio communiter de fundamentis ſimilitudinis, & per tale fundamentum communiter reſpondetur, ſic dico in propoſito.

¶Ad illam cõfirmationem, cum dicit ſi quis interrogat de ſorte, vbi eſt, & reſpondeatur eſt in eccleſia, vel in ſcolis conuenienter reſponderetur, ſi igitur in eccleſia, & in ſcolis non ſunt termini pertinentes ad prædicamentum vbi, aliqui non conuenienter reſponderent, igitur eiuſdem eſt interrogatiuum hoc aduerbium vbi, quod iſta ſignificant, ſignificant autem loca ipſa extrinſeca, & non aliquam rem formaliter loco inhærẽtem. Dico quòd vbi poteſt accipi dupliciter vno modo pro ſignificato, alio modo pro denóminato, ſiuè pro materiali, primo modo tam vbi actiuum, quàm vbi paſſiuum ſignificat formaliter reſpectum, ſecundo modo vbi actiuum accipitur pro ipſo continente, & ſic communiter fit interrogatio de continente, ſicut etiam dicimus, quòd talis locus eſt conueniẽs locato. ſ. locus materialiter ſumptus, vt includit qualitates cõuenientes corpori naturali locato, ſicut etiam dicimus ille locus ſanus eſt, non accipitur pro reſpectu locantis ad locatum, ſed pro ipſo continente includente qualitates facientes pro ſanitate.

Vbi poteſt accipi dupliciter.

¶Ad auctoritatẽ Com. 5. metaph. vbi dicit iſte, quòd Commenta. vult quòd locus accipiatur tantum pro ipſa vltima ſuperficie cõtinentis, & vt ſic talis locus eſt prædicamentum, vbi. Dico quòd auctoritas commentatoris in 5. metaphy. com. 28. eſt ad oppoſitum, vult enim ibi, quòd reſpectus continentis localiter ad contentum ſit prædicamentum vbi. dicit enim ſic, & iſte ſermo ita cecidit in libro, ſed exemplum non conuenit exemplificato, vbi loquitur de habitu, dicere enim quòd contentum habet continens, eſt ſicut animal habere cutẽ, & arborem habere cortices, & hoc eſt prædicamẽtum habitus, cyphum autem habere aquam, & ciuitatem habere homines eſt è conuerſo. ſ. quia continens habet contentum, & ſecundùm hunc modum dicitur quòd locus habet locatum, & hoc eſt in prædicamento vbi, & vniuerſaliter reſpectus in hoc prædicamento eſt conuerſus illi, qui eſt in prædicamento habitus. & parum infra eſt enim reſpectus comparationis inter continens, & contentum, ſi igitur fuerit comparatio continentis ad cõtentum erit prædicamentum habitus, ſed è cõuerſo de vbi, hęc ille, & in calce illius commenti ſic dicit, numerus reſpectuum, qui demõſtratur per habere ſicut ſecundùm numerum reſpectuum, qui demonſtratur per hanc dictionem. in: ſed hic hæc præpoſitio. in. dignius dicitur de reſpectu contenti ad continens, & recepti ad recipiendum, & hoc verbum habere dignius dicitur de reſpectu continentis ad contentum, & poſſidentis ad poſſeſſum.

Quō locus habeat locatum.

¶Ex quibus expreſſè apparet, quòd ex quo ipſe habitus, qui eſt prædicamentum vbi, dicit tantum reſpectum habentis ad rem habitam, ſimiliter, vbi dicit reſpectum continentis ad cõtentum, non enim res habens, nec res habita dicuntur habitus, qui eſt prædicamentum, nec ſimiliter ſuperficies vltima continens, & res contenta dicuntur eſſe de prædicamento vbi, ſed vbi, quod eſt prædicamentum erit tantum reſpectus continentis ad cõtentum, & è contra. Ex hijs etiam apparet quid dicendum ſit ad auctoritatem Commentatoris 4. phyſi. com. 34. & ſimiliter ad auctoritatem Boetij de tri. & ſui commentatoris.

¶Vltimo loco reſpondendum eſt, quomodo illæ reſponſiones factæ contra tres rationes, quas facit contra ſeipſum non euacuent illas rationes. Cum dicit ad primam, quòd ſic arguendo locus eſt ſpecies quantitatis, vbi eſt locus, ergo vbi eſt ſpecies quantitatis, quòd eſt fallacia æquiuocationis ex varia ſuppoſitione medij. Dico quòd ſi iſte vult, quòd vbi nullum reſpectum dicat nec re, nec ratione additum loco, ſiuè ſuperficiei, quòd in tali argumento non cõmittitur aliqua fallacia, patet quia quando aliqua duo ſic ſe habent, quòd ſunt penitus idẽ, quod verificatur de vno, verificatur de reliquo, cũ ergo vbi, & locus ſint penitus idem per te, ergo ſi de loco verificatur, quod ſi ſpecies quantitatis hoc idem verificabitur de vbi.

¶Præterea quandocũq; medium habet tantum vnum ſignificatum non contingit fallacia æquiuocationis, ſed vbi, & locus ſignificant penitus idem ex parte rei, quia locus ſignificat vltimam ſuperficiem corporis cõtinentis, & vbi ſignificat eãdem, cum nullo modo per te dicat aliam rem, nec abſolutam, nec reſpectiuam.

¶Et cum dicit ſecundo ſoluendo hanc primam rationem, quòd eſto, quòd locus ſit quantitas, non tamen locus eſt ſpecies quantitatis, ſed paſſio quantitatis. Et probat per Com. 5. metaph. c. de quanto, vbi dicit, quòd philoſophus in prædicamentis enumerando illas ſpecies locutus eſt ſecundùm famoſitatem tantum &c. Dico quòd hæc reſponſio minimè valet, quia ſiuè locus ſit ſpecies quantitatis, ſiuè non, nihil refert ad propoſitum, quia ego quæro, an locus pertineat ad prædicamentum quantitatis, ita quòd præcisè ſit in tali prędicamento aut nõ, ſi ſic. Cum vbi ſit penitus idem quod locus. Sequitur quòd vbi non erit prædicamentum diſtinctum à prædicamento quantitatis, & tunc motus erit tantum ad tria prædicamenta. ſ. ad ſubſtantiam, qualitatem, & quantitatem, quod eſt contra philoſophum quinto metaph. qui ponit motum ad quatuor prædicamenta. ſ. ad tria ſupradicta, & ad vbi. Si verò locus non eſt de prædicamento quantitatis, & aliud non poteſt aſſignari, niſi prædicamentum, vbi, tunc, quæro aut dicit rem abſolutam, aut reſpectiuam, ſi abſolutam nulla alia erit, niſi ſuperficies continentis, quæ per ſe eſt in prædicamento quantitatis, ſi reſpectiuam, tunc habetur propoſitum. ſ. quòd locus ſit reſpectus alius ab vltima ſuperficie continentis fundatus in ea, & terminatus ad locatum. Et cum dicit iſte, quòd quamuis eadem res ſit locus, & quantitas, ſeu ſuperficies, non tamen ſecundum eandem rationem dicitur ſuperficies, & locus, ſed inquantum eſt diuiſibilis ſecundũ duas dimenſiones, dicitur ſuperficies inquantum verò eſt id, in quo aliud eſt tali modo eſſendi. in. dicitur locus. Sed hæc reſponſio videtur tantum fuga. Tũ quia in re, ſuperficies, vt includit duas dimenſiones. ſ. longitudinem, & latitudinem, & vt continet locatum eſt ſimpliciter eadem res, & nullo modo diuerſificata. Tum, quia, vt continet locatum, aut præcisè eſt ſuperficies includens duas dimenſiones, aut dicit aliquid aliud. Si primo, ergo locus nullo modo differt à ſuperficie. Si ſecundo quæro de illo alio, aut dicit reſpectum ſuperficiei continentis ad contentum, aut abſolutum, quodcunq; detur erit contra te, ſi dicit reſpectum, aut ille reſpectus eſt ex natura rei, & habetur propoſitum, quòd locus vltra ſuperficiem dicat rem reſpectiuam aliã à ſuperficie, aut eſt reſpectus rationis tãtum, & hoc eſt falſum. Tum quia locus nõ eſſet in aliquo prędicamento cum prædicamenta ſint præter opus intellectus. Tum, quia nullo intellectu comparante nullus locus eſſet, quæ omnia ſunt abſurda. Dicere ergo locum diſtingui à ſuperficie, & ex parte rei non eſſe aliud ab ipſa, nec ex parte rationis videtur implicatio in adiecto.

Locus eſt paſſio quantitatis.

Quinto metaphyſi. con. tex. 18.

¶Ad ſecundam reſponſionem, qua nititur ſoluere auctoritatem Auctoris ſex principiorum dicentis, quòd vbi eſt circumſcriptio corporis à locis circumſcriptione procedens, &c. Dico quòd extorquet,

& aucto-

& auctoritatem, & intentionem Auctoris, cum dicit ipſum vbi non diſtingui, ab vltima ſuperficie cõtinentis, & cum probat per ſimile, ſicut circumſcriptio loci, à qua dicit circumſcriptionem corporis procedere, non intelligitur aliqua res à loco diſtincta, qua circumſcribatur locus. Dico, quòd hoc vel eſt, quia Auctor ſex principiorum ponit duplicem circumſcriptionem, ſcilicet actiuam & paſſiuam, nam in eodem inſtanti, quo ponitur actiua ponitur, & paſſiua & econtra. Et non dicit, quòd ipſe locus, ſiuè circumſcriptio actiua, à qua procedit circumſcriptio paſſiua aliquomodo circumſcribatur. Dico etiam, ꝙ quando Auctor 6. princip. dicit, ꝙ vbi eſt circumſcriptio corporis à loci circumſcriptione procedens, ideſt ꝙ ipſum vbi reſpectus procedit à circumſcriptione loci naturalis, vt à termino ad quem, quia vltima ſuperficie continentis ambiente locatum ſtatim in ipſo locato oritur circumſcriptio paſſiua, quæ eſt reſpectus fundatus in locato, & terminatus ad vltimam ſuperficiem ambientem, & ſimiliter in eodem inſtanti oritur circumſcriptio actiua, quæ eſt reſpectus fundatus in ſuperficie ambiente, & terminatus ad vltimam ſuperficiem corporis locati, & ſic patet quomodo ſecũdum Boet. non ſit ſimpliciter idem circumſcribi formaliter, & eſſe in aliquo loco, accipiendo locum pro vltima ſuperficie.

Cap. 5. de vbi.
Duplex eſt circumſcriptio.

¶ Ad vltimam reſponſionem datam ad auctoritatem auctoris 6. princi. dicentis, non autem in eodem eſt locus, & vbi; ſed locus quidem eſt in eo, quod capit, vbi verò in eo, quod circumſcribitur, & complectitur, non videtur iſte ſoluere iſtam auctoritatem, cum dicit ꝙ cum auctor accipit eſſe in, non accipit pro inhærẽtia, ſed per prædicationem, & actum exercitum pro ſignato, & eſt ſenſus ꝙ non de eodem dicitur, ſeu prædicatur locus, & vbi, hæc enim reſponſio ex ſupradictis patet non eſſe ad intentionem auctoris, cum accipiat ibi eſſe. in. præter omne opus intellectus, & vt dicit verã inhærẽtiam.

Quæſtio ſeptima.

Vtrum vnus Angelus poſſit eſſe ſimul in pluribus locis.

Seraphicus Bonau. 2. ſent. diſt. 2. q. 2. art. 2.
Scotus 2. ſent. diſt. 2. q. 1.
D. Thomas prima parte ſummæ q. 52. art. 2.
Franciſcus de Mayronis 2. ſent. diſt. 1. q. 8.
Ioannes Bacconitanus 2. ſent. diſt. 3. q. 2.

SEPTIMO quærit Doc. Vtrum vnus angelus poſſit ſimul eſſe in pluribus locis diffinitiuè. Titulus quæſtionis poteſt habere multiplicem ſenſum. Primò, an angelus poſſit eſſe in pluribus locis adæquatis, puta, ꝙ locus adæquatus angeli ſit ſpacium vnius miliaris. An ſimul poſſit eſſe in duobus, & Doct. determinabit ꝙ non, loquendo de poteſtate ipſius angeli. Secundò, an poſſit eſſe in duobus locis non adæquatis, puta quòd poſſit eſſe in extremis ſpacij vnius miliaris, ita ꝙ non in medio, quæ extrema dicuntur loca diſcontinua, & Doct. videtur ſuſtinere partem negatiuam, & affirmatiuam, videlicet quòd poſſit eſſe ſimul in talibus locis poteſtate propria, & non poſſit eſſe ſimul. Videtur enim ꝙ vtraq; ſit probabilis. Et Doct. arguit pro prima parte ibi.

¶ Contra poteſt eſſe in aliquo loco toto, puta pedali per hanc rationem Doct. videtur probare ꝙ ſimul poſſit eſſe in locis extremis alicuius ſpacij pedalis abſque hoc, ꝙ ſit in medio, & patet, ꝙ ſi eſt in illis extremis, ꝙ nõ oporteat eſſe in medio, quia ex quo angelus non eſt in illa quantitate pedali, ſicut forma in ſubiecto, quæ non poſſet ſimul eſſe in extremis illius quãtitatis, quin ſimul informet media inter illa extrema, nec eſt ibi ſicut locatum in loco circumſcriptiuè, quia tale locatum non poteſt eſſe in extremis alicuius quãtitatis, quin ſimul ſit in medio, cum ergo angelus ſit ſimpliciter indiuiſibilis, & habeat puta quantitatem pedalem pro loco ſibi adæquato, ita ꝙ nõ in maiori. Sequitur, ꝙ ſicut poteſt eſſe in vno extremo, ita poſſit ſimul eſſe in alio extremo illius quantitatis abſque hoc, ꝙ ſit in medio, cum non ſit ibi, ſicut forma informans, nec circumſcriptiuè, & ſic ſimul poteſt eſſe in duobus locis diſcontinuis. Et hæc ratio Doct. valet, tenendo, quòd angelus poſſit eſſe in maiori, & in minori loco infra locũ ſibi adæquatum, vt patuit in quæſt. immediatè præcedenti. Secunda pars oppoſita primæ aliter non probatur à Doctore.

IN iſta quæſt. hìc Doct. tres concluſiones dicit. Prima eſt Damaſceni. cap. 16. & 33. dicẽtis, ꝙ angelus de facto nõ eſt ſimul in duobus locis, quia cum eſt in cœlo, non eſt in terra, nec ẽ conuerſo. Secũda eſt de poſſibilitate angeli naturali, & dicit, quòd eſt probabile, vnum angelum non poſſe ſimul eſſe potentia ſua naturali in duobus locis, quorũ vterque ſit ſibi adæquatus ſm̃ vltimum potentiæ ſuæ, puta ſi ſm̃ vltimum potẽtiæ ſuæ poſſet eſſe in loco vnius miliaris non poſſet virtute propria eſſe in duobus locis talibus, quia tunc iſte locus non videretur ſibi adæquatus ſm̃ virtutem ſuam naturalem. Et addit, an in duobus locis diſcontinuis poſſit eſſe, quorum nec vnus, nec alius eſt ſibi adæquatus dubium eſt, nec videtur ratio neceſſaria pro, nec contra.

Quomodo Angelus de facto nõ poſſit eſſe in pluribus locis.

¶ Aduerte, ꝙ loca cõtinua ſunt illa, quorũ vltima ſunt vnum, vt patet 5. phyſ. ꝙ tunc contingit, quãdo inter illa tm̃ cadit aliquod indiuiſibile cõtinuãs illa, ꝙ eſt finis vnius, & principium alterius, & ſic partes extremæ alicuius continui, puta pedalis non dicuntur adinuicem cõtinuæ, quia nullus pũctus immediatè cadit inter illas continuans, puta qui ſit finis primæ partis extremę, & principiũ alterius partis extremæ. Si ergo vnus angelus eſſet in illis partibus extremis, tũc eſſet in duobus locis diſcõtinuis, ſed difficultas eſt. An ſimul poſſit eſſe in duobus locis cõtinuis, puta in duabus partibus alicuius quãtitatis adinuicẽ cõtinuis: Doc. aliter non determinat.

Quanã ſint loca continua.
5 phyſ. contex. 39.

¶ Tertia concluſio eſt, quòd loquendo de diuina potentia. Angelus ſimul poteſt eſſe in duobus locis ſiuè adæquatis, ſiuè nõ adæquatis, cum nulla appareat contradictio. Et de hac materia prolixius tractatur à Doct. in quarto, diſt. 10. q. 2.

NVNC ſoluenda ſunt argumenta principalia, quibus Doct. videtur probare eſſe ſimpliciter impoſſibile per quamcunque potentiam angelum ſimul poſſe eſſe in pluribus locis, Et arguit. Primò ſic, quia tunc angelus differret à ſe, ſicut locus diſtat à loco, conſequentia probatur, ex oppoſito cõſequentis, quia illa, quæ ſunt ſimul alicui tertio, ſunt ſimul inter ſe.

Poſſibile eſt Deo facere idem corpus circumſcriptiuè. & localiter in diuerſis locis.

¶ Reſpondet Doctor ibi ad primum, dico, ꝙ non ſequitur, ſicut nec ẽ cõuerſo, quando illud tertium, ad quod comparantur extrema, eſt illimitatum ſecundum illud, ſecundum quod extrema cõparantur ad ipſum, vt patet de anima in manu dextra, & ſiniſtra, quæ anima non diſtat à ſe, & tamen manus diſtat à manu, & hoc eſt ratione illimitationis ipſius animæ, ſecundum quam eſt ſimul tota in toto, & in qualibet parte, ſed ſi eſſet ſic limitata, ꝙ tantũ informaret vnam partem, puta manum dextrã ſic ſimul non poſſet informare ſiniſtrã, quin diſtaret à ſeipſa.

In propoſito autem exiſtens in pluribus locis ſimul per quamcunque potentiam eſt aliqualiter illimitatum. ideo nõ ſequitur, ꝙ ſi ſimul eſt in duobus locis abinuicem diſtãtibus, ꝙ diſtet à ſeipſo, ſicut nec valet, ꝙ aliqua duo, ſint ſimul inter ſe, ſi ſint ſimul alicui tertio illimitato. patet, quia exiſtens Brixię, & exiſtens Romæ, ſunt ſimul cum Deo, ergo ſunt ſimul inter ſe non ſequitur, quia comparantur tertio illimitato ſecundum immenſitatem, ſed ſi eſſent ſimul Franciſco exiſtenti tantum in illo loco propter ſui limitationem eſſent ſimul inter ſe.

Quomodo Angelus ſit limitatus.

¶Secundò. Arguit Doct. ſic, angelus eſt natura omnino limitata, ergo erit limitatus ſecundũ quodlibet, quod poteſt ſibi ineſſe, & ita ſecundum locum erit limitatus, & per conſequens non poterit ſimul eſſe in pluribus locis.

¶Reſpondet Doct. concedendo, ꝙ ſit limitatus quo ad naturam ſuã, & naturales proprietates. Sed ex hoc non ſequitur ipſum eſſe limitatum quo ad paſſionem accidentalem, ſiuè quo ad reſpectum, qualem dicit vbi, & ſic vt non repugnat eidem albo limitato in ſe ſimul poſſe habere plures ſimilitudines, ſic non videtur repugnare naturæ angeli in ſe limitatæ, ſimul poſſe habere plura vbi, ſiuè adæquata, ſiuè non adæquata.

¶Tertiò arguit Doct. Ibi, præterea duo vbi ſunt formaliter contraria, quia inter ea poteſt eſſe diſtantia localis, & per conſequens motus localis, & motus eſt inter duo cõtraria, vel à contrario in mediũ, vt patet quinto phyſi. t. c. 52. Si ergo angelus ſimul poſſet eſſe in pluribus locis, tunc duo contraria eſſent in eodem.

Quomodo cõtraria inſint eidem.

¶Reſpondet Doct. ibi. Ad tertium quære, & additur reſponſio hìc in littera, ꝙ non eſt inconueniẽs contraria relatiua ineſſe eidem, vt patet de relationibus mouentis, & moti in eodem, vt patet à Doct. primo. diſt. ſecunda. parte 2. q. 3. diſt. 5. quæſtione 2. & in 2. diſt. 25. & in quarto. diſt. 10. q. ſecunda. Ad argumenta principalia.

5. phyſi. contex. 68.

¶Quamuis hoc ſit ſatis bene dictum. Dico tamen ad argumentum, cum dicitur, ꝙ motus eſt à cõtrario in contrarium. i. ꝙ terminus à quo contrariatur termino ad quem, ꝙ Ariſt. loquitur de contrarietate largè ſumpta, quæ eſt à priuatione termini à quo ad terminum ad quem, ſicut etiã ipſe Ariſt. dicit primo phi. ꝙ forma, & priuatio ſunt contraria, accipit ibi cõtraria largè. Dico ergo, ꝙ quãdo aliquid mouetur à non. a. ad. a. non poteſt ſimul eſſe ſub non. a. & ſub. a. & ſic quando aliquid mouetur à non tali loco ad talem locum nõ poteſt ſimul eſſe in tali loco, & ſub priuatione eiuſdem. Si autẽ intelligat, ꝙ motus ſemper ſit inter terminos contrarios poſitiuè, patet eſſe falſum, vt patet de calido, & quatuor, quod mouetur ad calidum, vt octo, nam calidum, vt quatuor eſt terminus à quo poſitiuus, & calidũ, vt octo eſt terminus ad quem poſitiuus, & iſti ſunt termini fundamentales, & poſſunt ſimul eſſe. Sic dico in propoſito, ꝙ cum. a. mouetur à loco. b. ad locum. c. termini fundamentales ſunt. b. & c. & iſti termini ſunt compoſſibiles, quia. a. poteſt eſſe ſimul ſub. b. & c. termini tamẽ formales ſunt incompoſſibiles qui ſunt priuatio, & habit⁹, eſt. n. impoſſibile, ꝙ a. ſimul ſit ſub negatione. c. & ſub ipſo. c. Et quod dicit ſupra ꝙ omnia diſtincta vbi differunt ſpecie hoc non eſt verum ſimpliciter, quia plura vbi poſſunt tantũ differre numero, vt ſupra patuit. q. 6. de vbi ſibi adinuicem ſuccedentibus, bene verum eſt, ꝙ illa vbi, inter quæ eſt motus localis differunt ſpecie propter ſpacium interceptum, vt expoſui ſupra in illa. q. 6. Poſito etiam ꝙ differrent ſpecie, non ſequitur ꝙ diſtincta ſpecie ſint ſemper contraria, vt patet de albedine & rubedine. Si dicatur, ꝙ ſi angelus ſimul poteſt eſſe in duobus locis, ergo ſimul poteſt eſſe ſurſum, & deorſum, quæ videntur contraria. Dico conformiter ad ea, quæ dicit Doct. in 4. diſt. 10. q. 2. reſpondendo ad principalia argumenta.

Quomodo Angelus ſit eſſe ... ſurſu ...

¶Quarto arguit Doct. ibi. Item ſi ſic, tunc poſſet ſimul quieſcere, & moueri, quia quieſcere ſecundũ vnum vbi, & moueri ſecũdum aliud, ſed quieſcere, & moueri inferunt quieſcere, & non quieſcere, moueri & non moueri, quæ ſunt incompaſſibilia in eodem.

¶Reſpondet Doct. Ibi, ad quartum dico. In iſta littera plura dicit, ꝙ ſicut moueri eſt aliter ſe habere nunc, quàm prius. i. ꝙ mutari propriè eſt nũc indiuiſibiliter aliter ſe habere nunc, quàm prius ſe habuerit diuiſibiliter, quia prius erat ſub eſſe diuiſibili ſucceſſiuo, & nunc ſub eſſe indiuiſibili, vt expoſitum eſt ſupra. q. 4. præſentis. diſt. ibi. Et tunc ad ſecundam inſtãtiam, quæ eſt de generabilib⁹, & corruptibilibus &c, Sequit in littera, ita quieſcere eſt nunc ſe habere, ſicut prius, nunc quieſcens per horam, ita ſe habet nunc. ſ. in vltimo inſtanti illius horæ, ſicut prius ſe habuit per totam horam, vt infra patebit. q. 9. præſentis. diſt. ſequitur. Non eſt autem inconueniens reſpectu huius vbi aliquid ſe habere nunc vt prius, vt cum quieſcit in illo vbi per horã; & in vltimo inſtanti illius horæ, ita ſe habet ſicut prius per totam horam, nec ſimiliter eſt inconueniẽs reſpectu alterius vbi aliter ſe habere nũc quàm prius, quia in aliquo vltimo inſtanti eſt in aliquo vbi, in quo prius non fuit, quando mouebatur localiter in terminum motus, aliter ſe habet nũc, quia indiuiſibiliter quàm prius ſe habuerit, quia prius ſe habuit diuiſibiliter, & ſucceſſiuè dum eſſet ſub motu locali, & ita non eſt inconueniens in aliquo loco quieſcere, & in alio moueri. Sequitur. Et ex hoc concedo abſolutè, ꝙ quieſcit ſimul, & mouetur, quia prædicata affirmatiua ſimpliciter ſumpta, puta moueri, & quieſcere ſequuntur ex ſe ipſis ſumptis cum determinatione non diminuente, nam bene ſequitur Franciſcus mouetur in iſto loco, ergo ſimpliciter mouetur, & quieſcit in alio loco, ergo ſimpliciter quieſcit. Arguitur. n. à parte in modo ad ſuum totum, non autem ſequeretur ſi argueretur cum determinatione diminuente, non. n. ſequitur Franciſcus mouetur ſecundum imaginationem tãtum, ergo ſimpliciter mouetur. Sequitur ibi. Et cũ infertur igitur quieſcit & non quieſcit, ibi eſt ignorantia elenchi & fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter, nam verus elenchus eſt contradictio ad idẽ, ſecundum idem, ſimiliter, & in eodem tempore, vt patet in elenchis, & vbi fit contradictio non habẽs omnes iſtas cõditiones, dicitur ignorantia elenchi, quia eſt ignorantia verè contradictionis, in propoſito autem cum dicitur, ergo quieſcit. & non quieſcit deficit ſibi iſta conditio, quæ eſt ad idem, ſiuè reſpectu eiuſdem, cum enim dico Franciſcus in loco. a, quieſcit, & in loco. b. non quieſcit, quieſcere, & non quieſcere verificantur de Franciſco reſpectu diuerſorum vbi, ſi verò diceretur Franciſcus reſpectu. a. vbi quieſcit, & reſpectu eiuſdem. a. vbi non quieſcit, tunc eſſet contradictio, & non eſt ignorantia elenchi. Dicit etiam ꝙ eſt fallacia ſecũdum quid ad ſimpliciter, quia non ſequitur. Franciſcus non quieſcit reſpectu. a. vbi, ergo ſimpliciter non quieſcit, ſicut nec etiam ſequitur Franciſcus non eſt albus ſecundum dentes, ergo non eſt ſimpliciter albus, argumentũ. n. à parte in modo non diminuente ad totum in modo affirmatiuè valet, ſed non valet negatiuè, vnde bene ſequitur Franciſ. currit velociter, ergo ſimpliciter currit, non tamen ſequitur negatiuè Franciſc. non currit velociter, ergo non currit ſimpliciter. Sic in propoſito &c. Ibi parum infra.

Quid ſit verus elẽchus.

infra. Ita quòd in omnibus talibus, in quibus cõtrahuntur prædicata, inferunt affirmatiuas, in quibus eadem prædicata ſimpliciter includunt, ſed non inferunt negatiuas, in quibus prædicata inferuntur ſimpliciter ſubiectis non conuenire propter cauſas dictas, ſic exemplificatur, quando prædicata ſunt contracta, vt cum dico. Franciſcus currit velociter, currere enim contrahitur per ly velociter, tale prædicatum infert aliam propoſitionem affirmatiuam, in qua idem prædicatum ſimpliciter includitur, quia bene ſequitur, Frãciſcus currit velociter, ergo Franciſcus abſolutè currit, & ſic cum dico a. eſt duplum ad b. ergo eſt duplum abſolutè, ſed non infertur negatiuè a. non eſt duplum ad b. ergo non eſt duplum abſolutè, ſed committitur fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter.

¶Vltimò arguit Doct. ibi, præterea, aut poſſet moueri ſimul ad illa duo vbi, & hoc non, quia duo motus eiuſdem ſpeciei non poſſunt ineſſe eidem. 3. phyſ. tex. commen. 19. neque multo magis duo motus contrarij, quales eſſent, ſi ſimul moueretur ad duo vbi, puta ad vbi ſurſum, & vbi deorſum, aut poſſet moueri ab vno vbi ad aliud, non amittendo primum vbi, & hoc non, quia termini motus ſunt incompoſſibiles, ſcilicet terminus à quo, & terminus ad quem, vt patet quinto phyſicorum. tex. cõmen. 26. ergo &c.

¶Reſpondet Doctor ibi, ad vltimum dico, quòd vtroque modo eſt poſſibile. Et cum improbatur primus modus, dicit, quòd non eſt incompoſſibilitas motuum, niſi propter incompoſſibilitatẽ formarum, ſecundum quas ſunt motus, cũ ergo duo vbi non ſint incompoſſibiles in eodem in eſſe quieto, vt ſupra patuit, & ſpecialiter in quarto, diſt. 1. c. quæſt. 2. ſequitur, quòd nec vt habent eſſe in motu erunt incompoſſibilia. Eſt autem dictum philoſophi verum de motibus ſecundum formas incompoſſibiles, quales ſunt formæ abſolutæ, ſed non eiuſdem ſpeciei, & de hoc alias. Et cum improbatur ſecundus modus, dicit Doctor, quòd motus generationis eſt diſtinctus à motu corruptionis, quia termini eorum diſtinguuntur, nam terminus à quo formalis reſpectu generationis eſt non eſſe formæ, & terminus ad quem formalis eſt ipſa forma acquiſita, reſpectu verò corruptionis terminus à quo eſt forma, & terminus ad quem eſt non eſſe ipſius formæ, & dicit, quòd generatio, & corruptio frequenter concurrunt, quia ad generationem vnius ſequitur corruptio alterius, & econtra, non tamen eſt ſimpliciter neceſſarium, quòd concomitantur, vt ſupra patuit in iſto ſecundo, diſtinct. 1. quæſt. 3. in reſponſione ad tertium argumentum principale. Et cum dicit, quòd tunc ſunt quattuor termini ſupra, quando generatio, & corruptio concurrunt, duo ſcilicet à quibus vna priuatio, & vna forma, quia terminus à quo corruptionis eſt vna forma, & terminus à quo generationis eſt vna priuatio, & duo termini ad quos, ſcilicet vna priuatio, & vna forma, quia terminus ad quem corruptionis eſt priuatio formæ, & terminus ad quem generationis eſt forma. Sequitur ibi. Ita in motibus eſt receſſus à termino à quo, & acceſſus ad terminũ ad quẽ, &c. Dicit Doctor in iſta littera, quòd quamuis communiter in motu locali ſint duo motus, & per conſequens quattuor termini, vt patet, quando corpus a. mouetur à loco b. in locum c. recedẽdo a. b. ſunt ibi duo motus, ſcilicet à b in non b & à non c. ad c. & ſic quattuor termini, ſi tamen a. poſſet moueri ad locum c. non deperdendo priorem locum, puta b. tunc tantum ibi eſſet vnus motus, ſcilicet à non c. ad c. & duo tantum termini, ſcilicet priuatio loci c. & ipſum c. Et cum dicitur termini motus ſunt incõpoſſibiles, verum eſt de proximis terminis eiuſdem motus, puta de priuatione, & habitu, qui ſunt termini formales, ſed non eſt verum de terminis, qui poſſunt eſſe quorumcunque motuũ differentium, ſicut eſt de duobus vbi, quæ ſunt reſpectu motuum differentium, vt cum quis mouetur ad vbi ſurſum ad vbi deorſum, vel econtra, vel ad vbi dextro ad vbi ſiniſtrum, vt expoſitum eſt ſupra quæſt. 6. præſentis diſtinctionis, &c.

Quomodo ſit intelligẽdum dictũ Ariſt.

Quomodo in motu locali ſint duo motus.

Quæſtio Octaua.

Vtrum duo Angeli poſſint ſimul eſſe in eodem loco.

Seraphicus Bonauent. 2. ſent. diſt. 2. q. 4. artic. 2.
Scotus 2. ſenten. diſt. 2. quæſt. 8.
D. Thomas prima parte ſummæ. q. 52. artic. 3.
Franciſcus de Mayronis 2. ſent. diſt. 1. q. 7.

OCTAVO quæro. Vtrum duo angeli poſſint ſimul eſſe in eodem loco. Hæc quæſtio eſt ſatis facilis, & plura dicit Doctor.

¶Primò, quòd in iſta quæſtione non eſt veritas ita certa, & clara de facto, ſicut eſt in præcedenti quæſtione, patet, quia in præcedenti quæſtione certum eſt de facto, eundem angelum ſimul non eſſe in pluribus locis, vt ibi patuit, ſed in iſta q. nõ eſt ita certum de facto, quòd plures angeli ſint in eodem loco, vel ne: videtur enim de facto plures angelos fuiſſe in eodem loco, & patet auctoritate Ricar. 4. de Trin. vbi arguit dæmones non habere corpora per hoc, quòd legio fuit in corpore vnius obſeſſi, vt patet Lucæ 8. & Marci 5. Nõ enim potuiſſet legio fuiſſe in aliquo, ſi illi angeli mali habuiſſent corpora. Ideo videtur arguere, quòd ſi habuiſſent corpora, fuiſſent eorum corpora ſimul in eodem loco; igitur modo quando non habent corpora videtur, quòd ſimul fuerunt in eodẽ loco.

¶Secundò probat hoc idem ibi. Si etiam vnus angelus mouens cœlum ſit in meridie, & bonus angelus miſſus de cœlo ad terram debeat tranſire per illum locum, non videtur neceſſitas, quòd nõ tranſeat quaſi per lineam rectam, vel ꝙ alius cedat ſibi, ſi ergo tranſeat per lineam rectam, & per eundem locum in quo eſt alius angelus, erit ſimul cum alio angelo in eodem loco.

¶Si etiam omnes angeli fuiſſent creati ante creaturam corporalem, ſicut videtur verum ſecundum Dama. c. 17. non videtur facilè aſſignare, quomodo tunc non fuiſſent ſimul, ergo & modo videtur, ꝙ aliquando ſint ſimul in eodem loco.

¶Ibi, quicquid autem ſit de facto. Dicit Doctor hic, quòd & ſi forte ſit dubiũ plures angelos ſimul eſſe de facto in eodem loco, vel poſſe eſſe ſimul de potentia eorum naturali, de potentia tamen Dei certum eſt plures angelos ſimul poſſe eſſe in eodem loco.

NVNC ſoluenda ſunt argumẽta principalia, quæ probant eſſe ſimpliciter impoſſibile plures angelos poſſe eſſe ſimul in eodem loco per quamcunque potentiam. Et arguitur ſic primò, & eſt argumentum ſancti Tho. prima parte ſum. q. 52. artic. 3. in ſolutione principali, & arguit ſic, duæ cauſæ totales non poſſunt eſſe reſpectu eiuſdem effectus, patet iſta, quia tunc idem effectus poſſet ſimul eſſe, & nõ eſſe vt deducit Doct. in primo, diſt. 2. par. 1. q. vl. & alibi, ſed angelus exiſtens in vno loco eſt totalis cauſa reſpectu operationis in illo loco, propter quam dici-

Opi. D. Tho. eſt. ꝙ Angelus eſt in loco, quia operaretur in loco, & ſi nõ operaretur in loco, non eſſet in loco. Sed nota, ꝙ ſi D. Thom. loqueretur quantum ad innoteſcentiam bene diceret, ꝗa ſi exẽpli gratia vnus Angelus eſſet hic, ego ignorarem, ſi autem operaretur hic ꝑ operationem ego cognoſcerem, ſic cognoſcimus animas per operationẽ. Sed ſi Thomas dicit, ꝙ eſt ratio formalis, ſimpliciter malè dicit Caietanus prima par. ſummæ q. 52 arti. 1. hoc modo declarat opi. D. Tho. ꝙ eſſe in loco ſtat quattuor modis, vno modo ſecundum ſitum, ſecundo modo ſecundum formam, tertio ſecundũ contactum mathematicũ, quarto ſecũdum contactum virtualem, ſecũdo modo dicimus, ꝙ ani-

ma eſt in loco per accidens, quia eſt forma corporis, & eſt in loco primo modo. ſic punctus eſt in loco ſecundũ ſitũ, & tertio, & quarto modo patet, vide in primo, diſt.37. dicit ergo, quod Angelus non eſt in loco ſecundũ ſitum vt pũctus, non ſecundum formam, quia non põt eſſe forma alterius, non ſecundum contactum mathematicũ, ergo ſecundum virtualem, à ſufficienti enumeratione, ſed ratio ſua peccat per inſufficientẽ enumerationẽ, quia eſt alius modus eſſendi in loco, puta per præſentialitatem ſuã, deinde operatio tranſiens ipſius Angeli eſt, vt mouere orbem, deſcẽdere ad nos, & operari aliquid circa nos, prius eſt naturaliter Angelus præſens, quo cõfirmatur Mat.16. dicitur, Angelus autem Chriſti venit ad monumentum, & reuoluit lapidem, vbi videtur, quod primo acceſſit, & poſtea reuoluit, ergo potuit ibi accedere abſque hoc, quòd reuoluiſſet lapidem, & ſic fuiſſet ibi, non per operationem.

dicitur eſſe ibi, puta mouendo aliquod corpus, tũc angelus dicitur eſſe ibi per talem motum ſecundum opinionem ſancti Thomæ, prima parte ſummæ, quæſtione 52. articulo primo. ergo ſi alius angelus ſimul eſſet in eodem loco, tunc eſſet cauſa totalis eiuſdem operationis, ſcilicet mouẽdo illud corpus, cum non ſit in loco, niſi per operationem tranſeuntem in corpus, circa quod operatur, vt ſupra patet à Thoma. Nec videtur habere aliam operationem circa corpus, quia angelus non tranſmutat corpus, cauſando ibi aliquam formam.

¶ Reſpondet Doct. primò negando ſuppoſitum, videlicet, quòd angelus tantum ſit in loco per operationem, vt improbatum fuit ſupra quæſt.6. Secũdò dicit, quòd ſi etiam illud ſuppoſitum admitteretur, ſcilicet quòd angelus tantum ſit in loco per operationem, adhuc vnus angelus poſſet operari circa idem corpus vna operatione, & alius alia operatione, & ſic vterque eſſet in eodem loco per operationẽ. Et ſi dicas, quòd nõ poteſt operari circa corpus, niſi corporaliter mouendo, modo idem corpus non poteſt ſimul moueri à duobus mouentibus totalibus. Dicit Doctor, quòd hoc non obuiat, & reſponſio ſtat in hoc, non eſt neceſſe angelũ mouere illud corpus ſecundum vltimum potentiæ ſuæ, immò poteſt citra vltimum ſuæ potentiæ mouere, cum ſit agens merè liberum, pono ergo, quòd vnus moueat libere citra vltimum potentiæ ſuæ, tũc alius poteſt ſibi cooperari ad eundem motum. Sicut ſi aliquis haberet virtutem, qua poſſet ferre quatuor lapides ſecundum vltimum potentiæ ſuæ, & poteſt citra vltimum potentiæ ſuæ tantum portare duos, & tunc poteſt habere alium cooperantẽ portantem ſecum alios duos lapides.

¶ Secundò principaliter arguitur à Gottifredo quolib.6. quæſt.5. quæ habent eundem modum eſſendi in, non poſſunt eſſe ſimul, quod declaratur de duobus corporibus glorioſis, quæ non poſſunt naturaliter ſimul eſſe eodem loco, licet corpus glorioſum ſimul poſſit eſſe cum non glorioſo. Et ita de duobus Diis, ſi eſſent pares neuter poſſet eſſe cũ alio ſecundum Dama. commen.5. Et tamen Deus poteſt eſſe ſimul cum creatura propter alium modum eſſendi in loco, cum ergo angeli habeant eundem modum eſſendi in loco, non poterunt ſimul eſſe in eodem loco.

¶ Reſpondet Doctor, quòd illa maior, quæ eſt famoſa in multis materijs non eſt rationabilis. Nam eſſe in nullam habitudinem eſſentialem dicit, patet, quia eſſe in loco, non dicit dependentiam eſſentialem locati à loco, patet, quia eſſe in loco non dicit dependentiam eſſentialem locati à loco, eſſe tamen ab dicit habitudinem eſſentialem, quia communiter dicit dependentiam eſſentialem cauſati ad cauſam.

¶ Arguit ergo Doctor à fortiori, ſi plura poſſunt eſſe ab eodem, & eodem modo, quæ eſſentialiter dependẽt ab illo, multo fortius plura poſſunt eſſe in eodem loco, & eodem modo eſſendi in loco, cum talia locata tantum dicant habitudinem accidentalem ad locum, vt patet, ideo ita propoſitio famoſa non eſt multum rationabilis. Similiter habent temporalia eundem reſpectum ad tempus, ſicut locata ad locum: ex hoc ergo videtur ſequi, quòd non poſſunt plura temporalia eſſe in eodem tempore. De duobus corporibus glorioſis, & duobus dijs, oportet aliunde probare, quàm ex ratione eſſendi in loco ſecundum eundem modum eſſendi in, quia ex hoc non videtur repugnantia aliqua ſimultatis.

Quæſtio Nona.

Vtrum Angelus poſſit moueri de loco ad locum.

Scotus 2. ſenten. diſt. 2. quæſt. 9.
D. Thomas prima parte ſummæ, q.53. artic.1.
Ioannes Bacconitanus diſt.3. q.2.

NONO quærit Doctor. An Angelus poſſit moueri de loco ad locum motu continuo. Pro intellectu tituli quæſtionis eſt notandum, quòd motus continuus dicitur ille, cuius vnum mutatum eſſe ſic copulat duas partes motus, quòd eſt finis partis præteritæ, & principium partis futuræ, & inter quaſcunque duas partes ſemper mediat mutatum eſſe, ita quòd aliud, & aliud mutatum eſſe eſt inter alias, & alias partes, ſicut dicimus etiam de tempore continuo, quòd illud eſt tempus continuum, quando eſt aliquod inſtans, continuans duas partes temporis ſic, quòd eſt finis partis præteritæ, & principium partis futuræ, & hæc omnia prolixè expoſita ſunt quæſtione 2. præſentis diſtinctionis. Cum ergo quæritur, an angelus poſſit moueri de loco ad locum motu continuo, puta quòd moueatur ſuper ſpacium bicubitale, an talis motus dicatur continuus, ſic quòd ſucceſſiuè tranſeat vnam partem poſt aliam. Ita quòd ſicut corpus mouetur localiter ſuper aliquod ſpacium in quocunque inſtanti temporis ſemper eſt ſub alio, & alio mutato eſſe, quæ mutata eſſe menſurantur alio, & alio inſtanti temporis, & continuant illum motum localem. Ita etiam angelus, cum mouetur ſuper aliquod ſpacium, fiat ſemper ſub alio, & alio mutato eſſe, quæ mutata eſſe menſurantur alio, & alio inſtanti temporis, & continuant motum localem ipſius angeli, & ſic patet titulus quæſtionis.

AD quæſtionem reſpondet Doctor affirmatiuè, ſcilicet quòd angelus poteſt moueri de loco ad locum motu continuo. Et primò probat, quòd poſſit moueri de loco ad locum. Secundò, quòd talis motus localis ſit continuus. Primum probatur ſic. Omne receptiuum formarum alicuius generis, quod non ex ſe eſt determinatum ad aliquam vnam illarum formarum, nec eſt illimitatum ad illas, poteſt moueri, ſiuè mutari ab vna illarum formarum ad aliam, ſed angelus eſt receptiuus vbi diffinitiuè, &c. Nota quod in maiori dicit de receptiuo, quod nòn eſt ex ſe determinatum ad aliquod illius generis, quia ſi ſic eſſet, tunc nõ poſſet eſſe ſub alio illius generis, patet, quia ſi aliquod receptiuum coloris eſſet ex ſe determinatum ad albedinem, non poſſet moueri ad alium colorem, & eſſe ſub alio, patet, quia quod ex ſe eſt determinatum ad aliquid, eſt neceſſariò ſub illo. Deinde addit, quòd tale receptiuum non ſit illimitatum ad illa plura ſic intelligendo, quod eſt illimitatum ad aliqua plura, ex natura propria neceſſariò habet illa plura, vt patet de illimitatione Dei reſpectu vbi quia Deus ex natura propria, & ex ſua propria entitate eſt illimitatus ad omnem locum, ideo actu eſt in omni loco, & ſic non poteſt moueri de vno loco ad alium. Et loquitur Doctor de illimitato ſimpliciter, quia ſecus eſt de illimitato ſecundum quid, nam corpus eſt illimitatum ad plura vbi, vt ſupra patuit quæſt.7. præſentis diſtinctio. & tamen poteſt moueri de vno loco ad alium, ſed eſt illimitatum tantum ſecundum quid.

¶ Dicit ergo, quòd hæc maior ſic intellecta

eſt vera,

eſt vera, quia ſubiectum includit prædicatum, ſicut etiã dicimus hãc eſſe veram, homo eſt animal, quia prædicatum includitur in ſubiecto, nam ſtatim poteſt inferri, quòd ſi homo ſit, quòd etiam ſit animal ſic in propoſito, hoc ſubiectum, ſ.a. eſt receptiuum plurium vbi, & non eſt determinatum ad aliquod illorum, nec eſt ſimpliciter illimitatum ad illa includit hoc prædicatum, ſcilicet quòd poteſt mutari vel moueri de loco ad locum.

Differentia inter moueri & mutari. ¶Et nota differentiam inter mutari propriè localiter, & moueri, quia moueri localiter menſuratur tempore, mutari verò menſuratur inſtanti temporis, vt cum.a. mouetur ſuper aliquam magnitudinẽ, puta cubitalem dicitur mutari cum ſit ſub alio, & alio mutato eſſe, & ſic ſemper ſub alio, & alio vbi, dicitur verò moueri, cum ſucceſſiuè tranſit illam magnitudinem, quæ differentia ſupra patuit. q.2. præſentis. diſt. patet ergo iſta maior. Probatur minor, q̃ habet duas partes; prima eſt, quòd angelus eſt receptiuus vbi, vt ſupra probatum eſt. q. 6. præſentis. diſtin. nec eſt determinatus ex ſe ad aliquod vnum vbi, vt ſupra patuit. Secunda eſt, quòd non eſt ex ſe illimitatus ſimpliciter ad vbi, quia tunc eſſet immenſus ex natura ſua, quæ immenſitas ſoli Deo competit.

¶Ibi Et quòd continuè. Hic Doct. probat ſecundum principale. ſ. quòd talis motus localis angeli ſit continuus, quia inter duo vbi ſunt infinita vbi media, quod probatur ex cõtinuo motu corporis per omnia illa vbi, ꝙ autem inter duo vbi ſunt infinita vbi patet in ſimili, quia ſicut inter duo inſtãtia, ſunt infinita inſtantia, patet, quia inter duo inſtantia cadit tempus medium vt patet 4. phi. & in quocunq; tempore ſunt infinita inſtantia, cum illud ſit diuiſibile in infinitas partes, & ſicut inter duo mutata eſſe ſunt infinita mutata eſſe, quia inter duo mutata eſſe cadit motus medius, qui eſt diuiſibilis in infinitas partes, ſic in propoſito inter duo vbi in aliquo ſpacio ſunt infinita vbi, quia inter duo vbi cadit ſpacium intermedium, in quo ſunt infinita vbi, cum ſit diuiſibile in infinitas partes, & per conſequens ſunt ibi infinita puncta, & in quocunq; puncto ſpacij poteſt eſſe aliquod vbi. Et aduerte quòd quando dicit Doct. quòd inter duo vbi ſunt infinita vbi, debet intelligi ſecundum potentiam, & ſecundum inexiſtentiam, non autem ſecundum ſubſiſtentiam, de quo alias. Et ad cognoſcendum, ꝙ ſint infinita vbi, pono caſum, ꝙ mobile.a. quieſcat per horam in aliqua parte ſpacij pedalis, & ſic quieſcat in vltimo inſtanti illius horæ, & in tempore immediato ad illud inſtans localiter moueatur ſuper illud ſpacium, ita ꝙ ille motus localis duret per horam tranſeundo quantitatem pedalem, cum ergo in iſta hora ſint infinita inſtantia, & in motu menſurato à tali hora ſint infinita mutata eſſe, quæ mutata eſſe ſumuntur per comparationem ad mobile. vt patet 4. phi. t.c. 103. quod mouetur ſuper tali quantitate, & ſic ſemper ſit ſub alio, & alio mutato eſſe, & ſic ſi localiter mouetur ſemper ſit ſub alio, & alio vbi, cũ ergo angelus tranſeundo quantitatem pedalem nõ ſit ſimul in tota, illa quãtitate, ſequitur ꝙ ſit ſemper ſub alio, & alio vbi, & ſic non tranſit omnia illa vbi, niſi motu continuo, patet, quia vnum vbi eſt principiũ partis futuræ motus localis, & finis partis præteritæ, & ſic inter duo vbi cadit motus localis.

4 phyſi. contex.

Quomodo inter duo vbi ſint infinita vbi.

Quomodo Angelus moueatur. ¶Hoc etiam confirmatur. Hic Doct. probat auctoritatibus ſcripturæ ſacræ, ꝙ angelus moueatur motu locali, & continuo, quia cum anima beata ſit ſimilis angelis. Matt. 22. & illa mouetur localiter, patet de anima Chriſti, quæ localiter deſcendit ad inferos, ſicut dicit articulus fidei, patet etiã Gen. 18. & Tobiæ per totum, ꝙ angeli mittuntur, quãdoq; cum corpore aſſumpto, & per cõſequens mouebãtur motione alia à motione corporis, patet, quia non dicuntur moueri per accidens ad motionem corporis, cum non ſit pars, nec forma inhęrens, ſed tantum voluntariè applicatus ibi, & per conſequens angelus aſſumpto corpore, vltra motionem corporis per ſe habet aliam per ſe motionem, qua mouetur localiter. Et ꝙ non dicatur moueri per accidens ad motionem corporis. Vide Doct. in 4. diſtin. 10. q. 3.

SED occurrunt quædam dubia circa aliqua dicta reſpondendo ad.q. quæ dicta ſunt, concluſiones veræ, vt in littera patet, & ſunt quatuor per ordinẽ.

¶Concluſio prima. Omne receptiuum formarũ alicuius generis, quod non eſt ex ſe determinatum ad aliquam vnam illarum, nec eſt illimitatum ad illas poteſt mutari ab vna ad aliam.

¶Secundo. Angelus non eſt illimitatus ad omnia vbi, quia non eſt immenſus.

¶Tertia. Inter duo vbi ſunt infinita vbi intermedia.

¶Quarta Angelus, & ſi in quolibet vbi ſpacij ſit indiuiſibiliter, tamen tranſit illa vbi motu cõtinuo, nec aliter poteſt tranſire.

¶Contra primam primò, quia Deus eſt illimitatus ad omne vbi, & tamen poteſt eſſe in alio vbi, in quo prius non fuit, patet, quia Deus poſſet creare nouum locum, & ita fieri ibi vbi prius non fuit, ſimiliter poteſt anihilari aliquis locus vbi prius fuit, & ſic deſinere eſſe in illo loco.

¶Reſpondeo, quòd concluſio intelligitur de vbi actu exiſtentibus, ſcilicet quòd actu non poteſt eſſe aliquod vbi, in quo ex neceſſitate naturæ non ſit.

¶Contra, quia ſaltem habetur, quòd mutabitur ad vbi de nouo creato, quia non poteſt eſſe de nouo præſens vbi, ſine noua relatione reali, quia præſentia eſt relatio realis ſecundum Doct. in primo. diſt. 39. contra Tho. & ſic ſi habebit nouam præſentiam ad vbi, mutabitur ad illud.

Quomodo præſentia ſit relatio realis.

¶Dico, ꝙ bene eſt relatio realis creaturę ad Deũ, ſed non ecõtra, & ſic Deus dicitur realiter præſens vbi, quia ipſum vbi eſt præſens Deo relatione reali, quæ terminatur ad ipſum Deum ſicut dictum eſt etiam de creatura reſpectu Dei. diſt. 30. p̃mi.

¶Secundo arguitur contra concluſionem, quia non ſequitur nõ eſt illimitatum ad plures formas, ergo poteſt moueri ab vna in aliam, quia Corpus Chriſti, vt in euchariſtia non eſt illimitatum ad vbi circumſcriptiuum, & tamen non poteſt moueri localiter.

¶Dico, quòd concluſio loquitur, quòd ſit receptiuum talium, modo corpus Chriſti, vt in euchariſtia non eſt receptiuum vbi circumſcriptiui, vt patet à Doct. in 4. diſt. 10.

¶Dico etiam, quòd illimitatum propriè ad omnia vbi non eſt receptiuum alicuius vbi, quia tale eſt infinitæ perfectionis. Et ideo licet Deus nunc ſit in vno loco, in quo prius non fuit, quia tamen non eſt receptiuus ipſius vbi, ideo non dicitur mutari ad illud, quia mutari eſt aliter ſe habere nunc quàm prius.

Quid ſit mutari.

¶Dico vltra, quòd poſito quòd.a. ſit illimitatum ad omne vbi, & ſit verè receptiuum omnium vbi, quòd quamuis recipiat nunc vnum vbi, quod prius non habuit, non tamen dicitur moueri ad illud, quia motus non ſit in inſtanti, & tamen poſito illo vbi in eodem inſtanti eſſet ibi de neceſſitate naturæ aliter non eſſet ſimpliciter illimitatum.

¶Dico etiam, quòd nõ propriè mutabitur quia mutari propriè eſt terminus alicuius motus, vt patet à Doct. in ſecundo. diſt. 2. parte prima. q. 4.

Quid ſit mutari propriè.

¶Tertio arguitur, q̃a videtur repugnare. ſ. ꝙ ali-

quid ſit receptiuum formarum, & quòd ſit determinatum ad aliquam vnam, quia quod eſt determinatum ad aliquam formam, neceſſariò habet illam ſed nullum receptiuum, vt receptiuum neceſſariò ſe habet ad receptum, patet, quia receptiuum eſt in potentia contradictionis, vt patet à Doct. in pluribus locis.

¶ Dico quòd ſi eſt determinatum ad aliquam vnam, quantum in ſe eſt neceſſariò habet illam, & tunc reſpectu illius non eſt tantum receptiuum, ſed etiam neceſſariò productiuum, vt patet de igne, qui determinat ſibi caliditatem in tanto gradu, qui neceſſariò producit illam in ſe, vt patet à Doct. in 4. in materia de euchariſtia.

Quomodo Angelus ſit illimitatus ad oẽ vbi.

¶ Contra ſecundam concluſionem probo quòd angelus ſit illimitatus ad omne vbi, primò ſic, angelus ſimul poteſt eſſe in omne vbi, vt patet à Doct. in 2. diſt. 2. ergo eſt illimitatus ad omne vbi, patet conſequentia, quia eſſe illimitatum ad omne vbi eſt ſimul poſſe eſſe in omne vbi.

¶ Reſpondetur ꝙ non poteſt eſſe ex natura propria, & ſic intelligitur illimitatio.

¶ Contra primò, quia Doct. in primo. di. 2. parte 2. q. 3. & in ſecundo. diſt. 25. dicit, quòd voluntas eſt illimitata, quia ſimul poteſt habere duas relationes oppoſitas, ſufficit enim, quòd poſſit ſimul illas recipere, & quòd agat illas accidit ſibi, ſic in propoſito.

Quomodo Angelus poſſit eſſe in omni loco.

¶ Secundò probo, ꝙ competat angelo etiam ex natura propria, quia non per aliquod ſibi aduentitium, ſicut dicimus non conuenit ligno ex natura propria calefacere, ſed per calorem ſibi aduentitiũ, modo angelus per ſuam eſſentiam poteſt eſſe in omni loco, ita quòd ratio formalis eſſendi in loco, & per cõſequens in omni loco eſſentia angeli, probat enim Doct. contra Tho. ſupra. diſt. 2. ſecundi. ꝙ angelus eſt in loco per eſſentiam.

¶ Reſpondeo ad primum. primò ꝙ non eſt ſimile de relationibus oppoſitis, & de locis, quia illimitatio ad loca eſt, quòd ex natura ꝓpria, & ex neceſſitate naturæ ſit in omni loco, & non ſit ibi per aliam cauſam ponentem ibi, ſed illimitatio ad relationes oppoſitas ſufficit quòd ſit talis naturæ, cui non repugnant ſimul relationes oppoſitæ poſſe ineſſe.

¶ Dico ſecundò quòd voluntas præciſè dicitur illimitata ad relationes oppoſitas, quia habet virtutem mouendi ſe, vt patet à Doct. vbi ſupra, & ſic eſſe illimitatum ad omne vbi eſt habere virtutem faciendi ſe in omne vbi.

Eſſentia Angeli eſt ratio recipiendi vbi paſſiuè.

¶ Ad ſecundum concedo quòd angelus per eſſentiam poteſt eſſe in omni loco ſic intelligendo, ꝙ eſſentia angeli eſt ratio recipiendi vbi paſſiuè, ſed nõ eſt in omni loco per eſſentiam actiuè ſic, ꝙ eſſentia angeli ſit ratio faciendi ſe ſimul in omni loco, & ſic intelligitur Doct.

¶ Secundò arguitur, angelus ſimul virtute propria poteſt eſſe in infinitis locis, ergo ſimul poteſt eſſe in omni loco, antecedens patet, tenendo, quòd angelus tantum ſit in pũcto localiter quod eſt probabile, vt dicit Doct. in ſecundo. diſt. 2. parte 2. q. 6. & tenendo, quòd in inſtanti poteſt moueri ab vno vbi ad aliud, ſiue mutari, & ꝙ ſimul habeat omnia vbi intermedia, vt patet. q. 11. & 12. diſt. ſecundæ ſecundi, & inter duo vbi ſunt infinita vbi, vt ſupra patuit, ergo ſimul in eodem inſtanti erit in infinitis vbi, conſequentia patet, quia ſi eſt illimitatus ad infinita vbi, ſequitur, ꝙ etiam erit illimitatus ad omnia vbi, quæ ſunt, cum illa actu ſint finita.

¶ Reſpondeo primò ad antecedens, ꝙ & ſi inter duo vbi ſint infinita, quia infinita puncta, tamen eo modo, quo ſunt ibi puncta, eo modo ſunt vbi, ſed non ſunt infinita puncta actu, ergo nec infinita vbi actu ſecundum aliquos.

¶ Dico ſecundò, quòd & ſi pertranſeat in inſtanti infinita vbi, nõ tamen habet illa ſimul ordine naturæ, ſed prius habet vnum quàm aliud, & ſic fortè non eſſet inconueniens.

Tranſire per infinita in actu poteſt intelligi dupliciter.

¶ Dico tertiò, quòd eſt etiam ſimile de partibus, tenendo quòd ſit in magnitudine vt in loco, quia ſi tranſit vnam partem magnitudinis, trãſit infinitas, quia non eſt dabilis prima pars. Dico ergo quòd tranſire partes infinitas, vel puncta infinita in actu poteſt dupliciter intelligi, ſcilicet vel quòd puncta infinita ibi ſubſiſtant, vel quòd tantum inexiſtant, & ſic concedo, quòd ſecundo modo ſimul in eodem inſtanti temporis poteſt habere infinita vbi inexiſtentia, & non ſubſiſtentia, quia illa non poſſent dari, niſi etiam darentur ſimul in actu infinitæ partes ſubſiſtentes.

¶ Nunc reſpondeo ad conſequentiam, quòd conceſſo antecedente qualitercunque. adhùc nõ ſequitur conſequentia, quia non ſequitur angelus poteſt in inſtanti tranſire de vno vbi ad aliud, inter quæ ſunt infinita vbi, ergo poteſt eſſe ſimul in omni loco non ſequitur, quia non poteſt ſe facere in inſtanti in loco quantumcumque diſtantem, nec ſimul eſſe in loco quantumcumque magno, vel quantumcumque paruo vt ſupra patet à Docto. diſtinct. 2.

¶ Tertiò arguitur ſic, angelus ſimul, & æquè perfectè, & virtute propria poteſt eſſe in duobus locis adæquatis, tenendo, ꝙ punctus ſit locus adæquatus angelo, ergo poteſt eſſe in omni loco, conſequẽtia videtur concedi à Doct. hìc & in 4. diſtin. 10. q. 2. etiam ab Ariſt. 4. phi. antecedens patet, quia ſi in inſtanti mouetur ab vno vbi ad aliud, ergo ſimul eſt in illis duobus vbi.

Nota & bene.

¶ Reſpondeo ad antecedens quicquid ſit de conſequentia, quòd non eſt ſimul in duobus locis, quia in eodem inſtanti, quo ſit in vno loco definit eſſe in alio, puta ſi angelus quieuit per horam in. a. in vltimo inſtanti illius horæ poteſt mutari ad. b. & ſic in illo inſtanti, quo habetur. b. definit eſſe in. a. Sic etiam dico quòd quando in eodem inſtanti pertrãſit infinita vbi, quòd nunquam habet ſimul duo vbi adæquata. nam in eodem inſtanti, quo ſit in ſecundo vbi definit eſſe in primo vbi, ſimiliter cum ſit, in eodem inſtanti, in tertio vbi definit in eodem inſtanti eſſe in ſecundo vbi, ita quòd inter talia vbi eſt tantum ordo naturæ, nunquam concedendum eſt quòd ſimul habeat duo vbi adæquata, vt patet à Doct. in iſto ſecundo. diſt. ſecunda. q. vndecima.

CONTRA tertiam concluſionem, ſcilicet quòd inter duo vbi ſunt infinita vbi arguitur. Primò, quia tunc mobile tranſiens ab vno vbi ad aliud tranſiret infinita vbi, ſed infinitum, ſiue in magnitudine, ſiue in multitudine non poteſt pertranſire ſecundum philoſophum ergo.

Reſponſio aliorum.

¶ Reſpondetur ab aliquibus quòd non ſunt infinita in actu, ſed tantum in potentia.

¶ Contra, quia illa vbi, quæ acquiruntur, loquendo de vbi fundamentaliter præexiſtunt, vt patet, & poſito quòd infinita puncta nõ ſint in actu, ſed cauſentur alia, & alia puncta ex alia, & alia diuiſione continui, tamen loquendo de partibus certum eſt, quòd inter duo puncta ſunt actu infinitæ partes cõtinui, ergo tranſeundo ab vno puncto ad aliud tranſitur infinitum in actu.

¶ Reſpondeo ꝙ non eſt inconueniens, ꝙ infinita in actu exiſtentiæ (ſicut ſunt puncta, & partes in toto homogeneo) poſſint pertranſiri, eſſet tamen inconueniens de infinitis in actu ſubſiſtentiæ, & ſic intelligit philoſophis.

Secundò

¶Secundò principaliter arguitur contra concluſionem, quia ſi inter duo vbi eſſent infinita vbi punctualia, ergo corpus planum, quod tranſit ab vno in aliud, vbi prius tangeret ſpacium in pũcto, quia non poſſet eſſe in puncto, vt in loco, niſi tangendo, modo corpus planum non tangit in puncto. Sequeretur etiam, quòd nõ poſſet tranſire ab vno vbi in aliud, niſi tangendo omnia vbi, ſiuè puncta intermedia, & ſic continuè tangeret ſpacium in puncto alio, & alio.

¶Reſpondeo, quòd eſt neceſſe ponere quodlibet mobile prius tangere ſpacium in puncto, ita quòd mobile etiam planum ſecundum aliquid ſui prius tangit in puncto, ita ꝙ mobile ſecundum aliquod punctum in exiſtens, tangit ſpacium in aliquo puncto, ipſum tamen mobile ſecundum partem diuiſibilem tangit ſpacium ſecundum aliquam partem diuiſibilem ſpacij, & ſic planum poteſt ſecundum aliquid ſui tangere ſpacium in puncto, & ſecũdum aliquid parte diuiſibilẽ, corpus verò perfectè ſphericum non poteſt tangere niſi in puncto. Ad aliud inconueniens, dico ꝙ tranſit ſpacium, & diuiſibiliter, & indiuiſibiliter, ita ꝙ in tempore tranſit partẽ diuiſibilem, & in inſtanti pũctum, & ſic in qualibet parte temporis ſemper tranſit partem diuiſibilem, & in quolibet inſtanti illius temporis tantùm trãſit punctum. De hoc magis patebit inferius.

¶Tertiò principaliter arguitur, quia quæro quãdo corpus ſit in alio, & alio vbi, aut eſt ibi diffinitiuè tãtum, aut circumſcriptiuè: nõ ſecundò, patet, quia corpus nõ poteſt circumſcribi in puncto, cum circũmſcriptio ſit commenſuratio totius locati ad totum locum, & partium locati ad partes loci, vt patet à Doct. in quarto, diſt. 10. q. 1. non primò, quia ſupponitur, quòd mobile moueatur motu locali circũſcriptiuo, patet, quia mouetur ad locum circũmſcriptiuum.

¶Reſpondeo, primò, quòd quando mobile mouetur ſuper ſpacium puta pedale, vt puta cum intrat aerem, vel aquam poteſt dici moueri circũmſcriptiuè ſecundum partem, quia illa pars, quæ primò intrat aerem, circumſcribitur alteri parti aeris, & cũ totum eſt in aere, tunc ſecundùm totum circũſcribitur, & ſimiliter poteſt dici quando tangit in puncto, quia punctum mobilis perfectè commenſuratur puncto ſpacij, & ſic ſuo modo circumſcribitur.

¶Secundò poteſt dici, quòd non apparet inconueniens, quòd dum eſt in puncto, ſit in loco tãtum diffinitiuè, & ſic dicetur moueri diffinitiuè, dum ſit in alio, & alio puncto, & dum eſt in ſpacio diuiſibili, quòd dicatur ibi circumſcribi, vel ſecundum partem, vel ſecundum totum, & ſic moueri motu locali circumſcriptiuo.

Quid ſit moueri definitiuè.

CONTRA quartam concluſionem arguitur probando primò, quòd angelus ex hoc nõ dicatur moueri motu cõtinuo, quia tranſit infinita vbi, quę ſunt media inter duo vbi. Et arguitur ſic primò, quia aut tranſit ab vbi ad vbi in tempore, aut in inſtanti non primò, patet, quia tunc talis trãſitus eſſet motus, patet, quia tempus eſt propria paſſio motus. 4. phyſ. ſi in inſtanti: ergo nõ mouetur ab vbi in vbi motu continuo, quia ille ſit in tempore.

An angelus moueatur motu continuo.

Quarto phyſico. con. tex. 130.

¶Reſpondeo, quòd concluſio debet intelligi, ꝙ inter duo vbi datur ſpacium medium, & ꝙ illud dicitur continuum, quod continuatur alio, & alio indiuiſibili, & ſicut linea dicitur continua, quia alio, & alio pũcto cõtinuatur, ita ſpacium locale dicitur continuum, quia alio, & alio vbi, ſiuè puncto continuatur. Dico ergo, ꝙ quando angelus tranſit ab vno vbi ad aliud tranſit infinita vbi, quæ continuãt aliam, & aliam partem ſpacij, & ſic tranſit ſpacium intermedium motu continuo, & in tempore.

¶Secundò arguitur, quia angelus eſt ſimpliciter indiuiſibilis, ergo non mouetur ab vbi ad vbi motu continuo, patet conſequentia, quia quod mouetur motu continuo tranſit aliam, & aliam partem ſpacij, quæ continuantur per aliud, & aliud indiuiſibile, ſed non poteſt tranſire illas, niſi tangendo illas, hoc autem eſt impoſſibile, quòd indiuiſibile tangat diuiſibile, cum tangat tantùm in puncto. Reſponſio patebit infra.

¶Tertiò arguitur, quia nõ ſequitur tranſit ab vbi in vbi, inter quæ ſunt infinita vbi, ergo mouetur motu continuo, quia poteſt tranſire illa media in inſtãti, licet ordine quodam naturali, vt patet à Doct. in ſecundo, diſtin. 2. q. 12. ergo non mouebitur motu continuo. Tùm etiam, quia poteſt trãſire ab vbi ad vbi in inſtanti, non habendo vbi intermedia, vt patet à Doct. vbi ſupra q. 11. ergo nõ eſt neceſſe, quòd ſi tranſit ab vbi ad vbi, inter quæ ſunt infinita vbi, quòd moueatur motu continuo.

¶Reſpondeo primò, ꝙ concluſio Doct. eſt certa, quòd mouetur motu continuo, ſed non ita aſſerit, quòd poſſit moueri in inſtanti de loco ad locum, vt patet intuenti quæſt. illas. ſ. 11. & 12. diſt. 2. Dico ſecundò, quòd ſi tranſit ſuper ſpacium ab vbi ad vbi, inter quæ ſunt infinita vbi cõtinuantia, quòd poteſt moueri continuè, cum moueat ſe liberè, poteſt etiã tranſire in inſtanti, ſufficit enim continuitas ſpacij ad continuationem motus, vt infra patet à Docto. præſenti diſt. q. 9. Dico tertiò, quòd & ſi poſſit moueri ab vbi ad vbi in inſtanti, non tamen poteſt moueri ab vbi ad vbi quantumcunque diſtans in inſtãti, ſed motu continuo, vt patet à Docto. ſufficit enim Doct. oſtendere qualiter angelus poſſit moueri motu continuo de vno vbi ad aliud vbi, & ſic patet intellectus concluſionis.

Angelus nõ poteſt moueri in inſtanti de loco ad locum.

AD argumẽta principalia. Primò arguit ſic, probando primò, quòd angelus nõ poſſit moueri, quia tunc ſequeretur, quòd angelus poſſet perfici à tali motu, patet, quia motus eſt actus entis in potentia, ſm quòd in potentia ex tertio phyſ. tex. com. 6. & 10. ſed angelus non poteſt perfici ab aliquo vbi, quia tunc tale vbi eſſet perfectius angelo, quia perficiens aliquod perfectibile eſt perfectius perfectibili inquantum huiuſmodi.

¶Reſpondet Doct. concedendo, ꝙ angelus poſſit perfici, ſicut etiam perficitur ab intellectione, quã habet. Et cũ infertur, ꝙ tale vbi eſſet perfectius angelo, dicit Doct. quòd non eſſet perfectius abſolutè natura ipſius angeli, ſicut nec intellectio angeli. Et cum dicitur, quòd forma perficiens eſt perfectior perfectibili, vt etiam ipſe aſſerit in primo, diſtin. 3. q. 7. & in quarto, diſt. 44. q. 2. reſpondendo ad primũ argumẽtum principale. Dico, quòd aliter eſt loqui de perfectione abſolutè, & de perfectione ſecũdum quid: concedo enim, ꝙ omnis forma perficiẽs perfectibile eſt perfectior tali perfectibili, & hoc abſolutè, vel ſecundum quid. Si eſt forma ſubſtantialis eſt communiter perfectior abſolutè perfectibili, ſi verò accidentalis communiter eſt perfectior ſecũdum quid tãtum, puta ſub illa ratione, qua perficit & actuat, & perfectibile eſt imperfectius ſm quid, puta ſub illa ratione, inquantum eſt perfectibile.

Quomodo Angelus poſſit perfici.

Quomodo forma perficiẽs ſit perfectior perfectibili.

¶Secundò principaliter arguit Doct. probando, quòd non poſſit moueri motu continuo, & primò probat in communi, quòd nullum ſucceſſiuum ſit continuum, & probat duplici via. Secundò principaliter probat, quòd ſuppoſito ſucceſſiuum eſſe continuum, quòd tamen angelus non poſſit moueri localiter motu cõtinuo, ſed antequam adducam argumenta, prius declaro rationes Docto. quibus probat eſſe impoſſibile continuum, ſiuè permanens, ſiuè ſucceſſiuum componi ex indiuiſibilibus,

quæ

quæ rationes ponuntur ibi.

¶Ad ſecundum nego illud, quod aſſumitur, ſcilicet nullum ſucceſſiuum eſſe continuum.

¶Et primò adducit duas rationes philoſophi, & duas alias ſpeciales, & geometricas, quibus probat eſſe ſimpliciter impoſſibile cõtinuum componi ex indiuiſibilibus. Et prima ratio philoſophi ponitur 6.phyſicorum.tex.comm.23.& 29. de proportione ſexqui altera. Et prius declaro proportionem ſex qui alteram, vt facilius intelligatur ratio philoſophi. Nam proportio ſexqui altera continet totum & medietatem illius. Sicut tria ad duo: nam tria continet duo, & etiam medietatem dualitatis, quæ eſt vnitas, & ſic aſcendẽdo proportio ſexqui tertia continet totum, & tertiam partem, ſicut quattuor ad tria, quia quattuor continẽt tria, & tertiam partem, quę eſt vna vnitas, & ſic de proportione ſexqui quarta, quæ continet totum, & quartam partem, ſicut quinque ad quattuor, & ſic de alijs. Dicit ergo Ariſtot. quòd ſi motus eſſet compoſitus ex indiuiſibilibus, indiuiſibile de neceſſitate eſſet diuiſibile. Probatur, quia pono, quòd a. tranſeat ſpacium vnius miliaris in tribus inſtantibus temporis, deinde pono, quòd b. velocius moueatur in duplo, ꝙ patet, quia dato quocũque motu, adhuc velocior poteſt dari, vt probat Ariſtot. ſexto phyſicorum: ergo ille motus velocior in duplo menſurabitur minori tempore in duplo: ergo ſicut primus motus menſuratur tribus inſtantibus, ſecundus motus menſurabitur vno inſtanti, & dimidio alterius inſtantis, & ſic inſtans indiuiſibile erit diuiſibile, quod eſt impoſſibile.

Quid contineat proportio ſexqui altera.

Sexto phyſi. contex. 29.

¶Ibi. Iſtud etiam de ſucceſſiuo probo per continuitatem motus. Hæc eſt ſecunda ratio Ariſt. qua probat, quòd ſucceſſiuum non ſit compoſitum ex indiuiſibilibus. Et arguitur ſic. Sicut ſe habet continuum permanẽtis ad ſuas partes. Ita, & ſucceſſiuũ ad ſuas, patet, quia partes ſucceſſiui, puta motus ſumuntur à partibus permanentis. Exemplum, ſi a. tranſit ſpacium pedale, non dicimus, ꝙ in motu ſit prius, & poſterius, niſi per reſpectũ prioris, & poſterioris in ſpacio, vt patet, & ſimiliter dicimus, ꝙ prius, & poſterius in tempore ſumuntur à priori, & poſteriori in motu, vt patet quarto phyſicorum. tex. commen. 104. Si ergo permanens continuum non habet partes indiuiſibiles, ſed diuiſibiles, ita & ſucceſſiuum. Declaro tamen hãc litteram. Cum dicit permanẽs eſt continuum, igitur etiam ſucceſſiuum, conſequentiam probo, quia ſi in motu indiuiſibilia, puta mutationes, quę ſunt indiuiſibiles, ſint ſibi inuicem immediata, ideſt quòd inter duas mutationes, ſiuè duo mutata eſſe non cadit mediũ. Cdiuiſibile, quæro de mobili, & ipſis vbi, quæ habet in ipſis inſtantibus immediatis, ſi inter vltimum vnius vbi, & vltimum alterius nihil ſit medium, igitur vltimum vnius immediatũ eſt vltimo alterius, vult dicere, quòd cũ mobile mouetur ſuper aliqua magnitudine in quolibet puncto magnitudinis eſt aliud, & aliud vbi, & cum mobile eſt in alio, & alio vbi eſt ſub alio, & alio mutato eſſe, quibus mutatis eſſe correſpondet aliud, & aliud inſtans: accipio ergo duo inſtantia correſpondentia duobus mutatis eſſe, quæ duo mutata eſſe correſpondent duobus, vbi in alia magnitudine, & illa duo vbi correſpondent duobus punctis, tunc quæro, aut inter illa duo inſtantia cadit medium diuiſibile, aut nullum cadit medium, ſi ſecundo, tunc vltimum vnius inſtantis, quod eſt ipſum inſtans indiuiſibile erit immediatũ vltimo alterius inſtantis, ſiuè quod vnum inſtans erit immediatum alteri inſtãti, & cum illa inſtantia menſurent immediatè duo mutata eſſe: ergo duo mutata eſſe erunt immediata, & quia illa mutata eſſe correſpondent duobus pũctis in magnitudine: ergo duo puncta in magnitudine erunt immediata & ſic duo vbi correſpondentia duobus pũctis erũt adinuicem immediata. Si verò detur, quòd inter illa duo vbi ſit aliquod medium, tunc quæro de vltimo ipſius mobilis, quando eſt in ipſo medio, non in altero inſtanti, quia nec in illis duobus indiuiſibilibus, eſt igitur in medio aliquo inter illa duo inſtantia, vult dicere, quòd ſi detur tale medium, quæritur tũc de mobili, quod mouetur ab vno vbi menſurato ab vno inſtanti temporis ad aliud vbi, ſimiliter menſurato ab alio inſtanti temporis, cum non ſit ſub illis indiuiſibilibus, quando recedit ab vno vbi ad aliud, igitur erit in aliquo medio inter vbi, & vbi puta in motu locali, & ſimiliter erit in medio, quod eſt inter illa duo inſtantia menſurantia illa duo, vbi & tale medium erit tempus inter illa duo inſtantia, & ſic patet quomodò ſucceſſiua non ſint compoſita ex indiuiſibilibus. Sequitur ergo littera. Et iſtam conſequentiam declarat philoſophus 6.phyſic. tex.commen.4. conſequentia eſt iſta. Permanens continuum non eſt compoſitum ex indiuiſibilibus: ergo nec continua ſucceſſiuè, patet iſta conſequentia per Ariſt. vbi ſupra, quia eiuſdem rationis eſt motum, & magnitudinem, & tempus componi ex indiuiſibilibus, patet, quia ſucceſſio in motu, quæ eſt ſecundum prius, & poſterius accipitur à ſucceſſione in magnitudine ſecundum prius, & poſterius in ipſa, etiam ſucceſſio in tempore accipitur à ſucceſſione in motu, vt patet ab Ariſt. quarto phyſicorum. tex.commen. 104. Sicut ergo magnitudo non eſt compoſita ex indiuiſibilibus, ita nec motus, nec tempus. Sequitur. Antecedens probari poteſt. Dicit Doctor, quòd hoc antecedens, ſcilicet continuum permanens nõ eſt compoſitum ex indiuiſibilibus, poteſt manifeſtius probari, quàm de continuis ſucceſſiuis per rationes philoſophi ſexto phyſicorum, & primo de generatione. tex. commen. 8. & tertio metaphyſi. tex. commen. 16. magis eſt euidens, quòd indiuiſibilia permanentia non faciant maius, quàm de indiuiſibilibus ſibi inuicem ſuccedentibus, ꝙ autem indiuiſibile permanens aditũ indiuiſibili non faciat maius, patet, quia talia indiuiſibilia aut tangerẽt ſe ſecundum ſe tota, igitur vnum nõ diſtingueretur ab alio ſecundum ſitum, & ita non cauſaret extenſionem aliquam, non poſſunt autem tangere ſe ſecundum partes, cum non habeant illas.

Succeſſiuum non eſt compoſitum ex indiuiſibilibus.

¶Sed quicquid ſit de rationibus Ariſtot. quibus nititur probare continua permanentia, non poſſe componi ex indiuiſibilibus. Doctor addit duas rationes efficaciores, quibus probat continua permanentia nullo modo poſſe componi ex indiuiſibilibus. Et iſtæ duæ rationes ſunt ſatis claræ in littera, tamen pro iunioribus aliqualiter expono illas adducendo litteram Doctoris, declarando illam, vbi obſcurior apparebit. Prima ratio eſt iſta. Super centrum quodlibet quantumlibet occupando ſpacium, contingit circulum deſignare, patet per ſecundam petitionem primi Euclidis, ideſt quòd dato aliquo centro contingit deſignare circulum quantumcunque magnum. Sequitur. Super centrum igitur aliquod datum, quod dicatur a. deſcribantur duo circuli, maior qui dicatur b. & minor qui dicatur d. ſi circumferentia maioris circuli componatur ex punctis, duo puncta immediata ſibi ſignentur, quæ ſint b. & c. ducatur linea recta ab a. ad b. & linea recta ab a. ad c. ſecundum primam petitionem primi Euclidis, quæ eſt à puncto ad punctum, contingit lineam rectam ducere, vt patet experimento iſtæ lineæ rectæ ductæ tranſibunt per circumferentiam minoris circuli.

Quomodo cõtinua permanentia non componuntur ex indiuiſibilibus.


Quæro,

Quæro, aut ſecabunt eam in eodem puncto, aut in alio, ſi in alio: igitur tot puncta erunt in minori circulo, ſicut in maiori, hoc patet, quia quot lineæ ducuntur à centro ad circumferentiam maioris circuli, tot poſſunt deduci à centro eodem ad circumferentiam minoris circuli. Pono modo, q́ centum lineæ ducantur à centro a. ad centum puncta immediata maioris circuli, aut illæ lineæ tranſibunt per minorem circulū in alio, & in alio puncto, & ſic quot puncta erunt in maiori circulo, tot erunt in minori circulo, quod eſt impoſſibile. Eſt enim impoſſibile duo inæqualia componi ex partibus æqualibus in magnitudine, & multitudine, punctus enim non excedit punctum in magnitudine, & puncta minoris circuli tot ſunt quot maioris circuli: ergo minor circumferentia eſt æqualis maiori, & per conſequens pars eſt æqualis toti. Si autem duæ rectæ lineæ, ſcilicet à b. & à c. ſecent minorem circumferentiam in eodem puncto ſit ille d. ſuper lineam a. b. erigatur linea recta ſecans eam in puncto d. quæ ſit d.e. Quæ ſit etiam contingens reſpectu minoris circuli ex quintadecima propoſitione tertij Euclidis, vbi habetur, quòd linea recta tantum tangit circulum in puncto. Iſta linea recta, ſcilicet d.e. cum linea a. b. conſtituit duos rectos angulos æquales duobus rectis ex tertiadecima Euclidis, vbi habetur, quòd quando ſuper lineam rectam cadit linea, perpendiculariter efficiuntur ibi duo anguli recti, ſi verò non cadat, perpendiculariter efficiuntur duo anguli, vnus acutus, qui eſt minor, & alius obtuſus, qui eſt maior, tamen iſti duo anguli æquiualent duobus rectis. Sequitur igitur angulus a.d.e. & etiā angulus b.d.e. valēt duos rectos, patet, pari ratione angulus a.d.e. & angulus c.d.e. valent duos rectos, ſed quicunque duo anguli recti ſunt æquales quibuſcunque duobus rectis ex tertia petitione primi Euclidis. Igitur dempto communi, ſcilicet a.d.e. reſidua erunt æqualia; igitur angulus b. d. e. erit æqualis angulo c.d.e. & ita pars erit æqualis toti.

Quid ſit angulus cōmunis.

¶ Pro maiori intelligentia nota, quòd angulus communis eſt ille, qui eſt communis duobus angulis rectis, vt patet hîc in exemplo. Nam angulus a. d. e. qui eſt citra circulum minorem, idest illud ſpacium, quod eſt inter a.d.e. eſt angulus communis angulo c.d.e. & angulo b. d. e. qui anguli ſunt extra circumferentiam minoris circuli: ergo dempto illo communi, illi duo anguli erūt æquales per vnam petitionē Euclidis, quæ ſunt æqualia vni tertio, ſunt æqualia inter ſe, & tamen vnus angulus erit totum ad alium angulum, igitur pars erit æqualis toti, nam angulus b.d.e. eſt pars anguli c.d.e. patet, quia ſpacium inter b. d. e. eſt pars ſpacij inter c.d.e. & ſic pars eſt æqualis toti.

¶ Ad iſtud diceret aduerſarius, &c. Alij tenentes continuum permanens componi ex indiuiſibilibus, vt Gerar. Odonus, & multi alij dicerent, quòd d. b. & d.c. nō includunt aliquem angulum, quia poſſet tunc illi angulo baſis ſupercadi à puncto b. ad punctum c. quod eſt oppoſitum poſiti, quia b.c. ponuntur puncta immediata, quando ergo accipitur, q́ angulus c.d.e. eſt totalis ad angulum b. d. e. negatur, quia angulo b. d. e. nihil additur in angulo c. d. e. quia inter b. & c. in concurſu eorum in d. non eſt angulus. Quia probauit Doctor ſupra, quòd angulus c.d.e. eſt totum ad angulum b. d. e. & angulus b. d. e. eſt pars ipſius.



Diceret aduerſarius, q́ ſi ſpacium inter lineas d. c. & d.b. eſſet angulus, quod verum eſſet, ſed negaret ibi eſſe angulum: ſi enim ibi eſſet angulus, oporteret, q́ inter b. & c. eſſet baſis. Vult enim ipſe aduerſarius, q́ angulus tantum ſit inter tres lineas angulariter vnitas, modo inter b. & c. non poteſt poni aliqua linea, quæ ſit baſis, quia tunc b. & c. non eſſent puncta immediata.

¶ Ibi. Iſta reſpōſio licet videatur abſurda, negādo angulum, vbi duæ lineæ concurrunt, ſiuè coniunguntur in aliquo puncto, quæ expanduntur ſuper ſuperficiem, & applicantur non directè, & in hoc contradicat diffinitioni anguli datæ primo Euclid. negando etiam à b. in c. lineam poſſe dari. Negat primam petitionem primi Eucli. quæ eſt à puncto in punctum, contingit ducere ductam lineam. Sequitur ibi, tamen quia hæc non reputarentur inconueuientia, quia ſequuntur ad propoſitum aduerſarij.

¶ Contra reſponſionem aliter arguo. Hic Doctor intendit concludere contra aduerſarium, quòd ſaltem angulus c. d. e. addit vnum punctum ad angulum b. d. e. quod patet, quia ſi angulus accipiatur pro ſpacio, non includendo lineas, certum eſt, quòd angulus b. d. e. non includit lineam, nec punctum lineæ c. d. e. & tamen punctus ipſius lineæ eſt pars ſpacij anguli c.d.e. vt patet: ſi enim angulus (vt dictum eſt) ſit ſpacium interceptum inter lineas, non includendo lineas, tunc punctus primus lineæ b. d. extra circumferentiam minorem nihil erit anguli b. d. e. quia talis angulus eſt tantum ſpacium interceptum inter lineas b. d. e. quod ſpacium non includit primum punctum lineæ b. d. cum talis punctus non includatur in ſpacio anguli b. d. e. quia nec linea b. d. per poſitum, & ſic punctus primus lineæ b. d. extra circumferentiam minorem nihil erit anguli b. d. e. & eſt aliquid anguli c. d. e. patet, quia ſpacium interceptum inter lineas anguli c. d. e. includit ſpacium anguli b. d. e. vt ſupra patuit: ergo includit primum punctum lineæ b. d. quæ linea eſt terminus ſpacij anguli b. d. e. Et quòd etiam includat, patet, quia poſito, quòd linea à b. & linea à c. ſecent circumferentiam minoris circuli in eodem puncto, non tamen circumferentiam maioris circuli, ſed in alio, & alio puncto, tunc patet, quod angulus c. d. e. includit angulum b. d. e. & ſpacium anguli c. d. e. includet ſpacium b. d. e. ſi modo angulus b. d. e. accipiatur tantum pro ſpacio extra circumferentiam minoris circuli, non includendo lineas, tunc non includet primum punctum lineæ b.d. ſed includetur in ſpacio anguli c. d. e. & ſic angulus c.d.e. addit punctum ſuper angulum b. d. e. & ſic eſt totum reſpectu anguli b.d.e. patet, quia tunc maius, vt maius habet rationem totius reſpectu minoris, & per conſequens angulus b. d. e. erit pars, vel habebit rationem partis reſpectu anguli c.d.e. ſed angulus b. d. e. eſt æqualis angulo c. d. e. vt ſupra patuit, quia ſunt æquales angulo communi: ergo inter ſe erunt æquales, dempto illo communi, vt patuit ſupra. Sequitur.

¶ Si autem angulus vltra ſpacium incluſum includit lineam includentem tale ſpacium, tunc primus punctus lineæ d. c. extra circumferentiam minorem nihil erit b. d. e. patet, quia angulus b. d. e. tantum includit lineam b. d. quæ includit ſpacium anguli b. d. e. & ſic non includit lineam c. d. pertinentem ad angulum c. d. e. & talis punctus, ſcilicet lineæ c. d. erit aliquid c. d. e. & ita vtroque modo angulus c. d. e. addit punctum ſuper angulum b. d. e. & ſic totum reſpectu anguli b.d.e. vt ſupra patuit.

¶ Sequitur.

¶ Sequitur. Nec poteſt aliquo modo obuiari, &c. Vult dicere, ꝙ ſi aduerſarius vellet dicere, ꝙ lineæ à b. & à c. non diuidantur in circumferentia circuli minoris, nec infra circulum minorem, ſed tantum extra, & ſic nõ oportet quærere aut ſecabunt in eodem pũcto, aut in alio, & alio, cum ſint quodãmodo eadem linea, vel quaſi vna ſupponitur alteri. Dicit Doct. ꝙ hoc nihil eſt, quia vbi diuiduntur, circũſcribatur circumferentia minoris circuli, & ſic idẽ quod prius, videlicet, aut ſecabunt in eodem puncto circumferentiæ minoris circuli, aut in alio, & alio, & arguatur vt prius.

¶ Sequitur. Iſtam ſecundã partem. ſ. ꝙ minor circumferentia non ſecetur in vno, & eodem puncto ſi ſecetur à duabus lineis, non oportet probare, niſi propter proteruiam aduerſarij, quia ſatis eſt manifeſtum, ꝙ eadem linea, ſi protrahatur in continuũ, & directum, nunquam terminabitur ex eadem parte ad duo puncta. Et ſi iſtud verum manifeſtũ conceditur, ſtatim ex deductione in prima parte patet propoſitum.

¶ Secũda probatio principalis, qua probatur cõtinuum permanens nõ eſſe compoſitum ex indiuiſibilibus, & ꝓcedit ex 5. & 17. Eucli. Dicit enim illa 5. ꝙ omnium quantitatum commenſurabiliũ proportio eſt adinuicem, ſicut alicuius numeri ad aliquem numerum, patet, quia inter quãtitates commenſurabiles, eſt proportio, vel dupla, vel ſexquialtera, vel aliqua alia proportio, de quibus in quinto Euclidis. Sequitur. Et per conſequens ſicut vult ſeptima, ſi lineæ aliquæ ſint cõmenſurabiles, quadrata illarum ſe habebũt adinuicem, ſicut vnus numerus quadratus ad alium numerũ quadratum, quadratum autem diametri nõ ſe habet ad quadratum coſtæ, ſicut numerus aliquis quadratus ad aliũ numerum quadratum, &c. Intẽdit primò probare in hac ratione, ꝙ diameter quadrati ſit incommenſurabilis coſtę, & tota probatio ſtat in hoc, quia quãdo vna linea eſt cõmenſurabilis alteri, eſt etiã ꝓportionabilis alteri, & eſt proportio inter illas, ſicut ꝓportio alicuius numeri ad numerũ, & per cõſequẽs inter quadratũ vnius, & quadratũ alterius eſt proportio ſicut numeri ad numerum, numerus enim quadratus eſt ille qui cõſurgit ex aliquo numero in ſe multiplicato, ſicut 9. eſt numerus quadratus, qui conſurgit ex numero quadrato in ſe multiplicato, patet, quia ter tria faciunt 9. & numerus ternarius dicit radix numeri quadrati. ſ. 9. & breuiter oĩs numerus poteſt eſſe radix alicuius quadrati, quia in ſe multiplicatus ſemper reddit numerũ quadratũ, non autem omnis numerus eſt quadratus, quia non habet radicem, vt patet de numero denario. Dico vltra, ꝙ numquam numerus quadratus poteſt eſſe præciſe duplus ad alium numerum quadratum, vt patet in omnibus quadratis, quia nõ 16. eſt præciſè duplũ ad 9. nec 25. nec 36. ad 25. nec 49. ad 36. & ſic de alijs. In propoſito autẽ quadratum diametri eſt duplum ad quadratum coſtę: ergo non eſt proportio inter illa duo quadrata, ſicut proportio numeri quadrati ad numerũ quadratum; igitur nec linea illa, q̃ erat diametri quadrati cõmẽſurabilis erit coſtæ iſtius quadrati, & per cõſequens diameter eſt incõmẽſurabilis coſtę quadrati. Expono in iſtã literã, cum dicit, ꝙ omnium quantitatũ cõmenſurabiliũ, proportio eſt adinuicem, ſicut alicuius numeri ad aliquem numerum, idest ꝙ ſi aliquæ quãtitates ſint cõmmẽſurabiles adinuicẽ ſecundũ aliquam ꝓportionẽ, puta duplã, vel triplam, vel ſexquialteram, vel ſexquitertiam, vel ſecundum aliquam aliam ꝓportionẽ erit talis ꝓportio inter illas quantitates, qualis erit alicuius numeri ad alium numerum; vt ſi inter duas quãtitates ſit talis commenſuratio, ꝙ vna ſe habeat in proportione dupla ad aliã, erit talis proportio qualis erit, puta numeri 8. ad numerum 4. q̃ eſt proportio dupla. Sequitur. Et per conſequens ſicut vult ſeptima, ſi lineæ aliquę ſint commenſurabiles, quadrata illarum ſe habebũt adinuicem, ſicut vnus numerus quadratus ad aliquem aliũ quadratum. Exemplum, nam 16 ſe habet in proportione dupla ad 8. & quadratũ numeri 16. eſt & 56. & quadratum numeri 8. eſt 64. Sic ſi aliqua linea conſtet ex 16. punctis, & alia ex 8. quadratum lineæ 16. in tali proportione ſe habet ad quadratum lineæ 8. qualis proportio eſt numeri quadrati reſultãtis ex numero 16. in ſe multiplicato ad numerum quadratum reſultantem ex numero 8. in ſe multiplicato. Sequitur. Igitur nec linea illa, quæ erat diametri quadrati commẽſurabilis erit coſtæ iſtius quadrati, idest quòd diameter, qui eſt linea diametraliter tranſiens ab vno angulo quadrati ad alium angulum eſt incommenſurabilis coſtæ, idest lineæ laterali, quæ eſt vna pars quadrati, & dicitur ſibi incõmenſurabilis, quia in nulla proportione ſe habet ad illam, patet, quia ſi eſſet aliqua proportio diametri ad coſtam, tunc quadratum daimetri ad quadratum coſtæ ſe haberet in tali proportione in quali ſe poteſt habere vnum quadratũ alicuius numeri ad alium quadratũ alterius numeri. Sed nullũ quadratum alicuius numeri, nunquam ſe habet in proportione dupla ad quadratum alicuius alterius numeri, vt ſupra dixi. Cum ergo quadratum diametri ſe habeat in proportione dupla ad quadratũ coſtæ, vt patet, quia quadratum diametri eſt æquale quadratis duarum coſtarum, vt patet in figura, & ſic patet quomodo diameter eſt incommenſurabilis coſtæ.

¶ Sequitur. Sĩ autem lineæ iſtæ componerẽtur ex punctis. Hic Doct. intendit probare principale intentum. ſ. ꝙ continuum permanens nõ ſit cõpoſitũ ex punctis, quia ſi iſtæ lineæ permanentes, puta coſta, & diameter eſſent compoſitæ ex punctis, tũc eſſent adinuicem cõmenſurabiles, cuius oppoſitum probatũ eſt ſupra, ꝙ autẽ eſſent cõmenſurabiles, ꝓbat, quia haberent ſe puncta vnius ad pũcta alterius in aliqua proportione numerali, patet, quia puncta in diametro eſſent in certo numero, quia cum ſit linea finita, partes eius æquales eſſent finitæ, & illæ partes ſunt puncta, igitur illa puncta eſſent in certo numero, modo omnis numerus alteri numero eſt commenſurabilis, quia ſe habet in aliqua proportione, vt patet. Sequitur. Nec ſolum ſequeretur, ꝙ nõ eſſent incommenſurabiles lineę, ſed etiã ꝙ eſſent æquales, ꝙ eſt contra ſenſum, probatio huius conſequentiæ. Accipiantur duo pũcta immediata in coſta, & alia duo oppoſita in alia coſta, & ab iſtis ad illa ducantur duæ lineæ rectæ æquè diſtãtes ipſi baſi, ſiuè ipſi coſtæ, iſtæ ſecabũt diametrum. Quæro aut in pũctis immediatis, aut mediatis. Si primò igitur non plura puncta in diametro ſunt, quàm in coſta, patet, quia dato quocunque puncto in coſta cõtingit ducere lineã rectam ad punctum oppoſitum in alia coſta, & ſic poſito, ꝙ in coſta eſſent tm̃ centum puncta immediata, & ducerentur ab illis punctis centum lineę terminantes ad centũ puncta alterius coſtæ, illæ lineæ ſecabũt diametrũ, ſi ſecent in centũ punctis immediatis: ergo diameter erit æqualis coſtæ, patet, quia tm̃ tot partes habebit tã in numero, q̃ in magnitudine quot, & coſta. Sequitur. Si in pũctis mediatis ſupplẽ ſecet diametrum, accipio punctũ mediũ inter illa duo puncta mediata diametri, à quo trahat linea in continuum, & directũ, illa cadet extra vtranq; lineam iſtã ex datis, & ab illo puncto duco æquè diſtãtem vtriq; lineę datæ ex 31. primi Euclis. Iſta ęquè diſtans ducatur in continuum, & dire-

Quid ſit numerus quadratus.

Expoſitio litteræ.

Continuum permanens non eſt compoſitum ex punctis.

& directum, ſcilicet à coſta in coſtam (ex ſecunda parte primæ petitionis primi) ſecabit coſtam, & in neutro eius puncto dato, patet, quia ſi duæ primę lineæ ducuntur à duobus punctis coſtæ immediatis, & terminentur ad alia duo puncta immediata alterius coſtæ, & illæ duæ lineæ non ſecent diametrum in duobus punctis immediatis, ſed inter illa duo puncta cadit punctus medius, modo ab illo puncto medio diametri duco lineam æquè diſtantem illis duabus datis, quæ ſecet coſtam: quæro in quo puncto ſecet, ſi aliquo puncto medio: ergo illa duo puncta coſtę non erunt immediata, quod eſt contra poſitum, ſi verò ſecent, vel terminentur ad aliquem punctum iſtorum duorum, erit terminus duarum linearum, & ſic concurreret cum illa alia linea, cum qua ponitur æquè diſtans, quod eſt contra diffinitionem æquè diſtantium, quæ eſt vltima diffinitio poſita in primo. Nam lineæ æquè diſtantes non poſſunt concurrere in eodem puncto, quia tunc conſtituerent angelum, quod eſt contra diffinitionem æquè diſtantis, quæ lineæ ęquè diſtantes dicuntur parallelæ: igitur inter illa duo puncta, quæ ponebantur immediata in coſta, erit punctus medius, quod eſt contra poſitum. Sequitur ibi ſequitur ex hoc, quod dicebatur inter duo puncta diametri eſſe pūctus medius, ideſt quòd ſequitur inter duo puncta immediata in coſta dari punctum medium, ex hoc quod conceditur inter duo puncta diametri, in quibus duæ lineæ coſtæ ſecant diametrum dari punctum medium. Sequitur. Igitur ex oppoſito conſequentis, ſequitur oppoſitum antecedentis. Antecedens eſt hoc. Inter illa duo puncta diametri datur punctus medius, & cōſequens eſt hoc: ergo inter illa duo puncta immediata in coſta datur punctus medius. Oppoſitum huius conſequentis eſt hoc, inter illa duo puncta in coſta non datur punctus medius, quod oppoſitum infert oppoſitum antecedentis, ſcilicet ꝙ inter illa duo puncta diametri, non datur punctus medius: & ſic ſequitur principale intentum, videlicet, quòd diameter erit ęqualis coſtæ. Sequitur. Immo generaliter totus decimus Eucli. deſtruit illam compoſitionem lineæ ex punctis, quia nulla eſſet omninò linea irrationalis, ſiuè ſurda, cum tamen principaliter tractet ibi de irrationabilibus. Linea irrationalis, ſiuè ſurda dicitur illa, quæ eſt ſimpliciter incommenſurabilis alteri lineę, vt patet ex decimo Eucli.

Quæ ſit linea irrationalis.

¶ Ibi. Immò ſequitur abſurdius. Hic Doctor deducit ad maius inconueniens, videlicet, quòd ſi illæ lineæ in circumferentia maiore includit illud minimum, quod non eſt præciſè terminans vnam lineam, ſi ducatur à termino vnius lineæ ad terminum alterius lineæ vna linea recta ſecundum primam petitionem Eucli. erit baſis trianguli duorum laterum, qui videlicet, triāgulus conſtituetur ex linea d. b. & d. a. in quæ b. c. intercipitur minimum, & tunc linea ducta a. b. ad c. erit baſis illius trianguli, & tunc illa linea, qua eſt baſis, poterit diuidi in duo æqualia ſecundum decimam primi: igitur illud interceptum non fuit minimum, quod tamen datum eſt eſſe minimum: immò ſequitur, quòd ſi ducatur aliqua alia linea æquè diſtans à baſi trianguli: in triangulo tamen illa erit minor illa baſi ex 21. primi. & ita erit minus minimo. Ibi ſequitur; Similiter iſta poſitio ſi vno modo, ſiuè alio modo, ideſt ſiuè teneat continuum componi ex diuiſibilibus, ſiuè teneat cōtinuum componi ex minimis, ſi tamen minimum intelligatur aliquid, quod non habeat partem, & partem in toto, concludit etiam commenſurabilitatem diametri ad coſtam, immò concludit ęqualitatem, ſicut ponendo indiuiſibilia conſtituere continuē.

¶ Ibi. Ex eodem etiam apparet improbatio alterius antecedentis de partibus minimis in principio quęſtio. in ſecundo argumento ponitur duplex antecedens. Primum, ꝙ omne continuum componitur ex indiuiſibilibus. Secundum, ꝙ omne continuum componitur ex minimis: vide ibi. Dicit Doct. hic, quòd eſt impoſſibile cōtinuum componi ex partibus minimis, & probat hoc ex eodem medio, quo probauit continuum non poſſę componi ex pūctis. Dicit ergo ſic. Aut illud minimum poſſet præciſè terminare lineam indiuiſibilem ſimpliciter, aut poſſet intercipi inter terminos duarū linearum. Si primo modo, tunc minimum ponitur ſimpliciter punctus indiuiſibilis, & tunc eſt idē ponere iſto modo minimum, & ſimpliciter indiuiſibile pro parte, & ſic pars lineæ, & punctus idem erunt, & ſic erit idem dicere continuum componi ex minimis, ſicut ex punctis. Sequitur. Si ſecundo modo, videlicet, ꝙ tale minimum ſit aliquid interceptum inter terminos duarum linearum: ſi ſic, ergo duæ lineæ pertractæ à centro, puta a. ad terminos talis minimi in circumferentia maiore, & dicantur illi termini b. c. ita quòd includunt præciſè tale minimum in illa circumferentia. Tunc quæro, aut illæ lineæ includunt aliquod minimum in circumferentia minore, aut præciſè nihil includūt, ſed omnino habent idem indiuiſibile continuans ipſas lineas. Si primo modo, igitur erunt tot minima in minori circulo, quot ſunt in maiori: ergo circulus minor erit æqualis circulo maiori. Si ſecundo modo, ſequitur, ꝙ circumferentia minor ſecabitur in vno puncto à duabus rectis lineis exeuntibus ab eodem puncto, quod eſt improbatum in primo membro, quia ſicut argutum eſt ibi, pars eſſet ęqualis toti formando ibi angulos, ſicut in primo membro.

Continuum non componitur ex partibus minimis.

GVLIEL. OCHAM in quolib. 1. q. 9. recitat ſub breuitate rationes Docto. mathematicas, præſertim illas, quæ videntur procedere ex eodem medio, quo procedit ſecunda ratio, & reſpondet ſecundum aliquos, quas reſpōſiones nititur infringere, & ſic ſaluare rationes Doct. Et reſpondetur ſic ad ſecūdam rationem, ꝙ ſi linea protracta à coſta tangeret diametrum directè, tunc ſolum tangeret vnum punctum in diametro, & alia linea alium punctum, & concluderet argumentum. Sed quia diameter longior eſt, quàm coſta, ideo quælibet linea protracta à coſta in coſtam tanget diametrum obliquè, & ideo ad minus tāgit duo puncta diametri, & ſic non concludit ratio, ꝙ ſint tot puncta in coſta, quot in diametro, & ponitur exemplū, quia ſi vna virga cadat ſuper aliam oblique plus tangit de ea, quàm ſi caderet ſuper eam indirectum per modum crucis, ſicut apparet ad ſenſum, & ſic eſt in propoſito.

Ochā quolib. 1. q. 9.

¶ Contra. Si propter hoc linea protracta à coſta in coſtam per diametrum, tangit duo puncta diametri obliquè, quia diameter eſt longior coſta: ergo retenta ſuper eandem longitudinem duarum coſtarum, ſi fiat diameter multo longior poterit, tunc numerus punctorū augere, ſicut augetur longitudo diametri, ꝙ vna linea protracta à coſta in coſtam tangeret obliquè duo puncta diametri longioris, & ſecunda linea tria puncta, & tertia linea quatuor puncta, & in fine aliquis punctus illius lineæ protractæ per diametrum, tangit diametrum ſecundum longitudinem vnius pedis, vel domus, vel leucæ, ex quo ſequitur primò, ꝙ illa linea protracta à coſta in diametrum non erit recta, quia pūctus vnius lineę tangentis diametrum mouetur ſuperius, & inferius, quia ex quo ille punctus per te

tanget

tanget multa puncta diametri obliquè, & aliqua de illis ſunt ſuperius, aliqua inferius, ergo punctus iſte tangens iſta mouetur ſuperius, & inferius.

¶Secundò ſequitur, ꝙ punctus lineæ tangentis diametrum, erit ſimul naturaliter in diuerſis locis, vel ſitibus, quia ex quo tangit ſex puncta diametri, tunc erit naturaliter ſimul, & ſemel in ſex ſitibus cũ illis punctis, quod eſt impoſſibile. Exemplum de virga, vel de quocunque alio corpore tangente directè, vel obliquè aliquod corpus non eſt ad propoſitum, quia quando virga, vel aliud corpus cadit ſuper aliud obliquè, tunc multæ partes virgæ cadẽtis tangunt multas partes alterius virgæ, quas prius non tangebant, & ſunt aliæ partes cadentis, & tangentis, quando tangunt obliquè, quàm quando tãgunt rectè, ſicut manifeſtè patet ad ſenſum, & ideo non eſt mirum, ſi plures partes tangant, quãdo virga cadit obliquè, quàm quando cadit rectè. Nunc autem in propoſito ſemper eſt idem punctus lineæ tangentis diametrum directè, & obliquè, ideo non eſt ad propoſitum.

Pulchrum exemplum de virga.

¶Item arguo ad principale, quòd tũc eſſent ęqualia puncta in minori circulo, & in maiori, quia à quolibet puncto maioris circuli per circulum minorem ad centrum commune vtriuſque circuli poteſt trahi linea recta, immo ex linea recta poſita hypotheſi, qua tamen lineæ non coincidunt circa centrum. Aut ergo duæ lineæ protractæ, à duobus punctis immediatis circuli maioris tranſibunt per duo puncta circuli minoris, vel per vnum tantum. Si primo modo habetur propoſitũ, quòd tot ſunt puncta in minori circulo, quot ſunt in maiori. Si ſecundo modo. Contra. Illæ lineæ ſunt rectæ, & æquè diſtantes, ſimiliter ſi illæ duæ lineæ coincidũt in eundem punctum circuli minoris, tunc ille punctus minoris circuli, in quo coincidunt coexiſtet duobus punctis immediatis duarum linearum immediatarum, & eadem ratione poteſt coexiſtere tribus punctis trium linearum tertij circuli maioris, & ſic poteſt coexiſtere mille pũctis alicuius circuli magni in tali proportione excedentis illũ paruum circulum, & tunc ſequitur neceſſariò, quòd ille punctus ſic coexiſtens centum aliis punctis ſit longus ſine pluralitate pũctorum, vel linea circumferentialis ſibi correſpondens. Si dicas, ꝙ idem argumentum eſt de lineis corporalibus tranſeuntibus à maiori circulo ad centrum per minorem circulum, quia ille ſemper magis, & magis approximantur. Aut ergo illæ lineæ corporales tranſibunt per aliam, & aliã partem circuli minoris, & ſic erũt ęquales partes in vtroque circulo, aut per eandem, & tunc illa pars per maioritatem circulorum correſponderet mille partibus, & eſſet in mille ſitibus.

¶Reſpondeo, quòd non ſequitur propter diuerſitatem illarum linearum, & circulorum in infinitum, quia non eſt aliqua pars in maiori, quin ſibi correſpondeat aliqua pars in minori circulo, licet multo minor correſpondeat, patet hoc ad ſenſum ſi fiant circuli, & ideo non ſequitur, ꝙ ſint æquales partes eiuſdem quantitatis, ſed ſi cõponatur ex punctis, tũc duobus punctis immediatis in maiori circulo, aut correſpondent duo puncta immediata in minori, quia minus nõ poteſt correſpõdere in paruo circulo, quia quilibet punctus eſt indiuiſibilis, aut idem punctus correſponderet vtrique. Si primo modo ęqualia erunt puncta vtriuſque circuli. Si ſecundo modo, tunc erit idem punctus in diuerſis ſitibus, ſicut dictum eſt.

Quid ſit diſtinctio minimi ſecundum formã, & materiã.

¶Ibi. Ad iſta argumẽta hic Doc. recitat opinionẽ Egidij quolib. 4. q. 6. & quolib. 6. quæſt. 17. qui dicit, quòd iſta argumenta Doct. mathematica non concludunt contra minimum ſecundum formam. Et vult, quòd continuum naturale ſit compoſitum ex minimis ſecundum formam, vt patebit inferius, nõ autem ſecundum materiam, & habetur iſta diſtinctio. ſ. minimi ſecũdum formam, & ſecundum materiam à philoſopho primo de gene. c. de augmentatione. vbi vult, quòd pars ſecundum ſpeciẽ quælibet augeatur, & non ſecundum materiam.

¶Ibi. Iſtud dictum tripliciter intelligi poteſt. Hic Doctor primò exponit, quomodo pars poſſit intelligi ſecundum formam, vel ſecundum materiam. Et ſecundò improbat reſponſionem Egidij. Dicit ergo ſic. Primò, quòd pars ſecundum ſpeciem dicatur pars ſecundum formam, pars autem ſecundũ materiam dicatur pars quanti inquantum quanta eſt, & hæc quia quantitas conſequitur materiam, & quia formam conſequuntur qualitates naturales: ideo pars ſecundum ſpeciem, vel ſecundum formã ſit pars ſecundum naturam. Et vult dicere, ꝙ continuũ poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo inquantum eſt quoddam quantũ, & ſic diuiſibile in partes quantitatiuas. Alio modo inquantũ naturale, vt puta inquantũ illud quantũ eſt calidum, vel frigidũ, & huiuſmodi: & ſic ſit diuiſibile in partes calidas, vel frigidas. Addit, ꝙ tunc redit in quoddam antiquum dictũ. ſ. ꝙ quanta, ſm ꝙ quanta ſunt diuiſibilia in infinitũ, nõ autem quanta, ſm ꝙ naturalia, quia vt ſic non ſunt diuiſibilia in infinitum: puta, ꝙ quãtum calidum nõ ſit diuiſibile in infinitũ in partes infinitas calidas, ita ꝙ ſit dabilis aliqua minima pars calida, quæ ſi amplius diuideretur iam nõ eſſet calida. Doct. autem inferius probabit, ꝙ et quantũ naturale ſit diuiſibile in infinitas partes. Sequitur in litera, vel poteſt intelligi pars ſm ſpeciem, quæ poteſt per ſe eſſe in actu, & pars ſm materiam dicatur pars ſm potentiam, videlicet pars, vt exiſtit in toto. Vult dicere, ꝙ pars alicuius quanti, ſi poteſt per ſe actu exiſtere, & ſeparata à toto dicitur pars ſm ſpeciem, ſiuè ſm formam, vt verò tãtum inexiſtit toti, & nullo modo poſſit per ſe exiſtere ſeparata à toto, dicitur pars ſm materiam, accipiendo ſm materiã, vt eſt ſecundum potentiam. Sequitur. Et tũc redit in idem cũ alio dicto antiquo, ꝙ eſt dare minimũ, quod poteſt per ſe exiſtere, ſic ꝙ ſi diuideretur iam actu non exiſteret, nõ autem eſt minimum in toto, quo non eſt minus exiſtens in eo in potentia. Vult dicere ſm iſtam opin. ꝙ licet poſſit dari minimum actu exiſtens, non tamen poteſt dari minimum in potentia, quia quocũque dato in toto, adhuc minus poteſt dari in potẽtia, patet ſm ipſum Egi. qui vult vt ſupra, ꝙ poteſt dari minimum ſm formam, ita ꝙ ſi amplius diuideretur, non haberet formam naturalem, non autem poteſt dari minimum ſm materiã, quia quocunque dato adhùc minus poteſt dari. Sequitur, aut poteſt intelligi tertio modo, diſcordando ab iſtis duobus dictis antiquis, ꝙ ſit in aliquo vt minima pars formæ, ſiuè totius, inquantum habet formam, & non minima pars aliqua materiæ, aut totius ſm materiam. Et dicit hoc eſſe manifeſtè falſum, quia nulla pars materiæ in toto eſt ſine forma in actu, nec etiã ſine forma eiuſdem rationis in totis homogeneis. Dicit ergo Doct. ꝙ ſi detur aliquod totum, puta aqua, vel ignis: & dicatur, ꝙ poſſet dari minima pars formæ ipſius ignis (& loquitur hic de forma partis) non autem poſſit dari minima pars materiæ, ſed data quacunque adhuc minor poteſt dari, ꝙ hoc eſt manifeſtè falſum, tum quia non poteſt dari aliqua pars materiæ ſine forma, tum quia in homogeneis eo modo, quo eſt minimum totius eſt minimum vtriuſque partis, & econtra, patet, quia ſi poteſt dari minima pars aquæ, datur minima pars materiæ exiſtens ſub minima parte formæ aquæ, & ſi non poteſt dari minima pars aquæ,

Egidius Roma quolib. 4. q. 6.

Continuum poteſt dupliciter conſiderari

An quãtum naturale ſit diuiſibile in infinitas partes.

ita

ita quòd quacunq; data adhuc minor poteſt dari, ſimiliter nec poteſt dari minima pars materiæ, nec minima pars formæ, & tota ratio ſtat in hoc, quia nõ poteſt dari aliqua pars, ſupple integralis ipſius aquę quin ſemper ſit compoſita ex materia, & forma, & per conſequens non poteſt dari aliqua pars formæ, quæ actu nõ ſit in materia, nec aliqua pars materiæ, quin actu ſit ſub forma, & hoc eſt quod dicit. Sequitur.

¶Omittendo igitur iſtum tertium intellectum, illos alios duos intellectus excludẽdo, oſtendẽdo, ꝙ nõ impediunt probationes præcedentes, quæ videlicet probant, quòd non poteſt dari continuum compoſitum ex minimis.

¶Ibi. Primò quidem arguo contra primã viam auctoritate Com. 3. phyſic. com. 60. ibi & videmus Pla. propter hoc non ponere infinitum duo, quia exiſtimabat, quòd res poteſt pertranſire ſecundùm augmentum, & procedere in infinitum ſecundùm diminutionem, ſed poſuit illa duo, & nõ vtitur eis. in numeris enim non eſt infinitum, neq; ſecundũ diminutionem, cum vnitas ſit minima, neque ſecundum augmentum, numerus enim peruenit ad decem. Dicit ibi Com. ꝙ cum Ariſt. declarauit. ſ. in tex. 60. quòd infinitum inuenitur in diminutione ſimpliciter, in additione non ſimpliciter &c. vide tex. 60. cum com. Hic ergo Doc. contra primam viam arguit, quæ dicit, quòd licet detur minimũ ſecundùm formam, non tamen inquantum quantum. i. quòd licet detur minima caliditas, non tamen minima quantitas, quæ ſubijcitur caliditati, & ſic in calido huiuſmodi datur minimum calidum, ſed non datur minimum inquantum quantum. Hic verò Doct. intendit, ꝙ etiam non detur minimum ſecundùm formam, & ſi datur minimum ſecundùm formam, datur etiam ſecundùm quantitatem. & primò probat per Com. qui vult contra Pla. quòd non ſit procedere in infinitum in magnitudine, ita ꝙ quacunque magnitudine data non ſit dabilis maior in infinitum, ſed bene in diuidendo, vel diminuendo eſt proceſſus in infinitum, & patet com. 60. & patet quòd in tali commento non tantum loquitur de quanto mathematico, ſed etiam de quanto naturali.

Opinio Doctoris.

¶Ibi. Secundo Ariſt. de ſen. & ſen. in dubitatione illa prima &c. In iſta littera multa dicit. primò ꝙ qualitates ſenſibiles ſunt determinatæ ſecũdùm ſpecies. i. ꝙ non poſſunt eſſe infinitæ ſpecies. patet, quia infinita nõ habẽt extrema, ſi enim linea eſſet actu infinita, non haberet extrema terminantia, quia tunc eſſet actu terminata, & non terminata, qualitates autem ſenſibiles habent extrema actu, quia albedo, & nigredo ſunt extrema inter omnes colores. & vult ipſe Ariſt. ꝙ in omni genere qualitatum ſenſibilium extrema ſunt poſita, quia contraria, & per conſequens ſpecies ſenſibiles in tali genere ſunt finitæ. Secundò dicit ibi, ſed de quacunque vna qualitate ſingulari &c. Dicit Ariſt. ꝙ qualitas ſenſibilis ſingularis, puta hæc caliditas ex ſe non habet terminabilitatem, ita ꝙ non poſſumus dicere ꝙ ſit tanta caliditas in actu, vel tanta, quia hoc habet à quantitate in qua eſt, ſicut ergo talis quãtitas eſt diuiſibilis in infinitum, ita etiam qualitas ſundata in ipſa erit diuiſibilis in infinitũ, ſaltem per accidens, quia ad diuiſionem quantitatis. ergo falſum eſt dicere, ꝙ calidum ſecundùm formam habet minimum, & ſecũdùm materiam, ſiuè ſecundùm quantitatem non.

¶Ibi. Iſtud etiam ad quod adductæ ſunt auctoritates Com. & Ariſt. probatur per rationes. Hæc ratio prima eſt ſingularis quæ conſiſtit in hoc. Si a. eſt rõ formalis, quare b. inſit alicui ſubiecto. vbicunq; ergo eſt. a. ibi & b. ſicut rationale eſt ratio formalis, quare riſibilitas inſit homini. ergo vbi eſt rationale, ibi eſt riſibilitas, ſed quantitas eſt ratio diuiſibilitatis. ergo vbicunq; reperitur quantitas illud eſt diuiſibile, vel per ſe, vel per accidens, per ſe vt quantitas, per accidens quod fundatur in quantitate extenſibiliter, & ſubiectum quantitatis. Sicut ergo in maximo naturali eſt diuiſibilitas in plura, ratione quantitatis inexiſtentis, ita in quocunq; paruo naturali eſt diuiſibilitas, cum in tali ſemper ſit quantitas. nam ſi ſubiectum eſt diuiſibile, & fundamentum in illo erit diuiſibile, quod intelligatur de fundato ad extenſionem ſubiecti, vel ſecundum extenſionem ipſius.

Quantitas eſt ratio diuiſibilitatis.

¶Ibi. Quòd ſi dicatur quòd forma minimi prohibet iſtud, quod competeret ex quantitate quantum eſt ex parte quantitatis. Vult dicere, ꝙ fortè aliquis diceret, quòd quantitas ſub minimo naturali, ideo eſt indiuiſibilis, quia illud minimum naturale, vt eſt ibi prohibet huiuſmodi diuiſionem, & ſi quantitas illa poſſet eſſe ſine tali minimo naturali eſſet diuiſibilis.

¶Ibi. contra. Hic probat Doc. ꝙ tale minimum ſi poſſet dari, non prohiberet huiuſmodi diuiſibilitatem quantitatis. nam cum quãtitas ex ſua ratione formali ſit diuiſibilis, ſiuè ſeparata, ſiuè coniuncta ſemper erit diuiſibilis, cum fortè diuiſibilitas ſit ratio formalis quantitatis. Expono tamen aliqualiter hanc litteram cum dicit. ſi per ſe conſequentia aliqua ſunt incompoſſibilia, & illa ad quę conſequuntur illa ſunt incompoſſibilia. antecedẽs eſt hoc, quantum minimum, conſequens eſt hoc. ergo quantum minimum eſt diuiſibile. nam ſi iſta repugnant. ſ. ꝙ quantum minimum ſit diuiſibile, etiam antecedens repugnat. ſ. quãtum minimum, patet. quia quantum, vt huiuſmodi eſt diuiſibile, & minimum, vt huiuſmodi eſt indiuiſibile, & ſic dicere. a. eſt quantum minimum eſt dicere. a. eſt diuiſibile, & indiuiſibile. Sequitur. Et multo magis ſi illa, quæ ſunt de eſſentiali ratione aliquorũ ſunt incompoſſibilia, & ipſa erunt ſimiliter incõpoſſibilia, patet, quia ſicut rationale, & irrationale ſunt incompoſſibilia, ita ſpecies conſtitutæ erunt incõpoſſibiles. Sequitur. Sed diuiſibilitas in tales partes. ſ. integrales eiuſdem rationis, vel eſſentialiter conſequitur quantitatem, vel eſt de per ſe ratione quantitatis, ſicut philoſophus aſſignat rationem eius talem. 5. metaph. tex. com. 18. Sequitur igitur cuicunque formæ ponitur iſtud incompoſſibile ei eſt quantitas incompoſſibilis, & ita ſimpliciter nõ erit illud diuiſibile inquantum quantum, quia ſimpliciter non eſt quantum. i. quòd cuicunque formę ponatur minimum, quod eſt incompoſſibile diuiſibilitatis, ſtatim ponitur illud non eſſe quantum, cum quantum ſemper ſit diuiſibile.

Expoſitio litere.

¶Ibi. Hoc etiam probatur, quia non eſt intelligibile aliquid eſſe quantum, quin ſit ex partibus, nec ꝙ ſit ex partibus, quin pars ſit minor toto, & ita non eſt intelligibile, ꝙ aliquid ſit quantum indiuiſibile, ita ꝙ non ſit aliquid in eo minus eo inexiſtens, nec etiam poteſt poni aliqua caro ſimpliciter indiuiſibilis in tota carne, quia ſicut punctus ſeparatus non faceret quantum ſeparatum, ita nec caro punctualis ſi eſſet cum alia faceret aliquid maius, nec continuum, nec contiguum, vnde ita improbant rationes philoſophi. 6. phy. indiuiſibilitatem partis alicuius rei naturalis, ſicut alicuius partis quanti inquantum quantum. Quod dicit ibi, ꝙ caro pũctualis cũ alia nõ faceret aliquid maius, nec continuum, nec contiguũ, ꝙ non faciat maius, patet, primo de gener. tex. com. 8. Diuiſio inquit in duo, vel plura. ſ. puncta, neque maius, neque minus

nus priore, quapropter & ſi omnes ſupplè quantitates componantur.ſ.ex punctis, nullā facient magnitudinem. Et Com.ibi monſtratur inquit, quòd puncta neque augent, neque minuunt magnitudinem, hoc quod cum nos diuidimus magnitudinem in duobus punctis, aut tribus, deinde componimus eam, tunc magnitudo neque fiet maior, neque minor, & cum nihil faciūt in paruitate, aut in magnitudine, neceſſe eſt vt non faciant magnitudinem. hæc ille. Et ꝙ non faciat continuum, patet, quia continua ſunt (ſecundùm philoſophum 5.phyſic.) quorum vltima ſint vnum, vnde tex. 26. ſic ait. Dico inquit eſſe continuum cum idem fiat, & vnus vtriuſque terminus eorum quæ tanguntur, & ſic ſignificat rationem continui. hoc autem eſſe non poteſt cum duo ſint vltima. ibi Com. Continua autem ſunt ſeſe.i.quorum vltima adunantur apud contactum, & fiunt vnum ſecundùm quod ſignificat hoc nomen.i.in rebus naturalibus, & artificialibus, in naturalibus verò

Quæ ſint cōtinua in naturalibus.

dicimus quòd continua ſunt illa, quorum vltima ſunt vnum naturaliter, vt in membris continuis, & in artificialibus quando vltima eorum fiunt vnum per artificium. In mathematicis verò dicimus continua, quando vltimum vnius imaginatur eſſe commune eis, vt punctus qui eſt commune eis, & linea duabus ſuperficiebus, & iſta continuatio non eſt naturalis. hæc ille. Ex hoc apparet, ꝙ caro punctualis, cum alia carne punctuali non faciet aliquod cōtinuum, quia oporteret aſſignare vltima eſſe vnum, & hoc per continuationem alicuius medij, quod ſit principium vnius, & finis alterius. Nec faceret contiguum,

Quæ ſint cōtigua.

quia contigua ſunt illa, quorum vltima ſunt ſimul, & ſe tangunt, ita tamen quòd vltima eorum non ſint vnum, ſicut eſt in continuis, vnde philoſophus 5.phyſi.tex.com.22. Dico inquit contigua, dum extrema ſunt inſimul. ibi Commen. contigua ſunt corpora, quorum vltima ſunt.ſ.ſuperficies inſimul, ita ꝙ inter illas non eſt corpus extraneum, & hæc eſt contiguatio naturalis: contiguatio verò mathematica eſt in magnitudinibus, quorum vltima ſupponuntur. Si igitur fuerint corpora, ſuperponuntur ſuperficies eorum contiguę, & ſi ſuperficies ſuperponuntur lineæ, & ſi lineæ ſuperponentur puncta, ſi dicimus quòd punctus ſuperponitur puncto. Sed hic non intendit mathematicam. quoniam in mathematicis duo vltima reuertūtur in vnum, & ſic aſſimilantur continuo. In natura verò duo vltima remanent duo demonſtrata. hæc ille.

¶Ibi. Dico igitur, quòd iſta reſponſio de naturali ſecundùm quod quantum, & ſecundùm quod naturale, ſi poteſt habere aliquam veritatem debet intelligi affirmando, & negando rationem formalem diuiſibilitatis, ita quòd illa, quę dicit, ꝙ diuiditur in quantum, dicit, ꝙ diuiditur per rationē quantitatis, tanquam per rationem formalem diuiſibilitatis, & illa, quæ dicit, quòd non diuiditur in quantum naturale, negat naturalitatem eſſe rationem formalem huius diuiſionis, ſicut ſi diceretur ꝙ animal inquantum habet oculos videt, non inquantum habet manus, & iſte intellectus eſt verus, ſed ex hoc non ſequitur, ꝙ ſimpliciter rei non conueniat, quod conuenit ei ſecundùm quantitatem.

¶Ibi. Secunda reſponſio non videtur excludere rationes prædictas, quin totum non eſſet compoſitum ex indiuiſibilibus, vel ex minimis partibus in toto. Hic Doct.dicit, ꝙ ſecunda reſponſio (quæ fuit ꝙ minimum ſecundùm formam poteſt dari ſic intelligendo, ꝙ aliquod minimum naturale ſic poteſt per ſe exiſtere, quod ſi amplius diuideretur non poſſet per ſe exiſtere) non excludit illas rationes mathematicas: nam ex iſta reſponſione videtur ſequi, quòd poteſt haberi minima pars motus per ſe exiſtens, quæ ſi amplius diuideretur, non eſſet aliqua pars motus per ſe exiſtens, & ſimiliter poteſt haberi minima pars formæ per ſe exiſtens, vt puta minima pars albedinis, quæ ſi amplius diuideretur in partes non eſſet albedo. hoc idem eſſet dicendum de minima carne, & de minimo oſſe. Declaro tamen hanc litteram, cum dicit. Tamen videtur poſſe poni minimum in motu pro eo, quòd motus per ſe eſt, antequam ſit aliquid alterius totius, patet, quia ſi detur motus vnius horæ, primò habetur aliqua pars motus, quàm illa intelligatur pars motus vnius horæ. Sequitur. Et illa pars formæ, ſecundum quam eſt motus, præcedit omnes alias partes illius formæ, non tantum natura, ſed duratione, patet, quia ſi acquiratur aliqua albedo ſucceſſiuè, ſecundum quam ſit motus, prius duratione habetur vna pars, quàm alia, patet, quia ſi non prius duratione, ſequeretur, ꝙ omnes partes illius formæ, ſecūdum quam eſt verus motus, haberentur in inſtanti temporis, & ſic motus fieret in inſtanti, quod eſt impoſſibile. Sequitur. Et ita tunc videtur eſſe per ſe, & non in toto, ideſt quòd illa pars motus prior, & ſimiliter illa pars formæ prior, prius intelligerentur habere eſſe per ſe exiſtens, quàm eſſent in aliquo toto. Sequitur. Si igitur ſit minimum in naturalibus, quod poſſit per ſe eſſe, videtur eſſe minima pars formæ, quæ poſſit induci per motum, & per conſequens poſſet dari minimus motus, quod eſt inconueniens.

Declaratio litteræ.

¶Ibi. Sed contra iſtam reſponſionem arguo. Hic Doctor arguit, quòd tale minimum non poſſit dari, quia ſi illud minimum diuideretur in partes, quælibet pars eſſet hoc aliquid, & per conſequens illud tale non eſſet minimum per ſe exiſtēs, & probat, quia ſicut eſſentiale eſt quanto poſſe diuidi in partem, ita eſt ei eſſentiale, quòd ſingulum eorum, in quæ diuiditur, poſſit eſſe hoc aliquid: igitur nulli eorum repugnat per ſe eſſe: cum ergo minima pars formæ naturalis ſit quanta, ſequitur, ꝙ erit diuiſibilis in partes, & illæ partes, in quas diuiditur eſſent per ſe hoc aliquid.

An minimū poſſit dari.

¶Ibi confirmatur ratio, & iſta conſequentia. Conſequentia eſt iſta, quanto eſt eſſentiale, poſſe diuidi in partes: ergo eſt ei eſſentiale, quòd ſingulum eorum, in quæ diuiditur poſſit eſſe hoc aliquid: probat modo iſtam conſequentiam, tum quia partes illæ ſunt eiuſdem rationis, quantum ad formam, & materiam cum toto, igitur poſſunt habere per ſe exiſtentiam. Loquitur hìc Doctor de toto homogeneo conſtituto ex partibus quantitatiuis. & ſic ſi diuidatur: puta caro in decem partes, illæ partes ſunt eiuſdem rationis cum toto, quia quælibet pars eſt caro, & ſunt eiuſdem rationis, & quantum ad materiam, & quantum ad formam, patet, quia ſicut totum componitur ex tali materia, & tali forma, ita quælibet pars componitur ex ſimili materia, & ex ſimili forma, vt patet: ergo ſi totum poteſt eſſe per ſe aliquid, ſequitur, quòd quælibet pars poſſit per ſe exiſtere, & eſſe hoc aliquid. Sequitur. Tum quia ſi eſſent per ſe, eſſent indiuidua eiuſdem ſpeciei, ſicut, & totum eſt: hoc patet, quia ſi caro eſſet diuiſa actu in mille partes, quælibet pars eſſet per ſe indiuiduum carnis, accipiendo tamen illas partes, vt abſtrahunt ab hic & nunc, & ab actuali exiſtentia, ſicut etiam eſt de tota carne ſingulari: ergo ſicut nō repugnat toti carni ſingulari poſſe per ſe exiſtere,

ita

ita nec cuilibet parti. & hoc eſt quod dicit Doc. ibi. Abſurdum autem videtur, ꝙ hoc aliquid habeat naturam illam, vnde ſit indiuiduum, vel poſſit eſſe indiuiduum alicuius ſpeciei, ita ꝙ ſimpliciter non repugnat ſibi poſſe eſſe indiuiduum alicuius ſpeciei, & ſibi repugnat poſſe eſſe ſimpliciter, hoc eſt per ſe exiſtere. Et addit. & hoc ſaltem de illis, quæ non ſunt accidentia. Hic Doc. non loquitur de indiuiduis accidentalibus, quia illa non poſſunt per ſe exiſtere cum alijs inhæreant, ſed loquitur de indiuiduis ſubſtantialibus, & homogeneis. Sequitur. Tum etiam quia partes ſunt naturaliter priores toto. igitur non repugnat eis contradictoriè poſſe eſſe priores duratione ipſo toto. Hoc patet per vnam propoſitionem Doc. ſæpe adductam, quod eſt prius natura alio poſitiuè non repugnat ſibi poſſe eſſe prius duratione, vt ſupra patuit in iſto 2. diſ. 2. q. 4. & in 3. diſ. 3. & alibi ſæpe.

Indiuidua accidentalia non poſſunt per ſe exiſtere.

¶ Ibi. Videtur ergo quo ad hoc dicendum, quòd ſicut forma naturalis nō tollit à toto naturali, quin ita ſit totum ſemper diuiſibile per quantitatem, ſicut quantitas eſſet, ſi ſola eſſet. ita etiam nō tollit, quin quodlibet diuiſum poſſit per ſe eſſe, quantum ex ſe eſt, & ex parte ſui ſicut poſſet quælibet pars quantitatiua, in quam diuideretur quantum.

¶ Ibi. Et ſi dicas, quòd ſtatim conuerteretur in continens. i. quòd ſi diceretur, quòd ſi minima caro diuideretur in duas partes, illæ partes conuerterētur ſtatim in continens, puta in aere, vel in aliquo alio diſſoluente, & corrumpente illas partes, & conuertente illas in aerem, vel in aquam, & ſic non poſſent per ſe ſtare.

¶ Ibi. Iſta reſponſio non videtur eſſe ad intellectum quæſtionis, quærimus. n. minimum potens per ſe eſſe ex ratione intrinſeca, hoc eſt, cui per aliquod intrinſecum repugnat contradictoriè minus eo per ſe eſſe, nulla autem ratio huius impoſſibilitatis intrinſeca aſſignatur, ſi totum corrumpatur. Circumſcribamus. n. omne continens, & omne corruptiuum, & ꝙ aqua ſola ſit in vniuerſo quæcunq; aqua data diuidatur &c. Littera clara eſt.

¶ Ibi. Arguo etiam contra vtranq; reſpōſionem ſimul. Hic Doc. probat ꝙ iſta opi. non poſſit ſaluare minimū in motu. Nam hæc opi. vult expreſsè, ꝙ in motu ſit dare minimum, & ꝙ motus componatur ex minimis, nam ex quo iſta opi. vult, ꝙ minimum tantum ſit ſm formam; & motus (ſi per poſſibile, vel impoſſibile omnis forma naturalis eſſet ſequeſtrata à quantitate) adhuc eſſet verè ſucceſſiuus, & ſic daretur motus nō habens minimū. Declaro tamen hanc litteram, licet. n. medium in motu locali non poſſet cedere mobili, niſi eſſet naturale, tamen ſi per impoſſibile medium mathematicum poſſet cedere mobili mathematico, verè eſſet ſucceſſio in motu tali propter diuiſibilitatem medij. Prius. n. pertranſiret mobile priorem partem ſpacij, quàm poſteriorem. medium naturale non tantum eſt compoſitum ex materia, & forma, ſed etiam eſt compoſitum ex partibus quantitatem habentibus, quod medium non eſt ſine qualitatibus naturalibus conſequentibus ipſum. vt patet de aere, qui inquantum eſt corpus naturale poteſt cedere mobili, vt patet per experientiam, ſed ſi tale medium eſſet tantum corpus mathematicum includens lineam ſuperficialem, & profunditatem non poſſet cedere mobili. Hoc idem dico de corpore mobili, ꝙ niſi eſſet corpus naturale non poſſet localiter moueri loquendo de motu locali circunſcriptiuo, ſi tñ per impoſſibile medium mathematicum. ſ. corpus mathematicum poſſet cedere mobili mathematico, videlicet corpori mathematico, verè eſſet ſucceſſio in motu tali propter diuiſibilitatem medij. Sequitur etiam modo ſicut per accidens eſt in locato ex parte locati inquantum locatum eſt, ꝙ habeat quantitates naturales, patet hoc, quia locatum inquantum locatum non includit per ſe qualitates naturales, patet, quia ratio, ꝙ aliquid poſſit locari circunſcriptiuè eſt vltima ſuperficies ipſius corporis locati, ꝙ modo tale locatum ſit calidum, vel frigidum, & huiuſmodi accidit ſibi inquantum locatum, & hoc patet 4. phy. t. c. 76. vbi ſic habetur. At verò, & cubus habet magnitudinem tantam quantam continet vacuum, quod ſi calidum eſt, aut frigidum, aut graue, aut leue, nihilominus alterum ineſſe ab omnibus paſſionibus eſt, & ſi non diuiſibile ſit ab illis. i. quòd ſi ponatur corpus eſſe calidum, vel frigidū &c. illud corpus erit aliud ab illis paſſionibus, etiam poſito quòd ſit inſeparabile ab illis. Sequitur. Quare & ſi ſeparetur ab omnibus illis, & neq; leue, neq; graue ſit, continebit æquale ſpacium, & vide ibi Commen. qui prolixè declarat intentum. Sequitur, & per accidens ex parte loci inquantum locus eſt, ꝙ habeat qualitatem naturalem, patet, quia locus eſt vltimum corporis ambientis in mobile primum, vt patet 4. phy. t. c. 41. illud vltimum eſt vltima ſuperficies corporis continentis, vt ſupra patuit. q. 1. de loco. accidit ergo corpori locanti, vt locāti qualitas naturalis, patet, quia non locat inquantum calidum, vel frigidū, ſed ratione vltimæ ſuperficiei. Sequitur, quia licet naturalitas conueniat locanti, tamen per accidens conuenit loco. Vult dicere, ꝙ quamuis aeri, vel aquæ conueniant qualitates naturales, ita quòd aqua determinet ſibi de neceſſitate talem qualitatem naturalem, illa tamen qualitas conuenit loco. ſ. vltimę ſuperficiei aquæ tātum per accidens, quia ratio locandi circunſcriptiuè eſt tantum vltima ſupercies locantis. Sequitur. Ita etiam licet neceſſariò, tñ oīno per accidens conuenit motui ſm locum, ſiuè motui ſm vbi, qđ eſt in locato per ſe, inquantum reſpicit per ſe locum, ꝙ qualitas naturalis ſit in ipſo motu, vel ꝙ ſit in illo ſm ꝙ eſt motus, ſiuè in magnitudine ſuper quam ſit motus per ſe. Vult dicere Doctor in ſententia, quòd licet naturalitas ſemper inſit motui locali, tamen accidit ſibi inquantum eſt motus localis.

Declaratio litteræ.

An mediū naturale ſit ſine qualitatibus naturalibus.

Doctrina peripatetica.

¶ Pro clariori intelligentia huius litteræ declaro aliqua. Primò, ꝙ, vbi eſt in locato per ſe, inquantū reſpicit per ſe locum, non. n. vbi, quod eſt reſpectus locati circunſcriptiuè ad locans circunſcriptiuè in nullo modo dicēdi per ſe conuenit locato., cum ſit accidens omnino inſeparabile, ſed locatum inquātum reſpicit locum, ſiuè ſub illa ratione, ſub qua reſpicit locum, includit vbi per ſe, quia tunc talis reſpectus ſibi neceſſariò ineſt, ſicut dicimus, quòd Franciſco ſub illa ratione, qua reſpicit filium, ineſt per ſe paternitas, licet abſolutè nō inſit per ſe. Nec accipio hic per ſe ſm aliquem quatuor modorum, ſed accipio per ſe. i. abſolutè. Et ſic cum dicit Doc. quòd locatum per ſe reſpicit locum per ſe &c. i. ꝙ ſi accipiatur locatum abſolutè per ſe, & ſub illa ratione præciſè, quia reſpicit locum, nō conuenit ſibi naturalitas aliqua. Secundò motus localis præciſè conſideratur ſm quòd aliquid mouetur acquirendo aliud, & aliud vbi, & talis motus localis circunſcriptiuus ſit ratione magnitudinis, vel ipſius mobilis, vel ſpacij, ſuper quod tranſit mobile. ratione ergo magnitudinis, vel mobilis, vel ſpacij ſit motus localis, quòd modo mobile, vel ſpacium habeant qualitates naturales, vt præciſè conſiderantur inquantum ſit ibi motus localis accidit eis, cum ratio ſucceſſionis ſit quantitas, vel in ipſa magnitudine, vel in mobili, vel in vtroq;, & ſic patet iſta littera.

Quō locatū reſpiciat locum.

¶Ibi. Ex hoc deſtruitur prima reſponſio, ꝙ non faciat pro minimo motu. nam opinio illa habet di cere ſm primam reſponſionem, ꝙ poſſit dari mini ma pars motus, ſed hoc patet eſſe falſum, & cõtra opionem illam, quia ſm eam non eſt accipere minimum in motu, ſm ꝙ quãtum, & ſucceſſio eſt in motu locali per ſe ex ratione alicuius inquantum quantum, patet quia talis ſucceſſio fit ratione quãtitatis, vel ipſius mobilis, vel medij, vel vtriuſq;, vt dixi ſupra, & ſic in motu locali nullo modo poteſt eſſe minimum. Addit Doc. ꝙ nec in alijs motibus, puta augumentationis, vel alterationis, quia licet non ita immediatè concedatur de alteratione, ſi ponatur motus, vel ſucceſſio ſm formam, tamen ſequitur per locũ à maiori negatiuè. nullus.n. motus velocior eſt latione, & ita nullus poteſt habere partes indiuiſibiles, ſi iſtę neceſſariò habeat partes diuiſibiles, patet, quia ſi caliditas, quæ acquiritur in aliquo ſubiecto, ſiuè in aliqua magnitudine poſſit acquiri, ſecundùm partes indiuiſibiles, tunc talis motus eſſet velocior quolibet motu locali, pa tet, quia ille motus eſt velocior, qui menſuratur minori tempore cęteris paribus. Nulla autẽ pars motus localis, quæcunq; ſit illa, poteſt acquiri in inſtanti, ſed tantum acquiritur in tempore, cum motus non fiat in inſtanti, ſed aliqua pars alterationis eſſet indiuiſibilis, illa acquireretur in inſtan ti, patet, quia non poſſet acquiri ſucceſſiuè, & ſic patet quomodo in alteratione non datur minimũ, nec multo minus in augmentatione.

Percipe dili genter æquo animo.

¶Ibi. Ex eodem etiam deſtruitur ſecunda reſpõſio, ꝙ non faciat pro minimo motu &c. Secunda reſponſio fuit, ꝙ non poteſt dari minimum per ſe exiſtens, & ſic minimus motus per ſe exiſtens, & ꝙ non poſſit dari minimus motus per ſe exiſtens, patet, quia motus ſi eſt ſuper aliquam quantitatẽ, oportet ꝙ ſit trãſitus primo alicuius partis, ſed in quantitate ſm illam opinionem non datur minima pars. ergo nec in motu, qui eſt ſuper illã quan titatem dabitur minimum, quod eſt contra illam opinionem.

¶Ibi. Secunda etiam reſponſio quantum ad minimum motum, deſtruitur etiam per alia. Primò, quia quando mouens eſt præſens & vincens ſuper motum, non poteſt poni illa ratio extrinſeca, propter quam negatur tale minimum poſſe per ſe eſſe. ſ. præſentia corruptiui, quia præſentia mouẽtis, & producentis tale minimum, tunc vincit omne contrarium corruptiuum. Vult dicere Doc. ꝙ hæc ſecunda reſponſio, quæ eſt de minimo per ſe exiſtenti. primo deſtruitur quantum ad hoc, quod dixit, quòd ſi minimum diuideretur conuerteretur in continens &c. Probat, quòd non conuerteretur, puta in caſu, quando mouens eſt præſens, & vincẽs ſuper motum.

¶Ibi. Similiter quodcunq; datum minimũ &c. Hic Doc. ſpecialiter probat de motu, ꝙ ſi daretur minimus motus per ſe, qui eſſet quoddam totum, tunc partes illius dicerẽtur partes inquantũ fluũt. nam fluendo vna continuatur alteri, quia prima pars fluit, & ſecunda aduenit. ſic ergo ſi minus mo tus diuideretur, & partes illæ non per ſe exiſterẽt, non eſſet in conueniens, cum non ſit de ratione partis ſucceſſiui, quòd actu exiſtat, ſed quòd fluat ſicut è contrario eſt de ratione permanentis, quòd partes non fluant, ſed quòd permaneant in toto, & ſic patet quomodo non oportet recurrere ad hoc, ꝙ illę partes conuerterentur in continens.

Dubia notabilia ex conclusionibus Doc.

IN LITTERA Doc. quinque concluſiones videntur prima facie dubiæ, quę hic per ordinem po nuntur, contra quas multis medijs inſtatur, vt ma gis earum veritas eluceſcat.

¶Concluſio prima. Sicut quælibet pars quanti inquantum quantum poteſt per ſe eſſe, ita quælibet pars quanti naturalis inquantum quantum na turale poteſt per ſe eſſe, ſiuè non repugnat poſſe per ſe eſſe.

¶Concluſio ſecunda. Omne ens naturale homo geneum eſt ſimpliciter diuiſibile in ſemper diuiſibilia in infinitum.

¶Concluſio tertia. Sicut eſſentiale eſt quanto poſſe diuidi in partem, ita eſt eſſentiale, quod ſingulum eorum, in quæ diuiditur poſſit eſſe hoc aliquid.

¶Concluſio quarta. Si ſingulum eorum, in quæ diuiditur quantum poteſt eſſe hoc aliquid, igitur nulli eorum repugnat poſſe per ſe eſſe.

¶Concluſio quinta. Partes ſunt naturaliter priores toto, igitur non repugnat eis contradictoriè poſſe eſſe ſine ipſo toto.

CONTRA primam arguitur, & accipio ignem pro quanto naturali, qui eſt verè ſuppoſitum. Et primò ſic, ſi quælibet pars ignis poteſt per ſe eſſe. ergo quælibet diuiſa erit verè ſuppoſitum, patet, quia ſicut ignis totus ponitur ſuppoſitum, quia po teſt per ſe ſtare. ergo, & quælibet pars ignis poteſt per ſe eſſe. ergo quælibet diuiſa erit verè ſuppoſitum, patet, quia ſicut ignis totus ponitur ſuppoſitum, quia poteſt per ſe ſtare. ergo & quælibet pars ſi poteſt per ſe ſtare, & tunc in eodem igne erunt plura ſuppoſita, & tunc contradicit ſibi, quia in ſecundo. diſ. 15. probat, ꝙ elementa non ſunt in mixto, quia tunc eſſent plura ſuppoſita in eodem mixto, quod eſt inconueniens apud eum.

¶Secundò ſequeretur, ꝙ vna pars ignis nõ poſſet commmunicari igni, vt pars quia hoc eſt contra rationem ſuppoſiti, ſuppoſitum enim dicit negationem duplicis dependentię. ſ. actualis, & aptitudinalis, vel ergo pars ignis eſſet in igne violenter, vel nullo modo poſſet communicari, vt pars, vtrunq; eſt inconueniens.

¶Tertiò ſequitur, ꝙ ex pluribus partibus ignis non poſſet conſtitui vnus ignis totalis, quia ſi quęlibet nata eſt per ſe ſtare, & verè ſuppoſitum ex illis non poteſt fieri vnum, quia ex duobus entibus in actu, ſaltem vltimato, cuiuſmodi eſt ſuppoſitum non ſit vnum ex 7. metaph.

Quarto. Quia illa ſimilitudo non valet de quãto in quantum quantum, & de quanto naturali inquantum naturale quia pars quantitatis ſeparata non eſt ſuppoſitum, ſicut nec tota quãtitas, & ideo non videntur ſequi illa inconuenientia de partibus quanti inquantum quantum, quæ ſequuntur de quanto naturali inquantum naturale, quia quęlibet pars eius ſi poſſet per ſe ſtare eſſet ſuppoſitum.

¶Quintò ſequeretur, quòd minima pars ignis poſſet verè agere, ſicut, & totus ignis compoſitus, patet, quia eſſet ſimpliciter eiuſdem rationis, & eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimę, & talia ſic ſe habent, quod conuenit vni, & alteri conuenit.

¶Reſpondeo ad primum, ꝙ Doc. non contradicit ſibi, quia ſi quatuor elementa eſſent in mixto, eſſent quatuor ſuppoſita perfecta, quæ non concurrunt ad conſtituendum tertium, & eſſent ibi ſuppoſita verè diſtincta, & verè ſubſiſtentia, & non tantum inexiſtentia. Hic autem eſſent ſuppoſita tantum inexiſtentia, & partes vnius ſuppoſiti totalis.

¶Ad ſecundum dico primò, ꝙ nihil eſt propriè ſuppoſitum, quod eſt natum eſſe pars alterius, quia hoc eſt contra rationem ſuppoſiti. Dico ſecundò, ꝙ cõmunicari alteri poteſt intelligi multipliciter.

Primò

Primò in ratione ſuppoſiti, ita ꝙ in ſe non ſit ſuppoſitum,ſed tm̄ in altero, ſicut natura humana in verbo. Secundò, vt ſit ſuppoſitum in ſe, imperfectum tamē,ꝙ ſit pars integralis alterius. Et tūc di- *Pars poteſt multipliciter accipi.* co,ꝙ pars in toto nō tm̄ ſubſiſtit ſubſtantia totius, ſed etiam propria.Dico tñ diſtinguēdo,ꝙ pars poteſt multipliciter accipi.Primò pro parte integrali. Secundò pro parte eſſentiali. Secundò modo pars eſſentialis ſeparata nunquam eſſet ſuppoſitū propriè, & ſic dr̄ ſuppoſitum ratione totius eſſentialis,primo modo,aut eſt pars totius homogenei,qđ non eſt natum eſſe pars alterius compoſiti etherogenei,aut eſt pars homogenei,qđ eſt natū eſſe pars alterius etherogenei, ſicut caro hominis. Primo modo dico,ꝙ quęlibet pars nata eſt eſſe ſuppoſitū, vt patet de partibus ignis,vel lapidis,& ſic tale ſuppoſitum poteſt eſſe pars alterius integralis,& tales partes ſunt ibi, quaſi ſm̄ iuxta poſitionem. ibi.n. non eſt informatio vnius partis ab alia. Secundo modo dico, ꝙ ſi pars illius etherogenei nata ſit eſſe ſuppoſitum, ꝙ etiam quælibet pars illius partis homogeneę nata eſt eſſe ſuppoſitum.Ex hoc etiam apparet clarior reſponſio ad primum argumentū, quia in mixto elementa non ponerentur vt partes integrales,nec alicuius homogenei, nec etherogenei,ſed ponerentur partes eſſentiales mixti, & tūc eſt inconueniens ponere plura ſuppoſita eſſe partes eſſentiales alicuius,poſſet etiā dici ſm̄ aliquos, ꝙ pars ignis ſeparata eſt actu ſuppoſitum, & vnita non eſt actu ſuppoſitum,ſicut natura humana vnita actu verbo non eſt ſuppoſitum in ſe,ſed ſeparata ſic. Sed hoc non videtur eſſe verum, quia pars ignis non eſt in igne, ſicut natura humana in verbo, quia ignis non videtur terminare in rōne ſuppoſiti dependentiam ſuę partis integralis, cum totus ignis dependeat in eſſendo, & exiſtendo à ſuis partibꝰ integralibus,& licet partes vt ī toto habeāt perfectius eſſe pro quanto participant eſſe totius, non tamen propriè dependent à toto,vt à ſuppoſito, immo, quod ſic terminat dependentiam in ratione ſuppoſiti eſt prius,ſed partes, vt conſtituunt totum integrale, ſunt priores, ergo. videtur ergo alia reſponſio melior.

¶Ad tertium dico, ꝙ philoſophus loquitur de partibus eſſentialibus, vt patet ibi, & non de partibus integralibus, quæ integrant totum quaſi ſm̄ iuxta poſitionem, cum quælibet pars ſit diſtinctè ſignabilis,quia ſuppoſitum non eſt perfectibile eſſentialiter ab alio, nec pōt aliud eſſentialiter perfi- *Octauo metaphy.contex.15.* cere,& ſic philoſo.8.metaph.loquitur, ꝙ ex duobꝰ entibus in actu non ſit tertium eſſentialiter.

¶Ad quartum dico, ꝙ eſt ſimile quantū ad hoc, quòd ſicut pars quanti ſeparata ab ipſo, ita poteſt exiſtere ſicut quantum, licet nullo modo ſit ſuppoſitum, quia nec quantum, ſi tamen quantum eſſet ſuppoſitum, ita quęlibet pars eſſet ſuppoſitum ſeparata,ſed quia quantum naturale, vt ignis eſt verè ſuppoſitum,ita,& quælibet pars homogenea illius erit ſuppoſitum ſeparata.

¶Ad quintum dico, ꝙ requiritur etiam debita diſpoſitio ad hoc, vt poſſit agere, qualis non apparet in minima parte ignis, & de hoc dicā inferius.

Inſtatur cōtra ſecundam. CONTRA ſecundam arguitur primò, quia ſi quælibet pars quanti naturalis eſt diuiſibilis in infinitum. ergo pars erit æqualis toti, patet, quia ita pars eſt diuiſibilis in infinitas partes ſicut totum, ergo. Tum quia infinitum poſſet excedi, patet,qa totum continet plures partes,quarum quælibet eſt diuiſibilis in infinitum, ergo.

¶Secundò ſic, ergo poſſunt eſſe infinitæ partes in actu,patet, quia fruſtra eſt illa potentia, quæ nō poteſt reduci ad actum. Tum quia potentiæ paſſiuæ correſpondet aliqua actiua, ſed quantum eſt diuiſibile in infinitas partes. ergo aliqua potentia actiua poteſt illud actu diuidere.

¶Tertiò datur prima, & vltima pars quanti. ergo non eſt diuiſibile in infinitum, patet conſequentia,quia tale non habet nec primum,nec vltimum. antecedens patet, quia quantum terminatur duobus punctis, modo pars terminatur ad punctum indiuiſibiliter, patet, quia illa immediatè tangit punctum, ita quòd inter pūctum, & illam partem immediatè tangentem non eſt alia pars.

¶Quartò ſequeretur, quòd aliquod quantum naturale eſſet intenſiuè infinitum, patet, accipio ignem intenſum,vt duo, ſi eſt diuiſibilis in infinitos ignes, quilibet eorum erit intenſus, vt duo,& ſic eſſent in eodem igne actu infinitę perfectiones, quia quælibet pars ignis in ſe eſt perfectionis, vt duo.

¶Quintò ſequeretur, quòd quælibet ſubſtantia naturalis eſſet compoſita ex infinitis ſubſtantijs, patet,quia tales ſunt diuiſibiles in infinitas ſubſtātias, vt patet de igne,aqua,& huiuſmodi, ſed hoc videtur impoſſibile,tum quia agens non poſſet generare ſubſtantiam, niſi tranſiret infinitas partes, infinitū autē non pōt pertranſiri. Tum quia generatio non eſſet in inſtanti, quia diuiſibile in infinitum ab agente naturali non poteſt tranſiri in inſtanti,maximè ſi ſit ſubſtantia generabilis.

¶Sextò ſequeretur, quòd intellectus creatus ſimul poſſet infinita diſtinctè cognoſcere, patet, qa angelus diſtinctè, & perfectè cognoſcit ignē. ergo diſtinctè cognoſcit omnem partem ipſius ignis,& illæ ſunt infinitæ. ergo. Illud.n.diſtinctè cognoſcitur, cuius omnes partes actu perfectè cognoſcuntur, vt patet à Doc.in 1.diſ.3.q.2.

¶Septimò ſequeretur,quòd quælibet pars ignis cum ſit ita nata per ſe, eſſet ſicut totus ignis, vt patet in prima concluſione, quòd poſſet cauſare ſpeciem intelligibilem in intellectu, puta angeli, quia etiam de ſingularibus habetur ſpecies intelligibilis,vt patet à Doc.in 2.diſ.3.q.vlt.& ſic infinitę partes ignis poſſent actu cauſare in aliquo intellectu creato infinitas ſpecies intelligibiles, quod eſt ſimpliciter impoſſibile.

¶Octauò. Si ignis eſt diuiſibilis in infinitos ignes, ergo quilibet eſt ita obiectum per ſe intelligibile actu, ſicut ipſe ignis,patet cōſequentia,quia quilibet includit quiditatiuè ens, quod ponitur adæquatum obiectum intellectus,ergo erunt actu infinita intelligibilia naturaliter mouentia intellectum, ergo quando ignis mouet actu intellectum ad ſui cognitionem, ergo quælibet pars ignis actu mouet ad ſui cognitionem.Nec valet dicere,quòd vt ſeparata mouet,ſed non vt pars. Contra, quia præciſè eſt eadem entitas vnita ſicut ſeparata, ergo &c. Et vltra ſequitur,quòd actu cauſantur infinitæ intellectiones in intellectu,qa quælibet pars, vt ſeparata nata eſt habere,& cauſare propriam intellectionem, ergo & vnita cum ſit ſimpliciter eadem entitas.

¶Nonò ſequeretur, ꝙ ſol cum ſit verè quantus eſſet verè diuiſibilis in infinitas partes,quarū quęlibet eſſet ſol, & ſic non repugnaret poſſe eſſe plures ſoles,quod videtur contra philoſophum,cōſequentia patet, quia omne quantum eſt diuiſibile in infinitas partes,ergo.

¶Decimò arguitur, qa ēt paſſio entis naturalis eſſet diuiſibilis in infinitas paſſiones,& ſic ſequeretur,ꝙ ſicut ignis poſſet cōburere magnū lignū, ita q̄libet pars ignis, cū illa pars ſit æquè intenſa. Sequeretur etiā,ꝙ ſicut aliquod graue moueret ſe ad centrum,ita & quælibet pars poſſet ſe mouere.

Soluitur inſtantia.

RESPONDEO ad primum. Dico primò, quòd & ſi pars ſit æqualis toti ſm partes proportionales, non tñ eſt æqualis ſm partes quantitatiuas. Dico ſecundò, quòd maius, & minus ſunt tm̃ paſſiones quanti finiti, & non infiniti, vt dicit Doc. in iſto 2. diſ.1.q.3. Et cum dr̃, quòd infinitum excederetur, dico quòd pars ſm partes ꝓportionales eſt ita infinita ſicut totum, nec in toto poſſunt eſſe plures partes, quia in vtroq; ſunt infinitę, ſi.n. in toto eſſent plures poſſent numerari incipiendo à prima parte, quæ non eſt dabilis, ſunt tamen in toto plures ſm quantitatem, ſed non ſm proportionem.

¶Ad ſecundũ dico, ꝙ & ſi tales potentię ſint reducibiles ad actum, non tñ ſimul, ſed ſucceſſiuè in infinitum, vt patet in corpore. q.9. cum dr̃ de potẽtia actiua, concedo, ꝙ eo modo, quo ponitur paſſiua, põt poni actiua correſpõdens, & ſic cõcedo, ꝙ ſicut quantũ eſt ſucceſſiuè diuiſibile ĩ infinitas partes, ita potentia actiua põt ſucceſſiuè diuidere, modo repugnat quãto poſſe ſimul diuidi in infinitas partes, vt patet à Doc. q.9. vide ibi.

¶Ad tertium facilis eſt reſponſio. Dico.n. quòd licet pars immeditè terminetur ad punctũ, & verſus punctum immediatũ non ſit diuiſibilis, tñ ſimpliciter eſt diuiſibilis ex alia parte in infinitum.

¶Si dicatur ſicut in quanto datur primum punctum, vt patet. ergo pars, quæ immediatè ſequitur punctum erit, prima pars quãti patet, quia illa tangit punctũ indiuiſibiliter, q̃a ante illã immediatã nõ eſt prior, quia tũc nõ eſſet immediata puncto.

¶Dico, ꝙ non põt dari pars aliqua, q̃ ſit oĩno indiuiſibilis, quia quacunq; data, ẽt immediatiſſima puncto, cum ſit quanta eſt diuiſibilis in infinitum, & ſi diuiſibilis. ergo non primò, immo dico, quòd ipſi puncto vna eſt immediatior, alia in infinitum, quia quacunque immediata aſſignata, adhuc alia eſt in infinitum immediatior.

¶Ad quartum dico, quòd ſi poneretur albedo intenſa, vt vnum, & eſſet extenſa ſuper magnam ſuperficiem. ita eſſet intenſa in minima parte, ſicut in tota ſuperficie, vt patet à Doc. in 1. diſ.2. & idem gradus intenſionis ita perfectè eſſet in minima parte, ſicut in tota ſuperficie. ſi ergo eſſet diuiſa in infinitum in qualibet parte eſſet tm̃ vnus gradus intenſionis, & ſi modo ſint vnitę, ita poſſunt oẽs hr̃e proprium gradum intenſionis, non tñ ſequitur, ꝙ ſit infinitè intenſa, quia oẽs illi gradus ſunt ſimpliciter eiuſdẽ rõnis. ita quòd quilibet eſt præcisè intenſus, vt vnum, ſiuè quælibet pars eſt præcisè intenſa, vt vnum, & hoc nõ facit maiorem perfectionem intenſiuam, ſed maior perfectio intenſiua eſt ſm alium, & alium gradum intenſionis, ita ꝙ intẽſa, vt quatuor, eſt perfectior intenſa, vt vnum.

Reſpõſio ſingularis & notabilis.

¶Dico etiam, quòd albedo illa eſſet infinita tm̃ extenſiuè, quia ſicut in illa ſunt infinitæ partes, & quælibet habet proprium gradum intenſionis, ita ſunt ibi infiniti gradus intenſionis, & ſic infinita tantũ extenſiuè, nec eſt inconueniens eſſe aliquod extenſiuè, & hoc tantũ ſm gradus inexiſtentes, ſicut etiam ignis eſt infinitus extenſiuè, quia diuiſibilis in infinitas partes, quæ actu ſibi inexiſtunt, & quælibet pars hẽt propriam perfectionem. Eſſet tñ inconueniens, quòd in igne eſſent infinitę partes actu ſubſiſtentes, & diuiſæ, quia tunc daretur infinitum in actu ſm numerum, quod eſt contra philoſophos. licet fortè non eſſet inconueniens, nec repugnans veritati, de hoc vide Doc. in 3. diſ.14. Poſito ergo, quòd in vno quanto ſint infinitæ perfectiones, ita quòd quęlibet pars habeat propriã perfectionem, & ſic infinitæ perfectiones ſm infinitas partes, & ſic infinitum extenſiuè, non tñ ſequitur, in quanto ſunt actu infinitæ perfectiones inexiſtentes. ergo eſt infinitum intenſiuè? quia ſi eſſet infinitum intenſiuè quælibet pars quanti haberet infinitos gradus intenſionis. Nam gradus intenſionis ſic ſe habent, quòd quando dicimus album eſt intenſum, vt quatuor, omnes illi gradus ſunt in qualibet parte albi, & ſi eſſet intenſum in infinitum in qualibet parte albi eſſent infiniti gradus intenſionis. Non ſequitur. ergo in albo ſunt infiniti gradus intenſionis, ſed infinitæ partes inexiſtentes reddendo ſingulos gradus ſingulis partibus. ergo album eſt infinitum intenſiuè non ſequitur, ſed tãtum ſequitur. ergo eſt infinitum extenſiuè, & etiam extenſiuè eſt tantum infinitum ſecundùm quid, quia tantum ſecundùm partes inexiſtentes.

¶Si dicatur, quòd bene ſequitur eſt infinitũ extenſiuè, ergo & intenſiuè, quia plura bona æqualia, puta 10. æquiualent vni bono intenſiuè, puta ſi ſint 10. alba intenſa, vt duo æquiualent vni albo intenſo, vt 20. & hoc patet à Doc. in 1. diſ.2. & in quolib. q.20. ergo ſi in vno albo ſunt infinitæ partes æquales ſecundùm perfectionem, tunc æquiualent bono infinito intenſiuè, & ſic ſi eſſent actu infiniti homines æquiualerẽt bono infinito intẽſiuè.

¶Reſpondeo concedendo, quòd æquiualerent alicui bono infinito intenſiuè, & hoc loquendo de gradibus intenſionis conſequentibus perfectionẽ non ſpecificam, ſed indiuiduorum. Si ergo eſſent infinitę albedines actu, quarum quælibet eſſet intenſa, vt vnum, vel vt duo æquiualerent vni albedini intenſiuè infinitę, licet talis albedo nullo modo eſſet poſſibilis, vt patet ſubtiliter à Doc. in 3. diſt. 13. & ſic vnum ſingulare albedinis excederet in infinitum alia ſingularia albedinis.

¶Si dicatur, quòd tunc talis albedo intẽſiuè infinita eſſet Deus, quia infinitæ perfectionis. *Notabilis diſtinctio.*

¶Dico, quòd infinitum intenſiuè accipitur pro nunc dupliciter, quia quoddam dr̃ infinitum intenſiuè præcisè ſm gradus conſequentes naturam indiuidui, ſicut dicimus, quòd vna albedo eſt intenſior alia, & tale infinitum, puta aliqua albedo, & ſi excedat omnem albedinem in infinitum ſm gradus intenſionis conſequentes conditiones indiuiduales, non tñ excedit aliam ſm gradus conſequentes naturam ſpecificam, ſiuè ſm gradũ ſpecificum, quia vt ſic etiam minima albedo eſt ita ſpecificè, ſiuè quiditatiuè perfecta, ſicut infinita albedo intenſiuè. Aliud eſt infinitum intenſiuè ſecundùm gradus ſpecificos, ſiuè quiditatiuos, ſiuè ſecundùm gradus conſequentes præcisè naturam ſpecificam, & tale infinitum æquiualet ſecundùm perfectionem infinitis ſpeciębus, & hoc modo ponitur natura diuina intenſiuè infinita, & infinitum primo modo dicitur infinitum ſecundùm quid, quia non diceretur abſolutè infinitum ens ſimpliciter, quia adhuc eſſet ens limitatum. Sed ſecundo modo diceretur infinitum ſimpliciter, quia infinitum ens ſimpliciter excludens omnẽ imperfectionem, & includens omnem perfectionem ſimpliciter. Et ſic patet quid dicendum ad difficultatem. Sed an tale infinitum ſecundùm quid ſit in genere, vide quæ dixi in primo. diſtinctio. octaua. quæſtio.2.

¶Ad quintum concedo, quòd eſt ex infinitis ſubſtantijs, & etiam patet reſponſio ex dictis ſupra quomodo infinitum non poteſt pertranſiri. Et cum dicitur de generatione. Dico primò, quòd ſit in inſtanti, quia illa primò terminatur ad ſubſtantiam, vt priorem quantitate, & ſic ſimul tota inducitur. Dico ſecundò, quòd non habeo pro inconuenienti, quòd ſubſtantia generetur in tempore, vt patet à Doc. 9. metaph.

¶Ad

Quomodo intellectus Angeli non cognoſcit in finita.

¶Ad ſextum dico, ꝙ intellectus angeli poteſt cognoſcere ignem diſtinctè ſm omnes partes eſſentiales, & ſm omnes partes integrales ſm quantitatem, ſed non ſm proportionem, quia actu non cognoſcit infinita, poteſt bene cognoſcere infinita in infinitum ſemper cognoſcendo vnum poſt aliud. Dico ſecundo quòd fortè non eſſet inconueniens, quòd cognoſceret infinitas partes inexiſtentes, ſed non infinitas ſubſiſtentes, ſed prima reſponſio eſt melior, vt videtur.

¶Ad ſeptimum dico, quòd ſi pars ignis eſſet ſeparata, & diſpoſita, poſſent cauſare propriam ſpeciem, ſed quando eſt vnita, & pars totius tunc concauſat, & ſic concedo quòd oẽs partes ignis æquè diſpoſitæ concurrunt ad cauſandum tãtum vnam ſpeciem intelligibilem ipſius ignis, an modo ſeparata poſſit, de hoc alias.

¶Ad octauum concedo, quòd ſi quælibet pars ignis eſſet per ſe, eſſet per ſe actu intelligibilis, ſi tñ eſſet diſpoſita, & poſſet cauſare partialiter ſui cognitionem, tñ vt eſt pars alterius, omnes illæ partes æquè propinquæ & diſpoſitæ concurrunt concauſando tm̃ vnam intellectionem, qua cognoſcitur totum & pars, non tamen quòd ſimul omnes partes ſm proportionem diſtinctè concipiantur, ſed ſufficit, quòd confusè concipiantur.

An poſſint eſſe plures ſoles.

¶Ad nonum concedo, quòd non repugnat poſſe eſſe plures ſoles etiam ſecundùm viam philoſophi, vt patet a Doc. in 2. diſ. 3. & in quolib. q. 2.

¶Ad vltimum concedo, ꝙ totum poteſt mouere ſe, quia eſt diſpoſitum, cum ſit debitè quantitatis, ſed negatur, ꝙ quælibet pars, cum non ſit in debita quantitate. Et licet Doc. in iſto 2. diſ. 2. q. 10. dicat, quòd quælibet pars grauis moueat ſe, debet intelligi, vt eſt in toto graui, quia tunc quælibet concurrit, hoc idem dico de igne & caliditate.

CONTRA tertiam concluſionem, & probo, ꝙ nõ q̃libet pars eſſet indiuidua, puta alicuius ignis. Primo ſic, quia ſi ignis eſt vnum ſingulare, & diuidatur in plures partes, quarum quælibet eſt ſingularis. ſequitur quòd quælibet habebit propriã hæcheitatem, & tunc quæro aut habebit illam prius, aut in diuiſione fuit cauſata, non primo, quia tunc vnum ſingulare non eſſet vnũ ſingulare, quia in eo eſſent plures ſingularitates, immò infinitæ. nõ ſecũdo, quia nõ vr̃, ꝙ in diuiſione cõtinui ſtatim cauſetur noua entitas abſoluta, qualis eſt hæcheitas.

¶Secundò ſi hic ignis eſt diuiſibilis in pluries ignes ſingulares (cum ſingularitas ſit prior quantitatè, loquendo de ſingularitate ſubſtantiæ, vt patet à Doc. in 2. diſ. 3.) ſequitur quòd hæc ſubſtãtia lapidis eſſet diuiſibilis in partes infinitas, & ſic hęc ſubſtantia lapidis neceſſariò includeret infinitas hæcheitates. ſi. n. non eſſet ſic diuiſibilis, nunquam per quantitatem aduenientem poſſet actu diuidi, & ſic ſequeretur quòd nũquam poſſet eſſe aliquod ſingulare ſubſtantiæ, quin ſemper includeret infinitas ſingularitates, quod eſt valde inconueniens.

¶Tertiò arguitur, quia ſm Doc. in 2. diſ. 3. ſingularitas eſt realiter idẽ naturæ, cuius eſt. ergo ſingularitas ignis erit ſimpliciter idem realiter naturæ ignis cõtractæ per ſingularitatẽ, & ſimpliciter realiter idẽ cũ tota natura cõtracta. ergo nõ poſſet diuidi natura ignis cõtracta, quin & eius ſingularitas diuideretur, qđ vr̃ incõueniens, quia ſingularitas eſt indiuiſibilis, quia eſt idẽ quo ſingulare eſt indiuiſum à ſe, & diuiſum à quolibet alio. Et vltra, ſi ponatr̃ diuiſibilis, tũc ſequitur, ꝙ vna pars ſingularitatis erit præcisè idẽ cũ vna parte naturæ cõtractę, & alia pars alteri parti, & ſic de alijs, & ſic nulla vna ſingularitas eſſet idem toti naturæ contractæ, quod eſt inconueniens.

¶Quartò arguitur, quia plura ſingularia eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimè non concurrunt ad compoſitionem alicuius tertij, patet, quia duo homines non faciunt vnum hominem, nec duo lapides vnum lapidem, quia tunc non eſſent in recta linea prædicamentali, quia pars non eſt in prędicamẽto, vt etiam patet à Doc. in 2. diſ. 1. q. vlt. *Pars non eſt in prædicamento.*

¶Quintò arguitur, vnum indiuiduum nunquã eſt in potẽtia, vt perficiatur ab alio indiuiduo eiuſdem ſpeciei, vt patet, ſed ſi partes ignis eſſent indiuidua, tunc perficerentur ab ipſo toto igne, patet per Doc. in 3. diſ. 1. contra opi. quia partes in toto ſunt in potentia ad formam totius, & perficiuntur à forma totius.

¶Reſpondeo ad primum, concedo, quòd quælibet pars habet propriam hæcheitatem, & hoc ante diuiſionem, quia partes ſunt priores toto, & per conſequens in illo priori habẽt propriam hæcheitatem, ſicut propriam entitatem.

¶Ad ſecundum concedo, quòd ſubſtantia ignis, vt prior quantitate eſt diuiſibilis in infinitas ſubſtantias, & concedo, quòd includit infinitas hæcheitates. Et cum dr̃ in primo argumento, ꝙ tunc non eſſet vnum ſingulare. Dico, quòd ſi totum integrale dicit aliam entitatem realiter diſtinctã ab oĩbus partibus integralibus, ꝙ ignis erit vnum ſingulare vna hæcheitate realiter eadem ſibi. Si verò non dicat aliam entitatem à partibus, tunc dico, ꝙ erit vnum ſingulare aggregatum ex infinitis partibus ſingularibus, & ſic erit conſtitutum ex infinitis ſingularibus. Et vltrà concedo, ꝙ in ſubſtantijs homogeneis nõ poteſt dari aliquod ſingulare quin illud ſit diuiſibile in infinita ſingularia.

¶Ad tertium dico, ꝙ ſi totũ integrale dicit aliã entitatem à partibus, ꝙ habet hæcheitatem realiter eandem ſibi, & ſicut illa entitas reſultãs eſt indiuiſibilis in plures tales entitates, ſic & eius hæcheitas, ſicut humanitas eſt indiuiſibilis in plures humanitates, ita & eius hæcheitas. Si verò totum integrale non dicit aliam entitatem à partibus. Dico, ꝙ quælibet pars habet propriam hæcheitatem contrahentem illam partem ad eſſe indiuiduale, quæ eſt eadem ſibi, ſed ex omnibus partibus integratur totum. *Totum phyſicum nõ põt ſeparari à partibus.*

¶Ad quartum dico, quòd intelligitur ſic, ꝙ non concurrunt ad componendum tertium ſic, ꝙ vnũ ſingulare ſit potẽtiale ad aliud, ita quòd vnũ informetur ab alio, ſed non intelligitur, quòd non poſſint concurrere ad integrandum aliquod totũ, vbi non eſt informatio vnius ab alio.

¶Ad quintum dico, ꝙ totum non informat partes, nec perficit per informationẽ, vt patet à Doc. in 3. diſ. 2. ſed pars, vt eſt in toto dr̃ perfici pro quãto, dr̃ participare perfectionẽ totius, non ꝙ ibi ſit aliqua informatio. & ſic Doc. intelligit.

CONTRA quartam arguitur primò, quia quãtum vt ignis diuiditur in materiam, & formam, & forma eſt verè indiuiduum, vt patet à Doc. in 2. diſ. 3. & tñ forma ſm philoſophũ non poteſt per ſe eſſe, quia tantum habet eſſe in compoſito, vt etiã tenet Doc. in 2. diſ. 17. & in 4. diſ. 43. q. 2. *Quo forma ſit verè indiuiduum.*

¶Secundò arguitur, ſi minima pars ignis, q̃ eſt indiuiduum põt per ſe eſſe, ſiue exiſtere, aut eſt rõne quantitatis, aut rõne ſubſtantiæ ignis, non primò, quia nullũ eſt accidens, qđ ſit alicui ratio ſubſiſtendi, vt patet, nõ ſecundo, quia ponitur, quòd indiuiduum quanti, vt quantũ poteſt eſſe per ſe eſſe.

¶Tertiò arguitur, nihil qđ habet eſſe inexiſtens põt per ſe eſſe, ſed oẽs partes quanti exiſtunt ipſi quanto, ergo nõ poſſunt ſubſiſtere, ſi. n. poſſent per ſe ſtare, cum in quanto ſint infinitè inexiſtentes, ſequeretur quòd actu poſſent infinitè ſubſiſtere.

¶Reſpondeo ad primum, ꝙ talis diuiſio nõ intelligitur in partes eſſentiales, ſed in partes integrales.

¶Ad ſecundum dico, ꝙ ratio per ſe ſtandi eſt duplex negatio, de qua Doc. in 3. diſ. 1. q. 1. quę duplex negatio tantum nata eſt ineſſe ſubſtantiæ perfectę, quę nata eſt verè ſubſiſtere, ſicut ſubſtantia cõpoſita reponibilis in prædicamento, vel ſubſtantia ſimplex, vt angelus, vel alia ſubſtantia ſimpliciter immaterialis, de quibus in 3. Doc. & in 1. & in quolib.

¶Ad tertium negatur iſta propoſitio, ꝙ nihil inexiſtẽs alteri poſſit per ſe ſtare, quia videmus per experientiam, ꝙ pars quanti inexiſtit quanto, & tamen ſeparata per ſe exiſtit. Et cũ dr̃, ꝙ tunc poſſent infinitę ſubſiſtere, concedo ſucceſſiuè, ſed nõ ſimul in actu, vel infinitę in infinitum, vt dixi ſupra.

Totũ nõ põt eſſe ſine partibus ꝓpter reale & eſſentiale dependẽtiam: partes verò non poſſunt eſſe ſine toto, propter neceſſariam incluſionẽ quãuis inter ipſas ſit realis diſtinctio.

CONTRA quintam. Et primo probo, ꝙ partes non ſunt naturaliter priores toto, qa aut ſunt priores poſitiuè, aut priuatiuè, ſeu negatiuè. Si primo, ſequitur ꝙ actu poſſunt exiſtere ſine toto, vt patet à Doc. in 2. immò quod eſt, ſic prius natura eſt, etiã prius duratione, vt patet à Doc. in 2. diſt. 1. q. 2. & in 3. diſt. 3. q. 1. Si ſecundo, ſequitur ꝙ ſi non præuenirentur ab aliquo cauſando totũ, ꝙ eſſent priores duratione, vt patet à Doc. in 2. vbi ſupra.

¶Secundò arguitur, quia hæc concluſio non tantum eſt vera de partibus integralibus, ſed etiam de partibus eſſentialibus. Tunc ſic, ſi forma ſubſtantialis ignis eſt naturaliter prior compoſito, & certũ eſt, ꝙ non habet eſſe à ſe, ergo ab alio, ergo productio prius terminatur ad formam, quàm ad cõpoſitum, ergo nõ producitur eadem productione, qua & compoſitum, quod eſt contra Doc. in 2. diſ. 17. & in 4. diſt. 43. q. 2. etiam de anima intellectiua ſecundùm viam philoſophi.

¶Tertiò arguitur principaliter, quia ſequitur, ꝙ forma partis haberet eſſe exiſtentiæ, & nõ eſſe præciſè in compoſito, quod eſt contra Doc. in 2. diſ. 17. ꝙ autem haberet eſſe exiſtentiæ, patet, quia forma dat eſſe principaliter cõpoſito, vt ab omnibus conceditur, & per te eſt prior naturaliter compoſito, ergo in illo priori habet verum eſſe reale.

¶Quartò arguitur cõtra illud, quod dicit, ꝙ partibus non repugnat poſſe eſſe ſine compoſito, quia priores naturaliter, quia ſequitur, ꝙ forma ignis & materia poſſent exiſtere ſine compoſito ignis, qđ eſt impoſſibile apud philoſophũ, quia & ſi ponuntur ſeparata. ſ. forma & materia, ſequitur, ꝙ forma materialis poſſet exiſtere ſine materia, & è contra.

¶Quintò arguitur, quia forma, & materia, etiã vt ſimul vnita ſunt prius compoſito, ſaltem naturaliter, ergo poſſent eſſe vnita ſine compoſito, qđ eſt ſimpliciter impoſſibile, & ſic anima, & corpus poſſent ſimul eſſe vnita, & tamen homo non eſſet.

¶Sextò, ſi pars, vt naturaliter prior toto, poteſt eſſe ſine toto, ſequitur, ꝙ omnes partes alicuius totius integralis, etiam vnitę, poſſint eſſe ſine toto integrali, patet, qa, vt vnitę, ſunt naturaliter priores toto, ergo &c.

¶Septimò. Si omnes partes totius integralis, ſiuè alicuius quanti poſſunt eſſe ſine ipſo toto, quia priores natura, ergo infinitę partes actu poſſunt eſſe, & non inexiſtentes toti, patet conſequentia, quia totum in actu dependet ab omnibus ſuis partibus, ergo oportet ꝙ omnes partes prius habeant eſſe in actu, quàm intelligatur totum, & ſic infinita in actu.

Quinto metaph. cont. 3.

¶Octauo ſic, cauſa non cauſat, niſi ſit in actu, vt patet 3. phi. & 5 metaph. & cauſa etiam quãdo cauſat eſt prior cauſato, vt patet à Doc. in 2. diſ. 1. & alibi, ſed oẽs partes totius integralis ſuo modo cauſant totum, ergo in illo priori ſunt in actu, ergo actu ſunt infinitæ partes priores toto, & per te eis non repugnat poſſe eſſe ſine toto, ergo poſſunt eſſe actu infinitæ partes, & non inexiſtentes toti.

¶Nonò principaliter arguitur contra hoc, quod in concluſione innuit. ſ. ꝙ non repugnat priori naturaliter poſſe eſſe ſine poſteriori naturaliter, quia multa videntur ſequi inconuenientia. Sequitur primò ꝙ non repugnat animæ intellectiuę poſſe exiſtere ſine intellectu & voluntate, cum ſit naturaliter prior ipſis, vt põt elici à dictis Doc. in 2. diſ. 16. Nec valet dicere, ꝙ non diſtinguitur realiter, modo propoſitio Doc. debet intelligi de diſtinctis realiter. Contra, quia ipſe ſimpliciter loquitur, nam apud ipſum ſubiectum, & propria paſſio realiter non diſtinguntur, & tamen conceditur, ꝙ non repugnat ſubiecto poſſe eſſe ſine paſſione, quia prius naturaliter, vt patet in 2. diſ. 2. par. 1. q. 1. vbi admittit illam concluſionem Henr.

¶Decimò arguitur, quia ſequitur ꝙ eſſentia diuina cũ ſit naturaliter prior attributis, & proprietatibus perſonalibus poſſet eſſe ſine illis, patet, qa priori naturaliter nõ repugnat &c. illud autem eſt poſſibile, quod non repugnantiam includit ſimpliciter, ſed omne poſſibile in diuinis ad intra eſt neceſſariò ibi in actu, vt patet à Doc. in 1. diſ. 2. & in quoli. q. 2. ergo actu erit ſine attributis, & perſonis.

Eſſentia diuina è prior attributis.

¶Vndecimò. Si ſic, ſequitur ꝙ Deus poſſet facere punctum ſine linea, cum ſit prius naturaliter illa, & realiter diſtinctum. Similiter poſſet facere inſtans alicuius tpis ſine tali tpe, à quo ẽt realiter diſtinguit. Sequitur ẽt, ꝙ poſſet facere motũ ſine tpe, cum ſit prior natura tẽpore, & realiter diſtinctus à tempore, vt ipſe videtur tenere in 2. diſt. 2.

¶Duodecimo videtur ſequi, ꝙ non repugnaret rei poſſe eſſe ſine modo ſuo intrinſeco, cum res ſit naturaliter prior ſuo modo, cum ſit immediatum fundamentum illius, & ſic homo poſſet eſſe ſine finitate, & deitas ſine infinitate, quæ infinitas eſt gradus intrinſecus, vt patet à Doc. in 1. diſt. 3. & in quolib. q. 5.

RESPONDEO ad primum, concedo vtrunque membrum, & cõcedo, ꝙ ex ratione earum formali non repugnat eſſe prius duratione, ſed ſi non poſſunt, hoc eſt, quia vnitæ, neceſſariò cauſant totum, quam cauſalitatem propter eius imperfectionem Deus ſupplere non poteſt, & ſic patet ad primum & ſecundum membrum. Dico vltra, ꝙ concluſio Doc. magis eſt de partibus integralibus, quia illæ poſſunt manere ſeparatæ, nõ tñ adinuicem vnitæ.

¶Ad ſecundum concedo, ꝙ per diuinam potentiam forma ignis poſſet eſſe ſine compoſito, & ſine materia, & ſic propria productione produci, vt etiã patet à Doc. in 2. diſ. 22. q. 2. Dico ſecundo, ꝙ Doc. in diſ. 17. ſecundi loquitur de facto, & ſm viã philoſophi, & verũ eſt, ꝙ ſi productio terminaretur ad formã pro aliquo inſtanti, in quo non terminaretur ad compoſitum, tunc forma poſſet per ſe ſtare, ſi. n. pro aliquo inſtanti, ergo & pro aliqua duratione, ſed quia agens naturale in nullo inſtanti põt producere formã, niſi in materia, ad quã vnionem ſequitur neceſſariò cõpoſitum, ideo dr̃ ꝙ forma eadẽ productione producitur, qua & cõpoſitũ, quia cõpoſitum propriè per ſe exiſtit, & forma dr̃ exiſtere, quia cõpoſitum exiſtit. Et ex hoc apparet reſponſio ad tertium argumentũ, quia non repugnat per diuinam potẽtiam poſſe exiſtere ſine cõpoſito. De facto & per potentiam creaturæ nõ exiſtit, niſi quia compoſitum exiſtit. Ex his etiam apparet reſponſio ad quartum argumentum.

Compoſitũ ꝑ ſe exiſtit.

¶Ad quintũ concedo, ꝙ ex ratione formali partium etiam vnitarum non repugnat poſſe exiſtere ſine cõpoſito, ſed quia neceſſariò vnitę cauſant cõpoſitum

poſitum

poſitum vna materialiter, & alia formaliter, ideo non poſſunt eſſe ſine compoſito, nec Deus poteſt ſupplere cauſalitatem earum, ſicut etiam non repugnat albedinem eſſe ſine albo, tamen albedini inhærenti ſubiecto repugnat eſſe ſine albo.

¶Ad ſextum dico primò, ꝙ partes integrales vt vnitę non ſunt naturaliter priores toto, quia totũ integrale dicit tm̃ partes vnitas, non.n. dicit tertiã entitatem aliam à partibus. Dico ſecundò, ꝙ ſi diceret tertiam entitatem, ꝙ ipſę vt vnitę eſſent priores, & vt ſic abſolutè loquendo non repugnaret eſſe ſine toto, ſed eſt repugnantia, quia neceſſariò vt pates materiales cauſarent ipſum totum.

¶Ad ſeptimum dico, ꝙ vt vnitę non ſunt priores toto, vt dixi ſupra, & ſi ſint priores vt ſupra ad ſextum.

Cauſa quõ ſit prior effectu.

¶Ad octauum dico, ꝙ cauſa eſt prior effectu qñ per ipſam cauſatur aliud, vt patet de efficiẽte, & ẽt de cauſa materiali & formali reſpectu cõpoſiti, q̃a eſt aliud ab ipſis cauſis, ſed partes integrales homogeneę non cauſant aliud à partibus, quia totũ integrale nihil aliud eſt quã partes vnitę ſimul. Dico ſecundò, ꝙ ſi teneatur, ꝙ cauſant aliud à partibus, ꝙ abſolutè non repugnat &c. ſed repugnat aliunde, q̃a ſ. cauſant neceſſariò tale cõpoſitũ materialiter.

¶Ad nonum, & ad alia ſequentia reſpõdeo vnica reſpõſione, ꝙ tali priori ex ſua rõne formali nõ repugnat, ſed ſi repugnat, repugnat pp aliquod concomitans, puta vel quia identificantur realiter poſteriori, vel quia neceſſariò eſt cauſa intrinſeca cõpoſiti, vel ex aliquo alio.

¶Ibi. Sic igitur improbatis illis duab⁹ deductionibus antecedentibus, reſpondendum eſt ad probationes adductas pro eis. Ad primam dr̃, ꝙ licet poſſibile ſit continuũ poſſe diuidi ſm omne ſignũ, non tñ eſt poſſibile diuiſum eſſe. Nũc Doc. reſpondet ad probationes ſecũdi argumenti in principio q. facti quo probabatur hoc antecedens. ſ. ꝙ ſucceſſiuũ cõponitur ex indiuiſibilibus, & probatio ſtat in hoc, poſſibile eſt ſucceſſiuũ diuidi in oĩa illa in quę eſt diuiſibile, ergo poſſibile eſt ipſum eſſe diuiſum in oĩbus, in quibus poſſibile eſt ipſum diuidi, & ſic ſi eſt diuiſibile i infinitas partes, patet iſta conſequentia per illud philoſo. 6. phi. t. c. 92. Quod impoſſibile eſt fieri, impoſſibile eſt factũ eſſe, vbi ſic hr̃, quod inquit impoſſibile eſt vniuerſaliter eſſe nõ erit, & qđ impoſſibile eſt ẽt tranſmutari non tranſmutatur ad illud, ad qđ non põt tranſmutari, & ita Cõmen. Dico inquit, ꝙ nunquã diuiditur illud, qđ impoſſibile eſt diuidi; cũ intellectũ fuerit ex hoc illud, qđ intendimus per indiuiſibile, & parũ infra. Oẽ qđ impoſſibile eſt generari, impoſſibile eſt ipſum incipere in generatione, & vniuerſaliter omne, qđ impoſſibile eſt trãſmutari, impoſſibile eſt ipſum incipere in tranſmutatione, hęc ille.

Rogeri. Bac in opere maiori ad Cle. Papã quartum.

¶Ad hanc rõnem reſpondet Rogerius Baconis in opere maiori ad Clemen. Papã IIII. concedẽdo, ꝙ poſſibile ſit continuũ diuidi ſm omne ſignũ, puta ſm oẽm partẽ ſignatã, ſm quã eſt diuiſibile, negat tñ poſſibile eſſe ipſum eſſe actu diuiſum, quia iſta diuiſio eſt in potentia, & in fieri, & nunquam põt eſſe tota in facto eſſe, & tunc ad illas probationes adductas in oppoſitũ concedit de quacunque potentia ad vnam factionẽ. i. qđ põt fieri vna potẽtia, põt actu eſſe vna actione, non tñ hoc ſequitur de infinitis actionibus, cũ quarum vna adducta ad actum neceſſariò ſtat alia non adducta ad actum, ſicut ſi calor infinitorum graduũ eſſet acquiſibilis infinitis actionibus ſucceſſiuè, ita ꝙ vna actione tm̃ acquiratur vnus gradus, & alia actione alius, non ſequitur põt acquiri infinitis actionibus, ergo actu poſſunt eſſe infinitę actiones, ſic eſt in propoſito, quia in continuo ſunt infinitæ potentię ad infinita diuidi, cum quarum vna reducta ad actũ neceſſariò ſtat alia non reducta ad actum, patet, quia eſt vna potentia ad diuidi in duas partes primò, & data vna parte eſt in potentia ad diuidi in duas alias primò, & ſic in infinitum, licet ergo cõcedatur poſſibilitas ad diuidi in infinitas partes, non tamen cõceditur poſſibilitas ad eſſe diuiſum actu in infinitas partes.

¶Confirmatur iſta reſponſio per Auer. ſuper 3. phi. com. 69. vbi aſsignat rationem illius probationis philoſophi. Quantam contingit magnitudinẽ eſſe in potentia tantã contingit eſſe in actu. Quantum inquit Ariſt. cõtingit potentia eſſe, & actu cõtingit tantũdem eſſe. Dicit Commen. ꝙ non eſt ſic in numeris, propter hoc ꝙ omnes illæ potentię, quæ ſunt ad partes magnitudinis ſunt potentiæ eiuſdem potentialitatis, & eiuſdem rationis nõ ſic eſt in numeris, vide ibi Com. Nam Auer. vult ꝙ non eſt ſimile de potẽtia ad magnitudinem, & de potentia ad numerum, quia potentia ad magnitudinem, puta, vt octo eſt eiuſdem rationis cum potentijs ad partes magnitudinis, & ideo qñ potentia ad magnitudinem, vt octo eſt in actu, tunc oẽs potentiæ ad partes magnitudines ſunt in actu, & ſic patet, ꝙ quantumcunq; magnitudinem contingit eſſe in potentia, tantam contingit eſſe in actu, ſed potentiæ ad numerum, puta centum, & potentiæ partis non ſunt eiuſdem rationis, patet, quia ex diuiſione alicuius continui cauſatur numerus, tũc dicitur numerus augeri, quando continuum magis ac magis diuiditur, & cum iſtæ potentię ad diuidi non poſſint ſimul eſſe cum actibus ſic intelligendo, ꝙ quando continuũ diuiditur in duas partes, ita ꝙ eſt actu diuiſum, potentia ad diuidi in aliam partem non eſt ſimul in actu, & ſic de alijs, cum ergo ex diuiſione continui augeatur numerus, & continuum ſemper ſit diuiſibile in infinitum, non ſequitur ꝙ quantumcunque numerum contingit eſſe in potentia, tantum cõtingit eſſe in actu, quia illæ potentiæ ad diuidi nunquam poſſunt eſſe in actu, & ſic numerus infinitus nunquam erit in actu, & ſic ex iſto dicto Commen. habetur quòd continuum eſt diuiſibile in infinitum, & nullius continui datur minimum in actu, nec omnes partes ſimul in actu quamuis ſit diuiſibilę in infinitas partes.

Scotus 5. quolib. abhorret infinitũ in quãtitate in actu, hoc idẽ ait in 3. diſ. prima.

¶Ibi, contra iſtud. Hic Doc. arguit probando ꝙ cõtinuum ſimul poſſit eſſe diuiſum in actu, & probat hoc ſequi ſm reſponſionem datam à Rogerio, & rõ ſtat in hoc, poſſibile eſt continuũ, puta. a. diuidi ſm partem. b. & ſm partem. c. & ſic in infinitum, ſiue loquendo de partibus determinatè, puta de iſta ſignata, & de iſta, ſiuè de partibus indeterminatè, puta non actu ſignatis, ſed aptis ſignari, ſicut ergo poſſibile eſt. a. diuidi in. b. ergo. a. poteſt actu eſſe diuiſum in. b. & ſicut poteſt diuidi in. c. ita poteſt actu eſſe diuiſum in. c. & ſic in infinitũ, ergo ſicut ſingulares, puta antecedentis. ſ. a poteſt diuidi in. b. & in. d. & ſic in infinitum ſunt veræ, ergo & ſingulares conſequentis erunt veræ. ſ. ergo a. ſimul poteſt eſſe diuiſum in. b. & in. c. & ſic in infinitum.

¶Ibi, ꝙ ſi dicis ſingularia conſequentis repugnare, non autem ſingularia antecedentis. i. ꝙ & ſi iſta non repugnent continuum poteſt diuidi in iſtam, & in iſtam partem, & ſic in infinitum, tamen iſta repugnant in conſequente, videlicet ꝙ iſtę partes ſingulares poſſint ſimul eſſe in actu.

¶Ibi, contra, ex cõpoſsibilibus nunquã ſequuntur impoſsibilia, patet, quia ſicut ex vero nõ põt ſequi falſũ ex primo priorũ, & ex poſſibili nũquam

poteſt ſequi impoſſibile, ſic ex compoſſibilibus nõ ſequuntur incompoſſibilia, ſed ex ſingularibus illis ſequũtur illa ſupplè ſingularia, patet, quia ſi iſta eſt vera continuum poteſt diuidi in.a.& b. ergo.a. & b.poſſunt ſimul eſſe in actu, & ſimiliter ſi poteſt diuidi in.c.& d.& e.& f.& ſic de alijs, ergo illa poſſunt eſſe ſimul in actu.

¶Ibi, ſed reſpondetur, aliqui reſpondent ad primam propoſitionem.ſ.iſtam, poſſibile eſt continuum diuidi ſecundùm quodlibet ſignum &c. ꝙ poteſt accipi in ſenſu compoſito, & tũc ſenſus eſt.ſ. iſta propoſitio eſt poſſibilis, videlicet poſſibile eſt continuum diuidi ſecundùm quodlibet ſignum, & eſt vera, & poteſt accipi in ſenſu diuiſo, & tunc eſt falſa, quia ſenſus eſſet, ꝙ continuum poſſet eſſe actu diuiſum ſecundùm quodlibet ſignum.

¶Ibi, vel poteſt diſtingui, iſta opinio dat aliã reſponſionem dicens, quod iſta propoſitio, poſſibile eſt continuum diuidi ſecundùm quodlibet ſignũ, ſiuè ſecundùm quamlibet partem, quod idem eſt, poteſt dupliciter accipi.ſ.collectiuè, & diuiſiuè, primo modo propoſitio eſt falſa, quia ſenſus eſt, ꝙ poſſe diuidi ſecundùm quamlibet partem poſſet ineſſe actu, & ſic continuum actu eſſet diuiſum in infinitas partes, ſecundo modo propoſitio eſt vera, & ſenſus eſt, ꝙ continuum poteſt diuidi ſecundùm quamlibet pártem ſucceſſiuè in infinitum.

Continuum dupliciter ſumitur.

¶Ibi, poſſet etiam diſtingui, dicit iſta opinio, ꝙ ſi ly poſſibile pręcedat ſignum, tunc iſta eſt falſa ſic dicendo poſſibile eſt continuum diuidi ſecundùm quodlibet ſignum, & ſenſus eſt, ꝙ ſimul poteſt eſſe vna potentia ad continuum reſpectu prædicati.i. ꝙ diuidi ſimul ſecũdùm quamlibet partem poteſt competere continuo, ſic ꝙ ſit vna potentia in actu includèns plures potentias.i. ꝙ ſimul poſſit dari continuum diuiſum in infinitas partes, & hic ſenſus eſt falſus. Si autem ly poſſibile ſequatur ſic dicendo continuum diuidi ſm quodlibet ſignum eſt poſſibile, propoſitio eſt vera, & eſt ſenſus, ꝙ ſecundùm aliam & aliam potentiam continuum poteſt diuidi in aliam & aliam partem in infinitum ſucceſſiuè, & hic ſenſus eſt verus.

¶Ibi, iſte reſponſiones non videntur multum logicę. Tertia non &c. hic Doc. improbat has tres reſponſiones, & primo improbat tertiam, quia non eſt logicè dictum, patet, quia modus compoſitionis, puta poſſibilitas, nõ videtur poſſe diſtribui ad plures poſſibilitates, ſiuè impoſſibilitates pro pluribus inſtantibus, & non notaretur prædicatũ vniri ſubiecto pro aliquo vno inſtãti, patet, nam cum dico poſſibile eſt continuum diuidi ſm quodlibet ſignum, ly quodlibet nõ diſtribuit partes pro alio & alio inſtãti, ita ꝙ dicatur poſſibile eſt diuidi ſm hanc partem in vno inſtanti, & poſſibile eſt diuidi ſm aliam partem in alio inſtanti, quia hoc ſignum diſtributiuum iunctum cũ poſſibili debet aliquando verificari pro omnibus ſuppoſitis ſimul, ſicut cum dico poſſibile eſt omnem hominem eſſe album.i.ꝙ.aliquando pro aliquo inſtanti poſſet verificari ꝙ omnis homo ſit albus.

¶Nec ſecunda reſponſio aliquid valet, quia illa non habet locum niſi accepto hoc ſigno omnis in plurali, ſicut ibi, omnes Apoſtoli Dei ſunt duodecim. Hic improbat ſecundam reſponſionem non in ſe, quia in re verum eſt quod dicit, ſed quia non eſt logicè dicta, quia ſignum diſtributiuum ſumptum in ſingulari non poteſt accipi de rigore ſermonis collectiuè, ſed quando accipitur collectiuè eſt in numero plurali.

Improbatio ſecundæ reſponſionis.

¶Ibi, nec reſponſio prima vr̃ valere, quia neceſſe eſt accipiẽdo extrema pro eodem tempore, vel pro alio, ꝙ poſſibilitas dicat modum compoſitionis vnientis extrema. Doc. reprehendendo hanc primam reſponſionem dicit, ꝙ non eſt logicè dicta, quia poſſibile non eſt modus propoſitionis, ſed eſt modus compoſitionis, ita ꝙ accipiendo ipſam in ſenſu compoſito ſenſus eſt, ꝙ iſta compoſitio eſt poſſibilis.ſ.poſſibile eſt continuum diuidi &c. & hic eſt manifeſtè falſus, quia tunc denotatur hoc quod eſt diuidi ſm quodlibet ſignum actu eſſe in continuo, & hoc eſt quod dicit in iſta litera.

¶Ibi. Omittendo longas & prolixas euaſiones illarum improbationum &c. Hic Doc. negat hanc propoſitionem.ſ.poſſibile eſt continuũ diuidi ſm quodlibet ſignũ, quia iſta propoſitio ſignificat cõpoſitionem prædicati.ſ.diuidi ſm quodlibet ſignũ cum ſubiecto.ſ.continuum determinatum per ly poſſibile, & ſignificat illam vnionem pro aliquo vno nunc indeterminato, & eſt ſenſus ꝙ diuidi ſm quodlibet ſignum pro aliquo vno nunc indeterminatè poteſt competere continuo, & hic ſenſus eſt manifeſtè falſus, & quia hæc littera eſt aliqualiter obſcura, declaro eã incipiendo ibi, & tunc illa propoſitio eſſet vera, ſi talis ampliatio compoſitionis poſſet fieri virtute poſſibilitatis, non.n. poteſt fieri ampliatio ad plura nunc, vt non notetur poſſibilitas compoſitionis pro aliquo vno nunc, vult dicere ꝙ hic modus poſſibilitatis debet ſemper cõponere prædicatum & ſubiectum pro aliquo vno inſtanti, ſiuè extrema accipiantur pro vno & eodem inſtanti, ſiuè pro alio inſtanti, exẽplum primi poſſibile eſt hominem eſſe albũ, ita ꝙ homo & album accipiãtur in eodem inſtanti, exemplum ſecundi, vt cum accipio album pro vno inſtanti, & nigrum pro alio inſtanti, vt cum dico poſſibile eſt album eſſe nigrum, de rigore ſermonis modus poſſibilitatis vnit extrema pro aliquo vno inſtanti indeterminatè. Si ergo hæc eſſet vera poſſibile eſt continuum diuidi ſm quodlibet ſignum, iſtum prędicatum.ſ.diuidi ſm quodlibet ſignum pro aliquo inſtanti poſſet ineſſe cõtinuo, hoc autem eſt impoſſibile, quia quandocunq; vnitur ſibi prædicatũ pro aliquo, vel aliquibus ſingularibus, neceſſariò ſibi repugnat pro alijs, neceſſe eſt.n. ſicut dicit prima reſponſio, ꝙ cum reductione potentiæ, non tãtum ad factum eſſe, ſed etiam ad fieri ſtet alia potentia non reducta, nec ad actum facti eſſe, nec etiam ad fieri, quia neceſſe eſt diuiſione exiſtente in fieri & in facto eſſe ſm.a. aliquod continuum terminari per.a.& ita illa potentia quæ eſt in illa parte continui, non reduci ad actum.

Nota & benè.

¶Ibi, ſed ſi arguas quælibet ſingularis eſt vera igitur & vniuerſalis.i. continuum poſſibile eſt diuidi ſm partem.a.& ſm partem.b. & ſic in infinitum, tunc quælibet ſingularis eſt vera, ergo vniuerſalis erit vera.ſ.iſta poſſibile eſt continuum diuidi ſm omnem partem.

¶Ibi, poſſet dici, ꝙ ſingulares ſunt verę, non tamen compoſſibiles & vtrunq; requiritur ad poſſibilitatem vniuerſalis, vult dicere Doc. ꝙ data quacunque ſingulari illa erit vera, non tamen iſtę ſingulares ſunt ſimul compoſſibiles vt ſupra patuit, & tamẽ requiritur ad hoc ꝙ vniuerſalis ſit vera, ꝙ nõ tm̃ ſingulares ſint verę, ſed etiam cõpoſſibiles.

¶Ibi, contra, ſimul hæc eſt vera continuum poteſt diuidi ſm.a.& ſm.b.&.c.& ſic de quolibet alio ſingulari ſimul, & ſic ſequitur ꝙ non ſint incõpoſſibiles. Et ſi dicas ꝙ ſingulares ſunt cõpoſſibiles accipiendo potentiam, ſed non actum terminantem potentiam pro eodem.i. ꝙ qñ dico poſſibile eſt ſimul continuum diuidi ſm.a.& ſm.b. ſi intelligatur ꝙ potentia eſt ad diuidi ſm.a.& ad diuidi ſm b. concedatur, quia poſſunt eſſe plures potentiæ, puta ad.a.& b. & c. Si autẽ intelligatur ſm actum

Continuum poteſt diuidi.

terminan-

terminantem potentiam pro eodem ſic intelligendo poſſibile eſt cõtinuum diuidi ſm.a.& ſimul diuidi ſm.b.actu negatur. Sequit in littera, puta eſt ſimul poſſibile diuidi continuum ſm.a.& ſm.b.& c. non tñ eſt poſſibile ſimul diuidi ſm.a.& b.& c.i. ꝙ loquẽdo de rigore ſermonis, cum dico eſt ſimul poſſibile continuum diuidi ſm.a. & ſm.b. vt ly ſimul præcedit poſſibile eſt vera, & habet ſenſum primo modo dictum. Si verò dicatur poſſibile eſt continuum ſimul diuidi ſm.a.& b. tunc ſenſus eſt falſus,& habet ſenſum ſecundo modo dictũ, nam cum dico ſimul poſſibile eſt &c. ly ſimul determinat potentiam, ſiuè poſſibilitatem, cum verò dico poſſibile eſt ſimul diuidi, ly ſimul determinat actum.

¶Ibi. Arguo, ꝙ non oportet accipere poſſibilitatem diuidendi pro eodem nunc, ad hoc vt vniuerſalis ſit vera. Hic Doc. arguit contra illud quod ſuperius dixit ibi, omittendo longas & prolixas euaſiones &c. vbi dixit, ꝙ iſta propoſitio poſſibile eſt continuum diuidi ſm quodlibet ſignum eſt falſa, quia ſignificat illam vnionem pro aliquo nunc indeterminato, hic verò vult probare, ꝙ ad hoc vt hæc vniuerſalis ſit vera.ſ. poſſibile eſt continuũ diuidi ſm quodlibet ſignum, non ſit neceſſe prædicatum vniri ſubiecto pro alquo vno inſtanti, quia ſingulares abſolutè enunciãtes prędicatum de ſingularibus ſufficienter enumeratis, inferunt vniuerſale abſolutè enuncians idem prædicatum.

¶Ibi. Reſpondeo, ꝙ ſingulares propoſitiones de poſſibili abſolutè ſumpta, non inferunt vniuerſalẽ formaliter de poſſibili, ſed eſt fallacia figuræ dictionis à pluribus determinatis ad vnam. Hic Doc. dicit, ꝙ licet aliquandò ſingulares abſolutè ſumptæ inferant vniuerſalem abſolutè ſumptam, vt Franciſcus currit, & Ioannes, & ſic de alijs, ergo omnis homo currit, nõ tñ ſingulares determinatè ꝑ poſſibile formaliter inferunt vniuerſalem de poſſibili.i. ꝙ talis vniuerſalis de poſſibili non infertur conſequentia formali, & ſi aliqñ inferatur conſequẽtia materiali, ꝙ autem non inferatur conſequentia formali, patet in iſta, poſſibile eſt continuũ diuidi ſm iſtam partem, & ſm iſtam, & ſic de alijs, ergo poſſibile eſt abſolutè diuidi ſm omnem partem, eſt.n. fallacia figuræ dictionis à pluribus determinatis ad vnam, vt patet in tertio modo fallacię figurę dictionis, vt dicendo animal eſt Franciſ. animal eſt Ioannes. & ſic de alijs, ergo animal eſt omnis homo, non ſequitur, quia arguitur à pluribus determinatis ad vnam determinatam, quia ex quo animal ęqualiter ſe habet ad omnem hominem, cum dico animal eſt Franciſ. ly animal tantum ſupponit pro Franciſco, & ſic de alijs; cum verò dico animal eſt omnis homo, ſupponit de facto pro pluribus, & ſic deſcendendo ſub prædicato, ſequeretur, ꝙ iſta eſſet vera, animal eſt hic homo, & hic homo, & ſic de alijs, quod eſt falſum. Sic eſt in propoſito, arguitur.n. à pluribus inſtantibus ad vnum inſtãs, vt cum dico poſſibile eſt cõtinuum diuidi ſm vnã partem pro inſtanti.a.& poſſibile eſt ipſum diuidi ſm aliã pro inſtanti.b.& ſic de ſingulis, ergo poſſibile eſt abſolutè ipſum diuidi ſm omnem partẽ, pro aliquo vno inſtanti indeterminato.

¶Ibi. Iſta eſt ratio quare à præmiſſa de poſſibili, vt nunc, & alia de poſſibili pro alio nũc, nõ ſequitur concluſio de poſſibili ſimpliciter & abſolutè, quia præmiſſę illę non ſignificant ex forma ſua extrema vniri ipſi medio, nam præmiſſę ſemper ſignificant ex forma extrema vniri pro aliquo vno inſtãti, vt patet diſcurrẽti per omnes ſyllogiſmos, modo præmiſſa ſumpta pro vno inſtanti, & alia ſumpta pro alio inſtanti ex forma non ſignificant extrema vniri poſſe, & ſic non ſequitur abſolutè concluſio de poſſibili.

¶Ibi, & ſi quæras qualiter ſint accipiendæ ſingulares de poſſibili, vt ſufficienter inferant vniuerſalem, dico ꝙ oportet eas accipi in compoſitione ſpecificata pro eodem nunc indeterminato, puta poſſibile eſt diuidi ſm.a. pro aliquo nunc, & poſſibile diuidi ſm.b. pro eodem, & ſm.c. pro eodem, & ſic de ſingulis, & tũc ſequitur vniuerſalis, & aliter nõ.

¶Ibi, & ſi arguas, ꝙ iſtę ſingulares ſunt alterius vniuerſalis, hic arguit Doc. ꝙ cum dico poſſibile eſt continuum diuidi ſm vnam partem pro inſtanti.a. & ſm aliam pro inſtanti.b. ſunt ſingulares huius vniuerſalis.ſ. ergo poſſibile eſt continuum diuidi ſm omnem partem pro alio & alio inſtanti, & iſtę ſingulares, poſſibile eſt cõtinuum diuidi ſm partem.a.& ſm partem.b.& ſic de alijs videtur ſingulares huius vniuerſalis, ergo poſſibile eſt continuum diuidi ſm omnem partem, & ſi ſic, videtur falſum dicere.ſ. ꝙ iſtę ſingulares primo modo ſumptæ, ſint ſingulares huius vniuerſalis, ſecundo modo ſumptæ.ſ. ergo poſſibile eſt continuum diuidi ſecundum omnem partem.

¶Ibi, reſpõdeo, quòd differunt ſm vocem. Dicit Doc. ꝙ in re iſtę ſingulares ſunt idem.ſ. poſſibile eſt continuum diuidi ſm partem.a. & ſm partem.b. & poſſibile eſt ſm partem.a. diuidi pro vno inſtanti, & poſſibile eſt ipſum diuidi ſm partem.b. pro eodẽ inſtanti, & ſi differunt tñ, ſm vocẽ differunt.

¶Ibi, & ſi dicas, ꝙ etiam hoc modo ſpecificando &c. Hic Doc. intendit probare, ꝙ etiam ſit poſſibile continuum diuidi ſm omnem partem pro aliquo vno inſtanti, ſiuè determinato, ſiuè indeterminato, & pono pro exemplo lineam pedalem, & certum eſt, ꝙ poſſibile eſt ipſam diuidi pro inſtanti.a. quæro tunc an ſimul repugnet ipſam diuidi in aliã partem pro eodem inſtanti, & ſic de alijs, ſi ſic habeo propoſitũ, quia poſſibile eſt ipſam diuidi ſm quamlibet partem pro eodem inſtanti. Si verò repugnat, quæro quæ ſit illa pars, quę repugnat, aut eſt illa, quæ accipit punctum immediatum, vt exẽpli gratia, ſi linea pedalis diuidatur in puncto.a.& ſimul poteſt diuidi in puncto.b. ſi repugnat ſibi ſimul diuidi in puncto.a. & in puncto.b. quia vt eſt diuiſibilis in pũcto.a. repugnat ſibi ſimul poſſe diuidi in puncto.b. & ſi hoc repugnat, aut ideo eſt, quia punctum.b. eſt immediatum puncto.a.& hoc non eſt ponendum cum puncta non ſint immediata ad inuicem, aut ergo poteſt diuidi in c. quod eſt mediatum ipſi.a. ergo ſi non repugnat ipſum diuidi in a. nec repugnabit ſimul poſſe diuidi in b. & hoc eſt quod dicit.

An linea pedalis poſſit diuidi.

¶Ibi, reſpondeo dico, ꝙ cuilibet ſingulari acceptę vel acceptabili, nulla ſingularis accepta vel acceptabilis repugnat indeterminata compoſitione pro eodem nunc, tñ cuicunq; acceptę repugnant infinitę indeterminatè, patet, quia ſi mille diuiſiones fierent reſpectu ſignorum determinatorum in eodem inſtanti ſimul illę mille diuiſiones non repugnarent inter ſe, nec vna vni, nec vna pluribus, tñ cum hoc ſtat ꝙ ſint infinitę indeterminatè, quæ repugnent iſtis reſpectu eiuſdem inſtantis, & ratio aſſignata eſt in prima reſponſione, quia cum vna potentia reducitur ad actum nõ ſimul omnes poſſunt reduci ad actum, qui continuum cum diuiditur, diuiditur in ſemper diuiſibilia, & ideo nunquam poteſt compleri tota diuiſio, ſi verò diuideretur in indiuiſibilia, eſſent omnes potentiæ ad illa indiuiſibilia reducibiles ad actum. Sequitur in littera. huius ſimile non habetur faciliter in alijs, bene.n. poteſt poni exemplum vbi quælibet ſingularis eſt poſſibilis, & tñ vniuerſalis non eſt poſſibilis,

An ſingulares determinatè inferant vniuerſalem.

bilis, quia aliqua vna ſingularis alicui vni ſingulari eſt incompoſsibilis, ſicut poſsibile eſt omnem colorem tibi ineſſe, hæc eſt impoſsibilis, quia aliqua vna determinata ſingularis, alteri determinatè repugnat, ſicut te eſſe album repugnat iſti te eſſe nigrum. Tñ ponamus ꝙ iſte non poſſet portare decem lapides, ſed nouem tñ, & ſint illi lapides decem ęquales, iſta propoſitio poſsibile eſt omnē lapidem portari ab ipſo falſa eſt, nõ quia aliqua ſingularis in ſe ſit falſa, nec quia aliqua ſingularis determinata ſit alicui alteri determinatè incompoſsibilis, ſed aliquibus determinatis eſt aliqua indeterminata incompoſsibilis, quęcunq;.n. nouem ſingularia ſunt incompoſsibilia, & decimum indeterminatè eſt incompoſsibile eis. i. ꝙ ſi ponamus decem lapides æquales quilibet illorũ poteſt eſſe octauus vel nonus, vnus ergo illorum indeterminatè ſumptus poteſt dici nonus & decimus, poſitis ergo nouem lapidibus determinatis, decimus indeterminatè ſumptus, quicunq; ſit ille eſt incompoſsibilis eis, vult dicere Doct. ꝙ ponendo caſum, ꝙ ſortes poſſet portare nouem lapides tantum, & non plures, ſint decem lapides æquales, tunc iſta vniuerſalis de poſsibili erit falſa, & tñ erunt omnes eius ſingulares determinatè veræ, ſed iſta iſte poteſt portare omnem lapidem eſt falſa, & iſta eſt vera, iſte poteſt portare iſtum lapidem, & iſtum, & iſtum vſq; ad nouem, ſed ſi dicas poteſt portare & iſtum decimum, iſta erit incõpoſsibilis illis nouem, & tñ indeterminata, quia non eſt lapis ſignatus quem non poſsit portare, tñ vnum non poteſt portare, & eſt decimus, ſit quicunq; illorum decimus, quia non magis vnus, quàm alius eſt decimus, quia ſi incipis numerare ab vno, decimus erit incompoſsibilis alijs, & ſi incipias numerum ab illo, alius erit decimus, & ille erit incompoſsibilis alijs. Et iſto modo debet intelligi reſponſio Com. ſuper primo de gene. t.c.9. qui dicit, ꝙ facta diuiſione in vno puncto prohibetur fieri in alio puncto, nõ quidem in alio determinato ſignato, vel ſignabili, ſed in alio indeterminato, quia oẽs diuiſiones in continuo ſimul eſſe eſt impoſsibile, vnde ſic ait. Et ideo videmus, ꝙ cum diuidimus magnitudinẽ ſuper aliquod punctũ, ꝙ impoſsibile eſt, ꝙ diuiſio cadat ſuper aliud punctum conſequens illud punctum, quod erat poſsibile antequam diuiſio eadem caderet ſuper illud punctum, ſicut erat poſsibile in illo pũcto, ſed cum diuiſio cecidit ſuper illud primum ſtatim fuit deſtructa poteſtas diuiſionis in ſecundo. Cum igitur acceperimus aliud punctum poſsibile erit vt magnitudo diuidatur ſuper ipſum quocunque loco voluerimus, ſed cum magnitudo fuerit diuiſa ſuper punctum, & in aliquo loco, tunc impoſsibile erit, vt diuidatur ſuper ſecundum punctum in loco, quo voluerimus, cum impoſsibile eſt vt diuidatur ſuper punctum conſequens primum. hæc ille.

Ponitur caſus.

Reſpõſio Cõmentatoris.

¶ Ibi. Et tunc reſpondetur ad argumentum factum contra me prius de mediato & immediato, quod etiam ſit cõtra eum ſupplè Com. Dico ꝙ nõ eſt dandum diuiſionem fieri in aliquo immediato, ſed in aliquo mediato, non tamen determinato, ſiuè ſignato, ſiuè ſignabili, ſed indeterminato, ſed quodcunq; determinatum mediatum accipiatur poſſet diuiſio ſtare ſm illud ſignum ſimul cum diuiſione ſm iſtud ſignum, repugnabit tñ diuiſioni iſti diuiſio ſm aliud ſignũ mediatũ, ſm aliquid. ſ. quod non eſt in continuo determinato ad hoc indiuiſibile, & vult dicere in ſententia, ꝙ licet omnes ſingulares ſignatę, & ſignabiles reſpectu eiuſdem inſtantis ſint cõpoſsibiles, aliquę tñ ſunt illis incõpoſsibiles pro eodem inſtanti, & illæ ſunt indeterminatę, & nõ poſſunt eſſe illæ quę reſpiciunt punctum immediatum, quia nullũ eſt, ſed ſunt illæ q̃ reſpiciunt pũcta indeterminata mediata, quæ ſunt in continuo, & non ſunt diuiſiones determinatæ reſpectu eiuſdem inſtantis, vt ſunt aliæ datę & acceptę, & hoc eſt qd dicit, repugnabit tñ iſti diuiſioni factæ ſm ſignum determinatum, diuiſio ſm aliud ſignum mediatum aliquod. ſ. quod nõ eſt in continuo determinatum ad hoc indiuiſibile, i. deſt ad hoc inſtans, vt ſunt aliæ datæ.

¶ Ibi. Si quæras de iſta propoſitione, poſsibile eſt continuum diuidi ſm quodcunq; ſignum, iſta põt concedi, quia hoc ſignum quodcunq;, non tñ eſt diſtributiuum, ſed et partitiuum. Tota.n. difficultas huius litterę eſt de hoc ſigno quodcunq;, & de hoc ſigno quodlibet, & dicit Doc. ꝙ ly quodcunq; non requirit de neceſſitate prædicatũ vniri ſubiecto pro eodem inſtanti, vt cum dico poſsibile eſt continuum diuidi ſm quodcunq; ſignum, nã cum dico diuidi &c. põt verificari de alia & alia parte continui pro alio & alio inſtanti, ſed hoc ſignum quodlibet, ſiuè hoc ſignũ omne, & huiuſmodi de rigore ſermonis requirit prædicatum vniri ſubiecto pro eodem inſtanti. Ex quo.n. hoc ſignũ quodcunq; eſt diſtributiuum quantitatis diſcretę, & nõ continuę, & ideo ſimul eſt ſignum diſtributiuum & partitiuum, & ideo non requirit oẽs ſuas ſingulares ſimul eſſe veras pro eodem inſtanti, ſed hoc ſignũ quodlibet, & omne, ſunt ſigna diſtributiua, & ſic requirunt ſuas ſingulares copulatiuè, & ſimul eſſe veras pro eodem inſtanti.

Vbi ſit difficultas huius litteræ.

¶ Ibi. De hoc aũt ſigno quodlibet eſt dubiũ, vtrũ ſignificet idem cum eo quod eſt omnis, vel cũ eo quod eſt quicunq;, & quodcunq; horum ponatur, dicẽdum eſt de illo, ſicut de illo cui æquiualet, vult dicere, ꝙ hoc ſignum quilibet, ſiuè confundat ſicut ly oĩs, vel ſicut ly quodcunq; non eſt curandum, ſi tñ confundat vt ly oĩs, diſtributiuè conſequenter dicendum eſt, ſicut de hoc ſigno oĩs, ſi aũt confundat vt ly quodcunq; conſequenter dicẽdum eſt, ſicut de hoc ſigno quodcunq;. Cum.n. dicimus continuum eſt diuiſibile ſm quodlibet ſignum, ſi ly quodlibet confundat ſicut hoc ſignum omne, propoſitio eſt falſa, quia tũc ſignatur hoc prædicatum qd eſt diuidi ſm oẽm parte vniri ſubiecto ꝓ eodẽ inſtanti, ſi verò confundat, vt hoc ſignũ quodcũq;, tunc propoſitio eſt vera, quia ſignificatur prædicatum vniri ſubiecto pro alio & alio inſtanti. Tamen quicquid ſit, cum de intellectu conſtat nulla eſt vis facienda in nomine.

¶ Ibi, ad ſecundam probationẽ illius antecedentis. Nunc Doc. reſpondet ad ſecundam probationẽ huius antecedentis. ſ. ſucceſsiuum componitur ex indiuiſibilibus, & probatio eſt ibi circa principiũ, q. ſ. Secundò probo idem, quia ſucceſſiui nihil eſt actu niſi indiuiſibile, pro intelligẽtia huius probationis pono, ꝙ motus ſucceſſiuus ſit per ſpacium vnius horę, certũ eſt, ꝙ ille motus non põt dici in actu, niſi rõne alicuius indiuiſibilis, ſiuè mutati eſſe, qd idem eſt, quia oẽs partes vel ſunt præteritæ, & ſic fluxę, vel ſunt futuræ, & ſic fluẽdę, ergo ſi aliquis motus eſt in actu erit ꝑ aliquod indiuiſibile, cuius indiuiſibilis datur primũ & vltimũ ſui eſſe, vt ſupra patuit q. 1. præſentis diſ. & probat ꝙ pars motus diuiſibilis ſi actu eſſet, eſſet ſucceſſiua & nõ ſucceſſiua, qd patet, quia qđ actu eſt nõ habet eſſe fluens, ſed permanens, & cũ ſit ſucceſſiua nõ eſſet permanens, & ſic ſucceſſiua & nõ ſucceſſiua, & ſic patet quõ ſucceſſiui nihil eſt in actu, niſi indiuiſibile, ergo totũ ſucceſſiuũ erit cõpoſitum ex indiuiſibilibus, cõſequẽtia probatur, ibi, illo igitur indiuiſibili nõ exiſtente actu, ſed raptim tranſeunte, q̃ro quid ſuccedit ſibi &c. Cum dicit de indiuiſibili raptim

ptim tranſeunte debet intelligi, vt ſupra expoſitũ eſt de ſucceſſione æui.q.1.prǽſentis diſ.Nam inſtãs raptim tranſiens ſic intelligitur,ꝙ primum inſtans menſurans aliquid trãſit, & aliud immediatè ſuccedit, & illo tranſeunte aliud immeditè ſuccedit, & ſic in infinitum. Quærit ergo quid ſuccedat indiuiſibili,ſi indiuiſibile habetur propoſitum,quòd continuũ eſt cõpoſitũ ex indiuiſibilibus, ſi nõ ſuccedit ſibi aliud indiuiſibile, ergo continuũ nõ erit in actu,quia indiuiſibile eius non eſt in actu, & ſicut aſſumptum eſt ſucceſſiuum non eſt in actu,niſi quia aliquid indiuiſibile eius eſt in actu.

¶Ibi. Ad ſecundam probationẽ illius antecedentis. Doc.primò recitat reſpõſ.Ocham in 4.in trac. de Euchariſtia,qui dicit,ꝙ indiuiſibile nihil eſt,niſi carentia cõtinui,ita quòd nihil formaliter eſt inſtans,niſi carentia ſucceſſionis continuę,& ita punctus eſt tm̃ carentia longitudinis,& tunc neganda eſt illa propoſitio.ſ.quòd ſucceſſiuũ pręciſè habeat eſſe, quia ſuum indiuiſibile ſit, immò præciſè habet eſſe ſuum ſucceſſiuum,quia pars eius fluit. *Ocham in quarto tractatu de Euchariſtia.*

¶Ibi. Pro iſta poſitione videntur multa facere. Probat Ochã,ꝙ punctus ſit tm̃ priuatio,quia poſita ſola linea,& circunſcripto omni alio à linea ipſa eſt terminata,nec vr̃ quòd poſſit ſeparare finitatẽ, ſiuè terminationẽ à linea, nec per conſequens punctum, quod non videtur eſſe probabile ſi punctus eſſet alia eſſentia à linea, quia Deus poteſt ſeparare vnum abſolutum ab alio.

¶Ibi.Similiter ſi eſſent duæ eſſentiæ abſolutę,nõ vr̃ poſſibile qũo fieret aliquod vnũ ex eis, niſi vnũ alteri accideret, non.n.ſunt vnum ſm̃ identitatem perfectam, quia ponuntur duæ eſſentię abſolutę, nec vnum tertium compoſitum ex eis, quia neutrum reſpectu alterius eſt actus,aut potentia.

¶Ibi. Similiter indiuiſibile haberet eſſe, & nõ eſſe,abſq; generatione,& corruptione.Hæc rõ Ochã ſtat in hoc,ꝙ ſi punctus eſſet quid abſolutũ poſitiuum,eſſet terminus generationis ad quẽ,& terminus generationis à quo,ita quòd per ſe poſſet generari,& corrũpi,qđ eſt falſum, & ꝙ nõ poſſit per ſe generari probat,quia ſi aliqua linea diuidat̃ in pũcto,ipſa diuiſa, ſtatim ſunt vbi duo pũcta,& ſic pũctus,qui ibi nõ præfuit,generatur,ſed faſum eſt,qđ diuidens lineã generet punctũ.Similiter de figura inciſionis vr̃ per Auctorem ſex principiorũ, quòd non ſit aliquid poſitiuè dictum, & tamen ibi eſt ſuperſicios in actu,quæ prius non fuit in actu.

¶Ibi.Reſpõdeo ad has inſtantias,tenendo, ꝙ pũctus ſit aliquid poſitiuũ de prædicamento quantitatis.Ad primã inſtantiã dico,ꝙ lineã eſſe terminatam pòt dupliciter intelligi,primò poſitiuè,ſecundò priuatiuè,ſiuè negatiuè.Primo modo eſt terminata per punctũ poſitiuũ.Et ſecundo modo eſt tm̃ terminata negatiuè.ita quòd ipſa linea ſine pũctis poſitiuè non habet aliquem terminum actualem. *Punctus eſt aliquid poſitiuum.*

¶Ad ſecundã inſtantiã dico, ꝙ ſi linea eſt prior puncto, & punctus non identificetur ſibi realiter, ꝙ Deus poſſet facere ipſam ſine pũcto, quia omne abſolutum prius alio, realiter diſtinctũ ab illo põt eſſe ſine poſteriori, vt infra patebit in iſto ſecundo diſ.12.q.2. Si verò punctus idẽtificatur realiter ipſi lineę,non poſſet Deus facere lineam ſine puncto.

¶Ad tertiam inſtantiam dico, quòd ſi punctus eſſet aliud à linea,accideret ipſi lineæ, nec ex hoc diceretur lineam propriè componi ex linea,& puncto,ſed punctus eſſet in linea tantum, vt terminãs.

¶Ad quartã inſtantiam dico,quòd non ſequitur quod punctus per ſe generetur,quia de neceſſitate cõcomitatur ad generationẽ alterius,puta lineę,ſicut ẽt relatio intrinſecus adueniens de neceſsitate concomitatur ad generationẽ alterius,puta termini,vel ſubiecti,vt patet de ſimilitudine,& ſimiliter hæcheitas de neceſſitate cõcomitatur ad aliquam ſubſtãtiam genitã, & ſic dico, quòd generãs lineã, actu concomitanter generat pũcta.Si ẽt diceretur, quòd in tali diuiſione generetur punctus per ſe nõ eſſet forte inconueniens, quia ad ipſum generandum ſufficeret ſubita actio.Ad aliud de figura inciſionis,vide in 6.principijs attributis Scotũ,vbi q̃rit an figura cauſata per inciſionẽ, puta in lapide, dicat aliquid poſitiuum, &ibi ſubtiliter probatur, quòd ſic,& ſic falſum eſt,quod dicit Ocham.Et qđ dixi de puncto in linea,quòd ſit quid poſitiuum, hoc idem dico de mutato eſſe in motu, & de inſtanti in tempore.

¶Ibi.Sed contra iſtud tunc ſequitur,quòd generatio ſubſtantiæ, q̃ non eſt per ſe terminus cõtinui nihil erit, vel ſaltem in nihilo, quia non eſt eius aliqua menſura poſitiua, & ita eſt de illuminatione, & de oibus mutationib⁹ ſubitis, q̃ non ſunt per ſe termini motus. Hic Doc. arguit contra Ocham,& probat,quòd inſtans tpis ſit aliquid poſitiuũ, & rõ ſtat in hoc, nam ſm̃ Ochã ſubſtantia,quæ eſt terminus generationis menſuratur inſtanti tpis, ſimiliter generatio ſubſtantię menſuratur inſtanti tpis, modo ſi menſuratũ eſt aliquid poſitiuũ,ẽt menſura de neceſſitate erit aliquid poſitiuũ, eſt.n.abſurdũ dicere priuationẽ aliquã verè menſurare ens poſitiuum,quia vt vidimus ſupra pręſenti diſ.q.2.& 3. menſura debet eſſe certior menſurato, qđ nõ contingeret ſi eſſet priuatio, cum priuationes tm̃ cognoſcantur per habitũ, tenebra n.cognoſcitur per lucẽ, ſicut apparet 2.de ani.t.c.103. quòd viſus eſt tenebrę perceptiuus, qñ.ſ.lux non eſt præſens. Dicit ergo Doc.ſic in textu,tunc ſequitur quòd generatio ſubſtantiæ, q̃ non eſt per ſe terminus cõtinui nihil erit,quia ſi menſura ipſius nihil eſt, & menſuratum nihil erit, qđ eſt inconueniens. Sequitur vel ſaltem in nihilo.i.quòd generatio ſubſtãtiæ,vel ipſa ſubſtantia genrta erit in nihilo tanquam menſuratũ poſitiuè in menſura,q̃ nihil eſt,& ſic ipſa ſubſtantia nihil eſſet, vel generatio ipſius, quia ẽt non eſt eius aliqua menſura poſitiua. Sequitur, & licet poſſit euadi de mutationib⁹, quæ ſunt termini motuum, & fiunt in inſtanti ſicut nihil in nihilo,vel priuatio continuitatis in priuatione continuitatis. Hic d.quòd duplex eſt mutatio, quædam eſt per ſe terminus motus, ſicut cum acquiritur caliditas, vt octo vltimus gradus caliditatis acquiritur per mutationem & in inſtanti,& talis mutatio ſic acquiſita dr̃ terminus motus ad quem terminatur motus pręcedentium graduũ, tunc dicit ꝙ inſtantia,quæ menſurant huiuſmodi mutationes ſunt nihil,quia & ipſa mutata eſſe ſunt nihil,& ſic ipſa mutata eſſe eſſent in nihilo tanquam mẽſurata, q̃ nihil ſunt poſitiuè in ſuis menſuris, quæ ſimiliter nihil ſunt poſitiuè, tñ de iſtis vr̃ abſurdũ,quæ nõ ſunt per ſe termini continuitatis alicuius continui,quia nihil ſunt cõtinui nec priuatiuè,nec poſitiuè, & per conſequens tales mutationes nõ dicuntur priuatio cõtinuitatis motus, quæ priuatio fit in inſtanti tpis, quod inſtans eſt priuatio continuitatis temporis. *Quando.ſ. lux non eſt præſens, tũc ſequitur, ꝙ generatio ſubſtantiæ nihil erit, quia ſi menſura ipſius nihil eſt, & menſuratũ nihil erit, quod eſt inconueniens.* *Duplex eſt mutatio.*

¶Ibi.Pręterea ſm̃ philoſoph.1.poſter.ratio lineę eſt ex punctis,hoc eſt in rõne eſſentiali lineę cadit punctus, quę rõ dr̃ de linea in primo modo dicẽdi per ſe, nulla aũt priuatio pertinet per ſe ad rõnem eſſentialem poſitiui, ergo pũctus nõ erit priuatio. *Primo poſt. co tex 9.*

¶Ibi.Præterea ex eodem ſequitur, quòd ſi punctus tm̃ eſt priuatio continui,quia terminat continuũ,ẽt linea tm̃ erit priuatio,quia terminat ſuperficiẽ,& ſuperficies ſimiliter,quia terminat corpus, ſemper.n.terminatũ diffinitur per terminũ, & poſitiuum non includit eſſentialiter priuationem.

¶Ibi.

¶Ibi. Similiter ſequitur idem pp̄ aliud medium, quia tunc linea tm̄ erit carentia latitudinis, & ſuperficies tm̄ carentia profunditatis, ſi verum ſit ꝙ punctus ſit tm̄ carentia longitudinis, & tunc non erit niſi vnica dimenſio, quæ ponetur corpus, cum tñ illa dimenſio, quæ dr̄ profunditas poſſet alio reſpectu dici latitudo, iſtę.n. tres dimenſiones diſtinguntur ſm̄ imaginationem trium linearum ſe interſecantium in eodem puncto, & ſic fiunt tres dimenſiones illis tribus lineis, quia ſm̄ illas fit longitudo in tali figura, & latitudo, & profunditas, q̄ notatur in illis tribus lineis fieri, & ſi corpus componatur illis tribus lineis, cum corpus ſit quid poſitiuum, ſequitur ꝙ lineæ nõ ſint quid priuatiuum, quia tunc poſitiuum componeretur ex priuatiuis. Ex hoc ẽt ſequitur vlterius incõueniens, ꝙ ſi ſuperficies eſt tm̄ priuatio profunditatis, q̃uo erit pũctus priuatio priuationis ſi punctus ſit quid priuatiuũ, priuatio.n. priuationis eſt habitus ei oppoſitus, ſicut priuatio cecitatis eſt viſus, ſi igitur punctus eſt priuatio priuationis, igit̃ pũctus erit q̄d poſitiuũ.

¶Ibi. Præterea ſm̄ ſuperficiem inſunt multę qualitates corporales & ſenſibiles. Hęc ratio ſtat in hoc quia ex quo qualitates ſenſibiles ſunt vera entia poſitiua, & fundantur in ſuperficie, ergo ſuperficies erit ens poſitiuũ. Sequitur, figura ẽt proprijſſimè ſequitur ſpeciem, ſiuè ſuperficiem, nam ipſa figura quæ ſequitur ad ſuperficiem per inciſionem, & fundatur in ipſa cum ſit ens poſitiuum, ſequitur etiã quòd ipſa ſuperficies erit ens poſitiuum.

¶Ibi. Si autem dicatur, ꝙ indiuiſibile per quod ſucceſſiuum habet eſſe eſt tm̄ in potẽtia. Hic Doc. recitat reſponſionem quorũdam ad rationem principalem dicentium, ꝙ illud indiuiſibile, per quod ſucceſſiuum habet eſſe nõ eſt aliquod ens in actu, ſed tm ens in potentia, quia ſm̄ iſtos in linea ſunt quodammodo infinita puncta in potentia, & ſic in tempore infinita inſtantia.

¶Ibi. Hoc nihil iuuat, quia adhuc argumentum procedit, quia inſtans eo modo quo eſt in toto eo modo fluit, q̃ro igitur quid ſuccedit inſtanti fluenti, aut ſuccedit aliud inſtans, & habetur propoſitũ, quia tempus componitur ex indiuiſibilibus, aut tempus, & tunc ſucceſſiuum non erit, quia ſucceſſiuum nõ habet eſſe, niſi quia eius indiuiſibile eſt.

¶Ibi, reſpõdeo ad argumentum. Hìc Doc. ſoluit argumentum principale, & cõcedit ꝙ ſucceſſiuum dicitur eſſe in actu per indiuiſibile, vt ſupra declaratur in pręſenti diſ.q.2. & cum infertur vltra quòd q̃n indiuiſibile raptim tranſit, vt puta q̃n definit eſſe quid ſibi ſuccedit. d. Doc. ꝙ ad illud indiuiſibile immediatè ſuccedit pars continuè fluens, & ſic q̃n mutatum eſſe in motu tranſit, tunc ſibi ſuccedit aliqua pars motus, quę eſt immediata illi. Et cũ dr̄ poſtea, ꝙ illa pars motus eſt ſucceſſiua, & ſucceſſiuum non eſt in actu, niſi per indiuiſibile, dico ꝙ illa pars non eſt in actu, niſi per aliquod indiuiſibile continuans ipſam partem motus. Sed illud indiuiſibile non ſuccedit immediatè indiuiſibili trãſeunti, & ſic patet ratio ad argumentum.

¶Ibi. Et ſi obicis hìc arguit Doc. quia ſi cõtinuũ ſuccederit, puta ad inſtans temporis, tunc tempus non ſe haberet vniformiter, & æqualiter, & vbiq;, quod patet quando inſtans poſitiuum eſt, tempus eſt, & ipſo inſtanti tranſeunte tempus non eſt, quia aliquid eius indiuiſibile non eſt.

¶Ad hanc obiectionem patet reſpõſio ex ſupradictis, quia tempus medietatis horę dr̄ eſſe, quia inſtans continuas illas partes, & licet vltimum inſtans illius t̃pis tranſeat, ad q̄d immediatè ſequitur tp̃s alterius medietatis horæ, illud tp̃s ſequens dr̄ eſſe actu, quia eſt ibi inſtãs cõtinuans partes illius, & ſic æqualiter ſe habet. Doc. tñ declarat ly vniformiter. Ibi. Reſpondeo ſicut linea &c. linea.n. habet eſſe in partibus lineę, vt in vltimis. Dicimus.n. ꝙ illud eſt continuũ cuius vltima ſunt ſimul ſiuè cuius partes vltimę ſunt ſimul, & hẽt eſſe in punctis tanquã in terminis, puncta.n. terminant lineã. Hoc idem dico de t̃pe, quia tp̃s vnius horæ habet eſſe in partibus t̃pis tanquã in vltimis, dicimus.n. tp̃s horæ eſſe continuum, puta quia vltimũ medietatis horæ, & vltimũ alterius medietatis horæ ſunt ſimul, & ſic hẽt eſſe in partibus ſicut in vltimis, & in inſtantibus tanquã in terminis. Si ergo intelligatur ſic, ꝙ tp̃s habet eſſe vniformiter in partibus admittitur, quia dato quocunq; t̃pe hẽt eſſe in partibus tanquã in vltimis, ſi verò intelligatur ꝙ ęqualiter habeat eſſe in inſtantibus tanquã in terminis admittatur, quia dato quocunq; t̃pe æqualiter hẽt eſſe in inſtãti tanquã in termino. Sequit̃, ſed ſi pro vtriſq; ſimul nõ habet eſſe vniformiter, patet, quia vt in partibus habet eſſe vt in vltimis, & in inſtantibus habet tantum eſſe, vt in terminis.

¶Ibi. Ad probationes alterius antecedentis de partibus minimis. Nunc Doc. reſpondet ad probationes alterius antecedentis, q̄d fuit tale continuũ componitur ex minimis, & probatio talis antecedentis eſt circa principium q. ibi. Secunda via eſt, quia cõponitur ex minimis, vbi ſic arguit probando ꝙ ſucceſſiuum non ſit continuum, ſucceſſiuum componitur ex minimis, igitur non eſt continuũ, cõſequentia probatur, quia minimum ſimpliciter non hẽt partem ex qua ſit, quia tunc illa eſſet minor eo igitur eſt oĩno nõ quantũ, quia omne quantum hẽt partem minorem ſe, ſed non quantũ non poteſt continuari non quanto.i. ꝙ indiuiſibile non poteſt continuari indiuiſibili, vt ſupra expoſitum eſt q.1. & 2. huius diſ. ergo minimum non põt continuari alteri minimo, ergo ſi ſucceſſiuum ſit cõpoſitum ex minimo non erit continuum. Antecedẽs probatur auctoritatibus & rationes. ſ. ꝙ ſucceſſiuũ componatur ex minimis, prima auctoritas eſt philoſophi 1. phi. t. c. 36. vbi rões ſuæ videntur contra Anaxagorã initi iſti principio, ꝙ eſt accipere minimum naturale, vt minimam carnem, & minimũ ignem, & 38. qui textus ſunt clari cum com. Sequitur, ſed ſm̄ ipſum 6. phi. t. c. 4. & 17. eiuſdem rõnis eſt ipſum motum, & magnitudinem, & tp̃s cõponi ex indiuiſibilibus, & diuidi in eis, igitur oportebit ponere minimum motum, & minimum tempus, ſicut permanens minimum. In textu.n.4. ſic habetur, & rõ eadem eſt in magnitudine, & t̃pe, & motus. ſ. q̃m ſunt cõpoſita ex indiuiſibilibus, & ꝙ diuiduntur indiuiſibilia, aut ꝙ nullum eorum eſt tale, & ibi Commen. ratio inquit eadem eſt in hoc in tribus ſpeciebus cõtinuis. ſ. in magnitudine & motu, & t̃pe, q̃m illud, q̄d cõtingit in aliquo eorũ contingit in reliquis. ſ. ꝙ ſi vnũ fuerit indiuiſibile, ſequitur ꝙ reliqua ſint indiuiſibilia cõpoſita ex indiuiſibilibus, & ſi fuerit vnũ cõpoſitum ex diuiſibilibus, ſequitur & reliqua ſint talia, hæc ille. Hoc idem hr̃ t. 17. Et cum oĩs inquit magnitudo etiam eſt continua, quoniam eiſdem partibus, & æqualibꝰ diuiditur tp̃s, & magnitudo. Vide ibi Cõmen.

An cõtinuũ componatur ex minimis.

¶Sequitur. Idem vr̃ haberi à philoſopho in 2. de ani. vbi vult ꝙ oĩum natura conſtantium determinata eſt rõ magnitudinis & augmẽti, nõ aũt permanẽtia naturalia ſunt ſolũ, ſed ẽt ſucceſſiua, igitur habent determinatam paruitatem, & magnitudinẽ.

¶Sequitur. Patet idem ẽt per philoſophũ de ſenſu & ſenſato in illa prima dubitatione, vbi vr̃ velle ꝙ paſſiones naturales non ſunt diuiſibiles in infinitum, quia tunc ſenſus videretur poſſe intendi in infinitũ, quia ad percipiendum minimũ diuiſibile

Secundo de anima contex. 41. c. 7. Paſſiones omnes ſũt diuiſibiles aut ſecundũ ſpeciem, aut ſecundũ accidens.

requiritur

requiritur acutior ſenſus in infinitum. Et hoc clarũ eſt facto iſto fundamento.ſ.ꝙ ad videndum perfectè ſenſibile in minori quãtitate requirit ſenſum acutiorem, & quanto in minori videt,tanto acutior erit,& ſic ſi albedo eſſet diuiſibilis in infinitũ, cum quælibet pars ſit diuiſibilis, ſenſus eſſet acutior in infinitum,quod eſt falſum.

Tertio cæli contex.7. ¶Reſpondet Doc. ibi. Ad probationes alterius antecedẽtis de partibus minimis &c. Et primò reſpondet ad auctoritatẽ Ariſt.1.phi.dicens,ꝙ Ariſt. non dicit,ꝙ detur minima caro.Sed arguit contra Anaxagorã, qui dicebat, ꝙ quodlibet põt fieri ex quolibet,vt ex carne, puta alicuius hoĩs poſſet generari ignis,aqua, lapis, & huiuſmodi, per extractionem partium ipſius carnis, ergo ſi decẽ res generantur ex carne, decẽ partes illius carnis extrahuntur,& ſic illa caro remanet minor, & per conſequens tot res poſſunt generari ex ipſa,ꝙ quodãmodo parũ, vel nihil ipſius carnis remaneret.Stante ergo illa minima carne, quæritur an quodlibet poſſit generari ex illa.Si dicit,ꝙ ſic,ergo oportebit ipſam carnem paruã habere tot partes quot prius habuit, cũ generatio fiat per extractionẽ partium, qđ eſt incõueniens, vel oportebit concedere, ꝙ nõ quodlibet generatur ex illa, & ſic falſum eſt, quod dicit Anaxagoras.ſ.ꝙ quodlibet generatur ex quolibet.Et ꝙ ſic ĩtelligat Ariſt.patet 1.phi.t.c.37.& 38.

¶Ibi.Ad aliud philoſophi de ſenſu,& ſenſato,dicit primò Doc. quòd nunquã quantum põt diuidi, niſi diuiſa paſſione,ſiuè qualitate ſenſibili, vt patet de albedine extenſa ſuper quantitatem bicubitalẽ, nam in quot partes diuiditur illa quãtitas in tot diuidit,& albedo extẽſa,& q̃a illa quãtitas eſt diuiſibilis ĩ infinitũ, ita albedo erit diuiſibilis ĩ infinitũ.

¶Secundò dicit, ꝙ ipſa quantitas non eſt diuiſibilis in infinitũ inquantum ſenſibilis, nam ex quo ſenſus concurrit actiuè,puta ſenſus viſus ad viſionem, & viſibile ſimiliter actiuè, vt cauſa partialis, vt patet in 1.diſ.3.q.7.qualitas viſibilis nõ põt agere, niſi in tanta, vel tanta quantitate, vt ẽt patet de igne,qui poſſet eſſe in tam parua quantitate, quòd non poſſet vrere, qualitates ergo ſenſibiles vt ſint ſufficientes ad mouendum ſenſum non ſunt diuiſibiles in infinitum, ſed datur aliqua minima qualitas,quę eſt ſufficiens mouere partialiter, quæ ſi vltra diuidatur non erit ſufficiens vltra ad mouendum ſenſum, & hoc eſt,quoddicit.

¶Sequitur ibi,ſicut ipſe vult ibi, ꝙ pars quantũcunq; minima põt eſſe ſenſibilis virtute, licet non actione,ſenſus eſt,ꝙ ſi datur ignis in minima quãtitate non poterit agere, ſi modo fiat extenſior in maiori quantitate, tunc ignis ſic extenſus põt verè agere,pars autẽ minima agit virtute, quia alteri parti vnita coagit ſibi,& hoc eſt qđ dicit, quòd ipſa in toto põt cooperari alijs partibus ad ſenſum immutandum,& licet poſſet fieri diuiſio in ea etiã per ſe exiſtente,non tamen immutaret ſenſum, & tunc patet ad argumentum eius, quòd ſenſus creſceret in infinitũ &c. verũ eſt ſi ſenſibile inquantũ actu perceptibile à ſenſu poteſt diuidi in infinitũ.

INSTATVR contra duas concluſiones in iſta littera vltima, quarum prima eſt. Pars ſenſibilis quantumcunq; minima poteſt cooperari alijs partibus ad ſenſum immutandum, ſed per ſe exiſtens non poteſt ſenſum immutare.

¶Secunda concluſio eſt. Si ſenſibile inquantum actu perceptibile diuideretur in infinitum, ſenſus creſceret in infinitum.

CONTRA primam primò,quia vna pars concluſionis vr̃ repugnare alteri, videlicet quòd minima pars poſſit coagere alteri, vt vnita ſibi, & quòd ſeparata non poſſit agere immutando ſenſu, quia eſt ſimpliciter eadem entitas ſeparata, quæ & vnita,& ſimpliciter in eadem parte quantitas, ergo.

¶Secundò arguitur, ꝙ non poſſit coagere alteri parti,quia ſi coagit,puta ad cauſandum ſpeciẽ ſenſibilem,vel ſenſationem,aut coagit præciſè ad eundem effectũ numero,ita ꝙ idem ſit ab oĩbus partibus,aut ad alium effectum. Si primò, aut coagit, vt cauſa partialis, aut vt cauſa totalis ſi vt totalis, ergo idem effectus erit à duabus cauſis totalibus, & eiuſdẽ rõnis,qđ eſt impoſſibile apud Doc.in pluribus locis,ſi vt cauſa partialis,ergo infinitæ cauſę partiales ſemper cõcurrunt ad eundem effectum, quia tale ſenſibile, vt ſupra patuit includit partes ſenſibiles in infinitum,ſed non eſt poſſibile, ꝙ dentur cauſæ infinitæ in actu reſpectu eiuſdẽ effectus. Si ſecundo.ſ.aut coagit ad alium & alium effectũ, ſequitur quòd actu erunt infiniti effectus, quia cũ totum ſenſibile agit ad effectũ, quælibet eius pars agit ad alium, & alium effectum, & cum ſint ibi infinitæ,ergo actu erunt infiniti effectus,puta infinitæ viſiones,quod eſt impoſſibile.

¶Tertiò arguitur ad idem, aut vna pars coagit ad perceptionem alterius partis tm̃, aut ad perceptionem ſui tm̃, aut ad perceptionem ſui, & alterius,non vr̃ aliud membrũ dandum. Si primo cõtra.Tũ quia illa alia pars perciperetur,& pars coagens non perciperetur, qñ totum ſenſibile perciperetur.Tum quia ſicut coagit vni, ita vr̃ poſſe oĩbus coagere, cum non ſit maior ratio de vna, quã de alia, & ſic poſſet coagere infinitis partibus, qđ vr̃ impoſſibile. Si ſecundò,ergo per coactionẽ huius partis,alia pars nõ perciperetur,ſed præciſè illa,quæ agit perciperetur, & tunc nõ diceretur coagere alteri. Si tertiò, ſequitur quòd illa pars virtualiter contineret aliam, quia illa alia perciperetur per actionem huius.

¶Quartò arguitur ad idem,quia ſequitur quòd nunquam ſenſibile, puta color extenſus põt agere ad ſui perceptionem, quia omnes partes coagunt vna alteri in infinitum,ergo erunt actu infiniti reſpectus,& infinitæ relationes,quia ſi.a.coagit.b.dicit reſpectum ad.b.& ſic in infinitum.

¶Quintò vr̃ quòd Doct. contradicat ſibi, quia vult in 2.diſ.2.q.10. quòd quælibet pars grauis moueat ſeipſam,& non moueat aliam,ergo hoc idem hic hẽt dicere.ſ.quòd quęlibet pars ſenſibilis moueat ſenſum ad ſui perceptionẽ,& non coagat alteri,cũ non ſit maior rõ de vno, quã de alio, vt patet. *Cõtradictio in Scoto.*

¶Sextò arguitur, q̃a ſequitur,ꝙ viſio coloris bipedalis ſp ſit perfectior viſione coloris pedalis ſtãte æquali diſpoſitione vtrobiq;, qđ eſt incõueniẽs, probatur cõſequentia, quia in colore bipedali ſunt plures partes, quã in colore pedali,modo qñ plures cauſæ partiales concurrunt ad effectũ,ſi æquali conatu,& equè perfectè concurrunt ſicut pauciores partes ſemper perfectiorem effectum producunt,vt etiam patet à Doc.in 2.diſ.11.

¶Septimò arguitur ad idẽ, quia ſi vna pars coagit alteri ad immutandum ſenſum, & ſic in infinitum de illis partibus,ergo viſus actu percipiet infinitas partes,quod eſt impoſſibile.

¶Octauò arguitur principaliter contra illud, qđ dicit, ꝙ minima pars ſeparata non põt immutare ſenſum, & ꝙ poſſit immutare probatur, quia põt partialiter immutare intellectum,ergo & ſenſum, antecedens patet,quia eſt per ſe intelligibile, & entitas abſoluta,& de genere actiuorum, ergo partialiter concurrit ad ſui cognitionem, vt patet ex dictis Doc.in 1.diſ.3.q.4.&7.conſequentia probatur. Tum quia ſi põt immutare nobiliorem potẽtiam, ergo & ignobiliorem qñ continetur ſub obiecto vtriuſq; potentiæ. Tum quia ſi poteſt producere effectum

effectum nobiliorem, ergo & ignobiliorem quando habet paſſum diſpoſitum, ſed intellectio eſt nobilior viſione ſenſitiua.

¶Nonò arguitur p rõnẽ Doc. in 1. di. 2. par. 2. q. 3. vbi eſt rõ formalis productiua nõ impedita ſequit̃ actio, ſed minimus color intenſus, puta, vt duo eſt rõ formalis producendi viſionẽ ſui, & eſt in ſubiecto, puta in q̃titate, ergo põt immutari ſẽſus ab eo.

¶Decimò arguitur, accipio propoſitionẽ Doc. in prologo. q. 3. & in 2. diſ. 9. ꝙ ſi extrema propoſitionis, puta actiui ad paſſiuum ſint cõia ſi aliquid põt agere in aliquod paſſiuum quodlibet eiuſdem rationis poterit agere in idem paſſiuum, ergo ſi aliquis color poteſt agere in aliquam potentiam immutando illam, quilibet eiuſdem rõnis poterit agere, ſed minimus color, puta minima pars albedinis eſt eiuſdem rationis cum magna parte albedinis, cum ſint eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimę, ergo ſi magna poteſt immutare, ergo & minima.

¶Vndecimò, quia hæc concluſio prima vr̃ contradicere ſecundę, quia in ſecunda hr̃, ꝙ ſi viſibile, vt perceptibile eſſet diuiſibile in infinitũ, ꝙ ſenſus creſceret in infinitum, ergo ſequitur, ꝙ ſi ſenſus creſceret, ꝙ poſſet percipere, ſed viſio ſemper cauſatur ex viſibili, & vidente, ſm̃ Doc. in prologo, & diſ. 3. q. 7. primi.

¶Duodecimò, qđ poteſt magis approximari ſm̃ actum potentiæ tactiuę eſt magis tangibile, ſed minima pars magis approximatur, patet per Doc. q. 9. ſecundi. diſ. 2. vbi vult ꝙ punctũ ſit adęquatũ videnti &c. Et multæ aliæ rões poſſent fieri, q̃ cauſa breuitatis pro nũc omittantur, ſufficiunt. n. iſta.

Nulla eſt cõtradictio in Scoto.

RESPONDEO ad primã. Dico, ꝙ nulla eſt repugnantia, quia vt vnita coagit cum alijs partibus, quia illæ partes, vt vnitę ſunt in quantitate debita, & ſufficiente ad agendum, vt verò ſeparata nõ eſt in quantitate ſufficiente.

¶Ad ſecundum dico, ꝙ coagunt ad effectum cõmunem, puta ad vnicam viſionem qua totum viſibile vr̃, & quælibet eius pars, non. n. ſunt diſtinctæ viſiones totius & partium. Cum dr̃, ꝙ infinitę cauſæ partiales concurrerent ſimul, dico ꝙ non eſt inconueniens, ꝙ ſint infinitę cauſæ inexiſtentes, ſicut etiam ſunt infinitę partes inexiſtentes, ſed eſſet inconueniens de infinitis cauſis ſubſiſtẽtibus, imò eſt neceſſe, ꝙ infinitę inexiſtentes concurrant, ſicut ẽt patet de graui, quod mouet ſeipſũm, ꝙ quælibet pars mouet ſe loquendo de partibus inexiſtentib⁹.

¶Ad tertium dico, ꝙ q̃n Doc. dicit, ꝙ vna coagit alijs partibus, non debet intelligi ſic abſolutè, ſed debet intelligi, ꝙ partes vt vnitę ſunt ſufficientes ad producendũ effectum, puta viſionẽ, quia ſunt in diſpoſitione debita, & hoc modo vna coagit alteri, & econtra, ſeparatę verò non ſunt ſufficiẽtes, quando ſunt in minima quantitate, & oẽs coagunt ad viſionem totius viſibilis, qđ primò vr̃ & ex cõſequenti partes videntur in toto, ſicut ẽt patet de alijs partibus, puta calidi, ꝙ minima pars nõ poſſet calefacere, tñ vt vnita alijs calefacit. Fortè etiã poſſet dici, ꝙ quęlibet vt vnita mouet viſum ad ſui perceptionẽ, ita ꝙ viſio totius ſit aggregata ex partialibus viſionibus, ſicut q̃n graue mouet ſe, quælibet pars mouet ſe adæquatè, & ex illis partialibus motionib⁹ aggregatur vnus motus, qui eſt motus totius grauis, vt patet à Doc. in 2. diſ. 2. q. 19. & ſic viſio totius viſibilis ſuo modo eſſet aggregata ex viſionibus partialibus, & tñ partes viſibilis, vt vnitę cauſant viſionem ſui, & ſic dñt coagere, ſeparatæ verò non poſſunt q̃n ſunt in tam parua quantitate, ſicut ẽt minima pars terræ ſeparata nõ poſſet mouere ſe, quę tamen vnita alijs partibus adęquatè mouet ſe.

¶Ad quartũ de reſpectibus dico, ꝙ nullũ vr̃ inconueniẽs, ꝙ ſicut dantur infinitę partes inexiſtentes adinuicem vnitę, ꝙ ẽt dentur infinitę vniones inter infinitas partes inexiſtentes. Et ſic poſito, ꝙ vna coagat alij, non vr̃ inconueniens, ꝙ dentur tales infiniti reſpectus, ſicut ẽt q̃n idem graue mouet ſe, quælibet pars mouet ſe, & ſic ſunt infiniti reſpectus. ſ. mouentis ad mobile, & ſic infinitarũ partiũ mouentiũ ſe erunt infiniti reſpectus ad ſeipſas motas, & econtra, ẽt infiniti reſpectus infinitarum partium motarum ad ſeipſas, vt mouentes, &c.

¶Ad quintum dico, ꝙ nulla eſt contradictio, vt apparet ex dictis ſupra. quia non ponit, ꝙ vna pars moueat aliam, ſed ꝙ illa non poſſet mouere ſi eſſet ſeparata, quæ tamen vnita mouet ſe, & ſic vna coagit alteri, ſic in propoſito partes dicuntur coagere, non quòd vna habeat actionem per aliam, ſed vt vnitæ ſunt diſpoſitę ad agendum.

¶Ad ſextum, ꝙ ſi eſſent illa viſibilia æqualiter diſpoſita, & æqualiter intenſa, ita perfectè videretur vnum, ſicut aliud, & tot partes ſm̃ proportionem eſſent in vno, ſicut in alio, licet non ſm̃ quantitatem, perfectior. n. viſio non eſt, quia ſimpliciter eſt à pluribus cauſis eiuſdem rõnis, ſed quia eſt à perfectiore viſibili ſm̃ intenſionem, ſi modo eſſet vnum viſibile perfectè diſpoſitum intenſum, vt 8. & haberet 10. partes tantum, & aliud viſibile intenſum, vt 8. & haberet 20. partes, viſio vnius nõ eſſet perfectior viſione alterius. Si dicatur, quòd motus cauſatus à graui habente 30. partes, eſt perfectior motu cauſato à graui habente 10. partes, dico quòd fortè erit perfectior extenſiuè ſi ſit aggregatus ex partialibus motionibus.

¶Ad ſeptimum dico, quòd videret infinitas partes tantum confuſæ, ſed non diſtinctę, vt etiam ſupra dixi de intellectu angeli reſpectu quanti continui diuiſibilis in infinitas partes.

¶Ad octauum dico primò, ꝙ non eſt ſimile de intellectũ, & ſenſu, patet, quia color eſſet ſeparatus à quantitate poſſet immediatè mouere intellectũ, & tñ non poſſet mouere ſenſum, vt patet à Doc. in 4. diſ. 29. quia obiectũ ſenſibile approximatur ſenſui localiter, & oportet ipſum eſſe in diſpoſitione locali ad ſenſum, & ſic requirit debitam quantitatem, ſic dico in propoſito de minimo ſenſibili, ꝙ non eſt diſpoſitum ad immutandũ ſenſum, vt eſt actu ſeparatum, licet ſit diſpoſitum ad immutandum intellectum, cũ ſit virtus ſpiritualis. Dico ſecundò, ꝙ oporteret oſtendere, an minimũ ſenſibile poſſit mouere intellectum, de hoc alias, ſed tamen ratio videtur certa.

Rõ nõ eſt ſimilis de intellectu, & ſenſu.

¶Ad nonũ cõcedo, ꝙ eſt rõ formalis &c. ſed dico, ꝙ ĩ iſta parua q̃titate, nõ eſt diſpoſita ad immutandũ ſenſũ, ſed requirit̃, ꝙ ſit in maiori quãtitate.

¶Ad decimum dico, quòd propoſitio Doc. debet intelligi de actiuo diſpoſito quale non eſſet minimum ſenſibile.

¶Ad vndecimum, debet ſic argui ſi viſibile eſſet perceptibile in infinitũ, ſenſus creſceret in infinitũ, quia quãto viſibile eſſet paruũ, tãto ſenſus eſſet acutior, ſi diſtinctè perciperet illud. Et nõ debet ſic argui ſi ſenſus creſceret, ergo ꝑciperet viſibile quãtũcunq; minimũ, benè verũ eſt, ꝙ ſequit̃ quantum eſſet ex parte ſenſus, ſed illud viſibile, vt perceptibile non eſſet dabile in propoſito, tamen ſequitur viſibile, vt perceptibile eſt dabile in infinitum, ergo ſenſus eſt dabilis acutior in infinitum, quia nõ eſt aliqđ ꝑceptibile à ſẽſu, quin poſſit ꝑcipi, ſed nõ ecõtra ſequitur, eſt dabilis ſenſus acutior in infinitũ, ergo eſt dabile ſenſibile ĩ infinitũ, vt ꝑceptibile.

¶Ad duodecimũ, ſiuè vltimũ, negat ꝙ minima pars ſenſibilis ſit magis approximata, & hoc in ratione

tione perceptibilis à ſenſu tactus, licet fortè alio modo poſſit eſſe magis approximata, immo oportet tangibile eſſe aliqualiter diſtans, vt poſſit percipi à ſẽſu tactꝰ, q̃a ſẽſibile ſupra ſenſũ diſpoſitũ, &c.

Cõtra ſecundam. CONTRA ſecundam, quæ talis eſt. Si ſenſibile inquantum actus perceptibile diuideretur in infinitum, ſenſus creſceret in infinitum.

¶Cõtra. Primò. Sicut ſe hẽt intellectus ad intelligibile, ita ſenſus ad ſenſibile, ſed ſi intellectus perciperet intelligibile in infinitũ, ita ꝙ vnã partem intelligibilis, puta ignis in infinitũ poſt aliã intelligeret, non creſceret in infinitũ, patet, quia intellectus põt percipere omne intelligibile, ergo & ſenſus ſi perciperet ſenſibile quantumcunq; minimũ in infinitum non creſceret in infinitum, ſimilitudo eſt bona, quia vtrobiq; eſt comparatio potẽtiæ ad obiectum, & vtraq; eſt perceptiua ſui obiecti.

¶Secundò, ſicut ſe hẽt potentia intellectiua ad ſuũ obiectum adæquatũ, ita & ſenſitiua ad ſuum, ſed intellectiua poteſt percipere omne intelligibile, aliter non adæquaretur obiecto intelligibili, ergo & ſenſitiua põt percipere omne ſenſibile, & tñ ex hoc non ſequitur, ꝙ creſceret in infinitum, ſed quodlibet ſenſibile, puta, quilibet color verè continetur ſub adæquato obiecto potentiæ viſiuæ.

¶Tertiò arguitur, ꝙ potentia, puta viſiua actu poſſit cognoſcere minimã partem coloris in infinitũ, quia ponit dr̃iam inter maximum colorem, & minimũ in infinitũ, vt patet, ergo percipit vtrũq;, conſequentia patet per argumentũ philoſophi 2. de aïa. quod facit ad probandum ſenſum communem, & tñ patet ꝙ ſenſus non creſcit in infinitum.

¶Quartò. Si ſenſus nõ põt percipere minimum ſenſibile in infinitũ, aut hoc eſt, quia nõ põt percipere talẽ ſenſationẽ, aut quia nõ põt producere, nõ primo, quia viſus nõ eſſet quiditatiuè perfectior, quia reciperet quãcunq; viſionẽ. Non ſecundo. Tũ quia põt producere viſionẽ perfectiſſimi viſibilis, ergo & imperfectiſſimi, cuiuſmodi eſſet minimũ ſenſibile in infinitũ. Tũ ẽt, quia ſi poteſt in effectũ perfectiorẽ poterit ẽt in effectum imperfectiorem eiuſdem rationis, vt patet per Doc. in 2. diſ. 18.

¶Quintò arguitur, quia potentia eſt perfectior quãto perfectiorẽ effectum nata eſt producere, patet, ſed potẽtia viſiua nata eſt producere perfectiorem viſionem circa perfectius viſibile, quàm circa imperfectius, cuiuſmodi eſt minimum viſibile in infinitum, ergo magis creſceret in cauſando viſionem magis viſibilis, quam minus viſibilis.

¶Sextò, quia nobilitas, & perfectio potentiæ arguit ex nobilitate obiecti, & ꝓcipuè ex nobilitate perfectiſſimi obiecti contenti ſub adæquato potentiæ obiecto, ergo magis creſceret percipiendo magis ac magis perfectius ſebſibile, quàm percipiendo minus, & minus ſenſibile in infinitum, ſed percipiendo maius, & maius ſenſibile in infinitum non creſceret in infinitum, ergo &c.

¶Septimò, quia ſicut potentia caleſactiua ignis non creſceret in infinitum, ſi calefaceret minimum caleſactibile in infinitum, vt patet, ergo nec potentia ſenſitiua ſi cauſaret ſenſationem minimi ſenſibilis in infinitum, ſimilitudo videtur nota, quia vtraq; potentia comparantur ad ſuum obiectum, & vtraque eſt actiua circa propriũ obiectum, ergo.

¶Octauo. Si potentia viſiua perciperet punctũ, tñ nõ diceretur creſcere in infinitũ, qđ tñ percipit, quia percipit punctualẽ colorẽ, ergo nec à fortiori dr̃ creſcere in infinitum ſi perciperet minimã partẽ viſibilis in infinitũ, cõſequentia patet, quia punctus cum ſit indiuiſibilis eſt minus ſenſibilis quàm pars minima, cum ſemper ſit diuiſibilis.

¶Nonò arguit, potẽtia ꝑcipiẽs plura eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſimę, quorũ qdlibet eſt æquè pfectũ intẽſiuè nõ eſt pfectior ꝑcipiẽdo magis vnũ, q̃ aliud, hoc patet, ſed ſi ſit albedo vnius palmi intenſa, vt duo, & diuidat in infinitas partes, ita pars minima erit intẽſa, ſicut & maior, ergo potentia viſiua non erit magis pfecta percipiẽdo minimã, ſicut magnã.

¶Decimò, ſi eſſet infinitũ viſibile intẽſiuè, viſus poſſet videre illud, quia maximè viſibile, & loquẽdo de viſu impaſſibili (patet ẽt hoc, quia & intellectus poſſet intelligere infinitũ intẽſiuè ſub rõe infinitatis) & tñ ſenſus viſus nõ eẽt infinitꝰ ĩ virtute, ergo multo minꝰ eẽt infinitꝰ ſi videret minimũ viſibile ĩ infinitũ, maior. n. virtꝰ requirit ad vidẽdũ infinitũ itẽſiuè, q̃ finitũ itẽſiuè, ẽt minimũ ĩ infinitũ.

¶Vndecimò, poſito p poſſibile, vel impoſſibile, ꝙ minimũ viſibile in infinitũ ſit pñs potẽtię viſiuę vt actu viſibile, & ꝑceptibile, & vt cã partialis viſionis, q̃ro an potẽtia viſiua poſſit partialiter cõcurrere cũ illo ad eãdẽ viſionẽ illiꝰ, aut nõ, ſi primò hr̃ intẽtũ, quia ex hoc nõ ſequit, ꝙ ſit infinita in virtute, vt patet. Si ſcdõ, nõ vr̃ quare nõ ſit actiua ptialiter circa illud, cũ circa q̃cũq; alia ſenſibilia ſit ptialiter actiua. Sicut. n. idẽ intellectꝰ põt ptialiter cõcurrere cũ quocũq; obiecto pñte ĩ rõe obiecti actu intelligibilis, ita idẽ ſẽſus poterit cõcurrere ptialiter cũ oĩ ſenſibili pñte in rõne obiecti actu ſenſibilis.

¶Duodecimò. Sicut minima pars intelligibilis in infinitũ ſe hẽt ad minimã partẽ in infinitũ alicuius ſenſibilis, ita intellectus ad ſenſum, ergo à trãſmutata proportione, ſicut primũ ad tertiũ, ita ſecũdũ ad quartũ. Sed minimũ intelligibile in infinitũ põt intelligi ab intellectu abſq; infinitate intellectus, ergo & minima pars ſenſibilis in infinitũ põt percipi à ſenſu abſque infinitate ſenſus in virtute.

RESPONDEO ad primũ, ꝙ nõ eſt ſimile de intellectu, & ſenſu, quia intellectus intelligit rẽ, puta qualitatẽ, vt in ſe, & nõ eſt neceſſe ipſam eſſe in aliquo quãto, ſed ſẽſus nõ põt videre, niſi vt ĩ quãtitate exiſtẽte, vt patet a Doc. ĩ 4. d. 11. & quãto eſt ĩ minori q̃titate, tãto viſꝰ erit acutior, vt pꝫ intuẽti. *Diſſimilitudo inter ſenſum, & intellectum.*

¶Ad ſecũdũ dico, ꝙ vera ẽ ſimilitudo, ſi vtrobiq; obiectũ eſt in debita diſpõne, ſed in propoſito intellectus hẽt oẽ cõtentũ ſub ſuo obiecto, vt obiectũ in ſe abſolutè, nec requirit ipſum eſſe extẽſum, ita .n. perfectè intelligeret colorem inextenſum, ſicut extenſum, quia non ligatur iſtis cõditionibus, ſed non eſt ſic de quolibet ſenſibili reſpectu ſenſus.

¶Ad tertium negatur, ꝙ potẽtia viſiua poſſit facere differentiam diſtinctè inter minimam partẽ coloris in infinitum, & maximam, quia nec percipit minimã partẽ diſtinctè, ſed tm̃ confuſè, q̃ñ eſt vnita alijs partibus, ſed quando eſt ſeparata minima in infinitum nullo modo poteſt percipere.

¶Ad quartũ dico, ꝙ hoc ideo eſt, quia concurrit actiuè partialiter, & oporteret ipſum, vt ſic creſcere in infinitũ, q̃a quantũ eſt ex parte ſenſus nõ poſſet producere acutiorẽ viſionẽ, niſi eſſet pfectior, & ideo ſi cauſaret partialiter viſionẽ partiũ ſenſibilis in infinitũ oporteret ꝓducere viſionẽ acutiorẽ in infinitũ, & ſic ſenſus creſceret in infinitũ. Et cũ dr̃ de viſione perfectiſſimi viſibilis. Dico, ꝙ nõ eſt ſimile, quia viſio perfectior intẽſiuè eſt ab obiecto, nõ à potẽtia, vt aliàs expoſui in 2. diſ. 3. q. 10. Si. n. obiectũ perfectiſſimũ ſit pñs intellectui quantũ eſt ex parte intellectus, ita perfectã intellectionẽ cauſabit de obiecto imperfecto, ſicut de pfectiſſimo, vt patet aliàs. Silr̃ ſenſus ex parte ſua, ita perfectã viſionẽ cauſabit partialiter de imperfecto colore, ſicut de perfectiſſimo, q̃ñ obiecta ſunt æquè approximata. Sed non eſt ſic de viſione acutiori, quę nõ eſt ex parte obiecti, ſed ex parte potentiæ, & ſic ſequitur, ꝙ quanto color eſt in minori quantitate in infinitum,

infinitum, ꝙ viſio coloris erit acutior in infinitũ, licet illud obiectum ſit in ſe imperfectius, & ideo bene concedo, ꝙ viſio, q̃ terminatur ad obiectũ perfectius, intenſiuè eſt perfectior illa, q̃ terminatᵉ ad minimã partẽ viſibilis imperfectioris in ſe, & hoc loquendo de perfectione, q̃ eſt ab obiecto, & cõcedo, ꝙ ſi viſibile eſſet formaliter infinitũ poſſet cõcurrere ad viſionẽ infinitã, & tñ potẽtia videndo illud eſſet ſimplr̃ finita. Sed in ꝓpoſito loquimur de viſione, q̃ eſt ex parte potẽtiæ talẽ partialiter, q̃ viſio tãto dr̃ ſubtilior, & acutior, quãto præciſè eſt à perfectiore potẽtia, & viſio, q̃ eſt alicuius coloris exiſtẽtis in minima quãtitate eſt acutior. Patet ẽt ad illud, ꝙ ſi põt in viſionẽ perfectiorẽ, ergo & in imperfectiorẽ concedo de perfectiore, & imperfectiore, q̃ ſunt ex parte potentiæ, & ſic cõcedo, ꝙ ſi põt in viſionẽ accutiſſimã, quòd etiã põt in minus accutam. Et ideo bene cõcedo, quòd ſi poteſt videre minimam partem in infinitum, quòd etiam poterit videre maiorem partem ipſius viſibilis.

¶Ad quintum patet ex ſupradictis, concludit.n. de perfectione, quæ eſt ex parte obiecti, non de illa, quæ ex parte potentiæ ſimpliciter.

¶Ad ſextũ dico primò, ꝙ verũ eſt de nobilitate potẽtiæ extrinſeca, q̃ ſumitur à nobilitate obiecti. Dico ſecũdò, ꝙ qñ potẽtia vna hẽt ſimplr̃ nobilius ens ꝓ obiecto eſt in ſe ſimplr̃ perfectior illa, q̃ hẽt pro obiecto ignobilius ens, vt patet de ſenſitiua, & intellectiua. Sed qñ eadẽ potẽtia cõparatᵉ ad obiectũ nobilius, & ignobiliᵘˢ, nõ ſequitᵉ, ꝙ qñ percipit nobilius, quòd ſit nobilior in ſe, ſed tm̃ de noiatione extrinſeca, eo ꝙ terminetur ad obiectũ nobiliᵘˢ, immo põt cõparari ad infimũ, puta ad colorẽ intẽſum tm̃, vt vnũ exiſtentẽ in minima quantitate, & vt ſic talis potẽtia in ſe erit valde pfectior, qa vt ſic hẽt ꝓducere effectũ pfectiorẽ, & acutiorẽ viſionẽ.

¶Ad ſeptimũ nõ eſt ſimile, vt patet, qa vt calor cõparatᵉ ad minimũ calefactibile, ſi ſit pñs & diſpoſitũ põt cauſare in illo ita intenſum colorẽ, ſicut in magno calefactibile ęquẽ diſpoſito, quia ibi ex parte caloris nõ requiritᵉ maior virtus calefaciẽdi, bñ argm̃ cõcluderet ſi calor hẽret ſp intenſiorẽ calorẽ cauſando ĩ minori, & minori calefactibili. Sed ſenſus, puta viſus, quanto cõparatur ad minus viſibile, tanto acutiorem viſionẽ ſemper hẽt producere.

¶Ad octauũ dico primò, ꝙ ſi pũctus eſſet ſeparatus nõ poſſet pcipi à viſu, & ſi pcipitur, pcipitur vt eſt in quãto, & tm̃ cõfuſè percipitur. Et hoc patet à Doc. in 4.d.10.q.vlt vbi ſic dicit, ꝙ lumẽ punctuale nõ multiplicaret ſe ad organũ corporale, ita ꝙ eſſet viſibile ſm̃ cõem opi. q̃ dicit, ꝙ nõ eſt poſſibile indiuiſibile moueri. hæc ille, & multa alia ibi dicit reſpõdẽdo ad argumẽta principalia. Dico ſecũdò, ꝙ nõ eſt ſimile de pũcto viſibili, & de minima parte in infinitũ viſibili, ſicut ẽt nõ ſequitᵉ de angelo, qui põt eſſe in pũcto, vt in loco, & tñ nõ põt eſſe in loco quantũcunq; paruo in infinitũ loquẽdo de loco diuiſibili, quia ſi virtute ſua poſſet ſic eſſe, eſſet virtutis infinitę, vt probat Doc. in pñti d.q.7. ſic dicẽrẽ in propoſito, quia ſi perciperet minimã partem viſibilis in infinitum creſceret ſenſus in infinitum, quia ſemper requiritur maior virtus actiua.

¶Ad nonũ dico, qđ argm̃ cõcludit de pfectione, q̃ ſumitᵉ ex pte obiecti, & ſic cõcedo, qđ eſſet æquè perfecta extrinſecè percipiendo albedinẽ palmi, ſicut minimam partẽ. Sed loquendo de perfectione ex parte potentiæ, dico quòd requiritur maior perfectio in percipiendo diſtinctè albedinẽ in minima quantitate, quàm in magna, vt ſupra patuit.

¶Ad decimum dico, quòd concludit de perfectione, quæ eſt ex parte obiecti, vt ſupra patuit.

¶Ad vndecimũ dico primò, quòd caſus eſt impoſſibilis, quia non põt dari minima pars in infinitum. Secundò poſito, quòd poſſit dari, adhuc non ſequitur, quòd poſſit dari, vt perceptibilis, vt ſupra patuit. Dico tertiò, quòd poſito tali caſu impoſſibili, ꝙ ſi potentia viſiua nõ eſſet in infinitũ actiuior, ſiuè virtuoſior, quòd nõ poſſet percipere illud, qa ſi pciperet, oporteret cauſare viſionẽ acutiſſimã in infinitũ, qđ nõ poſſet eſſe, niſi creſceret in infinitũ.

¶Ad duodecimũ patet ex ſupra dictis, & qđ dr̃ de trãſmutata ꝓportione, patet quòd hìc nõ hẽt locũ. Et de hoc vide, q̃ expoſui in 1.diſ.36. reſpõdendo ad rationes Henrici. vide ibi multa bona.

¶Ibi. Ad aliud de ſecundo de anima. Dicit Doc. quòd clarũ eſt, quòd Ariſt. loquitur tm̃ de quantitate naturali entis augmentabilis, vel diminuibilis. Et vult dicere, quòd ens naturale augmentabile põt augeri ſm̃ tantam quantitatem, & non plus, & ſimiliter ad hoc, vt ſit tale ens naturale, puta homo, vel aſinus, oportet quòd ad minus ſit tãtę quãtitatis, & nõ vult ibi, quòd detur ſimpliciter minimũ. Sequitur. Philoſophus tñ non loquitur ibi, niſi de termino magnitudinis, & augmenti, nã in hoc loco intendit philoſophus probare, quòd ignis nõ eſt principiũ augmẽtans in aliqua generatione, vt aliqui dicebãt, quia ex quo genitũ naturale eſt determinatę quantitatis ſm̃ augmentum, & ignis nõ eſt determinatus ad quantitatẽ determinatã in aliqua ſpecie, quia quantũ eſt de ſe produceret maius quantũ, quia creſcit in infinitum, ſi apponãtur cõbuſtibilia, & ſic ſi ignis eſſet principium augmẽti, puta hominis, quantum ſibi adderetur de nutrimento, tantum poſſet augeri de homine. *Sequitur ex poſitio littera.*

¶Ibi. Et cũ probatur illud antecedens de minimo p hoc, quòd cõuenit accipere primũ in motu. Hic Doc. reſpondet ad probationẽ illius antecedẽtis, qđ eſt ſucceſſiuũ cõponitur ex minimis, q̃ probatio eſt ibi in argumẽtis principalibus, rõne autẽ probatur ſecundò idẽ antecedens. primò ergo declaro rõnẽ, & ſecũdò rñſionẽ ad rõnẽ, & rõ, qua ꝓbatᵉ illud añs ſtat in hoc, eſt dabilis prima pars motus, ergo & minima. cõſequẽtia patet, quia ſi q̃libet pars hẽret minorẽ partẽ ſe, hẽret ẽt aliquid ſui prius aliquo ſui in infinitũ, añs probatᵉ. videlicet quòd ſit dabilis prima pars motus, & ꝓbatur primò auctoritate philoſo.1.phy. & 8.t.c.23. vbi dicit philoſ. ibi in 8. nõ.n. ſi partibile in infinitũ eſt, qđ alteratur pp hoc, & alteratio, ſed velox ſit ſicut multotiens denſatio, vbi hẽt Cõmen. ſubito, & exponit, hoc eſt in inſtanti, & nõ in tpe. Exẽplum, licet.n. cera, q̃ eſt alterabilis, puta ad rarefactionẽ ſit partibilis in infinitum; ipſa tamen rarefactio non eſt partibilis in infinitum, & patet, quia aliquotiens ſit ſubito. i. in inſtanti ſecundùm Commen. ſi ſic. ergo datur prima pars ipſiᵘˢ alterationis, & ſic prima pars motus. *Pulchrum exemplum.*

¶Ibi. Et quaſi obijcit cõtra ſe, videlicet, quòd nõ detur prima pars motus, quia ſi daretur videretur repugnare illi, qđ dr̃ in 6.phy.t.c.52. quòd ante oẽ moueri ſit mutatũ eſſe, & ante oẽ mutatũ eſſe eſt moueri. Reſpondet ſoluendo, quòd illud ibi intelligitur de motu inquantum continuus eſt & diuiſibilis. Iſtud autẽ intelligitur hic de motu inquantum eſt generatus, ſiuè productus ad actum.

¶Ibi. Ad iſtã intẽtionẽ vr̃ philoſo. ꝑmiſiſſe qđdã exẽplũ đ guttis. Exẽplũ hoc p3, qa remotio lapidis p vltimã guttã aquę ſit quoddãmodo in inſtãti, & ſic talis motus quo pars lapidis remouetᵉ p vltimã guttã aquę ſit ſubito; & datᵉ prima pars ſui, & quòd ſiat ſubito, p3 qa p̃cedẽtes guttę nõ remouẽt partẽ lapidis, ſed tm̃ vltima, & ſic patet exẽplũ illud, qa ſi alteratio illa, vel motus ille ſimul fiat, ſequitur ꝙ datur prima pars, & exempla clara ſunt in littera, q̃ vñr ꝓbare, quòd qñq; detᵉ vna tota alterõ ſimul. *Exemplum de guttis.*

¶Ibi.

¶Ibi.Et cum probatur illud antecedens de minimo per hoc, ꝙ cõuenit accipere primum in motu, poſſet conſequentia negari, quia illi qui dixerunt primum in motu, dixerunt mutationem primam partem eſſe motus. Tamen negando primũ vtroq; modo, & primum motum, & mutationem primã, quia omne moueri præcedit mutatum eſſe in infinitum, & econuerſo. Aliqui dixerunt, ꝙ in motu poteſt dari prima mutatio, ſiuè aliquod mutatum eſſe, quod vt ſic poteſt dici prima pars motus, ſed accipiẽdo partem motus pro aliquo diuiſibili, pri-ma pars motus non poteſt dari. Doct. autẽ probat, ꝙ neutro modo poſſit dari prima pars motus, & probat auctoritate philoſophi. 6. phyſ. tex com. 32. & ſic perſuadetur à Doct. ſi enim ignis q̃ dicatur a. poteſt calefacere aliquod quantum pedale, & illud quantum dicatur b. ita ꝙ tantum vnum gradum inteſiuè ipſius calefactionis producat in toto quãto pedali, & licet illa calefactio ſit indiuiſibilis intẽſiuè, cum ſit tantum vnius gradus, eſt tamen diuiſibilis in infinitum extenſiuè, & tunc quæro, ſi a. poteſt producere primam partem ipſius calefactionis in aliquo inſtãti, vel calefacere primam partem ipſius quanti, ita quòd in aliquo inſtanti ſit primum mutatum eſſe, ſiuè primum moueri in aliquo tempore, quia motus ſemper fit in tempore quocũque accipiatur. Probat Doct. ꝙ nõ poteſt dari primum calidum eſſe in aliquo inſtanti, neque primum calefieri in aliquo tempore, ꝙ non primum calidũ eſſe, patet, quia ſi a. in quantitate pedali producit primũ calidum eſſe pari ratione, poteſt producere ſecundum calidum eſſe in eodem inſtanti, & pari ratione tertium, & ſic totum pedale calefit in inſtãti, & talis calefactio non erit motus, vt patet. Si vis dicere, ꝙ in primo inſtanti tantum producit primum calidũ eſſe: quæro in quo producit ſecundum calidũ eſſe, ſi dicis, ꝙ in inſtanti immediato poſt primum calidum: ergo ſecundum calidum eſſe erit immediatũ primò calido eſſe, & ſic duo mutata eſſe erũt immediata, & per conſequens duo indiuiſibilia, quod eſt contra philoſophum. 6. phyſic. Si vis dicere, ꝙ ſm calidum eſſe nõ producitur in inſtanti immediato, ſed in tempore immediato poſt primum calidum eſſe: contra, quia nõ minor virtus requiritur in producendo ſecundum calidum eſſe, quàm in producendo primum, & maximè cum paſſum ſit æquè diſpoſitum, puta quantum pedale, & ſic producet ſm calidum eſſe in inſtanti, & nõ in tempore. Et ſic ſm calidum eſſe tantum natum eſt produci in inſtanti, ſicut & primũ: ergo non in tpe. Si vis dicere, ꝙ producit ſm calidum eſſe in inſtanti, ſed non in inſtãti immediato poſt inſtans, ſed in vltimo inſtanti tp̃is immediatè ſequentis primum inſtans. Contra, quia tunc oportet ipſum a. quieſcere per illud tp̃s intermedium, & ſic producto primo calido eſſe, ꝓducet ſm calidum in vltimo inſtãti tp̃is immediati ad inſtans, quo produxit primũ calidũ, & ſic oportet ipſum a. quieſcere per aliud tempus immediatum, & ſic iſte motus calefactionis factus ſup quãto pedali erit cõpoſitus ex quietibus, & mutatis eſſe, quod eſt falſum. Si ergo nõ poteſt dari primum mutatũ eſſe à fortiori, nec primũ moueri, cũ quælibet pars motus ſit diuiſibilis ĩ infinitũ, vt ſatis ſupra probatũ eſt.

¶Ibi, eſt ergo iſte ꝓceſſus. In iſta littera Doc. multa dicit. Primò, ꝙ eſt dare vltimum alicuius formæ in eſſe quieto. Exemplũ, ſi quantũ pedale ſit totum alteratũ aliqua calefactione, in vltimo inſtanti illius calefactionis incipit quieſcere. & pono modo, ꝙ ſit ſub tali calefactione per horã, totũ illud ipſ vocatur tp̃s quietis, & in vltimo inſtãti illiꝰ horæ eſt ſub eſſe quieto, patet, qa in illo inſtãti eodẽ modo ſe habet, ſicut in toto tp̃e illius horæ ꝑcedẽtis, quia in vltimo inſtãti nõ incipit moueri, ſicut nec in hora ꝑcedẽti, & poſt illud inſtans, in quo quieuit ipſum quantum incipit moueri, puta in tp̃e immediato poſt inſtans quietis. Et hoc eſt ꝙ dicit Doct. ꝙ declarat quid ſit immutari, quia immutari eſt eodẽ modo ſe habere indiuiſibiliter, ſicut prius ſe habuit diuiſibiliter. i. ꝙ in vltimo inſtãti indiuiſibili eodem modo ſe habet, ſicut in hora præcedenti diuiſibili, quia in vtroque quieſcit. Et declarat ipſum immutari per ſuum cõtrarium, quod eſt mutari, quia mutari eſt aliter ſe habere nunc indiuiſibiliter. i. in vltimo inſtanti ipſius motus, quàm prius ſe habuerit diuiſibiliter. i. in toto tempore pręcedente vltimum inſtans ipſius motus. i. quòd ſe habeat diuiſibiliter, & quãtum ad tempus, & quantum ad ortũ, vt ſupra declaratũ eſt.

Quid ſit immutari.

¶Ibi. Ideo autem eſt ſub eadem forma, ſub qua quieuit in inſtanti immutationis: nã inſtans immutationis eſt vltimo inſtans quietis, ſicut inſtãs mutationis eſt vltimũ inſtans terminans motũ pręcedentem. Sequitur ibi. Ab illo inſtanti incipit mouere illud mobile, puta quantũ pedale, ſi enim detur quantum pedale calidũ vt octo, & detur frigidũ pedale vt decẽ, & agat in calidũ pedale remittendo ipſum. Dicit Doct. ꝙ poſt vltimum inſtans, in quo quieuit quantũ pedale ſub calore, nunc frigidum pedale in tp̃e immediato poſt inſtãs immutationis, ſiuè quietis, in quo quieuit quantũ pedale ſub calore incipit mutare ipſum quantum pedale, remittendo calorẽ ipſius, & introducẽdo in illud quantũ aliquẽ gradũ frigiditatis. Sequitur. Et hoc ſucceſſiuè, vel pp partes mobilis, &c. Dicit hic Doct. ꝙ quando frigidũ pedale, & dicatur a. mouet calidum pedale, & dicatur b. remittendo calorẽ, ꝙ motus remiſſionis, quo mouetur quãtum pedale à calore vt octo, ad priuationem ipſius caloris, & quo quantum pedale mouetur à priuatione frigiditatis ad frigiditatem, puta vt octo eſt ſucceſſiuus. Deinde Doct. declarat huiuſmodi ſucceſſionem, puta calefactionis remittẽdæ, & frigefactionis acquirẽdæ, quia talis ſucceſſio aut fit ex parte ipſius mobilis, puta quanti pedalis, cum ſit diuiſibile in infinitas partes, tunc nõ eſt dabilis prima pars, quæ fiat frigida, & ſic non eſt dabile primum frigidum, & ſimiliter quãdo calor remouetur à quanto pedali nõ eſt dabilis prima pars quanti, à qua remouetur calor, patet, qa ipſum q̃tũ eſt diuiſibile in infinitũ, & ſic nõ eſt dare primum mutatũ eſſe in motu remiſſionis, ſicut nec eſt dabile primum mutatum eſſe in motu acquiſitionis. Aut ſucceſſio fit pp formam acquirendã, vel deperdendam, adhuc non eſt dabilis prima pars motus, quia illa forma, ſm quam fit motus, eſt diuiſibilis in infinitum, vt ſupra patuit, & ſic quando quantũ pedale mouetur motu remiſſionis deperdendo calorem, non eſt dabilis prima pars caloris in remiſſione, ſicut etiam cum mouetur ad frigiditatem, nõ eſt dabilis prima pars frigiditatis, cum iſtę qualitates ſint diuiſibiles in infinitum, ſaltem per accidens, quia ad diuiſionem quantitatis, in qua ſunt. Sequitur. Quia ratio extrinſeca pp quam minimum, &c. Dicit Doct. ꝙ ſi quanto pedale frigidum, vt decẽ agat, in quantũ pedale calidũ vt octo, expellendo aliquid caloris ipſius, & introducendo primũ gradũ frigiditatis per motũ, quomodo ille gradus poterit cõſeruari in quãto calido vt ſeptẽ. Dicit, ꝙ cõſeruatur pp præſentiam agentis, puta frigidi corrumpentis omne corruptiuũ ſui effectus, quia ipſum frigidũ corrũpit gradũ caloris corruptiuũ gradus frigiditatis, & ſic patet quomodo frigidũ cõſeruat cõtinuè effectum ſuum in quanto calido, corrũpendo calidũ, & introducendo frigidũ, & hoc eſt, ꝙ ſequitur ibi in littera, ab illo ergo inſtanti immutationis cõtinuè remittit calor, qui infuit, & acquirit frigus, &

Nota & bene.

quòd ab illo inſtanti immutationis, ſcilicet quietis, in quo quantum pedale quieuit ſub calore ſucceſſiuè remittitur calor, qui infuit, & ſucceſſiuè acquiritur frigus in ipſo quanto pedali. Sequitur. Non enim eſt veriſimile, ꝙ ſit ſolus motus remiſſionis vſque ad aliquod inſtans, & tunc primò inducatur aliquid frigoris. Dicit Doct. ꝙ quando frigidum, vt decem agit in calidum vt octo, ipſum frigidum non remittit tantum ipſum calidum: ſic intelligendo, ꝙ remittat ipſum vſque ad vltimum inſtans, puta ꝙ motus remiſſionis duret per horam, & in vltimo inſtanti illius horæ deſinat eſſe calor vt octo. & tunc primò inducatur aliquid frigoris in ipſo quãto pedali, in quo prius erat calor vt octo, quia ſi ſic, tunc ſequeretur alterum iſtorum, ſcilicet vel quòd calor remittendus haberet vltimum ſui eſſe, quod negat philoſophus 8. phyſic. tex. commi. 69. Sic ꝙ in vltimo inſtanti remiſſionis caloris calor eſſet, & in tempore immediato non eſſet, ita ꝙ habens vltimũ ſui eſſe exponitur per poſitionem de pręſenti, & negationẽ de futuro, ſcilicet calor nunc eſt, & immediatè poſt hoc non erit, & ſic in illo tempore immediato inducetur frigus, in quo deſinet calor, modo qualitas remiſſibilis non habet vltimum ſui eſſe. Et quando dicit, ꝙ aut frigus habebit primũ inſtãs ſui eſſe, quia ſi calor in vltimo inſtanti deſinit eſſe, & ſic non habet vltimum ſui eſſe, in illo inſtanti incipit frigus, tunc frigus habet primum inſtans ſui eſſe, & non accipitur hìc primũ inſtans ſui eſſe propriè, ſicut dicimus, ꝙ nunc eſt, & immediatè ante hoc nõ fuit, quia acquiſito frigore per horã in vltimo inſtãti illius horæ eſt verũ dicere, ꝙ frigus nunc eſt, & immediatè autẽ nõ fuit, & ſic habet primũ inſtãs ſui eſſe. Sed in propoſito intelligitur, ꝙ ſi frigus ſm aliquem gradum incipit eſſe in illo inſtanti, in quo calor deſinit eſſe, ꝙ in motu frigefactionis daƭ primum mutatum eſſe, ſiuè prima mutatio, quia in illo inſtanti acquiritur aliquis gradus frigoris, & in tempore ſequenti acquiritur frigus perfectiſſimè, & per cõſequens daretur primum mutatum eſſe, quod eſt contra Ariſtot. ſexto phyſicorum. tex. commen. 52. qui vult, quòd ante omne mutatum eſſe ſit moueri, & ante omne moueri ſit mutatum eſſe, ſicut ergo non datur prima remiſſio motus caloris, ſiue non datur aliquod inſtans, in quo incipiat calor remitti, vt ſupra declaraui, ſic nec poteſt dari aliquod inſtans, in quo ſit prima infrigidatio.

¶Hoc etiam vult philoſophus manifeſtè. 6. phyſ. tex. comm. 7. ꝙ omne quod mouetur habet aliquid vtriuſque extremi, & videtur manifeſtũ ad ſenſum, ꝙ aquæ ſucceſſiuè calefaciẽdæ aliquid caloris ineſt, manente adhuc frigiditate aquæ, & non adhuc totaliter corrupta. Vult dicere, ꝙ nunquam in aliquo quanto eſt motus remiſſionis, quin etiam ſit ſimul motus acquiſitionis, quia ſi aqua ſit frigida vt octo, non remittitur illa frigiditas, niſi ſucceſſiuè introducatur caliditas; & ſic omne quantum, quod mouetur à contrario in contrarium, puta à frigido ad calidum, dum eſt ſub tali motu, ſemper habet aliquid vtriuſq; extremi, quia & aliquid frigiditatis, & aliquid caliditatis, patet, quia dum eſt ſub motu remiſſionis frigiditatis, ſimul eſt ſub motu acquiſitionis caliditatis, ſiue ẽt moueaƭ à cõtrario in mediũ, puta ab albo in rubeũ, hoc idẽ continget.

¶Ibi. Concurrunt ergo ſimul ab inſtanti immutationis motus remiſſionis caloris, & motus intenſionis frigoris, quorum neutrius eſt aliquid. primũ patet, quia in motu remiſſionis caloris non datur aliquod inſtans, in quo ſit prima remiſſio, cum talis remiſſio incipiat fieri in tẽpore immediato poſt inſtans mutationis, ſiuè quietis, & ſimiliter in motu intenſionis frigoris non datur aliquod inſtans in quo ſit prima infrigidatio, cum talis fiat in tẽpore immediato poſt inſtans, in quo quieuit quantum pedale ſub calore, vt dixi ſupra. Sequitur in littera, & in aliquo inſtanti, in quo per mutationem ſubitam inducitur aliquis gradus frigoris omnino incompoſſibilis calori, in illo primo calor non eſt, & vſque ad illum calor fuit. Vult dicere Doctor, quòd quando frigidum vt decem, remittendo calidum vt octo, puta per tempus vnius horæ in vltimo inſtãti illius horæ introducit aliquem gradum frigoris omnino incompoſſibilem vltimo gradui caloris, & tunc in eodem inſtanti calor deſinit eſſe, ita quòd in eodem inſtanti verum eſt dicere calor nunc non eſt, & in tempore immediato ante hoc inſtans fuit: ergo calor in iſto inſtanti deſinit eſſe: ſimiliter verum eſt dicere de frigore, frigus nunc eſt, puta in eſſe quieto, & in tempore immediato ante hoc inſtans non fuit: ergo frigus incipit eſſe, & hoc eſt quod dicit Doct. Sequitur. Ita ꝙ calor nullum vltimum habet ſui eſſe, ſed habet vltimum in eſſe quieto. Hoc ſic debet intelligi, ꝙ quando calor deſinit eſſe, non habet aliquod vltimum inſtans in quo calor ſit, immediatè poſt illud inſtans deſinat eſſe, quia ſi ſic, tunc eſſet verum dicere calor nunc eſt, & immediatè poſt hoc non erit, quod falſum eſt, vt ſupra expoſitum eſt quæſtio. prima præſentis diſtinctionis, quomodo in permanentibus, & in ſucceſſiuis non datur vltimum ſui eſſe, & quod dicit, ꝙ habet vltimum in eſſe quieto, hoc nõ debet referri ad vltimum inſtans remiſſionis caloris, ſed debet referri ad vltimum inſtans immutationis, ſiuè quietis, poſt quod inſtans in tempore immediatè ſequenti incipit remitti calor, nam vt incipit remitti vſque ad vltimum inſtans remiſſionis non eſt ſub eſſe quieto, ſed ſemper eſt ſub motu, & in vltimo inſtanti, quo deſinit eſſe ipſum quãtum pedale eſt ſub mutatione, ſiuè ſub mutato eſſe. Sequitur. Et frigus nullum primum habet ſui eſſe ſimpliciter, licet habeat primum in eſſe quieto, quod ſcilicet accipitur per immutationem, licet illud non ſit quies. Hoc declaratur primo, ꝙ frigus nullum primum ſui eſſe habeat, quia ex quo frigus incipit eſſe in quanto pedali in tempore immediato poſt inſtans immutationis caloris, & incipit eſſe ſub motu intenſionis, modo in ſucceſſiuis non datur primum inſtãs ſui eſſe, ideſt non datur aliquod inſtans in quo habeat eſſe ſimpliciter, cum tale eſſe tantum menſuretur tempore, vt ſupra expoſui q. 1. præſentis diſtinctionis. Secundò declaratur, quomodo habeat primum in eſſe quieto, patet quia ipſum frigus habet aliquod inſtãs primum, in quo habet eſſe quietum: nam vltimo inſtanti horæ, in quo calor deſinit eſſe, & frigus incipit eſſe, in illo inſtanti, ſicut ceſſat motus remiſſionis caloris, ita ceſſat motus intenſionis frigoris, & ſic in illo inſtanti habet eſſe quietum: & tunc verum eſt dicere, ꝙ frigus habet primum in eſſe quieto, ideſt ꝙ quantum pedale ab illo inſtãti habet primum eſſe quietis ſub frigore, licet illud non ſit quies, ideſt quod illud primum in eſſe quieto, cum ſit in inſtanti, nõ poteſt dici quies: nam propriè quies menſuratur tempore, quod patet, quia ſicut motus eſt in tempore, & mutatum eſſe in inſtanti temporis, ita quies eſt in tempore, & eſſe quietum in inſtanti, & ſicut in motu ſunt infinita mutata eſſe, ita & in quiete ſunt infinita qeta eſſe, & ſic patet iſta littera.

Nota ꝙ h...nè.

¶Ibi. Cum ergo probatur primum per philoſophum. 8. phyſ. tex. comm. 23. Dico, ꝙ intentio philoſophi, &c. Nunc Doc. reſpondit ad auctoritatem philoſophi, qua probabatur dari primam partem motus, & dicit, quòd Ariſt. tantum intendit probare, quòd non omnes res ſemper moueantur, ſicut fuit

Non omnes res ſemper moueantur

fuit opin. Heracli. 4. metaphyſ. tex. comm. 22. quòd omnia mundi entia erant in cõtinuo motu. probat ergo Ariſt. quòd non ſemper moueantur, puta res augmentabilis, vel alterabilis, quia dicebant iſti, ꝙ res augmentabilis ſemper augeatur, nam aliquãdo fit quodammodo ſubita alteratio, vel mutatio: ergo nõ ſemper idem motu moueatur. Et dat exemplum de guttis cadentibus, vbi non intendit, quòd ablatio partis lapidis fit in inſtanti, vel tota ſimul: nam ipſa ablatio eſt motus localis, qui nullo modo poſſet fieri, niſi pars mobilis prius pertranſeat ſpacium, quàm totũ mobile, ſed iſta vna pars lapidis, quæ aufertur per vltimam guttã in virtute omniũ præcedentium, licet ſucceſſiuè auferatur, tamen ablatio eius non eſt ſucceſſiuè correſpondens toti ſucceſſioni caſus guttarum: non enim quot erant guttæ cadentes, tot erant partes ablationis huius partis à lapide, ſed tota iſta parua pars per vltimam guttam aufertur, licet ſucceſſiuè, quia non tñ inſtãti: negat ergo philoſophus ſucceſſionem huic correſpondentem, ideſt toti ſucceſſioni caſus guttarũ, ac per hoc ille lapis motus nõ mouebatur ſemper, licet quando mouebatur per vltimam guttam, tũc ſucceſſiuè mouebatur.

¶Ibi. Et ſecundum iſtam intentionem ſubdit poſtea de alteratione, ꝙ non eſt neceſſe, quòd propter hoc ſit tota alteratio infinita, ſupplè quòd duret in infinitum, & probat ibi. Frequenter enim dicit Ariſt. quòd aliquando in aliqua re, puta in quanto pedali fit alteratio velox, vt patet ad ſenſum, & ſic non ſemper durat huiuſmodi alteratio, ſiuè motus alterationis. frequẽter enim vbi habet littera noſtra velox, illa Commen. habet ſubito, ideſt in tempore imperceptibili, & ideo illi qui exponunt Commen. ſubitò, ideſt in inſtanti non rectè exponunt, cum talis expoſitio ſit contraria litteræ, quod patet ex translatione noſtra, & ex translatione ſua in multis locis, quia in quarto phyſicorum. tex. comm. 127. vbi translatio noſtra habet repẽtè, ſua habet ſubitò, repentè inquit Ariſt. quod in ſenſibili tempore eſt propter paruitatem. hæc ille. Et translatio Comm. ſic dicit ſubitò ſignificat illud, quod fit in tempore non ſenſibili. igitur exponere velox, vel ſubitò per inſtans, eſt exponere tempus per inſtans. Sequitur. Sed intentio philoſophi eſt iſta, quòd non oportet ſicut alterabile eſt diuiſibile in infinitum, quòd ita tempus infinitum correſpõdeat alterationi alterabilis, ſiuè ſemper, dum alterabile eſt, quòd pars eius poſt partem continuè alteretur, ſicut poſſet eſſe ſucceſſio ex ratione partium alterabilis, ſed frequenter alteratio eſt velox, ſiuè ſubitò, ideſt quieſcẽte prius vſque tunc illo alterabili, & tunc nõ ſunt ſimul, nec ſecundum primam mutationem, nec ſecũdum primam partem motus, ſed ſucceſſiuè, & hoc eſt quod ſubdit ſtatim ratio philoſophi poſita ad eandẽ concluſionem, quòd quando quis ſanatur, ſanatio eius eſt in tempore, & non in termino temporis, & tamen mobile non ſemper mouetur illo motu, quia iſte motus finitus eſt inter duo contraria. Hic philoſophus intendit probare, quòd alterabile nõ ſemper alteratur, quia aliquando ſubitò alteratur quis ab ægritudine in ſanitatem, ita quòd ſanatio illa fit in tempore, & non in termino temporis, ſcilicet in inſtanti, & quòd ſanabile non ſemper moueatur illo motu ſanationis, patet, quia iſte motus finitus, ſiuè terminatus eſt inter duo contraria, quia inter ægritudinem & ſanitatem, vel accipiendo cõtraria largè, puta à priuatione ad habitum, & ſic ſanabile prius fuit ſub priuatione ſanitatis, quàm ſub ſanitate: ergo non ſemper mouebatur ad ſanitatem. Sequitur. Quomodo ergo acciperet ipſe. Dicit Doctor, quòd Ariſtot. in ratione præcedenti de alteratione veloci, ſi acciperet ipſam in inſtanti cõtra Heraclitum, & in iſta ratione de ſanatione acciperet ipſam eſſe in tempore non concluderet contra Heraclitum, intendit enim probare, ꝙ res non ſemper moueantur. Et ſi probaret, ꝙ alterabile aliquando alteratur in inſtanti: ergo ſemper non alteratur, nõ concluderet contra Heraclitum, quia negaret Heraclitus aliquid poſſe alterare in inſtanti, ſicut & ipſe Ariſt. expreſſè negat. 6. phyſico. ergo in iſtis rationibus intendit de alteratione, quæ fit in tempore. Sequitur. Subdit ergo philoſophus, ꝙ dicere omnia continuè moueri, multum in manifeſtis ambigere eſt, quia manifeſtum eſt res aliquas non continuè moueri, & continuè accipitur ibi ſemper, &c.

Malè interpretatur Auerr.

¶Ad aliud de ſenſu, & ſenſato dicit in argumento vltimæ quæſt. huius diſtinctionis, reſpondendo ad ſecundum argumentum principale ibi, ex iſto apparet ad illud de ſenſu & ſenſato, ꝙ remiſſum fuit in quæſt. de motu angeli, &c.

¶Ad rationem de contradictoriis. Hic Doctor reſpondet ad vltimam rationem, qua probatur illud antecedẽs, ſcilicet quod ſucceſſiuum componatur ex minimis, quæ ratio ſumitur per rationem contradictoriorum, & ratio ſtat in hoc: nam inter non eſſe formæ frigoris, & eſſe ipſius non cadit aliquod medium, cum tale eſſe, & non eſſe ſint cõtradictoria, cum igitur in vltimo inſtanti caloris abiiciendi ſit non eſſe frigoris inducendi, & poſt illud inſtans ſit eſſe ipſius frigoris. Si igitur non eſſet primum inſtans, in quo ipſum frigus haberet eſſe, tunc inter eſſe ipſius frigoris, & non eſſe eſſet aliqd medium, & ſic inter cõtradictoria daretur mediũ: igitur datur primum eſſe ipſius frigoris ſucceſſiuè acquiſibilis, & illud primum non eſſet minimum, niſi illud primum eſſet indiuiſibile, vt patet. Ex iſta primitate probata cõcluditur, ꝙ illud primum ſit minima pars, nõ enim poteſt illud eſſe primum, niſi indiuiſibile, quia philoſophus 6. phyſicorum. tex. comm. 46. oſtendit, ꝙ non contingit accipere primam mutationem in motu.

IN iſta littera occurrunt nonnulla dubia circa vndecim cõcluſiones, quas pono hic per ordinem. *Dubia occurrentia.*

¶Prima concluſio. Omne moueri præcedit mutatum eſſe in infinitum, & omne mutatum eſſe præcedit moueri in infinitum.

¶Secunda concluſio. Si ignis cauſaret aliquod primum in motu pari ratione poſſet cauſare ęquale illi ſimul cum eo, cum ſit ęqualis virtutis, & ęquè proximus paſſo.

¶Tertia concluſio. Si ignis poſſet inducere primam partem motus, & ſimul non poſſet inducere æqualem, tunc motus componeretur, vel ex mutationibus immediatis, vel ex mutationibus & quietibus.

¶Quarta concluſio. Mutari eſt aliter ſe habere nunc indiuiſibiliter, ſicut prius ſe habuit diuiſibiliter.

¶Quinta concluſio. Nulla pars mobilis eſt ęquè propinqua agenti, ſed pars propinquior alteri parti in infinitum, ſed ſolus punctus mobilis eſt ſe ſolo immediatus agenti.

¶Sexta concluſio. Nulla pars formæ, ſecundum quam poteſt eſſe ſucceſſio motus; eſt immediatè inducibilis, ſed quælibet pars ante aliam in infinitum.

¶Septima concluſio. Si eſſet ſolus motus remiſſionis vſque ad aliquod inſtans, & tunc primò induceretur aliquid frigoris, ſequeretur, vel ꝙ calor remittẽdus haberet vltimum ſui eſſe, vel quod frigus immediatè ſequens haberet primum ſui eſſe, & tũc eſſet prima mutatio motus infrigidationis, quæ ſunt inconuenientia.

¶Octaua concluſio. Concurrunt ſimul ab inſtã-ti immutationis motus remiſſionis, puta caloris,& motus intenſionis, puta frigoris.

¶Nona concluſio. In aliquo inſtanti, in quo per mutationem ſubitam inducitur aliquis gradus frigoris omnino incompoſſibilis calori, in illo inſtantĩ calor non eſt,& vſque ad illud inſtans calor fuit.

¶Decima concluſio. Calor remittendus nullum vltimum habet ſui eſſe, ſed habet vltimum in eſſe quieto.

¶Vndecima concluſio. Frigus intendendum nullum primum habet ſui eſſe ſimpliciter, licet primũ habeat in eſſe quieto, quod accipit per mutationẽ, licet illud non ſit quies.

Subtilia argumenta cõtra concluſiones Doct.

CONTRA has concluſiones, vt firmitas earum magis appareat, multis mediis inſtatur. Et primo contra primam, quæ talis eſt. Omne moueri præcedit mutatum eſſe in infinitũ, & omne mutatum eſſe præcedit moueri in infinitum. Cõtra primò contra primam partem concluſionis. Et pono caſum, quòd in puncto quanti pedalis quieſcat aliquod mobile per horam,& per vltimum inſtans illius horæ,& in tempore immediato illi inſtanti incipiat moueri, & quòd ſucceſſio motus accipiatur pro nunc à diuiſibilitate partium illius quanti. hoc caſu ſtãte certum eſt, quòd in tempore immediato mouetur,& ante illud moueri immediatum nõ eſt aliquod mutatum eſſe, quia illud mutatum eſſe, aut fit tranſeundo partem quanti,& hoc non, quia pars tranſitur in tempore, aut tranſeundo punctum, & hoc non, quia quæro quem punctum, aut punctum in quo quieuit, aut aliud punctum immediatũ, non primò, quia in illo ſimpliciter quieuit etiam in vltimo inſtanti, quod inſtans dicitur inſtans immutationis, non ſecundò, quia tunc eſſet punctum immediatum puncto, & inſtans immediatum inſtãti, quod eſt contra philoſophum.6.phyſic.

¶Secundò arguitur de motu alterationis, puta intenſionis. Et pono caſum, ꝙ mobile a. quieſcat per horam,& in vltimo inſtanti illius horę,& in tẽpore immediato ad illud inſtans moueatur ad caliditatem vt octo: certum eſt, ꝙ per quamlibet partẽ motus aliquid caliditatis acquiritur. Tunc ſic, ſi ante omne moueri intenſionis eſt aliquod mutatum eſſe, ſequitur, ꝙ ſicut per aliam,& aliam partem motus intẽſionis alia, & alia pars caliditatis acquiritur, vel alia & alia pars gradus intẽſionis acquiritur, (tenendo, ꝙ quilibet gradus intenſionis ſit diuiſibilis in infinitum) ita per aliud, & aliud mutatum eſſe aliquid formæ acquiritur, tunc ſic, ſi mobile poſt vltimum inſtans immutationis mouetur ad caliditatem, & ante hoc moueri eſt mutatum eſſe: ergo per illud mutatum eſſe aliquid acquiritur de caliditate, quæro quid acquiritur, nõ pars formæ, quia illa eſt diuiſibilis in infinitum, nec gradus formæ, quia ſi ille ponitur diuiſibilis, acquiritur ſucceſſiuè. Si etiam ponitur extenſus in quantitate eſt diuiſibilis in plures partes integrales, quæ acquiruntur ſucceſſiuè. Si ergo mutatum eſſe eſt ante omne moueri motu intenſionis, ſequitur ꝙ ante omnem motum intenſionis erit aliquid intenſiuè acquiſitũ in mobili a. quod eſt impoſſibile.

¶Tertiò arguitur ad idem de motu remiſſionis. & pono caſum, quòd mobile b. quieſcat ſub caliditate per horam, & in vltimo inſtanti illius horæ, & in tempore immediato moueatur motu remiſſionis, qui fuit ſecundum fluxum formæ remittendæ, ſtante hoc caſu quæro quid deperditur de caliditate in illo mutato eſſe, quod eſt ante omne moueri, non pars formæ, quia illa ſucceſſiuè deperditur & per motum, non gradus aliquis formæ, quia ille, aut ponitur diuiſibilis in infinitum, aut ponitur in quantitate diuiſibili,& ſic erit diuiſibilis ad diuiſibilitatem quantitatis quocunque dato, ille gradus non deperditur, niſi ſucceſſiuè, & ſic per motum remiſſionis: ergo ante omne moueri nõ eſt aliquod mutatum eſſe.

¶Quartò arguitur ſic per argumentum ducens ad impoſſibile. Si ante omne moueri eſt mutatum eſſe: ergo inſtans erit immediatum inſtanti, quod eſt impoſſibile apud philoſophum.6.phyſic. probatur cõſequentia. Pono caſum, quòd quis quieſcat per horam, & in vltimo inſtanti illius horæ etiam quieſcat,& in tempore immediato illi inſtanti moueatur. Hoc ſtante arguo ſic, ante moueri immediatum ad inſtans immutationis eſt aliquod mutatum eſſe: ergo inſtans eſt immediatum inſtanti, patet, quia mutatum eſſe menſuratur inſtanti, ſed non inſtanti immutationis, vt patet: ergo alio inſtãti, patet quia non tempore immediato: ergo inſtans eſt immediatum inſtanti.

¶Quintò arguitur, quia ſi ante omne moueri eſſet mutatum eſſe: ergo in motu datur prima mutatio, quod eſt contra philoſophum.6.phyſ.& contra Doct. præſenti quæſt.

¶Sextò ſequeretur, quòd ante omne tempus eſſet inſtans, quod eſt falſum. Probo conſequentiam,& ſuppono, quòd tantum tempus ſit in motu, cum ſit menſura motus ex quarto phyſicorum. hoc ſtante pono caſum, quòd a. quieſcit per horam,& per vltimum inſtans illius horæ,& in tempore immediato moueatur, ille motus mẽſuratur tempore, ſi ante illud tempus eſt inſtans, quæro quod inſtans, non inſtans immutationis, vt patet: ergo aliud, aut immediatum inſtanti immutationis,& tunc datur inſtans immediatum inſtanti, aut mediatum: ergo inter illud inſtans, & inſtãs immutationis eſt tempus medium, & ante illud tempus eſt inſtans menſurãs mutatum eſſe, quod eſt ante moueri: ergo.

CONTRA ſecundam partem concluſionis probo, quòd non omnem mutationem præcedat aliquod moueri. Primò ſic. Pono caſum, quòd a. quieſcat in ſpacio per horam, & in vltimo inſtanti illius non quieſcat, ſed incipiat recedere à loco, in quo eſt, tenendo, quòd ille locus ſit punctualis, hoc poſito patet, quòd illius motus datur primum mutatum eſſe, patet, quia in vltimo inſtanti horæ incipit moueri, & motus fit in tempore immediatè ſequente, quæ præcedit mutatum eſſe, quod menſuratur vltimo inſtanti illius horæ, & ante illud mutatum eſſe non eſt aliquod moueri, quia in tempore illius horę quieſcit: ergo. *Ponitur caſus.*

¶Secundò arguitur, datur alicuius motus vltimum mutatum eſſe: ergo & primum mutatum eſſe, patet conſequentia, quia non eſt maior ratio de vno, quàm de alio, nec valet dicere, quòd motus eſt diuiſibilis in infinitum à parte ante, ideo nõ datur primum mutatum eſſe, quia à parte poſt eſt ita diuiſibilis in infinitum, quia ita non poteſt dari vltima pars motus, ſicut nec prima.

¶Tertiò arguitur, quia cuiuslibet continui tàm ſucceſſiui, quàm permanentis dantur duo extrema terminantia, illud, patet de quantitate permanente, quæ licet ſit diuiſibilis in infinitum, tamen actu habet duo extrema indiuiſibilia terminantia vt duo puncta. Similiter eſt de tempore vnius horæ, quod habet duo inſtantia terminantia illud, ergo ſimiliter erit de motu: ergo datur primum mutatum eſſe.

¶Quartò arguitur auctoritate philoſophi 6.phyſicorum. eiuſdem rationis ſunt quantitas, motus & tempus, ſed quantitas permanens habet primum indiuiſibile, quod eſt principium illius: ergo & motus habebit primum mutatum eſſe.

¶Quintò,

¶Quintò, ratio motus ſumitur à magnitudine, quia ſucceſſio in motu eſt a diuiſibilitate magnitudinis, vt patet à Doct. præſenti quæſt. & continuitas motus ſimiliter ſumitur. cum ergo in magnitudine ſemper detur indiuiſibile initians, ante quod non eſt aliqua pars magnitudinis, ſequitur quòd ſimiliter erit in motu, quòd dabitur primum mutatum eſſe correſpondens primo puncto magnitudinis, ſuper quam fit motus.

¶Sextò datur aliqua mutatio, antequam non eſt aliquod moueri; ergo, probatur antecedens, quia angelus poteſt quieſcere per horam in vno vbi, & in vltimo inſtanti illius horæ mutari ad aliud vbi, vt patet à Doct. in diſt. præſenti q. 11. & 12. ergo erit mutatio, quam nullum moueri præcedit.

¶Septimò arguitur, ꝙ vbi eſt prius, & poſterius, ibi eſt primum, patet 5. metaph. c. de priori. ſed in motu eſt prius, & poſterius, vt patet 4. phyſ. ergo ibi erit primum, & illud non erit, niſi primum mutatũ eſſe, non aliqua pars motus, cum ſit diuiſibilis in infinitas partes, nec dabilis prima pars motus.

¶Octauò arguitur. Pono quòd angelus quieſcat per horam in aliquo vbi, & in vltimo inſtanti illius horæ mutetur ad aliud vbi, & in tẽpore immediato ad illud inſtans moueatur motu continuo, caſus eſt poſſibilis, hoc ſtãte patet, quòd illius motus erit prima mutatio, quàm in inſtanti.

¶Nonò arguitur. Et pono caſum, quòd agẽs perfectum, puta calidum perfectum in inſtãti inducat in paſſum aliquem calorem, & prima pars calefacta calefaciat aliam in tempore, & alia aliam ſimiliter in tempore, & ſic deinceps quouſque alteretur totum, hoc eſt poſſibile, vt patet a Doct. in præſenti diſt. q. 12. in ratione ad vltimum argumentum. hoc ſtante patet, quòd illius motus alterationis datur primum mutatum, quo inducitur in inſtanti calefactio in aliqua prima parte.

Ad primũ. RESPONDEO ad primum contra primã partem cõcedendo caſum, & dico, quòd ille motus, qui fit in tempore immediato, eſt diuiſibilis in infinitum; & ꝙ ante quamcunque mutationem datur moueri, cum dicitur, ꝙ mutatio illa fit tranſeundo punctum, concedo, & cum quæritur, quod punctũ tranſit. Dico, ꝙ punctum, quod eſt in parte quanti ſuper quod fit motus; & quia inter duo puncta eſt pars diuiſibilis in infinitum, ideo poſt primum pũctum, in quo quieſcit mobile, mobile moueri ſuper ſpacium, quod immediatè ſequitur pũctum in quo quieuit, & quia illud eſt diuiſibile in infinitas partes, & per conſequens diuiſibile in infinita puncta, & ſic in tali ſpacio, ſuper quod immediatè fit motus, non poteſt dari primum punctum, nec prima pars cum quocunque, vel quacunque data eſt dabile, vel dabilis aliud, vel alia.

Ad ſecundum. ¶Ad ſecundum de motu remiſſionis, & ſimiliter de motu intenſionis. Dico breuiter ad illa duo ſimul, quòd ſi quilibet gradus eſt diuiſibilis in infinitum, quòd in tempore immediato ad inſtans quietis mobile a. mouetur motu intenſionis, & concedo, quòd acquiritur aliqua pars gradus, quæ eſt diuiſibilis in infinitum, & ſic pars ante partem in infinitum, & ſic ſemper moueri præcedit mutatum eſſe, & cùm quæritur quid acquiratur per mutatũ eſſe. Dico, quòd ſicut in motu locali ſuper ſpaciũ in qualibet parte motus acquiritur alia, & alia pars ſpacij, & in quolibet mutato eſſe acquiritur aliud, & aliud punctum, ſic in motu intenſionis formæ in qualibet parte motus intenſionis acquiritur alia, & alia pars formæ intenſibilis, & in quolibet mutato eſſe acquiritur aliud, & aliud indiuiſibile, quæ continuant formam intenſibilem; ſicut aliud, & aliud punctum in motu locali continuant motum localem. Hoc idem dico de motu remiſſionis. Si verò gradus formæ nõ ſit diuiſibilis in infinitos gradus, ſed tantum ſit diuiſibilis ad diuiſibilitatem quantitatis, in qua recipitur. Dico ꝙ acquiritur in qualibet parte motus aliqua pars in infinitum, ita quòd nulla prima, ſed vna ante aliam in infinitum, puta ſi ſpaciũ pedale debet calefieri, prius aliqua pars ſpacij calefit in infinitum, ita quòd nõ aliqua pars prima ſpacij, ſed ante quamcunque aſſignatam ſemper aliqua calefit in infinitum, & ſic ante omne mutatũ eſſe eſt moueri in infinitum, & è contra. Et concedo, quòd in quolibet mutato eſſe aliud, & aliud punctum alteratur, & calefit.

¶Ad quartum dico, quòd ſicut illius motus, qui incipit in tẽpore immediato ad inſtans quietis non eſt dabilis aliqua prima pars, ſed ante quamlibet eſt alia in infinitum, & ſimiliter aliud, & aliud mutatũ eſſe in infinitum, ita quòd ante quãcunque partem illius motus eſt aliquod mutatũ eſſe, & ante quodcunque mutatum eſſe, eſt aliqua pars motus. Sic dico de tempore menſurante illum motum, ꝙ ante quamcunque partem illius eſt alia in infinitum, & ante quamcunque eſt aliquod inſtans illius temporis menſurans mutatũ eſſe, & ante illud eſt pars temporis. Dico ergo, ꝙ loquendo de tempore immediato ad inſtans quietis nõ datur aliquod primum inſtans præcedens illud tempus, ſed ante quodcunque inſtãs illius temporis datur aliqua pars temporis, ſicut etiam in motu immediato ad inſtans quietis non datur primum mutatum eſſe, ita nec in tpe menſurante illum motũ datur aliqđ primũ inſtans.

¶Ad quintũ dico, ꝙ ſicut ante omne moueri eſt mutatum eſſe, ita ante omne mutatum eſſe eſt aliqđ moueri, & ſic patet quomodo nõ datur prima mutatio in motu. Si dicatur, ſi motus incipit poſt inſtãs quietis, puta tranſeundo aliquod ſpacium, nonne datur aliquod mutatum eſſe initiãs illum motum? ſicut quando incipit à primo puncto ſpacij tranſire partem immediatam illi puncto, quia inter illam, & illum punctum non eſt alia, ſic de motu & mutato eſſe. Dico, ꝙ licet inter illa, & punctum non ſit alia immediata, tamẽ illa quæ eſt inter duo puncta eſt diuiſibilis in infinitũ, non enim ſit diuiſio à parte puncti, cum ex illa parte ſit immediata puncto, & ſic indiuiſibilis, tamen quæcunque minima data inter duo puncta eſt diuiſibilis in infinitum. Hoc idẽ dico de motu; ꝙ non diuiditur à parte mutati eſſe immediati, ſed inter duo mutata eſſe eſt motus, qui eſt diuiſibilis in infinitum, quia non eſt pars motus aſſignabilis immediata alicui mutato eſſe, quin alia in infinitum ſit illi pũcto propinquior, ſiue immediatior, vt ſupra dixi de partibus quãtitatis comparatis ad punctum. Nam de ratione motus, vel ſaltẽ cõſequitur rationem motus eſt, ꝙ ſit ſemper diuiſibilis: ergo aſſignata quacunque parte motus ſemper erit in infinitum diuiſibilis, & per conſequens in infinitum vna prior alia, & aſſignatã vna habet mutatum eſſe continuans, & quia ante illam eſt alia, & alia in infinitum, ſequitur, ꝙ ante illam eſt aliud, & aliud mutatum eſſe in infinitum, & ſic ante omnem partem motus eſt mutatum eſſe, & ante mutatum eſſe eſt aliqua pars motus.

¶Ad ſextum dico, quòd tempus ſequens inſtans quietis eſt diuiſibile in infinitas partes, & ſicut non poteſt dari prima pars, ita nec primum inſtans, loquendo præciſè de tempore menſurante motum immediatè ſequentem inſtans quietis, & hoc patet ex ſupradictis.

Ad argumenta. AD argumenta contra ſecundam partem facta.

¶Ad primum dico, ꝙ motus non fit tranſeundo punctum ſpacij, ſed fit tranſeundo partem diuiſibilem ſpacij, & tunc dico, ꝙ illius motus nõ datur ali-

quod primum mutatum eſſe,nec illud mutatū eſſe, in quo primò mobile recedit à pūcto eſt principiū motus immediatè ſequentis,ſed benè omnia mutata eſſe,quæ ſunt in illo motu, pertinent ad illū motum,quia continuant illū continuando partes motus,vt expoſui ſupra q.1.& 4.

¶Ad ſecundū negatur conſequentia,quia neceſſe eſt omnem motum terminari per aliquod mutatū eſſe,quod menſuratur inſtanti, quod inſtans adhùc dicitur inſtans immutationis,vt expoſui ſupra di.2. q.4.& q.9. Sed quandò motus incipit, ſemper incipit in aliquo tempore , & ideo non poteſt dari primum mutatum eſſe : quælibet enim pars motus eſt diuiſibilis in infinitas partes,& nulla pars poteſt incipere in inſtanti, ſed bene poteſt terminare ad inſtans,qa tunc nullus motus eſt,nec aliqua eius pars.

¶Ad tertium negatur ſimilitudo de permanentibus,& ſucceſſiuis, & ratio negationis eſt, qa motus non incipit in puncto primo quanto,quia nunquā mobile recedit à puncto niſi in tempore , vt patet, quia non recedit, niſi tranſeundo in partem ſpacij, & ſic in tempore tranſit,& hoc ſatis patet à Docto. qui vult,quòd motus tantum fit tranſeundo partē, quæ eſt diuiſibilis in infinitum, & ideo motus non poteſt habere aliquid primum mutatum eſſe.

¶Ad quartum dico, ꝙ auctoritas philoſophi intelligitur quantum ad hoc,quòd ſicut quantitas nō componitur ex indiuiſibilibus , ita nec motus, nec tempus,vt patet ibi.Dico etiam,quòd ſicut magnitudo eſt diuiſibilis in infinitas partes, ita motus & tempus, ſed non eſt ſimile quantum ad hoc, quòd ſicut quantitas habet primum punctum , quod eſt principium, ſic ꝙ motus & tempus,vt patet reſpōdendo ad tertium argumentum.

¶Ad quintū reſpondeo ſicut ad tertiū & quartū.

¶Ad ſextum dico,quòd poteſt dari aliqua mutatio,quæ nec eſt principium , nec finis motus, & ſic concedo caſum de angelo,& dico,quòd illa mutatio ad quam immediatè ſequitur motus,nullo modo pertinet ad illum motum , nec eſt principium motus illius , ſicut etiam dictū eſt ſupra q.4. ꝙ ſubſtantia acquiritur per mutationem,quæ tamen non eſt finis alicuius motus,ſed concomitatur motum, putà alterationem præcedentem , quæ immediatè terminatur ad proprium mutatum eſſe.

¶Ad ſeptimum cōcedo,quòd eſt ibi prius & poſterius,negatur tamen cōſequentia,ꝙ ibi ſit aliquod primum:& dico,quòd auctoritas philoſophi intelligitur de priori , & poſteriori, inter quæ eſt ordo eſſentialis,vt exponit Doc.ſuper 5.metaph.vide ibi. Sed nulla pars motus dependet eſſentialiter ab alia, nec ſimiliter ab aliquo mutato eſſe.

¶Ad octauum dico , concedendo caſum , quòd illa mutatio , qua mutatur ab vno vbi ad aliud nullo modo pertinet ad illum motum ſequentem , vt ſupra expoſui.

¶Ad nonum dico per idem concedendo caſum illum, ſed illa prima mutatio nullo modo pertineret ad motum ſequentem , vt ſupra expoſui , & ſic patet reſponſio ad omnes iſtas rationes.

Contra ſecundam. CONTRA ſecundā quæ talis eſt. Si ignis poſſit inducere aliquod primum in motu pari ratione poſſet cauſare æquale illi ſimul cum eo immediatū, cum ſit æqualis virtutis, & æquè proximum paſſo. Arguitur primò, quia ſi tale agens in eodem inſtāti poſſet in paſſum inducere æquale : ergo in eodem inſtanti poſſet ignis,ſi eſſet perfectus,inducere infinitos gradus æquales,ſi poteſt vnum gradum inducere, patet ponendo, ꝙ omnes alij gradus çquales ſint æquales primo inducto : conſequens falſum , quia tunc poſſet produci actu infinitus calor intenſiuè, quod eſt impoſſibile.

¶Secundò . Deus in inſtanti poteſt producere in aliquod paſſum gratiam intenſam, vt quatuor: ergo in eodem inſtanti producere quālibet ſibi çqualem:ergo poſſet in eodem paſſu producere actu infinitam gratiam,quod eſt contra Doct.in tertio,diſtin.13.probatur cōſequentia,quia ſucceſſiuè poteſt producere æqualem in infinitum,ergo & ſimul per concluſionem ipſius,ꝙ autem ſucceſſiuè probo,qa paſſum eſt ita diſpoſitum reſpectu vnius gradus ſicut reſpectu alterius , quia nullus gradus gratiæ repugnat paſſo, cum ſit tantum in potētia receptiua: & non videtur, quòd ita non poſſit recipere perfectiſſimam ſicut imperfectiorē, nec etiam repugnat Deo poſſe producere,ſiuè intendere gratiam in infinitum, cum ſit virtutis infinitæ.

¶Tertiò arguitur , quia tunc eadem voluntas ſimul poſſet actu producere infinitas volitiones de eodem obiecto , ſi aliquam primam poſſet producere in inſtanti,& illæ aliæ eſſent æquales, hoc patet per concluſionem Scoti,& quòd poſſit vnum producere in inſtanti , patet , quia quando habet obiectum perfectè præſens , & nullo modo eſt impedita, poteſt in inſtanti producere:ergo.

¶Quartò arguitur,quia tunc memoria fœcunda perfecta in nobis , ſi in inſtanti poteſt producere vnam intellectionem primam: ergo in eodem poteſt ſimul infinitas producere de eodē obiecto,probatur conſequentia,quia infinitę ſunt producibiles ſucceſſiuè çquales,immo ſequitur,ꝙ ſi in inſtāti poteſt producere intellectionē vt duo , ꝙ ſimul poteſt producere quamlibet ſibi æqualem, & ſic in inſtāti poteſt intendere illam intellectionem in infinitum.

¶Quintò arguitur , quia ſi concluſio eſſet vera : ſequeretur,quòd ſi ignis eſſet perfectè approximatus calefactibili, & in minimo tempore induceret aliquam partem caloris, tunc in eodem tempore induceret quamlibet partem caloris æqualem primo, & ſic ſemper in paruiſſimo tempore perfectiſſimè calefaceret calefactibile,cum ſit agēs merè naturale, oppoſitum autem experimur.

¶Sextò ſequeretur inconueniens contra philoſophum,quia ſemper in principio motus ceſſaret motus,probatur quia alterans in principio alterationis inducit in paſſum aliquam partē formę acquiſibilis per alterationē:ergo in tali principio motus poteſt, immo neceſſariò inducit quamlibet partem æqualem,ſi alterans eſt agens naturale,& ſic in principio cuiuſcunque motus alterationis ceſſaret motus.

¶Septimò arguitur , quia tunc graue in minimo tempore deſcenderet in centrum,probatur quia in aliquo minimo tempore pertrāſit aliquam partem medij: ergo in eodem tempore pertranſiret quamlibet æqualem primæ, & ſic patet, ꝙ ſemper in minimo tpe deſcēderet, cuius oppoſitum experimur.

¶Octauò arguitur ſic,quia tūc ſequeretur, ꝙ angelus poſſet omnem diſtantiam in inſtanti pertranſire, ꝙ eſt contra Doct.infra q.11. probatur conſequentia,quia in inſtanti poteſt trāſire de loco ad locum,ita ꝙ poteſt pertranſire tantum ſpacium:ergo in eodem inſtanti poteſt pertranſire omne æquale, & ſic in inſtanti poteſt pertranſire ſpacium quantumcunque diſtans.

¶Nonò arguitur, quia ſi ſic eſſet: tūc ſequeretur, quòd angelus in inſtanti poſſet eſſe in loco quantūcunque magno, quod eſt contra Doct.in ſecundo, diſt.2.q.6.probatur conſequentia,quia virtute propria in inſtanti poteſt eſſe in tanto loco , & ſucceſſiuè in alio , & alio loco : ergo in eodem inſtanti ſimul poteſt eſſe in loco quantumcunque magno , quia in eodem inſtanti poteſt eſſe in loco quocunque æquali illi primo.

¶Decimò arguitur,quia ſequitur,quòd angelus in in-

in inſtanti ſimiliter poſſit eſſe in loco quantumcunque minimo, ſiuè paruo, quod eſt contra Doct. vbi ſupra: probatur conſequentia, quia in inſtanti poteſt eſſe virtute propria in loco ita paruo infra totum locum ſibi adæquatum, vt patet à Doct. in secũdo vbi ſupra: ergo poteſt ſimul eſſe in loco quocunque ſibi æquali: & ſic deſcendendo ſequitur, quòd poteſt eſſe in loco quantumcunque minimo, ſiuè paruo.

¶Vndecimò ſequitur, quòd angelus ſimul in eodem inſtanti poſſit eſſe in omni loco, puta pedali: ergo in eodem inſtanti ſimul poteſt eſſe in omni loco ęquali, patet, quia ſucceſſiuè, ſiuè in alio & alio inſtanti poteſt eſſe in alio, & alio loco pedali: ergo ſimul in omnibus, nec valet dicere, quòd ſimul eſſe in omnibus, repugnat ſibi, quia angelus eſt in potentia receptiua ad omnem locum, vt patet à Doct. vbi ſupra.

¶Duodecimò arguitur, quia tunc ſequitur, quòd angelus poſſit ſimul in inſtanti loqui angelo quantumcunque diſtanti, quod eſt contra Doct. infra diſtin. 9. probatur cõſequentia, quia in inſtanti poteſt loqui angelo diſtanti, puta per ſpacium pedale: ergo in eodem inſtanti ſimul poteſt loqui angelo diſtanti per ęquale ſpacium etiam in infinitum.

¶Tertiodecimo arguitur, quia idem obiectum præſens intellectui in ratione obiecti actu intelligibilis poſſet ſimul in eodẽ intellectu producere plures intellectiones ęquales primæ, ſi illa prima eſſet producibilis in inſtanti, & ſic quaſi infinitas ſimul, quod videtur manifeſtè falſum.

RESPONDEO ad primum concedo illud, ſcilicet quòd ſimul poſſet producere ęquales, & cũ infertur: ergò calorem infinitum negatur, quia aliquis gradus poſſet repugnare, cum nulla qualitas poſſet nec ſimul, nec ſucceſſiuè produci intenſiuè infinita, aliquis enim gradus maior repugnaret, vt patet à Doctore in tertio, diſtin. 13. Dico ſecundo, ꝙ ſi poteſt producere primam partem motus, ſcilicet mutationem, qua acquiratur in inſtãti propria pars alicuius gradus, quòd ſimul poſſet inducere omnem æqualem etiam in infinitum à parte poſt: ſed tunc non ſequitur, quòd producat infinitum intenſiuè, vt ſupra patuit, quia tantum produceretur vnus gradus intenſiuè, qui eſſet diuiſibilis in infinitas partes.

Gratia non eſt intenſibilis in infinitum.

¶Ad ſecundum dico, ꝙ ſi gratia eſſet intenſibilis in infinitũ, ꝙ Deus ſimul poſſet producere, ſed non eſt intenſibilis in infinitũ, vt probat Doc. in 3. di. 13.

¶Ad tertium negatur, ꝙ ſi poſſit ſimul producere plures volitiones de eodem obiecto, ratio eſt, qa volitio tantum habet eſſe, vt continuatur ab eadem voluntate, & ſic in continuo fieri, vt patet à Doct. in primo, diſt. 3. q. vlt. & in quolib. q. 13. ideo ipſa volũtas tantum continuaret vnam de eodem obiecto, & ipſa manente alia non poſſet cauſari, ſed ipſa poſſet intendi. Et ſi poteſt produci prima pars alicuius gradus volitionis in inſtanti, & quælibet ei ęqualis, & dic vt dictum eſt ad primum.

¶Ad quartum dico ſimiliter, vt dixi ad tertium.

¶Ad quintum dico, ꝙ bene ſequitur de inſtanti, ſed non de tempore, quia pro inſtanti habet paſſum perfectè approximatum: paſſum enim nõ eſt perfectè approximatum agenti naturali, niſi ſm punctũ, vt patet à Doc. q. 9. ideo ſi poteſt in eodẽ paſſo producere primam partem alterationis, & quãlibet ſibi ęqualem poterit producere, cum ſit agẽs ęqualis virtutis, & ęquè approximatum paſſo. Sed quando producit aliquam partem in tpe, & per conſequens ſucceſſiuè non ſequitur, ꝙ ſimul in eodem tempore poſſit aliã producere, qa ex quo cõtinuo ſucceſſiuè acquiritur, ſi vna pars acquirit præcise in tanto tpe, pars ſequens ęqualis ab illo agente nõ poteſt ſimul in eodem tempore produci, ſed bene in ęquali tpe. Si enim ſecunda pars induceretur in eodẽ præcisè tempore, & eodem ſimpliciter motu; ſequitur, ꝙ illa ſecunda pars nõ acquiritur ſucceſſiuè poſt primã partẽ, ꝙ tamen requiritur. Sit ergo ignis virtutis, vt quattuor, & habeat paſſum approximatũ, ſi poteſt producere calorem, vel aliquam partem in tempore vnius horæ, partem ęqualem, ſequentem poteſt producere in ęquali tempore, ſed nõ præcisè in eodem tempore. quia tunc illa ſecunda pars nõ acquireretur ſucceſſiuè poſt primam partem, quæ ponit primæ parti ſuccedi, & ſi eſſet agens virtutis vt octo poſſet producere illam primam partẽ in duplo minori tpe, ſed non eſt ſic, quando producit primam partẽ in inſtanti, quia tunc vna non habet ſuccedere alteri, ſed ſic in inſtãti produceret primam, ita poſſet quamlibet æqualem illi primæ ſimul in eodem inſtanti producere.

¶Et per hoc patet reſpõſio ad ſextum, ꝙ nõ poteſt ceſſare motus in principio ipſius, cũ neceſſariò acquirat ſemper ſucceſſiuè vnam partem poſt aliam.

¶Ad ſeptimũ dico, ꝙ graue, nec pertranſiret medium in eodem tempore, quo pertranſit aliquam primam partem, quia ille trãſitus, ex quo eſſet ſucceſſiuus, neceſſariò tranſiret vnam partem poſt aliã, bene poſſet ſecundam partem ęqualem primæ pertranſire in ęquali tempore, & dic vt ſupra ad quintum argumẽtum. Dico ſecundo, ꝙ in eodem tempore, quo habet aliquam primam partem, tamẽ diuiſibilem in infinitum non habet ſecundam ęqualem primæ: & ideo non ſequitur, quòd in eodem tempore poſſit pertranſire ſecundam.

¶Ad octauum de angelo dico, ꝙ ſi in eodem inſtãti haberet aliud ſpacium æquè ſibi ꝓpinquum, ſicut primam partem ſpacij, ꝙ poſſet ſimul in eodẽ inſtanti pertranſire illud. Sed quando angelus eſt in aliquo loco, ꝙ habet ſpaciũ puta vnius miliaris perfectè propinquũ virtuti ſuæ, vt poſſit illud in inſtãti pertranſire, in eodem inſtanti non habet ſpacium ſequens propinquum perfectæ virtuti angeli, cum ipſe angelus ſit virtutis finitæ, & limitatæ, ideo aliquod magnum ſpacium poterit ei facere reſiſtentiam, vt patet à Doct. q. 9. diſt. 2. ſecundi.

¶Et per hoc patet reſponſio ad nonum, & decimum argumentum.

Quomodo Angelus nõ poteſt eſſe in duobus locis adæquatis.

¶Ad vndecimum dico, ꝙ ſimul non poteſt eſſe, nec in duobus locis adæquatis, vt ſupra dixi, ſed qñ in inſtanti ſit in vno loco, in eodem inſtanti deſinit eſſe in priori loco, vt ſupra expoſui. Et cum dicitur, ꝙ ſi in inſtanti poteſt eſſe in loco pedali, ꝙ in eodem poteſt eſſe in ęquali, dictum eſt, ꝙ poſito, quòd in inſtanti poſſit eſſe in alio ęquali, quòd etiam in eodem recederet à primo. Dico etiam, ꝙ in eodem inſtanti non poſſet eſſe in quocunque æquali, quia nõ quodcunque æquale erit ei æquè proximum.

¶Ad duodecimum dico, ſicut dixi ad octauum, & nonũ, quia non quælibet diſtantia æqualis primæ eſſet ſibi æquè propinqua, & proxima.

¶Ad tertiumdecimum dico, vt dixi ad tertiũ de voluntate: illud enim obiectum quandiu eſſet præſens intellectui in ratione obiecti actu intelligibilis tantum continuaret primam intellectionem.

Contra tertiam.

CONTRA tertiam arguitur probando, ꝙ eſſet verè motus; & præſuppono, ꝙ alteratio inducatur in ſpacio vnius horæ, & ꝙ prima pars inducatur in inſtanti, & ſecunda in alio inſtanti ſequente tempus intermediũ ad primũ inſtãs, & ſic deinceps quouſq; inducatur totus calor, ſm quẽ eſt alteratio. Arguo primò ſic tota iſta alteratio menſuratẽ tpe vnius horæ: ergo eſt verè motus, quia tempus nõ eſt ſine motu, cum tempus ſit paſſio motus, vt patet 4. phyſic.

¶Secundò. Alterabile a. verè alteratur, & non in inſtanti: ergo in tempore, ſed quod alteratur in tempore verè mouetur, vt patet.

¶Tertiò. Omnis forma, quæ ſucceſſiuè acquiritur, acquiritur verè per motum, ſed talis calor acquiritur ſucceſſiuè, patet, quia partibiliter patet, quia in alio, & alio inſtanti acquiritur alia, & alia pars.

Reſponſio. RESPONDEO ad primum, negatur, ꝙ menſuretur tempore, ſed alia & alia pars acquiritur præciſè in alio, & alio inſtanti: & cum dicitur acquiritur per horam. Dico primò, quòd tempus menſurans quietem nõ eſt propriè tẽpus actuale, vt patet in d.2.ſecũdi à Doc. Dico ſecũdò poſito, ꝙ ſit tps actuale ſunt ibi plura tpa, quia inſtantia illa, quibus acquiritur alia, & alia pars nõ pertinent ad illa tẽpora, non enim continuant tempus quietis, quia illis inſtantibus tantum menſurantur mutata eſſe. Dico vltra, quòd etiam poſito, quòd pertinerent ad tempus horæ menſurans quietem, quòd nec in toto illo tempore, nec in aliqua parte temporis illius eſt aliqua alteratio, vt patet, quia illa tantum in inſtanti acquiritur, & per conſequens illud tempus nullo modo menſurat illam alterationem.

¶Ad ſecundum dico, quòd tantum alteratur in alio & alio inſtanti, quia in alio, & alio inſtanti acquiritur alia, & alia pars, ſecundum quas dicitur alterari in alio & alio inſtãti, ſed in temporibus intermediis nullo modo alteratur, cum nihil formæ tunc acquiratur.

¶Ad tertium dico, quòd non acquiritur ſucceſſiuè, & cum dicitur, quòd acquiritur partibiliter. Cõcedo ergo ſucceſſiuè negatur, quia in ſucceſſione partes, ſecundum quas eſt ſucceſſio continuatur ſecundum aliud, & aliud indiuiſibile, vt expoſui in iſto ſecundo, diſt.2.q.1. & 4. hic autem nulla eſſet talis continuatio, vt patet intuenti.

Cõtra quartum quid ſit mutari. CONTRA quartam quæ talis eſt. Mutari eſt aliqd aliter ſe habere nunc indiuiſibiliter, quàm prius ſe habuerit diuiſibiliter arguitur. Primò ſic, in illo vltimo inſtanti mobile quieſcit: ergo nõ mutatur, patet, quia quies opponitur motui, antecedens patet à Doct. diſt.2.q.9. iſtius ſecundi. vbi vult, ꝙ illud dicatur inſtans immutationis, ſiuè quietis.

¶Secundò ſic. In illo inſtanti indiuiſibili mobile nihil acquirit: ergo non mutatur: conſequentia patet, quia mutari poſitiuè eſt aliquid acquirere, quod prius non habuit: antecedens patet, quia alteratio acquiritur tantum in tempore præcedente, illud inſtans patet, quia in illo inſtanti ceſſat tota alteratio.

¶Tertiò. Si in illo vltimo inſtanti aliquid formæ per alterationẽ acquiſibilis acquiritur: quæro quid ſit illud, aut eſt pars quanta, aut gradus diuiſibilis, de quo ſupra, & hoc non, quia acquiruntur diuiſibiliter, & ſic non in inſtanti.

¶Quartò. Si mutari eſt aliter ſe habere nunc indiuiſibiliter: ergo in quolibet inſtãti temporis quo fit motus mobile mutatur: & tunc quæro, vt prius quid acquiritur in quolibet mutato eſſe, aut diuiſibile, aut indiuiſibile, non primò, quia illud acquiritur per motum, & in tempore, nõ ſecundò, quia tunc mobile non diceretur mutari ſecundum puta calorem, quia tunc nec calor, nec pars caloris acquiritur, cum ſit verè diuiſibilis.

¶Quintò. Quia angelus de vno vbi ad aliud poteſt tranſire, ſic quòd verè mutatur, quia in illo inſtanti acquirit nouum vbi, quod prius non habuit, & tamen non ſe habuit prius diuiſibiliter, cum ille tranſitus tantum fuerit in inſtanti.

¶Sextò arguitur, & pono caſum, quòd a. moueatur ad albedinem per horam, & in vltimo inſtanti illius horæ per diuinam potentiam albedo anihiletur & inducatur nigredo, patet quòd a. in toto tempore mutatur, quia habet albedinem, quam prius non habuit, & tamen non ſe habet nunc indiuiſibiliter reſpectu albedinis per motum acquiſitæ, patet quia in vltimo inſtanti illius horæ deſinit eſſe ſub albedine.

¶Septimò arguitur. Quia ſi oportet a. diuiſibiliter ſe habere prius: ſequitur, quòd materia non mutaretur ab vna forma ſubſtãtiali ad aliam, quod eſt contra philoſophum in pluribus locis, quòd autem ſequeretur, patet, quia forma ſubſtantialis acquiritur in inſtanti, & in parte præcedenti non fuit ſub forma.

¶Octauò arguitur, quia mobile puta a. ſicut in qualibet parte motus habet eſſe diuiſibiliter, quia quælibet pars eſt diuiſibilis, & diuiſibiliter acquiritur, ita in quolibet mutato eſſe habet eſſe indiuiſibiliter: ergo non videtur verum, quòd mutari eſt aliter ſe habere nunc indiuiſibiliter, quàm prius ſe habuit diuiſibiliter, cum in toto tempore præcedẽti ita habeat eſſe indiuiſibiliter, quia in quolibet mutato eſſe ſicut & diuiſibiliter, vt in qualibet parte motus.

¶Nonò arguitur. Sequeretur, quòd alicuius ſucceſſiui daretur primum inſtans ſui eſſe, patet, quia in vltimo inſtanti verum eſſet dicere mobile in iſto inſtãti vltimo eſt calidum, & in toto tempore præcedenti non fuit calidum, qui tamen calor ſucceſſiue acquiritur, patet quia per motum: ergo concluſio illa non eſt vera.

¶Decimò arguitur de diuiſibilitate, aut enim accipitur iſta diuiſibilitas ex parte formæ acquiſibilis, ſiuè formæ fluentis, aut accipitur pro ipſo fluxu formaliter accepto. Hæc diſtinctio patet à Doctore in pluribus locis. Si primò, contra, quia tota illa forma eſt immobilis in vltimo inſtanti, & ſic in illo inſtanti non ſe haberet indiuiſibiliter. Si ſecundò, contra, quia talis fluxus, cum ſit reſpectus partis prioris ad partem poſteriorem erit ſimpliciter indiuiſibilis: nulla enim relatio eſt diuiſibilis in plures partes, vt patet. Tum etiam quia quælibet relatio oritur in inſtanti, ſcilicet poſitis fundamento & termino, & ſic non acquiritur diuiſibiliter, & per conſequens in toto tempore præcedente, ita mobile ſe haberet indiuiſibiliter, ſicut in vltimo inſtanti illius temporis. *Diuiſibilitas duobus modis ſumi poteſt.*

¶Vndecimò arguitur, quia ſi mutari eſſet, &c. Tunc Doctor ſibi contradiceret in pluribus locis, vbi vult, quòd ſit verè mutatio, licet non ſe habuerit ſubiectum diuiſibiliter prius, patet, quia in primo diſt.39. dicit & alibi, quòd tranſitus de contradictorio in contradictorium ſemper eſt cum mutatione, qui tamen tranſitus multoriens fit in inſtãti. Dicit etiam in quarto, diſtinc.10. quòd corpus Chriſti verè mutatur, loquẽdo de mutatione, quæ eſt ad alterum, quãdo acquirit nouam præſentiam in euchariſtia, quàm tamen acquirit in inſtanti, vt vult Doctor in quarto, diſtin.7. quòd in vltimo inſtanti prolationis verborum fit corpus Chriſti in euchariſtia, & multa alia dicit in diuerſis locis, vbi expreſsè concedit veram mutationem, vbi ſubiectũ tantum aliter ſe habet nunc indiuiſibiliter, & nullo modo prius ſe habuit diuiſibiliter. *An corpus Chriſti mutetur.*

¶Duodecimò arguitur. Quia ſequeretur, quòd forma, quæ per motum acquiritur, verè mutaretur, quod eſt contra Doctores, qui vult, quòd tantum ſubiectum mutetur, vt patet in ſecundo, diſtinctio.2. quæſt.4. & in quarto, diſtinct.11. probatur conſequentia, quia illa forma in tempore præcedenti habet eſſe ſucceſſiuum, & diuiſibile, quia in motu, & in tempore, & in vltimo inſtanti habet eſſe

eſſe indiuiſibiliter, quia præciſè in mutato eſſe & in inſtanti, vt patet.

RESPONDEO ad primum, & dico, quòd quies propriè tantum opponitur motui, & ideo ſicut motus menſuratur tempore, ita & quies, & ideo in vltimo inſtanti terminante motum mobile non quieſcit, tamen illud vltimum inſtans dicitur inſtans quietis, quia in illo inſtanti terminatur motus, & mobile non mouetur, & ſic datur primum inſtans quietis, cum dicitur, ſi quieſcit: ergo non mutatur. Dico, quòd tantum debet inferri: ergo nõ mouetur, quia motus propriè opponitur quieti, vt dixi, ſed non ſequitur de mutari.

¶Ad ſecundum dico primò, quòd in illo vltimo inſtanti acquirit aliquem gradum formæ, ſecundũ quam fit intenſio, licet ille gradus ſit diuiſibilis ſecundum aliquos, vel indiuiſibilis, & ꝙ talis gradus acquiratur, patet per Doct. quæſt. 9. de motibus intenſionis, & remiſſionis concurrentibus, vbi dicit, ꝙ in aliquo vltimo inſtanti inducitur gradus incõpoſſibilis, &c. Secundò poteſt dici, ꝙ in toto tempore præcedente illud inſtans ſemper forma eſt in fieri, & ſucceſſiuè per motum acquiritur, & in vltimo inſtanti ipſa eſt completè in facto eſſe, ita ꝙ in tempore præcedenti non poteſt dici calidum, nunc eſt, ſed continuè fit, & in vltimo inſtanti verum eſt dicere calidum, nunc eſt, non ꝙ in illo inſtanti aliquid caloris inducatur, ſed totus in tempore præcedenti inducitur, ſed quia in tempore præcedenti ſemper eſt in continuo fieri, & per motum cõtinuè acquiritur, patet, quia in toto illo tempore mobile verè mouetur ad calorem, ideo non poteſt dici in aliqua parte illius temporis calidum eſt, ſed calidũ continuè fit, primus tamẽ modus videtur rationabilior, ſcilicet quòd in illo vltimo inſtanti aliquid formæ acquiratur. Suſtinendo tamen ſecundum modum dicendi, cum dicitur, non mutatur poſitiuè, niſi acquirendo aliquid. Dico, quòd in illo inſtanti dicitur præciſè mutari poſitiuè ad calorem, quia in illo inſtanti perfectè calidum eſt, ita quòd non eſt amplius in continuo fieri, ſed in facto eſſe, & propriè in illo inſtanti verum eſt dicere calidum eſt, & immediatè ante hoc non fuit, quia erat in fieri.

¶Ad tertium patet ex ſupradictis.

¶Ad quartum poteſt reſponderi ſicut ad ſecundum. ſ. quòd in quolibet inſtãti acquiritur aliquid formę, & cum dicitur, aut eſt diuiſibile, aut indiuiſibile, poteſt dari vtrũque, cum dicitur, ꝙ diuiſibile acquiritur tãtum per motum. negatur, patet quãdo in vltimo inſtanti inducitur gradus formæ incompoſſibilis formæ corrumpendæ. Si teneatur quòd ſit indiuiſibilis, patet quòd mobile diceretur mutari ſecundum gradum caloris indiuiſibilem. Secundò tenendo ſecundum modum dicendi diceretur, ꝙ in tempore pcedenti inſtans aliquid formæ acquireretur, ſic quòd in illo etiã paruo tempore eſſet in fieri, & in inſtanti immediatè ſequenti eſſet in facto eſſe, patet quia ſi per tempus immediatè ſequens non intenderetur amplius forma, illa pars formę eſſet in illo inſtanti in facto eſſe.

Angelus nõ mutatur. ¶Ad quintum dico, quòd licet angelus tranſeat in inſtanti & acquirat nouum vbi, tamen nõ dicitur propriè mutari, quia mutari propriè eſt terminus immediatus alicuius motus, licet ergo ſit ibi mutatio, tamen non dicitur propriè mutatio, quia vt ſupra expoſui mutatio, propriè terminat immediatè aliquem motum.

¶Ad ſextum dico, quòd poſito tali caſu mobile non diceretur mutari propriè, quia non in aliquo indiuiſibili. Dico ſecundò, quòd eſt impoſſibile, ꝙ detur præciſè aliquis motus, & quòd non terminetur ad aliquod mutatum eſſe ſicut non poſſet dari aliquod tempus ſine inſtanti terminante.

¶Ad ſeptimum concedo, quòd materia non propriè mutaretur, vt patuit ſupra reſpondendo ad quintum argumentum.

¶Ad octauum facilis eſt reſponſio, quia in vltimo inſtanti dicitur propriè mutari, quia in illo terminatur totus motus, ita quòd poſt illum non ſequitur aliqua pars motus in alijs, aut præcedentibus ſemper poſt vnum inſtans immediatè ſequitur motus. Et vltra dico, quòd licet in omnibus illis inſtãtibus ſemper mobile ſe habeat indiuiſibiliter, quia tamen inter illa inſtantia, ſiuè mutata eſſe ſemper ſe habet diuiſibiliter, ideo dicimus quòd in vltimo inſtanti ſe habet indiuiſibiliter, & in toto tempore, & in qualibet parte temporis præcedentis ſe habuit diuiſibiliter, & ſucceſſiuè.

¶Ad nonum dico, ꝙ licet forma acquiſita per motum in vltimo inſtãti habeat primum eſſe, quia in illo verè eſt, & in illo ceſſat omnis motus, tamen reſpectu motus non poteſt dari primum ſui eſſe, quia in nullo inſtanti verum eſt dicere motus eſt, cum neceſſariò ſit in tempore.

¶Ad decimum dico breuiter. ꝙ iſta diuiſibilitas accipitur ex parte motus, quia quælibet pars ſemper diuiſibiliter acquiritur, accipitur etiam ex parte formæ non abſolutè, ſed pro quanto ſucceſſiuè, & diuiſibiliter acquiritur, ita quòd in toto tempore præcedenti ſemper diuiſibiliter acquiritur, ita ꝙ ſemper vna pars poſt aliam, ſed in vltimo inſtanti habet eſſe acquiſitum, licet enim ſit in ſe diuiſibilis, non tamen in illo inſtanti dicitur diuiſibiliter acquiri.

¶Ad vndecimum dico, quòd non contradicit ſibi, & concedo, ꝙ in pluribus locis concedat mutationem eo modo, quo argutum eſt ibi, tamen diceret, quòd non eſſet mutatio propriè dicta, cum mutatio propriè dicta ſit ſemper terminus alicuius motus, vt ipſe exponit in ſecundo, diſtin. ſecunda, quæſtio. quarta.

¶Ad duodecimum dico, ꝙ mutari propriè eſt reſpectu ſubiecti, quod in tempore præcedenti habet eſſe ſub forma ſemper diuiſibiliter, & ſucceſſiuè, ita ꝙ acquiritur ſibi alia & alia pars, & in vltimo inſtanti indiuiſibiliter, quia præciſè ſub forma in eſſe quieto, & ſic dicitur aliquid propriè mutari, quando in aliquo tempore acquirit formam ſucceſſiuè, & in vltimo inſtanti illius habet formam in eſſe facto, & non in fieri. *Quid ſit mutari propriè.*

QVINTA concluſio eſt iſta. Nulla pars mobilis eſt ęquè propinqua agenti, ſed pars propinquior alteri parti in infinitũ, ſed ſolus punctus mobilis eſt ſe toto immediatus agenti. Iſta concluſio habet plures partes, contra quas arguam, & primò contra primam partem, ſcilicet quæ talis eſt nulla pars mobilis eſt ęquè propinqua agenti, & primò arguo ſic: quia angelus poteſt in inſtanti mouere aliquod corpus: ergo omnes partes illius ſunt ęquè propinquæ: antecedens patet, quia in inſtãti poteſt ſeipſum mouere de loco ad locũ, vt ſupra patuit: ergo & aliud corpus, cum non videatur maior ratio, & hoc patet à Doctore in quarto, diſtin. 49. de agilitate corporum, conſequentia patet, quia ſi omnes partes mobiles non eſſent æquè propinquæ angelo mouenti, non poſſet illud mouere in inſtanti. *Contra quintam.*

¶Secũdò arguitur, quia ſi nulla eſt æquè propinqua, ſequitur, ꝙ agens nullo modo poſſet mouere mobile, patet, quia ſi nulla pars ipſius eſt ęquè propinqua, nullo modo erit motus illius mobilis, oportet enim agens per contactum habere mobile præſens, vel ſecundum ſe totum, vel ſecũdum aliquam partem, quæ ipſi mouẽti ſit immediatè propinqua.

¶Tertiò

¶Tertiò arguitur ſic, ſi punctus eſt ſe toto immediatus agenti: ergo aliqua pars ipſius mobilis erit æquè immediata, patet conſequentia, quia cũ agens habeat punctum mobilis æquè immediatũ, ſequitur quòd poſt punctum habebit partem mobilis æquè immediatam, quia illa pars eſt immediata puncto: non enim punctus eſt immediatus puncto.

¶Quartò arguitur, quia ſi ſic eſſet, ſequeretur ꝙ ignis approximatus calefactibili nunquã poſset calefacere illud, patet quia ſi aliqua pars nõ eſſet primò immediatè propinqua igni nõ poſſet calefieri: immo ſequitur vltra, quòd nulla pars calefactibilis poſſet immediatè calefieri, ſi nulla ſit æquè immediata.

¶Quintò. Sequitur ergo, quòd ſi nulla pars mobilis puta calefactibilis ſit immediata agenti, ſiuè calefacienti, quòd pars diſtans eſſet æquè calefactibilis ſicut pars propinqua, patet conſequentia per te, quia nulla pars eſt æquè propinqua, ſiuè immediata.

¶Sextò arguitur de agente per contactum corporalem, quòd habeat aliquam partem mobilis æquè immediatam. Et pono caſum, quòd ignis pedalis ſit præſens parti pedali, puta aeris vel ligni, & tangat illam & nullũ ſit impedimẽtum, nec ex parte ignis, nec ex parte aeris vel ligni, tunc ſequitur, ꝙ immediatè calefaciat partem illam pedalem, & ſic aliqua pars ipſius calefactibilis ſit æquè immediata igni calefacienti.

¶Septimò arguitur de agente per contactum tantum virtualẽ. & primò de ſole, qui habet omnes partes aeris illuminabilis, æquè propinquas, & immediatas, aliter nõ illuminaret totum aerem in inſtanti, patet etiam de multis aliis agentibus per cõtactum merè virtualem, de quibus non oportet diſcurrere.

¶Octauò arguitur, quia idem videtur ſequi de angelo, qui mouet ſe ſuper aliquo ſpacio, qui ſi nõ habet partem ſpacij æquè immediatam, quòd ęquè primo trãſibit totum ſpacium, vel nullo modo poterit illud tranſire, ſi non habet aliquam partem æquè propinquam.

¶Nonò arguitur ſic agens in aliquo tempore alterat partem mobilis: ergo habet aliquam partem ęquè immediatam, ſcilicet illam, quam immediatè alterat.

¶Decimò. Si agens non habet aliquam partem æquè immediatam in principio motus, ſequitur, quòd in toto motu nunquam habebit aliquam partem æquè immediatam, quod videtur falſum, conſequentia patet, quia non ſit magis præſens parti remotæ per motum, quàm parti propinquæ, quia vtrobique habet partem diuiſibilem in infinitas partes.

¶Vndecimò arguitur, quia aliquis motor corporalis æquè primo, & æquè immediatè tangit aliquam partem mobilis, & non tantum præciſè in puncto; ergo illa erit æquè immediata ipſi motori, ſicut & punctus: antecedens patet per experientiã, conſequentia ſimiliter patet, quia ideo punctus eſt immediatus motori, quia immediatè tangitur ab eo: ergo cum aliqua pars immediatè tangatur, ſequitur quod æque erit immediata ipſi motori.

¶Duodecimò arguitur ex dictis Doct. quia angelus poteſt eſſe æquè primò in aliquo ſpacio diuiſibili, vt in loco ſibi adæquato, vt patet à Doctore in ſecundo, diſtinctio. 2. quæſt. 6. vel ſeptima. ergo æquè primo eſt in omni parte, cum ſit ſimpliciter indiuiſibilis: ergo æquè immediatè videtur, quòd poſſit mouere ſe per illud ſpacium, & per conſequẽs videtur, quòd omnes partes illius ſint ipſi angelo æquè propinquæ, & ſimiliter æquè immediatè.

Contra ſecundã partem arguitur.

CONTRA ſecundam partem arguitur, ꝙ a ſi pars eſſet ſemper propinquior alteri parti in infinitum, ſequerentur multa inconuenientia. primò, ꝙ mouens lapidem nõ poſſet incipere motum, niſi actu moueret partes infinitas, patet, quia ſi mouet prius partem propinquã: & iſta datur ſemper pars propinquior in infinitum: ergo non poteſt illam propinquam mouere, niſi moueat ſemper actu infinitas partes: immò ſequitur, quòd in quacunque minima parte motus ſemper moueat partes infinitas etiam in infinitum, quod videtur impoſſibile.

¶Secundò ſequitur, ꝙ angelus ſit applicatus primo mobili punctualiter, ꝙ non poſſit incipere mouere partem cœli, quin ſimul moueat ſecundum partes actu infinitas, cum in infinitum vna ſit propinquior alteri ſecundum concluſionem.

¶Tertiò ſequitur, quòd mouens lapidem nõ poterit ipſum mouere ſecundum vltimam partem, patet, quia quacunque data ſemper habet propinquiorem in infinitum.

¶Quartò ſequitur, ꝙ igitur habens calefactibile perfectè præſens & diſpoſitum, ꝙ non poſſit ipſum ſecundum aliquam partem immediatè calefacere, niſi ſimul calefaciat infinitas partes, patet, quia ſemper propinquiorem calefacit, ſed ſemper in infinitum alia eſt propinquior alteri.

¶Quintò pono caſum, ꝙ ignis ſit adæquatè pręſens ligno pedali, tunc ſequitur, ꝙ ſimul poteſt omnes illas partes calefacere: ergo vna non erit propinquior altera, quia tunc ſimul non calefieret, & æquè primo, vt patet.

¶Sextò ſequeretur, ꝙ Deus nõ poſſet æquè primò, & æquè immediatè mouere lapidem, patet quia propinquior prius mouetur.

¶Septimò ſequitur, ꝙ Deus non poſſet ęquè primò calefacere aliquod lignũ, quia oporteret prius calefacere partem propinquiorem, & pars ſemper eſt propinquior alia in infinitum.

¶Octauò ſequitur, ꝙ ſol nõ poſſet ſimul illuminare aerem, quando aſcendit ad hemiſperium noſtrum, quia neceſſariò prius illuminaret partem propinquiorem in infinitum.

¶Nonò ſequitur, ꝙ agens non poſſit aliquandò habere partem perfectè propinquam, patet, quia vna eſt propinquior altera in infinitum, & ſic quacunque data ſemper eſt alia propinquior, & ſic nũquam poſſet aſſignari aliqua pars perfectè propinqua.

¶Decimò ſequitur, ꝙ idem graue non poſſet ſeipſum mouere ſecundum omnem partem, & hoc ſimul, quia nulla pars eſſet ei propinqua, ſed vna propinquior altera in infinitũ, conſequens eſt contra Doct. in ſecundo, diſt. 2. q. 10.

¶Vndecimò ſequitur, ꝙ angelus nõ poſſet ſimul tranſire aliquod ſpacium, quia neceſſariò tranſiret partem propinquiorem prius, immò partem propinquiorem in infinitum: conſequens eſt contra Doct. in ſecundo, diſt. 2. q. 11. & 12.

¶Duodecimò ſequitur (tenendo, ꝙ gradus intẽſionis ſit diuiſibilis in infinitum) ꝙ agens nõ poſſet ſimul inducere in paſſum aliquem vnum gradum, puta caloris, quia prius induceret propinquiorem in infinitum.

Contra tertiã partem.

CONTRA tertiam partem arguo probando, quòd ſolus punctus non ſit immediatus agenti. Primò ſic. Pono caſum, quòd a. ſit mouens b. puta lapidem, & per te ſolus punctus lapidi eſt immediatè propinquus. a. ergo incipit mouere primò lapidem ſecundum punctum: & tunc quæro, aut in tempore, aut in inſtanti, non primò, quia ex quo habet

habet paſſum perfectæ pręſens ſecundum punctũ: ſequitur, quòd non in tempore moueat, vt patet per rationem Doct.q.illa.9. vbi probat, quòd non poſſit dari prima mutatio. Tũ quia ſi moueretur in tempore, ibi eſſet ſucceſſio, & hoc non, quia punctus eſt ſimpliciter indiuiſibilis, non ſecundo, q̃a motus non fit in inſtanti.

¶ Secundò arguitur, quia ſequeretur, quòd nũquam graue poſſet moueri ab aliquo agente ſecũdum aliquam partem ; patet, quia ſolus punctus eſt immediatus agenti: ergo tantum ſecundum pũctum mouet, patet, quia tantum ſecundum illud mouet, quòd eſt ſibi immediatum & propinquũ, cum moueat ſecundum contactum.

¶ Tertiò arguitur, quia ſequitur, quòd in toto motu lapidis deorſum nunquam aliqua pars, quia ſequitur, quòd in toto motu lapidis deorſum nunquam aliqua pars moueatur, nec per conſequens ipſe lapis, patet, quia in toto motu tantum eſt immediatum alicui puncto modo vni, modo alteri, & ſic ille motus non videretur continuus.

¶ Quartò arguitur, quia ſequitur, ꝙ intelligentia applicata orbi habet tãtum orbem perfectè, & immediatè propinquum ſecundum aliquem punctũ, & ſic ſequitur, quòd motus orbis ſemper incipiat à puncto, & ſic orbis diceretur præciſè moueri ſecũdum aliud, & aliud punctum, cum ſecundum pũctũ tãtum ſit immediatus, & perfectè propinquus orbi, quod eſt inconueniens.

¶ Quintò arguitur, quia ſequitur, quòd alteratio, puta calefactio ligni primò, & immediatè incipiat à puncto, ita quòd lignum primò, & præciſè fiat calidum in puncto, & ſic talis calefactio, ſiuè alteratio fiet in inſtanti, vt ſupra patuit, quod eſt inconueniens.

¶ Sextò arguitur, quia ſequitur, quòd lignum tãtum alteraretur ſecũdum aliud, & aliud punctum, & ſic tantum fieret calidum ſecundũ aliud, & aliud punctum, & nunquam aliqua pars eſſet calefacta, cuius oppoſitum videmus, & quòd hoc ſequatur, patet, quia lignum nũquam eſt immediatè propinquum calefacienti, niſi ſecundum punctum.

¶ Septimò arguitur, quia ſequitur, ꝙ ſit impoſſibile ignem poſſe calefacere, nec aliquod totum calefactibile, nec aliquam eius partem, patet, quia cũ ſit agens de neceſſitate, & tota virtute ſemper prius calefaciet propinquius, & immediatius calefactibile, & quia in tota alteratione ſemper habet calefactibile immediatè propinquum ſecundum punctũ aliud, & aliud: neceſſariò ſequitur, quòd nulla pars poterit calefieri.

¶ Octauò arguitur, quia ſequitur, ꝙ punctus calefactibilis calefiat intenſiuè quantum intendi poteſt à tali agente, antequam aliqua pars calefactibilis aliquo modo calefiat, quod eſt inconueniens. Probatur ſequela, quia ex quo habet calefactibile perfectiſſimè præſens tantum ſecũdum punctum : ergo in illo puncto producet calorem perfectiſſimum, quem poteſt producere, cum ſit agens naturale, & per modum naturæ.

¶ Nonò arguitur, quia ſequitur, ꝙ nulla alteratio poſſit eſſe continua, patet per præmiſſa, ſcilicet q̃a alterabile continuè alteraretur ſecundum aliud, & aliud punctum, & non ſecundum aliam, & aliam partem, modo inter indiuiſibilia non poteſt eſſe cõtinuatio, vt expoſui in ſecundo, diſt.2.q.1.

¶ Decimò arguitur, quia ſequitur, ꝙ nullum mobile poterit pertranſire aliquod ſpacium, niſi tantum punctualiter, patet, quia primò tranſijt, quod eſt immediatè propinquum, ſed nulla pars ſpacij eſt immediatè propinqua, ſed ſolus punctus, vt patet per Doct. & ſic nullum mobile poterit moueri ſuper aliquo ſpacio motu continuo, & locali, quod eſt abſurdum.

¶ Vndecimò arguitur. Pono caſum, quòd ignis ſit præſens ligno calefactibili, & primò, & immediatè lignum ſit præſens punctualiter, tunc ſic primò punctus calefiet. Quæro quid calefiet immediatè poſt punctum, aut aliud punctum, aut aliqua pars ligni, non primo. Tum quia ſicut primum punctum calefit in inſtanti, ita & ſecundum, & ita tota calefactio eſſet compoſita tantum ex mutatis eſſe. Tum quia ſi punctum ſecundum calefit, aut illud eſt immediatum primo puncto, aut mediatum, non primo, quia punctum non eſt immediatum puncto, non ſecundo, quia quæro quomodo ignis fiat præſens ſecũdo puncto, quin fiat præſens partibus intermediis, & ſic prius habebit partem intermediam immediatè pręſentem, quod eſt contra Doct.

¶ Duodecimò ſequitur, ꝙ angelus nullo modo poſſit moueri motu contiuuo, quod eſt cõtra Doc. in illa q.9. probatur cõſequẽtia, quia ſemper immediatè habet ſpacium præciſè punctualiter præſens, & ſic ſemper tranſibit in puncto, &c.

Reſponſio. RESPONDEO, & prius præmitto quandam expoſitionem concluſionis, cum dicit Doct. quòd agenti nulla pars mobilis eſt immediatè propinqua, ſiue æquè propinqua, ſic intelligitur, quòd ex quo quælibet pars mobilis ſemper eſt diuiſibilis in infinitum, ideo non poteſt aſſignari aliqua pars propinqua, quin alia ſit propinquior propter ſui diuiſibilitatem, eſt tamen aliqua pars ſaltem ſecundum quantitatem ita propinqua agenti, ꝙ agẽs poteſt agere circa illam, illa tamen non eſt ſic propinqua, quin alia ſit propinquior, aliter illa pars non eſſet diuiſibilis in infinitas partes, quia verò pũctus eſt indiuiſibilis, ideo poteſt eſſe immediatus agenti, quia nõ habet partem, quæ poſſit eſſe immediatior, ideo ſe totus eſt immediatus agenti, & nulla pars eſt ſe tota immediata agenti, quia quacunque ſignata in infinitum, alia eſt propinquior, & immediatior.

¶ Hoc præmiſſo reſpondeo ſigillatim ad omnes rationes.

¶ Ad primam. Dico primò, quòd concluſio intelligit de mobili pro quanto mouetur motu proprio, & ſic nulla pars mobilis eſt immediatè propinqua agenti, ſiue mouenti, immò aſſignata quacunque, adhuc alia eſt immediatior, & ſic in infinitum. Dico ſecundò, ꝙ poſito, ꝙ lapis moueatur in inſtanti, negatur tamen, ꝙ omnes partes mobiles ſint æquè immediatè ipſi angelo mouenti, immò nulla pars eſt ſibi immediatè propinqua, quia aliqua data, adhuc alia eſt propinquior. Et cum dicitur, ꝙ ſi nõ ſint omnes æquè immediatè, & æquè propinquæ, quod non poterit moueri in inſtanti. Dico, ꝙ nulla eſt immediata, nec ſequitur non eſt immediatè propinqua : ergo non poteſt mouere: negatur iſta conſequentia, quia ad hoc vt moueat, non eſt neceſſe, quòd pars mobilis ſit immediatè propinqua, cum hoc ſit ſimpliciter impoſſibile, ſed ſufficit, quòd ſit propinqua eo modo, quo poteſt eſſe propinqua. Sufficit etiam, ꝙ pars ſecundum quantitatẽ ſit propinqua, ſed non de partibus proportionalibus, cum ille ſint infinitæ.

¶ Ad ſecundum negatur conſequentia, q̃a poteſt habere ſufficientem propinquitatẽ ad hoc, vt poſſit mouere, licet non habeat æquè immediatè propinquam propter cauſam ſuperius dictam, cum dicitur, quòd agit per contactum. Dico primò, quòd non eſt neceſſe agens tangere paſſum corporaliter, vt patet à Doctore in ſecundo, & in quarto. Dico ſecundò, ꝙ poſito, ꝙ tangat, adhuc non ſequitur,

quòd tangat aliquam partem immediatè propinquam, quia ſemper alia eſt propinquior: ſufficit enim, ꝙ ſuo modo tangat partem ſecundum quantitatem, quæ tamen pars non eſt immediatè propinqua propter ſui indiuiſibilitatem.

¶ Ad tertium concedo de puncto, ſed negatur de aliqua parte, cum dicitur, quòd poſt punctum habet immediatè partem mobilis, negatur cum dicitur, quòd inter punctum, & partem nihil mediat. Dico, quòd & ſi nihil mediet, tamen ſignata illa parte, quæ neceſſariò eſt inter duo puncta ſemper eſt diuiſibilis in infinitum, ideo agens non poteſt habere illam immediatè propinquã, vt ſupra dixi.

Partem diſtare poteſt intelligi dupliciter.

¶ Ad quartum negatur, ꝙ ignis non poſſet calefacere lignum, ſufficit enim, ꝙ lignum ſit ſuo modo propinquum, vt ſupra dixi.

¶ Ad quintum dico, quòd partem diſtare poteſt dupliciter intelligi. Primò vno modo ſecundum quantitatem; alio modo ſecũdum proportionem. primo modo poſſet pars diſtare, puta per palmũ, ꝙ non poſſet calefieri ab igne, ſecũdo modo aliqua pars poſſet eſſe propinqua, licet non immediatè propinqua, quòd tota poteſt calefieri, licet ſemper ſecũdum proportionem vna ſit propinquior alia, loquendo de partibus illius partis.

¶ Ad ſextum patet reſponſio ex ſupradictis. Cõcedo enim, quòd ignis poteſt habere aerem pedalẽ propinquum ſecundum quantitatem, puta ꝙ ignis pedalis tãgat aerem pedalem, ſed negatur, ꝙ aliqua pars illius aeris pedalis, vel ipſe aer pedalis ſit æquè immediatè propinqua igni pedali.

¶ Ad ſeptimũ negatur, quòd ſol habeat, nec omnem, nec aliquam partem æquè immediatè propinquam, immo ſimpliciter nullam.

¶ Ad octauum dico per idem, ꝙ angelus quando mouetur ſuper ſpacium nunquam habet aliquam partem ſic propinquam, quin ſemper habeat propinquiorem, quia, vt dixi, quacunque data, ſiue ſignata illa eſt diuiſibilis in infinitas partes.

¶ Ad nonum cõcedo, quòd habet illam partem, quam alterat propinquam propinquitate requiſita ad huiuſmodi alterationem, ſed nõ habet aliquam partem æquè immediatè propinquam.

¶ Ad decimum concedo, quòd agens in toto motu nũquam habet aliquam partem æquè immediatè propinquam, ſiuè ſe tota propinquã, quia quælibet pars eſt diuiſibilis in infinitum.

¶ Ad vndecimum, patet reſpõſio ex ſupradictis.

¶ Ad duodecimũ concedo, quòd angelus poteſt eſſe æquè primò in aliquo ſpacio, ſed poſtea negatur, quòd æquè primò poſſit eſſe in omni parte; quia nulla eſt ſibi æquè immediatè propinqua, ſiuè ſe tota propinqua. Dico etiam, quòd angelus dicitur eſſe in aliquo ſpacio adæquato, quia non poteſt eſſe in maiori, ſed poſtea non ſequitur, quòd aliqua pars ſpacij illius ſit ſe tota propinqua angelo propter ſui diuiſibilitatem.

Ad argumenta contra ſecundã partem.

A D argumenta contra ſecundam partem. Ad primum, & ſecundum concedo, quòd non poteſt incipere motum, niſi trãſeat infinitas partes, vt patet ex ſupradictis.

¶ Ad tertium dico, quòd ſicut mobilis non poteſt dari prima pars, ita nec vltima, quia quælibet eſt in infinitum diuiſibilis, nec motus terminatur ad aliquam partem vltimam, ſed tantum ad mutatum eſſe, nec ſimiliter quantitas terminatur ad aliquam partem, ſed tantum ad punctum.

¶ Ad quartum concedo, quòd actu calefacit infinitas partes, immò hoc eſt neceſſe ſi aliquam calefacit.

¶ Ad quintum dico, quòd poſito, quòd ſimul calefaciat omnes partes calefactbilis, non tamen ſequitur, quòd aliqua pars ſit ſe tota æquè immediatè propinqua, vt ſupra expoſui.

¶ Ad ſextum concedo, quòd Deus immediatè poteſt calefacere totum aerem, ſed poſtea nego, ꝙ aliqua eius pars ſit æquè immediatè, & ſe tota propinqua, quia ſemper eſt in infinitum diuiſibilis.

¶ Ad ſeptimum reſpondeo, ſicut ad quintum, & ſextum, & ſimiliter reſpondeo ad octauum.

¶ Ad nonũ dico, quòd partem eſſe perfectè propinquam agenti poteſt dupliciter intelligi. Primò, quòd ſit ſe tota æquè immediatè propinqua. Secundò, quòd ſit propinqua propinquitate ſufficiẽte ad pati, primo modo nulla pars eſt propinqua, ſed bene ſecundo modo.

¶ Ad decimum, vndecimum, & duodecimum, patet reſponſio ex ſupradictis.

Ad argumenta contra tertiam partem.

A D Argumenta contra tertiam partem. ¶ Ad primum dico poſito, quòd a. quieſcat in pũcto ſpacij in aliquo vltimo inſtanti alicuius tẽporis, & poſt incipit moueri: dico tunc, quòd ille motus ſit in tempore, quia immediatè poſt punctum trãſit partem ſpacij diuiſibilem in infinitum, nec incipit mouere lapidem ſecundum punctum, ſed ſecũdum partem. Et concedo, quòd in tempore immediato ad inſtans quietis recedit à puncto tranſeundo partem.

¶ Ad ſecundum negatur, quòd graue non poſſit moueri ab aliquo agente, & concedo, quòd graue non eſt ſe toto, nec ſecundum aliquam partẽ æquè propinquum agenti, ſed tantum ſecundum punctum, & tamen ipſum graue eſt ſufficienter propinquum agenti ad hoc, vt poſſit moueri, non enim ad poſſe moueri requiritur talis immediata appropinquitas, ſed talis qualis dicta eſt ſupra.

¶ Ad tertium patet reſponſio ex dictis ad ſecundum argumentum.

¶ Ad quartum concedo, quòd intelligẽtia habet tantum punctum ſe toto immediatè propinquum, ſed poſt negatur, quòd motus orbis incipiat ab illo puncto, quia tunc eſſet diuiſibilis punctus ad hoc, vt motus eſſet ſucceſſiuus, vt patet à Doctor. quæſtio. 9. ſed motus incipit ſuper partem ipſius mobilis.

¶ Ad quintum concedo, quòd immediatè lignũ ſit calidum in puncto, & concedo, quòd in inſtanti, & concedo, quòd alteratur in inſtanti, & immediatè poſt alteratur pars, & concedo, ꝙ pars ante partem in infinitum. Si dicatur, quòd tunc alterationis datur prima mutatio. Dico, quòd illud mutatum eſſe non pertineret ad motum immediatè ſequentem, vt expoſui in aliis concluſionibus.

¶ Ad ſextum dico, quòd alterarētur ſecundum aliam, & aliam partem in infinitum, & ſimiliter ſecundum aliud, & aliud punctum in infinitum, quia inter duo puncta eſſet pars diuiſibilis in infinitas partes.

¶ Ad ſeptimum dico, quòd haberet etiam partẽ ſufficienter propinquam, licet nõ ſe totam propinquam, & ita calefieret illa pars. Dico ſecundò, ꝙ non eſſet impoſſibile punctum prius intensè calefieri, & poſt pars, & ſic deinceps. Dico etiam, ꝙ pars calefacta immediatè poteſt calefacere partem propinquam.

¶ Ad octauum patet ſicut ad ſeptimum.

¶ Ad nonum dico, quòd illa alteratio eſſet verè continua, quia ſicut pars calefit, ita punctus continuans partem calefieret.

¶ Ad decimũ, vndecimum, & duodecimum, patet reſponſio ex ſupradictis.

Contra ſextam.

CONTRA ſextam quæ talis eſt. Nulla pars formæ, ſecũdum quam poteſt eſſe ſucceſſio in motu eſt inducibilis, ſed qualibet ante aliam.

¶ Contra

¶Contra primò, quia quælibet pars formæ, ſecundum quam eſt ſucceſſio in motu, realiter diſtinguitur ab alia, nec dependet in eſſe ab alia, & eſt entitas abſoluta: ergo poteſt induci ſine alia, puta agens poteſt producere aliquam partem formæ naturalis nulla alia prius producta, conſequentia patet, quia illa eſt producibilis, cum ſit ens naturale, & diſtincta realiter ab omni alia, & à nulla dependens.

¶Secundò arguitur quacunque parte formæ naturalis aſſignata illa realiter diſtinguitur ab omni alia parte, vt patet: ergo Deus poteſt eam conſeruare ſine omni alia, & ſi poteſt conſeruare ſine omni alia, poteſt etiam eam inducere in aliquo paſſo ſine omni alia parte, & ſic aliqua poteſt induci abſq; hoc, quòd alia prius inducatur, aliter illa dependeret ab illa priori.

¶Tertio pono, quòd Deus creet calorem in aliquo paſſo, certum eſt, quòd ſaltem prius natura creat partes integrantes illum calorem: ergo prius natura poteſt præcisè creare vnam partem, non creando aliam in infinitum, aliter ſequeretur, quòd cauſa prima in creando dependeret ab aliqua cauſa ſecunda, quod eſt irrationabile: ergo aliquam partem caloris poteſt inducere nulla alia prius inducta.

¶Quartò arguitur. Si aliqua pars, puta a. non poteſt ab aliquo agẽte immediatè induci, niſi prius alia inducta, aut hoc ideo eſt, quia illa dependet in eſſe à prius inducta, aut quia agens ex ſua natura non poteſt illam inducere, niſi prius inducat aliam, aut quia ad poſitionem illius neceſſariò ſequitur, quòd alia ſit prius poſita, iſta videtur ſufficiens diuiſio. Sed certum eſt, quòd illa non dependet ab alia priori, patet, quia nec in genere cauſæ materialis, cùm vna pars non ſit materia alterius, nec in genere cauſæ formalis, cum vna pars non ſit forma alterius, nec in genere cauſæ finalis, aut efficientis, vt patet. De ſecundo patet, quia agens ſicut poteſt in vnam partem, ita & in aliam cum ſint eiuſdẽ rationis, & ita vnam ſine alia poteſt inducere, vt etiam patet de partibus ſecundum quantitatem, quia poteſt inducere partem pedalem abſque hoc, quòd inducat cubitalem. De tertio etiam patet, quia ibi nulla eſt dependentia.

¶Quintò arguitur, quia ſi aliqua non poteſt induci, niſi prius alia inducta in infinitum, ſequitur, ꝙ nullum agens poterit producere aliquod quantum naturale, probatur, quia cauſa, etiam quando actu cauſat, eſt prior effectu, & partes ſemper ſunt natura priores toto, vt patet à Doct. iſta q.9. ergo agens prius natura producit partes infinitas, quàm producat totum, hoc autem videtur impoſſibile, quia infinita actu producere non poteſt.

¶Sextò arguitur ſupponendo, quòd partes ſint prius natura toto, tũc ſic agens prius natura producit partes quãti naturalis, aut ꝓducit illa vna actione tantum, aut alia, & alia actione, ita ꝙ vnam vna actione, & aliam alia actione. Si primò ſequitur, ꝙ vna actione attingit infinita producibilia, quorum quodlibet eſſet per ſe producibile, & propria actione, quia ſingulum eorum eſt ita ſingulare, ſicut & totum, vt patet à Doc. q.9. ſequitur etiam, quòd infinita ſingularia poſſunt ſimul eſſe in actu, quia, & actio illa poteſt ſimul eſſe in actu. Si ſecundo quæro, aut illæ actiones ſũt ſimul, aut vna eſt prior alia. Si primò, hoc nõ videtur, quia infinitæ actiones nõ videntur ſimul poſſe eſſe, vt patet. Tum etiam, quia ex quo vna non dependet ab alia, vt patet, ſequitur, quòd vna poſſit eſſe ſine alia, & ſic non neceſſariò omnes ſimul. Si ſecũdò habetur propoſitum, quia ſi vna actio prius terminatur ad vnam partẽ, quàm alia ad aliam partem, ſequitur, ꝙ illa actione vna pars poteſt induci, alia parte non prius inducta.

¶Septimò arguitur ſic ſupponendo, ꝙ quęlibet pars quanti naturalis ſit ita ſuppoſitum, ſicut & totum quantum naturale, hoc patet à Doc. vbi ſupra. Secundò ſuppono, quòd quodlibet tale ſit ita per ſe producibile, ſicut & totum, hoc ſequitur ex primo ꝑſuppoſito. Tertiò præſuppono, quòd productio vnius ſuppoſiti puta ignis non neceſſariò dependet à productione alterius ſuppoſiti, quia nec ſuppoſitum aliquomodo dependet ab alio ſuppoſito eiuſdem rationis. Hijs præſuppoſitis patet intentum, quòd quælibet pars eſt per ſe inducibilis, & producibilis abſque alia.

¶Octauò arguit ſic, intellectus diuinus ab ęterno diſtinctè cognouit omnes partes quanti, vt patet à Doct. in primo, diſt.2. & diſtinctè cognouit, ꝙ quælibet pars eſſet verè ſingulare abſolutum, & ab æterno omnes illæ partes fuerunt perfectè præſentes voluntati diuinæ, ergo voluntas diuina ab ęterno potuit velle præcisè vnam partem induci in paſſo abſque inductione alterius partis, patet, quia volitio vnius partis nullo modo dependet à volitione alterius.

¶Nonò arguitur per argumẽtum à minori, quia minus videtur, ꝙ punctus quanti naturalis poſſit immediatè induci, nullo alio pũcto prius inducto, quàm aliqua pars quanti naturalis, patet, quia punctus eſt minoris entitatis. Tum etiam, quia punctus non poteſt per ſe exiſtere, pars autem ſic, vt patet à Doct. quæſtio.9. ſed punctus inducitur nullo alio prius inducto, patet, quia quantum naturale neceſſariò habet duo puncta vt extrema, ante quæ non eſt aliud: ergo à fortiori poteſt induci vna pars abſque alia. *An punctus poſſit per ſe exiſtere.*

¶Decimò arguitur, quia ſequitur, quòd eſſet aliquod ens abſolutum per ſe producibile, & creabile, & natum per ſe exiſtere, quod tamen à nullo agente poſſet per ſe produci, quod videtur ſimpliciter inconueniens, modo quælibet pars, puta aquæ eſt verè per ſe producibilis, & nata per ſe exiſtere, vt ſupra patuit: ergo &c.

¶Vndecimò arguitur. Si agens quando producit aliquam partem ignis neceſſariò prius producit aliam, quæro aut producit aliam eadem actione, aut alia actione. Si primò hoc non videtur. Tum quia eadem actione producerentur infinita, vt ſupra dixi. Tum quia illa actio prius terminatur ad priorem partem, & ſic in infinitum, & ſic continuaretur illa actio in infinitum, quod eſt impoſſibile. Tum etiam quia eadẽ actio non videtur poſſe terminari ad plura ſucceſſiuè, quia habito termino priori ceſſat illa actio. Si ſecundò, ſequitur, quòd agens nunquam incipiat agere, patet, quia actione agit formaliter, ſed ſi actio eſt prior alia ſemper in infinitum, ſequitur, ꝙ agens ſecundum actionem nunquam inciperet agere, quod eſt abſurdum.

¶Duodecimò arguitur, & ſuppono, quòd quælibet pars ignis, vt ſupra dixi, ſi eſſet ſeparata, eſſet entitas abſoluta, & verè ſuppoſitum, & verè per ſe exiſtens, ſicut & totus ignis integratus ex omnibus illis partibus, hoc ſtante arguo ſic, Deus poteſt anihilare aliquam partem ignis abſque hoc, quòd aliã anihilet, patet, quia quælibet eſt verè anihilabilis, & nullo modo vna depẽdet ab alia, vt ſupra probaui. Si ergo aliquam poteſt anihilare abſque hoc ꝙ aliã anihilet: ergo ſequitur, quòd etiam poteſt aliquam creare abſque hoc, quòd aliam creet, patet conſequentia, quia ſolum anihilabile eſt per ſe creabile, & tanta virtus requiritur in anihilatione, quanta etiam requiritur in creatione, vt patet à Doctore in quarto, diſt.1.q.1.& diſt.16.q.2. *Solum anihilare eſt per ſe creabile.*

CON-

CONTRA ſeptimam, quæ talis eſt. Si eſſet ſolus motus remiſſionis vſque ad aliquod inſtans, & tunc primò inducatur aliquid frigoris, ſequeretur, vel quòd calor remittendus haberet vltimum ſui ineſſe, vel quòd frigus immediatè ſequens haberet primum ſui eſſe, & tunc eſſet prima mutatio motus infrigidationis, quæ ſunt inconuenientia.

¶ Contra, primò probo, quòd non eſſet inconueniens ſi daretur vltimum caloris remittendi, qa pono caſum, quòd remiſſio caloris duret per horam, & per vltimum inſtans illius horæ, & immediatè poſt deſinat eſſe, caſus eſt poſſibilis, tūc ſequitur, quòd calor remittendus habeat vltimum ſui eſſe, patet, quia poteſt exponi per poſitionem de præſenti, & negationem de futuro, nam hęc eſt vera, calor in vltimo inſtanti horæ eſt, & immediatè poſt illud inſtans non erit, ergo.

Quomodo Maria potuerit eſſe in gratia. ¶ Arguitur ſecundò, & ſuppono dictum Sco. in tertio, diſt. 3. q. prima. ſcilicet quòd Maria potuit eſſe in gratia tantum per inſtans, vel in peccato, & in tēpore immediato eſſe in peccato, vel in gratia, & ſic gratia poteſt habere eſſe præciſè per inſtans, quæ eſt qualitas permanens: ergo reſpectu illius datur vltimum inſtans ſui eſſe, patet exponendo ſicut exponitur, quando habet vltimum eſſe, ſequitur enim gratia nunc eſt, & immediatè poſt hoc nō erit, ergo gratia habet vltimum inſtans ſui eſſe, ſed non eſt maior ratio de vna qualitate, quàm de alia, ergo.

¶ Tertiò arguitur ſupponendo dictum Doct. in quolib. q. 12. vbi oſtendit quòd poſſibile eſt creaturam tantū durare per inſtans, ſi ſic, ergo poterit habere vltimum inſtans ſui eſſe, non eſt ergo inconueniens permanens, ſiuè ſubſtantia, ſiuè accidens poſſe habere vltimum inſtans ſui eſſe.

¶ Quartò arguitur, quòd ſtante concluſione illa non ſequatur, quòd calor remittendus habeat vltimum ſui eſſe, & pono caſum, quòd calor remittēdus duret per horam, & quòd in vltimo inſtanti illius horæ deſinat eſſe, & primò inducatur aliquid frigoris, nullum illorum inconuenientium ſequitur, de primo patet, quia calor non habebit vltimū ſui eſſe, quia in illo inſtanti deſinit, nec ſecundum ſequitur, ſcilicet prima mutatio motus, quia motus fieret in tēpore, & illa infrigidatio fieret in vltimo inſtanti illius horæ, & ſic illa infrigidatio non pertineret ad motum intēſionis, ſicut aliàs dictum eſt, ſi angelus in inſtanti trāſeat de vbi in vbi, & in tempore immediatè moueatur cōtinuè, illud mutatum eſſe nō diceretur primum mutatum eſſe illius motus continui, ſic diceretur in propoſito.

¶ Quintò arguitur ſic poſito, quòd frigus inducendum habeat primum ſui eſſe, vt ipſe dicit, adhuc dico, quod non ſequitur ex hoc inconueniens, patet primò, quia ipſe Doctor concedit, quòd permanentia, cuiuſmodi eſt quælibet pars frigoris habent primum inſtans ſui eſſe, vt ipſe declarat in ſecundo, diſt. 2. q. 1. & in quolib. q. 12. Secundò, quia communiter ab omnibus cōceditur, quòd permanentia habent primum inſtans ſui eſſe.

¶ Sextò arguitur, quòd non ſit inconueniens, ꝙ detur prima pars infrigidationis, quia pono, quòd Deus in vltimo inſtanti horæ, in quo calor deſinit eſſe, inducat aliquam partem frigoris, & in tempore immediato illud frigoris intendatur, patet, ꝙ datur prima pars frigoris, quæ continuè intēditur, licet illa pars ſit diuiſibilis in infinitum, nec dico, quòd Deus inducat primam partem, ſ. indiuiſibilē, ſed quòd inducat aliquam partem diuiſibilem, qua inducta ſtatim intendatur.

¶ Septimò arguitur, quia non videtur inconueniens, quòd detur vltima mutatio infrigidationis ſicut & prima, ſed vltima neceſſariò datur: ergo & prima.

¶ Octauò arguitur ſic, motus infrigidationis neceſſariò habet duo extrema, quę ſunt duo mutata eſſe, patet, quia quilibet motus neceſſariò clauditur duobus mutatis eſſe, ſicut & quodlibet tempus duobus inſtantibus, ergo infrigidatio neceſſariò clauditur duabus mutationibus.

¶ Nonò arguitur, qa in illo vltimo inſtanti, quo calor deſinit eſſe, ſi agens perfectum eſſet perfectè approximatū paſſo, poſſet inducere totum frigus inducibile ab eo aliter non eſſet perfectum, & ſic in illo inſtanti eſſet tota infrigidatio ſimul, & ſic ſequeretur, tunc quòd daretur prima infrigidatio.

¶ Decimò arguitur, quòd poſſit dari prima pars intenſionis frigoris, quia pono, quòd a. quieſcat præcisè per horam, & in vltimo inſtanti illius horæ deperdatur aliquis gradus caloris, & inducatur aliquid frigoris, ergo neceſſariò datur prima infrigidatio, ſi hoc non ſequitur, ergo nec ratio Doct. cum non ſit maior ratio ibi, ſicut & hic.

¶ Vndecimò arguitur, quia ex illa concluſione videtur ſequi, ꝙ ita poſſet dari prima pars remiſſionis caloris, patet per caſum poſitum ad decimum argumentū, ſi ſic, ergo, & prima pars intenſionis, cum non ſit maior ratio de vna, quàm de alia.

¶ Duodecimò ſuppono, ꝙ dicit Doct. in quarto, diſt. 12. ꝙ in vltimo inſtāti diſpoſitionis, puta aquæ inducitur forma ſubſtantialis aquæ, & in eodem inſtanti inducitur ab aqua aliqua frigiditas, quæ poſtea intenditur, & ſic haberet concedere primā partem infrigidationis, quia illa inducitur in inſtāti, quo calor corrumpitur.

Reſponſio ad argumenta. RESPONDEO ad argumenta contra ſextā concluſionem. Et poteſt vna ratione ſatisfieri quaſi omnibus. Ad illa de reali diſtinctione, concedo, ꝙ quælibet pars realiter diſtinguitur, & ſic poteſt eſſe ſine alia, ſed quacūque aſſignata, & data illa ſemper eſt diuiſibilis in infinitas partes, & ſic nunquam aliqua primò poteſt induci aliqua, ſcilicet quæ ſit indiuiſibilis in vlteriores partes, immò quacunque data, & inducta ſemper alia prius eſt inducta propter ſui diuiſibilitatem.

¶ Ad illa de productione, creatione, & volitione diuina. Dico breuiter, ꝙ quacunque parte aſſignata poteſt immediatè produci ſine alia, ſed illa ſemper erit diuiſibilis in infinitum, & ſic non ſequitur, quòd poſſit aliquam primam inducere, quia illa prima eſſet ſimpliciter indiuiſibilis, quod eſt impoſſibile.

¶ Ad illa de actione poteſt concedi, quòd vna actione, & pluribus. Si eſſent ſeparatæ pluribus actionibus producerentur. Si producitur aliquis color diuiſibilis, dico, quòd omnes partes poſſunt produci vna actione continuata, vel quòd pluribus actionibus partialibus integrātibus vnam totalem, nec inconuenientia ſequuntur.

AD argumenta contra ſeptimam concluſionē. Ad tria prima concedo poſſibilitatem illam, quia Deus poſſet facere hoc. Sed apud philoſophū eſſet ſimpliciter impoſſibile, qa ſemper in vltimo inſtāti remiſſionis formæ inducitur aliquis gradus alterius formæ intenſibilis incōpoſſibilis illi priori, & ideo in illo vltimo inſtanti non poteſt eſſe forma remittenda, & ideo dicit Doct. quòd hoc eſt cōtra philoſophum. Sic etiam eſt de forma ſubſtantiali, quæ nullo modo habet vltimum inſtans ſui eſſe, nō ꝙ ſimpliciter repugnet illi formæ, ſed quia in vltimo inſtanti inducitur neceſſariò aliqua forma ſubſtantiali repugnans formæ priori: nam in vltimo inſtanti diſpoſitionis ſubiecti neceſſariò inducitur forma oppoſita, & illa alia neceſſariò deſinit eſſe, vt

etiam

etiam declarat Doct. in ſecundo, diſtinc. 2. q. 9. & in quarto, diſt. 13.

¶ Ad quartum dico, quòd aliud eſt dicere, ꝙ in aliquo inſtanti inducatur abſolutè aliqua pars frigiditatis, & in tẽpore immediato intẽdatur, aliud eſt dicere, quòd motus intenſionis formæ incipiat in aliquo inſtanti, ſicut concluſio intelligit. primo modo concedo, ꝙ illud mutatum eſſe non pertinet ad motum intenſionis immediatè ſequentem, ſicut procedit exemplum de angelo. Sed ſecundo modo bene pertinet, quia ponitur, ꝙ in vltimo inſtanti horæ, in quo calor deſinit eſſe, incipiat frigus & ſic bene ſequitur, ꝙ illud mutatum eſſe, in quo aliquid frigoris acquiritur, eſſet principium motus ſequentis, & ſic eſſet prima infrigidatio, ſiuè primum mutatum eſſe in motu.

¶ Ad quintum dico, ꝙ in dictis Docto. nulla eſt contradictio, quia hìc accipit primum eſſe frigoris pro prima infrigidatione, ſiuè pro primo mutato eſſe motus intenſionis, & ſic eſt impoſſibile, ibi autem accipit primum inſtans, in quo res habet cõpletum eſſe, quia tunc ſic exponitur, incipit per poſitionem de præſenti, & negationem de præterito, vnde ſequitur in vltimo inſtanti intenſionis formæ, frigus nũc eſt, ſcilicet in eſſe completo immediatè ante hoc non fuit, ergo incipit eſſe.

¶ Ad ſextum patet reſponſio ex dictis ad quartũ, concedo enim caſum, ſed tunc in illo inſtanti non incipit motus intenſionis, vt ibi dixi.

¶ Ad ſeptimum patet reſponſio ex dictis ad alias concluſiones prius, vbi expoſui, quare non poteſt dari prima pars motus, ſiuè primum mutatum eſſe & tamen neceſſariò datur vltimum mutatum eſſe, vide ibi, ſic pariformiter dico de prima, & vltima infrigidatione.

¶ Ad octauum patet reſponſio ſicut ad ſeptimũ, vide quæ ſupra dixi.

¶ Ad nonum conceſſo caſu illo dico, ꝙ illud mutatum eſſe quo ab agente perfecto inducitur frigus non eſſet principium motus intẽſionis, ſicut ſequitur in concluſione Doct.

¶ Ad decimum, & vndecimum reſpondeo, ſicut ad quartum, & ad nonum, & reſponſio clara eſt.

¶ Ad duodecimum admitto caſum. Et dico breuiter, ꝙ ſicut mutatum eſſe, quo ſubſtantialis forma inducitur non eſt propriè terminus motus præcedentis diſpoſitionis, licet tantum concomitanter vt patet à Doc. in ſecundo, diſt. 2. q. 4. Sic mutatum eſſe, quo inducitur qualitas conueniens aquæ, non eſt principium motus intenſionis illius qualitatis, licet talis motus poſſit in tempore immediato cõcomitari. Et ſic patet reſponſio ad omnes iſtas rationes quam bene nota.

Contra octauam. CONTRA octauam, quæ talis eſt. Concurrunt ſimul ab inſtanti immutationis motus intenſionis frigoris, & motus remiſſionis caloris. Cõtra quam arguo. primò ſic. Et pono caſum, ſcilicet ꝙ ſit frigus vt octo, & dicatur a. & calor vt ſeptem, & dicatur b. ſi a. remittit b. puta corrumpẽdo gradum ſeptimum b. quæro quomodo corrũpit illum, aut corrumpit inducendo gradum incõpoſſibilem gradui ſeptimo, aut nihil inducendo. Si ſecundò, ergo erit remiſſio b. ſine intenſione a. Si primò, quæro de illo gradu incompoſſibili, qui non ponitur incompoſſibilis, niſi formaliter, ſed primus gradus frigoris inductus nõ videtur, quòd poſſit formaliter corrumpere gradum ſeptimũ b. Tum quia cum gradu ſeptimo ſtat vnus gradus frigoris. Tum quia calor vt ſeptem magis reſiſtit vni gradui frigoris, vt patet, ergo.

¶ Secundò arguitur ſic, ſi b. remittit a. continuè ſequitur, ꝙ b. poterit immediatè corrumpere formam ſubſtantialem, conſequens eſt cõtra Doctorẽ in quarto, diſt. 12. qui vult, ꝙ nullum accidens poſſit corrumpere ſubſtantiam, antecedens probatur, & pono, ꝙ frigidum vt octo ſit tantum in aliqua quantitate puta pedali, & ſit perfectè præſens igni calido vt ſeptem, tunc ſic, ſi motus intenſionis frigoris cõcurrit cum motu remiſſionis caloris ignis, ſi frigus intendatur vt octo, nullus gradus caloris remanebit in igne, vt patet, ſed in eodem inſtanti, quo corrumpitur vltimus gradus caloris in igne corrumpitur etiam ipſe ignis, vt patet, aliter remaneret ignis, & nullo modo calidus.

¶ Tertiò arguitur, quia ſi illi duo motus cõcurrunt, ſequitur, ꝙ in vltimo inſtanti remiſſionis caloris non erit frigus intenſum, probatur quia ſi iſti duo motus concurrunt, ſcilicet remiſſionis, & intenſionis erunt circa idem ſubiectum, ſit ergo ignis calidus vt ſeptem, & frigus vt octo approximatum igni, ſequitur, ꝙ quando calor remittitur in igne, ꝙ remittitur per gradum frigoris incompoſſibilẽ receptum in igne, fiat ergo ignis frigidus vt ſeptẽ, (quod eſt neceſſe fieri, ſi totus calor remittitur) ſequitur, ꝙ in ipſo igne non erit aliquis gradus caloris, & per conſequens, nec erit ignis: ergo nec erit frigus intenſum in vltimo inſtãti remiſſionis, quod eſt inconueniens.

¶ Quartò arguitur ſic, poteſt eſſe intenſio caloris ſine remiſſione frigoris, ergo iſti duo motus non ſemper concurrunt, antecedens patet, quia ſubſtãtia ignis eſt immediata cauſa ſui caloris, vt patet à Doct. in quarto, diſt. 12. ergo poterit intendere ipſum, & tamen ibi non erit remiſſio aliqua frigoris, cum prius nõ fuerit in igne frigus. Similiter Deus poſſet remittere calorem abſque intenſione frigoris, vt patet: ergo iſti duo motus non neceſſariò concurrunt.

¶ Quintò arguitur, ſi iſti motus ſemper concurrunt, ſequitur, quòd duo contraria erunt ſimul in eodem ſubiecto, ſaltem in gradibus æqualibus, quod videtur impoſſibile, quod ſequitur, patet, quia in tantum frigus in eodem ſubiecto poterit intendi, & calor remitti, ꝙ aliquando erunt æqualia in gradibus.

RESPONDEO ad primum dico, quòd a. inducit gradum incompoſſibilem gradui ſeptimo. *Reſpondeo.* Et cum infertur, ꝙ non repugnat formaliter gradui ſeptimo, negatur, cum probatur primò, quia ſtat cum illo, negatur, quia neceſſariò expellit gradum ſeptimum, tenendo, ꝙ ſit calor intenſus præcisè vt ſeptem, bene verum eſt, quòd ſi induceretur in ſubiectum calidum vt octo, quòd tunc ſtaret cum gradu ſeptem, ſed expelleret gradũ octauum, & ſic non poſſet ſtare cum gradu octauo.

¶ Cum ſecundò probatur, quia calidum vt ſeptẽ magis reſiſtit, &c. Dico, ꝙ reſiſtentia non accipitur hìc formaliter, ſed quaſi effectiuè, quãdo enim calidum effectiuè eſt magis cõſeruatiuum gradus, quèm frigus ſit inductiuum gradus, tunc calidum dicitur magis reſiſtere. Sed in propoſito a. vt octo eſt fortius ad inducendum gradum incompoſſibilem gradui ſeptem b. quàm b. ad ipſum conſeruandum, ideo b. non magis reſiſtit, immo ſtante approximatione neceſſariò inducitur gradus incompoſſibilis gradui ſeptem, quia fortius agens & agẽs per modum naturæ, & per ſeipſum.

¶ Ad ſecundum dico primò, ꝙ ſi a. ſit tantum in quantitate, & non in ſubſtantia, ꝙ caſus eſt impoſſibilis apud philoſophum, quia non datur accidens ſeparatum à ſubſtantia. Dico ſecundò, ꝙ caſu admiſſo, ꝙ a. non corrumpet immediatè gradum caloris, quem ignis ſibi determinat, puta ſi ignis determinat ſibi duos gradus caloris, tunc quãdo a. remittit

remittit b. vſque ad illos duos gradus excluſiuè, ꝙ in vltimo inſtanti, in quo inducitur gradus frigoris incompoſſibilis, puta gradui ſecundo caloris, ꝙ in illo inſtanti corrumpitur ſubſtantia ignis, & ſimul corrumpuntur illi duo gradus, ita ꝙ prius quaſi natura corrumpitur calor vt duo. Si dicatur à quo corrumpitur ſubſtantia ignis, ſi à frigido: ergo accidens corrumpit ſubſtantiam. Dico vt dicit Doctor in quarto, diſt.12. ꝙ corrumpitur ab aliqua ſubſtantia ſuperiore, vt à Deo vide ibi. Si verò a. ſit in ſubſtantia, puta in aqua. Dico tunc, ꝙ in eodem inſtanti, in quo inducitur gradus incompoſſibilis gradui ſecũdo b. ꝙ ſubſtantia aquæ corrumpit ſubſtantiam ignis, & ſic ad corruptionem talẽ, ſequitur corruptio caloris, vt duo, vt patet à Doct. in quarto, diſt.12.

¶Ad tertium dico, ꝙ remiſſio caloris non intelligitur fieri vſque ad vltimum gradum incluſiuè, quia tunc nihil caloris remaneret, ſed ſi in remiſſione aliquid caloris remanet in ſubiecto, tunc intelligitur fieri vſque ad illum gradum incluſiuè. Et poſito, ꝙ totus calor corrumpatur per motum remiſſionis, & per conſequens ſubſtantia caloris. Dico tunc, ꝙ in eodem inſtanti, in quo calor ſecundum omnem gradum deſinit eſſe, ꝙ tunc frigus deſinit eſſe, tenendo ꝙ frigus inductum ſit præcisè in eodem ſubiecto, in quo & calor. Si verò teneatur, ꝙ quando aqua corrumpit ignem, & non indiuiſibiliter, ſed diuiſibiliter, & ꝙ inducat formam ſubſtãtialem aquæ diuiſibiliter, & in tempore, & quòd inducatur frigus in forma aquæ inducenda diuiſibiliter, tunc non ſequitur, ꝙ corrupto igne corrũpatur frigus, quia non eſſet inductum in ſubſtantia ignis, de hoc aliàs erit ſermo.

¶Ad quartum dico, quòd concluſio Docto. non intelligitur, quin poſſit eſſe intenſio caloris ſine remiſſione frigoris, ſed intelligitur, ꝙ non poteſt eſſe via naturali remiſſio caloris, ſiuè intenſione, puta frigoris, quia naturaliter non corrumpitur aliquis gradus caloris, niſi per gradum frigoris incompoſſibilem. Et quod dicitur de Deo, quòd poteſt remittere, &c. Concedo, ſed concluſio intelligitur via naturali.

Quomodo contraria poſſint eſſe ſimul.

¶Ad quintum dico primò, quòd non intelliguntur contraria, niſi in gradibus intenſis, vt patet à Doctore in quarto, diſt.44. Dico ſecundò, ꝙ poſito, quòd ſint contraria in gradibus ęqualibus, quod videtur verum, tunc negatur, quòd poſſint ſimul eſſe in gradibus ęqualibus. Et patet, quia ſi frigus ſit vt octo, & calor vt octo, nulla erit actio, vt patet. Si verò calor ſit vt ſeptem, & frigus vt octo, & approximata, & tunc ſi frigus inducat vnum gradum incompoſſibilem ſeptimo gradui caloris, tunc in ſubiecto erunt ſex gradus caloris, & vnus frigoris, ſi inducãtur duo frigoris, tunc erunt quinque b. & & duo a. ſi tres a. tunc erunt quattuor b. & tres a. ſi quatuor a. tunc erunt tres b. & quatuor a. ſi quinque a. tunc erunt duo b. & quinque a. ſi verò ſex a. tunc erunt vnus b. & ſex a. & ſic patet quomodo nũquam erunt ſimul in gradibus æqualibus.

¶Si dicatur, quòd adhuc ſtant ſimul in gradibus æqualibus, vt patet in iſtis caſibus. Pono enim, ꝙ ſit calidnm vt duo, & frigidum, vt quattuor approximatum calido, vt duo, & inducat pręcisè vnum gradum frigiditatis, tunc ille gradus inductus corrumpet formaliter vnum gradũ caliditatis, & tunc erit præcisè idem calidum, vt vnum, & frigidum, vt vnum, ergo contraria erunt ſimul in gradibus æqualibus. Similiter ſit calidum, vt quattuor, & frigidum, vt ſex approximatum, & inducat præcisè duos gradus frigiditatis expellentes duos gradus caliditatis, tunc ſequitur, quòd idem erit calidum vt duo, & frigidum vt duo, & multi alij caſus poſſent poni. Nec valet recurrere ad ſubiectum, quòd determinat ſibi caliditatẽ in tanto gradu, ſicut ignis qui ſi determinat ſibi duos gradus caliditatis in illo non poteſt induci vnus gradus frigiditatis corruptiuus vnius gradus caliditatis, niſi ſimul, immò prius corrumpatur ſubſtantia illius ignis, vt ſupra patuit per Doct. in quarto, in materia de euchariſtia, & ideo ſi ſubſtantia ignis non corrumpitur, eſt ſic conſeruatiua illorum graduum, quòd gradus incompoſſibilis non poteſt induci. Sed ponendo, ꝙ determinet ſibi tantum vnum gradum caliditatis, & ſit calidus vt duo, tũc poteſt induci vnus gradus frigiditatis, qui tantum expellet vnum gradum caliditatis, & ſic idem ignis erit ſimul calidus, vt vnum, & frigidus vt vnum. Et diceretur fortè, ꝙ caſus eſſet impoſſibilis, quia ignis, & ſi non determinet ſibi duos gradus caliditatis, ſed tantum vnũ, tamen eſt magis conſeruatiuus ſecundi gradus caliditatis, quàm frigus, vt ſex ſit inductiuum alicuius gradus frigiditatis incompoſſibilis, quia ſi poſſet corrumpere illum ſecũdum gradum, poſſet etiam corrumpere primum gradum, cum ſint eiuſdem rationis, vt patet, ſed quia de hoc eſſent multa diſcutienda, quæ requirerent prolixum tractum, de quo erit prolixus ſermo in quarto in materia de euchariſtia, ideo omittitur pro nunc. Ad euitandum ergo difficultatem, quæ eſt de ſubiecto determinãte ſibi qualitatem in tanto gradu, accipio in propoſito ſubiectum neutrum, puta lapidem, qui nullum gradum caliditatis ſibi determinat, ſit ergo calidus vt duo approximatꝰ frigido, vt ſex inducatur vnus gradus frigiditatis tantum, tunc ille lapis erit calidus vt vnum, & frigidus vt vnum, ergo cõtraria ſimul in gradibus æqualibus.

¶Reſpondeo ſuſtinendo, quòd nõ poſſint ſimul eſſe in gradibus æqualibus, quòd ſi lapis eſt tãtum calidus vt duo, quòd frigus quantumcunque intẽſum non poterit præcisè inducere vnum gradum frigiditatis imcompoſſibilem vni gradui caliditatis, quia natura contrariorum hoc nõ patitur, quia tunc contraria eſſent ſimul in gradibus æqualibus, licet enim gradus frigiditatis ſit ſimpliciter cõpoſſibilis gradui ſecundo caliditatis, tamen ſtante primo gradu caliditatis in lapide gradus ille frigiditatis non poteſt induci, quia tunc duo incompoſſibilia eſſent in eodem. ſ. frigiditas vt vnum, & caliditas vt vnum, ſicut etiam hìc licet frigiditas vt vnum ſit compoſſibilis caliditati ignis vt vnum, & quantum in ſe eſt nata ſit induci talis frigiditas, tamen ſtante ſubſtantia ignis non poteſt induci, quia tunc duo incõpoſſibilia, ſaltem virtualiter eſſent ſimul. ſ. ſubſtantia ignis cum ſola frigiditate, à fortiori hìc cum iſta ſint incompoſſibilia formaliter, quia contraria formaliter. Similiter dico, quòd ſi lapis ſit calidus, vt quattuor approximatus frigido vt ſex, quòd bene frigidus vt ſex, poteſt inducere vnum gradum frigiditatis incompoſſibilem gradui caliditatis, & tunc lapis erit calidus vt tres, & frigidus vt vnũ, quia iſta non ſunt incompoſſibilia, quia contraria non ſunt incompoſſibilia ad inuicem in gradibus inæqualibus, ſed tantum in gradibus æqualibus, illo tamen gradu frigiditatis inducto, qui ſtat cum lapide calido vt tres, frigidum vt ſex non poſſet alium gradum frigiditatis inducere, ita quòd præcisè illũ alium, quia tunc duo incompoſſibilia eſſent ſimul, ideo ſtante calido vt tres, & frigido vt vnũ, eſt impoſſibile, quòd alius gradus frigiditatis inducatur, poſſet bene frigidum vt ſex continuè remittere calidum, ita quòd nihil calidi remaneret in lapide, & intendere frigidum, ſed non poſſet ſic remittere calidum, & ſic ſimul intendere frigidum, quòd calidum

lidum, & frigidum eſſent ſimul in gradibus æqualibus. Nec alia ratio videtur aſſignanda, niſi quia natura contrariorum talis eſt, quòd non permittit cõtraria ſimul eſſe in eodem in gradibus ęqualibus, ſiuè remiſſis ſiuè intenſis,& ſimiliter talis eſt, quòd permittit contraria ſimul eſſe in gradibus in æqualibus, non enim à priori poteſt alia ratio aſſignari, incompoſſibilia enim ſuis entitatibus formalibus ſunt incompoſſibilia,& ſimiliter compoſſibilia ſuis entitatibus formalibus ſunt cõpoſſibilia, non enim immediatior ratio poteſt aſſignari, vt patet à Doct. in primo, diſt.2.q.2. par.1.q.1.& in tertio, diſtin.1. & alibi ſæpe. ſicut etiam non poteſt aſſignari alia ratio à priori, quòd contraria in gradibus æqualibus intenſis non poſſunt eſſe ſimul, niſi ex ſola ratione terminorum, quia videlicet tales termini in talibus præcisè gradibus repugnãt formaliter ad inuicem. Nec enim apparet ratio euidens, quòd albedo in ſummo, & ſimiliter nigredo in ſummo repugnant formaliter in eodem, & quòd albedo vt quattuor, & nigredo vt quattuor non ſic repugnent, immò videtur ſimpliciter eadem ratio, & ſic patet quid dicendum ad inſtantias.

Contra conclusionem nonam. CONTRA concluſionem nonam quæ talis eſt. In aliquo inſtanti, in quo per mutationem ſubitam inducitur aliquis gradus frigoris incompoſſibilis calori, in illo primo calor non eſt, & vſque ad illum calor fuit. Contra primò, quòd non inducatur aliquis gradus per mutationem ſubitam, quia ille gradus incompoſſibilis, aut eſt diuiſibilis in plures gradus, aut indiuiſibilis. Si primò ergo nõ per mutationem ſubitam, ſiuè indiuiſibilem, cum ille ſit diuiſibilis. Tum etiam quia alij præcedentes, cum ſint diuiſibiles, acquiruntur diuiſibiliter, & per motum: ergo & ille incompoſſibilis, cum ſit eiuſdem rationis cum omnibus præcedentibus. Si ſecundò, ergo & alij præcedentes etiam indiuiſibiles, cum ſint eiuſdem, & eiuſdem rationis, & ſic acquiruntur indiuiſibiliter, & ſic per mutationem, & ſic totus ille motus intenſionis erit ſimpliciter compoſitus ex mutatis eſſe, & ſic non erit quouis modo motus.

¶Secundò arguitur ſic, probando, quòd non inducatur aliquis gradus incompoſſibilis, quia nullus pręcedẽtium fuit incompoſſibilis: ergo nec aliquis ſequentium, patet antecedens, quia quilibet pręcedẽs illum gradum ſtat cum calore, probatur conſequẽtia, quia quilibet eſt eiuſdem rationis: ergo nõ magis vnus eſt incompoſſibilis, quàm alius, nec valet dicere de gradu quem ſibi determinat ignis, qui nõ corrumpitur per gradum incompoſſibilem, puta frigoris, eo quòd cõſeruatur ab ipſo igne, vt patet à Doct. in quarto, diſt.12. quia accipio aliquod corpus, quod non determinat ſibi aliquem gradum caloris, puta lapis certum eſt, tunc quòd non magis vnus gradus conſeruatur à lapide, quàm alius.

¶Tertiò arguitur, quòd in toto tempore præcedenti non fuerit calor, quia pono caſum per poſſibile, vel impoſſibile, quòd frigus agat in calidum per totum tempus præcedens inſtans, in quo inducitur gradus incompoſſibilis, & quòd in illo vltimo inſtanti nihil agat, quæro tunc an calor ſit, vel ne, ſi non, ergo non fuit in toto tempore præcedẽti, quod eſt contra concluſionem. Si ſic, contra, quia in toto tempore præcedenti erat in continuo motu remiſſionis, modo quod eſt in continuo motu non eſt, loquendo de permanentibus. Pono etiam, quòd illud idem agens poſtea applicetur calido ſemper remiſſo vſque ad illud inſtans, de quo ſupra, & tunc quæro, an inducat gradum incompoſſibilem calori in inſtanti, aut in tempore. Si ſecundò, ergo non inducitur gradus incompoſſibilis per ſubitam mutationem. Si primò, ergo agens naturale ageret in inſtanti in principio ſuę actionis, quod eſt inconueniens.

¶Quartò arguitur ad idem, ſi in toto tempore præcedenti calor fuit, certum eſt, quòd fuit in aliquo ſubiecto, puta in ligno: tunc ſic pono, quòd frigidum inducat in toto tempore præcedenti frigus vt ſeptem, cum quo ſtet calor vt vnum, ſequitur tunc, quòd idem ſubiectum ſimul erit calidum & frigidum, ita quòd iſte ſunt verè ſubiectum, puta a. eſt ſimpliciter calidum, & ſimpliciter frigidũ, quod videtur inconueniens.

¶Quintò arguitur probando, quòd in toto tempore præcedenti inſtans mutationis fuerit frigus, cuius oppoſitum dicit concluſio, & pono, quòd gradus incompoſſibilis caloris ſit gradus vt octo, ſiuè gradus ſequens immediatè gradum ſeptimum ipſius frigoris, tunc ſic in toto tempore præcedenti præceſſit frigus vt ſeptem: ergo in toto tempore præcedenti frigus fuit, patet, immò in toto tempore præcedenti, præcipuè accipiendo illud vltimum, quod immediatè terminatur ad inſtans mutationis, vel acquiſiti ſunt gradus ſeptem, & in illo vltimo inſtanti acquiritur tantum vnus incompoſſibilis: ergo in toto illo tempore magis fuit frigus, quàm in illo vltimo inſtanti. Nec valet dicere, quòd in tempore præcedenti eſt in continuo motu, quia licet illi gradus acquirantur per motum, tamen quando ſecundus acquiritur, iam primus eſt acquiſitus, & eſt in ſubiecto in eſſe quieto, & ſic ſimiliter ſecundus reſpectu tertij, & ſic de aliis.

Reſpõſio ad primum. RESPONDEO ad primum, & dico (ſuſtinendo opinionem, quòd quilibet gradus ſit diuiſibilis) quòd eſt diuiſibilis, & cum infertur: ergo acquiritur diuiſibiliter, & per motum: negatur, & dico, quòd acquiritur in inſtanti, poteſt enim induci forma diuiſibilis per mutationem; & tunc ſe habet reſpectu inducentis, vt indiuiſibile quoddam, ſicut etiam dicit Doctor præſenti diſtinctione, quæſtione vltima. In reſponſione ad vltimum argumentum principale. Et cum confirmatur, quia alij præcedentes inducuntur diuiſibiliter, concedo, & poſt negatur conſequentia, quia licet ſit eiuſdem rationis cum aliis, tamen indiuiſibiliter inducitur, quia inducitur per mutatum eſſe, quod eſt terminus motus intenſionis, & quia minorem indiſpoſitionem reperit in ſubiecto, tenendo tamen, quòd in vltimo inſtanti motus intenſionis aliquis gradus inducatur. Et hoc dico, quia aliqui tenent, quòd quilibet gradus formæ tantum inducatur in tempore præcedenti, & nullo modo in vltimo inſtanti illius temporis, & tunc oporteret multa pertractare, quæ modo tranſeo. Si verò teneatur, quòd illi gradus ſunt indiuiſibiles in plures gradus, vt etiam nonnulli tenent, tunc oporteret dicere, quòd continuitas, ſiue ſucceſſio motus nullo modo accipitur à forma illa acquirenda intenſiuè, ſed tantum ab ipſo mobili quanto, ita quòd vnus gradus, puta frigoris acquiritur in ipſo mobili diuiſibiliter, ſic intelligendo, quòd prius vna pars mobilis ſit frigida vt vnum, & ſic ſucceſſiuè vna pars poſt aliam, ita quòd tota ſucceſſio ſit propter diuiſibilitatem mobilis, & tunc in vltimo inſtanti motus intenſionis inducitur gradus incompoſſibilis, ſic intelligendo, quòd in aliquo vltimo inſtanti ſit ipſum mobile frigidum vt octo, & tunc deſinit ſimpliciter eſſe calidum.

¶Ad ſecundum dico, quòd eſt incompoſsibilis non ſimpliciter, & abſolutè, ſed ſtantibus gradibus præcedentibus: nam inducto frigore vt ſui ſtat calor vt vnum, ſi modo inducatur alius gradus frigoris,

ris, ille erit neceſſariò incompoſsibilis illi gradui, & hoc tenendo, quòd omnes gradus ſint ſimpliciter eiuſdem rationis. Nec intelligo, quòd cum frigore vt octo non poſsit ſtare calor vt vnum, quia ſi in ſubiecto prius fuiſſet calor vt nouem, & poſt induceretur frigus vt octo, tunc cum frigore vt octo, ſtaret calor vt vnum. Sed intelligo, ꝙ ſi in ſubiecto prius fuiſſet calor vt octo, & ſi poſt induceretur frigus vt octo, ꝙ tunc cum frigore vt octo non poſſet ſtare calor vt vnum, loquendo etiam de frigore vt octo, exiſtente in aliquo ſubiecto, bene tunc in tali ſubiecto poſſet induci calor vt vnũ, & tunc ibi eſſet frigus tantum vt ſeptem, vt ſupra expoſui.

¶Ad tertium dico primò, ꝙ caſus eſt impoſsibilis, loquendo naturaliter, vt etiam concluſio intelligitur. Dico ſecundò, ꝙ caſu admiſſo calor eſt, id eſt quòd eſt aliquis gradus caloris in ſubiecto, & cum infertur, ꝙ in tempore præcedenti eſt in continuo motu remiſsionis; concedo, quòd calor ſemper remittitur in tempore præcedẽti vſque ad illum gradum, qui non corrumpitur in tempore, ſed in vltimo inſtanti illius temporis, & quamdiu ille gradus caloris eſt, verum eſt dicere, ꝙ calor eſt: non enim intelligitur cõcluſio, quòd in toto tempore præcedenti ſit totus calor, cum continuè deperdatur ſecundum alium, & alium gradum: ſed quia in toto tempore præcedenti vltimum inſtans ſemper eſt aliquis gradus caloris: ideo conceditur abſolutè, quòd ſemper calor ſit. Et loquor ſemper tenendo opinionem, quòd in vltimo inſtãti deperdatur aliquis gradus caloris.

¶Ad quartum concedo, quòd calor ſit in ſubiecto, nego tamen, quòd ſit ſimpliciter calidum, ſicut etiam aqua tepida, in qua eſt aliquis gradus caloris non dicitur ſimpliciter calida, aliud eſt enim dicere, ꝙ calor ſimpliciter eſt, & ꝙ ſubiectum habens illum calorem ſit ſimpliciter calidum.

¶Ad vltimum dico, ꝙ & ſi in tempore præcedẽti aliquid frigoris fuerit in ſubiecto, tamen nõ propriè dicitur frigus eſt, niſi in vltimo inſtanti, in quo habet perfectum eſſe: in toto enim tempore ſemper eſt in continuo fieri: nam tunc habet primum inſtans ſui eſſe, quia tunc eſt verum dicere frigus nunc eſt, & immediatè ante hoc non fuit: ergo. Multa tamen eſſent dicẽda in iſta materia, quæ modo tranſeo.

Contra concluſionem decimam.

CONTRA concluſionem decimam, quæ talis eſt. Calor remittendus nullum vltimum habet ſui eſſe, ſed habet vltimum in eſſe quieto.

¶Arguitur primò, ꝙ habeat vltimum ſui eſſe. & pono caſum, ꝙ frigus remittat calorem per horã, ita ꝙ remittat continuè vſque ad vltimum inſtãs illius horæ excluſiuè, & in illo inſtanti impediatur, & in tempore immediato ad illud inſtans corrumpat vltimum gradum caloris, ſtãte iſto caſu, certum eſt, ꝙ calor remittẽdus habet vltimum inſtans ſui eſſe, patet, quia exponitur per poſitionem de præſenti, & per negationem de futuro, ſequitur enim calor in iſto inſtanti vltimo eſt immediatè poſt hoc non erit: ergo deſinit eſſe.

¶Secũdò arguitur ad idem, & pono caſum, ꝙ ſit agẽs liberum, & ſit calor vt octo, & inducat in tempore frigus vt ſeptem, & in vltimo inſtanti illius tẽporis nihil inducat, & in tempore immediato inducat gradum incompoſsibilẽ, caſus eſt poſsibilis de agente libero, tunc ſtante caſu, patet, ꝙ calor habebit vltimum ſui eſſe, & patet vt prius.

¶Tertiò arguitur ad idem, & pono caſum, quòd agens perfectum ſit perfectè præſens calori, remittendo in tempore immediato ad aliquod inſtans, certum eſt, quòd in illo tempore inducet gradum incompoſsibilem calori, aliter non eſſet actiuũ perfectum, & pono, quòd ſublata ſit omnis indiſpoſitio: & tunc ſtante caſu, patet quòd calor remittitur præciſè in tempore, & ex hoc ſequitur, ꝙ habeat vltimũ inſtans ſui eſſe, cum in tempore immediato deſinat eſſe, & præcipuè prima cauſa hoc poteſt facere, immo poteſt in inſtanti creare calorem, & in tempore immediato ipſum anihilare, & ſic calor habebit vltimum inſtans ſui eſſe.

¶Quartò arguitur probando, ꝙ calor remittendus non habeat vltimum inſtans in eſſe quieto. Et pono caſum, ꝙ calor remittendus quieſcat per horã, & in vltimo inſtanti illius horæ ſit perfectè præſens frigidum in duplo vincens calidum, tunc in illo vltimo inſtanti inducet aliquem gradum frigoris in eodem ſubiecto, in quo eſt calor, & ſic ſequitur, ꝙ calor remittendus non habebit vltimum inſtans ſuæ quietis, patet, quia in illo vltimo inſtanti remittitur, & caſus eſt poſsibilis: ergo.

¶Quintò arguitur contra eandem partem concluſionis, & pono caſum, quòd actiuũ inducat calorem vt octo in paſſum per ſpacium vnius horæ, ita ꝙ in vltimo inſtãti illius horæ inducat vltimum gradum, & in tempore immediato ad illud inſtans frigidum vt duodecim, fiat perfectè præſens ipſi paſſo circumſcripto omni impedimento tã ex parte actiui, quàm ex parte paſsi, patet quòd actiuum in tempore illo immediato incipiet remittere calorem, & tunc ſequitur, quòd calor remittendus, neque vltimum inſtans ſuæ quietis habuerit, patet, quia nullo modo quieuit, habens enim vltimum inſtans quietis (loquendo de quiete propriè, quæ opponitur tempori) quieſcit per aliquod tempus præcedens illud inſtans.

¶Sextò arguitur, quia videtur ſequi impoſsibile, videlicet, ꝙ agens perfectiſsimum, & per modum naturæ neceſſariò aget in tempore. Si enim calor remittendus habet vltimum inſtans in eſſe quieto, ſequitur, ꝙ actiuum infinitum, & per modum naturæ, & perfectè præſens paſſo corrumpet illum calorem præciſè in tempore, & ſic virtus infinita neceſſariò aget in tempore, ꝙ eſt impoſsibile. *Agens per modum naturæ nõ agit in tempore.*

¶Septimò, quia Doct. videtur ſibi contradicere, quia ipſe præſenti diſtinctione contra Thomam expreſsè concedit, quòd nõ eſt neceſſe, quòd quieſcens per aliquod tempus quieſcat in vltimo inſtanti illius temporis.

RESPONDEO ad primum, & dico primò, ꝙ concluſio intelligitur de motu remiſsionis continuo, qualis non eſſet ſtante caſu. Dico ſecundò, ꝙ ſtante caſu illo calor remittendus non diceretur habere vltimum ſui eſſe, quia ille gradus, aut indiuiſibiliter corrumpitur in tempore, & tunc non remittitur, aut diuiſibiliter, & tunc in aliquo vltimo inſtanti illius temporis inducitur gradus incõpoſſibilis, & ſic non habebit vltimum inſtans ſui eſſe. Dico tertiò, ꝙ caſus eſt ſimpliciter impoſsibilis, loquendo via naturali, & ad mẽtem philoſophi, quia agens naturale, & remittens calorem per aliquod tempus, ita ꝙ continuè remittatur vſque ad vltimũ inſtans illius, neceſſariò in illo vltimo inſtanti inducit gradum incompoſsibilem calori, & ſic calor nõ habebit vltimum inſtans ſui eſſe. *Reſponſio ad primum.*

¶Ad ſecundum patet reſponſio ex ſupradictis.

¶Ad tertium dico, ꝙ ſi illud agens remittit calorem ſucceſsiuè, ꝙ neceſſariò in vltimo inſtanti illius temporis inducet gradum incompoſsibilẽ. Si verò immediatè ipſum corrumpit, tunc caſus non eſt ad propoſitum, quia cõcluſio intelligitur de motu remiſsionis. Dico ſecundò, quòd caſus eſt impoſsibilis per naturam, ſ. quòd detur agẽs naturale ſic præſens paſſo, in quo ſit calor, quòd præciſè in illo tempore deſtruat calorem, vt patet per experientiam. *Caſus eſt impoſsibilis.*

¶Ad

¶ Ad quartum. Dico primò, quòd fortè caſus eſt impoſſibilis. Dico ſecundò, quòd ſtante caſu nihil eſt ad propoſitum, quia concluſio intelligitur præcisè de motu remiſſionis, modo ſi in illo vltimo inſtanti aliquid caloris deſtruitur, hoc non erit per motum remiſſionis, quia ille præcisè fit in tempore, nec deſtructio illius gradus vllo modo pertinebit ad motum remiſſionis in tempore immediato ad illud inſtans ſequentis, vt aliàs expoſui, quomodo non datur prima mutatio in motu.

¶ Ad quintum dico primò, quòd forte caſus eſt impoſſibilis, loquendo via naturali. Dico ſecundò, quòd caſu admiſſo concluſio debet intelligi, quòd ſi quieuit per aliquod tempus, quòd non poſſet remitti, loquendo de motu remiſſionis continuo, niſi quieuerit per vltimum inſtans illius temporis. Dico tertiò, quòd ſtante caſu illud inſtans adhuc dicetur vltimum inſtans in eſſe quieto, quia immediatè poſt incipit moueri, non tamen propriè erit vltimum inſtans in eſſe quieto, vt ſupra patuit.

¶ Ad ſextum patet reſponſio ex dictis præſentis diſtinctionis, quæſtione quarta. agens enim infinitum poteſt agere in inſtanti, & ſi aliquando tale agens in agendo coaſſiſtat neceſſariò tempori, non eſt ex imperfectione agentis, ſed quia inſtans non poteſt eſſe immediatum inſtanti, ideo ſi actio incipit poſt inſtans, neceſſariò erit in tempore, vel ſaltem coaſſiſtet tempori. Et vltra dico, quòd non ſequitur, quòd ſi agens infinitum in tempore immediato ad inſtans deſtruit calorem, quòd ipſum deſtruat ſucceſſiuè, immo totum ſimul poteſt deſtruere, & talis deſtructio non menſurabitur tempore, licet coaſſiſtat alicui tempori, ſicut etiam ſi immediatè poſt aliquod inſtás anihilaret vnam animam, talis anihilatio non eſſet ſucceſſiua, ſed ſubita, & tamen coaſſiſteret tempori, ſolus enim motus propriè menſuratur tempore.

¶ Ad vltimum dico, quòd Doctor ſibi non contradicit, quia ibi dicit, quòd abſolutè non eſt neceſſe: hìc enim vult, quòd calor non poſſit remitti ſucceſſiuè, ſi quieuerit per aliquod tempus, niſi quieſcat in vltimo inſtanti illius temporis, vt dixi ſupra.

Contra vndecimam concluſionē. CONTRA vndecimam concluſionem, quæ talis eſt frigus inteudendum, nullum ſcilicet primũ habet eſſe ſimpliciter, licet habeat primum in eſſe quieto, quod accipit permutationem, licet illud nõ ſit quies. Contra, quia in illo inſtanti quo inducitur gradus incompoſſibilis calori verum eſt dicere, frigus eſt, & immediatè ante hoc non fuit: ergo habet primum inſtans ſui eſſe, hoc etiam patet ex concluſione decimaſexta.

¶ Secundò arguitur, quia calor remittendus in illo inſtanti, in quo inducitur gradus incompoſſibilis, habet primum ſui non eſſe: ergo frigus inductum, & incompoſsibile habet primum ſui eſſe: antecedens patet, quia verum eſt dicere calor in hoc inſtanti non eſt, & immediatè ante hoc fuit, vt patet per concluſionem decimamſextam: ergo habet primum ſui non eſſe, habens enim primum ſui nõ eſſe, communiter exponitur per negationem de præſenti, & poſitionem de præterito; conſequentia patet, quia quando ad deſitionem alicuius formæ pro aliquo inſtanti, ſequitur alia forma in eodem inſtanti, ſicut illa quæ deſinit habet primum ſui non eſſe, ita illa, quæ ſequitur præcisè in illo inſtanti habet primum ſui non eſſe.

¶ Tertiò arguitur, quòd frigus non habeat primum in eſſe quieto, quia ſequeretur, quòd tempus haberet primum inſtans, quòd eſt impoſſibile, quia ſicut in motu non datur prima mutatio, ita nec in tempore datur primum inſtás, quòd autem ſequatur tempus habere primum inſtans probatur, ſi enim frigus habet primum inſtans quietis, & immediatè poſt illud inſtans quieſcat per horam, ſequitur, quòd tempus quietis vnius horæ habebit primum inſtans. Si enim incipit quieſcere in aliquo inſtanti, & in tempore immediato, ſequitur propoſitum.

¶ Quartò arguitur, quòd nõ quieſcat aliquo modo in illo vltimo inſtanti, quia in illo inſtanti ſubiectum verè mutatur, patet per Doctorem præſenti diſtinctione, quæſtione quarta. vbi vult, quòd mutari ſit aliter ſe habere nunc indiuiſibiliter, quàm prius ſe habuerit diuiſibiliter: ſi ergo ſubiectum in illo inſtanti, in quo recipit gradum frigoris incompoſſibilem calori mutatur: ergo tunc non quieſcit, & ſi ſic ſequitur, quòd nec frigus in illo inſtanti quieſcat.

¶ Quintò arguitur, nihil quod incipit eſſe, dum incipit eſſe quieſcit, patet, ſed frigus in illo inſtanti incipit eſſe, patet per exponentes, quia verum eſt dicere, frigus nunc eſt, & immediatè ante hoc non fuit: ergo incipit eſſe.

RESPONDEO ſimul ad primum, & ad ſecundum, quòd Doctor non negat abſolutè, quòd frigus non habeat primum ſui eſſe: nam aliter ſibi contradiceret, ſed vult ibi, quòd frigus in illo principio, quo incipit acquiri intenſiuè, non habeat aliquod primum inſtans ſui eſſe, patet, quia tantum acquiritur per motum. Nam immediatè poſt vltimum inſtans quietis caloris, calor incipit remitti, & frigus induci, & ideo in illo tempore immediato frigus non poteſt habere aliquod primum ſui eſſe, ſed loquendo de termino motus. ſ. in illo vltimo inſtanti, in quo calor deſinit eſſe frigus incipit eſſe, & ſic habet primum inſtans ſui eſſe. *Reſponſio ad primum.*

¶ Ad tertium dico breuiter, quòd illud vltimum inſtans eſt finis temporis præcedentis menſurantis motum intenſionis frigoris, & eſt primum temporis præcedentis menſurantis quietem ſequentem. Si tamen quies menſuratur tẽpore vero, quod non credo, vt patet à Doct. diſtinct. præſenti, quæſtio. 4. & ſi ſic dico, tunc abſolutè, quòd illud inſtans eſt tantum finis temporis menſurantis motum intenſionis frigoris.

¶ Ad quartum, & quintum ſimul dico, vt ſupra etiam dixi, quòd illud vltimum inſtans dicitur inſtans immutationis, quia in illo inſtanti ceſſat motus ſimpliciter, & tunc dicitur in illo inſtanti quieſcere pro quanto nullo modo mouetur, & licet ſubiectum in illo inſtanti verè mutetur, quia tamen nullo modo mouetur, dicitur tũc quieſcere, prout quies opponitur motui, non autem mutationi, ſiuè mutato eſſe. Et ſic patet, quomodo concluſio iſta debeat intelligi.

AD rationem de contradictoriis primò Doct. recitat reſponſionem Tho. quam improbat. Deinde adducit reſponſionem propriam, & reſponſio Tho. ſtat in hoc, ꝙ contradictoria accipiuntur pro eodem inſtanti, ſicut illa non ſunt contradictoria, quæ non ſunt accepta pro eodem inſtanti, cum ergo non eſſe caloris, vt præceſſit in vltimo inſtanti immutationis, ſiuè quietis, & eſſe caloris ſuſceptum in tempore habito nõ ſint in eodem inſtanti, ſequitur, quòd non erunt contradictoria. *Ad rationē de contradictoriis.*

¶ Ibi. Cõtra eſſe caloris, &c. Hic Doct. intẽdit ꝓbare contra Tho. ꝙ cõtradictio ſumatur ex ratione formali terminorum, & non per reſpectum ad tempus, ſiuè ad inſtans temporis, quia enim termini ſic ſunt incompoſsibiles, ideo cõtradicunt, nam ſi per impoſsibile nullũ tempus eſſet, nec aliqua menſura

eſſet, iſti termini ſimpliciter repugnarent ad inuicem, videlicet eſſe Franciſcum, & non Franciſcum, repugnat enim ſimpliciter idem eſſe Franciſcum, & non eſſe Franciſcum, & non repugnat ſibi per comparationem ad tempus, cum accidat ſibi ſic comparari ad tempus, vel ad inſtans temporis, & ideo dicit Doctor, quòd bene ſequitur, ſunt incompoſſibiles ſimpliciter, ideo non poſſunt eſſe in eodem inſtanti, & non econtra, quia non ſequitur, nō poſſunt eſſe in eodem inſtāti, ergo ſunt incompoſſibiles ſimpliciter, quia prima incompoſſibilitas eſt ex ratione formali terminorum intrinſeca, ſecunda autem eſt tantum per comparationē ad aliquod extrinſecum.

¶Ibi. Confirmatur hoc per ſimile in aliis, quia contrarium contrario ſuccedens verè eſt ei contrarium, licèt non ſint ſimul in eodem inſtanti. Similiter forma, vt terminus ad quem priuationis, &c. vult dicere, quòd ipſa forma, ad quam terminatur motus, opponitur priuatiuè ipſi priuationi vt termino à quo. Sequitur, & eſt motus inter oppoſita formaliter, vnde philoſophus primo phyſicorū. tex.commen.47. vult, quòd omnis motus ſit inter contraria oppoſita, vel priuatiua, vel media inter hæc, & tamen iſta vt ſunt termini tranſmutationis, nunquam ſimul ſunt, cum opponantur adinuicem per Ariſtot.vbi ſupra. Si inquit, ergo hoc verum eſt, quòd omne quod fit fiat, & corrūpatur, quod corrumpitur, aut ex contrariis in contraria, & in horum media, media autem ex contrariis ſunt, vt colores ex albo, & nigro, quare omnia vtique erūt, quæ natura fiunt, aut contraria, aut ex contrariis: hæc ille.

¶Ibi, poſſet etiam argui, quòd creationis termini non eſſent contrarij. Hìc Doctor probat, quòd ſi contradictoria tantum ſumerentur reſpectu eiuſdem inſtantis, quòd tunc termini creationis, ſcilicet à quo, & ad quem non contradicerent, qui termini ſunt non eſſe creaturæ, & eſſe ipſius: nam non eſſe creaturæ præcedit tempore ipſum eſſe, & quòd dicit hìc, quòd non eſſe creaturæ nō contrariatur eſſe ipſius creaturæ, patet, quia contrarium eſt aliquod ens poſitiuum, nec etiam opponitur ſibi priuatiuè, quia priuatio eſt in ſubiecto apto nato, modo non eſſe creaturæ in nullo eſſe fundatur tanquam in ſubiecto, nec etiam opponitur ſibi, vt aliquod mediū opponitur extremis, quia huiuſmodi medium eſt ſemper aliquod ens poſitiuum: ergo ſi nō eſſe creaturæ opponitur eſſe ipſius creaturæ, opponitur cōtradictoriè, & tamen non eſſe, & eſſe non ſunt in eodem inſtanti.

Notatio litteræ. ¶Ibi, quod autem adducitur de diffinitione contradictionis eſt æquiuocatio, &c. Nota hanc litteram, ꝙ quando dicitur in elencis, ꝙ contradictoria ſunt ad idem, ſimul, & in eodem tempore, debet intelligi de contradictorijs complexis, vt omnis homo currit, quidam homo nō currit, non autem de incomplexis, ſicut non eſſe a. & eſſe a. De prima cōtradictione, quę eſt inter complexa, loquitur philoſophus in libro perhier. & de ſecunda, quæ eſt inter incomplexa, loquitur in prædicamentis.

¶Ibi. Aliter reſpondeo ad argumentum. Hìc Doctor dat propriam reſponſionem, prēmittendo vnam diſtinctionem de immediato, quia immediatum poteſt accipi dupliciter. Primò, inter quod ſecundum ſe totum, & aliud non eſt medium, & ſic continuum eſt immediatum termino, vt linea eſt immediata puncto, quia inter totam lineam, & punctum nullum cadit medium, & ſimiliter tempus eſt immediatum inſtanti, quia inter tempus vnius horæ, & vltimum inſtans terminans illud tempus nō eſt aliquod medium, & ſimiliter inter motum, & mutatum eſſe non cadit medium, accipiendo aliquem totum motum, puta vnius horæ inter ipſum & mutationem terminantem ipſum motum non eſt aliquod medium. Secundò dicitur immediatū, ꝙ ſecundum ſe totum eſt cum altero ſtatim, vel poſt alterum, & ſic indiuiſibili terminanti continuum nihil eſt immediatum, nihil enim ſecundum ſe totū ſtatim ſequitur illud indiuiſibile, patet, quia ſi in aliqua linea ſignetur aliquis punctus terminans eā, linea ſequens, cuius eſt principium ſecundum ſe tota non eſt immediata illi puncto, nec immediatè ſequitur illum punctum, ſed pars illius totius, ꝙ eſt immediatum totum. primo modo ſequitur indiuiſibile ſecundum partem ante partem in infinitum, ſicut etiam patet de tempore, quia aliquod vnum tempus, puta medietatis horæ ſecundum ſe totum, & ſecundum omnes partes ſuas non immediatè ſequitur ad vltimum inſtās alterius medietatis horæ, ſed ſequitur ſecundum aliam, & aliam partem in infinitum, quia data quacunque parte proxima illi inſtanti, dabilis eſt alia in infinitum, cum quælibet pars temporis ſit diuiſibilis in infinitum, licet ergo totum illud tempus poſſit eſſe immediatum alicui inſtanti, loquendo de immediato primo modo, non tamen poteſt eſſe immediatum, loquendo de immediato ſecundo modo.

¶Ibi ad propoſitum, ergo. Nunc Doctor reſpōdendo ad rationem de contradictoriis applicat ad propoſitum, quæ dixit de immediato, dicit, quòd ſicut menſuræ iſtæ ſe habent, ita & menſurata, ſcilicet quòd quando vnum contradictorium menſuratur indiuiſibili, & aliud menſuratur diuiſibili, tūc minor eſt falſa, ſcilicet iſta, ſed ſi inter non eſſe formæ, & eſſe formæ inducendæ per motum non eſt aliquod primum, eſt medium inter illa, quæ ſunt contradictoria, negatur, nullum enim eſt medium inter contradictorium, ſecundum quod eſt in tota menſura ſua, & contradictorium aliud, ſicut nec inter totam menſuram eius, & menſuram alterius, patet, quia non eſſe formæ menſuratur inſtanti, & eſſe formæ menſuratur tempore immediatè ſequēti, ſicut expoſitum eſt ſupra, & ſicut inſtans eſt immediatum tempori, loquendo de immediato primo modo, ita non eſſe formę eſt immediatum eſſe formæ, ſic quòd inter illa non cadit medium, tamē ſicut inſtans, & tempus non ſunt immediata ſecundo modo, ſic quòd totum tempus ſecundum ſe nō ſequitur inſtans, vt expoſui, ita eſſe formæ, quod menſuratur tempore ſecundum ſe totum eſt immediatum non eſſe formæ menſurato inſtanti, ſed ſicut tempus ſequitur inſtans per partem in infinitū, ſic eſſe formæ, ſequitur non eſſe formæ per partem ante partem in infinitum, nec ſimiliter, ſicut nō eſt danda prima pars temporis, quæ ſit ſecundum ſe totam immediata inſtantia, ita nec eſt danda prima pars formæ, quæ ſit ſecundum ſe totam immediata non eſſe formæ, & ſic patet reſponſio ad ſecundam rationem principalem.

¶Ibi, tertiò principaliter arguitur, quòd angelus non poſſit moueri, quia eſt indiuiſibilis. Hìc Doct. accipit tres rationes philoſophi, quibus probat, ꝙ indiuiſibile non poſſit moueri. *Tertium argumentum principale.*

¶Prima eſt ſexto phyſicorum. tex.commento ſeptimo, quia omne, quod mouetur, partim eſt in termino à quo, & partim eſt in termino ad quem, quando enim totaliter eſt in termino à quo non mouetur, ſed quieſcit: quando autem eſt in termino ad quem, totaliter motum eſt, indiuiſibile autem non poteſt eſſe in vno partim, & partim in alio, quia non habet partem, & partem, vt patet.

¶Ibi, ſecunda ratio Ariſt. ponitur 6. phyſicorum. tex.

tex.comm.89.vbi vult,quòd omne,quòd mouetur prius pertranſit ſpaciū ſibi æquale,vel minus,quàm maius.Amplius inquit,ex his manifeſtum eſt,quòd neque punctum, neque aliud indiuiſibile nullum contingit moueri, omne enim,quòd mouetur impoſſibile prius maius moueri ipſius, quàm aut æquale, aut minus, hæc ille: ſed indiuiſibile nō poteſt minus pertranſire ſe, quia tunc daretur minus indiuiſibile: ergo pertranſit prius æquale, quàm maius ſe,& pertranſeundo ſemper ſpaciū ſibi æquale pertranſibit totum continuum, ſupra quod mouetur, igitur illud componeretur ex indiuiſibilibus æqualibus indiuiſibili, quòd eſt falſum, & hæc eſt ratio Ariſt. vbi ſupra tex.commen.89. Si igitur, inquit, hoc manifeſtum eſt, quòd & punctum minus, aut æquale mouebitur. primò, quoniam autē indiuiſibile eſt,impoſſibile eſt moueri prius,æquale ergo ipſi, quare erit linea ex pūctis,ſemper enim per æqualem motum omnem lineam punctū menſurabit, ſi autem hoc impoſſibile eſt,& moueri indiuiſibile impoſſibile, hæc ille.

Omnis motus eſt in tempore.

¶Ibi, tertia ratio Ariſtot. videtur eſſe, quia omnis motus eſt in tempore, ſicut probauit prius ſexto phyſicorum. tex.commen.88.vbi ſic ait, quare non contingit impartibile moueri, neque omnino mutari: ſolum enim ſic eſſet ipſius motus, ſi tempus eſſet ex iſtis nunc: ſemper enim in ipſo nunc eſt motum eſſe, & mutatum, quare moueri quidem nequaquam eſt, motum autem ſemper eſſe eſt: hoc autem, quòd impoſſibile ſit oſtenſum eſt prius, neque enim ex iſtis eſt tempus, neque linea ex punctis, neque motus ex momentis eſt,&c.

¶Ibi Commentator, cum declarauit, inquit, ꝙ indiuiſibile non mouetur,vult dare cauſam in hoc, & eſt, quia tempus & motus, & magnitudo ſunt continua, & quòd hoc non eſſet poſſibile,niſi tempus componeretur ex inſtantibus, & motus ex finibus motuum, ſcilicet mutationibus, magnitudo ex punctis, hæc ille, patet ergo, quomodo omnis motus eſt in tempore,& omni tempore erit accipere minus tempus,in quo minori poteſt minus mobile moueri, igitur omni mobili poteſt accipi minus mobile in infinitum, & ita nullum indiuiſibile eſt mobile.

¶Reſpondet Doctor ad hoc tertium argumentū.

Quomodo Angelus poſſit moueri in motu continuo.

& primò dicit, quòd licet angelus ſit indiuiſibilis, tamen quia occupat locum diuiſibilem,quia poteſt eſſe in iſto loco diffinitiuè, vt ſupra patuit quæſt.6. præſentis diſtinctionis.& ſic poſſet moueri localiter motu continuo,ita quòd ſucceſſio cōtinua motus localis ſumeretur ex ſucceſſione partium loci, ita quòd ſucceſſiuè pertranſiret illud ſpacium, ſequitur, aut ſi occupat locum punctualem, & ita vt punctualiter exiſtens non poteſt continuè moueri, vt ſemper habeat eſſe punctuale, vult dicere Doct. quòd ſi angelus eſſet tantum in loco punctuali, vt ſic non poſſet moueri motu continuo,cum ſemper in tali ſpacio haberet eſſe punctuale: punctus enim non poteſt continuari puncto, ſicut nec indiuiſibile indiuiſibili, vt ſupra patet, ſequitur tamen, quia non videtur ratio,&c. Hic Doctor intendit probare, quòd indiuiſibile etiam quantitatiuum, ſi eſſet per ſe exiſtens, poſſet moueri localiter motu continuo, ſi moueretur ſuper aliquod ſpaciū cōtinuum. Et primò probat, quia ſphæra ſuper planum mota deſcribit in plano lineam, & tamen non tangit planum niſi in puncto: ergo punctum ſphæræ pertrāſit totam lineam, quæ tamen linea ex hoc non erit compoſita ex punctis.

¶Ibi, Hic reſpondetur multipliciter. Primò, quòd non eſt ſphæricum in natura, ſed tantum in imaginatione.

¶Ibi. Sed hoc nihil eſt. Hic Doctor dupliciter reſpondet. Primò, ꝙ cœlum eſt ſimpliciter ſphæricum. Secundò dato, quòd non ſit ſphæricum de facto, tamen eſt poſſibile dari ſphæricum perfectū moueri ſuper planum perfectum. Sequitur, eſſet autem contradictio,ſi ex motu diuiſibilis ſuper aliquid ſequeretur ipſum eſſe indiuiſibile,vel componi ex indiuiſibilibus,dicit in ſententia,quòd indiuiſibile moueri ſuper planum, & tale motum eſſe continuum, & compoſitum ex ſemper diuiſibilibus nulla apparet contradictio, ſi verò talis motus eſſet compoſitus ex indiuiſibilibus, vel ſpacium ſupra, quod mouetur indiuiſibile ex tali motu, ſequeretur componi ex indiuiſibilibus, eſſet contradictio indiuiſibile hoc modo moueri.

An cœlum ſit ſphæricū.

¶Ibi. Aliter dicitur, quòd naturalis ſphæra tangit planum in linea, & non in puncto,& ſic falſum eſt dicere, quòd punctus ſphærici moueatur. Contra hoc arguit Doctor, quia tunc ſequeretur, quòd linea ſupra planum eſſet circularis, & eſſet recta, vt patet, ſicut quælibet pars ſphærici eſt ſphærica, vt probatur in aſtronomia, & quælibet pars circularis, vel circuli eſt circularis, & non intelligitur, ꝙ quælibet pars ſit circularis,ſed quòd prætendit,ſcilicet principiatiuè circularitatem, quia ſcilicet eſt curua,& non recta, linea corporis ſphærici eſt circularis, etiam quælibet pars ipſius, ergo ſi corpus ſphæricum tangeret planum in linea,& moueretur ſuper planum motu recto, certum eſt, ꝙ ibi efficeretur linea recta, & per te tantum tangit in linea, quæ eſt circularis: ergo illa linea eſſet circularis, & recta,quod eſſet impoſſibile.

Exemplum in Aſtronomia.

¶ Ibi. Aliter dicitur, quòd quia punctus ille per accidens mouetur, ideo non oportet, quòd commenſuret ſibi ſpacium, ſuper quod mouetur,ſphæra autem per ſe mouetur, & etiam eſt diuiſibilis, Iſta littera ſupponit vnū, ſcilicet quòd illud, quod mouetur ſuper aliquod ſpacium, ita quòd partibiliter pertranſit illud, in alio, & alio inſtanti eſt in alia,& alia parte ſpacij,non eſt autem neceſſe,quòd illud, quod mouetur per accidens, puta ad motum alterius, commenſuret ſibi ſpacium, ſuper quod eſt motus: cum ergo punctus tantum moueatur per accidens ſuper plano, quia ad motum ſphæræ non erit neceſſe ipſum commenſurari ſpacio, & ſi non commenſurat ſibi ſpacium,non mouetur localiter.

¶ Sed contra iſtud. Hic Doctor probat, quòd quamuis pars in toto moueatur per accidens, tamen ſemper eſt in ſpacio ſibi æquali, & pertranſeūdo, illa pars deſcribit totum ſpacium, immò ſi albedo, quæ magis mouetur per accidens,&c. dicit Doctor, quòd quando aliquod album mouetur ſuper aliquod ſpacium, illa albedo, quæ mouetur per accidens,commenſuret illud ſpacium per accidens, quia ſi eſſet ſeparata, adhuc commenſuraret. Sic tamen intelligendo, quòd ſi albedo per poſſibile eſſet ſeparata,& haberet illam extenſionem,quam habet vt vnita quanti, quòd tunc præciſè occuparet tantum locum ſeparata, quantum coniuncta. Si etiam intelligatur non extenſa, ſed tantum exiſtentia albedinis, ſi vt in ſubiecto occupat ſpacium puta indiuiſibile, quia vt ſic inextenſa eſt omninò indiuiſibilis adhuc ſeparata præciſè occuparet idē ſpacium: ergo à fortiori punctus, cum ſit pars quātitatis, vel ſaltem intrinſecū ipſi quanto, cuiuſmodi non eſt albedo, ſi eſſet per ſe ſeparatus, commenſuraret ſpacium, tranſeundo illud.

¶Ibi. Item linea iſta ſuppoſita non commenſuratur ſphæræ, quia tunc eſſet corpus ſphæricum, ſed commenſuratur alicui moto ſuper ipſam, ergo tantum puncto moto ſuper eam.

Digitized by Google

¶Ibi, ſi etiam ponatur ſphæram eſſe in vacuo, & ſolam lineam eſſe plenam. Hic Doctor reſpondet tacitæ obiectioni, quia forte aliqui dicerent nō eſſe poſſibile ſphæram tantum tangere planum in puncto, quia etiam tangit medium, ſcilicet aerem, & ita aerem ſibi commenſurat, ideo Doctor ad hoc euitando ponit caſum de vacuo, puta ꝙ ſit vacuum, & in vacuo ſit planum, & ſphæra, & per impoſſibile moueatur ſphæra in vacuo ſuper planum, tunc manifeſtum erit, quòd non tangit niſi in puncto. Et notandum eſt, quòd aliqui voluerunt vacuum eſſe locum nullo corpore repletum, aptum tamen repleri. Aliqui verò eſſe ſpacium nullo corpore naturali repletum, tamen repletum corpore mathematico, & tunc dimenſiones manent in vacuo, ſicut ſi deſtrueretur tota ſubſtantia aeris, & omnis qualitas naturalis ſola quantitate aeris remanente, ſic eſſet vacuum dimenſionatum, loquendo de vacuo, primo modo nihil poſſet ibi moueri, ſecundum Comm. & ſi eſſet graue, deſcenderet in inſtāti, nec ſimiliter ſecundo modo, quia tales dimēſiones non ſunt natæ cedere alicui corpori, & ita ſi illud mobile ſit corpus, non cedent ei, ſed ſi per impoſſibile moueretur per illud vacuum dimenſiones vacui penetrarent dimenſiones illius mobilis, & ita duo corpora eſſent in eodem. Et ſic Doct. accipit vacuum hic.

Corpus cubum quid ſit. ¶Ibi. Præterea accipiatur corpus cubum. Hic Doctor intendit ſecundò principaliter probare indiuiſibile de prædicamento quantitatis poſſe moueri. Et primò de corpore cubo figurato ad modum taxilli habens ſex ſuperficies, ſi moueatur ſuper magnitudine habet tale corpus lineam terminantem duas ſuperficies, cum quælibet eius linea terminans terminet duas ſuperficies, vt patet, tunc ſi mouetur, eius lineę correſpondet linea in magnitudine in inſtāti quietis, ſed dū mouetur, nō correſpondet ei linea in magnitudine, ſed continuum, & tamen deſcribit ſuperficiem in magnitudine non conſtitutam ex lineis, igitur ſic faceret linea, ſi eſſet ſeparata à ſuperficie, & ſic moueretur ſuper magnitudine ſemper. i. in omni inſtanti commenſuraret ſibi lineam in magnitudine ſuppoſita, & in tempore flueret ſuper continuum, patet etiam hoc; ſi ponantur duæ lineæ, quarum vna ſupponatur alteri, patet, quòd punctus lineæ inferioris deſcribit lineā ſuperiorem, & hoc poſito, quòd linea ſuperior moueatur ſuper lineam inferiorem, & tunc etiam punctus lineæ ſuperioris deſcribit totam lineam inferiorem, & tamen neutra eſt compoſita ex punctis, ſicut igitur non ſequitur, hic punctus lineæ deſcribit lineam, igitur linea eſt conſtituta ex punctis, ita non ſequitur punctus ex ſe mouetur, deſcribendo lineam: igitur illa linea eſt conſtituta ex punctis, & ſi iſtæ conſequentiæ valerent de puncto ſeparato à linea, quare non de puncto coniuncto lineæ, & quare non valeret de linea corporis cubi, quia ipſa deſcribit totam ſuperficiem magnitudinis, quare igitur illa ſuperficies non componeretur ex ſuperficiebus. Dicit igitur Doctor quantum ad iſtud, quòd cum non videatur, niſi fuga, & non vera ſolutio de motu per accidens, quòd valet pūctus mouetur per accidens, ideo non deſcribit lineam, nec commenſurat eam ſibi, immò deſcribit, & commēſurat, eo quòd ſibi conuenit menſurare, vt infra patebit. Dicit igitur Doctor hanc concluſionem de

Indiuiſibile an poſſit moueri. indiuiſibili, quòd diuiſibile poteſt moueri per ſe, ſi per ſe eſſet, & motu continuo, nec ex iſto dicto, ſequitur magnitudinem, ſuper qua moueretur eſſe compoſitam ex punctis.

¶Ibi. Propter tamen intentionem Ariſt. qui allegabatur. Hic Doctor intendit primò aſſignare cauſam ſucceſſionis in motu locali, & ſic oſtēdere, quomodo indiuiſibile de genere quātitatis poſſit localiter moueri. Secundò exponit auctoritates philoſophi. Quantum ad primum dicit, quòd duplex eſt cauſa ſucceſſionis in motu locali, ſcilicet diuiſibilitas ſpacij, & diuiſibilitas mobilis, & vtraque per ſe, & ſeorſum ſumpta eſt ſufficiens. De prima patet, quia mobile prius pertranſit vnam partem ſpacij, quàm aliam, comparando mobile ad diuerſas partes ſpacij. De ſecunda etiam patet, quia ſi per poſſibile mobile diuiſibile pertranſiret punctum, adhuc ſucceſſiuè pertranſiret, quia prius ſecundum vnam partem ipſius mobilis, & poſterius ſecūdum aliam partem, & ſic de alijs, vt patet de facto, quādo mobile pertranſit aliquod ſpacium prius ſecundum vnam partem tranſit punctum ſignatum in ſpacio, & poſterius ſecundum aliam partem. Et addit, ꝙ etiam in motu alterationis poſſet aſſignari cauſa ſucceſſionis, tam ex parte mobilis, quàm ex parte formæ, patet, quia ex diuiſibilitate formæ mobile prius recipit vnam partem formæ, quàm aliam, ex parte etiam mobilis, patet, quia prius alteratur ſecundum vnam partem, quàm ſecundum aliam, & addit, quod etiam hæc duplex cauſa forte poſſet aſſignari in motu augmentationis, licet hoc ſit magis difficile, quia non videtur poſſe aſſignari mobile indiuiſibile, quod ſit quantitatis ſucceſſiuę ſuſceptiuum, in alteratione verò facilè aſſignari poteſt, quia punctus exiſtens in quanto alteratur, & ſucceſſiuè ſucceſſione partium formæ. Sed an indiuiſibile poſſit alterari, patet de indiuiſibili ſubſtantiali, quia angelus poteſt recipere aliam, & aliam cognitionem. Sed an indiuiſibile quantitatiuum, vt punctus poſſit recipere aliquam quantitatem. Dico, quòd non poteſt recipere certam quātitatem certæ intenſionis, vt tenet Doctor in quarto, diſtinct. 10. quæſtio. 9. ſiuè vltima. reſpondendo ad ſecundum argumentum principale. Alij tamen dicunt, quòd punctus eſt alterabilis per accidens ad alterationem partium, quas continuat ad inuicem, ſed quicquid ſit parum, curandum eſt. Deinde addit Doctor, quòd philoſophus bene negat, punctum poſſe moueri localiter quantum eſt ex ſe, id eſt quòd ex parte eius poſſit accipi continuitas motus, cum non habeat partes, non tamen indiuiſibile eſt illud, cui repugnat mouere, aut moueri, accipiendo continuitatem, & ſucceſſionem motus ſui à ſpacio. *Duplex eſt cauſa ſucceſſionis.* *An punctus poſſit moueri.*

¶Ibi. Et iſtud concludunt rationes ſuæ. Hic Doctor dicit, quòd rationes Ariſtot. quibus probat indiuiſibile non poſſe moueri motu continuo, ſiuè ſucceſſiuo, probant tantum de ſucceſſione, quæ eſt ex parte mobilis, & ſic indiuiſibile non mouetur motu ſucceſſiuo, & continuo, cum in ipſo nulla ſit ſucceſſio partis, & partis, ſed non concludunt de ſucceſſione, quæ eſt ex parte ſpacij, ſuper quod mouetur indiuiſibile, & hoc eſt quod dicit. Cum ergo dicit Ariſt. 6. phyſic. tex. comm. 7. quòd omne quod mouetur, partim eſt in termino à quo, & partim in termino ad quem, verum eſt de mobili diuiſibili, quia ſm partē, & partem ſui eſt in termino & termino, non enim eſt totaliter in termino à quo, quia tunc quieſceret, nec totaliter in termino ad quem, quia iam eſſet motum, & non moueretur, vt patet à philoſopho vbi ſupra. Sequitur, & nō ita ſolum, ſed ſm idē ſui eſt partim in termino vno, & partim in alio, hoc eſt in aliquo medio non quieſcendo. Dicit Doctor, quòd diuiſibile, puta corpus pedale, quod dicatur a. quod moueatur ſuper ſpaciū quadrupedale, & dicatur b. a. ſecūdum aliam, & aliam partem eſt in termino à quo, & in termino ad quē ipſius b. & ſic eſt ibi ſucceſſio, & nō ſolum hoc, ſed *Quomodo ſit intelligēda propoſitio Ariſt.*

etiam

etiam accipiendo idem mobile a. ſecundum idem eſſe ſui eſt partim in termino à quo, & partim in termino ad quem, ſupple in aliquo medio ſpacij b. non quieſcendo, ſed inquantum ipſum medium ſpacij eſt aliquid vtriuſque, ſcilicet termini à quo, & termini ad quem ſpacij b. Sequitur, hoc eſt, inquantum eſt, per quod tendit ab vno in alterũ, ideſt quòd ipſum medium ſpacij b. eſt illud, per quod mobile a. tendit ab vno termino in alterum, ſcilicet à termino à quo ad terminum ad quem: nam mobile a. quod tranſit ſuper ſpacium b, antequam ſit ſub termino ad quem: oportet, quòd prius ſit ſub medio inter terminum à quo, & terminum ad quẽ. Sequitur. Hoc eſt dictu, quòd eſt ſub mutatione, & ſub aliquo ſubiacente mutationi, & ſic continuat partes motus. Hæc littera ſic exponitur. Nam cum mobile mouetur à termino à quo, alius motus ad terminum ad quem ipſius, recedendo à termino à quo fit ſub mutatione, ſiue ſub mutato eſſe, quod mutatum eſſe eſt finis partis poſterioris motus à quo, & principiũ partis prioris motus ad quem, ideo dicit Doctor, quòd etiam illud mobile diuiſibile mouetur motu ſucceſſiuo, accipiendo ſucceſſionem ex parte ſpacij, quia in aliquo medio ſpacij ipſum mobile ſecũdum ſe eſt ſub aliqua mutatione, ſiuè mutato eſſe, quod continuat partem ipſius motus, ſcilicet partem à quo, & partem ad quem, & hoc eſt quod dicit, quòd eſt ſub mutatione, & immediatè addit ſub aliquo ſubiacente mutationi, ideſt quòd ipſum mobile, dum eſt in medio ſpacij, non tantum eſt ſub mutatione, modo præexpoſito, ſed etiam ſub aliquo ſubiacente mutationi, ideſt ſub aliquo vbi, quod ſubeſt mutationi: nam mobile, vt mouetur ſuper aliquod ſpacium ſemper, vt eſt in alio & alio pũcto ſpacij eſt in alio, & alio vbi, vt ſupra declaratum eſt de loco angelorum. quæſtio. 6. præſentis diſtinctionis, & ſicut ipſum mobile vt in medio eſt ſub mutatione, ſequitur etiam, quòd ipſum vbi in quo eſt, ſit ſub mutatione. Sequitur. Cum autem accipitur indiuiſibile, non poteſt eſſe partim in vno termino, & partim

Nota & bene. in alio, &c. Hic Doctor concedit, quòd indiuiſibile non poteſt eſſe in termino à quo, & in termino ad quem ratione ſuarum partium, cum non habeat partes, ſed bene poteſt eſſe ſub termino à quo, & ad quem ratione ſpacij, vt enim ipſum indiuiſibile eſt in aliquo medio alicuius ſpacij ratione illius medij poteſt dici eſſe ſub termino à quo, & ad quem modo præexpoſito.

¶Ibi. Ad aliud, cum dicitur, quòd prius pertranſit omne mobile æquale, vel minus, quàm pertranſit maius. In hac litera tam difficili multa ſunt notanda.

¶Primò, quòd indiuiſibile, quando pertranſit ſpacium puta pedale, ſemper pertranſit maius, & hoc patet, quia indiuiſibile, dum eſt in aliquo ſpacio, eſt tantum in puncto illius ſpacij, ſi ergo pertranſiret minus ſe, tunc punctus in quo eſſet, eſſet diuiſibilis. ſi etiam primò pertranſiret ſibi æquale, tunc primò pertranſiret punctum ſpacij pedalis, & ſic reſpectu motus ſuper planũ pedale daretur prima mutatio, quod patet, ex quo enim tranſit punctum in inſtanti, & totum ſpacium ſequens in tpe, illa tranſitio puncti eſſet inſtantanea mutatio, & ſic alicuius motus daretur prima mutatio, quod ſubtiliter ſupra improbatum eſt. Eſt etiam contra Ariſtot. ſexto phyſicorum, vbi vult, quòd in quolibet motu ante omnem mutatũ eſſe ſit moueri, & econtra, licet aliqui peruerſores Ariſtot. & non expoſitores, vt Auerroyſtæ velint, quòd Ariſtot. retractauerit illud, & volunt, quòd detur prima mutatio, & ſic vt dicit Doctor, ſi volunt ipſum retractare in octauo phyſicorum, quod dixit in ſexto, poſſunt rationabiliter dicere, quòd in octauo contradicat ſibiipſi. Dicit ergo Doctor infra: non ergo oportet, quòd omnem tranſitionem ſucceſſiuam, puta ſi mobile ſit ſemipedale, & ſpaciũ ſuper quod mouetur, quòd ſit pedale, in quo eſt ſucceſſio, vel tranſitio pręcedat pertranſitio indiuiſibilis, immò ſemper præcedit tranſitio diuiſibilis: nam data quacũque tranſitione ſuper ſpacium ſemper erit diuiſibilis in infinitum, cum quælibet pars ſpacij ſit diuiſibilis in infinitum, & ſic non poteſt dari aliqua prima tranſitio reſpectu alicuius motus. Tenendo tamen, quòd punctus mouetur motu continuo, tũc dico, quòd ſemper tranſit maius vbi ſibi adæquato, quia vt eſt in vbi adæquato, eſt præciſè in puncto ſpacij, & cum mouetur recedendo à ſuo, vbi tranſit partem ſpacij diuiſibilem, & ſic tranſit maius, ſed hìc oportet dicere alterum, vel daretur prima mutatio in motu locali, quam etiam aduerſarij negant in motu locali, licet ponant primam mutationem in motu alterationis, vel augmentationis, vel oportet ponere indiuiſibile, nullo modo poſſe moueri localiter motu continuo.

¶Secũdò dicit, quòd loquendo de diuiſibili, puta de aliquo corpore pedali, quod mouetur ſuper ſpacio pedali, quòd tale corpus pertranſit minus, non ratione ſui, ſed ratione partis, non comparando partem ad locum ſibi æqualem, nec totum ad locum ſibi æqualem, ſed comparando ad certum punctum indiuiſibilem in ſpacio, quia vt ſic mouetur, tranſeundo minus, ſecundum quòd pars præciſè tranſit punctum ſignatum, quod eſt diſcontinuum alteri puncto ſignato, cum nõ ponatur pars, quia duo vbi, ſiuè mille, vt præciſè ſunt in punctis ſignatis, & in puncto ſignato ponitur pars habere vbi, ſunt vbi diſcontinua, & hoc eſt quod dicit, vt pars non comparatur loco æquali, ſi enim pars cõparetur loco æquali, & totum loco ſibi æquali, & moueatur totum motu continuo, tunc pars ſemper tranſibit maius, & totum ſimiliter ſimul tranſibit maius recedens à loco ſibi æquali, & ſi poneretur, quòd tantum pars moueretur tranſeundo maius, & totum ſimul non moueretur, ſed ſtatim poſt motionem partis moueretur, tunc motus totius, & partis non eſſent vnus motus, immò neceſſariò eſſent duo motus. Hic nota, quòd corpus pedale, quod dicatur a. & locus ſup ſpacio pedali ſibi correſpondens, vel æqualis erit ſpacium pedale, & dicatur b. accipio aliquam partem paruam ipſius a. & illa ſit quantitas digitalis, & dicatur c. locus correſpondens ſibi in ſpacio erit ſpacium digitale. Dicit ergo Doctor, quòd ſi pars illa c. pertranſibit locum ſibi æqualem, etiam ipſum a. pertranſibit locum ſibi æqualem, ad hoc, quòd motus ſit continuus, quod patet. Dicimus enim motum alicuius mobilis eſſe continuum, cum continuatur motui partis: ſi ergo c. tranſiret locum ſibi ęqualem, & a. ſimul non tranſiret: tunc ille motus non eſſet continuus. patet, quia non eſſet indiuiſibilis, quod requiritur ad motum continuum: eſſet enim diuiſibilis, quia alius, & alius motus: nam vnus eſt reſpectu partis tranſeuntis locum ſibi æqualem, & alius eſſet reſpectu totius tranſeuntis locum ſibi æqualem, ita quòd inter hos duos motus eſſet quodammodo quies media, ſi pars prius pertranſit, & hoc eſt quod dicit Doct. ibi, & hoc nõ comparando partem ad vbi ſibi æquale, &c.

¶Ibi. Sequitur infra. Sed intelligendo reſpectu alicuius certi, & determinati puncti. Dicit Doctor, quòd ipſum a. vt tranſit ſpacium bipedale prius pertranſit minus illius ſpacij, non ratione ſui, ſed ratione partis c. ſic intelligendo,

quòd quando a. eſt in ſpacio pedali, & tranſit illud faciendo ſe in alio ſpacio pedali ſignato aliquo pũcto in ſpacio pedalis ſequentis, ipſum c. prius pertranſit illud punctum, quàm ipſum a. & quia punctus minus eſt ipſo a. ratione ipſius c. dicimus, q̃ a. ſemper pertranſit minus, quàm maius, vel æquale. Et addit Doctor, quòd hoc debet intelligi de vbi alio à ſuo primo vbi totali. Et vult hìc Doctor, vt patet, & infra quæſtione vltima, quòd aliquando ſunt aliqua, vbi alia & alia, & diſcontinua, ita quòd mobile deſerit totaliter primum vbi, & fit totaliter ſub alio vbi, ſi modo in illo alio vbi, puta pedali, ſignetur punctus, tunc pars c. prius pertranſit illum punctum, quàm ipſum a. & ſic a. ratione partis c, prius pertranſit minus, quàm æquale, vel maius, ſed hic motus non eſt continuus, cum illa duo vbi ſint diſcontinua: nam motus localis continuus eſt inter illa vbi, quæ ſic ſe habent, quòd vnum vbi eſt pars alterius, ſi modo loquamur de continuitate motus, quę eſt inter illa vbi, quę ſic ſe habent, quòd vnum eſt pars alterius. Dicunt alij, quòd a. mobile ſemper pertranſit maius ſpacium, & non minus, neque æquale. Et pono caſum, quòd ſit ſpacium bipedale, & dicatur a. in quo ſunt infinita vbi, quia infinita puncta in potentia, & inter quęcunque duo pũcta eſt ſpacium medium, & in illo ſpacio medio ſunt infinita vbi in potentia, quia & infinita pũcta, patet, quia quocunque ſpacio dato illud eſt diuiſibile in infinitas partes. Pono modo, quòd omnia, vbi totius ſpacij dicantur partes vbi totalis, & ſic hoc modo motus localis ſuper tali ſpacio cõtinuatur, ſit ergo mobile a. occupans ſpacium ſemipedale. Dicunt, quòd quando pertranſit ſpacium, ſemper pertranſit maius ſe, quod patet. Nam dum eſt in ſpacio ſibi æquali non mouetur localiter, dum verò acquirit punctum ſpacij immediatè ſequẽtis, ſpaciũ ſemipedale pertranſit, maior patet, quia ille punctus pertinet ad vbi totale, & ſic pertranſeundo punctum illum, pertranſit totum ſpacium, in quo erat, & illum punctum ſibi additum, vel partem ſibi additam, & ſic pertranſit maius, & ſic continuãdo ſemper pertranſit maius vſque ad terminum quietis, nam tranſacto puncto, ipſum a. fit in loco ſibi æquali, puta bipedali: ergo & dum tranſit aliũ punctum, adhuc pertranſit maius, quia ſpacium ſibi æquale, & punctum additum, vel partem additam, & ſic ſemper continuando motum ſuper ſpacium, & ſic aliqui exponunt, quomodo ſemper tranſit maius, loquendo de motu locali continuo.

Expoſitio aliorum ſi placet.

Expoſitio ad mentè propriam.

Et licet fortè ſit bona expoſitio, tamen ſaluo ſemper meliori iudicio, poteſt ſic exponi, quia ex quo mobile, vt eſt in ſpacio, non habet aliquam partem æquè primò ſibi immediatam, ſed ſolum pũctum æquè primò ſibi immediatum, & ideo mobile primò tangit ſpacium in puncto, & ſic ſecundum punctum, primo eſt in vbi, tunc dico, quòd quando recedit ab ipſo vbi in ſpaciò, & mouetur motu locali continuo, tunc tranſit maius, quia tranſit partem diuiſibilem, & ſtatim fit in vbi immediatè ſequens illam partem, & cum recedit ab illo, vbi tranſit partem immediatè ſequentem, & ſic ſemper trãſit maius. Loquendo ergo de motu continuitatis. Dicit Doctor, quòd ſemper pertranſit maius, & nunquam minus, nec æquale, & hoc eſt, quod dicit infra ibi. Sed ſi loquamur, &c. Quando ergo dicit Ariſt. quòd pertranſit prius, aut minus, aut æquale, quàm maius, debet intelligi modo præexpoſito ſupra de toto reſpectu partis. Et dicit Doct. quòd accidit ipſi toti ſic pertranſire minus, vel æquale, quia hoc eſt ratione partis, loquẽdo ſemper de alio & alio loco diſcontinuo modo præexpoſito. Si verò mobile non haberet partes ſemper pertranſiret maius, loquendo de quocunque loco, ſiuè continuitatis, ſiuè non, & ſic patet iſta littera.

¶Ibi. Et ſi obiicis. Arguit Doctor, quòd ex quo punctus ſemper eſt in ſpacio ſibi æquali, quia in puncto: ergo ſi punctus pertranſit ſpacium pedale, ſemper efficiet lineam pedalem compoſitam ex punctis, patet, quia ſemper eſt in alio, & in alio puncto.

¶Ibi. Dico, quòd ſemper. Dicit Doct. quòd punctus in quolibet indiuiſibili, ſiuè in quolibet inſtanti eſt in ſpacio ſibi æquali, ſcilicet in puncto, non autem ſemper, accipiendo ly ſemper pro quacunque parte temporis, quia data quacunque parte temporis ſemper erit in ſpacio diuiſibili, ſicut dicimus etiam de mobili diuiſibili, quòd ſemper eſt in mutato eſſe, accipiendo ſemper pro quolibet inſtanti temporis menſurantis motum illum, quia in quocunque inſtãti illius temporis ſemper eſt ſub alio, & alio mutato eſſe, non autem ſemper eſt ſub alio mutato eſſe, accipiendo ſemper pro alia & alia parte temporis, quia in quacunque parte temporis menſurantis talem motum eſt ſub alia, & alia parte motus, & non ſub mutato eſſe.

¶Ibi. Idem argui poteſt. Dicit Doctor, quòd ſi vltima ſuperficies corporis cubi (quod ſcilicet habet ſex ſuperficies vt taxillus) ſuperponitur lineæ præcisè, ſuper quam moueatur, licet in quolibet inſtanti temporis ſemper ſuperponatur lineæ præcisè, vel parti ipſius, tamen in toto tempore medio inter duo inſtantia fluit medium diuiſibile ipſius lineæ, & hoc eſt dictu, quòd quamuis illa ſuperficies, quæ ſit quantitatis vnius taxillæ parui, dũ mouetur ſuper lineam, quæ ſit longitudinis cubitalis in quolibet inſtanti temporis ſemper ſuperponitur lineæ præcisè, & nõ ſequitur ex hoc, quòd talis motus ſit compoſitus ex indiuiſibilibus, immò ſemper ex diuiſibilibus, dũ in inſtanti a. ſuperponitur parti lineæ præcisè, & in inſtanti b. ſuperponitur alij parti, tamen ex quo inter duo inſtantia cadit tempus medium, ita in tali tempore medio fuit medium continuum ipſius lineæ: non ergo ſequitur ſuperficies illa, dum mouetur ſuper lineam, ſemper ſuperponitur illi in alio, & alio inſtanti; ergo mouetur in alio, & alio inſtanti, ſed ſequitur, quòd mouetur in alio, & alio tempore, cum inter duo inſtantia detur tempus medium menſurans motum inter duo mutata eſſe, & ſicut inſtans temporis correſpondet mutato eſſe, & mutatum eſſe correſpondet puncto lineæ, ita tempus immediatè ſequens inſtans menſurat motum immediatè ſequentem mutatum eſſe, & motus eſt cõtinuus, quia ſuper lineam continuã immediatè ſequentem punctum.

¶Ibi. Ad vltimam rationem Doct. ſoluit vltimã rationem philoſophi, qua probat, quòd indiuiſibile non poſſit moueri. Et dicit concedendo, quòd omni tempore dato contingit accipere minus, patet, quia quælibet pars temporis eſt ſemper diuiſibilis in infinitum, non tamen ſequitur, quòd minus mobile poſſit moueri in minori tempore, vt patet de puncto, quod eſt mobile minimum, tamen non mouetur in non tempore, ſed in tempore. Si verò mobile eſſet cauſa continuitatis motus, minus mobile moueretur in minori tempore, patet experimẽto, quia ſi accipiatur corpus tricubitale, & corpus cubitale, in maiori tempore moueretur tricubitale, quia continuitas motùs acciperetur penes partes ipſius mobilis.

IN iſta littera Doctoris ſunt multæ inſtantiæ contra ſex concluſiones, quæ hìc ponuntur per ordinem.

Inſtantia cõtra ſex concluſiones.

¶ Concluſio prima. Complexa non ſunt contradictoria, niſi accipiantur pro eodem inſtãti, ſed

incom-

incomplexa ſunt contradictoria abſolutè ſumpta, non determinando ad aliquod inſtans.

¶Cóclusio ſecunda. Poteſt concedi, quòd angelus habens vbi punctuale poteſt continuè moueri, vt in puncto ſemper exiſtens.

¶Concluſio tertia. Indiuiſibile de genere quantitatis poteſt moueri motu ſucceſſiuo, & verè continuo.

¶Concluſio quarta. Si punctus per ſe exiſtens tranſiret ſpacium efficeret lineam, quæ tamen non eſſet compoſita ex punctis, licet ſemper tangeret ſpacium in puncto.

¶Concluſio quinta. Si iſta eſſet vera, ꝙ indiuiſibile ſemper tranſit minus, vel æquale, quàm maius, tunc dabilis erit prima mutatio in motu locali.

¶Concluſio ſexta eſt. Punctus poteſt moueri motu alterationis, & fortè motu augmentationis.

CONTRA primam concluſionem, quæ talis eſt. Complexa non poſſunt eſſe contradictoria, niſi accipiantur pro eodem inſtanti, ſed incomplexa ſunt contradictoria abſolutè ſumpta, non determinando ad aliquod inſtans.

¶Contra primam partem primò, quia quæcunque repugnant ſuis rationibus formalibus repugnant, vt patet à Doct. in primo, diſtin. 2. & 13. & in tertio, diſt. 2, q. 1. & alibi. ergo contradictoria complexa repugnant ſuis rationibus formalibus, & per conſequens nõ repugnant præcisè per comparationem ad aliquod inſtans.

¶Secũdò. Iſtæ propoſitiones contradicunt. ſ. omnis homo eſt animal, aliquis homo non eſt animal, & tamen non contradicunt præcisè per reſpectum ad inſtans temporis, patet, quia nunquam poſſunt ſimul eſſe veræ, nec pro eodem inſtãti, nec pro alio & alio inſtanti, nec pro eodem, vel alio, & alio tempore, vt patet.

¶Tertiò arguitur, quia circũſcripto omni tempore, & omni inſtanti temporis, & ſimpliciter circumſcripta omni menſura durationis. Iſtæ duæ ꝓpoſitiones non poſſunt ſimul eſſe varæ. ſ. omnis homo currit, aliquis homo nõ currit, quæ ſunt in materia contingenti: ergo non ſunt contradictoriæ per reſpectum ad inſtans temporis.

Nota & bene. ¶Quartò arguitur, ꝗa multæ propoſitiones, quæ cõmuniter tenentur contradictoriæ, poſſunt ſimul eſſe verę in eodem inſtanti temporis, patet tenendo dictum Doct. diſt. 1. huius ſecundi. q. 1. quòd in eodem inſtanti temporis poſſunt eſſe plura inſtantia naturæ. Tunc ſic in primo inſtanti naturæ, hæc eſt vera, nullus homo eſt riſibilis, patet, quia tãtum pro illo inſtanti verificantur prædicata quiditatiua, ſm Doct. & ſimiliter hæc eſt vera in ſecundo inſtãti naturæ, aliquis homo eſt riſibilis, & tamẽ iſtę duę ſunt ſimul verè in eodem inſtanti temporis, licet oppoſitum ab omnibus teneatur.

¶Quintò arguitur, quia iſtæ ab ęterno contradicunt, pater in diuinis generat alium Deum, pater non generat alium Deum, vt dicit Doct. in primo, diſtinct. 4. quæſtio. 1. & tamen nullo modo comparantur ad aliquod inſtans tpis, cum tunc non fuerit tempus, immò iſtæ duæ propoſitiones ſunt ſimpliciter incompoſſibiles, & nũquam poſſunt eſſe verè.

¶Sextò arguitur contra ſecundam partem, probando, quòd non dicantur contradictoria, niſi per reſpectũ ad aliqđ inſtans, quia datis quibuſcunque contradictoriis, quæ ſunt propriè inter affirmationem, & negationem nunquam intelliguntur cõtradictoria, niſi ſimul intelligantur, quòd enim Franciſcus ſit, & non ſit, eſt contradictio tantum pro eodem inſtanti, & non pro illo, & alio tpe, quia iſta verificantur pro alio, & alio tempore. Nam ab ęterno Franciſcus non fuit, & ex tempore Franciſcus fuit: ergo. Similiter album, & non album contradicunt, & tamen non contradicunt, niſi accipiatur pro eodem, vt patet ad ſenſum.

¶Septimò. Repugnantia terminorum eſt tãtum reſpectu ſimultatis, aliter enim non intelligitur repugnantia; nam incompoſſibilitas terminorum eſt in comparatione ad ſimultatem; ex hoc enim dicuntur incompoſſibiles, quia non ſimul compatiuntur, nec in ſe inuicem, nec in aliquo alio, ſed hæc ſimultas non poteſt accipi, niſi præcisè in eodem inſtanti, & per conſequens cõtradictio in terminis, quæ dicit incompoſſibilitatem terminorum non poterit eſſe, niſi ſit in eodem.

RESPONDEO præmittendo aliqua. Primum, quòd contradictio in terminis abſolutè ſumptis, accipitur pręcisè ex rationibus formalibus terminorum, ideſt quòd ipſi termini primò & formaliter repugnãt, & formaliter ſunt incompoſſibiles. Et ex hoc ſequitur, quòd non poſſunt eſſe ſimul, ꝗa enim ſunt ſimpliciter incompoſſibiles ex ſuis rationibus formalibus, ideo non poſſunt eſſe ſimul, & non econtra, arguitur quaſi à cauſa ad effectum, quia enim rationes formales terminorum ſimpliciter repugnant, ideo non poſſunt eſſe ſimul. Et ſi arguatur, non poſſunt eſſe ſimul, ideo repugnant, arguitur ab effectu ad cauſam: nõ enim non ſimultas eſt cauſa repugnantiæ, ſicut etiam compoſſibilitas terminorũ præcisè accipitur à rationibus formalibus terminorum, (vt patet à Doctore in locis præallegatis) ſic & incompoſſibilitas terminorum. Et ſicut ratio compoſſibilitatis eſt cauſa ſimultatis terminorum (non autem ſimultas terminorum eſt cauſa compoſſibilitatis eorum) ſic præcisè ratio incompoſſibilitatis terminorum eſt cauſa non ſimultatis, & non econtra. Et ſicut termini aliqui dicuntur incompoſſibiles ex rationibus abſolutis eorum, circumſcripta omni cõparatione, ſiuè ad tempus, ſiuè ad ſubiectum, in quo ſunt ita termini, qui ſunt incompoſſibiles, circumſcripto omni reſpectu tam ad tempus, quàm ad ſubiectum, quàm etiam ad quodcunque aliud ex rationibus eorum abſolutè ſumptis dicuntur ſimpliciter incompoſſibiles Præmitto etiam ſecundò, quòd cõtradictoria complexa dicuntur propriè, quando prædicata comparãtur ad idem ſubiectum, ita quòd ſimul non poſſunt verificari de eodẽ ſubiecto, licet ſucceſſiuè poſſint verificari, licet enim currere, & non currere abſolutè contradicant ex rationibus formalibus terminorum, & abſolutè repugnent, tamen nõ dicuntur repugnare Franciſco, niſi præcisè comparãdo pro eodem inſtanti, abſolutè enim non repugnant Frãciſco, patet, quia aliquando poteſt currere, aliquando non currere. Et iſtæ duæ propoſitiones Franciſcus currit, Franciſcus non currit, ſunt contradictoriæ, vt prædicata præcisè comparantur Franciſco pro eodem inſtanti, licet illa prædicata adinuicem comparata formaliter repugnent ex ſuis rationibus formalibus abſolutè ſumptis. *Quæ ſint contradictoria cõpleta.*

HIS præmiſſis reſpondeo ad rationes, & primò ad primam. Dico, quòd propoſitio Doct. intelligitur tantum de terminis, qui dicuntur compoſſibiles, vel incompoſſibiles ex ſuis ſolis rationibus formalibus, & non intelligitur de complexis, quæ non dicuntur repugnare, niſi pro quãto prædicata comparantur ad idem ſubiectum pro eodem inſtanti.

¶Ad ſecũdum dico, quòd iſta prædicata animal non animal non ſolum repugnant formaliter, & abſolutè ſumpta, ſed ſimpliciter repugnant ſubiecto, ſcilicet homini, ſiuè ſimul, ſiuè ſucceſſiuè, non animal enim nunquam poteſt verificari de homine. Doctor enim loquitur propriè de illis contradictorijs,

dictoriis, quorum prædicata non poſſunt ſimul ineſſe ſubiecto, licet ſucceſſiuè. Et poſito etiam, quòd loquatur de quibuſcunque cõtradictoriis complexis. Dico. quòd non diceretur cõtradictoria reſpectu ſubiecti, niſi pro eodem inſtanti.

¶Ad tertium dico, ꝙ caſu poſito, ꝙ omnis menſura durationis eſſet circumſcripta in re, adhuc nõ diceretur contradictoria, niſi pro eodem inſtanti, vel tempore, ſaltem ſecundum imaginationem, ſicut Doct. loquitur ſupra diſtinct. 1. quæſt. 3. & præſenti diſtinct. quæſt. 4. de tempore ſecundum imaginationem.

¶Ad quartum dico, quòd ſi contradictio habeat accipi pro eodem inſtanti temporis, quòd illę duæ propoſitiones contradicunt, nec ſunt ſimul verè in eodem inſtanti temporis, & hoc accipiendo præciſè ipſum inſtans temporis, licet enim in primo inſtanti naturæ vna ſit vera, & in eodem inſtanti, alia non ſit vera, ſed vera in ſecundo inſtanti naturæ, tamen accipiendo totum inſtans temporis, ſi in eodem inſtanti temporis totali vna ſit vera, alia in eodem totali inſtanti neceſſariò erit falſa. Et eſt pariformiter dicendum, ſicut etiam Doct. dicit ſupra præſenti diſt. q. 1. de æternitate, quomodo in inſtãti æternitatis dicuntur contradictoria, & quomodo non, quia iſtæ ſunt ſimul verę in eodem inſtanti æternitatis, Franciſcus currit, Franciſcus nõ currit, quia heri currebat, & hodie non currit, & tamen heri, & hodie ſunt in eodem inſtanti æternitatis, & ſic non dicuntur cõtradictoria, ſi tamẽ acciperetur inſtans æternitatis, vt præciſè coexiſtit tempori heſterno, vel hodierno, tunc contradicerent, vt patet, vide quæ ſupra in locis prææallegatis expoſui. Si tamen acciperetur contradictio non præciſè pro eodem inſtanti temporis, ſed etiam pro quocunque inſtanti naturæ, vel originis, tunc illæ duæ propoſitiones tantum contradicerent pro eodem inſtãti naturæ.

¶Ad quintum dico, vt ſupra dixi, quòd ſufficit inſtans æternitatis comparari ad aliquod inſtans temporis ſecundum imaginationem.

¶Ad ſextum, & ſeptimum ſimul patet reſponſio ex dictis ſupra, ꝙ non ſimultas ſequitur præciſè ex repugantia terminorum, quæ ſumitur ex rationibus formalibus terminorum, vt ſupra diffusè declaraui. quæ omnia benè nota.

Contra conclusionem secundam.

CONTRA concluſionem ſecundã, quæ talis eſt. Poteſt concedi, ꝙ angelus habens, vbi punctuale poteſt continuè moueri, vt in puncto ſemper exiſtens. Contra primò ſic nihil, quòd in toto ſpacio ſemper indiuiſibiliter ſe habet, mouetur motu cõtinuo ſuper illo ſpacio, ſed ſe habens punctualiter in toto ſpacio ſemper ſe habet indiuiſibiliter, & huiuſmodi eſt angelus, ſi habet eſſe pũctuale in toto ſpacio, ergo. Maior patet, quia ꝙ mouetur localiter motu continuo, ſemper tranſit aliã & aliam partem ſpacij, ſecũdum quas eſt vera ſucceſſio motus continui, vt ſupra patuit, & per conſequens, ſi mobile in ſe ſit indiuiſibile, reſpectu tamen ſpacij ſe habebit diuiſibiliter.

¶Secundò arguitur. Omne quod mouetur localiter motu continuo ſemper acquirit alium, & alium locum diuiſibilem, aliter non moueretur motu continuo, vt ſupra patuit, ſed in toto motu ſuper ſpacium ſemper in puncto exiſtẽs non acquirit alium, & alium locum diuiſibilem, patet, quia ſicut acquirens locum indiuiſibilem, & punctualẽ eſt in illo, ita acquirens locum diuiſibilem erit in illo, ſed ſemper in puncto exiſtens in toto ſpacio nunquam eſt in loco diuiſibili, quia in nulla parte ſpacij: ergo nihil tale mouetur localiter motu continuo.

¶Tertiò arguitur. Si angelus, vt mouetur localiter ſuper ſpacio ſemper in puncto exiſtit. Quæro quãdo deſerit primum punctum, in quo eſt localiter, in quo fit immediatè, aut fit, vel incipit eſſe in alio puncto, aut in aliqua ſpacij parte, non primò, quia tunc non moueretur continuè, vt patet, non ſecundò, quia tunc non eſſet in puncto exiſtens, vt patet.

¶Quartò arguitur. Si angelus mouetur motu continuo ſuper ſpacium, aut mouetur tangendo illud, aut non tangendo. Si primò. Sequitur, ꝙ tanget aliquam partem ſpacij, aliter non tangeret ſpacium, ſed ſi tangeret partes ſpacij, tunc nõ eſſet in illis in puncto, vt patet, & ſic non eſſet in toto ſpacio ſemper exiſtẽs vt in pũcto. Si ſecundò. ergo non moueretur ſuper tale ſpacium, nõ enim videtur imaginabile, quòd a. tranſeat motu cõtinuo per medium aquæ, vel aeris, & quòd non tangat aliquam partem aquę, vel aeris; ſicut tranſeundo ſemper tangit in puncto, vt dicit concluſio.

¶Quintò arguitur ſic. Quando angelus mouetur à puncto ad punctum, aut fit in alio puncto in inſtanti, aut in tempore. Si primò. ergo non mouetur motu continuo à puncto ad pũctum. Si ſecundò. ſequitur, quòd cum tempus ſit menſura motus ſucceſſiui, & continui, & talis motus non poſſit eſſe niſi ſuper ſpacio verè diuiſibili, ſequitur, quòd angelus aliquando erit in tali ſpacio diuiſibili, ꝙ eſt contra concluſionem.

RESPONDEO ad primum, & dico, ꝙ maior poteſt dupliciter intelligi. Primò, ꝙ mobile ſemper ſe habeat indiuiſibiliter, ideſt quòd in toto ſpacio ſit ſemper indiuiſibile, & tamen trãſeat ſpacium diuiſibile diuiſibiliter. Secundò, ꝙ ſemper ſe habeat indiuiſibiliter, ideſt quòd in toto ſpacio non ſolum ſit indiuiſibile, ſed etiam quòd tranſeat ſpacium illud indiuiſibiliter. Secundo modo maior eſt vera, & minor falſa, quia licet angelus in toto ſpacio ſemper ſit exiſtens indiuiſibiliter, tam ex parte ſua, quàm ex parte ſpacij, ideſt quòd in ſe ſemper ſit indiuiſibilis, & ſemper tangat ſpacium indiuiſibiliter, quia in puncto præciſè, tamẽ tranſit illud ſpacũ diuiſibiliter, & ſucceſſiuè, ita ꝙ per prius vnam partem, & per poſterius aliam.

Acquirere locum diuiſibilem poteſt dupliciter intelligi.

¶Ad ſecundum dico ad maiorem, quòd acquirere locum diuiſibilem poteſt intelligi, vel de loco materiali, puta de ſpacio in ſe, vel de loco formali, puta de reſpectu, ſiuè de vbi formaliter. Si primo modo intelligitur, adhuc diſtinguo, quòd acquirere alium, & alium locum diuiſibilem poteſt dupliciter intelligi. Primo, quòd acquirat locum diuiſibilem, puta partem ſpacij exiſtendo in illo, vel illa. Secundò, quòd acquirat non exiſtendo actu in illo, vel illa, ſed ſucceſſiuè tranſeundo primo modo. Maior eſt ſimpliciter falſa, ſed ſecundo modo eſt vera, & ſic concedo, quòd angelus acquirat ſemper aliam, & aliam partem ſpacij, non actu exiſtẽdo in illis, ſed ſucceſſiuè tranſeundo, ſcilicet vnam poſt aliam.

¶Ad tertium dico, ꝙ angelus quando deſerit pũctum, in quo actu exiſtit, fit in alio puncto. Et cum quæritur de ly immediatè, dico quòd fieri in alio puncto immediatè poteſt multipliciter intelligi. Primò, quòd fiat in alio puncto immediatè, ideſt immediato primo puncto, & hoc eſt impoſſibile, quia punctum non eſt immediatum puncto, vt patet ſexto phyſicorum. Secundò, quòd fiat in alio puncto immediatè, ideſt ꝙ fiat in illo puncto non tranſeundo per aliquod medium, & hoc non, quia tunc non moueretur à puncto ad punctum motu continuo. Tertiò, ꝙ fiat in alio puncto immediatè, ideſt quòd trãſeundo ſpacium intermedium illud, quod immediatè tangit, eſt punctus, & ſic

conce-

conceditur, ꝓ angelus ſit immediatè in alio pũcto, id eſt ꝓ non acquirit aliquid immediatè tangendo illud niſi punctum, ſed illud non poteſt tangere, niſi prius tranſeat ſpacium diuiſibile, vel aliquã partem ſpacij diuiſibilem.

¶Ad quartum dico, quòd mouetur ſuper ſpaciũ tangendo illud præcisè in alio, & alio puucto, & nunquam tangit in aliqua parte diuiſibili. Si dicatur, quando angelus eſt in primo puncto ſpacij pedalis, & immediatè mouetur ſuper illo ſpacio. Quæro quid immediatè tangit, non punctum, quia nõ eſt immediatum primo puncto, ſed aliqua pars ſpacij eſt immediata illi, quia inter punctum, & pũctum eſt aliqua pars: ergo videtur, quòd per prius tangat illam partem. Dico, ꝓ tangere illam partem poteſt dupliciter intelligi, ſcilicet aut ꝓ tangat illam in puncto, vel in alio & alio indiuiſibili, aut quòd tangat illam in aliquo diuiſibili. Primo modo tangit partem, ſed non ſecundo modo. Si dicatur, ꝓ non videtur imaginabile, ꝓ a. tranſeat, & moueatur ſuper ſpacium pedale, in quo ſunt infinitæ partes diuiſibiles inexiſtentes, & quòd nullam illarum tangat. Dico, quòd ſi puncta in ſpacio eſſent ita diſtincta, quòd poſſit ſignari primum, ſecundum, tertium, & quartum, inter quæ cadunt partes diuiſibiles, fortè non eſſet imaginabile, ꝓ a, poſſet tranſire & moueri de puncto ad punctum, tangendo illa, & quòd nullo modo tangeret partes intermedias. Sed non eſt ſic intelligendum, ſed quia non poſſunt dari, vel ſignari duo puncta, quin inter illa duo ſint infinita, immò infinities infinita, patet, quia inter duo puncta eſt aliqua pars, quæ ſemper eſt diuiſibilis in infinitas partes, & quælibet illarum ſemper eſt diuiſibilis in infinitas partes, & ſic inter quæcũque duo puncta ſignata etiam proxima quantum dici poſſunt, ſunt infinities infinita puncta. Et ex his patet quomodo indiuiſibile trãſeundo ſpacium tãgat quemlibet partem illius ſpacij præcisè in puncto, immò non poteſt tranſire minimam partem, quin tangat infinities infinita puncta. Hoc etiam patet de corporibns, quæ mouentur localiter ſuper ſpacio, quæ quando mouentur, habent in ſpacio præcisè punctum, loquendo de loco adæquato. Prius enim ſecundum aliquid ſui tangit ſpacium in puncto, & ſic ſucceſſiue ſuper totum ſpacium, vt ſupra patuit, & tamen ſecundum illud indiuiſibile dicitur corpus moueri localiter.

Tãgere partem poteſt intelligi dupliciter.

¶ Si iterum dicatur tempus correſpõdet motui, & mtous parti diuiſibili ſpacij: cum ergo a. indiuiſibile mouetur ſuper ſpacio in tẽpore, quæro quid tangat, ſi punctum. Contra, quia motus fit ſuper diuiſibili: ſi partem diuiſibilem, ergo indiuiſibile tangit diuiſibile, & non præcisè in puncto, quòd eſt propoſitum. Dico, ꝓ dum mouetur in tẽpore, quòd tangit infinities partes infinitas præcisè in pũcto, & nunquam in aliquo diuiſibili, quia in quacunq; parte tẽporis ſunt infinities infinita inſtantia, & in quolibet inſtanti illius temporis eſt in aliquo puncto ſpacij, & in quolibet puncto eſt in alio, & alio mutato eſſe. non eſt ergo imaginandum, quòd in tempore mobile indiuiſibile nihil tangat, eo, ꝓ tempus menſurat motum, & motus eſt ſuper diuiſibile, quia ſicut in tẽpore quantumcunque paruo ſunt infinitæ partes, immò infinities infinitæ, & per conſequens infinities infinita inſtantia, ſic ſimiliter eſt in motu menſurato à tali tẽpore, & correſpondenter eſt in ſpacio, ſuper quo fit talis motus, & ſic patet, quòd quando mobile indiuiſibile mouetur ſuper aliquo ſpacio, & talis motus menſuratus aliquo tempore quantumcunque paruo, tangit infinities infinitas partes illius ſpacij ſemper in pũcto, quæ omnia benè nota.

¶Ad quintum, ſiuè vltimum, cum quęritur, quãdo angelus mouetur à puncto ad punctum, aut ſit in alio puncto in inſtanti, aut in tempore. Dico, ꝓ ſi mouetur motu continuo propriè accepto, quòd neceſſariò ſit in alio puncto in tempore, & nullo modo in inſtanti. Et cum infertur, ꝓ cum tempus ſit mẽſura motus ſucceſſiui, qui fit in aliquo ſpacio diuiſibili, quòd angelus aliquãdo erit in tali ſpacio diuiſibili. Dico, quòd eſſe in ſpacio diuiſibili poteſt dupliciter intell gi, vel quòd ſit ibi, tangendo illud indiuiſibiliter, & in puncto, aut tangendo diuiſibiliter, & non in puncto. primo modo concedo, quòd angelus eſſet in tali ſpacio, ſed non ſecundo modo, immò in tali tẽpore tangeret ſpacium in infinitis punctis.

Eſſe in ſpacio diuiſibili poteſt intelligi duobus modis.

CONTRA conclusionem tertiam, quæ talis eſt. Indiuiſibile de genere quantitatis poteſt moueri motu ſucceſſiuo, & verè continuo. Contra hãc concluſionem poſſunt fieri omnes inſtantiæ ſupradictæ contra concluſionem ſecundam, licet poſſint fieri aliquæ ſpeciales, ſed illæ ſufficiant.

Contra concluſionem tertiam.

CONTRA concluſionem quartam, quæ talis eſt. Si punctus per ſe exiſtens tranſiret ſpacium efficeret lineam, quæ tamen nõ eſſet compoſita ex punctis, licet ſemper tangeret ſpacium in puncto. Contra primò, quòd nullo modo poſſit efficere lineam, oſtendo, & arguo ſic. Si punctus poteſt efficere lineam in ſpacio, puta cubitali, tranſeundo ſpacium illud, ſequitur neceſſariò, quòd tangat per longum totum ſpacium illud, ita quod nihil ſit illius ſpacij in longum, quin tangatur à puncto, patet, quia illa linea efficeretur fluxu puncti ſuper ſpacium. Et ſi ſic ſequitur, quòd ex quo ſpacium cõſtat ex diuiſibilibus, puta partibus, & ex indiuiſibilibus, puta punctis, quòd punctus tanget ſpaciũ illud ſecundum partes tam diuiſibiles, quàm indiuiſibiles, quòd eſt impoſſibile.

¶ Secundò arguitur. Si punctus trãſitu ſuo ſuper ſpacium cauſat lineã, quęro quo modo cauſat, non effectiuè. Tũ quia non ponit̃ de genere actiuorũ, tũ quãtitas nõ vr̃ poſſe cauſari ab aliquo eiuſdẽ gñis, vt patet, nõ formalr̃, cũ nõ ſit formalis cauſa lineę, vt patet, nec multo magis erit cauſa materialis, nec finalis, vt patet, nec cauſatur à motu ſuper ſpacium. Tũ quia ſucceſſiuũ formalr̃ nullo modo ponitur de genere actiuorum. Tum quia abſolutum cuiuſmodi eſt quãtitas, nullo modo poteſt cauſari à reſpectiuo, cuiuſmodi eſt mot⁹ formaliter ſumptus.

¶Tertiò arguitur probando, quòd linea effecta à puncto tranſeũte ſuper ſpacium, neceſſariò eſſet compoſita ex punctis. Et arguo ſic. Si linea efficitur puncto ſuper ſpacium tranſeunte, tangendo ſpacium tranſitu ſuo, ita ꝓ cõtinuè tangat ſpaciũ, ſi enim aliq̃ partẽ ſpacij tranſiret nõ tãgendo illã, nihil lineæ efficeret̃ in illa partes, & ſic nõ efficeret̃ linea cõtinua ſup toto illo ſpacio, ꝓ cõtinuè trãſiret. Si ergo efficeret tangendo ſpacium, & nõ aliter, ſequitur, quòd talis linea eſſet neceſſariò compoſita ex punctis, ex quo ſemper tanget ſpaciũ in puncto.

RESPONDEO vt dixi ad concluſionẽ ſecũdam, ꝓ tangeret ſpaciũ ſemp in pũcto, & ꝓ tãgendo oẽm partẽ illius ſpacij etiã in infinitũ diuiſibilẽ, efficit neceſſariò lineã in tali ſpacio. Eſt enĩ impoſſibile tranſire oẽs partes alicuius ſpacij infinities infinitas, tangendo illas in pũcto, quin efficiatur in tali ſpacio linea, vel realiter, vel ſaltẽ ſecundũ imaginationem, quæ tamen linea non erit cõpoſita ex punctis, ſicut nec motus, qui cauſatur, quando indiuiſibile tranſit ſuper ſpacium erit compoſitus ex punctis, vt ſupra dixi. Si enim punctus præcisè tranſiret puncta ſignata in ſpacio quantumcunque proxima,

Reſpõſio ad concluſionẽ.

xima, & præciſè, tangendo illa fortè, non cauſaretur linea continua. Sed quia non poſſunt ſignari duo puncta, etiam quãtumcunque proxima, quin inter illa ſint infinities infinitæ partes, quas omnes tangeret in puncto, & inter quæcũque duo puncta illarum partium infinities infinitarũ, cadũt etiam infinities infinitæ, quas etiam omnes pertrãſiret, tangendo illas in puncto, ideo ſic tranſeundo efficeret lineam continuam, & nullo modo ex punctis compoſitam. Et per hoc patet reſponſio ad tertium argumentum.

¶ Ad ſecundum dico, quòd fortè non cauſaretur linea, niſi ſecundum imaginationem, vel ſi realiter cauſaretur, dico, quòd cauſaretur à puncto tãtum inſtrumentaliter, & à principali mouente pũctum cauſaretur effectiuè.

CONTRA concluſionem quintam, quæ talis eſt. Si mobile prius tranſiret minus, vel æquale, quàm maius, loquendo de tranſitione indiuiſibili, tunc eſſet dabilis prima mutatio in motu locali. Hic poſſet multipliciter inſtari, quia tamen ſolutiones argumentorum poſſent faciliter haberi ex ſupradictis. adduco quinque rationes ſoluendas faciliter diligenter intuentibus expoſitionem litteræ, & dubia ſuperius enucleata.

¶ Arguitur ergo primò ſic, quia hoc idem videtur ſequi, ſi indiuiſibile tranſeat maius. Et pono caſum, quòd a. indiuiſibile quieſcat per horam in puncto alicuius ſpacij, & in vltimo inſtanti illius horæ incipiat tranſire ſuper ſpacium, certum eſt, quòd tunc in illo inſtanti tranſibit maius, quia partem diuiſibilem ſpacij, & ſic illa tranſitio, cum ſit inſtantanea erit mutatio, & per conſequens illius motus localis ſuper ſpacio erit dabilis prima mutatio.

¶ Secundò, quia hoc idem videtur ſequi neceſſariò, quando mobile diuiſibile mouetur ſuper ſpacio, quia primò, & immediatè tranſit æquale, quia immediatè ſecundum partem fit in puncto, vt patet à Doctore præſenti quæſt. & ſic videretur ſequi, quòd in tali motu daretur prima mutatio, quod eſt inconueniens.

¶ Tertiò arguitur contra, quia Doctor in concluſione videtur ſupponere, quòd ſi a. tranſiret minus, vel æquale, quòd tunc in motu locali daretur prima mutatio, & ſic ſupponit, quòd vt ſic poſſet moueri motu locali, quod tamen non videtur verum, immo nullo modo moueretur motu continuo, patet, quia ſi ſemper tranſit minus, vel æquale, & ſic tranſeundo tranſit in inſtanti, ſequitur, ꝙ præciſè tranſibit in alio, & alio mutato eſſe, & ſic non erit motus.

¶ Quartò arguitur, quia non ſequitur præciſè, tranſit primò æquale: ergo in motu locali datur prima mutatio. Et pono caſum, ꝙ angelus quieſcat per horam in aliqua ſpacij parte, & in vltimo inſtanti illius horæ præciſe tranſeat punctum immediate ſequẽtem, & in tempore immediato moueatur ſucceſſiuè ſuper ſpacium, patet, ꝙ tunc in inſtanti tranſit æquale, & ſic mutatio, quæ tamen mutatio nõ erit prima mutatio motus localis, cum in illo inſtanti nullo modo moueatur, nec illa mutatio pertinebit ad motum localem immediatè ſequentem, vt ſupra expoſui in his concluſionibus. hoc idem videtur dicendum de puncto.

¶ Quintò arguitur. Pono, ꝙ a. quieſcat per horã in puncto ſpacij bicubitalis, & in vltimo illius horæ aliqua virtute tranſeat ſpacium pedale, & in tpe immediate ſequẽte moueatur ſuper ſpacio aliquo, patet, ꝙ tunc tranſit maius in inſtanti, & ſic propriè mutatur, & tamen illa mutatio non dicetur prima mutatio motus localis immediatè ſequentis.

¶ Reſponſionem quære ex ſupradictis in aliis dubiis.

Contra ſextam.

CONTRA ſextam probo, ꝙ punctus non poſſit moueri motu alterationis. Et primò arguitur ſic. Nulla forma nata informare ſubiectum diuiſibiliter, poteſt ipſum informare indiuiſibiliter, ſed qualitas corporalis vt color, & calor, & huiuſmodi eſt forma talis: ergo. Sed ſi informaret punctum, informaret tantum indiuiſibiliter, cum punctus ſit ſimpliciter indiuiſibilis: ergo maior cũ minori eſt nota.

¶ Secundò. Nulla forma, quæ tantum eſt nata, informare corpus, poteſt informare non corpus, patet, quia ſicut forma merè ſpiritualis non poteſt informare corpus, nec econtra: ergo. Sed forma qualitatiua corporis eſt tantum nata informare corpus, cum ex hoc dicatur corporalis: ergo non poteſt informare punctum, cum nullo modo ſit corpus: ergo.

¶ Tertiò ſequeretur, ꝙ talis alteratio fieret in inſtanti, vel ſaltem daretur prima mutatio in alteratione, patet, quia alterans non poteſt ſibi approximari, niſi punctualiter, vt patet, & per conſequens nullum erit impedimentum, neque ex parte pũcti, neque ex parte alterantis, vt patet, & ſic, vel inducit aliquem gradum, puta caloris in inſtanti, vel inducet omnem gradum in inſtanti.

¶ Quartò arguitur, quia ex quo alterans non eſt perfectè præſens alicui corpori, niſi in puncto, vt patet per Doct. in iſto ſecũdo, diſt. 2. q. 9. & ſic ſequeretur, ꝙ quãdo corpus alteratur partibiliter, quòd primo punctus alterabitur, inducendo aliquẽ gradum in inſtanti, vt patet, & ſic in alteratione, qua corpus alteratur, puta ſecundum calorem daretur prima mutatio, quod eſt inconueniens.

¶ Quintò ſequeretur, quòd poſſet dari minus minimo ente naturali, quod poſſet immutare viſum, vel quod poſſet comburere magnum lignũ, quod eſt contra Doct. præſenti quæſtione, vbi vult, ꝙ detur minima pars entis naturalis, quæ poſſet immutare, qua minor non poſſit, ſed punctus perfectè albus, vel perfectè calidus eſt ens naturale, & minus quacunque parte data, cum ſit indiuiſibilis, & illa pars diuiſibilis: ergo.

Reſponſio nor.

¶ Reſpondeo breuiter, ꝙ poteſt loqui de alteratione, qua aliquid alteratur dupliciter, ſcilicet extẽſiuè, & intenſiuè.

Primo modo nihil alteratur, niſi ſit verè diuiſibile, & ſic calor non poteſt extendi, niſi in corpore diuiſibili, & extenſo.

Secundo modo poteſt aliquid alterari indiuiſibiliter, ſiuè inextenſibiliter, & hoc modo punctus poteſt calefieri, & moueri motu alterationis, forma ergo corporalis poteſt informare, & extenſè, ſiuè diuiſibiliter, & inextenſè, ſiuè indiuiſibiliter. Si dicatur, ꝙ motus eſt ſucceſſiuus, & talis ſucceſſio, vel eſt ex diuiſibilitate mobilis, vel ſpacij, vel formæ acquirendæ. Sed in propoſito punctus eſt tantum indiuiſibilis, & poſito, ꝙ forma, puta calor ſit diuiſibilis ſecundum aliam, & aliam partem, tamen ſic partibiliter non poteſt recipi niſi in quanto diuiſibili. Dico, ꝙ color eſt dupliciter diuiſibilis. ſ. ſecundum partes quantitatiuas, & ſecundum gradus intenſionis. primo modo punctus non poteſt moueri ad colorem motu continuo, & ſucceſſiuo, quia tali motu tantũ diuiſibile mouetur, ſed bene poteſt moueri. Secundo modo, quãdo color intenditur gradualiter in puncto.

¶ Ad alias inſtantias patet reſponſio ex ſupra declaratis.

IBI. Ad quartum argumentum principale de cauſa ſucceſſionis motus.

¶ Quar-

¶Quartò, & vltimò arguit Doct. probando, ꝙ angelus non poſſit moueri localiter continuè, quia non habet reſiſtentiam, quia ſicut dicit Comment. ſuper quarto phyſ. c. 22. ꝙ ſucceſſio in motu eſt ex reſiſtentia mobilis ad motorem, vel medij ad mobile, vel medij ad motorem, nulla iſtarum reſiſtentiarum eſt in propoſito, non enim angelus reſiſtit medio, nec econuerſo, nec ſibiipſi vt motori.

¶Confirmatur ratio, quia ſecundum ipſum graue in vacuo moueretur in non tempore, quia ibi nulla eſſet reſiſtentia, quæ poſſet cauſare ſucceſſionem in motu, non autem magis reſiſtit angelus ſibiipſi, vel medio, quàm graue, vacuo vel vacuum graui ſi poneretur.

¶Ibi. Item per rationem philoſophi. 4. phyſicor. tex. commen. 71. qui ſic arguit. Quæ enim eſt proportio medij ad medium in ſubtilitate, & denſitate, eadem eſt proportio motus ad motum in velocitate & tarditate, ſed nulla eſt proportio vacui ad plenum in ſubtilitate: igitur nec mobilis ad mobile in velocitate, ſed omnis motus poſſibilis ad omnẽ motum poſſibilem poteſt eſſe aliqua proportio in velocitate: igitur nullus motus eſt poſſibilis in vacuo, ita poteſt argui in propoſito: nam cæteris paribus, quæ eſt proportio mobilis ad mobile in velocitate, eadem eſt proportio angeli ad corpus in ſubtilitate, ſed nulla eſt proportio angeli ad corpus in ſubtilitate: igitur non poteſt localiter moueri.

Tex. com 72 ¶Ibi. Alia ratio ſua eſt ibi, q̃a ſi in vacuo fiat motus, accipiatur aliud corpus plenum ſubtile in tanta proportione excedere aliud corpus in ſubtilitate in quanta tempus motus vacui minus eſt, quàm tempus motus pleni, & vide rationem.

AD has rationes reſpondet Doct. ibi ad quartũ argumentum principale. In iſta littera multa ſunt notanda. Primò, opinio antiquorum fuit, ꝙ motus localis tantum fieret in vacuo, vt patet quarto phyſicorum. tex. commen. 71. & arguebant ſic. Si corpus mouetur localiter, aut recipitur in vacuo, aut in pleno, non ſecundo modo, quia tunc duo corpora eſſent ſimul: ergo primo modo, & ſic ſequitur, quòd vacuum ſit cauſa motus localis. Contra quam quãdo arguũt Ariſt. & Auer. arguunt cõtra Auenpacem, & reſpondent ad rationem ipſius, quòd recipitur in vacuo, ſic intelligendo, quòd quãdo corpus mouetur in aere, eſt plenum in actu, ſed vacuum in potẽtia, quia dum corpus ad ipſum mouetur, ipſum corpus efficit latera continentis in actu, & occupat totum illud ſpacium, quod eſt inter latera continentis, replendo illud.

¶Secũdò nota, quæ ſit cauſa ſucceſſionis in quolibet motu ibi. Breuiter tamen dico. Dicit Doct. quòd cauſa ſucceſſionis in motu, puta quòd angelus non poſſit moueri de loco ad locum, puta de cœlo ad terram in inſtanti, ſed motu continuo, & ſucceſſiuo, iſta ſucceſſio cauſatur per reſiſtentiã mobilis ad ipſum motorem, & ipſius mobilis ad medium inter ipſum, & terminum. Exempli gratia. Angelus, vel virtus motiua angeli mouent ſubſtantiam ſuam de cęlo ad terram, illa ſubſtantia dicitur mobile, & facit reſiſtentiam virtuti motiuę angeli, ideſt ꝙ talis ſubſtãtia, vt comparata virtuti finitæ, & limitatæ non poteſt eſſe in inſtanti à tali virtute de cœlo ad terram, & talis ſubſtantia, vt comparatur tali virtuti tranſit ſucceſſiuè per omnia media vſq; ad terram, & ſic omnia illa media inter cœlum, & terram faciunt ſibi reſiſtentiam, cum ſint ſic ordinata, quòd tale mobile, vt comparatum tali virtuti non poteſt ſimul, & in inſtãti tranſire, ideo ſucceſſio in tali motu cauſatur ex reſiſtentia mobilis ad motorem, & ex reſiſtentia mediorum ad mobile. Quia tamen iſta litera videtur aliqualiter difficilis, expono illam, cum dicit, quòd cauſa ſucceſſionis in motu eſt reſiſtentia mobilis ad motorem, non talis, quòd mouens non poſſit vincere mobile, tunc enim non moueret ipſum, patet, quia ſi eſſet maior reſiſtentia in mobili, quàm virtus in mouẽte, non poſſet moueri à tali virtute, vt patet, quia virtus motiua nõ poteſt mouere quodcũque mobile, non enim homo poteſt mouere aliquod magnum, & exceſſiuum graue, quia in tali graui eſſet maior reſiſtentia, quàm eſſet virtus motiua hominis pro ſtatu iſto. Sequitur. Sed nec talis, ꝙ mobile reinclinetur ad oppoſitum, quia ſi eſt pręcisè in motu violento, vt patet de graui ſurſum, quod inclinatur ad deorſum, & ideo mouens lapidem ſurſum, quamuis lapis non faciat mouenti fortè nullam reſiſtentiam, quin poſſit fortè illum mouere de loco ad locũ, puta de loco deorſum ad locũ ſurſum in inſtanti, & non in tpe, & ſic nulla eſſet ibi ſucceſſio, in̄ poſito, ꝙ ipſe lapis faciat reſiſtentiam, accipiendo reſiſtentiam pro eo, quod mouetur cõtra inclinationẽ eius naturalẽ, talis tamen reſiſtentia non eſt illa, quæ propriè faciat ſucceſſionem in motu. Et poſito etiam, quòd talis reſiſtentia eſſet cauſa ſucceſſionis in motu, adhuc eſſet tãtum cauſa ſucceſſionis in motu violento, & non naturali, & quia multa mouẽtur localiter motu naturali cõtinuo, & ſucceſſiuo, vt patet de graui, ꝙ mouetur deorſum, ibi quærenda eſt cauſa ſucceſſionis in tali motu, & ideo alia eſt aſſignanda à prædicta. Sequitur. Sed talis reſiſtentia, quòd mobile ſemper eſt ſub aliquo, cui non poteſt immediatè ſuccedere terminus intentus à mouente, vt patet, quia cum mobile a. mouetur ſuper ſpacium bicubitale, dum eſt in principio illius ſpacij, in illo tunc non poteſt eſſe in fine illius ſpacij bicubitalis, oportet enim mobile, cum ſit virtutis finitæ ſe facere præſens alij parti, non ſimul, ſed tantum ſucceſſiuè. Et hoc eſt quod dicit Doct. quòd hoc eſt propter defectum virtutis motiuæ, & cum hoc propter reſiſtentiam medij ad mouens, & mobile, per quod medium poteſt intelligi eſſe illud, quod neceſſariò præcedit inductionem termini inducẽdi, vt patet, ponendo quòd mobile a. moueatur ſuper ſpacio b. vnius miliaris, & intendat acquirere locum in fine illius ſpacij, dum eſt in principio ſpacij, quia ſimul non poteſt eſſe in fine ſpacij, ſed tantum ſucceſſiuè, ideo dicimus, quòd tale ſpacium, ſiuè medium facit reſiſtentiam mouenti, & mobili, quia dum mobile eſt in vna parte medij, ſtatim non poteſt eſſe in fine medij, ideo omnes partes illius ſpacij faciunt reſiſtentiam, & mouenti, & mobili, & ideo dicit, quòd omne illud, quod neceſſariò præcedit inductionẽ termini principaliter intẽti, dicitur medium, quod facit reſiſtentiam modo prædicto. Sequitur. Sed tale medium non eſt neceſſariò medium, niſi virtuti finitæ.

Nota & bene.

Expoſitio litteræ.

¶Si enim eſſet virtus infinita, poſſet ſtatim ponere mobile in termino ad quem, ita quòd nec propter formam oppoſitam termino à quo, quam mobile iam haberet, puta quia ſi mobile eſſet in principio ſpacij vnius milliaris in eſſe quieto, vltimum vbi illius ſpacij, ad quod intendit moueri, dicetur forma appoſita termino à quo, ſcilicet vbi; in quo eſt ſub eſſe quieto, mouetur enim ab vbi, in quo iã eſt ad aliud vbi. Si ergo virtus finita poneret mobile in inſtanti in vltimo, vbi illius ſpacij nulla eſſet reſiſtentia, quia in inſtanti poneretur in illo vbi. Sequitur. Nec propter media naturaliter ordinata inter illam formam, quam habet mobile, & terminum ad quem, eſſet neceſſitas, quòd tale mouẽs prius moueret per talia media, quàm induceret terminum. Pono, quòd mobile moueatur ſuper

ſpacio

ſpacio vnius milliaris, & ſit in principio ſpacij vt in vbi in eſſe quieto, tale dicitur forma, quam habet mobile, & vltimum vbi acquirendum à tali mobili ſuper tali ſpacio dicitur forma, & terminus ad quem, & alia dicitur terminus à quo, & media naturaliter inter terminum à quo, & ad quem ſunt omnia vbi inter media, quæ naturaliter faciunt reſiſtentiam virtuti tantum finitæ, ſed nullam virtuti infinitæ. Sequitur. Poſſibilitas igitur ſucceſsionis eſt ex reſiſtentia mobilis ad motorem, quia mobile reſiſtit motori, vt patet de graui moto ab homine ſuper aliquo ſpacio, quæ reſiſteutia eſt ex reſiſtere medij ad motorem, & ad mobile: patet de graui moto per medium denſius, quod non ità citò deſcendit, quia ergo medium reſiſtit mobili, & motori: ideo enim dicitur mobile reſiſtere motori, quia medium ſuper quod mouetur mobile, reſiſtit ipſi mobili & motori, quia dum mobile eſt in vno vbi alicuius ſpacij, non ſtatim poteſt poni in vbi diſtanti virtute finita, quia dum eſt in tali vbi, omnia media inter illud vbi, & vbi diſtans acquirẽdum, faciunt reſiſtentiam, & mobili, & mouenti. Sequitur. Ita quòd eſt hic vna reſiſtentia, videlicet, quæ eſt ex parte medij modo prius poſito, mobile enim inquantum habet formam, puta vbi in eſſe quieto inter quam & terminum, ſcilicet vbi acquirendum, nata ſunt eſſe talia media, poteſt continuè mobile moueri per illa media ad terminum, & per iſta media, quæ reſiſtunt mobili, vt poſſit nõ ſtatim eſſe in termino, poteſt intelligi diuiſibilitas partium mobilis, vel diuiſibilitas formæ, ſecũdum quam eſt motus, vel vtraque ſimul. Exemplum primi. Si per poſſibile mobile verè diuiſibile in partes quantitatiuas acquirit aliquod vbi punctuale, & indiuiſibile, illud vbi non poſſet ſimul eſſe in toto illo diuiſibili, ſed prius ſecundum vnam partem moueretur ad illud indiuiſibile, & poſterius ſecundum aliam partem, vt expoſui ſupra, & ſic ſucceſſio, & diuiſibilitas in tali motu locali acciperetur ex diuiſibilitate mobilis, & ſic partes mobilis facerent reſiſtentiam ipſi mobili. Exemplum ſecundi. Si punctus, vel angelus moueretur ſuper ſpacium, puta vnius milliaris, tunc diuiſibilitas motus localis acciperetur à diuiſibilitate ſpacij. Exemplum tertij. Si mobile diuiſibile moueretur ſuper ſpacio diuiſibili. Sequitur. Neceſsitas tamẽ ſucceſſionis nunquam eſt ex hac reſiſtẽtia, ſcilicet medij, vel mobilis, vel vtriuſque. Sed præciſè comparãdo iſtam ad agens, cui mobile reſiſtit propter iſtam reſiſtentiam medij ad ipſum, patet, quia ſi compararetur ad mouẽs infinitæ virtutis, cui nullum mobile reſiſtit propter reſiſtentiã medij ad ipſum mobile nulla erit reſiſtentia.

Exemplum primi.

Exemplum ſecundi.

Exemplum tertij.

¶ Ibi. Tunc ad illa, quæ adducuntur ad oppoſitum, ſcilicet quòd angeli ad ſe nulla ſit reſiſtentia, patet ex his, quæ dixi in principio, reſpondendo ad quartum argumentum principale.

¶ Ibi. Et cum arguitur de ipſo dicto Auerroys de graui, ſi ponatur in vacuo. Dicit Doctor, quòd ſecundũ viam philoſophi, ſi poneretur vacuum, ꝙ nõ eſſet ibi motus, quia ibi nihil eſſet, quòd cederet mobili, & faceret reſiſtentiam, & ſic non poſſet eſſe ſucceſſio. Et quòd dicit ibi. Et dimenſiones ſeparatæ non poſſunt eſſe ſimul. Nam ſicut impoſſibile eſt duo corpora eſſe ſimul propter penetrationem dimenſionum, ſecundum Philoſophum quarto phyſicorum. ita eſt impoſſibile, quòd dimenſiones ſeparatæ à corpore naturali poſſint eſſe ſimul, ideſt quòd ſicut duo corpora naturalia non poſſunt eſſe ſimul in eodem loco, quia tunc dimenſiones vnius corporis penetrarẽtur à dimenſionibus alterius corporis, ſic nec duo corpora tantum mathematica, nec vnum corpus naturale, & aliud mathematicum, quia ita eſſet penetratio dimenſionũ. Sequitur. Tamen ſi poneretur vacuum, poſſe cedere, & eſſe ſpacium, & non, quòd latera plena eſſent ſimul, quia tunc non eſſet vacuum, ita quòd latera illa non eſſent plena, ſed tantum ibi eſſet ſpacium, tunc poſſet eſſe motus, quia ſucceſſio per ſe eſt in motu locali ex ſpacio inquantum quantum.

Scotus in 4. ſent. de dotibus beatorũ, tenet duo corpora poſſe eſſe in eodem loco.

¶ Ibi. Ad argumenta philoſophi, &c. Doct. cõcedit illam propoſitionem, ſi cætera ſint paria, ſcilicet mobilia, ſi enim ſint duo media, vnum denſum, & aliud rarum, & duo mobilia æqualia in pondere, & figura (quia vna figuratio facit velocius corpus moueri, vt patet per experientiam) tũc qualis erit proportio aquæ ad aerem in raritate, & denſitate, talis erit ꝓportio motus facti in aqua ad motum factum in aere in velocitate, & tarditate. Sed nulla eſſet ꝓportio vacui ad plenũ in dẽſitate, & raritate, igitur nec eſſet aliqua proportio motus facti in pleno ad motum factum in vacuo, in velocitate, & tarditate, ſed omnis motus ad alium motum eſt aliqua proportio in velocitate, & tarditate, igitur nullus motus poteſt fieri in vacuo. Et ſic Scotus concederet, quòd nullus talis motus poſſet fieri in vacuo, ſcilicet velox, aut tardus. Sequitur. Ibi aut ſaltem vera eſt contra eos, qui poſuerunt vacuum eſſe totam cauſam motus, ſiuè ſucceſſionis in motu, & ita vacuum eſſet cauſa velocitatis, & tarditatis in motu. Sed nihil ad propoſitum de angelis.

¶ Sed illa ratio applicetur ad propoſitum arguẽdo hic de mobilibus, ſicut ibi de ſpacijs, & medijs. Et arguatur ſic, qualis eſt proportio mobilis ad mobile in ſubtilitate, & denſitate, talis eſt proportio motus ad motum in velocitate, & tarditate, iſta eſt falſa, quia poteſt eſſe proportio motus ad motum in velocitate, &c. Et tamen nõ erit proportio mobilis ad mobile in ſubtilitate, & denſitate, quia ſtat alterum mobile, non eſſe ſubtile, nec denſum, ſicut mobile indiuiſibile, & tamen motus erũt proportionati in velocitate. Sequitur ibi.

¶ Et ſi accipias, quæ eſt proportio vnius ſub ratione qua mobile, & alterius ſub ratione qua mobile, ideſt qualis eſt proportio corporis ad angelũ in mobilitate, talis eſt proportio motus corporis ad motum angeli in velocitate, & tarditate. Sequitur. Concedo. ſed tunc minor eſt falſa, ſcilicet iſta corpus, & angelus non proportionãtur in mobilitate, quia ſicut angelus eſt mobilis cõtinuè, inquãtum habet quantitatem virtualem, ſecundũ quam poteſt coexiſtere loco quanto, & tanto loco, & nõ præciſè loco determinato, vt ſupra patuit diſtinctione præſenti, quæſtione ſeptima. ſic corpus per ſuam quantitatẽ formalem molis habet coexiſtentiã ad locũ, & ita motus corporis, & motus angeli poſſunt proportionari in velocitate, & tarditate. Sequitur. Similiter quòd philoſophus infert in ſecunda ratione ſua, quòd motus fit in æquali tempore per vacuum, & plenum. Vult dicere, quòd ſi aſſumitur ſecunda ratio philoſophi probando, quòd tunc motus angeli, & corporis poſſent fieri in æquali tempore ſic arguendo. Si motus fieret in vacuo, fieret in tempore, patet, cum motus non poſſit fieri in inſtanti. Si in tpe fieret, accipiatur aliquod plenum in tanta proportione, quãta eſt tempus ad tempus. Sequitur tunc, quòd motus factus in pleno fieret in æquali tempore cum motu facto in vacuo. Exemplum. Sit tempus menſurans motũ factũ in vacuo, & ſit octauæ horæ, & tempus menſurans motum factum in pleno quartæ horæ, accipiatur tunc vnum plenum ſe habens ad plenum, in quo

Grauia non mouentur à ſeipſis, ſicut agens per cognitionẽ mouet ſe, quia non poſſunt ſe ſiſtere circa centrum, tamen neceſſariò mouentur ab alio, quo ad actũ primũ, ideſt ad grauitatem, ſecũdò graue mouet ſe effectiuè de potentia ſecunda ad actum ſecundum.

quo ſit motus in tali proportione, ſcilicet dupla, in qua ſit motus in vacuo, tunc erit motus in tali pleno & in vacuo in æquali tempore. Sco. concedit, quòd hoc totum eſt impoſſibile. Et iſta ratio concludit contra Empedoclem, & alios antiquos. Sed nihil ad propoſitum, quia hìc proportionantur mobilia, ſcilicet corpus, & angelus in mobilitate, ibi non commmenſurantur ſpacia, ſcilicet vacuum ad plenum, nec proportionantur. Et ſi arguas, angelus mouetur, igitur in tempore, concedo, & aliquod corpus mouetur in tempore concedo, iſta duo tempora proportionãtur, concedo. Accipiatur aliud corpus in duplo ſubtilius, & ſe habens ad iſtud corpus in eadem proportione, in qua ſe habet tempus, in quo angelus mouetur ad tempus, in quo corpus mouetur, tunc ſequitur, quod illud corpus ſubtilius mouebitur in æquali tẽpore cum angelo. Sed dicit Doct. quòd hoc non inconuenit, ſed eſt bene poſſibile, quia hoc corpus, & angelus proportionantur in mobilitate, igitur & in motu, & ita poſſunt moueri corpus, & angelus ęquè velociter, & ęquè tardè, ſed eſt ibi impoſsibilitas ratione mediorum, quæ media. ſ. vacuum, & plenum nullo modo poſſunt proportionari in ſubtilitate, & denſitate, cum vacuum non ſit ſubtile, nec denſum, & nihil ad aliquid, ideo nulla eſt proportio, & tamen ſi illi motus fierent in ęquali tempore poſſent proportionari in velocitate, & tarditate, & ſpacio, non tamen oporteret, ſi motus facti in illis proportionantur.

¶ Ibi. Sed dato, quòd rationes philoſophi non multum concludant ad propoſitum, quia non ita ſe habent hìc mobilia, ſicut ibi ſpacia, ſcilicet corpus, & angelus, ſicut ſpacia ſe habent in rationibus philoſophi. Suæ tamen rationes valent ſimpliciter, ita quòd ſua maior eſt oſtenſiua, & reliqua ducens ad impoſsibile, ideſt quòd prima ratio eſt oſtenſiua, & ſecunda ducit ad impoſsibile, vt ſupra patuit.

¶ Ibi. Reſpondeo igitur, quòd ſi vacuum poſſet cedere, & motus poſſet eſſe in eo, quòd ex diuiſibilitate ſpacij motus haberet diuiſibilitatem, & ſucceſsionem, &c. Dicit Doct. in ſententia, quòd ſucceſsio in motu eſſentialis cauſatur ſolum ex diuiſibilitate, vel mobilis, vel medij, ſiuè illud mediũ ſit plenum, ſiuè vacuum, dummodo illud vacuum poſsit cedere. Succeſsio in motu eſt ſimpliciter à diuiſibilitate, & vt ſic talis motus non dicitur neque velox, neque tardus, quia ſi velocitas attenderetur penes diuiſibilitatem ſpacij, tunc ſi ſpacium eſſet æquale, vnum graue velocius non moueretur altero, ſed velocitas, & tarditas ſunt ſuperaddita ipſi medio diuiſibili, ita quòd ſi datur medium rarius corpus velocius, ibi mouetur, quàm in medio denſo, accipiendo tamen mobilia proportionata ſecundum grauitatem, & figuram. Et aliqui dicunt, ꝙ ipſa raritas in medio eſt quædam qualitas actiua, qua velocius mouetur ipſum graue deſcendens, per tale medium. Alij verò, quòd nõ eſt qualitas actiua, ſed medium rarius minus reſiſtit. Sed hæc ſecunda opinio videtur verior, & magis ad mentem philoſophi. Cum ergo in vacuo nulla ſit raritas, neque denſitas, ideo motus factus ibi nõ poteſt dici, neque velox, neque tardus, ſed eſt ſimpliciter neuter ad tarditatem, & velocitatem, vt dicit Doctor quaſi in fine. Si ergo fiat cõparatio motus facti in vacuo, & facti in pleno rato, vel denſo, quo ad ſucceſsionem eſſentialẽ motus, dico, quòd poteſt ibi eſſe proportio. Si verò fiat comparatio quo ad velocitatem, & tarditatem nulla ſimpliciter eſt proportio, cũ nullo modo ſit velox, vel tardus. Et arguit Ariſt. contra antiquos, qui dicebant motum fieri in vacuo, quòd non concludunt de ratione eſſentiali motus, ſed vt cauſatur ſimpliciter à diuiſibilitate. Sed quia antiqui dicebant motum in vacuo eſſe tardum, vel velocem, ideo argumenta Ariſt. concludunt contra illos de tarditate, & velocitate motus, & probat, ꝙ talis motus non poteſt eſſe velox, neque tardus, & hoc intendit. Applicando modo de angelo dico, ꝙ motus angeli non poſſet dici neque velox, neque tardus, vt trãſit per aliquod medium, quia angelus ita facilè trãſit quodcunque medium quantũcunque denſum, ſicut medium quantumcunque rarum, diceretur tamen ille motus continuus, & ſucceſsiuus propter diuiſibilitatem medij. Et ſic finis huius quæſt. nonæ.

Quæſtio Decima. Diſt. II.

Vtrum Angelus poſsit mouere ſe.

Scotus 2. ſent. diſtinct. 2. quæſt. 10.
Franciſcus de Mayronis. 2. ſent. diſt. 2. q. 11.

DECIMO quærit Doct. An angelus poſſit mouere ſeipſum de loco ad locum, ideſt an in angelo ſit aliqua virtus actiua, quæ ſit principium formale ſui motus localis, ſiuè qua poſſit mouere ſeipſum motu locali, ita quòd idem angelus numero ſit receptiuus motus localis, & productiuus eiuſdem motus in ſeipſo.

IBI. Concedo. Hic Doct. reſpondet ad quæſitum affirmatiuẽ, ſcilicet quòd angelus poteſt mouere ſeipſum. Et ratio ſtat in hoc. Si de quo minus videtur: ergo & de quo magis. Sed multa imperfectiora angelo habent potentiam actiuã reſpectu multorum, ad quæ ſunt in potentia paſſiua, patet, quia animata, quæ ſunt in potentia paſſiua ad debitam quantitatem, habent potentiam actiuam reſpectu illius, vt magis hoc patebit in quarto, diſtin. 44. q. 1. Tum quia grauia ſunt in potentia paſsiua, & receptiua ad vbi deorſum, & leuia ad vbi ſurſum, & habent potentiam actiuam reſpectu ſui motus localis ad huiuſmodi vbi. Tum quia animalia ſunt in potentia paſsiua ad operationes ſenſitiuas, & habent potentiam actiuam reſpectu illarum ſaltem partialem, vt ſupra patuit in primo, diſt. 3. q. 7. & patet etiam in quolib. q. 15. vide ibi. Cum ergo in angelo ſit potẽtia paſsiua, ſiuè receptiua ad aliud & aliud vbi, vt clarè patuit ſupra quæſt. 6. præſentis diſtinctionis, ſequitur à fortiori, quòd magis habebit potẽtiam actiuam reſpectu motus localis, ſic quòd talis potẽtia actiua ſit principium formale, mouendo angelum ad vbi, & quieſcẽdo in illo: hoc enim eſt perfectionis in natura, quæ eſt in potentia paſsiua ad aliquid, quòd reſpectu illius habeat potentiam actiuam.

IBI, & ſi dicatur, quòd hoc tantum conuenit entibus imperfectioribus. ſ. ꝙ entia imperfectiora, *Opinio communis.* quę ſunt in potentia paſsiua ad operationes habeãt potentiam actiuam reſpectu illarum, patet de animalibus, quia ſunt compoſita, ideo poſſunt diuidi ſic, quòd ſecundum vnam partem ſit mouens, & ſecundum aliam ſit mobile, puta quia anima eſt principium actiuum mouendi corpus, & corpus eſt in potentia paſsiua ad huiuſmodi motum.

¶ Ibi. Et quod aſſumptum eſt de grauibus, & leuibus, &c. Hic Doct. videtur reſpondere ad illud de grauibus, &c. & dicit, quòd videtur contra phyloſophum. 8. phyſic. tex. comm. 29. & 30. vbi videtur aſſignare quattuor rationes, ꝙ grauia, & leuia non poſſunt mouere ſe. Prima, quia graue non eſt animal.

m.l. Secunda, quia nõ poteſt ſiſtere ſe. Tertiã, quia non poteſt mouere ſe motibus diuerſis. Quarta, ꝙ ỉ eſt cõtinuum .ſ. eiuſdem diſpoſitionis in parte, & in toto, & tale non poteſt mouere ſe. Et ſoluendo q. dicit, quòd naturalia tantum habent principium patiendi reſpectu motus, & non faciendi.

¶Quòd autem eſſet intentio Ariſto. patet vbi ſupra, incipiendo à tex.28.vſque ad 30. incluſiuè. vbi ſic ait in tex.28.circa finem. Eorum enim quæ mouentur ab alio, hæc quidem extra naturam poſuimus moueri: alia autem relinquuntur cõtra poni, quia natura hæc autem ſunt ſupplè naturalia, quæ dubitationem afferunt à quo mouentur, vt leuia & grauia, hæc enim in oppoſitos locos violentia mouentur. In proprios autem leue quidem ſurſum, graue autẽ deorſum natura, &c. Et poſt immediatè ſequitur in tex.29. qui incipit. A quo autem nõ adhuc manifeſtum, ſicut cum moueantur extra naturam, ideſt quòd leuia, & grauia, cum moueantur ſecundum naturam, non eſt ita manifeſtum, à quo moueantur, ſicut cum mouentur contra naturam ab agente extrinſeco. Et ſequitur. Et namque ipſa ſupplè grauia, & leuia à ſeipſis dicere impoſſibile eſt, & hæc eſt prima ratio Ariſt. quia ipſa grauia, & leuia non videntur poſſe moueri à ſeipſis, cum hoc ſit proprium animatorum, vt patet per philoſophũ vbi ſupra. animalis, inquit, hoc etiam & animatorum proprium. & ibi Commentator dicit, quòd ideo animalia mouentur à ſeipſis, ideſt à principio intrinſeco, quia non indigent à cauſa extrinſeca, quemadmodum corpora ſimplicia.

¶Secunda ratio eſt vbi ſupra tex.comm.29. quia iſta corpora ſimplicia ſe ſiſtere non poſſunt, cũ hoc ſit proprium animatorũ. Facere, inquit, ſtare poſſe ipſa ſecũdum ſeipſa, ſupplè eſt proprium animalis. Et ibi Commẽ. Si inquit ignis eſſet cauſa in ſe, per quam poſſet moueri ſine indigentia cauſæ extrinſecæ, tunc per iſtam cauſam poſſet quieſcere ſine indigentia cauſæ extrinſecæ. Res enim inquam eſt cauſa, quã poteſt moueri ſine indigentia cauſæ extrinſecæ. ſicut animal in quo eſt anima, per illam poteſt quieſcere: hæc ille. Cõſtat autem, quòd cum ignis mouetur ſurſum, non habet in poteſtate ſua poſſe quieſcere, antequam deueniat ad centrum.

¶Tertia ratio patet tex. commen.29. ſcilicet quia talia corpora non poſſunt mouere ſeipſa, quia nec motibus diuerſis. Et ideo inquit. Si aſcenſus ad ſuperius eſt ab ipſo igne, manifeſtum eſt, ꝙ deſcenſus ignis etiam ad inferius eſt ex ipſo igne, & dicere etiam, ꝙ res quæ mouentur ex ſe vno motu tãtum mouentur, non eſt de ratione ſi mouent, hæc ille, ideſt quòd de ratione eorum, quæ poſſunt mouere ſe, eſt quòd etiã poſsint mouere ſe motibus diuerſis, ſiuè oppoſitis, vt patet de animalibus.

¶Quarta ratio ponitur tex. comm.30. vbi ſic habetur. Amplius quomodo contingit continuum aliquod, & ipſum ſeipſum mouere, ſecũdũ enim, quòd vnum eſt continuum non actu ſecũdum hoc impoſſibile eſt, ſed ſecundum quòd diuiditur: ſic hoc quidem aptum natum eſt facere, illud autem pati, neque igitur horum vllum ipſum ſeipſum mouet, &c. Et ibi Commentator. Et illa, inquit, quæ mouent per principia in eis, neceſſe eſt, vt diuidantur ſecundum diffinitionem in motorem, & motum, & vt non ſint idem ſecundum diffinitionem, & eſſentiam. motor enim debet eſſe diſtinctus à moto, aut ſecũdum diffinitionem, & eſſe inſimul, ſicut illa, quæ mouentur ab extrinſeco, aut ſecundũ diffinitionem tantum, ſicut eſt diſpoſitio in habentibus animas: anima enim, quæ eſt motor in eis, diſtinguitur à corpore, vt eſt motum ſecundum diffinitionem, licet non diſtinguitur ſecundum eſſe, ſcilicet quòd impoſſibile eſt animam eſſe ſine corpore. Et quia corpora ſimplicia ſunt vna ſecũdum diffinitionẽ, & vnum eorum poteſt diuidi in motorem, & motum, neceſſe eſt, vt non ſint mota ex ſe niſi eſſet poſſibile, vt motor eſſet ipſum motum. Si igitur aliquis dixerit, quòd ſunt corpora ſimplicia compoſita ex materia, & forma, quorum vtrũque eſt diſtinctum ſecundum diffinitionem à reliquo. Dicimus ad hoc, quòd prima materia non eſt exiſtens in actu, & illud, quòd mouetur ex ſe debet diuidi in motorem, & motum in actu, quoniam illud, ꝙ eſt in potẽtia neque mouetur, neque mouet. Si igitur lapis, vel graue mouetur ex ſe contingeret, vt eſſet mouens, & motum eodem modo ſecũdum formam, quam non eſt exiſtens in actu, niſi ſecũdũ formam, quod eſt impoſſibile. Hæc ille.

¶Ibi. Primò oſtendo oppoſitum per auctoritates. Hic Docto. intendit probare auctoritatibus & rationibus, quòd grauia, & læuia, & multa alia corpora ſimplicia poſſint mouere ſe, ſic, ꝙ graue habet principium intrinſecum cauſatiuum ſui motus localis, & ipſum graue eſt receptiuũ huiuſmodi motus, & primò auctoritate philoſophi. 8.phyſic. tex.commen.32. vbi ſoluens dubitationem de grauibus, & leuibus, dicit, quòd quia potentia dicitur multipliciter propter hoc nõ eſt manifeſtum à quo mouetur graue, quoniam inquit potentia eſſe, multipliciter dicitur, hæc autem cauſa eſt, non eſſe manifeſtum à quo huiuſmodi, ſcilicet grauia, & læuia mouentur, vt ignis ſurſum, terra deorſum. Deinde diſtinguit potẽtiam ad actum primum, & ad actum ſecundum, vt patet de potentia ad ſciẽtiam, & conſiderationem, potentia enim ad ſcientiam, ſiuè ad habitum ſcientiæ dicitur potentia ad actum primum, & potentia ad actualem conſiderationẽ, dicitur potentia ad actum ſecũdum. Sequitur. Et applicando ad propoſitum dicẽs, quòd ignis eſt in potentia eſſentiali, vt fiat frigidus, prout ſcilicet aqua generatur ex eo, cũ autem genita fuerit aqua, eſt in potentia accidentali ad agendum, ideſt ad infrigidandum niſi impediatur. Nota, ꝙ potentia ad actum primum communiter dicitur potẽtia eſſentiali, ſiuè potentia remota, quia talis potentia eſt ad formam, quæ eſt ratio formalis agendi, & principium productiuum actus ſecũdi, vt autem eſt ſub tali forma, ſiuè actu primo, tunc eſt in potẽtia accidentali, ſiuè propinqua ad actionem, ſiuè ad actũ ſecundum, & ſic ignis eſt in potentia eſſentiali, vt fiat frigidus, ideſt quòd materia, quæ eſt ſub forma ſubſtantiali ignis eſt in potẽtia eſſentiali ad formam ſubſtantialem aquæ, quæ eſt principium formale infrigidandi, & vt actu eſt ſub tali forma, eſt in potentia accidentali, ſiuè propinqua ad actum ſecundum, quod eſt infrigidare. Sequitur. Ita etiam dicit ipſe de graui, & læui, læue enim fit ex graui, vt ex aqua aer: cum autem eſt iam læue, operabitur mox niſi prohibeatur. Actus autem lęuis eſt alicubi eſſe, & ſurſum, prohibetur autem, cum in contrario loco ſit. Et vult dicere in ſententia, ꝙ quando aer qui formaliter eſt læuis, cum habeat in ſe lęuitatem, cauſatur ex aqua, quæ formaliter eſt grauis, tunc ex graui fit læue, & eſt ſimiliter, vt prius de igne, nam materia dicitur in potentia eſſentiali ad læuitatem, quæ eſt principium productiuum motus ſurſum, & dicitur in potentia accidentali ad alicubi eſſe, vt cum aer agit in aquam, expellendo formam ſubſtantialem aquæ, & formam leuitatis, introducendo ſcilicet formam ſubſtãtialem aeris, ad quam concomitatꝰ læuitas, ſic talis materia aquæ dicitur eſſe in potentia eſſentiali ad eſſe ſurſum, ſiuè in potentia remota, vt verò actu eſt ſub forma aeris, & per conſequens ſub forma læuitatis eſt in

potentia

potẽtia propinqua ad eſſe ſurſũm. Sequitur. Actus autem leuis eſt alicubi eſſe, & ſurſum, prohibetur autem cum contrario.ſ.loco ſit.i.quòd leue nõ ſtatim ſit ſurſum prohibetur dum eſt in contrarium, ideſt deorſum, nam vt leue eſt deorſum prohibetur ne ſtatim ſit ſurſum, & ſic patet quomodo leue habet in ſe principium ſui motus. Sequitur. Vnde nihil valet exponere, quòd cum ſit in actu leue, eſt actu leue, ita quòd leuis eſt aſcendere.i.quòd cum materia aquæ eſt ſub forma aeris, & ſub forma leuis, tunc actu leuis eſt, & vt leuis eſt aſcendit. Contra hoc arguit Doc. quia ſi iſta opi. intelligit quòd aer vt actu leuis eſt, ſtatim aſcendit per principium ſibi intrinſecum, & ſic opi. verum dicit. Si autem ſic intelligit, quòd actu leuis eſt, & leue naturaliter inclinatur ad eſſe ſurſum, ſed non poteſt eſſe ſurſum à principio intrinſeco, ſed ab agente extrinſeco. Hoc eſt manifeſtè falſum, cum dicit Ariſt. vbi ſupra, quòd mox operabitur, niſi prohibeatur, prohibetur autem à potentia violenta, vt exponit Cõmen. & dicit Doc. quòd tale prohiberi non poteſt intelligi de actu primo leuis, quia actus leuis non poteſt prohiberi, vel impediri, ſicut etiam ignis, vt eſt ſub calore non prohibetur quin ſit ſub actu primo, poteſt tamen prohiberi ne calefaciat, ſic eſt de leui, ꝙ ſi ponatur deorſum non poteſt prohiberi quo ad actum primum, patet, quia non quocunq; loco ſit ſemper habet leuitatem, quæ eſt principiũ formale productiuum motus. Surſum. Poteſt tamen prohiberi quo ad actum ſecũdum, quia dum detinetur deorſum violenter, tunc prohibetur aſcenſus eius. Si igitur Ariſt. vult, quòd cum mox fuerit leue ſtatim eſt ſurſum, niſi prohibeatur. Sequit, ꝙ leue habeat principiũ intrinſecũ ſui motus.

¶ Ibi. Idem etiam quarto phyſicor.c.de vacuo, tex.commen.85.vbi dicit, quòd denſum & rarum concomitantur duæ contrarietates, videlicet graue & leue, durum & molle, & loquens de contrarietate grauis & leuis, dicit quòd ſecundum hanc contrarietatem erunt actiua motus, ſecundum autem durum & molle paſſiua. Vnde tex.85.ſic dicit: Duo enim ſunt in vtroque denſo & raro, graue enim & durum denſa videntur eſſe. Contrariũ verò rara, leueq; molle. Et poſt ſequitur in tex.86. circa finem. Denſum inquit & rarum ſecundùm hanc contrarietatem motus.ſ.ſurſum & deorſum actiua ſunt, ſecundum autem durum & molle paſſiua, & non paſſibilis receptiua, & non loci mutationis, ſed alterationis magis, hæc ille. Et licet Cõmen.videtur exponere ſic, quòd corpora non recipiunt translationem, niſi hoc modo contrarietatis.ſ.ſecundum raritatem, & denſitatem, tamẽ vbi habentur verba expreſſa philoſophi magis videtur dici conſequenter ad ea, quam extorquere ea. Dicit tamen Commen. parum infra ſic: Duricies verò & molicies non ſunt cauſa translationis ſicut denſum & rarum, ſed ſunt cauſa facilitatis, & difficultatis translationis, quoniam ſi corpus in quo eſt translatio fuerit molle translatio erit facilis in ea ſicut in aere, & cum fuerit durum erit difficilis, aut impoſſibilis, ſicut in terra. Et parum poſt & non ſunt cauſæ translationis in loco ſicut ſunt leue, & graue, ſed ſunt cauſæ translationis propriç, & intendit, vt multis videtur quòd molle eſt cauſa paſſionis, & durum actionis, molle enim eſt paſſiuum, & durum actiuum, hæc ille.

¶ Ibi. Et ſi obijcias. Iſta non eſt intentio ſua, quamuis ſic ſonent verba, quia ſecundo de generatione tex.commen.8. horum inquit graue & leue, neque actiua, neque paſſiua, nõ enim in faciendo aliquid aliud, neque in patiendo ab alio dicuntur, hæc ille.

¶ Ibi. Reſpondeo. Dicit Doct. hic, quòd entia naturalia ſecundum graue & leue ſunt actiua. Et cum dicit Ariſt. quòd non ſunt actiua. Dicit Doc. quòd Ariſtoteles intendit de actione, ſiuè de motu ad formam, & verum eſt, quòd grauitas non eſt ratio formalis producendi formam abſolutam in aliquo, & ſimiliter leuitas, nec etiam grauitas, & leuitas ſunt rationes formales diſponendi aliquod ſubiectum ad formam ſubſtantialem, ſicut caliditas in igne eſt ratio formalis diſponendi lignum, vt materia ipſius ſit ſuſceptibilis formæ ſubſtantialis ignis, nec ſimiliter ſunt paſſiua, quia grauitas in aqua non eſt ratio formalis, quare aqua patiatur ab igne, licet benè frigiditas, quæ contrariatur caliditati, non autem negat Ariſtoteles, quòd grauitas & leuitas ſunt principia agendi reſpectu motus, & hoc modo poſſunt dici principia actiua, & paſſiua motus. Et ſic patet, quomodo aliter loquitur Ariſtoteles de principio paſſiuo & actiuo, grauis & leuis in ſecundo de generatione, & aliter loquitur in octauo phyſicorum, tex. commen.86. Expono tamen litteram iſtam, cum dicit, reſpondeo dico, quòd contradiceret ſibiipſi in octauo phyſicorum ſuper illud ſecundi de generatione, niſi alio modo intelligeret hic, & ibi, nam in octauo phyſicor.tex.vbi ſupra.d.quòd licet graue & leue non ſint actiuà, ſed tantum paſſiua, vt ſupra patuit à textu 28.vſque ad textum 30.incluſiuè, & in ſecundo de generatione, tex. vbi ſupra.d.quòd nõ ſunt, neque actiua, neque paſſiua, & probatio ſua patet ibi cum dicit, oportet autem actiua inuicem, & paſſiua eſſe elementa miſcentur enim, & tranſmutantur adinuicem, hæc ille.

Expoſitio litteræ.

¶ Sequitur, aliter igitur loquitur ipſe de actione in 8.phyſic.& aliter vbi occurrit ſermo de actione & paſſione, & aliter in primo de generatione, & aliter in ſecundo, ſicut enim in libro phyſicorum loquitur de motu generali & vniuerſali, in libro autem de generatione de motu ad formam, ita in tertio phyſicorum loquitur de actione & paſſione in communi & vniuerſali, & ita verum eſt, quòd dicit in octauo phyſic. quòd habent principium patiendi reſpectu motus localis, in libro autem de generatione loquitur de actione ad formam, vbi agens & patiens ſunt contraria, patet ibi, tex.8. Calidum inquit & frigidum, humidum & ſiccum, hçc quidem, quia actiua ſunt, hçc autem, quia paſſiua dicuntur, hæc ille.

¶ Et addit Doct. quod hoc eſt verum de actione vniuoca, quia agens & patiens ſunt in principio æquiuoca & in fine vniuoca, patet, nam ignis & aqua, quæ ſunt contraria in principio actionis dicuntur æquiuoca, & in fine vniuoca, quod ſic declaro. Cum enim ignis agit in aquam, in principio actionis materia ignis eſt ſub forma ignis, & materia aquæ adhuc eſt ſub forma aquæ, quç formaliter differunt ſpecie, & ſic ſemper ignis, & aqua in principio actionis ſunt æquiuoca. Dum autem ignis in fine actionis expellit formam aquæ, & in materia ipſius introducit forma ignis, tunc materia aquæ fit ſub forma ignis, quæ eſt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimç cum forma ignis agentis, & ſic ignis productus compoſitus ex forma ignis, & materia quæ prius erat ſub forma aquæ eſt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ cum igne producente.

Quõ agens, & patiens ſint æquiuoca, & vniuoca.

¶ Sequitur. Similiter in actione æquiuoca ſimile eſt agens producto ſecundum formam ſimilitudine æquiuoca, quod ſic debet intelligi, quòd eſt aliquod agens, & paſſum, quæ ſunt ſemper æquiuoca tam in principio actionis, quam in fine, ideſt, ꝙ materia paſſi, licet amittat formam

priorem, ſemper tamen fit ſub forma alterius ſpeciei à forma agentis. *Exemplum.* Exemplum de ſole quando agit in aliquam materiam, puta exiſtentem ſub forma vermis, expellit in fine actionis formam vermis, & generat ibi formam muſcæ, quæ non eſt eiuſdem ſpeciei cum ſole, eſt igitur tale agens ſimile paſſo in fine actionis ſimilitudine æquiuoca, ſiuè virtuali, de qua dictum eſt ſupra in primo, diſtin. 3. q. 8.

¶Sequitur. Sicut ipſe concedit ibi in primo de generatione, t.c.53. aliquod agens non communicare cum paſſo, ſicut nec medicinam cum corpore ſanato, vide tex. Nam ſanitas dicitur tãtum æquiuocè de medicina, & corpore ſanato, quia de medicina tanquam de ſigno ſanitatis, & de corpore ſano, tanquam de ſubiecto ſanitatis.

Quõ grauia & leuia sũt principia agendi, & patiendi. ¶Sequitur. Hoc autem modo negat in ſecundo de generatione grauia & leuia, nõ ſolum eſſe principia agendi, vel faciendi, ſed etiam patiendi, & hoc expreſsè ſonat ratio ſua, cum dicit. Horum autem graue quidem, & leue, neq; actiua, neq; paſſiua, non enim in faciendo aliud, neque in patiendo ab alio dicuntur, oportet autem actiua inuicem, & paſſiua eſſe elementa.

¶Sequitur. Et ideo non ſunt principia producẽdi aliquid ſecundùm formam aliquam. ſ. abſolutã, vt ibidem loquitur de principio patiẽdi ab aliquo agente correſpondente tali actioni, quia non ſunt principia recipiẽdi formam abſolutam ab aliquo agente.

¶Sequitur. Sunt tamen principia actiua aliquo modo reſpectu motus localis ad vbi, & aliquo modo paſſiua reſpectu eiuſdem. i. q̃ graue habet in ſe rationem formalem agendi, puta grauitatem, & rationem formalem patiendi, puta formam talis compoſiti, ſiue aliquid aliud, & ſic patet iſta littera.

¶Ibi. Ad hoc etiã poteſt adduci auctoritas Commen. tertio cęli, & mundi, com. 28. circa finem. Et quia inquit motor eſſentialiter diſtinguitur à moto, ſicut in animalibus, motor. n. in eis eſt alius à moto, cum motor ſit animal, & motum ſit corpus, in corporibus autem ſimplicibus idem eſt motor ſecundùm ſpem, & motum, ſed differunt ſecundũ modum, lapis enim mouet ſe inquantum eſt grauis in actu, & mouetur inquãtum eſt potentia inferius, inuenitur enim vno modo in actu, & alio modo in potentia & cauſa eſt hoc, quia componitur ex materia & forma, forma igitur eius mouet inquantum eſt forma, & mouetur ſecundùm q̃ eſt in materia, non. n. eſt in potentia ad inferius, niſi ſecundùm q̃ eſt in materia, hæc ille. & patet ex iſto textu quomodo accipit corpora ſimplicia, quia accipit corpora ſimplicia, quæ ſunt vniformia in toto, & in partibus.

¶Sequitur. Sed de hoc videtur variè loqui, quia in commento ſupradicto videtur velle, quòd lapis moueat ſe per accidens pellendo medium, ſicut nauta mouet ſe mouendo nauem in qua exiſtit, & parum infra, lapis inquit non eſt per ſe motus eſſentialiter, ſed aſſimilatur ei, quod mouetur per ſe, ideo indiget in ſuo motu motore extrinſeco &c. hoc idem in octauo phyſicorum, commento 32.

Quõ grauia & leuia poſſint mouere ſe. ¶Ibi. Ad iſtam concluſionem ſunt rationes. In iſta littera Doc. intendit probare rationibus, quòd grauia & leuia poſſunt mouere ſe. Prima talis eſt, omnis effectus quando in actu cauſatur habet cauſam in actu, vt patet ſecundo phyſic. tex. com. 37. differunt inquit in tantum, quòd operantes quidem, & ſingulares ſimul ſunt, & non ſunt, & quorum ſunt cauſæ, ſicut hic medicus, cum hoc, qui fit ſanus, & hic ædificator cum ædificato, quæ autem ſunt ſecundùm potentiam non ſemper, ſupplè ſimul ſunt, & non ſunt, corrumpitur enim, & non ſimul domus, & ædificator, hæc ille. Et ibi Commentator differentia inquit inter cauſas, quæ ſunt actu, & quæ ſunt potentia eſt, quoniam quę ſunt actu inueniuntur cum illis quorum ſunt cauſæ, & deficiunt cum illis, verbi gratia, quoniam iſte medicus non eſt curator in actu, niſi cum hoc curato in actu, hæc ille. Hoc idem vult philoſophus quinto metaph. capitulo de cauſa tex. com. 3. differunt inquit in tantum, quòd agentia quidem, & ſingularia ſimul ſunt, & non ſunt, & ipſa, & quorũ cauſæ, vt hic medens, cum hoc conualeſcente, & hic ædificator cum hoc ædificio, hæc ille. Ex hac auctoritate arguit Doc. deſcenſus grauis eſt in actu, ergo eſt aliquid cauſans in actu, non autem tunc eſt in actu à remouente prohibens, neq; per conſequens ab impellente ipſum graue fertur deorſum, patet, quia impellens non continuat ſemper motum illum, vt patet de proijciente lapidem deorſum, ſed bene verum eſt, quòd in principio motus dum lapis impellitur ille motus erit fortè velocior in principio, immo impellens non per ſe mouet deorſum, quia in hoc eſt quaſi remouens prohibens, & tale mouens ſecundùm philoſophum octauo phyſicorum, tex. commen. 32. eſt quaſi mouens per accidens. Suſtinens inquit, & prohibens dimouens eſt ſicut mouens, eſt autem ſicut non, vt columnam euellens, aut lapidem remouens, aut à vaſe aquam. Secundum accidẽs enim mouet, ſicut repercuſſa ſphera nõ à pariete mota eſt, ſed à proijciente. Et Commentator ibi. Si aliquis inquit homo aufert columnam ſuſtentantem pondus, tunc ille homo mouebit illud pondus, & cadet illud põderoſum ad inferius per accidens, & ſimiliter quãdo aufert lapidem poſitum ſuper vtrem inflatum, ille homo dicitur mouere illum vtrem per accidens, & dicitur mouere per accidens, quia iſta potentia eſt violenta, hęc ille. Sequitur in littera Doc. Et prætermouens per accidens oportet dare mouens per ſe efficiens, quia omne per accidens habet reduci ad per ſe, vt patet per philoſophum. 2. phyſic. tex. com. 65. quoniam inquit ſunt caſus, & fortuna cauſæ eorum, quorum vtiq; autem intellectus fiet cauſa, aut natura cum ſecundùm accidens cauſa aliqua fiat horum ipſorum, nihil autem ſecundùm accidens prius eſt his, quæ ſunt per ſe manifeſtum eſt, quòd neque per accidens cauſa prius eſt ea, quæ eſt per ſe, hæc ille. Si ergo impellens mouet per accidens lapidem, ſequitur quòd talis motus debeat reduci ad aliquam cauſam per ſe.

¶Sequitur in littera Doct. nec iſtud poteſt eſſe centrum trahens. *Scotus reſpondet tacitè obiectioni.* Hic Doct. reſpondet huic obiectioni, ſcilicet ſi quis velit aſſignare cauſam talis motus eſſe centrum &c. Dicit Doct. quòd hoc non poteſt eſſe cauſa, quia ſi per impoſſibile nullum graue eſſet in centro, ſed tota terra mota ab eo remanente centro ſub ſola ratione centri, vt prius adhuc graue naturaliter tenderet ad centrum, quid ergo attrahit non vbi mathematicum, patet quum vltima ſuperficies corporis locantis non ſit forma actiua. Nec influentia cœli, vt aliqui dicunt, quia influentia cœli quantum eſt de ſe vniformis eſt in toto medio, puta in toto aere, quare ergo aliquod ens naturale mouetur ſurſum, vt leue, & aliquod deorſum, vt graue, cum ſit talis influentia vniformis in toto medio vel ergo omnia grauia & leuia, vniformiter mouebuntur deorſum, vel omnia ſurſum cuius contrarium apparet.

¶Sequi-

¶Sequitur, niſi poneretur agens particulare determinans, nec iſtud actu mouens quādo actu mouet poteſt poni actu graue motum, quia nihil mouet ſe vniuocè ad illud, quod habet, vult dicere Doc. ſi vis dicere, ꝙ graue actu motum ab agente extrinſeco mouet ſe.i.ꝙ ipſum graue, vt actu habet in ſe motum localem, tunc mouet ſeipſum ſecundum ꝙ actu illum motum habet ab agente exteriori, & eſt ſenſus, ꝙ ſi graue mouetur deorſum per ſpatium vnius miliaris, agens extrinſecum, primò incipit mouere ipſum graue cauſando in ipſo motum, tunc ille motus cauſatus erit principium mouendi ipſum graue per totum ſpatium. Contra hoc arguit Doc. quia nihil mouet ſe vniuocè ad illud, quod habet.i.ꝙ ratio formalis producendi aliquid, puta eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimè non poteſt producere illud in illo ſubiecto in quo eſt, ſicut caliditas in igne, & ſi ſit ratio formalis producendi caliditatem in ligno, tamen non eſt ratio formalis producendi aliam caliditatem in ipſo igne, hoc idem dico de generante, quia & ſi humanitas ſit ratio formalis in Franciſco producendi aliam humanitatem, puta in Ioanne, non tamen eſt ratio formalis producendi aliam humanitatem in Franciſco. Si ergo motus localis in graui eſt ratio formalis producendi alium motum localem in ipſo graui, qui eſt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimę cū primo, tunc ſequeretur, ꝙ moueret ſe vniuocè ad id, quod habet, benè aliquid poteſt eſſe ratio formalis producendi aliquid æquiuocè in ſe, & ſic grauitas in corpore graui eſt huiuſmodi. Sequitur ibi, nec generans, deinde d.ꝙ cauſa huius motus non poteſt aſſignari ipſum generans, graue, vel leue, quia tale generans poteſt non eſſe graui exiſtente, & per conſequens graue poteſt moueri generante ipſum non exiſtente, modo effectus in actu non eſt, niſi à cauſa in actu ex 2.phy.t.c.37. Et licet Commentator videatur dicere in 8.phy.c.31.circa finem huius com. ꝙ mouentur à generante vbi ſic d. & intendebat declarare ex iſto ſermone, ꝙ motus corporum naturaliū in hoc loco eſt in rei veritate ab eo, quod generat ipſa, ſicut alia accidentia, quæ inueniuntur generari in re per generationem ipſius, hæc ille, tn̄ in iſta parte, vel oportet ipſum Commentatorem negare, vel oportet ipſum exponere, ſicut etiā exponit Gregorius de Arimino in 2.ſent. ſuper diſ.3.4. & 5. ꝙ loquitur de agente remoto, quia tale agens generando graue dat graui principium ſui motus. Et ſi Commentator intelligeret, ꝙ generans graue ſit agens propinquum, & immediatum reſpectu motus grauis, experientia eſt in contrarium.

Nihil mouet ſe vniuocè.

Opin. Gothfredi.

¶Ibi. Dicitur à Goth.quolib.8.q.2. ꝙ generans graue manet in virtute in ipſo graui, & per hoc mouet ipſum graue.

¶Ibi cōtra iſtud. Hic Doc. improbat hāc reſponſionem, quia cauſam manere in effectu in virtute, nihil aliud eſt, niſi effectum habere eſſe à tali cauſa, ex quo enim effectus erat in virtute cauſæ antequam produceretur, ipſo producto cauſa manet in effectu in virtute, & ꝙ effectus habet eſſe per cauſam, quæ habebat ipſum in virtute ſua, ſed cauſam ſic manere in effectu in virtute non dicit aliquod eſſe in actu in cauſa, patet, quia effectus poteſt remanere ea non exiſtente, & ſic ſequitur, ꝙ graue non poteſt manere virtute alicuius, cauſę actu non exiſtentis cum effectus non poſſit eſſe in actu, niſi à cauſa in actu.

¶Ibi præterea illud, quod non mouet aliud, niſi prius naturaliter ab alio motum, ab eodem habet, ꝙ moueat, & ꝙ ſit motum. Nec eſt ſecunda ratio quam facit Doct. probando, quòd graue habeat in ſe principium ſui motus, & declaro prius propoſitionem illam per exemplum, quia inſtrumentum, puta ſerra, non mouet.ſ.ſcindendo lignum, niſi inquātum mota ab artifice, igitur talis ſectio erit ab eodem agente effectiuè, à quo, & motus ſerre, vt patebit à Doc. in 4.diſt.1.& 4. Ex hoc infero propoſitum, quia graue non mouet leue deorſum ſibi alligatum, niſi quia motum ab alio, ergo ab eodē principio erit motus ipſius leuis, & ipſius grauis, ſed conſtat ipſum leue moueri deorſum ratione grauitatis exiſtentis, puta in lapide cui leue alligatum eſt, ergo & ipſa grauitas erit ratio mouendi ipſum graue per ſe. Et Doct. in iſta ratione ſupponit, quod probauit in prima ratione, videlicet ꝙ graue non moueatur, nec ab impellente, nec ab influentia cęli, nec à centro, nec à generante, ergo ſi graue mouet leue alligatum, quia motum ab alio, erit ipſum graue prius motum realiter ab eodem à quo, & leue mouetur deorſum.

Exemplum.

¶Ibi poſſet confirmari illa ratio &c. Iſta confirmatio ſtat in hoc, ꝙ habens potentiam actiuam reſpectu alicuius formæ, poteſt eam cauſare in quocunq; paſſo ſibi proportionato, patet de igne, qui habet in potentia actiua calorem, & per conſequens poteſt illum cauſare in quocunq; calefactibili ſibi proportionato, cum ergo graue habeat in potentia actiua vbi deorſum, poterit illud cauſare in paſſo ſibi proportionato, ſicut ergo poteſt cauſare vbi deorſum in leui alligato graui, multomagis poterit cauſare vbi deorſum in ipſo graui cum ſit paſſum receptiuum, & proportionatum reſpectu talis vbi.

Nota diligenter.

¶Ibi. Hoc etiam poterit ſatis patere. Hæc ratio eſt ſatis bona, & ſtat in hoc, quia quæro à te cum graue quieſcat in centro, quæ ſit cauſa ipſius quietis, videlicet quòd quieſcat ibi, ſi dicit, quòd grauitas, quod vtique verum eſt, cum nulla alia cauſa appareat. Sequitur quòd eadem grauitas erit principium intrinſecum mouendi graue exiſtens extra centrum ad vbi in centro vbi quieſcit, & quòd eadem ſit cauſa motus, & quietis, expreſsè patet à philoſopho octauo phyſicorum, tex. commen.29.

¶Si aliquis inquit eſt cauſa ſuiipſius in ambulatione, eſt etiam cauſa ſuiipſius in dimittendo ſui ambulationem, hæc ille. & hoc ſecundum translationem Commentatoris, vbi Commentator ſic dicit, ſi ignis eſſet cauſa in ſe per quam poſſet moueri ſine indigentia cauſæ extrinſecę, tunc per iſtam cauſam poſſet quieſcere ſine indigentia cauſæ extrinſecę. Res enim in qua eſt cauſa, quæ poteſt moueri ſine indigentia cauſæ extrinſecæ ſicut animal in quo eſt anima per illam poteſt quieſcere, hæc ille.

¶Ibi. Præterea graue impeditum à motu remouet prohibens. Hæc ratio eſt ſatis clara, & ſtat in hoc, ex quo enim graue poſitū ſuper aliquod continuum, ratione ſuæ grauitatis frangit, & diſſoluit illud continuum, vt petat centrum, ſequitur ꝙ talis grauitas erit cauſa talis diſcenſus, patet, quia ſi eſt cauſa fractionis continuè propter deſcenſum ad centrum, multofortius erit cauſa ipſius deſcenſus.

¶Ibi. Hoc etiam declarari poteſt aliter. Hæc declaratio eſt ſatis bona, quia ponendo duo grauia in eadem diſtantia ad centrum, & in eadem influentia cęli, quorum vnum ſit graue, vt 8. & aliud vt quatuor. Certum eſt, quòd graue, vt 8. (vt experimento patet) velocius deſcendit, ergo reſpectu motus velocioris non videtur poſſe aſſignari alia cauſa, quàm ipſa grauitas in ipſo graui.

¶Ibi. Item motus naturalis intenditur in fine ſecundùm philoſophum primo cęli, tex.com.88. terram inquit quanto vtique propinquior fit medio velocius ferri, & ſic difficile eſt aſſignare cauſam talis motus ſi effectiuum iſtius motus eſſet præciſè aliud extrinſecum.

¶Ibi. Reſpondeo tunc ad philoſophum, qui adducitur in contrarium, & ꝙ ſit pro me ſicut adduxi, quòd graue mouet ſe effectiuè ſicut ſciens mouet ſe effectiuè ad actum ſpeculandi, &c. Et tota iſta reſponſio ſtat in hoc, quòd habens formã, quæ eſt principium alicuius formæ vniuocè.i.eiſudem ſpeciei cum forma producendi, vel principiũ alicuius formæ æquiuocè, quæ forma ſit alterius ſpeciei à forma producente, talis forma productiua erit ratio formalis producendi formam æquiuocè, vel vniuocè in quocunq; paſſo ſibi proportionato, ſed lapis exiſtens ſurſum eſt in potentia paſſiua ad vbi deorſum, & grauitas in lapide eſt principium actiuum æquiuocum reſpectu talis vbi, ergo poterit cauſare illud in lapide, cum ſit paſſum ſibi debitè approximatum.

Graue mouet ſe effectiuè.

¶Sequitur in littera, non enim mouens mouet mobile ad aliquod vbi, quia formaliter mouẽs eſt in actu ſecundùm illud vbi, ſed tantum quia virtualiter, & hæc propoſitio eſt ſimilis huic propoſitioni, quæ habetur diſt.3. primi.q.7. ſcilicet quòd idem poteſt eſſe in actu virtuali, & potentia formali, quæ ibi diffusè expoſita eſt. Dicit ergo Doct. ꝙ mouens aliquod graue ad vbi.i.cauſans tale vbi in graui non requiritur, quòd habeat ipſum vbi formaliter, ſiuè in ſe, ſed requiritur, ꝙ habeat illud in virtute ſua.

An motus ſit naturalis.

¶Ibi tamen propter vnum verbum philoſophi addo vltra, ꝙ motus iſte non eſt naturalis in ſe, ex hoc, ꝙ habeat principiũ actiuum in ſe, ſed ſolum ex hoc, ꝙ mobile habet principium intrinſecum paſſiuum naturaliter inclinans ad motum, quod patet per diffinitionem naturę, 2. phyſicorum, tex. commen.3. eſt inquit natura principium alicuius, cauſa mouendi, & quieſcendi in eo, in quo eſt primum, & per ſe, & non ſecundùm accidens, dico autem non ſecundùm accidens, cum fiat vtiq; ipſe ſibi aliquis cauſa ſanitatis cum ſit medicus, ſed tamen non ſecundùm quòd ſanatur medicinam habet, ſed accidit eundem medicum eſſe, & ſanari. Vnde & diuiduntur aliquando adinuicem, hæc ille, & ſic Ariſt. intelligit de principio paſſiuo, cum nihil ſit principium alicui naturaliter mouendi, niſi inquantum eſt per ſe, & primo in eo, quod mouetur, non eſt autem per ſe, & primo in aliquo, quod mouetur, niſi inquantum eſt paſſiuum, ergo non eſt aliquid natura, vel principium naturale alicuius, niſi quia eſt principium paſſiuum in moto.i. quòd talis motus non poteſt dici naturalis ex hoc, quòd efficitur ab agente naturali, quia tunc motus violentus poſſet etiam dici naturalis, cum poſſit fieri ab agente naturali, prout agens naturale diſtinguitur contra agens à propoſito, ſed dicitur naturalis ex hoc, quòd mobile naturaliter inclinatur ad illud, & intelligitur ſic, quòd natura primò, & per ſe prædicatur de principio paſſiuo, quod habet naturalem inclinationem, vel ad formam ſubſtantialem, vt in generatione, vel ad receptionem naturalem motus, & quietis, ſicut patet de graui, quod mouetur ad vbi deorſum.

¶Sequitur. Hoc etiam patet, quia ideo aliquid mouetur naturaliter, quia mouetur ſicut aptum natum eſt ipſum moueri, ita eſt in propoſito, ita quòd licet hic ſicut & in multis alijs principium actiuum ſit principium mouendi, non propter illud principium actiuum mouetur naturaliter, ſimplè ipſum mobile, ſed propter principiũ paſſiuum, propter quod ſic mouetur, ſuplè, quia tale mobile habet naturalem inclinationem ad recipiendum in ſe talem motum, & hoc eſt, quod ſubdit philoſophus in 8. phyſicor. tex. com.32. poſtquam dixit, quòd actus leuis eſt eſſe alicubi, ꝙ ſurſum dicit ipſe, quæritur quare mouentur in ipſorum loca grauia, & leuia. Et reſpondet ſic cauſa autem eſt, quia apta nata ſunt alicubi eſſe, & hoc ex leui & graui eſſe, hoc quidem ſurſum, illud autem deorſum duci, hæc ille. cum dicit apta nata.i. habent naturalem inclinationem ad illud.

Quare mouetur in ipſorum loca grauia, & leuia.

¶Sequitur. Et hoc modo poſtea ſubdit, quòd habent principium patiendi, & non faciendi.ſ. reſpectu motus inquantum naturalis eſt, vt patet in fine illius textus, vbi ſic dicit. Quod quidem igitur nihil horum, puta grauium, & leuium mouet ſeipſum manifeſtum eſt, ſed motus habet principium non mouendi, neq; faciendi, ſed patiendi, hæc ille.i. quòd res mota reſpectu motus naturalis in genere huiſmodi, nõ habet principium actiuũ, ſed tantum paſſiuum, quia talis motus ideo dicitur naturalis non quia cauſatur, ſed quia receptiuum habet naturalem inclinationem ad ipſum. Et ſic debet exponi philoſophus, ſicut etiam videtur exponere Commentatòr vbi ſupra.c.32. in fine huius commenti.

Quare motus grauiũ, & leuiũ dicatur naturalis.

¶Sequitur. Et ibi ita in ſolutione huius dubitationis de motu grauium per tex. commen.32. quaſi interſcalariter loquitur de principio effectiuo huius motus, & de principio naturali huius motus, quod tantum paſſiuum eſt. De actiuo patet ibi. Cum inquir ſit aer aqua quodammodo potentia, & leue, & cum aer eſt potentia, contingit enim per impedimentum non ſurſum eſſe, ſed ſi auferatur impediens agit, & ſemper ſurſum ſit, hæc ille, quæ actoritas expoſita eſt ſupra. Et de principio paſſiuo patet in fine textus, vbi vult, quòd mobile non habeat principium faciendi, ſed tantum patiendi eo modo quo exponit ſupra.

¶Ibi. Rationes etiam eius non concludunt contra me, nã primę tres quę habent vnam vim oſtendunt graue non mouere ſe, ſicut agens per cognitionem mouet ſe, non enim animal poſſet ſiſtere ſe circa vltimum terminum intentum, nec etiam poſſet mouere ſe diuerſis motibus, niſi agere per cognitionem, & ex hoc ſatis ſequitur propoſitum philoſophi, quòd iſta non ſunt prima mouentia, nam primum mouens mouet per cognitionem, vt oſtenſum eſt in primo diſ.2. parte prima.q.1.

¶Ibi. Quarta ratio ſua de continuo, quæ habetur tex. commen.30. Dicit Doc. quòd illa quarta ratio non concludit de quanto, ſiuè de continuo inquantum quantum abſolutè, ſed de continuo, quod eſt eiuſdem diſpoſitionis in omni parte, vt etiam dicit Commentator octauo phyſicorum, commen.30. illa inquit quæ ſunt conſimilia partium ſimplicium impoſſibile eſt, vt moueant ſe, hæc ille. & ſic concedit Doctor, quòd graue hoc modo non mouet ſe, ſicut dicimus de alio continuo, quòd non moueat ſe totum ſimul, ſed vna pars mouet aliam, & illa mota mouet aliam, ſicut cum aer calefit vna pars calefacta calefacit aliam, & illa aliam, & ſic tandem totus calefit, ſed non eſt ſic de graui, non enim vna pars grauis mouet aliam, nec eſt ratio mouendi aliam, ſed quælibet pars eſt ratio mouendi ſe, cum quælibet habeat in ſe grauitatem, & totum compoſitum ex omnibus partibus habet in ſe principium mouendi ſe totum.

Quō graue non moueat ſe.

¶Ibi.

¶Ibi. Sed obijcies, hic Doc. obijcit cõtra ſe, quia ſi philoſophus 8. phyſic. probat, quòd primus motor ſit tantum mouens, & non motus, per hoc, ꝙ omne, quod mouetur ab alio mouetur, vt patet 7. phyſic. tex. com. 1. & inde, & ſic non eſt proceſſus in infinitum in motis ab alio, ergo ſtandum eſt ad vnum motorem, qui tantum moueat, ſi ergo concederet Ariſt. quòd graue moueret ſe, hoc idẽ poſſet dici de graui, quod dicitur de primo motore, videlicet quod mouet, & non mouetur.

¶Ibi. Dico, quòd ſatis habet hoc ex diſtinctione potentiæ. Hic Doc. dat ſingularem expoſitionem Ariſt. quæ expoſitio ſententialiter ſtat in hoc. ſ. ꝙ ſaltem omne aliud à Deo, mouetur ab alio, quo ad actum primum, & ipſo poſito in actu primo poteſt poſtea mouere ſe ad actum ſecundum, & ſic iſta littera clara eſt, & ſufficit philoſopho hoc primum. ſ. quòd ſit mobile ad actum primum, quia per hoc deuenietur ad aliquid tale ab oĩbus iſtis, quod nec in vno motu, nec in quocunque poterit moueri ab alio, ſed erit omnino mouens immobile, & quo ad actum primum, & quo ad actum ſecundum. Similiter etiam poteſt dici, quòd in iſto motu. ſ. ad actum ſecundum, & ſi moueantur a ſe effectiuè, puta grauia, & leuia, non tamen mouentur à ſe, ſicut à primis mouentibus, ex quo nõ mouent ſe per cognitionem, & ſic præſupponunt aliquid ſic mouens per cognitionem, & ita licet moueant ſe effectiuè, non tamen ſic quin moueantur ab alio, licet non ſicut à cauſa prima.

Quõ grauia & leuia mo ueantur.

AD ARGVMENTA principalia. Nunc reſtat ſoluere argumenta principalia, primò enim arguit Doc. probando, quòd nihil poſſit mouere ſe, quia tunc idem reſpectu eiuſdem eſſet ſimul in actu, & in potentia, quia mouens, vt mouens eſt in actu, quia omne agens agit inquantum eſt in actu, vt patet à philoſo. 2. phyſic. t. c. 37.

¶Ibi. Confirmatur ratio, per hoc, quòd aliqua diuidentia ens, vt ſubſtantia, & quantitas ſunt incompoſſibilia in aliquo vno, & eodem, ergo pari ratione actus, & potentia, quæ diuidunt ens, ſunt incompoſſibilia in aliquo vno.

¶Ibi. Ad primum argumentum principale. Dicit Doct. reſpondendo ad hoc argumentum, quòd aliquid eſt in actu virtuali, & in potentia formali, vt patet in primo diſtin. 3. q. 7. Et ad confirmationem dicit, quòd actus, & potentia, vt ſunt oppoſita, accipitur potentia obiectiuè, & ſic conceditur eſſe impoſſibile annexum ſimul actu exiſtere, & eſſe in potentia ad actum exiſtendi. Sed potentia ſubiectiua, & actus non repugnant. nam Franciſcus eſt in actuali exiſtentia, & cum hoc eſt in potentia ſubiectiua, ſiuè receptiua ad albedinem, nam actus & potentia primo modo non poſſunt dici de aliquo eodem, neq; per ſe, neq; denominatiuè, per ſe, vt antichriſtus ſimul non eſt in actu, & potentia obiectiua. Denominatiuè, vt Franciſcus non poteſt ſimul denominari albus ab albedine in actu, & potentia ad ipſam, impoſſibile enim eſt, quòd ſimul ſit in actu albus, vt in potentia ad eandem albedinem, vt tamen actus accipitur pro principio actiuo, & potentia pro principio paſſiuo, quæ cadunt infra eſſentiam cuiuslibet diffinibilis, vel diffiniti, ſic non ſunt oppoſita, nec ſic diuidunt ens, nec repugnant alicui eidem, & quod dicit, quòd actiuum, & paſſiuum cadunt infra eſſentiam cuiuslibet diffinibilis &c. debet fortè intelligi de diffinibili primo, & per ſe, cuius eſt ſola ſubſtantia, vt patet per philoſophum 7. metaphy. tex. com. 19. Quod quidem igitur eſt diffinitio, quæ quidem ipſius quid erat eſſe ratio, & quid erat eſſe, aut ſolum ſubſtantiarum eſt, & maximè, & primum, & ſimpliciter palam, hæc ille, & ibi Commentator declaratum eſt inquit ex hoc ſermone, quòd diffinitio ſimpliciter eſt ſermo, qui ſignificat quiditatem rei, & quòd quiditas non inuenitur, niſi in ſubſtantijs tantum, aut magis in ſubſtantijs, & modo priori, & ſimpliciori, hæc ille, cum ergo diffinitio detur per genus, & differentiam, videtur quòd diffinibile ſit aliquid habens locum materiæ, cuius eſt pati, & eſt aliquod habens locum formæ, cuius eſt agere, quicquid ſit de hoc, videlicet cui differentia poſita in diffinito ſit de numero actiuorum, aliàs habet, & videri.

Actus, & potentia ſunt oppoſita.

Quid ſit diffinitio ſimpliciter.

¶Secundò principaliter arguit Doct. præmittendo duas auctoritates philoſophi, quarum prima eſt, octauo phyſicorum, tex. commen. 30. qui vult, quòd omne, quod mouet ſe diuidatur in duo, quorum alterum eſt primum mouens, & alterum primum motum, neceſſe eſt inquit, vt motor in quolibet eorum ſit diſtinctum à moto, hæc ille. Secunda propoſitio per quam probatur, prima eſt iſta, quòd nihil mouet ſe primò, quia tunc quieſceret ad quietem partis, & non quieſceret ad quietem eius, quæ ponitur ſeptimo phyſicorum, tex. commen. primi, & inde, & ex hoc ſequitur, quòd in quocunque corpore mouente ſe ſit talis diſtinctio, ſcilicet motoris, & moti. Sed angelus non diuiditur in duo, quorum alterum ſit primum mouens, alterum primum motum, cum ſit ſimpliciter indiuiſibilis, ergo non poteſt mouere ſeipſum.

¶Ibi ad ſecundum argumentum dicit Doct. ꝙ auctoritas philoſophi, octauo phyſicorum, tex. commen. 30. intelligitur de mouente, & moto, per cognitionem, quia potẽtia motiua, quæ eſt organica, & per conſequens conſtituta ex anima, & tali organo, ſicut de potentia viſiua dictum eſt in primo diſtin. 3. q. 6. requirit non tantum diſtinctionem animæ, & corporis, ſicut inter mouens, & motum, ſed fortè in ipſo corpore, in quo eſt virtus organica, requirit partem corporis mouentem diſtinctam à parte mota, ſed non eſt ſic de mouente ſe non organicè, quia eſt totum vniforme quantum ad actum primum, & totum in potentia, quãtum ad actum ſecundum. Exemplum de lapide, tenendo quòd grauitas lapidis ſit principium mouendi, talis grauitas eſt vniformiter in toto lapide, quia totus lapis eſt grauis, & ſimiliter tota ſubſtantia lapidis eſt tota in potentia ad vbi deorſum. De iſto autem motu organico, & de eius differentia à motu non organico, vide Doct. in quarto, diſtinctione quadrageſimanona, quæſtione quartadecima.

Exemplum.

¶Ibi. Sed ad probationem illius propoſitionis, quæ accipitur ex principio ſeptimo phyſicorum, vbi probatur, quòd nihil mouet ſe primò. Hic Doct. primò exponit quomodo accipiatur ly primò, & licet aliqualiter expoſitum ſit in primo, diſtinctio. 19. quæſtio. ſecunda. Hic tamen prolixius exponit, & primò dicit, quòd aliquid mouetur primo accipiendo ly, primò pro eo, quod eſt ſecundum ſe totum, & tunc illud dicitur moueri primo, quod mouetur ſecundum omnem partem ſui, & tunc ly primò opponitur ei, quod eſt moueri ſecundum partem, ſicut dicimus, quòd homo mouetur, quia aliqua pars principalis mouetur, & ſimiliter dicimus, quòd homo eſt criſpus, quia aliqua pars eius eſt criſpa. Et ſic Ariſtoteles accipit primò moueri, ſcilicet ſecundùm ſe totum, in quinto phyſicorum, tex. com. primi, vbi diſtinguit, quòd aliquid mouetur ſecundùm accidens, aliquid ſecundùm partem,

Quõ nihil mouet ſe primò.

&aliquid primo, tranſmutatur inquit tranſmutans omne, aliquid quidem ſecundùm accidens, vt cum dicimus muſicum ambulare, quoniam cui accidit muſicum hoc ambulat, hoc autem in aliquid huius mutari ſimpliciter dicitur mutari, vt quæcunq; dicuntur ſecundùm partes: ſanatur.n. corpus, quia oculus, aut torax, hęc autem partes totius corporis ſunt. Eſt autem etiam aliquid quod neq; ſm accidens mouetur, neq; in eo, qđ aliquid ipſius, ſed in eo, quod ipſum mouetur primo. Et hoc eſt ſecundùm ſeipſum mobile, hæc ille. Sequitur, & ſimiliter in 6.phy.t.c.44. vbi dicit philoſo. ꝙ quicquid mouetur in aliquo tempore primo, mouetur in quolibet illius tẽporis. In quo inquit primo mutatum eſt, quod mutatũ eſt neceſſe eſt athomum eſſe. Dico autem primum, quod non per alterum, aliquid ipſius eſſe huiuſmodi ſic, hæc ille. & vide ibi commentator diffusè.

Aliquid mouetur multis modis.

¶Sequitur. Ibi alio modo, hoc quod eſt primo dicit cauſalitatem præciſam quomodo accipitur in primo poſte. t.c.11. in diffinitione vniuerſalis, vniuerſale inquit dico, quod cum de omni ſit, & per ſe eſt ſm quod ipſum eſt, per ſe autem, & ſecundum quod ipſum eſt idem eſt, & parum infra, vniuerſale autem eſt tunc quod cum in quolibet, & primò demõſtratur. Accipit ergo hic Doc. primo, vt dicit cauſalitatem pręciſam, ſicut dicimus, ꝙ homo eſt primò riſibilis.i.ꝙ ipſe homo eſt cauſa præciſa, & adæquata, quia ſit riſibilis, & non pars hominis, puta corpus, vel anima. Et differentia iſtorum ſtat in hoc, quia quod conuenit alicui primo ſecundo modo, ſi remouetur à quolibet alio, quod non eſt ipſum, vel etiam à qualibet parte ipſius adhùc conuenit ſibi, nam ſi riſibile remouetur ab aſino, à Frãciſco, ab anima, à corpore, adhùc hęc erit vera, homo eſt riſibilis. ſimiliter patet de habere 3. reſpectu trianguli. Illud verò quod conuenit alicui primo accipiendo ly, primò primo modo ſi remouetur ab aliqua eius parte ſtatim remouetur ab ipſo cui dicitur primò conuenire, dicimus.n. quòd aliquod graue mouetur primò ſm ſe totum.i. ſecundum omnem partem, ſi ergo motus remouetur ab vna eius parte, falſum erit dicere, quòd ipſum graue moueatur primò ſecundùm ſe totum, quod patet, quia non ſecundùm omnes partes.

Quo accipiatur primo.

¶Ibi. Dico tunc, ꝙ ratio Ariſt. in principio, & dicit, ꝙ ratio Ariſt. benè probat, ꝙ nullus corpus mouetur à ſe primò, hac duplici primitate ſimul, quia tunc ſimul quieſceret, & non quieſceret, patet accipiendo graue, quod dicatur.a. habens decem partes, ſi mouetur primo accipiendo primo, ſecundo modo tunc remoto ipſo moueri ab omnibus eius partibus, adhùc.a. mouetur, vt ſupra patuit, ſi etiã hoc mouetur primo, accipiendo primo primo modo.i. ſecundum omnes partes, tunc vna parte quieſcente nõ conuenit ſibi moueri primo iſto primo modo, ergo ſimul quieſceret, & non quieſceret, quod eſt impoſſibile, non quieſceret.n. ſi moueretur primo accipiendo primo ſecundo modo etiam omnibus partibus quieſcentibus, & ex alia parte quieſceret ad quietem vnius partis accipiendo primo primo modo, & hoc eſt, quod dicit in iſta littera.

Nota & benè.

¶Ibi. In propoſito autem dico, ꝙ graue mouetur à ſe primò, quia ſm quamlibet partem, & mouet, & mouetur, & cuilibet parti competit, licet non primo, quia inquantum eſt in toto, & mouere, & moueri, vult dicere Doc. ꝙ graue mouetur primo accipiendo primo primo modo, ſic ꝙ ſm quamlibet partẽ mouet, & mouetur, & cuilibet parti competit, licet non primo, ſed inquantum eſt in toto.i. ꝙ quælibet pars quãtumcunq; minima ipſius grauis mouet, & mouetur, prout eſt exiſtens in toto, quia ſi daretur aliqua minima pars grauis ſeparata, quamuis eſſet diuiſibilis in plures partes, non tamen poſſit mouere, vt ſupra patuit in q. præcedenti de minimo ſenſibili.

Quo graue moueatur à ſe primò.

¶Ibi. Sed nunquid conuenit graui primo moueri deorſum primitate ſecundo modo dicta. Dicit Doc. in hac litera, ꝙ accipiendo graue in communi, eſt cauſa præciſa ipſius moueri deorſum in cõmuni, & ſic moueri deorſum in communi conuenit ſibi primo, accipiendo primo ſecundo modo, patet, quia ſi moueri in communi remoueatur à quolibet inferiori ipſius grauis, vel à qualibet parte eſſentiali ipſius eſſentiali, adhùc erit vera, graue poteſt moueri deorſum, quia grauitas eſt præciſa cauſa quare hoc prædicatum inſit ſibi, & ſimiliter accipiendo hoc graue, puta lapidem bipedalẽ, conuenit ſibi hoc moueri primo, quia hoc graue eſt cauſa præciſa huius moueri, ſicut dicimus, ꝙ hoc riſibile primò conuenit Franciſco, quia Franciſcus eſt cauſa præciſa quare hoc riſibile inſit ſibi. Si etiã accipiatur aliqua pars ipſius grauis bipedalis, puta pars ſemipedalis erit cauſa præciſa huius moueri competentis ſibi, ita ꝙ hoc moueri particularis primò conuenit illi parti. Et quod dicit infra, non ergo totum homogeneum graue mouetur à ſe primò, vt eſt commune ſibi, & cuilibet, ita quòd moueri, vt eſt commune ſibi, & cuilibet parti eius inſit ſibi primò ſecundum hanc primitatem, quia tunc non remoueretur à toto, & ſi remoueretur à parte, hoc autem eſt falſum propter aliam primitatem neceſſariò, concurrentem &c. Dicit Doc. ꝙ accipiendo graue, puta pedale, quod eſt quoddam homogeneum, quia ſicut totum graue, ita & quælibet pars eius, graue non mouetur primò, loquendo de primitate ſecundo modo, quia ſi ſic tunc remoto motu à qualibet parte eius, adhùc moueretur primò, quod eſt falſum, propter aliam primitatem competentem ſibi, quia ipſum graue ſingulare non poteſt moueri primò, niſi quælibet eius pars moueatur, cum moueri totius, & moueri partium ſint homogenea, quia eiuſdem rationis, ſed non ſic eſt de iſto homine, ſi remoueatur riſibilitas à partibus integralibus, vt patet.

Nota & benè.

¶Sequitur. Tamen graue hoc primitate cauſalitatis, videlicet præciſè mouetur hac motione. Dicit Doc. in iſta littera, quòd accipiendo moueri primò, quod eſt moueri totale conuenit ipſi graui, vt graue eſt cauſa præciſa illius, & etiam competeret ſibi ſi remoueretur à qualibet parte eius. Et nota benè, quod nunc dicit Doct. quòd ſi moueri remoueretur ſimpliciter à partibus, adhùc competeret ſibi, quia hoc eſt impoſſibile, ſed accipiendo ſic, quòd moueri totale ſi remoueretur à partibus immò de facto remouetur adhùc ſibi cõpeteret, quia hoc eſt verum.ſ. quòd graue primò mouetur, loquendo de motu totali præciſè competenti ipſi graui, & tamen hæc eſt falſa, ꝙ pars moueatur motu totali, quia pars mouetur tantum motu partiali.

Nota & benè.

¶Ibi. Sed obijcies, quòd ſaltem remouetur à toto graui motio totalis &c. Dicit Doc. ſi graue pedale poteſt moueri primò hac ſecunda primitate, vt dicis ergo remoto motu ab aliqua parte eius, loquendo de motu partiali adhùc poterit moueri primò, quod eſt falſum.

¶Ibi. Reſpõdeo, & dico, ꝙ hoc totale graue &c. Tota vis huius litterę ſtat in iſta propoſitione, ſed quod conuenit alicui primo, iſta ſecunda primitate non remouetur ab eo ſi remoueatur à parte. Hæc propoſitio ſic eſt exponenda ſi ſubiectum eſt cauſa præciſa, & adæquata, puta.a. & ipſum.a.

paſſio

Homo eſt cauſa riſibilitatis impropriè. paſſio non integratur ex pluribus, ſicut dicimus, ꝙ homo eſt cauſa præciſa, & adæquata riſibilitatis, & ipſa riſibilitas non integratur ex pluribus riſibilitatibus, vel ex pluribus partibus riſibilitatis, hoc modo, quod conuenit alicui primò non remouetur ab eo, ſi remoueatur à partibus. ſi verò ſubiectum dicitur cauſa ipſius præciſa, non ex ſua ratione formali, ſed quia integratur ex pluribus partibus, ita ꝙ quælibet pars ibi concurrit, vt cauſa partialis ad ipſum a. integratum ex pluribus, tunc non ſequitur, ꝙ ſi a. conuenit alicui primo, ꝙ ipſo remoto ab aliqua parte ipſius ſubiecti, ꝙ adhuc competat ſibi, & ſic eſt in propoſito, quia cum dico, ꝙ graue pedale eſt cauſa præciſa motus localis, ipſum graue pedale ſic integratur ex partibus ſuis homogeneis, ꝙ quælibet pars concurrit partialiter ad ipſum moueri, & ipſe motus, qui conuenit, primò integratur ex motibus partialibus cauſatis ex ſubiectis partialibus: ideo non ſequitur, ꝙ ſi moueri cõpetat primo graui pedali, ꝙ adhuc ſibi poſſet competere ſi remoueretur à partibus, & ſic finis huius quæſtionis.

Quæſtio Vndecima. Diſt. II.

Vtrum Angelus poſſit moueri in inſtanti.

Scotus 2.ſent.diſt.2.q.11.
D.Thom.prima par.ſummæ.q.53.art.3.
Franciſcus de Mayronis 2.ſent.diſt.3.q.13.

VNDECIMO quærit Doc. an angelus poſſit moueri in inſtanti. Titulus q. ſic debet intelligi, an angelus poſſit ſe transferre de vno loco ad alium locum in inſtanti.

¶Ibi. Hic dicitur, ꝙ angelus poteſt moueri in inſtanti, ſed non temporis continui, ſed diſcreti, & hæc eſt opi. Tho. in 1. par. ſum. q. 53. art. 3. vbi ſic dicit Thom. ꝙ motus localis angeli poteſt eſſe continuus, & non continuus, & ſic poteſt menſurari tẽpore continuo, & tempore diſcreto. continuitas. n. temporis eſt ex continuitate motus, ſed iſtud tempus, ſiuè ſit tempus continuum, ſiuè non, non eſt idem cum tempore, quod menſurat motum cœli, & quo menſurantur omnia temporalia, quæ habẽt mutabilitatem ex motu cęli. motus. n. angeli non dependet ex motu cœli, & reſpondendo ad tertiũ argumentum ſic dicit, tempus autem motus angeli poteſt eſſe non continuum, & ſic angelus in vno inſtanti poteſt eſſe in vno loco, & in alio inſtanti in alio loco, nullo tempore intermedio exiſtente. Si autem tempus motus angeli ſit continuum, angelus in toto tempore præcedenti vltimum nunc variatur per infinita loca, ſicut ipſe ponitur in art. 2. *Opinio Diui Thomæ.*

¶ Dicit etiam aliam concluſionem in corpore q. quòd non eſt poſſibile, vt aliquid in toto tempore præcedente quieſcat in vno termino, & poſtea in vltimo inſtanti illius tẽporis ſit in alio termino.

Opinio Henrici. ¶Ibi alius Doc. dicit de iſto tempore diſcreto, & eſt Henr. quolib. 13. q. 7. qui vult, quòd angelus poſſit moueri, & in inſtanti temporis continui, & in inſtanti temporis diſcreti, vult enim Henri. (vt ſupra patuit) quòd inter duo inſtãtia temporis diſcreti, cadat quaſi quies media ipſius angeli cum parte media temporis noſtri. i. ꝙ inſtãti temporis diſcreti coexiſtunt inſtãtia temporis noſtri, & ſicut inter duo inſtãtia temporis noſtri cadit tempus mediũ, ita vult, ꝙ inter inſtantia temporis diſcreti, cadat quies media coexiſtens tempori noſtro medio, & hoc ideo poſuit, quia ſi inſtantia temporis diſcreti, quæ correſpondent inſtantibus temporis noſtri eſſent omnino immediata, ſequeretur ꝙ ſicut tẽpus diſcretum diceretur diſcretum, quia componeretur ex huiuſmodi inſtantibus ſibi immediatibus, ꝙ etiam tempus noſtrum eſſet diſcretum, quia inſtantia eſſent ſibi immediata, & Doc. arguit contra hanc opin. Henr.

¶Ibi. Sed contra illam ſecundam poſitionẽ probatum eſt ſupra, ꝙ non eſt neceſſe operationem angeli durare cum inſtantibus temporis noſtri &c. Ex quo. n. Hen. vult, ꝙ vna operatio angeli menſuretur vno nunc temporis diſcreti, & vult ibi, ꝙ illud nunc coexiſtat de neceſſitate pluribus inſtantibus temporis noſtri, & per conſequens pluribus partibus temporis noſtri, cum inter quęcunq; duo inſtantia ſit tempus medium. vult etiam Henri. ꝙ illa duratio operationis ſit ratio quietis in termino tranſitus ſubiti. *Scotus improbat opinioni Henr.*

¶Contra arguit Doc. quia ex quo probatum eſt ſupra. ſ. di ſ. 2. q. 4. art. 1. huius ſecundi, ꝙ vna intellectio angeli poteſt tantum durare per iſtans, ita ꝙ coexiſtat tantum vni inſtanti temporis noſtri, ergo illa duratio non erit ratio quietis in termino tranſitus ſubiti. Sequitur quare etiam neceſſe erit ponere angelum poſt tranſitum ſubitũ quieſcere non videtur aliqua ratio, quia dixit Henri. ꝙ quando angelus tranſit ſubitò de loco a. ad locum b. nõ poteſt trãſire de loco b. ad locum c. niſi quieſcat prius in ipſo b. & dicit Doc. ꝙ non videtur iſta neceſſitas, ſed tantum fuga, ne ponatur tempus noſtrum diſcretum, ex hoc, quod ponitur talis trãſitus eius diſcretum tempus.

¶Ibi. Præterea, quod ponit, quòd in tali nunc poteſt mutari, ita quòd ſimul habeat plura, vbi æqualia inter quæ non erit ordo, niſi tantum naturæ, vel imaginationis, non autem durationis, videtur impoſſibile, quòd angelus virtute ſua naturali habeat in vno inſtanti temporis noſtri, & ſui plura vbi ſibi æqualia. & hoc declarat exemplum de graui, quod ipſi adducunt ad oppoſitum. ſi enim vacuum poſſet cedere corpori ibi poſito, & ita eſſet motus in vacuo, non eſſet intelligibile, quòd graue eſſet in pluribus vbi ſibi æqualibus, ſed prius in vno vbi, quàm in alio vbi, & prius in priori vbi, quàm in poſteriori, & prius duratione vna pars grauis eſſet in ſpacio, quàm alia pars. Quod etiam ipſe adducit de corpore, quod pertrãſit in infinita vbi in tempore finito, propter hoc, quòd non eſt niſi in potentia in illis vbi. Si enim corpus pedale mouetur per ſpacium bipedale. certum eſt, quòd pertranſit infinita vbi in tempore finito, puta in medietate horæ. ergo à fortiori videtur quòd angelus poſſit pertranſire illud ſpacium in aliquo inſtanti, vt arguit Hen. Dicit Doc. ibi. Bene concludit, quòd tempus angeli poteſt eſſe ex partibus finitis eiuſdem quantitatis, puta quòd ſit tempus vnius diei, tunc tale tempus erit compoſitum ex 24. horis, quæ ſunt partes eiuſdem quantitatis, licet omnes partes illæ ſint diuiſibiles in infinitum, & in illo tempore poteſt pertranſire ſpacium infinitum, non in actu, ſed in potentia, puta, ꝙ in illo tempore poteſt pertrãſire ſpatium vnius milliaris, quod ſpatium licet actu ſit finitum. eſt tamen diuiſibile in partes infinitas, & ſic eſt infinitum in potentia. *Exemplũ de graui.*

¶Improbata opinione Henrici, reſtat nunc improbare opin. Tho. vbi Doc. contra duo principaliter arguit, primò contra hoc, quod dicit angelum moueri in inſtanti temporis diſcreti. & ſecundò contra hoc, quod dicit, quòd eſt neceſſe angelum quieſcens in aliquo loco per aliquod tempus etiam quieſcere in vltimo inſtanti illius tem- *Scotus improbat opin. D.Thomæ.*

poris, & poſt inſtans quietis mouetur in inſtanti ad alium locum.

¶ Contra primum arguit in principio quæſtionis, ibi. Contra primam poſitionem arguo &c. ſi angelus moueretur in inſtanti temporis diſcreti, tunc contradiceret ſibimet, quia ex quo angelus per ipſum eſt in loco per operationem, vt tenet in prima parte ſum.q.52. art.1.& 2. puta per motionẽ alicuius corporis, & cum illa motio menſuretur tempore, vel inſtanti temporis noſtri, ſequitur ꝙ motio, qua mouet ſe localiter menſuretur eodem modo, cum iſtæ motiones ſint locales, & eiuſdem rationis, & ſic ſibi contradiceret. Et licet Tho. in prima parte ſum.q.53.art.3. in corpore q. ſic dicat tempus, ſiuè ſit continuum, ſiuè non.ſ.quo menſuratur motus localis angeli non eſt idem cum tempore, quod menſurat motum cęli &c. tamen quia motus localis quo aliquod corpus mouetur ab angelo, videtur ſimpliciter eſſe idem, vel ſaltem eiuſdem rationis cum motu locali, quo angelus mouetur, cum ipſe non ſit in loco, nec localiter moueatur, niſi per operationem tranſeuntem. cum ergo tempus quo menſuratur motus localis corporis moti ab angelo, menſuretur tempore noſtro continuo, videtur ꝙ etiam motus localis ipſius angeli menſuretur tempore noſtro continuo.

¶ Sequitur. Si autem intelligat de operatione immanente.ſ.intellectione, & volitione illa, vt ſupra patuit præſenti diſt.q.4. nec eſt in tempore noſtro communi, nec in alio, ſed in æuo ſecundùm eum. Hic tamen aduerte, ꝙ Tho. expreſsè vult in prima parte ſum. q.10. art.5. reſpondendo ad primum argumentum principale, quòd huiuſmodi operationes menſurentur tempore, vnde ſic ait ad primum dicendum, ꝙ creaturæ ſpirituales quantum ad affectiones, & intelligentias, in quibus eſt ſucceſſio menſurantur tempore, quantum verò ad eorum eſſe naturale menſurantur æuo, ſed quantum ad viſionem gloriæ participant æternitatem. hæc ille. niſi fortè ipſe Tho. in alio loco dicat ipſas menſurari æuo. Sed quicquid ſit de hoc parum refert, quia Thom. concedit, quòd angeli ſunt in loco per operationẽ tranſeuntẽ, & non immanentẽ, & ex hoc reducit Thom. ad contradictionem.

Opinio vera D.Thomæ.

¶ Ibi. Præterea ratio ſua non videtur concludere. Hic Doc. arguit contra ſecundum principale, probando, quòd non ſit neceſſe quieſcens per horam, etiam quieſcere in vltimo inſtanti illius horæ ſi debeat moueri, ita quòd ſi angelus quieuerit per totam horam in vltimo inſtanti illius horæ nõ poterit moueri. ſed oportet illum quieſcere in vltimo inſtanti. Contra hoc arguit Doc. quia ſi ſic opus eſſet quieſcere in vltimo inſtanti, tunc ſubſtantia panis quieſcente ſub accidentibus in vltimo inſtanti prolationis verborum, & cum in illo inſtanti, ſit etiam ibi corpus Chriſti, vt probatum eſt in quarto in materia de Euchariſtia, ſimul eſſet panis, & corpus Chriſti, quod eſt falſum. & ideo Doc. dicit in quarto vbi ſupra, ꝙ in vltimo inſtanti, quo panis deſinit eſſe ſub accidẽtibus, in eodem corpus Chriſti incipit eſſe ſub illis accidentibus.

¶ Ibi. Similiter cum aer quieuit in eſſe tenebroſo. Hic Doc. deducit ad aliud inconueniens.ſ.ꝙ illuminatio aeris nõ fuerit in inſtanti, immo ſequeretur, quòd aer ſimul eſſet ſub tenebra, & ſub luce, puta ſi aer ſit tenebroſus per totam noctem, & quieſcit ſub illa tenebra per totam noctem, & etiam in vltimo inſtanti illius, tunc alterum duorum ſequeretur. vel quòd illuminaretur in tempore immediato ad vltimum inſtans noctis, vel ſi illuminaretur in inſtanti, aut in inſtanti immediato ad vltimum inſtans noctis, & ſic inſtans eſſet immediatum inſtanti, quod eſt contra philoſophum 6. phyſic.tex.com.4. Si verò illuminaretur in vltimo inſtanti, ergo aer ſimul eſſet lucidus, & tenebroſus, non autem dicimus, ꝙ aer quieſcit ſub tenebra per aliquod tempus, & in vltimo inſtanti illius temporis in quo cauſatur lux deſinit eſſe tenebra, ita ꝙ non datur vltimum inſtans ſui eſſe.

¶ Ibi. Et ſi dicas, quòd iſta illuminatio eſt terminus motus localis, quo ſol ſit præſens medio. & cum motus localis, fiat in tempore, ideo talis illuminatio fit in tempore, & ſic non eſſet inconueniens aerem quieſcere ſub tenebra in vltimo inſtanti noctis.

Non datur vltimũ inſtans in ſui eſſe.

¶ Ibi contra, ponatur ſol creatus de nouo. Hic Doc. inſtat ſic, quia ſi ponatur, nunc medium diſpoſitum, quod quieſcat ſub tenebra per totã noctem, & in vltimo inſtanti illius noctis creetur ſol optimè diſpoſitus circa tale medium. certum eſt, ꝙ in eodem inſtanti illuminabit medium, & ſic nõ oportet recurrere ad motum ſolis localem ponendo, ꝙ creetur præſens medio in inſtanti vltimo.

¶ Sequitur modo etiam licet cum vbi terminante motum localem. Hic Doc. adhùc improbat illam reſponſionem, in qua dicitur, quòd illuminatio eſt terminus motus localis, quia terminus motus localis ſolis eſt aliquod vbi de nouo acquiſitũ, ſed illuminatio medij, quæ ſequitur ad motum localem ſolis, non eſt aliquod vbi, vt patet. ergo nõ eſt per ſe terminus motus localis, ſed magis ipſa illuminatio dicitur terminus alterationis, quia aer alteratur recipiendo nouam illuminationem. Sequitur, nec etiam poteſt per hoc euadi quin aer quieuerit ſub eſſe tenebroſo vſque ad hoc inſtans.

Illuminatio eſt terminus alterationis.

¶ Ibi. Præterea ſi oportet angelum in quocunq; tempore quieſcentem in vltimo inſtanti illius temporis immutatum eſſe in eodem, vbi dicit Doc. in iſta litera, quòd ſi oportet ipſum angelũ quieſcentem in aliquo loco, puta per horam, quieſcere in vltimo inſtanti illius horæ, & immediatè poſt illud inſtans moueri localiter, ſequitur, quòd nullo modo poſſit moueri, nec in tempore continuo, nec in tempore diſcreto, quia aut moueretur in inſtanti mediato vltimo inſtanti quietis, aut in inſtanti immediato, nõ mediato, quia tunc inter duo inſtantia eſſet tempus diſcretum correſpondens tempori noſtro, & ſic opus eſſet ipſum quieſcere per illud tempus quod patet, quia tu dicis, ꝙ tantum mouetur in inſtanti mediato; ergo in tempore immediato quieſcit. & ex alia parte dicis, quòd quando quieſcit in aliquo tempore, oportet ipſum quieſcere in vltimo inſtanti illius temporis, vltimum autem inſtans iſtius temporis diſcreti immediati eſt hoc inſtans mediatum, & ſic opus eſſet ipſum quieſcere in inſtanti, & nunquam moueri. ſi ergo opus eſſet quieſcere per totum tempus, & in vltimo inſtanti illius, & in inſtanti mediato moueri nunquam poſſet moueri, nec in tempore noſtro, nec in inſtanti temporis noſtri. Si autem illud inſtans eſt immediatum, aut correſpondet inſtanti temporis noſtri, & ſic inſtantia tẽporis noſtri erunt immediata, ſi autem tempus noſtrum correſpondet illi inſtanti immediato. ergo ſequitur ꝙ angelus non poſſit moueri inſtantaneè, quia illud inſtans per te coexiſtit parti temporis noſtri, in qua, vel cum qua poteſt continuè moueri, vel quieſcere.

¶ Sequitur propter iſtud argumentum fortè ponitur ſecunda poſitio.ſ.Henrici, ꝙ inter duo inſtantia tẽporis diſcreti cadit quaſi quies media ipſius angeli cum parte media temporis noſtri.

¶ Sed contra illam ſecundam poſitionem probatum eſt ſupra, quòd non eſt neceſſe operationem

nem angeli durare cum inſtanti temporis noſtri.

Caietanus nititur ſoluere argumẽta Scoti.

HAS TAMEN inſtantias, quas facit Doc. contra Thom. videlicet contra ſecundum eiuſdem dictum, quidam nouus expoſitor in prima parte Sancti Tho. q.53. art.3. nititur ſoluere. primò præmittit aliqua, & ſecundò reſpondet ad inſtantias, quãtum ad primum ſic dicit. Sciendum eſt igitur, ꝙ in toto tempore dupliciter diſtribui poteſt, primò in partes tantum, vt idem ſit dicere in toto aliquo tempore, & in qualibet parte illius temporis. ſecundò in parteſ, & in quocunq; illius ſunt. Et ſic idem eſt dicere in toto aliquo tempore, & in quali bet parte, & in quolibet inſtanti illius. Et quamuis vtroque modo propoſitio ſit in vſu, in propoſito tamen in primo ſenſu à philoſophis, & theologis intelligitur. Alioquin eſſet implicatio in adiecto dicere cum ex aqua fit ignis, in toto illo tempore eſt aqua, & in vltimo inſtanti eſt ignis. Et in hoc ſenſu conſtat primam opinionem dixiſſe, ꝙ angelus in toto aliquo tempore quieſcit, & in vltimo illius inſtanti nouum locum acquirit. Et quoniam realiter, & non apparenter S.Tho. intendit ſibi cõtradicere. idcirco oportet dicere in eodem ſenſu diſtribui ly in toto tempore. Ita quòd controuerſia eſt, an iſta propoſitio a. quieſcit in aliquo toto tempore. i. in qualibet parte alicuius temporis, & in vltimo inſtanti illius aliter ſe habeat. ſit poſſibilis prima. n. opi. reputauit eam poſſibilem, & ſuper ipſam fundauit poſitionem ſuam, Sanctus Thom. verò reputat eam impoſſibilem, & hæc de primo. Quo ad ſecundum dicitur, ꝙ hæc propoſitio eſt vera gratia materiæ, non autem gratia formæ. i. non verificatur in omnibus terminis, ſed in iſtis. Et declaratur vtrunq;, primò pars negatiua, quia ex eſſe tale in aliquo tempore, non formaliter infertur eſſe etiam tale in vltimo inſtanti illius temporis. iſta. n. conditionalis non eſt neceſſaria. Si eſt homo in aliqua hora, ergo in termino illius horæ eſt homo. immò de facto apparet illius falſitas de hora menſurante eius corruptionem. Euidens eſt autem ratio, quare non teneat formaliter, quia. ſ. totum tempus præcedens ſuum terminum comparatur ad illud, vt prius ad poſterius, nec eſt neceſſarium, ꝙ ſi eſt tale in priori menſura, perſeuerare tale in poſteriori. pars verò affirmatiua declaratur. Aduertendo, ꝙ cum intentio S.Tho. ſit tractare de naturis, & naturaliter competentibus ipſis angelis tam ſecundùm ſtatum naturæ, quàm genere, non eſt hic ſermo de poſſibili, aut impoſſibili logico, & reſpectu potentiæ diuinæ, ſed de poſſibili philoſophico, in quo attenditur quid rei ordini cõgruat ſecluſis miraculis, nõ quid Deus poſſit. Et hoc ſemper eſt attendendum in ſcrutandis rerum naturis ſectantibus S.Tho. doctrinam. dicitur ergo, quòd impoſſibile eſt ſecundùm ordinem rerum naturalium aliquid habere eſſe quietum in toto aliquo tempore, & in fine illius aliter ſe habere, quoniam omne factũ eſſet in ratione termini ad quẽ, ſeu oĩs terminus præceditur ſecundùm naturæ curſum ab aliquo fieri. habet enim hoc rerum ordo, experiẽtia teſte, vt nihil nouum tam repente fiat per ſe, quin aliqua præceſſerit via ducens ad illum terminum. Et propterea cum habere aliquid eſſe ſub quiete non ſit via ad alteritatem, ſiue acquiſitiuã, ſiuè depoſitiuam. Sed habere illud eſſe in motu, quia hoc eſt acquirere, vel perdere, conſequens eſt, vt quieſcens in aliquo toto tempore in termino illius eodem modo ſe habeat. Alioquin veniſſet ad terminum ad quem non præceſſiſſet. Quod autem in termino aliter ſe habet, quàm prius præcedente motu ad terminum peruenit.

Nota & bene ad.

¶Ad inſtantias autem adductas contra propoſitionem ſic intellectã facilè patet ex dictis reſponſio, quod enim adducitur de tranſubſtantiatione dupliciter deficit. primò quia illud non eſt naturale, ſed miraculoſum valde, ac per hoc ad potẽtiam Dei ſpectat. Secundò in hoc, quòd tranſubſtantiatio nullam habet quietem oppoſitam, niſi ab vti velimus vocabulis, cum nec motus ipſa ſit.

¶Ad ſecundam inſtantiam de illuminatione dicitur, quòd illuminatio eſt terminus motus localis. Et ad obiectiones contra hoc, reſpondendo ad primam dico, ꝙ quamuis illuminatio abſolutè per accidens terminet motum localem, quoniam ſcimus partes propinquas corpori ſolari perpetui eſſe luminis nullo acceſſu, vel receſſu ſolis ab eis cõcurrente, tamen illuminatio noua, de qua tantum præſens poteſt eſſe ſermo ad propoſitum per ſe eſt terminus motus localis. non per ſe primo, ſed per ſe ſecundo ſecundùm naturæ curſum. Et ex hoc patet reſpõſio ad ſecundum, quia. ſ. non eſt ad propoſitum, quia de Dei potentia, non de naturæ curſu loquitur.

¶Ad tertiam verò dicitur, ꝙ quamuis aer quieſcat ſecundùm eſſe abſolutum in toto tẽpore præcedente præſentiam ſolis, non tamen quieſcit ſecundum eſſe relatiuum, quia continuè aliter, & aliter ſe habet ad ſolem, ſm eſſe propinquum, vel diſtans, ſed quia ad relationem non eſt per ſe motus, vt dicitur 5. phy. Sed aliquid poteſt aliter ſe continuè habere ſecundùm eſſe relatiuum propter motum non in ſe, ſed in alio ad ipſum habente ordinem aliquem, ideo ſtat, ꝙ aer non quieſcat ſub tenebra, nec moueatur, ſed habens eam continuè, aliter ſe habeat propter motum alterius ſecundum eſſe reſpectiuum ducens ad excluſionem tenebræ, & acquiſitionem luminis. Et vtrunque horum ponitur ſatis rõnabiliter. Nã quia ad relationem non eſt motus, ergo nec quies, quoniam circa idem habent fieri, ſed loco motus eſt aliter ſe habere, & loco quietis eodem modo ſe habere. Et quia priuatio luminis. ſ. tenebra non radicaliter in aliqua forma contraria lumini, ſed in relatione diſtantiæ, ſeu abſentiæ inter diaphanum, & lucens, conſequens eſt, quòd aer abſq; motu in ſe aliter ſe habet continuè ſecundùm eſſe tenebroſum conſecutiuè. Ex hoc, quòd aliter ſe habet continuè ſecundùm eſſe propinquum ad ſolem per motum ipſius ſolis. Tertia deinde inſtãtia multipliciter deficit non intelligens mentem S. Tho. loquentis de propria menſura motus angelici, & de aliter, vel eodem modo ſe habere in vltimo inſtanti in ratione termini ad quem, & non qualitercunq;, & de motu non per acquiſitionem ſimplicem ipſius termini, ſed vt expoſuimus in titulo, vnde inſtantia illa æquiuocat, primò de motu angeli, intendens motus nomine termini acquiſitionem, ſecundò conueniendo etiam ſecum vocabulo. Dico, quòd angelus poteſt in vltimo inſtanti temporis alicuius eſſe in aliquo loco, & vt in termino ad quem, & vt in principio motus, quia poteſt poſtquã nuſquam fuit, in vno inſtanti ſui temporis coexiſtenti vltimo inſtanti alicuius horæ applicare ſe loco. Tunc enim in tota hora nuſquam fuit, & in vltimo eſt hoc, quod apud S.Thom. non eſt moueri, ſed mutatum eſſe, vt in termino verò ad quem, quia poteſt angelus in duobus inſtantibus ſui temporis immediatis diuerſis locis ſucceſſiuè ſe applicare. Ita quòd illa duo inſtãtia coexiſtant vni horę, ſic ꝙ ſecundùm coexiſtat vltimo inſtanti horæ, & primum toti tempori præcedenti.

Quinto phy. contex. 10. & 7. phyſic. contex. 21.

Caietanus reprehenditur à Lycheto.

ISTE NOVVS expoſitor antequam reſpondeat ad inſtantias Doc. multa dicit, quę non videntur ſic eſſe vera, vt ipſe aſſerit. Et primò cum dicit,

ꝙ hæc

ꝙ hæc diſtinctio eſt in vſu.ſ.moueri in toto aliquo tempore poteſt exponi dupliciter, prout idem eſt, ꝙ in qualibet parte illius temporis excludendo inſtantia. ſecundò in qualibet parte temporis, & in quolibet illius includendo inſtantia temporis, iſto ſecundo modo nec eſt de rigore ſermonis, nec cõmuniter in vſu, patet, quia cum dico mouetur in aliquo tempore, puta in aliqua hora non poteſt intelligi, niſi de qualibet parte illius, quia verum eſt, ꝙ data quacunq; parte horæ mobile mouetur, ſed nullo modo poteſt exponi, ꝙ moueatur in quolibet illius horæ, accipiendo ly quolibet etiam pro inſtanti, quia tunc ſequeretur, ꝙ in quolibet inſtanti illius horæ moueretur, quod eſt impoſſibile, cũ motus non fiat in inſtanti. Et hoc eſt, quod intẽdit etiam Ariſt.5.phy.tex.com.1. vbi vult, quòd illud, quod mouetur ſecundùm ſe primò, intelligatur moueri ſecundùm quamlibet partem eius, accipiuntur ibi partes tantum diuiſibiles, non autem indiuiſibiles, patet, quia indiuiſibile non mouetur ſuper aliquod ſpatium, vt patet per Ariſt.6.phyſic. t.c.7. Iſta etiam expoſitio eſt contra philoſo.6.phy. t.c.44. vbi vult, ꝙ quicquid mouetur in aliquo tempore primo, mouetur in quolibet illius temporis, ideſt in qualibet parte temporis illius, & patet, ꝙ nullo modo poteſt exponi de inſtanti, cum ſit ſimpliciter impoſſibile aliquid poſſe moueri in inſtanti, quod tamen ſequeretur, ſi ille ſecundus modus eſſet verus, & in vſu.

Secundò dicit.

¶ Secundò dicit iſte, ꝙ propoſitio Tho. eſt tantum vera gratia materiæ, non autem gratia formę, cum nõ ſit in omnibus vera iſta.ſ. propoſitio quieſcens in aliquo tempore non poteſt aliter ſe habere in vltimo inſtanti illius temporis, & dat inſtantiam iſte contra illam propoſitionem, quia ſequitur homo eſt in aliqua hora, & tamen non ſequitur, quòd in vltimo inſtanti illius horæ ſit, ponendo, ꝙ in fine illius horæ ſequatur corruptio, quia tunc daretur vltimum inſtans ſui eſſe. Quamuis hoc ſit bene dictum, fortè tamen non eſt ſic ad mentem Tho. vbi ipſe dicit. Nam Thom. in prima par.q.53.art.3. ſic dicit, de ratione enim quietis eſt, ꝙ quieſcens non aliter ſe habeat nunc, & prius. Et ideo in quolibet nunc temporis menſurãtis quietem, quieſcens eſt in eodem, & in primo, & in medio, & in vltimo. Et parum infra, patet, ꝙ quieſcere in toto tempore in aliquo, puta in albedine eſt eſſe in illo in quolibet inſtanti illius temporis. Vnde non eſt poſſibile, vt aliquid in toto tempore præcedente quieſcat in vno termino, & poſtea in vltimo inſtanti illius temporis ſit in alio termino, hæc Tho. Ex qua littera patet expreſsè, ꝙ illa propoſitio eſt vera apud Tho. non tãtum de materia, ſed etiam de forma, niſi extorqueatur littera. Et quod dicit etiam iſte expoſitor ad mentem Tho. ꝙ ſi aliquid eſt tale in priori menſura non eſt neceſſarium perſeuerare tale in poſteriori menſura, ſi accipit poſteriorem menſuram pro vltimo inſtanti prioris menſuræ, hoc patet expreſsè eſſe cõtra poſitionem Tho. dicentis quieſcere in toto tempore in aliquo, puta in albedine eſt eſſe in illo in quolibet inſtanti illius temporis. Si autem accipit poſteriorem menſuram pro tempore mediatè ſequenti vltimum inſtans prioris menſuræ, tunc propoſitio eſt vera ad mentem Tho. ſed tunc propoſitio eſt contra ipſum exponentem, quia ipſe vult, ꝙ non ſit neceſsè quieſcere in vltimo inſtanti prioris menſuræ, vt patet ex dictis eius.

Caiet. nõ rectè percipit mentem D. Thomæ.

Tertiò dicit

¶ Tertiò dicit iſte ad mentem Tho. ꝙ via naturali non eſt poſſibile, ꝙ quieſcens in aliquo toto tempore in vltimo inſtanti illius temporis aliter ſe habeat, quia omne factum eſſe in ratione termini ad quem, ſeu omnis terminus præceditur ſecundum curſum ab aliquo fieri, hoc dictum poteſt habere multiplicem ſenſum, primò ꝙ quieſcens ſub aliqua forma, puta per horam in vltimo inſtanti illius horæ non poteſt eſſe ſub forma oppoſita, & hic ſenſus eſt manifeſtè falſus, præcipuè tenendo etiam ſecundùm eos, ꝙ forma ſubſtantialis acquiratur in inſtãti, & ſimiliter in inſtanti deperdatur, tunc ſic materia exiſtens ſub forma ligni quieſcit in aliquo toto tempore: & tamen in vltimo inſtanti illius temporis non quieſcit ſub illo, patet, quia in illo vltimo inſtanti ſit ſub forma ignis, nam in permanentibus datur primum inſtans ſui non eſſe, & ſic iſta eſt vera in vltimo inſtanti illius temporis, materia ligni non eſt ſub forma ligni, & ſic deſinit eſſe, patet ergo, quòd etiam ſecundùm curſum naturæ, quòd in vltimo inſtanti illius temporis ſit ſub forma ignis. Secundus ſenſus poteſt eſſe, quòd quieſcens ſub aliqua forma ſubſtantiali eſt ſub diſpoſitionibus facientibus pro tali forma in aliquo toto tempore, puta per diem, in vltimo inſtanti illius temporis non poteſt eſſe ſub forma oppoſita, & hic ſenſus eſt verus, quia in vltimo inſtanti illius temporis non deperduntur accidentia facientia pro tali forma, ſed in tempore immediato ad inſtans quietis incipit moueri deperdendo illa, ſed tunc nihil eſt ad propoſitum, quia ſunt multa agentia perfecta naturalia, quæ ſtatim inducunt formas in ſubiecto diſpoſito, vt patet de ſole illuminante medium, pono etiam, quòd detur aliquod ſubiectum vltimatè diſpoſitum, quod quieuerit per horam ſub forma.a.certum eſt, ꝙ agens diſpoſitum, & præſens ſi eſt vincens ipſum ſubiectum, in vltimo inſtanti illius horæ inducet formam oppoſitam, & tunc ſubiectum in illo vltimo inſtanti non quieſcit ſub forma priori, ſed aliter ſe habebit. Præterea pono, quòd intellectus, puta angeli quieſcat ſub intellectione.a.per horã, certum eſt, ꝙ in vltimo inſtanti illius horæ erit ſub alia intellectione, patet ſecundùm iſtum expoſitorem in prima parte ſummę.q.10.art.1. vbi ſic dicit, illæ.ſ.operationes cum ſint immediatè ſibi inuicem ſuccedentes, & inſtantaneę ſecundum ſe, quia quælibet eſt tota ſimul &c. Nec oportet ipſum recurrere ad inſtantia temporis diſcreti, quia tunc pono caſum, ꝙ intellectio angeli menſuretur inſtanti temporis diſcreti, quod correſpondeat tempori noſtro vnius horæ, & poſt ſit ſub alia intellectione in alio inſtanti temporis diſcreti, quæro tũc aut illud ſecundum inſtans correſpondet vltimo inſtanti temporis noſtri, & tunc habetur propoſitum, aut correſpondet alij inſtanti immediato priori inſtanti temporis, & tunc vnum inſtans temporis noſtri eſſet immediatum alteri inſtãti, quod eſt contra philoſophum 6. phyſic. tex. com.4. aut correſpondet tempori immediatè ſequenti, ergo non videtur talis operatio acquiri inſtantaneè, vt ipſe dicit. Sequitur ergo, ꝙ iſta propoſitio, etiam ſecundum curſum naturæ non ſit vera.ſ. quieſcens in aliquo toto tempore, in vltimo inſtanti illius temporis non poteſt alter ſe habere.

Quõ reſponſiones datæ ad inſtãtias minimè euacuent illas.

¶ Vltimo loco oſtendo, quòd reſponſiones datæ ad inſtantias Doc. minimè euacuent illas. Et patet de prima reſponſione de pane tranſubſtãtiato, vbi dicit iſte, ꝙ eſt per miraculum, hoc non videtur ad propoſitum, quia ſaltem forma ſubſtantialis panis in vltimo inſtanti ſuæ quietis poteſt deſinere eſſe per introductionem alterius formæ, vt ſupra dixi, & ſic in vltimo inſtanti quietis materia talis formæ aliter ſe habebit, patet etiam ponendo, ꝙ materia panis quieuerit ſub forma panis, quæ determinet ſibi aliquem gradum accidentis, certum eſt,

ꝙ in aliquo vltimo inſtanti quietis panis ſub tali gradu poterit deſinere eſſe, tenendo ꝙ tantum ſit ibi vnus gradus accidentis, de quo in 4.diſ.12.dico etiam, ꝙ hic non oportet ſe reſtringere ad miraculum, cum Tho.abſolutè dicat, ꝙ quieſcens in aliquo vno tempore in vltimo inſtanti illius temporis, non poteſt aliter ſe habere, vt ſupra patuit. Et quod dicit poſt, ꝙ tranſubſtantiatio nullam habet quietem oppoſitam, niſi abuti velimus vocabulis, cum nec motus ipſa ſit. Patet hanc reſponſionem parum valere, quia pono, quòd.a.quieſcat ſub albedine per horam, & in aliquo vltimo inſtanti deperdatur, certum eſt, quòd.a.vt eſt ſub albedine per horam verè quieſcit, quia talis quies opponitur motui præcedenti, quo albedo ſucceſſiue acquiri potuit in ipſo.a.nec eſt neceſſe, quòd quies opponatur motui ſequenti, ſicut etiam dicimus, ꝙ mobile.a.quieſcit in aliquo loco per horam, illa quies ſumitur, prout opponitur motui præcedenti, non autem motui ſequenti, & ſi aliquando poſſit ſumi, vt opponitur motui ſequenti, non tamen eſt ſimpliciter neceſſe, ſic dico in propoſito, quòd ſubſtantia panis dicitur quieſcere ſub accidentibus, vt quies opponitur motui præcedenti, quo illa accidentia acquiri potuerunt in ipſo.a. & ſic non eſt neceſſe, ꝙ opponatur alicui motui ſequenti. Dico etiam, ꝙ aliquid, puta.a.poteſt dici verè quieſcere in aliquo tempore, puta ſub albedine, quæ licet in inſtanti per caſum corrumpatur, tamen eſt apta nata deperdi ſucceſſiuè, & per motum, ſic eſt in propoſito, quamuis ſubſtantia panis in tranſubſtantiatione deſinat eſſe in vltimo inſtanti quietis ſub illis accidentibus, quia tamen in illa accidentia nata ſunt deperdi per motum, ideo ſubſtantia panis in aliquo toto tempore quieſcebat ſub illis accidentibus.

Illuminatio non eſt terminus motus localis.

¶Ad aliud de lumine cum primò dicit, quòd illuminatio eſt terminus motus localis, hoc patet manifeſtè falſum, quia terminus motus localis eſt tantum ipſum vbi, vt patet 5.phyſi.illuminatio verò, ſiuè lumen receptum in aere non eſt aliquid vbi, vt patet. Et licet per motum localem ſolis quo fit præſens aeri noſtro, ſequatur illuminatio aeris, non tamen talis illuminatio poteſt dici terminus motus localis per ſe, nec primo, nec non primo, patet, quia tale lumen immediatè cauſatur à ſole, vel à luce in ipſo medio. Et quod dicit, ꝙ ſi ſol crearetur de nouo, ꝙ hoc eſſet miraculum certè, hæc eſt vna fuga, quia & ſi aliquid fiat per miraculum, tamen ipſo poſito poſſet naturaliter agere, vt patet de cęco illuminato per miraculum, qui poſtea naturaliter videt, ſic in propoſito, poſito, ꝙ aer quieſcat ſub tenebra per diem, & in vltimo inſtanti illius diei creetur ſol, patet, quòd in illo inſtanti illuminabitur aer, ergo in illo vltimo inſtanti aliter ſe habebit. Et quod dicit poſt, ꝙ aer nõ dicitur quieſcere ſub tenebra, quia ſemper habet aliũ, & alium reſpectum ad ſolem, pro quanto ſol continuè magis, ac magis ſibi appropinquat, & quia ſit ſub alio, & alio reſpectu, ideo non quieſcit ſub tenebra. Hæc reſponſio eſt nimis abſona, & ab omni experientia aliena, quia tunc ſequeretur, ꝙ quieſcens ſub frigiditate, puta per horam, diceretur nõ quieſcere, quia continuè mutatur ſub alio & alio reſpectu, puta ſi ignis ſit diſtans per miliare, & cõtinuè appropinquet frigido, tũc frigidum ſemper erit ſub alio & alio reſpectu, pro quanto ignis corruptiuus frigiditatis magis ac magis appropinquat, & ſic verè quieſcens ſub frigiditate nõ quieſceret, nam tamdiu.a.quieſcit ſub albedine, vt 8. quamdiu habet albedinem, vt 8. & non dicitur nõ quieſcere ſub albedine per quemcunq; nouum reſpectum ſibi aduenientem. Sic dico in propoſito, quòd aer tamdiu quieſcit ſub tenebra, quamdiu ſtat ſub illa, quamuis continuè aliter & aliter ſe habeat ſecundùm alium & alium reſpectum ad ſolem appropinquantem. Et quod dicit iſte, ꝙ tenebra non radicatur in aliqua forma contraria lumini, ſed radicatur in relatione diſtantiæ ipſius aeris ad ſolem, hoc mirum videtur, quia cum tenebra ſit priuatio luminis, & priuatio ſit in ſubiecto apto nato, ſi talis priuatio radicatur in tali relatione, ergo talis relatio erit apta nata recipere lumen, ſed talis relatio non fundatur, niſi in aere, vt diſtante à lumine, ergo non poſſet eſſe ibi lumen, niſi vt in diſtante.

Hęc reſpõſio ab omni experiẽtia eſt aliena.

¶Et quod dicit ad vltimam inſtantiam Doct. contra Tho. quòd tunc angelus non poſſet moueri, nec motu continuo, nec motu diſcreto, patet, ꝙ talis reſponſio nullo modo euacuet inſtantiam Doc. vt patet diligenter intuenti illam. Et quod dicit iſte, quòd angelus poteſt in vltimo inſtanti temporis alicuius eſſet in aliquo loco, quia poſtquã nuſquam fuit in vno inſtanti ſui temporis coexiſtenti vltimo inſtanti alicuius horæ applicare ſe loco, tunc enim in tota hora nuſquam fuit, & in vltimo illius eſt hic. Quamuis hoc poſſit fortè eſſe verum in ſe, tamen eſt contra ipſum, & contra magiſtrum ſuum. Contra ipſum patet, quia ipſe diceret, quòd quieſcens ſub priuatione alicuius formæ per horam in vltimo inſtanti illius horæ non poſſet incipere eſſe ſub tali forma, nec poſſet aliter ſe habere, ponendo.n.quòd Franciſcus ſit extra totum vniuerſum, & per cõſequens nuſquam ſit, & ibi quieſcat per diem, habet dicere, quòd in vltimo inſtanti illius diei non poſſet ſe facere præſentem alicui loco circunſcriptiuo, ſed in tempore poſt illud vltimum inſtans. Sic in propoſito ſi ponatur angelum nuſquam eſſe per horam, non videtur ſecundùm eum, quòd in vltimo inſtanti illius horæ poſſit aliter ſe habere, cum non ſit maior ratio, de angelo quieſcente in aliquo loco per horam, & de angelo quieſcente nuſquam per horam, ſicut nec de ſubiecto quieſcente ſub albedine per horam, quod poſtea ſit ſub nigredine, & de ipſo quieſcente per horam ſub ſola priuatione nigredinis, quia neutro modo in vltimo inſtanti illius quietis, poterit aliter ſe habere, & ſic patet improbatio huiuſmodi noui expoſitoris.

Apparẽs contradictio in dictis Doc.

¶Vltra prædicta adduco vnam inſtantiam contra vnum dictum Doc. quia ipſe dixit, ꝙ quieſcẽs, puta ſub tenebra per horam, in vltimo inſtanti illius horæ ſit ſub lumine, in hoc videtur ſibi contradicere, quia ſupra in q.9. de motu angelorum, vbi loquitur de motibus cõcurrẽtibus, dicit Chriſtus ſe, quòd quieſcens ſub calore, puta per horam, quieſcit in vltimo inſtanti illius horæ, ita ꝙ datur vltimum inſtans immutationis, ſiuè quietis, vt ibi expoſui, & tamen in hoc videtur Doct. improbare Thom.

Solutio contradictionis.

¶Dico ꝙ non eſt ſimile, quia Doc. ibi vult, quòd in corruptione formæ ſubſtantialis, quæ corrumpitur in inſtanti, quòd non datur vltimum inſtans ſuæ quietis, quia tunc hęc eſſet vera forma ſubſtantialis in vltimo inſtanti eſt, & immediatè poſt hoc non erit, tunc quæro, aut in inſtanti immediato non erit, & tunc inſtans eſſet immediatum inſtanti, aut in tempore immediato ad illud inſtans non erit, & tunc ſequuntur duo inconuenientia, primum quòd corrumperetur talis forma in tempore. Secundum quòd forma oppoſita non introducetur in inſtanti, diceretur ergo, quòd in vltimo inſtanti deſineret eſſe, & in eodem quo deſinit eſſe alia introducitur. Thomas verò dicit, ꝙ quieſcens in aliquo

in aliquo tempore, quieſcit in vltimo inſtanti illius temporis, & quod adducitur de Doct. de motibus concurrentibus. Dico quòd aliud eſt propoſitionem eſſe vniuerſaliter veram, & aliud tantum particulariter, ſi Tho. intelligat vniuerſaliter, quòd quieſcens in aliquo toto tempore, de neceſſitate quieſcit in vltimo inſtanti illius temporis eſt vniuerſaliter falſa, vt ſupra patuit per multas inſtantias, ſi verò intelligat ipſam eſſe veram in motu alterationis, & augmentationis, & huiuſmodi propoſitio poterit eſſe vera, quia tales formæ nõ poſſunt haberi, niſi per motum, & ſic quieſcens ſub caliditate per horam, in vltimo inſtanti illius horæ quieſcit, & poſt illud inſtans in tempore immediato incipit moueri ad frigiditatem, non enim in vltimo inſtanti illius horæ poteſt moueri ad frigiditatem, quia tunc motus fieret in inſtanti, ſed tantum in tempore immediato, & ſic intelligit Doc. ꝙ vbi concurrunt duo motus. ſ. intenſionis, & remiſſionis, ꝙ quieſcens ſub forma remittenda in aliquo toto tempore neceſſario quieſcit in vltimo inſtanti illius temporis, & hoc prolixe expoſitum eſt ſupra, q. 9.

Primo phy. cõtex 50 & 3. de ani. cõtex. 60 & 8. phy. contex. 48.

IBI dico ergo ad quæſtionem, quòd quia pluralitas non eſt ponenda ſine &c. Hic Doc. probat, ꝙ nõ eſt neceſſe ponere tempus diſcretum, vel inſtans temporis diſcreti menſurans motum localem angeli, quia ita æquè bene poteſt ſaluari talis menſura per tempus continuum in communi, ſicut enim oportet eos dicere, quòd ſi tranſeat in inſtanti, non poteſt immediatè habere alium tranſitum, ita ꝙ ſi angelus inſtantaneè tranſit ad vnum locum, non poteſt poſtea immediatè, & inſtantaneè tranſire ad alium locum, ita poteſt poni ſi tranſeat inſtantaneè, in inſtanti temporis continui, ita ꝙ licet poſt illud inſtans poſſit habere motum continuum in tempore habito, non tamen poteſt habere tranſitum inſtantaneum immediatum; non ergo eſt inconueniens ponere angelum inquãtum participat conditionem corporalem. i. quæ poteſt eſſe eiuſdem rationis aliquomodo in ipſo, & etiã in corpore, ꝙ etiam participet menſuram corporis aliquomodo, inquantum autem mouetur localiter participat vbi, quod eſt conditio, & paſſio corporalis aliquo modo eiuſdem rationis in ipſo; & in corpore, quia ſicut corpus acquirit vbi motu continuo, ita & angelus, vt ſupra patuit in 9. q. & ſicut corpus fit præſens per motum tali ſpatio, ita & angelus, licet in hoc differant, quia corpus eſt in loco circunſcriptiuè, angelus verò tantum diffinitiuè, cum ergo illi motus ſint ſimiles, & quaſi eiuſdem rationis, ſequitur, ꝙ ſicut motus localis corporis menſuratur tempore communi, ita & motus localis angeli.

¶Ibi. Et ſi obijcias, ꝙ angelus poteſt moueri ſtante cœlo, ergo non oportet motum eius eſſe in tempore communi, ſiuè menſurari tempore communi, quod tempus commune eſt primò menſura motus primi mobilis.

Tempus noſtrum eſt duplex.

¶Ibi reſpõdeo, ita ſtante cęlo poterit Petrus poſt reſurrectionem ambulare &c. Nota in iſta littera ſingulare dictum. ſ. ꝙ tempus noſtrum eſt duplex, & eſt illud, quod menſurat motum primi mobilis, quia motus eſt cauſa temporis, vt patet 4. phyſi. t. c. 99. & 109. Et tempus potentiale, & eſt illud, quod menſuret quietem primi mobilis, quia dicimus, ꝙ quando quieſcit, puta per imaginationem noſtram per horam, ſi motum fuiſſet per illam horã, tantum motum perfeciſſet, & quia tantus motus actualis menſuratur tanto tempore actuali, ideo dicimus, ꝙ tempus potentiale menſurat quietem, & ſicut aliàs viſum eſt, ꝙ motus vniuerſalis, ſiuè primi mobilis eſt quodãmodo menſura omnium motuum particularium, ita tempus menſurans illum motum erit menſura extrinſeca motuum particularium, ſed intrinſeca motus vniuerſalis, ſic dico de tempore potentiali, ꝙ erit menſura intrinſeca quietis primi mobilis modo præexpoſito, & extrinſeca motus, & quietis particularis.

¶Ibi. Hoc ergo ſuppoſito, ꝙ non eſt neceſſe pro motu angeli ponere aliam menſuram à tempore communi, cum quæritur vtrum poſſit mutare, vel moueri in inſtãti, puta, an poſſit mouere lapidem, vel mutare in inſtanti, vel poſſit ipſe moueri in inſtanti. Reſpondit Doc. ꝙ talis mutatio poteſt dupliciter intelligi, vel ꝙ includat totam realitatem motus, vel ꝙ præcisè includat realitatem termini motus. Exemplum primi, ſi. a. ab vbi. b. moueatur vſq; ad vbi. c. inter quę duo vbi ſint mille vbi, ſic ꝙ poſſit inſtãtaneè moueri. a. b. ad. c. ita ꝙ habeat omnia illa vbi inter media. Exemplum ſecundi, puta, ꝙ a. b. immediatè fiat in c. non tranſeundo vbi intermedia, ſiuè non ſimul habendo illa; primo modo contradicendo, ſecundo opinioni non video qualiter angelus virtute naturali poſſit moueri in inſtãti, quia non videtur, ꝙ virtute ſua naturali poſſit habere plura vbi æqualia. Sed ſecundo modo non videtur inconueniens, quia ꝙ terminus motus nõ ſtatim inducatur hoc eſt ex imperfectione virtutis ipſius mouentis, quæ imperfectio nõ eſt attribuenda angelo, niſi aliqua neceſſitas appareret, quia dignificanda eſt natura quantum apparentia permittunt.

Mutatio poteſt intelligi dupliciter.

NVNC reſpondendum eſt ad argumentũ principale, & arguit ſic Doc. probando, ꝙ angelus non poſſit moueri in inſtanti, quia tũc maior virtus poteſt moueri in minori, quàm in inſtanti; probatio cõſequentia, ita. n. arguit philoſo. 6. phy. ꝙ ſi maior virtus mouet in tempore, & maximè virtus mouet in inſtanti. Nam t. c. 29. ſic habetur. Quod aũt nihil in ipſo, nũc mouetur ex his manifeſtum eſt, ſi namq; eſt, contingit, & velocius moueri in ipſo nunc, & tardius, ſit ipſum nunc, in quo. n. moueatur autem velocius in ipſo per. a. & b. ergo tardius in ipſo per minorem quàm ſit. a. b. mouebitur vt per. a. g. quoniam autem tardius in toto ipſo nunc mouebatur per. a. g. velocius in minori, quàm hoc mouebitur quare diuiditur ipſum nunc, hæc ille. hoc idem arguit Ariſt. t. c. 90.

Littera eſt ſatis obſcura.

¶ Ad hoc argumentum reſpondet Doc. Et quia iſta littera eſt ſatis obſcura, vt clarius intelligatur notanda ſunt aliqua, primò præmittendo vnum argumentum quæcunq; virtus poteſt mouere. a. in aliqua menſura diuiſibili, puta in hora maior vnitas poteſt mouere in minori menſura, ſed angelus per te poteſt mouere ſeipſum, vel aliquid aliud in inſtanti, ergo maior virtus, puta infinita poterit mouere in minori menſura, quàm ſit menſura inſtantis, conſequens eſt contra Ariſt. vbi ſupra. Secundò nota, ꝙ maior propoſitio eſt vera ex natura rei, & ſequitur ex illa maiori, ꝙ ſi poteſt aliqua virtus mouere in aliqua menſura diuiſibili, quòd maxima virtus poterit mouere in minima menſura indiuiſibilis. ſ. in inſtanti, iſta autem propoſitio aliqua virtus poteſt mouere in inſtanti nõn eſt vera ex natura rei, ſed tantum ex ſuppoſitione. ſ. ſuppoſito, ꝙ motus poſſet fieri in inſtanti, cum tantum fiat in tempore, vt patet. Dicit ergo Doct. quòd ſi maior virtus mouet in tempore, ergo maxima mouet in inſtanti, quòd iſta conſequentia eſt vera, ſuppoſito, quòd motus poſſit fieri in inſtanti, maior ergo primi ſyllogiſmi eſt vera ex natura rei, & ſi addatur iſta minor illi maiori. Sed virtus angeli poteſt mouere in inſtanti, iſta minor eſt vera ex

An virtus angeli poſſit moueri in inſtanti. ta ex ſuppoſitione, ergo virtus infinita poſſet mouere in minori menſura, quàm in inſtanti, concluſio falſa. Dico quòd non eſt mirum, quòd ſequatur concluſio falſa ex minori ſimpliciter falſa, & hoc eſt, quod dicit Doc. Cõſequentia Ariſt. eſt iſta, ſi maior virtus mouet in tempore, ergo maxima mouet in inſtanti.

¶Sequitur ibi. In antecedente, puta Ariſt. includitur menſuram eſſe diuiſibilem, per hoc quod ponitur in eo, ſuplè in antecedente. Sequitur in quacunq; autem menſura diuiſibili poteſt aliqua virtus aliquid facere, maior poteſt facere in minori, & ſic bene ſequitur, quòd maxima virtus poterit facere in inſtanti, quod inſtans eſt minima menſura, & hoc quia menſura in antecedente eſt diuiſibilis ſemper ſequitur, ꝙ maior virtus poterit facere in minori menſura, & maxima in indiuiſibili.

¶Sequitur, ſed in iſto antecedente angelus mutatur in indiuiſibili non includitur eſſe diuiſibile, quia ſi arguatur ſic virtus, vt 8. poteſt mutari in inſtanti, ergo maior virtus poteſt mutari in minori menſura, non ſequitur, quia menſura in antecedẽte eſt omnino indiuiſibilis.

¶Sequitur ibi. Hæc igitur conſequentia mouetur in inſtanti, igitur aliquid poteſt moueri in minori tenet, non tm̃ ex propoſitionibus veris, & ex natura rei, ſed ex aliqua falſa, quæ includitur in illo antecedente, & declarat Doc. maiorem incluſum in iſta conſequentia, ſi aliqua virtus mouet in inſtanti, ergo maior poteſt moueri in minori, & hæc conſequentia tenet in virtute huius maioris verè ex natura rei. ſ. quicquid cauſat aliqua virtus in menſura diuiſibili maior virtus poteſt cauſare in menſura minori. Sed minor, quę erit ibi ſumenda ſub illa maiore vera non eſt vera ex natura rei, ſed tantum ex hipoteſi, iſta. ſ. ꝙ motus eſt in inſtanti, ſed ex iſta minore falſa. ſ. ſed angelus mouet in inſtanti, ſequitur iſta concluſio falſa, ergo maior virtus mouet in minori, quàm in inſtanti.

¶Sequitur ibi, ſi autem dicatur angelum mutari in inſtanti. Dicit Doc. hic, ſi loquamur modo de mutatione, quæ fit in inſtanti, & non de motu, qui fit in tempore, & arguatur ſic angelus mutat aliquid in inſtanti, ergo maior virtus mutat in minori menſura. Dicit Doc. infra ibi minor, quæ ibi erit ſumenda ſub maiori illa vera, illa maior eſt illa, quæ eſt poſita in principio ſyllogiſmi. Sequitur nõ erit vera ex natura rei, nec ex hypoteſi, nam ſub illa maiori poſſem facere duas maiores primò iſtã, ſed angelus mouet in inſtanti, quę eſt vera tantum ex hypoteſi, & tunc ſequitur, ꝙ ſicut motus eſt diuiſibilis, ita mẽſura illa inſtantanea eſt diuiſibilis, quia menſura, & menſuratum ſunt vnigenea, & ideo bene ſequitur iſta concluſio falſa, ergo infinita virtus poteſt mouere in minore, quàm in inſtanti. Secunda minor eſt iſta, ſed angelus poteſt mutare aliquid in inſtanti, ita ꝙ ſit ibi tantum mutatio indiuiſibilis, quia in maiori accipitur menſura diuiſibilis, in minori etiam accipitur diuiſibilis, & hæc minor eſt falſa ex natura rei. ſ. mutatio menſuretur inſtanti diuiſibili, & etiam ex hypoteſi, quia non ſupponitur mutationem menſurari menſura diuiſibili, & ſic non ſequitur concluſio vera, nec ex natura rei, nec ex hypoteſi. ſ. ergo virtus infinita poteſt aliquid mutare mutatione propriè dicta in minori menſura, quàm in inſtanti.

¶Sequitur. Et ex hoc patet, quòd multę conſequentiæ ethimematicę (vt iſta conſequentia aliquid mouet in inſtanti, ergo maior virtus mouet in minori) tenentur non præcisè virtute alicuius verę ſubintellectę, puta iſtius, quicquid mouet aliqua virtus in menſura diuiſibili maior virtus poteſt mouere in maiori. Sed quandocunq; virtute alicuius falſæ ſubintellectæ, puta iſtius, ſed angelus mouet aliquod in inſtanti, ergo maior virtus in minori menſura. Sequitur, dum tamen includatur in illo antecedente, ſuplè illa minor, nam in iſto antecedente, quicquid poteſt mouere aliqua virtus in menſura diuiſibili, maior virtus poteſt mouere in minore, includitur ꝙ motus poſſit fieri in inſtanti, quæ eſt minor, & patet, quia ſi maior virtus in minori menſura poteſt mouere, maxima poterit mouere in inſtanti. Et ideo nota, quæ dicit Doc. in primo, diſ. 2. q. 1. gloſando dictum Ariſt. 8. phy. ꝙ ſi eſſet virtus infinita moueret in non tempore, quia maior virtus mouet in minori tempore, ergo infinita mouebit in non tempore. vide ibi. *Octauo phy. contex. 79. Nota quę dicit Scotus.*

Quæſtio Duodecima. Diſt. II.

Vtrum Angelus poſſit moueri ab extremo in extremum non tranſeundo per medium.

Scotus 2. ſent. diſt. 2. q. 12.
D. Thom. prima par. ſummæ. q. 53. art. 2.
Franciſcus de Mayronis 2. ſent. diſt. 3. q.
Ioannes Bacconitanus 2. ſent. diſt. 3. q. 12.

DVODECIMO, ſiuè vltimo, quęrit Doct. An angelus poſſit moueri ab extremo in extremum non tranſeundo per medium, puta an poſſit moueri ab extremo vnius ſpacij, puta vnius miliaris ad vltimum extremum illius ſpacij non tranſeundo per vbi intermedia.

¶Ibi. Hic dicunt quidam. Hic Doc. recitat opin. Tho. in prima par. q. 53. art. 2. & quolib. 1. art. 5. Et Gulielmi Var. in 2. diſt. 2. Dicit enim Tho. ꝙ extrema poſſunt intelligi, aut duo vbi diſtantia, inter quæ eſt aliquod medium, quod nihil eſt extremorum, aut duo vbi immediata, inter quæ ſunt media, quorum quodlibet eſt aliquid extremorum, vult dicere, ꝙ ſunt aliqua duo vbi, inter quæ non eſt medium eiuſdem rationis, & dicuntur vbi diſcontinua, alia dicuntur duo vbi immediata, non ꝙ vnum ſit immediatum alteri, quia tunc inter illa non caderet medium, ſed ex hoc dicuntur immediata, quia medium cadens inter illa eſt eiuſdẽ rationis cum illis, & aliquid vtriuſq; extremi, vt ſupra patuit diſ. præſenti, q. 9. de illis vbi communicantibus adinuicem, quę ſic ſe habent, ꝙ ſemper mediũ eſt pars vtriuſq; extremi, hoc poſito, quod à Doc. non improbatur, ſed magis, vt verum acceptatur, ponit Doc. aliquas concluſiones, quarũ prima eſt ibi. Dico ꝙ non poteſt tranſire continuè ab vno extremo in extremum. Concluſio eſt talis, ꝙ loquendo de motu continuo angeli, & de medio inter extrema, quod eſt aliquid vtriuſq; extremi, non poteſt angelus motu continuo tranſire ab extremo in extremũ, niſi prius tranſeat per mediũ, exempli gratia, ꝙ angelus tranſeat à prima regione aeris ad ſecundam motu continuo, & ꝙ fiat in extremo non tranſeundo loca intermedia non videtur poſſibile, & ratio aſſignatur, quia tale medium eſt ratio continuitatis inter media tranſita, ſicut apparet ex diffinitione medij, 10. meth. t. c. 22. vbi ſic habetur, media. n. hęc dicimus in quęcunq; permutari prius eſt neceſſe, qđ permutatur vt ab hipate in neten, niſi tranſit per minimã rationem prius veniat ad medios ſonos. Et in coloribus ſi veniet ex albo in nigrũ prius veniet ad puniceum, & plumbeum, quã ad nigrum, hęc ille, ex quo patet, *Opinio Diui Thomæ. Prima concluſio.*

ꝙ in

ꝙ in motu locali ſpacium medium inter duo extrema eſt ratio cõtinuitatis ipſius motus. Si.n.motus eſſet ab extremo in extremum non tranſeũdo per medium, nunquam talis motus eſſet cõtinuus, cum dicat Ariſt.6.phyſi.t.c.4. eiuſdem rationis eſt motum magnitudinem, & tempus componi &c. patet etiam ratione, quia motus cõtinuus ſemper habet nouum primus, & nouum poſterius, quod prius & poſterius ſemper eſt in priori magnitudine, ſicut etiam dicimus, ꝙ in tempore continuo eſt prius & poſterius ſumpta ex priori & poſteriori in motu, vt patet per philo.4.phy.t.c.99.& 109. oportet angelum tranſire per medium, loquẽdo de medio, ſecundo modo, & de motu continuo ſi debeat peruenire ad aliud extremum.

Secũda concluſio.

¶Secunda concluſio eſt ibi. Similiter videtur etiam loquendum de motu continuo, & de medio alio modo dicto, & eſt hæc loquendo de motu locali angeli continuo, & de medio inter extrema, quod nihil eſt extremorum impoſſibile eſt angelũ tranſire ab vno extremo ad aliud extremum non tranſeundo per tale medium, patet, quia ſi mouetur continuè non eſt totaliter in altero termino, patet per Ariſ.in 6.phy.t.c.87.vbi vult, ꝙ omne, quod mouetur partim eſt in termino à quo, & partim in termino ad quem. Si ergo angelus mouetur cõtinuè, ergo erit, vel partim in termino à quo, & partim in termino ad quem, vel in medio inter terminum à quo, & terminum ad quem, non primo modo.ſ.ꝙ ſit partim in vno extremo, & partim in alio, & ꝙ nullo modo ſit in medio inter alia extrema, quia tunc eſſet in duobus locis diſcontinuis, patet, quia illa loca inter quæ eſt medium, quod nihil eſt illorum locorum dicuntur diſcontinua, hoc autem non videtur ſibi poſſe competere, ꝙ ſimul ſit in illis duobus locis diſcontinuis, & nullo modo in medio inter illa, ſic ꝙ moueatur ab vno loco ad alium, motu continuo loquendo tamen de virtute naturali competente angelo.

Tertia concluſio.

¶Tertia concluſio eſt ibi. Si autem loquamur de motu indiuiſibili. Et eſt hæc, ꝙ loquendo de medio, quod eſt aliquid extremorum, & de motu indiuiſibili, ſiuè de mutatione, angelus virtute naturali poteſt mutari de vno extremo ad aliud, non tranſeũdo per medium, puta ſi ſit in vno extremo ſpacij vnius miliaris in inſtanti, poteſt ſe facere in alio extremo eiuſdem ſpacij nullo modo tranſeundo per ſpacium intermedium. Et addit Doc. quòd hoc eſt neceſſe, quia ſi tranſiret per tale mediũ continuè tranſiret, & non inſtantaneè, patet, quia continuè tranſiret aliam, & aliam partem ſpacij, & ſic eſſet ſemper ſub alio & alio priori & poſteriori, & ſub alio & alio mutato eſſe, quæ mutata eſſe continuant motum, modo eſt impoſſibile eſſe ſub alio & alio mutato eſſe, quin ſit ſub motu continuo, cum inter quæcunq; duo mutata eſſe ſemper cadat motus medius ſicut inter duo inſtanti temporis medium.

Quarta cõcluſio.

¶Quarta concluſio eſt iſta, ꝙ loquendo de extremis diſtantibus, & diſcontinuis, & de tota realitate motus, quæ eſt ab extremo in extremum includendo medium, quod nihil eſt extremorum, impoſſibile eſt angelum virtute ſua naturali indiuiſibiliter moueri ab extremo in extremum, ſiue impoſſibile eſt ipſum in inſtanti tranſire ab vno extremo ad aliud extremum, & hæc cõcluſio eſt ibi. Sed de extremis diſtantibus habentibus medium diſtinctum ab extremis eſt dubitatio &c.

Quinta concluſio.

¶Quinta concluſio eſt ibi. Sed nunquid poteſt facere ſe in extremo diſtante mutatione præciſè includẽte realitatem termini motus &c. & eſt iſta, videtur non eſſe poſſibile angelum tranſire inſtantaneè ab vno extremo ad aliud extremum, loquendo de extremis diſcontinuis, non includendo realitatem motus, natus fieri ſuper medio, quod nihil eſt extremorũ, & vult dicere poſito, ꝙ angelus per horam quieuerit in vno loco in vltimo inſtanti illius horæ an poſſit facere in alio loco diſcontinuo priori loco dicit, ꝙ videtur hoc non eſſe poſſibile, & rationem aſſignat ibi, quia ordo præfixus à ſuperiori agente videtur eſſe neceſſarius cuiuſcunque agenti inferiori, quando habet actionem præciſè circa talia ordinata, cum ergo à Deo ſit præfixus ordo partium principalium vniuerſi cuilibet agenti creato, & virtuti creatæ, videtur iſte ordo eſſe neceſſarius, quãdo debet agere circa iſta, quorum eſt talis ordo, quando ergo angelus mouet ſe per corpora, quorum eſt talis ordo, non poteſt abſq; omni ordine de quocunq; vbi facere ſe in quodcunq; vbi immediatè, tunc.n.nulla diſtantia videretur impedire actionem eius.

Scotus obijcit ſibiipſi.

¶Ibi. Et ſi obijcias. Hic Doc. dicit contra ſe, quia prius dixit, ꝙ loquendo de motu indiuiſibili angeli, & de medio, quod eſt aliquid extremorum põt in inſtanti tranſire ab vno extremo ad aliud; non tranſeundo per medium, & hic dicit, ꝙ loquendo de extremis diſcontinuis non poteſt in inſtanti tranſire ab extremo in extremum. Dicit Doc. ꝙ primũ concludit bene de medijs, quæ ſunt aliquid extremorum, quia pertranſeundo ab vno vbi immediatè ad aliud vbi in inſtanti, habet omnia iſta vbi.ſ. intermedia ordine quodam naturæ, inter quæ eſt ordo potentialis ex natura rei, ſic ꝙ in aliquo priori naturæ acquirit vnum vbi, & in alio poſteriori naturæ acquirit aliud, & ſic ſucceſſiuè vſq; ad vltimum vbi, & non oportet, ꝙ habeat illa vbi ordine durationis, ſupplè, ꝙ prius tempore fiat in vno vbi intermedio, & poſterius tẽpore fiat in alio vbi intermedio. Et ex hoc concedit Doc. ꝙ loquendo de motu indiuiſibili angelo, & de medio, quod eſt aliquid extremorum nõ poteſt in inſtanti moueri ab vno extremo ad aliud, niſi tranſeundo per mediũ, & tamen ſupra dixit, ꝙ poteſt ſic tranſire non tranſeundo per medium, dico ꝙ hic non eſt contradictio, quia in primo intelligit, ꝙ non poteſt eſſe in inſtanti ab vno extremo ad aliud tranſeundo per medium ordine durationis, ſic ꝙ pertranſeat medium in tempore, vt ſupra dixi in prima cõcluſione, hic autem vult, ꝙ poſſit tranſire in inſtanti temporis ab extremo in extremum, trãſeundo tamen medium, quod eſt aliquid extremorum ordine tãtum naturę, quia cum inſtanti temporis ſtat ordo naturæ, vt ſupra patuit in iſto 2.diſ.1.q.1. Sed cum inſtanti tẽporis non ſtat ordo durationis, quia tũc ſequeretur, ꝙ in eodem inſtanti temporis poſſet eſſe prius & poſterius duratione. Sed ſi angelus tranſiret à diſtanti in diſtans, ſiuè ab vno extremo diſcontinuo ad aliud abſq; omni ordine, videlicet naturæ & durationis, tunc nec ordine natura eſt, nec durationis haberet illa, quorum eſt ordo naturalis, circa quæ tamen operatur præſupponens neceſſariò ordinem eorum. Sed hic occurrit difficultas an angelus loquendo de extremis diſcontinuis poſſit tranſire ab vno extremo ad aliud in inſtãti, ſic ꝙ habeat omnes partes medij in eodem inſtanti, ſed ordine naturæ, licet non ordine temporis.

Occurrit difficultas.

Dico ꝙ fortè nullum eſſet inconueniens, niſi fortè diceretur, ꝙ partes illius medij non ſunt natæ acquiri auctoritate creata ſine ordine durationis tẽporis. Si.n.natæ eſſent acquiri in inſtanti, ſed ordine naturę, tunc nulla diſtantia videretur poſſe impedire actionem angeli.

A D argumenta principalia. Nunc Doc. ſoluit principalia argumenta, & primò arguit ſic probando,

bando, ꝙ angelus poſſit moueri ab extremo in extremum non tranſeundo per medium, quia aut angelus eſt in loco per operationem, & ſic põt operari in vno extremo non operando in medio, aut ſaltem poteſt velle eſſe in extremo, non volendo eſſe in medio, ſicut poteſt intelligere extremum non intelligendo medium.

¶Reſpondet Doc. dicens, ꝙ malus angelus poteſt inordinatè velle, & tamen ex hoc nõ ſequitur, ꝙ poſſit illud, quod ſic inordinatè vult, ſed bonus angelus ordinatè vult ſtatim eſſe in aliquo vbi, nõ tamen vult, ꝙ potentia propria ſit ibi, quia hoc eſſet inordinatè velle, ſi talis potentia ſibi non conueniat, ſed vult, ꝙ potentia Dei ſtatim ſit ibi, & veriſimile eſt, ꝙ Deus condeſcendat voluntati eius, ſi talis ſit, vt faciat eum in tali vbi, nunquam autem potentia propria poteſt alicubi eſſe, niſi eo modo quo conuenit ſuæ potentiæ.

¶Secundò principaliter arguit Doc. ſic corpus Chriſti prius exiſtens in cœlo empireo in inſtanti eſt in altari, & tamen non tranſit medium, ergo à fortiori angelus, quia corpus magis videtur ſequi leges loci, quàm ſpiritus.

Corpus Chriſti potentia infinita fit præſens in altari.

¶Ad ſecundum dicit Doc. ꝙ corpus Chriſti potentia infinita fit præſens in altari, vt patebit in 4. diſ. 10. & talis potentia infinita quodcunq; mediũ inter extrema poteſt habere pro non medio, & ordinem pro non ordine, quia eſt ſupra illum ordinem præfigens illum, & nõ habens illum pro præfixo, non ſic virtus angeli limitata. Ex iſto apparet ad illud de ſenſu & ſenſato. Hic Doc. ſoluit vnã auctoritatem philoſophi de ſenſu & ſenſato poſitam prius in præſenti diſt. q. 9. in argumentis principalibus, ibi expreſſius hoc dicit in ſecunda dubitatione de ſenſu & ſenſato, vbi vult, ꝙ nõ oportet, ſimiliter ſit in alteratione, & latione contingit inquit philoſophus aliquid ſimul totum alterari, & non dimidium prius, velut aquam ſimul totã coagulari attamen ſi fuerit multum, quod calefit, aut coagulatur habitum ab habito patitur, primum autem ab ipſo faciente tranſmutari, & ſimul alterari, & ſubito eſt neceſſe, hæc ille. hanc auctoritatẽ ſoluendam dimimiſit ibi Doc. licet hic ſoluatur. Et ſoluendo hanc auctoritatem dicit, ꝙ qñ aliquod agens reſpicit totum paſſum tanquam terminum indiuiſibilem, puta ſic optimè diſpoſitum, ac ſi eſſet vnum indiuiſibile, ſimiliter formã ſm vltimũ gradum &c. & pono caſum, ꝙ ſit lignum pedale optimè diſpoſitum, & ſiç calefactio, vt 8. ſi eſt aliquod agens tantę virtutis, ꝙ habeat in virtute ſua poſſe ſimul perducere totã ſimul caliditatem, & ꝙ nõ habeat neceſſe prius duratione informare vnã partem ligni, quàm aliam. Dico tũc, ꝙ illud poteſt alterare ipſum totum, ſicut ſi eſſet aliquod indiuiſibile ſibi perfectè pręſens, & vnus gradus caliditatis perfectus in virtute ſua tunc in inſtanti poſſet alterare illud, ſic dico, ꝙ quando habet lignum pedale, & caliditatem, vt 8. vt ſupra dixi, tunc reſpicit vtrunq;, vt indiuiſibile, & ſic tantum illud paſſum mutaretur mutatione indiuiſibili, & inſtantanea. ſ. ad talem formam, patet, quia tota illa caliditas introducitur in inſtanti.

¶Sequitur, vel fortè plures habite, aut ordine durationis, aut naturę, ſicut ipſe dr̃ ibi, ꝙ ſi magnũ fuerit habitum ab habito patitur, quia poſito, ꝙ detur aer, vel aqua bipedalis, tunc habitum ab habito põt intelligi dupliciter alterari, ita ꝙ agens introducens, ſiuè calefaciens intensè vnam partem aquæ, & ſi ille calor in illa parte eſt tantæ virtutis quantę agens prius ad calefaciendum, tũc illa pars ſic calefacta ſtatim calefacit aliam, & ſi agens põt ſimul calefacere totum, ordine tamen quodam, ſic illa pars in inſtanti calefacit aliam, & ſi illa alia eſt tantæ virtutis quantæ prima in eodem inſtanti durationis calefacit aliam, & ſic de alijs partibus. Eſt tamen ibi ordo naturæ, ita ꝙ vna prius natura calefacit, & alia poſterius, ſi autem prima pars calefacta eſt minoris virtutis, quã agens calefaciens illã partem in inſtanti, tunc illa pars calefacit aliã non in inſtanti, ſed in tempore, & ſic de alijs.

¶Sequitur ibi, dicit ergo ibi philoſophus, ꝙ non eſt ita in multiplicatione ſoni, ſicut in lumine, nã multiplicatio ſoni ex quo fit per motũ localem, puta per aerem deferentem, vt patet 2. de ani. de neceſſitate erit ſucceſſiua, & in tempore, cum motus localis ſemper fiat in tempore, ſed nõ eſt ſic in multiplicatione luminis, quia totus aer, puta in hemiſpherio noſtro poteſt in inſtanti illuminari, cum in aere nulla ſit diſpoſitio contraria, & ſic ſimiliter poteſt totus alterari, eſt tamen ibi ordo naturæ, quia pars propinquior ſoli illuminatur.

¶Sequitur, ſed tamen nunquam etſi. i. prima mutatio, vt puta quando lignum alteratur in tempore, & per motũ, ita ꝙ ſucceſſiuè alteratur non põt eſſe ibi prima mutatio, patet quia ante oẽ mutatũ eſſe, eſt aliqd moueri, vt patet p̃ philo. 6. phy. t. c. 52.

¶Sequitur, ſicut nec in loco, vt puta qñ aliquod corpus mouetur ſuper ſpaciũ bipedale in tali motu locali non põt dari prima mutatio, & aſſignat rõnem ibi, quia vbi eſt mutatio &c. Nã duplex eſt mutatio inſtantanea, quædam nullo modo inſtans motum, & eſt illa qua tota forma ſimul acquiritur in inſtanti, mutatio autẽ initians motum eſt illa, q̃ fit in motu ſucceſſiuo, & ſemper eſt inter duas partes motus, ita ꝙ eſt finis vnius partis, & principiũ alterius, nõ. n. eſt danda aliqua prima mutatio initians ſimpliciter motum, ita quod ante illam non detur pars motus prior, vt ſupra patuit 6. phyſi.

Duplex eſt mutatio inſtantanea.

¶Sequit̃ ibi, nec ẽt vniuerſaliter. Hic dicit Doct. ꝙ nec ẽt datur prima mutatio, vbi motus ſequit̃, ſi eſt dare immutationẽ, q̃ eſt terminus quietis præcedentis. i. ꝙ ẽt loquendo de motu ſequenti immutationẽ quietis præcedentis, nõ eſt dare primã mutationẽ illius motus, vt ſupra patuit in 9. q. exemplũ ponendo, ꝙ pedale quieſcat ſub calore per horã, & in vltimo inſtanti illius, & in tp̃e immediato incipiat moueri, puta motu remiſſionis reſpectu talis motus ſequentis vltimũ inſtans illius quietis non datur prima mutatio. Sequitur ibi, vbi autem quietẽ &c. dicit Doc. ꝙ qñ agens poſt quietẽ mutat aliquod, nõ dat̃ vltimũ inſtãs illius quietis. Exẽplũ ponẽdo, ꝙ quãtũ ſit ſub calore, vt p̃ horã, & ꝙ agẽs in inſtãti mutet ipsũ quãtũ à calore illo in frigidũ, vt certũ eſt, ꝙ nõ dat̃ vltimũ inſtãs q̃etis ſub calore.

Quæſtio Prima. Diſt. III.

Vtrum materialis ſubſtantia ex ſe, ſiuè ex natura ſua ſit indiuidua, vel ſingularis.

Scotus ſecundo ſententiarum, diſt. 3. q. 2.

VTRVM materialis ſubſtantia ex ſe, ſiuè ex natura ſua ſit indiuidua, vel ſingularis. Titulus q. ſic debet intelligi an ſubſtantia materialis. ſ. phiſicalis ſubſtantia in quocunq; inſtanti, etiã naturę de neceſſitate includat ſingularitatem, ita ꝙ ſit impoſſibile pro aliquo inſtanti intelligere talẽ ſubſtantiam non cointellecta eius ſingularitate, vel ſic an talis ſubſtantia in aliquo priori naturæ præter omnem operationem intellectus collatiuam poſſit intelligi, ſiue concipi talis ſubſtantia,

ſic ꝙ

ſic ꝙ in tali conceptu non includatur ratio ſingularitatis, & ſic patet titulus quæſtionis.

Opinio fratris Adæ. HIC DICITVR. Hic Doc. recitat opinionem Fratris Adæ in 1.diſ.33.q.8.art.1. quæ opinio dicit in ſententia, ꝙ ſubſtantia materialis præter operationem intellectus ex natura rei ſic de neceſſitate eſt ſingularis, ꝙ non poteſt concipi in aliquo priori naturæ non concepta eius ſingularitate, quã concluſionem probat per ſimile, quę probatio patet in littera.

¶Ibi. Contra illud arguitur ſic. Hic Doc. arguit contra opi. Adę. Et iſta ratione deducit ad hoc inconueniens, ꝙ tunc idem obiectum intelligeretur ſub ratione oppoſita ſuæ rationi, & vt clarius intelligatur iſta ratio aliqua præmitto, primò ꝙ quãdo aliquis modus, puta modus ſingularitatis, vel vniuerſalitatis eſt compoſſibilis alicui naturæ, natura illa poteſt intelligi ſub tali modo, ſicut cum intelligo naturam Franciſci ſub modo ſingularitatis, quia ſingularitas eſt modus compoſſibilis ſibi, ſi verò modus eſt incompoſſibilis, non poteſt verè intelligi ſub illo modo, tanquam ſibi conuenienti, vt intelligendo ſingulare ſub modo vniuerſali. Secundò præmitto, ꝙ vniuerſalitas ſecundæ intentionaliter ſumpta, & ſingularitas ſunt modi inter ſe repugnantes, vt patet de ſe, & à Doc. in ſuis vniuerſalibus, & in 1.diſ.3.q.6. Tertiò præmitto, ꝙ ipſa vniuerſalitas eſt modus conueniens naturæ multiplicabili in plura, ſiuè diuiſibili. Ex his ſequitur propoſitum, ꝙ ſi ſubſtantia materialis de ſe, & ex natura rei neceſſariò ſit hæc, ita ꝙ in ſuo conceptu reali pro quocunq; inſtanti includat hæcceitatem ſi tunc intelligeretur ſub modo vniuerſali, tũc intelligeretur ſub modo ſibi repugnanti, quod eſt impoſſibile.

¶Si dicatur, ꝙ modus vniuerſalitatis non cõuenit ſingulari, ſed tantum alicui conceptui, qui dicatur vniuerſalis. Contra hoc, quia ille conceptus, vt ei attribuitur talis ſecunda intentio, aut eſt intellectio qua intelligitur ipſa natura ſingularis, aut eſt natura ſic concepta, aut eſt quoddam idolum fabricatum ab intellectu, vt quidam dicunt, non primo modo, quia ſicut illa intellectio terminatur ad naturam ſic ſingularem, ita poſſit ſibi attribui intentio ſingularis ſicut & vniuerſalis. Et vltra quæro de illa intentione, aut eſt de ſe hæc, aut non, ſi primo tunc non poteſt ſibi attribui intentio vniuerſalis, quia tunc intelligeretur ſub modo repugnanti. Si ſecundo habetur propoſitum, ꝙ aliqua entitas ex natura rei poteſt concipi non ſingularis. Non ſecundo. ſ. ꝙ talis conceptus cui attribuitur intentio vniuerſalis non ſit natura cõcepta, patet, quia res concepta eſt res ſingularis, & tunc ſingulare eſſet vniuerſale per intentionem vniuerſalis ſibi applicatam, quod eſt impoſſibile. Non tertio modo, tum quia illud idolum non prædicatur in quid de inferioribus, vt patet, tum quia ſicut idolum fabricatur cõe Franciſco & Ioanni, vt dicatur ſpecies ſpecialiſſima, ita poſſit fabricari idolum, quod dicatur ſpecies ſpecialiſſima reſpectu Fráciſci, & Brunelli. Si ergo aliquid intelligitur ſub modo vniuerſali præciſè, & adequatè, & aliquid ſub modo ſingulari præciſè, cum iſti modi ſint omnino repugnantes, vt dixi. Sequitur, ꝙ cum natura humana intelligitur ſub modo vniuerſali, & natura Franciſci, vt Franciſci ſub modo ſingulari, ipſa vt ſic in ſe conſiderata non includit ſingularitatem. Et quòd *Obiectũ eſt prius actu intelligẽdi.* ſic poſſit intelligi ex natura rei oſtẽdit Doc. in hoc quod dicit obiectũ inquantum obiectum eſt prius naturaliter ipſo actu, ſupplè intelligendi, & in illo priori præſcindit ab omni ſingularitate.

¶Ibi. Pręterea cuiuſcunque vnitas realis, hæc eſt ſecunda ratio Doc. qua probat principale intentum contra opinionem illam, quæ vt clarius intelligatur ſunt aliqua notanda, primò, quòd vnum accipitur multipliciter. ſ. vnum numero, ſpecie, genere, & proportione, vt patet 5.metaphyſicor.cap. de vno. Et vnitas ſequitur entitatem, & quanto entitas eſt perfectior, tãto vnitas cõſequens erit perfectior, & quanto entitas eſt perfectior, alia tanto magis eſt vna, & quanto eſt minus diuiſibilis in partes ſubiectiuas, tanto magis eſt actualior, accipiendo actuale pro minus contrahibili, & ſic dicimus, quòd vnitas entis eſt minima, quia ens in ſe eſt ſummè contrahibile, vnitas ſubſtantiæ maior, quia minus contrahibilis, vnitas hominis adhuc maior, ſed vnitas Franciſci, cum nullo modo ſit contrahibilis dicitur actualiſſima, & ſic vnitas realis minor vnitate numerali, de neceſſitate eſt vnitas alicuius naturæ, quæ ex ſe non eſt ſingularis, ſed contrahibilis ad plura ſingularia. Et hoc intendit probare Doc. videlicet ꝙ ſubſtantia materialis ex ſe, vt præſcindit ab omni ſingularitate, dicit aliquam vnitatem realem minorem vnitate numerali.

¶Secundo notandum eſt, quòd vnitas aliquando accipitur pro vnitate, quæ conuertitur cum ente, & talis conuenit omni enti, & quanto ens eſt perfectius tanto perfectius vnum, & de iſta vnitate non loquitur Doc. in propoſito. Aliquando accipitur vnitas pro vnitate, quæ eſt principium numeri, & hoc dupliciter, vel pro vnitate, q̃ eſt principium numeri eſſentialis, eo modo quo eſſentiæ numerantur, ſicut dicimus tres, vel decem eſſentiæ, vel pro vnitate, quæ eſt principium numeri cauſati per diuiſionem alicuius continui. Et de iſta non loquitur, ſed accipitur vnitas in propoſito pro vnitate, quæ concomitatur entitatem, ſecundum quam vna entitas dicitur magis, vel minus diuiſibilis in partes ſubiectiuas. Et ſic cum dicit Doc. quòd ſubſtãtia materialis eſt vna vnitate minori vnitate numerali hoc vltimo modo accipitur vnitas, & quòd talis vnitas minor detur probat ſex vijs.

¶Ibi. Prima via eſt talis ſecundum philoſophum 10.metaph.t.c.7. pro clariori intelligentia huius rationis præmitto aliqua, primò, quòd menſura & menſuratum ſunt vnigenea, vt patet à philoſopho 10.metaph. & ſic ſi menſuratum eſt reale, & menſura eſt realis. Secundò duplex eſt menſura. ſ. quiditatiua quiditatiuè menſurans alias quiditates, ſicut dicimus, quòd quiditas hominis propter ſui perfectionem menſurat quiditates aliorum animalium, quia dictum eſt ſupra diſt.2.de menſura angelorum, quòd menſura eſt certior ipſo menſurato, quanto ergo vnum animal appropinquat perfectioni quiditatiuè hominis, tanto eius perfectio quiditatiua certificatur, & manifeſtatur, & ſic patet quomodo homo quiditatiuè menſurat omnia animalia, & hoc eſt, quod dicit Ariſt.10.metaphy. tex.com.7. quòd in vnoquoque genere eſt vnum, quod eſt metrum, & menſura omnium illius generis, non quòd vnitas aliqua ſit menſura, ſed eſt ibi aliqua natura cui attribuitur vnitas, quæ eſt menſura. vnde Ariſt. vbi ſupra manifeſtum eſt inquit, ꝙ vnum in quolibet genere eſt natura, & non eſt hoc vnum natura alicuius eorum, ſed ſicut in coloribus quærere vnum colorem, eſt vnum ſimiliter, in ſubſtantia etiam quærere vnam ſubſtantiam eſt vnum, hæc ille. Et de iſta menſura vide quæ expoſui ſuper primo Doc.d.8.q.2. Alia eſt menſura non menſurans quiditatem quiditatiuè, ſed menſurãs durationem alicuius exiſtentię, vt ſupra patuit diſ. 2.de menſura angelorum, & de iſta non loquitur hic

An detur vnitas minor.

Homo mẽſurat omnia animalia.

hic Doct. ſed de menſura primo modo. His præmiſſis infertur propoſitum, videlicet, quòd detur aliqua natura ex natura rei habens vnitatem minorem vnitate numerali, patet, quia ſi animalia quiditatiuè menſurãtur a natura hominis, talis natura nõ erit ſingularis, quia ſingulare non poteſt menſurare quidditatiuè, patet, quia inter menſuram, & mẽſuratum quidditatiuè eſt ordo eſſentialis, vt patet, quia menſura eſt perfectior quidditatiuè mẽſurato, ſed inter ſingularia eiuſdem ſpeciei non eſt ordo eſſentialis, vt patet 3. metaph. tex. com. 11. & tamen oporteret dicere propter tex. Ariſto. 10. metaph. q. in vnoquoque genere eſt vnum, &c. quòd vnum ſingulare eſſet menſura quiditatiuè omnium contentorũ in tali genere, & ſic vnum ſingulare alicuius ſpeciei eſſet menſura omnium ſingularium eiuſdẽ ſpeciei, & ſic inter illa eſſet ordo eſſentialis, quod eſt contra Ariſt. 3. metaph. ſic dicentem. In indiuiduis verò nõ eſt hoc prius & illud poſterius, amplius vbi hoc quidem melius, illud verò vilius ſemper quidẽ eſt melius prius, hæc ille. Et licet Comm. ibi exponat de priori conſtituente poſterius. ſ. quòd nõ eſt talis ordo inter ſingularia eiuſdem ſpeciei, quòd vnum ſingulare conſtituat aliud, ſed dicit Doc. quòd hoc nihil eſt ad h. quia Ariſt. intendit ibi aſſignare rationẽ, quare Plato poſuit rationem ſpeciei ſeparatam, & non rationem generis: Plato enim voluit, quòd nõ daretur idea generis ſeparata, ſed bene idea ſpeciei propter ordinem eſſentialem inter ſpecies, quia vna ſpecies magis appropinquat ad perfectionem quiditatiuam, puta hominis, quàm alia ſpecies, & ſic quodammodo participat magis vna ſpecies perfectionem quiditatiuã hominis quàm alia reſpectu generis, puta animalis. i. vt omnes iſtæ ſpecies comparantur ad rationẽ animalis, vna nõ eſt magis perfecta alia quiditatiuè, cum æqualiter animal ſit omnibus, & ſi vna eſt perfectior alia, quiditatiuè non eſt ex ratione animalis, ſed ex ratione differentiæ, & ſic inter ſpecies alicuius generis poſuit ordinẽ eſſentialem, nõ ſic autem inter indiuidua eiuſdẽ ſpeciei, cum vnum non ſit perfectius alio quiditatiuè.

10. metaph. tex. 11.

¶Si dicatur, nõne anima Chriſti eſt perfectior eſſentialiter anima Iudæ. Dico, q. ſic pp articulũ Pariſiẽ. ergo inter eas erit ordo eſſentialis. Rñd. q. duplex eſt perfectio eſſentialis quædã eſt ſm gradum ſpecificum, & hoc modo vna nõ eſt perfectior alia: alia eſt ſm gradũ perfectionalem conſequentẽ naturam indiuidui, & hoc modo vna eſt perfectior alia eſſentialiter. Exemplũ albedo, vt octo eſt perfectior albedine vt quatuor. i. q. plures gradus perfectionales ſunt in albedine vt octo quàm in albedine vt quatuor. Si tñ loquamur de gradu ſpecifico, & quiditatiuo. Dico, quòd quanta perfectio quiditatiua eſt in albedine ut octo, tãta eſt in albedine ut quatuor: Si iterum dicatur, nonne Deus eſt menſura quiditatiua omnium creaturarum, & tamen Deus eſt ſingulare. Dico, quòd uerum eſt, ſed illa menſura eſt tantum extrinſeca, hoc eſt nõ contenta in aliquo genere creaturarum. Dico ſecũdò, quòd eſt ſimpliciter perfectior quiditatiuè omni creatura; & ſic menſura quiditatiua, non ſic eſt in genere animalium: nõ enim poteſt reperiri vnum animal numero, puta vnus homo, qui ſit perfectior omni alio animali quiditatiuè. Si dicatur, quòd omnia indiuidua ſpeciei humanæ dicuntur menſura, i. quòd dato quocunque indiuiduo naturæ humanæ illud poteſt menſurare alia animalia ab hominẽ. Cõtra, tum quia quæro, à quo illius generis menſuratur illud indiuiduum naturæ humanæ, & nõ poteſt dici, quum ſit æquè perfectum quiditatiuè, tum quia hoc eſt contra tex. Ariſt. quòd in vnoquoque genere eſt vnum, & ſic patet iſta ratio primæ uiæ.

Anima Chriſti an ſit perfectior anima Iudæ.

Duplex perfectio.

Duplex menſura intrinſeca, & extrinſeca.

¶Ibi. Præterea ſecundo probo, quòd idẽ conſequẽs eſt falſum, videlicet, quòd nulla ſit unitas realis minor unitate numerali, & ratio Doc. fundatur ſuper dicto Ariſt. 7. phyſ. tex. com. 29 qui uult, quòd in ſpecie athoma. i. ſpecialiſſima ſit cõparatio: vnde ſic ait, ſic igitur nõ ſolum oportet comparabilia nõ æquiuoca eſſe, ſed non habere differentiam, neque in quid, neque in quo eſt. Dico autẽ, ſicut color habet diuiſionẽ, nõ ergo comparabile eſt ſm hoc, ut utrũ coloratum magis ſit album, quàm nigrũ: hæc enim non comparantur ſm aliquem colorem. ſ. inquãtum eſt color, ſed ſm albedinem: hæc ibi, & vide ibi expoſitionem Comm. Ex iſto tex. infertur propoſitũ, uidelicet, q. detur aliqua natura communis ex natura rei, quia duo indiuidua eiuſdem ſpeciei realiter nõ poſſunt comparari adinuicem ſm magis & minus, niſi præſupponẽdo commune reale, in quo magis, uel minus conueniant: nam hæc eſt uera, ſi Franciſcus eſt realiter albior Ioãne, ergo realiter erit comparatio in ſpecie albedinis, ergo vtrumque album realiter cõueniunt in albedine in communi, patet, quia non poſſunt conuenire in albedine ſingulari, quia nihil eſt albius ſe, & hoc intendit Doct. Expono tamẽ litteram Doc. cùm dicit, in ſpecie athoma ſit comparatio, quia eſt una natura, non autem in genere, quia genus non habet talem unitatem: uult dicere, quòd in ſola ſpecie ſpecialiſſima pp unitatem naturæ ſit comparatio, in genere autẽ ſub quo plures naturæ ſpecificæ continẽtur, nõ ſit comparatio, vt patet per philoſophum, & Comm. ubi ſupra.

Duo indiuidua eiuſdẽ ſpeciei realiter non poſſunt comparari ad inuicem.

Expoſitio litera.

Quare comparat o magis fit in ſpecie, quàm in genere.

¶Sequitur. Iſta uerò unitas non eſt unitas rationis. Dicit Doc. q. unitas ſpeciei ſpecialiſſimę eſt unitas ex natura rei præter omnẽ operationem intellectus, ſequitur, quia cõceptus generis eſt ita unus apud intellectum, ſicut cõceptus ſpeciei. per hoc Doc. probat, quod unitas ſpeciei ſit realis, quia ſi tm̃ eſſet rationis, ſequeretur, quòd ita perfectè poſſet fieri cõparatio in genere, ſicut in ſpecie, quia ita genus dicit unitatem rationis, ſicut & ſpecies ſpecialiſſima. Et probatur, q. genus dicat unitatem rationis, ſiuè vnũ conceptũ cõmunem pluribus: quia tũc nõ pdicaretur in quid & uniuocè de homine & aſino, & ultra, ſi ſm quod pdicatur de homine, diceret tm̃ cõceptũ hois, tũc idẽ pdicaretur de ſeipſo. Et addit Doc. qđ in cõceptu nõ h. cõparatio; non. n. dicimus, qđ Frãciſcus ſit albior Ioanne, quia magis participat conceptum albedinis fabricatum per intellectum, ſed quia realiter magis participat ipſam albedinem.

¶Ibi. Item tertiò, Doct. probat falſitatem conſequentis, & ratio fundatur ſuper dicto Ariſto. 5. metaph. c. de ad aliquid. ſub tex. comm. 20. idem ſimile, & æquale fundantur ſuper unum. Et pro clariori intelligentia huius rationis, quæ eſt multum euidens eſt ſciendum, quòd fundamentũ ſimilitudinis, uel æqualitatis, &c. eſt duplex. ſ. remotum, & proximum, ut patet à Doct. in primo, d. 19. 31. & in quol. q. 6. fundamẽtũ enim ſimilitudinis remotũ eſt qualitas, & proximum eſt unitas qualitatis, exemplum duo alba ſunt realiter ſimilia, fundamentum remotum ſimilitudinis eſt albedo in utroque ſimili, proximum eſt unitas albedinis, in qua conueniunt iſta duo alba; ſimilitudo ergo fundatur in unitate albedinis ſpecificã, tanquam in fundamento proximo, & ex hoc patet, q. datur unitas albedinis in cõmuni, in qua iſta duo alba ſunt ſimilia. Aduerte tñ, quòd quando dicimus, quòd ſimilitudo fundatur ſuper albedine in cõi, nõ eſt intelligendum, ut aliqui exponunt, quòd albedo in cõmuni ut præſcindit à ſingularitate, fundet realem ſimilitudinem, quia ſimilitudo realis uerè exiſtit: albedo uerò ut præſcindit à ſingularitate, nullam exiſtentiam includit, & ſic non poteſt fundare rem exiſtentem; debet ergo ſic

Fundamentum æqualitatis eſt duplex.

intelligi, cum dico a. & b. ſunt ſimilia, in a. fundatur vna ſimilitudo, quę terminatur ad b. & alia in b. quę terminatur ad a. fundamenta remota vtriuſque ſimilitudinis ſunt ipſa duo alba abſolutè cõſiderata; fundamenta proxima vtriuſque ſimilitudinis ſunt ipſa duo alba, pro quanto conueniunt in vnitate ſpeciei ſpecialiſſimæ, & niſi iſta duo alba realiter cõuenirent in reali vnitate albedinis in communi, nunquam poſſent fundare realem ſimilitudinem ad inuicem, & ſic patet quomodo datur vnitas albedinis in communi, in qua duo alba ſunt ſimilia; non enim ſimilitudo talis poteſt fundari ſuper vnũ numero, quia tunc idem eſſet ſibi ſimile. Si dicatur, nonne album a. eſt fundamẽtum ſimilitudinis terminatæ ad album b. & album b. eſt fundamentum alterius ſimilitudinis terminatæ ad album a. & ſic bene ſequitur, quòd album a. non eſt ſimile ſibi, ſed eſt ſimile albo b. & ſic non oportet ponere albedinem in communi. Dico, quòd hoc nihil eſt; quia ſimilitudo capitur dupliciter vno modo formaliter: & ſic album a. eſt ſimile ſimilitudine formaliter albo b. & econtra: alio modo fundamẽtaliter, quę ſ. eſt ratio proxima fundandi ſimilitudinem, ſupple, quæ eſt ratio proxima, quare album a. dicatur ſimile albo b. & patet, quòd non poteſt dari alia ratio proxima, niſi vnitas ſpecifica albedinis, in qua iſta duo alba realiter conueniunt. Si dicatur, quòd album a. ſeipſo eſt ſimile, & album b. ſeipſo eſt ſimile. Contra, quia tunc ſimilitudo non fundaretur ſuper vno, ſed ſuper duobus, quod eſt contra philoſophum vbi ſupra, præterea quæritur, quare magis album a. eſt ſimile albo b. quàm rubeum ipſi b. Si dicatur, ꝙ quia a. eſt talis natura, & ideo eſt ſic ſimile, hoc nihil eſt, quia tunc eſſet facilis reſponſio in omnibus, quia in omnibus poſſemus dicere, ꝙ quia talis natura, &c. quod videtur inconueniens, tum etiam quia Ariſtot. vult. 7. phyſic. tex. commen. 29. ꝙ in ſpecie ſpecialiſſima fit comparatio, & tunc quæritur, quare vnum album eſt magis ſimile alteri, quàm aliud? nulla hic cauſa poteſt aſſignari, niſi quia vtrumque participat albedinem in communi, & vnũ magis participat, quàm aliud. Si verò dicatur, ꝙ etiam fundamentum tàm remotum, quàm proximũ ſimilitudinis poteſt eſſe ſingulare, vt patet per Doct. qui dicit in primo, diſtinct. 31. & in quolib. q. 6. ꝙ inter patrem, & filium eſt perfectiſſima ſimilitudo, & tamen fundamẽtum remotum, quod eſt perfectio eſſentiæ diuinæ, & vnitas illius perfectionis, ſunt vna res ſingulariſſima, vt patet à Doct. vbi ſupra.

Similitudo ſumitur dupliciter.

Quid ſit fundamentum ſimilitudinis.

¶Reſpondeo concedendo dictum Doct. ſed tam fundamentum remotum, quàm proximum eſt cõmune tribus perſonis: & ideo iſtę tres perſonæ perfectiſſimè conueniunt, tam in perfectione eſſentiæ diuinæ, quàm in vnitate eiuſdem. Et hoc idem dicerem in propoſito, ſi poſſet dari vna albedo ſingularis, quæ eſſet communis Franciſco, & Ioanni, in qua realiter conuenirent, tunc ſecundum eandem numero communicabilem tamen eſſent vere ſimiles, ſed quia in creaturis non poteſt dari talis vnitas numeralis realiter communis pluribus, ſequitur, ꝙ ſi duo alba ſunt realiter ſimilia, ꝙ realiter cõueniãt in vnitate albedinis ſpecifica, vt in proxima ratione fundandi ſimilitudinem.

¶Ibi, Præterea quartò, vnius oppoſitionis realis, & hæc ratio eſt ſatis clara, & ſtat in hoc, quòd ſicut in vno genere datur vna prima contrarietas realis, puta in genere coloris datur vna prima contrarietas inter albedinem, & nigredinem, ſic illa extrema contrarietatis primæ realis erunt realia, aliter non eſſent extrema prima alicuius realis contrarietatis primæ. Cum ergo in genere coloris prima extrema, primitate adæquationis contrarietatis realis ſint albedo in communi, & nigredo in cõmuni. Sequitur, quòd talia extrema erunt extrema ex natura rei, minor patet, quia albedo in cõmuni adæquatè cõtrariatur nigredini in communi: non enim hæc albedo ſingularis adæquatè contrariatur nigredini, vt patet.

¶Ibi. Præterea vnius actionis. Hæc eſt quinta ratio Doct. qua probat naturam cõmunem ex natura rei, quæ ratio eſt ſingularis, niſi contra ipſam proteruietur. Et vt clarius intelligatur, expono aliqua dicta Doct. in hac littera. Primò enim dicit, ꝙ vnius actionis ſenſus, puta vnius viſionis eſt vnum obiectum, id eſt ꝙ vna viſio numero cauſatur ab vna potentia viſiua, & ab vno obiecto. ſ. ab illo, ad quod terminatur. & de hoc vide Doctorẽ in quol. q. 15. Secũdò dicit, quòd huiuſmodi viſio terminatur ad viſibile in cõmuni. puta ad colorem, & ſic talis viſio eſt verè realis, & reſpectu obiecti realis, cum non poſſit eſſe operatio potentiæ ſenſitiuę, niſi circa ſenſibile proprium, vel commune, vt patet per philoſophum ſecundo de anima. ſecus verò de operatione intellectiua, quæ poteſt eſſe circa ens rationis: ſi ergo viſio terminatur ad viſibile in communi: ergo datur commune ex natura rei. Si dicatur, ꝙ terminatur ad hunc colorem in ſingulari. Contra, quia tunc diſtingueret illum à quolibet alio, quia potentia quæcunque perfectè videat ſuum obiectum, nõ errat circa illud, niſi ſit impedita, vel niſi ſit impedimẽtum ex parte obiecti, vt patet ſecundo de anima. & ſubtiliter deducit Doct. in primo, diſt. 3. q. 4. Si dicatur, ſi huiuſmodi viſio eſt alicuius obiecti realis in communi, videtur ſequi, quòd potentia viſiua poterit cognoſcere aliquod vniuerſale, quod eſt contra Ariſt. tertio de anima. vbi vult, quòd ſenſus ſit ſingularis, & intellectus vniuerſalis.

Tertio de anima, cõ. tex. 3.

¶Dico primò, quòd cognoſcere vniuerſale contingit dupliciter: primo ſub modo vniuerſalitatis, & hoc modo ſenſus non cognoſcit vniuerſale. Secundò, vt vniuerſale eſt quędam natura, vt eſt prior ſingularitate, & nõ includit ipſam in ſuo conceptu formali: & ſic ſenſus poteſt cognoſcere huiuſmodi vniuerſale, & ad dictum Ariſt. poteſt dici ſecũdum vnam opinionem, quòd ſenſus eſt ſingularium, non tamen præciſè, quia poteſt eſſe alicuius vniuerſalis ſecundo modo dicti, non autem primo modo dicti, ſicut etiam intellectus eſt vniuerſalium, non tamen præciſe, eſt etiam ſic vniuerſalium, quòd cognoſcit vniuerſale ſub modo vniuerſalitatis.

Cognoſcere vniuerſale contingit dupliciter.

¶Secundo dico, quòd ſenſum eſſe ſingularium, contingit dupliciter. Primò, quòd ſenſatio terminetur primò ad ſingulare, inquantum ſingulare, & hoc modo non conceditur. Secundò, quòd terminetur ad naturam in ſe, & quia talis natura de neceſſitate eſt in aliquo ſingulari actu exiſtens, quia viſio non eſt, niſi reſpectu exiſtentis, ex conſequenti erit alicuius ſingularis. Si dicatur: ergo potentia diſtinguit illud à quolibet alio, &c. Dico quòd non ſequitur, quia talis viſio primò eſt naturæ exiſtentis, ſed quòd modo exiſtat in tali, vel tali ſingulari non diſtinctè cognoſcit. Et ex his patet reſponſio illorum, qui dicunt, quòd huiuſmodi viſio terminatur ad ſingulare vagum, quod non videtur rectè dictum. Nam ex quo eſt vna viſio, & vna operatio per ſe: & reſpectu illius oportet aſſignare vnum per ſe obiectum, ſingulare autem vagum nõ eſt huiuſmodi, tenendo tamen, vt dixi. Dico, quòd reſpectu illius viſionis aſſignatur vnum obiectum per ſe, quod ſcilicet eſt ipſa natura, modo præexpoſito, & ſic patet litera Doct.

Senſum eſſe ſingularium cõtingit dupliciter.

¶Ibi. Poſſet etiam iuxta hoc argui de primo obiecto ſenſus, quod eſt natura in ſe aliqua vnitate reali,

Quid ſit obiectum ſenſus.

reali, quia obiectum intellectus inquantum huiuſmodi, præcedit omnem actum intellectus, & vt ſic videtur habere vnitatem realem. Dicit Doctor, ꝙ hæc ratio minus concludit, quàm immediatè præcedens, quia adæquatum obiectum poni poteſt eſſe aliquod commune abſtractum ab omnibus obiectis particularibus, & ita non habere niſi vnitatem communitatis, licet hoc requirat prolixiorem tractatum, & vide quæ expoſui ſuper primo Doctor. diſtinctio.2. parte prima, quæſt.1. & diſt.3. & diſt.8. quæſtio.2. & diſtinct.25. Sed de vno obiecto vnius actus ſentiendi non videtur verè poſſe negari, quin neceſſe haberet vnitatem realem minorem vnitate numerali.

¶Ibi. Item ſextò, quia ſi omnis vnitas realis eſt numeralis: ergo omnis diuerſitas realis eſt numeralis, conſequens eſt falſum, &c. Hæc ratio clara eſt in littera. Si tamen dicatur, cum dicitur: ergo non plus conuenirent Franciſcus, & Ioannes, quàm Brunellus, & Ioannes, quòd Franciſcus, & Ioannes plus conueniunt in aliquo conceptu intellectus, quàm Ioannes, & Brunellus. Contra, quia ſi iſta conuenientia eſt tantum per intellectum, & nullo modo ex parte rei: ergo intellectus ita poſſet cauſare conceptum, in quo ita conuenirent Brunellus, & Ioannes, ſicut in quo conuenirent Ioannes, & Franciſcus: ergo ſi magis conueniunt in tali conceptu intellectus: hoc erit, quia intellectus mouetur ab aliquo reali, in quo realiter magis cōueniūt. Si dicatur, quòd Franciſcus, & Ioannes magis cōueniunt in nomine, hoc nihil eſt, tum quia loquimur de conuenientia neceſſaria, nomina autem ſunt impoſita ad placitum, tum etiam ſi tantum conuenirent in nomine: ergo illud nomen tantum prædicatur æquiuocè de Franciſco, & Ioanne, quòd eſt falſum. Si dicatur, quòd non, quia illi nomini correſpondet talis conceptus: & tunc quæro quis conceptus correſpondet, aut realis, & habetur intentum, aut tantum fabricatus per intellectus, & tunc idem quod prius: quia ita poſſet eſſe reſpectu Ioannis, & Brunelli, tum etiam quia tantum eſſet fictitium, cum ortum non habeat à re. Si dicatur, quòd ideo Franciſcus, & Ioannes magis cōueniunt in nomine, quàm Franciſcus & Brunellus, quia illud nomen ſumitur à proprietate rerum. Contra, quia tunc ſequitur per me, quòd Ioannes, & Franciſcus magis conueniunt in aliqua proprietate reali, quàm Franciſcus, & Brunellus. Si dicatur, quòd verum eſt, ꝙ magis conueniunt in proprietate, ſed non in natura communi. Contra, quia proprietas ſequitur entitatem naturæ. Si ergo realiter magis conueniunt in proprietate: ergo realiter magis conueniunt in natura.

¶Ibi. Præterea ſecundò, quia cuiuslibet diuerſitatis vtrumque extremum eſt in ſe vnum, & eodem modo, quo eſt vnum in ſe eodem modo vt diuerſum à reliquo extremo, ita quòd vnitas extremi vnius poteſt per ſe eſſe ratio diuerſitatis alterius extremi, vult dicere, quòd vnitas eſt ratio talis, vel talis diuerſitatis, puta ſi eſt vnum numero, eſt ratio diſtinguendi ab alio numeraliter, & ſic ſuum oppoſitum erit plura numero, & ſi eſt vnum ſpecie oppoſitum erit diuerſum ſpecie, & illa, quæ ſunt diuerſa ſpecie, habent vnitatem, quæ vnum diuerſum ſpecie, ſit vnum ſpeciem in ſe, & hoc intendit Doctor.

¶Ibi, confirmat aliter. Hic Doctor deducit ad hoc inconueniens, quòd ſi quælibet vnitas eſſet tantum numeralis in re, omnia eſſent primo diuerſa: quia ſm omnem entitatem in eis ſunt primo diuerſa, & in nullo aliquo modo conuenientia, & ſic propriè non differrent. Nam differentia ſunt aliquid idem entia, vt patet per Ariſtot. quinto metaphyſicorum tex. non habente com. & 12. metaph. tex. commen. 12.

¶Ibi. Item nullo exiſtente intellectu: hæc ratio eſt ſatis ſingularis, ſupponendo, quòd generans vniuocè realiter conueniat cum genito in natura, vt patet de igne generante ignem, & certum eſt, quòd generans, & genitum non conueniunt in aliquo vno numero: ergo conueniunt realiter in aliqua forma communi, quæ eſt ratio realis conuenientiæ in vtroque, & ſic patent rationes Doctoris.

Quomodo generans, & genitum nō conueniant.

HAS RATIONES multi nituntur ſoluere, quorum primus eſt Gulielm. Ocham in primo, diſtinctione ſecunda, quæſtione 6. ibi. Ad tertium dicendum, quòd aliquid obiectum eſt prius naturaliter ipſo actu, & aliquid non. Et ideo vniuerſale nunquam eſt prius naturaliter vniuerſaliter ipſo actu, nec eſt iſta ꝓpria ratio obiecti intellectus. ſ. vniuerſale in actu, quia ſicut patebit: aliàs primum obiectum intellectus primitate generationis eſt ipſum ſingulare, & hoc ſub propria ratione, & non ſub ratione vniuerſali.

Gul. Ocham in primo, diſtin 2. q.6.

¶Ad quartum dico, quòd nulla eſt vnitas naturæ exiſtentis in iſto lapide, quin æquè primo ſit iſtius lapidis. Tum diſtinguo de vnitate. Vno modo dicitur vnitas, ſecundum quòd denominat præciſè aliquod vnum, & non plura, nec vnum in comparatione ad aliud diſtinctum ab alio realiter: & iſto modo dico, quòd omnis vnitas realis eſt numeralis. aliter dicitur vnitas, ſecundum quòd denominat plura, vel vnum in comparatione ad aliud diſtinctum realiter: & iſto modo vnitas ſpecifica denominat ipſum Sortem, & Platonem, & vnitas generis denominat iſtum hominem & iſtum aſinum, ſi aliquod quocunque modo diſtinctum ab ipſis indiuiduis, ſed denominat immediatè ipſa: vnde ſicut verè dicitur, quòd Sortes, & Plato ſunt vnum, vel idem ſpecie, & Sortes eſt idem ſpecie cum Platone: & quòd ille homo eſt idem, vel vnus cum iſto ſpecie: ita verè dicitur, quòd ille homo, & iſte aſinus ſunt verè vnum genere: hoc eſt dictum, quòd iſta ſub eadem ſpecie, vel ſub eodem genere continent, quam expoſitionem expreſsè ponit philoſophus primo Topicorum, capit. de eodem. ſicut dictum eſt in prima quæſtione iſtius materiæ: & iſto modo concedo, quòd non omnis vnitas, vel identitas realis eſt numeralis: ſed iſta vnitas non conuenit naturæ quocunque modo diſtinctæ ab indiuiduis, ſed conuenit immediatè ipſis indiuiduis, vel vni in comparatione ad reliquum, quod idem eſt. Sed quia argumenta vadunt contra primum intellectum, reſpondeo ad illa.

Quot modis dicatur vnitas.

¶Ad primum, quando dicitur, ſecundum philoſophum, quòd in omni genere eſt vnum primum, quod eſt metrum, & menſura omnium aliorum illius generis.

¶Dico, quòd ſicut patebit in primo libro, quòd menſura aliquando eſt vera res extra animam, ſicut per vlnam menſuratur pannus. Aliquando menſura eſt tantum quidam conceptus in mente. Prima menſura dicitur eſſe vna vnitate numerali: ſed hæc eſt falſa, quòd in omni genere eſt tantum vnum, quod eſt menſura omnium aliorum, ſed ſi habeat veritatem, debet intelligi, ꝙ in omni genere eſt aliquod, quod eſt mēſura omnium aliorum ſpecie diſtinctorum, non autē oportet, ꝙ ſit menſura omnium aliorum, ſiuè diſtinguātur ſpecie, ſiuè non. Et iſto modo ſunt plura, quorum quodlibet eſt mēſura omnium aliorum ſpecie diſtinctorum, & quodlibet illorum eſt vnū vnitate nu-

Quæ ſit menſura.

numerali. Et quãdo dr̄ vnitas primi mẽſurantis eſt realis. Dico, ꝙ ſi ly primi teneat̃ poſitiuè, ſi hæc eſt falſa propter falſam implicationem, quia nihil eſt ſic primum mẽſurans. Si autem teneatur negatiuè, concedo eam, quia talia prima ſunt multa, ſcilicet quodlibet indiuiduũ illius ſpeciei, maximè ſi quodlibet ſit æquè ſimplex. Et quando dicitur, ꝙ nullum ſingulare eſt menſura omnium illorum, quæ ſunt in illo genere, concedo, ꝙ non indiuiduorum eiuſdem ſpeciei, ſed eſt menſura omnium ſpecie diſtinctorum, & hoc ſufficit ad propoſitum. Veruntamen ſciendum, quòd philoſophus, vel principaliter, vel ſolum loquitur de illis, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, ſicut patet per exempla ſua ibidem: & de illis quæ habent indiuidua, quorum aliqua ſunt maiora, & aliqua minora, & vult, quòd illud, quod eſt minus aliis ſit menſura aliorum, non tamen omnium indiuiduorum illius ſpeciei, ſed tantum illorum, quæ non ſunt ita parua.

Quomodo in ſpecie athoma ſit comparatio.

¶Ad ſecundum dico, quòd in ſpecie athoma ſit comparatio non propter vnitatem conceptus, nec præciſè propter vnitatem numeralem, nec præciſè propter vnitatem ſpecificam, ſiuè ponatur, ſicut poſitum eſt in principio ſolutionis iſtius argumenti, ſiuè ponatur ſecundum modum aliorum falſum imaginandi, quia tunc in omni ſpecie athoma eſſet comparatio, ſed propter hoc eſt comparatio, quia plura indiuidua eiuſdem ſpeciei poſſunt facere vnũ indiuiduum: & ideo vbi multa indiſtincta loco, & ſubiecto poſſunt facere vnum, ibi ponenda eſt talis comparatio, & non alibi. Et quia hoc eſt poſſibile de indiuiduis eiuſdem ſpeciei, & non de indiuiduis diuerſarum ſpecierum, ideo in ſpecie athoma ponitur comparatio, & non in genere, verbi gratia, hoc albũ dr̄ albius alio albo, quia habet plures partes albedinis in eodem ſubiecto primo, & ſi iſto modo plures partes albedinis, & nigredinis concurrũt ſimul ad faciendum per ſe vnum colorem, illud poſſet dici coloratius alio. Et quando dicitur, ꝙ iſta comparatio non ſit ſecundum vnitatem numeralem, verum eſt primo modo loquendo de vnitate numerali, & ideo ſit ſecundum vnitatem ſpecificam, quia ſit ſecundum duo, quorum vtrumque eſt vnum numero, nec requiritur aliquod tertium quocunque modo diſtinctum ab iſtis duobus.

¶Ad tertium dico, ꝙ ponendo ſimilitudinem relationum diſtinctam realiter ab extraneis, tunc dicendum, ꝙ ſunt hic duæ ſimilitudines habentes duo fundamenta realia, quorum vtrumque eſt vnũ numero, & ideo illud vnum non eſt ratio fundandi ſimilitudinem eiuſdem ad ſe, ſed eſt ratio ſimilitudinem fundandi ad aliud, ꝙ autem intelligat philoſophus de vno numero, patet, quia poſtquam dixit quomodo ſimile, idem, & quale dicuntur ſecũdum vnum, poſtea ſubdit. Vnum autem numero principium, & metrum: ergo non intelligit de aliqua vnitate alicuius, quod non eſt vnum numero. Sed nunquid eſt concedendum, ꝙ iſta vnitas eſt ratio fundandi iſtã relationem. Dicendum, ꝙ ſecundum iſtos qui ponunt iſtas rationes realiter diſtingui non eſt plus ponendum, ꝙ vnitas eſt proxima ratio fundandi ſimilitudinem, quàm relationes alterius modi: ſed differentia eſt in hoc, ꝙ ad iſtas relationes requiritur aliqua vnitas realis ſecũdo modo dicta in principio ſolutionis iſtius argumenti, qualis non requirit̃ ad alias relationes alterius modi, quia ad alias requiritur ſaltem vnitas ſpecifica: qualis non neceſſariò requiritur ad alias: quamuis aliquando ſit ibi talis vnitas.

An extrema oppoſitionis ſint realia.

¶Ad quartum dico, ꝙ aliqua eſſe prima extrema oppoſitionis realis contingit dupliciter, vel quia ſunt illa, de quibus primò poſitiuè prædicatur opponi realiter, non tamen prædicatur de eis per ſe: ſecundum ꝙ habent ſuppoſitionem ſimplicem, ſed pro rebus ſingularibus, ſecundum quòd habent ſuppoſitionem perſonalem, vel quia in re ſunt realiter contraria: primo modo extrema oppoſitionis realis non ſunt realia, quia iſte terminus oppoſitio realis non prædicatur primò, & adæquatè de quibuſcunque rebus, ſed tantum de cõceptibus pro rebus, vel de vocibus, ſi prædicatio ſit in voce, & ſic de aliis. Nec tamen debet concedi de virtute ſermonis, ꝙ ſunt contraria, ſed dicendum eſt vniformiter, ſicut dictum eſt prius de primo obiecto adæquatè potentiæ ſenſitiuæ, & de ſubiecto primo paſſionis realis. Secundo modo non ſunt tantum duo extrema oppoſitionis realis, ſed ſunt multa, ſi ſint multæ oppoſitiones reales. Vnde hæc albedo, & hæc nigredo opponuntur realiter, ſimiliter illa albedo, & illa nigredo opponuntur realiter. Et de iſtis eſt præciſè verum, ꝙ vnum contrariorum corrumpit reliquum, & vtrumque illorum eſt vnũ numero: Et quando dicitur hoc album eſt primũ contrarium nigro. Dico, ꝙ propriè album non cõtrariatur nigro, ſed albedo nigredini: & concedo, ꝙ hæc albedo primò contrariatur nigredini, ſecũdum ꝙ ly primò tenetur negatiuè, quia contrariatur nigredini, & nihil plus, ſecundum autem, ꝙ ly primò tenetur poſitiuè, ſic nihil primò contrariatur nigredini. Si dicatur, quòd vnum vni eſt contrarium: ergo multa non contrariantur nigredini. Similiter contraria poſſunt eſſe in eodem, non ſic autem duo indiuidua. Similiter contraria maximè diſtant, ſed duo indiuidua non maximè diſtant.

An album cõtrarietur nigro.

Ad primum dico, ꝙ philoſophus loquitur de vno ſecundum ſpeciem, nõ de vno ſecundum numerũ, & quomodo vnitas ſpecifica eſt realis, & à parte rei dictum eſt, quia hoc nihil aliud eſt, quàm à parte rei eſſe aliqua plura, quæ ſub eadem ſpecie continentur ſecũdum philoſophum primo topicorum.

Vnitas ſpecifica an ſit realis.

Ad ſecundum concedo, ꝙ contraria poſſunt eſſe in eodem ſaltem ſucceſſiuè. Et idem dico, ꝙ non eſt contradictio, ꝙ aqua ſit calida etiam in ſummo, ſicut nec eſt contradictio, ꝙ ſit ſummè frigida, ſi ſic ſtatus in talibus formis. Ad tertium dicitur, quòd contraria maximè diſtant diſtantia illa, quæ poteſt eſſe inter indiuidua diuerſarum ſpecierum, cuius tamen maxima diſtantia ſpecifica requiritur ad cõtrarietatem, & cuius non: aliàs dicetur.

¶Ad quintum argumentum dico, ꝙ obiectum vnius ſenſationis eſt vnum vnitate numerali. Et quando dicitur, ꝙ potentia cognoſcens obiectum ſuum: inquãtum ſcilicet hac vnitate vnum cognoſcit ipſum, inquantum diſtinctum ab omni alio. Dico, ꝙ cognoſcit illud, quod eſt diſtinctũ ab omni alio, & cognoſcit ſub illa ratione, per quam diſtinguitur ab omni alio, quia illa ratio, quæ eſt ipſamet res, terminat immediatè actum cognoſcẽdi: non tamẽ oportet propter hoc, quod poſſit diſcernere, vel diſtinguere ab omni alio, quia ad cognitionẽ diſcretiuam plus requiritur, quàm ad cognitionem apprehenſiuam, quia cognitio diſcretiua in actu nũquam eſt, niſi reſpectu diſtinctorum: nec ad hoc ſufficit, ꝙ diſtincta apprehendantur, niſi ipſa in ſe ſint diſſimilia, vel loco, & ſitu differentia. Et hoc eſt verum, quando ſubiecta talia apprehẽſa nata ſunt facere vnũ per ſe, ſicut de qualitatibus ſenſibilibus, & non de quibuſcunque intellectionibus, vel amoribus volũtatis, vel animabus, neque de intelligentiis, & ideo quantumcunque talia apprehẽdantur: nõ oportet, ꝙ poſſint diſcerni propter maximam ſimilitudinem inter illa, tamen ſi ſit potẽtia intellectiua, poteſt cognoſcere ipſum eſſe diſtinctũ ab omni alio: aliquo tamen certo demonſtrato: nõ oportet,

oportet, quòd poſſit cognoſcere ipſum eſſe diſtinctum ab omni alio, vel ad hoc, quia aliqua vniuerſalis poteſt ſciri, & tamen multæ ſingulares ignorari, & tamen ſenſus diſcernere hoc ab aliquibus, & ab aliquo non: & aliquando diſcernere hoc ab hoc, & aliquando non: propter aliquam variationem à parte rei. Et iſta reſponſio confirmatur, quia ſenſus diſcernit magis albũ à minus albo. Tunc quæro, aut appræhendit iſta præcisè ſub ratione communi, aut ſub ratione ſingulari. Si primum, & in illa conueniunt: ergo per illam non diſcernit. Si ſecundum habetur propoſitum, quòd apprehenditur ſub ratione ſingulari, non quòd iſta intentio ſingularis ſit ratio terminandi, ſed quòd illud, quod immediatè denominatur ab hac intentione ſit immediatè terminans. Et ad confirmationem concedo, quòd primum obiectum intellectus primitate generationis eſt vnum vnitate numerali, & illud præcedit. Sed primum obiectum primitate adæquationis, (ſi tamen aliquod ſit tale) non eſt ita vnũ vnitate numerali præcisè quin ſit cõmune, nec præcedit, ſicut poſt dicetur.

Quid ſit primum obiectum intellectus.

¶ Ad ſextum concedo, quòd illo modo, quo omnis vnitas realis eſt numeralis, ꝙ illo modo, quo omnis diuerſitas realis eſt numeralis, etiã diuerſitas ſpecifica eſt numeralis: cum ſecundum philoſophũ quæcunque ſunt diuerſa genere, & quæcunque ſunt diuerſa ſpecie, ſunt diuerſa numero: vnde diuerſitas numeralis eſt in plus ad diuerſitatem ſpecificam, & genericam, quia ſequitur, ſunt diuerſa genere, vel ſpecie: ergo ſunt diuerſa numero, & non econuerſo. Et quando dicitur, quòd omnis diuerſitas, inquantum numeralis eſt æqualis. Dico, quòd hæc eſt ſimpliciter falſa: quia tũc ſequeretur, quòd omnis diuerſitas eſſet æqualis, cum inquantum non ſit determinatio diſtrahens. Si tamen ſic intelligatur conſequens, quòd omnia, quæ ſolum differunt numeraliter, ſunt æqualiter diuerſa, poteſt concedi in hiis, quæ non ſuſcipiunt magis, & minus. Et ſi dicatur, quòd omnis vnitas numeralis eſt æqualis: ergo omnis diuerſitas numeralis eſt æqualis. Dico, ꝙ non ſequitur ſub illo intellectu, quo antecedens eſt verum, ſicut nõ ſequitur quæcunque ſunt æqualia ſunt æqualiter æqualia, quia æqualitas nõ ſuſcipit magis, & minus: ergo quæcunque ſunt inæqualia, ſunt æqualiter inæqualia, ita eſt de talibus, quando vnum oppoſitum ſuſcipit magis, & minus, & non reliquum. Et ita eſt in propoſito.

¶ Ad illud, quod innuitur in illo argumento, ꝙ ſi omnis diuerſitas eſſet numeralis, non plus poſſit intellectus abſtrahere à Sorte, & Platone aliquid commune, quàm à ſorte, & linea, & quodlibet vniuerſale eſſet purum figmentum intellectus. Dico ad primum, quòd ex hoc ipſo, quòd Sortes, & Plato ſeipſis differunt ſolo numero, & Sortes per ſubſtantiam ſuam eſt ſimillimus Platoni omni alio circumſcripto, poteſt intellectus abſtrahere aliquid commune Sorti, & Platoni, quod nõ erit commune Sorti, & albedini: nec eſt alia cauſa quærenda, niſi quia Sortes eſt Sortes, & Plato eſt Plato, & vterque eſt homo. Si dicatur, quòd Sortes, & Plato plus conueniunt realiter, quàm Sortes, & aſinus: ergo Sortes, & Plato in aliquo reali conueniunt, in quo non conueniunt realiter Sortes, & aſinus, ſed non in Sorte, nec in Platone: ergo in aliquo alio aliquo modo diſtincto. Et illud eſt cõmune vtrique.

¶ Reſpondeo, quòd de virtute ſermonis non debet concedi, quòd Sortes, & Plato in aliquo conueniunt, nec in aliquibus, ſed quòd conueniunt aliquibus, quia ſeipſis, & quòd Sortes conuenit cum Platone non in aliquo, ſed aliquo, quia ſeipſo. Si tunc dicatur, quòd Sortes, & Plato conueniunt in homine. Dico, ꝙ ly homine poteſt ſupponere, vel ſimpliciter, vel perſonaliter primo modo poteſt concedi, quia hoc non eſt aliud dicere, quàm ꝙ homo eſt quoddam commune prædicabile de Sorte, & Platone. Si autem ly homine ſupponit perſonaliter pro alia re, ſic eſt ſimpliciter falſum, quia in nullo homine cõmuni, nec in alia re cõueniunt, ſed conueniunt rebus, quia hominibus, quia ſeipſis. Ad formam ergo dico, quòd Sortes, & Plato plus conueniunt ſeipſis, quàm Sortes & aſinus, non tamẽ in aliquo reali. Ad aliud de figmento, patet, quomodo eſt figmentum, & quomodo non.

Sortes, & Plato in quo conueniant.

¶ Ad primam confirmationem iſtius argumenti dico, quòd aliqua eſſe primo diuerſa, poteſt intelligi dupliciter, vel quia non eſt vnum, & idẽ in vtroque, ſed quidquid eſt in vno ſimpliciter, & abſolute de ſe non eſt aliquid, quod eſt in alio. Et ſic concedo, quòd omnia indiuidua ſunt ſeipſis primo diuerſa, niſi fortè aliter ſit de indiuiduis, ex quorum vno generatur aliud propter identitatem numeralem materiæ in vtroque. Aliter autem dicuntur aliqua ſecundo modo eſſe primo diuerſa, quando vnum immediatè, & primo negatur ab alio, & ideo quando vnum non immediate negatur ab alio, ita ꝙ negatiua compoſita ex eis non ſunt immediata, tunc ſunt differentia, & non diuerſa. Et iſto modo omnia indiuidua eiuſdem ſpeciei ſunt primo diuerſa, quia ex eis componitur propoſitio immediata negatiua. Similiter omnes ſpecies contentæ immediatè ſub aliquo genere, ſunt primò diuerſæ, quia ex eis componitur propoſitio immediata, & ideo Sortes & Plato ſunt primo diuerſa iſto modo, ſed Sortes & iſte aſinus nũ ſunt primo diuerſa, quia hæc eſt immediata, Sortes non eſt Plato, hæc autem non eſt immediata Sortes non eſt iſte aſinus, quia hæc eſt immediatior, nullus homo eſt iſte aſinus: ergo nõ eſt bene dictum, quod communiter dicitur, quòd primo diuerſa ſunt illa, quæ in nullo conueniunt, & differentia ſunt illa, quæ in aliquo conueniunt. Sed primo diuerſa ſunt illa, quorum neutrum differt ab alio per aliquod communius, à quo alterum prius negetur. Differentia autem ſunt illa, quorum vnum negatur ab aliquo, quia aliquid communius, eo prius negatur ab eodem. Hoc eſt, primo diuerſa ſunt illa, quando nihil communius altero illorum eſt medium cõcludendi negatiuam vnius de altero: differentia ſunt illa, quando aliquid communius altero: eſt medium concludendi negatiuam, in qua vnum negatur ab altero, ſicut iſte homo, & iſte aſinus differunt: quia homo eſt medium tale, & ſimiliter aſinus. Nam iſte ſillogiſmus eſt bonus, nullus homo eſt aſinus, iſte homo eſt homo: ergo iſte homo non eſt iſte aſinus, quòd hæc ſit intentio philoſophi, patet per philoſophum decimo metaph. vbi dicit, differẽtia verò, & diuerſitas aliũde. Diuerſum enim etiam, à quo eſt diuerſum, nõ neceſſe aliquo diuerſum eſſe. Hoc eſt, non eſt neceſſe, quòd ſit aliquid communius illo, quod eſt diuerſum à quo prius immediatè negetur illud à quo eſt diuerſum, ſicut ad hoc, quòd Sortes ſit diuerſus, à Platone non: oportet, quòd ſit aliquid communius Sorte, à quo immediatè negetur Plato, & à Sorte tantum mediatè. Sed iſta eſt immediata Sortes non eſt Plato. Et ponit philoſophus rationem, omne autem, aut diuerſum, aut idem quodcunque eſt ens. Hoc eſt omne ens, ſiuè habeat communius à quo aliud negatur, ſiuè non: hoc ens eſt idem, vel diuerſum ab alio ente quocunque differentiato: differens verò ab aliquo, aliquo differt. Hoc eſt omne differens ab aliquo, differt per aliquid prius, & communius, à quo aliud immediatè negatur: & ab iſto tantum negatur mediatè; ergo

Aliqua eſſe primo diuerſa, poteſt intelligi dupliciter.

Quæ ſint primo diuerſa.

ergo iſte homo differt ab aſino per hominem, à quo aſinus immediatè negatur, & ab iſto homine tantum mediatè. Sciendum, quòd quando dico iſtū hominem differre ab aſino per hominem, accipio differre per aliquid, ſicut expono in diffinitione differentiæ, quādo expono, quòd aliquid differt ab alio per differentiam eſſentialem. Et ideo differre per aliquid æquiuocè accipitur in diuerſis differentibus: vnde aliquid eſſe quo differt, hoc nō debet intelligi, quòd ſit aliquid idem, quo vtrumque differt ab altero, quia hoc eſt impoſſibile, quia tunc magis conuenirent, quàm different iſta, ſed debet intelligi, quòd eſt aliquid idem, quo tanquā per medium oſtēditur: hoc differens differre ab illo, ſicut per ſubſtantiam, tanquam per medium oſtenditur, quòd homo non eſt quantitas ſic dicēdo, nulla ſubſtantia eſt quantitas: omnis homo eſt ſubſtantia: ergo nullus homo eſt quantitas, & ita illud medium communius eſt, quàm ſit homo differens, quia ſemper eſt genus illius, vel ſpecies, & hoc eſt quod dicit philoſophus. Hoc autem ipſum idē quo ſupplè differēs differt ab aliquo, aut genus, aut ſpecies, ſupplè eſt ad illud differens, & non eſt differentia illius, omne namque differens differt genere vel ſpecie. Et ita nihil eſt dictum, ꝙ illa quæ ſunt differentia, differunt ſuis differentiis, & conueniunt in genere, ſi ſint in genere. Sed debet poni, quòd differunt ſuis generibus, vel ſuis ſpeciebus, non à parte rei, ſed in negatione vnius ab altero mediata, vel immediata. Et ponit philoſophus exempla. dicens. Genere autem ſupplè ſunt aliqua differentia, quibus non eſt communis materia, nec generatio ad inuicem, vt quorumcunque eſt alia figura chategoricè. Ecce, quòd illa quæ ſunt in diuerſis prædicamentis genere differrent, & per conſequens differunt. Specie verò, quorum idem eſt genus, & tamen ſpecies ſunt diuerſæ: vnde dico, quòd homo, & albedo differunt ſuis generibus: quia vtrumque habet genus ſuperius, per quod poteſt fieri negatio vnius de altero ſecundum artem, quam tradit philoſophus primo poſteriorum. albedo autem, & ſubſtantia differunt genere, & quamuis albedo habeat genus. ſ. per quod poteſt oſtendi negatiua, in qua negatur albedo à ſubſtantia, vel econuerſo, tamen ſubſtantia non habet tale genus, ſed iſta communia ſubſtantia, & qualitas non differunt genere, nec ſpecie, & eodem modo proportionabiliter dicendum eſt, de differentibus ſpecie. Et ita cum philoſophus dicat, ꝙ omnia differentia, ſecundum ꝙ diſtinguuntur contra diuerſa, differunt genere, vel ſpecie, & Sortes, & Plato, nec differunt genere, nec ſpecie, manifeſtum eſt, quòd nō differunt, ſed Sortes & iſte aſinus differunt: quia differunt ſpecie. Si dicatur, quòd hoc eſt contra intentionem philoſophi, quia immediatè ſubdit: dicitur autem genus, quo ambo idem dicuntur ſecundum ſubſtantiam: differentia ergo videtur ſecundum ipſum, ꝙ illa, quæ immediatē continentur ſub genere, ſunt differentia. Similiter Commentator ibidem comm. 12. illa quo differunt per differentias formales ſunt illa, quorum genus eſt vnum. Item quinto metaph. differentia dicuntur quæcūque diuerſa ſunt aliquid idem entia, & non ſolum numero, ſed ſpecie, aut genere, aut proportione. Amplius quorum diuerſum genus communia, & quæcunque habent in ſubſtantia diuerſitatem.

Exemplum philoſophi.

¶Ad primum iſtorum dicitur, ꝙ illud eſt genus, ꝙ prædicatur de aliquibus ſm̄ ſpeciē differentibus, quia omne genus prædicat̃ de pluribus differētibus ſpecie, non tñ omnia illa differunt, de quibus prædicatur, quia ex aliquibus de quibus prędicatur, cō ponitur propoſitio immediata, & ex aliquibus nō.

¶Ad ſecundum dico, ꝙ aliqua quæ differunt per formales differentias, habent idem genus. Et vniuerſaliter omnes res extra animā, quæ realiter differunt per differentias formales habent aliquod idem genus, quia talia non ſunt niſi indiuidua diuerſarum ſpecierum: non tamen oportet, ꝙ omnia quæ habent idem genus differant per differentias formales, ſicut patebit alias.

¶Ad tertium dico, quòd philoſophus accipit differentia ibi, prout præciſè conueniunt rebus, & tunc omnes res quæcunque ſunt diuerſæ, & ſecundum aliquid idem entia, non per identitatem, ſed per eſſentialem prædicationem, hoc eſt, aliquid idē verè, & in quid de eis prædicatur: & non ſolum numero, hoc eſt, & iſtæ res non ſunt ſolum diuerſæ ſecundum numerum, ſicut ſunt indiuidua eiuſdem ſpeciei, ſed aut genere, aut proportione, ſupplè ſunt diuerſæ. Et talia inquantum diuerſa ſunt differentia, quia ens reale, & ens rationis ſunt diuerſa: non tamen ſunt differentia, quia nihil idem prædicatur de eis in quid ſecundum opinionem, quę ponit ens rationis tantum habere eſſe obiectiuum. Secundum aliam prędicatur aliquid de eis in quid. Si dicas, quòd ſi illa, quæ ſunt differentia plus conueniunt quàm quæ tantum ſunt diuerſa: ergo plus conuenirent iſte homo, & iſte aſinus, quàm iſte homo, & ille homo: dico, quod accipiendo differentia, ſicut accipit philoſophus decimo metaphyſic. ſic non ſemper differentia plus conueniunt, quàm primo diuerſa: ſed ſufficit, quòd pluribus differāt, hoc eſt, quòd à pluribus, quæ dicuntur verè de vno illorum alia verè negentur, ſicut à pluribus, quæ dicuntur de iſto homine, verius negatur iſte lapis, quàm iſte homo.

¶Ad aliam confirmationem per idem. Ad aliud dico, quòd nullo exiſtente intellectu eſſet aliqua vnitas realis: ignis generantis ad ignem genitum, propter quam diceretur generatio vniuoca: ſed illa vnitas non diceretur de aliquo vno, ſed diceretur de pluribus realiter diſtinctis, ſicut dictum eſt: ideo, &c.

¶Ad auctoritatem Auicennæ dico, quòd æquinitas eſt tantum æquinitas, non quòd ęquinitas nō ſit vna, nec plures, nec in intellectu, nec in effectu, quia realiter æquinitas eſt in effectu, & realiter eſt ſingularis: ſicut enim æquinitas realiter eſt cauſata à Deo, & æquinitas eſt diſtincta realiter à Deo: ita æquinitas eſt realiter, & veraciter ſingularis: ſed intelligit Auicenna, quòd iſta non conueniunt æquinitati per ſe primo modo, nec aliquod iſtorum ponitur in eius diffinitione, ſicut ipſemet exprimit.

Quinto metaph. cap. 1.

Quomodo æquinitas ſit ſingularis.

¶Si dicatur ſecundum Auicennam, & ſecundum alios philoſophos, æquinitas eſt de ſe indifferens, vt ſit ſingularis, & vt ſit vniuerſalis: quæro quomodo iſta eſt vera, aut ſecundum quòd æquinitas ſupponit ſimpliciter, aut perſonaliter, ſi ſimpliciter: & iſte conceptus non eſt indifferens, quia nullo modo poteſt eſſe ſingularis: ergo non eſt ſuppoſitio ſimplex, quando terminus ſupponit pro conceptu, quod eſt contra prædicta. Si ſupponit perſonaliter: tunc eſt falſum, quia tunc ſupponit pro ſingularibus, ſed nihil ſingulare eſt ſic indifferens: ergo videtur, quòd præter ſuppoſitionem pro conceptu, & re ſingulari oportet ponere tertium, quando terminos ſupponit pro ipſa quidditate indifferenti ad vtrumque.

¶Reſpondeo vniformiter ad alia prędicta, quòd hæc non eſt vera, æquinitas non eſt de ſe vniuerſalis, nec particularis, ſed indifferens ad eſſe vniuerſale, & ad eſſe ſingulare, niſi ſecundum quòd per eſſe intelligitur vnus actus ſignatus, qui eſt iſte, quòd

Quomodo æquinitas non eſt vniuerſalis, nec particularis.

quòd de æquinitate poteſt indifferenter prædicari eſſe vniuerſale, & eſſe ſingulare, & in iſto actu ſignato æquinitas habet ſuppoſitionem ſimplicē, ſed in duobus actibus exercitatis veris correſpondentibus, æquinitas habet diuerſam ſuppoſitionē, quia in vno habebit ſuppoſitionem ſimplicem, ſcilicet in iſto æquinitas eſt vniuerſalis, & in alio perſonalem, ſcilicet in iſto æquinitas eſt ſingularis, verbi gratia, hæc eſt vera de homine, prædicatur vox, & currere, & in iſta ly homo habet ſuppoſitionē materialem, quia de iſta voce homo prædicatur vtrūque, & iſti actui ſignato correſpondent duo actus exercitati veri. ſ. iſte homo eſt vox, in quo ly homo ſupponit materialiter, & iſte homo currit, in quo homo ſupponit perſonaliter.

¶ Ad vltimum dico, quòd quando conuenientia & differentia cōpatiuntur ſe: non eſt inconueniens, quòd conueniant eidem per idem: & ideo quòd aliqua conueniant ſpecificè, & differant numeraliter non eſt inconueniens, patet per exemplum proprium, quia certum eſt, quòd natura contracta cōuenit realiter cum differentia indiuiduali, quia eſt eadem res realiter cum differentia, & tamen natura differt aliquo modo à contrahente, tunc quæro, aut eodem conuenit, & differt aut alio, & alio. Si eodem habeo propoſitum, quòd idem eodem indiſtincto conuenit realiter cum eodem, & diſtinguitur formaliter, & eadem facilitate dicam ego, quòd ſortes eodem ſpecie conuenit cum Platone, & diſtinguitur numeraliter, & vniuerſaliter de omnibus talibus. Si alio, & alio conuenit. & diſtinguitur, quæro de illis, quia illa aliquo modo diſtinguuntur, & conueniunt, quia ſunt vna res, aut ergo eodem conueniunt, & diſtinguuntur, aut alio & alio, & ita vel erit proceſſus in infinitum, vel dabitur, quòd idem eodem ſic conuenit cum aliquo: & diſtinguitur ſic ab eodem, & eadem facilitate dicam, quòd idem eodem conuenit ſpecie cum aliquo, & diſtinguitur numeraliter ab eodem. Si dicatur omni intellectu circumſcripto maior eſt cōuenientia ex natura rei inter Sortem & Platonem, quàm inter Sortem & aſinum: ergo ex natura rei Sortes, & Plato conueniunt in aliqua natura, in qua non conueniunt Sortes, & iſte aſinus. Similiter niſi maior eſſet conuenientia inter Sortem & Platonem, quàm inter Sortem, & iſtum aſinum non plus poſſet abſtrahi conceptus ſpecificus à Sorte & Platone, quàm à Sorte, & iſto aſino.

Exemplum.

¶ Ad primum iſtorum dico, quòd conſequentia facta non valet, ſicut non ſequitur, magis conuenit natura intellectualis cum Deo ex hoc, quòd eſt imago Dei, quàm natura inſenſibilis, quæ non eſt imago Dei, & tamen in nullo reali conueniunt, quod ſit aliquo modo diſtinctum ab iſtis etiam, ſecundum eos, ſed ſeipſis plus cōueniunt. Ita dico in propoſito, quòd Sortes, & Plato ſeipſis plus cōueniunt, quàm Sortes & iſte aſinus: etiam omni alio circumſcripto. Similiter ens reale plus conuenit cum Deo, quàm ens rationis, & tamen Deus non in aliquo conuenit cum nulla creatura, niſi fortè in conceptu.

¶ Per hoc patet ad ſecundum, quòd eſt maior cōuenientia inter Sortem, & Platonem, quàm inter Sortem & iſtum aſinum, non propter aliquid aliquo modo diſtinctum, ſed ſeipſis plus conueniunt. Confirmatur iſta reſponſio per dicta eorum, quia accipio duas differentias indiuiduales contrahentes naturam hominis. Iſtæ differentiæ plus conueniunt, quàm vna differentia indiuidualis contrahēs naturam hominis, & alia differentia indiuidualis contrahens naturam albedinis: probo, quia differentia indiuidualis contrahens naturam hominis

Differentiæ indiuiduales contrahunt naturam hominis.

conuenit cum natura contracta, quæ eſt eadem res realiter cum illa: ſed illa natura contracta, puta natura Sortis plus conuenit cum natura Platonis, quàm cum natura albedinis: ergo plus conuenit cum differentia indiuiduali contrahente, & per cōſequens à primo ad vltimum differentia indiuidualis Sortis plus conuenit cum differentia indiuidualis Platonis, quàm cum differentia indiuidualis huius albedinis: & certum eſt, quòd diſtinguitur realiter ab ipſa: aut ergo eodem plus conuenit cum vna, quàm cum alia, & diſtinguitur realiter ab illa, aut alio, ſi eodem conuenit cum vna, & diſtinguitur realiter ab illa, habetur propoſitum, quòd aliquid eodem poteſt conuenire cum aliquo, & diſtingui ab eodem. Si alio & alio: ergo differentia indiuidualis includit multa, & eſſet proceſſus in infinitum, quorum vtrumque eſt inconueniens. Si dicatur, quòd iſta differentia indiuidualis: puta Sortis, non ex ſe, vel per ſe, ſed per naturam cōtractam plus conuenit cum natura Platonis, & cum differentia indiuiduali Platonis, quàm cum natura huius albedinis. Contra, ſicut indiuidualis differentia Sortis conuenit cum natura Platonis, ita econuerſo: natura Platonis plus conuenit cum differentia indiuiduali Sortis, quàm cum differentia indiuiduali huius albedinis: ergo aut ex ſe plus conuenit, aut per differentiam indiuidualem contrahentem, aut per naturam Sortis. Si primum & certum eſt, quòd diſtinguitur ex ſe: ergo idem conuenit eodem, & diſtinguitur ab eodem. Secundum non poteſt dari, quia tunc illa differentia indiuidualis plus conueniret cum vna differentia indiuiduali, quàm cum alia. Nec poteſt dari tertium, quia nunquam eſt aliquid idem realiter cum aliquo per aliquid ſibi extrinſecum, & realiter diſtinctum ab eo. Si dicatur, quòd quamuis conueniat ex ſe cum iſta differentia indiuiduali, non tamen diſtinguitur ab ea, niſi per differentiam indiuidualem. Contra natura ex ſe diſtinguitur ab omni differentia indiuiduali, quia ſecundum eos non repugnat ſibi eſſe ſine quacunque differentia indiuiduali.

¶ Præterea duæ differentiæ indiuiduales ex hoc ipſo, quòd vtraque eſt creatura: plus conueniunt, quàm iſta creatura, & Deus: & certum eſt, quòd diſtinguuntur: ergo oportet, ꝙ idem eodem modo diſtinguatur, & conueniat, vel oportet ponere proceſſum in infinitum.

¶ Ad argumentum principale patet, quòd natura lapidis de ſe eſt hic: & ideo natura lapidis non poteſt eſſe in alio, & tamen ſtat cum hoc, quòd natura lapidis non ſit de ſe hic: ſed illa in alio, & in alio, quia ſunt duæ indefinitæ verificatæ pro diuerſis ſingularibus, tamen ſciendum eſt, quòd de virtute ſermonis hæc eſt falſa, natura lapidis eſt in lapide, ſed debet concedi, quòd natura lapidis eſt lapis, tamen de Chriſto poteſt concedi, quòd natura humana eſt in Chriſto, communiter tamen conceditur. Sed ſi intelligatur, quòd natura lapidis verè ſit in lapide, tanquam in aliquo quocunque modo diſtincto eſt ſimpliciter falſum. Si autem intelligitur, quòd illa natura lapidis eſt lapis, verum eſt.

An natura humana ſit in Chriſto.

NVNC reſtat oſtendere quomodo reſponſiones Ocham minimè euacuant rationes Doctoris, & ſpecialiter duas: primas, quæ habentur in principio quæſtio. huius diſtinctionis, licet non ita formaliter. Quarum prima eſt, quidquid ineſt alicui ex ſua per ſe ratione, ineſt ei in quocunque eſt; ergo ſi natura hominis de ſe eſſet hæc, in quocunque eſſet natura hominis, illud eſſet de ſe hic homo, & ſic ſequeretur, quòd non poſſet dari homo in communi.

Confutatio reſponſionū Gul. Ocham ad rationes Scoti.

¶Secunda. Cui de ſe conuenit vnum oppoſitum eidem de ſe repugnat aliud oppoſitum: ergo ſi de ſe natura eſt vna numero, ex ſe ſibi repugnat multiudo numeralis.

¶Cum dicit ad primam rationem, quòd ineſſe alicui contingit dupliciter, ſcilicet realiter, vel ſecundum prædicationem, &c. Primo modo antecedens eſt verum, & non ſecundo modo. Dico, ꝙ hæc reſponſio videtur fuga, pro cuius intelligentia eſt aduertendum, ꝙ ſi natura hominis pręter omne opus intellectus collatiui ſit tantum ſingularis, ita quòd ex natura rei ſit de ſe ſingularis, & de ſua ratione formali ſequitur eſſe impoſſibile, naturã humanam eſſe cõmunicabilem pluribus. Cũ ſit ſimpliciter impoſſibile idem numero poſſe pluribus cõmunicari. Nec valet dicere, quòd conceptus in mẽte frabicatus ab intellectu eſt cõmunis pluribus, quia quæro, aut ille conceptus eſt actus intelligẽdi, aut eſt vna ſecunda intentio, aut eſt vnum idolum fabricatum per intellectum: non primò, quia quæro, aut ille actus intelligendi eſt de ſe tantum vnum numero, ergo non poteſt conuenire pluribus, aut de ſe non eſt vnum numero, & tũc erit entitas pręter opus intellectus communis pluribus, quod ipſe negat. Et prætereà poſito, quòd talis conceptus ſit communis pluribus, tunc nulla prædicatio eſſet quidditatiua, vt cum homo prædicatur de inferioribus, patet, quia talis conceptus eſt omnino extra conceptum ſortis: nec conuenit alicui cõmuni, ꝙ ſit de conceptu ſortis. Tum etiam, quia cum dico ſortes eſt homo, aut tantũ conceptus hominis prædicatur de conceptu ſortis, aur conceptus hominis prędicatur de ſorte in ſe ſi primò tunc vnus conceptus tantum prædicatur de alio, & ſic vnus conceptus erit de quiditate alterius, & ſic nihil p̃dicabitur in quid de ſorte. Si ſecundo modo patet, quòd nõ eſt de quidditate ſortis, nec includitur in aliquo pertinente ad quidditatem ſortis. Nec valet illa diſtinctio quam ipſe facit de natura humana, ſcilicet quòd poteſt ſupponere pſonaliter, ideſt pro re extra animam, vel poteſt ſupponere ſimpliciter, ſcilicet pro conceptu communi: primo modo eſt tantum de ſe ſingularis, & ſic non ſequitur, quòd vbicunque ſit natura humana,. ſit ſingularis, quia ipſa ſumpta pro conceptu non eſt ſingularis. Hæc reſponſio magis videtur fuga, quia ponendo, quòd natura humana pro cõceptu ſit communis omnibus hominibns, quæro vnde accipitur iſta communitas, aut accipitur à parte rei ſic, quia intellectus mouetur ab aliqua re extra habente vnitatem minorẽ vnitate numerali, quàm in illo priori cognoſcit eſſe indifferentem ad omnia ſingularia, & de ſe non magis eſſe in vno, quàm in alio, & ex hoc dicere cõmunitatem præter opus intellectus, hoc eſt indifferentiã ad omnia ſingularia, aut iſta communitas conceptus eſt ex ſola conſideratione intellectus, cui nihil ex parte rei correſpõdet. Si primo modo habetur intentum, quia ſic natura humana ex natura rei non eſt de ſe hæc. Si ſecundo modo ſequuntur inconuenientia primo, quia ſicut intellectus fabricat conceptũ ſpeciei ſpecialiſſimę communem omnibus hominibus, cui nihil ex parte rei correſpondet: ſic poteſt fabricare conceptum ſpeciei ſpecialiſſimæ communem ſingularibus cuiuſcunque alterius ſpeciei, & imponere ſibi hoc nomẽ homo, & ſic homo ita verè prædicabit de brunello ſicut de ſorte. Secundò quæro de illo conceptu vt prius, ſi de ſe eſt ſingularis, nec accipitur aliquo modo à natura communi, nec præſupponit illam: ergo talis conceptus nullo modo poteſt dici communis, & communitas eſſet quærenda aliundè. Et quamuis quando homo de pluribus actu prædicatur, dicat vnum conceptum habentem tantum vnitatem numeralem, non poſſet tamen prædicari de pluribus, niſi acciperetur à natura humana, quæ ex natura rei ſit indifferens ad plura ſingularia, aut ille cõceptus de ſe, & ex natura rei eſſet communis, ergo datur communitas ex natura rei, quod eſt cõtra te. Et prætereà iſta diſtinctio de ſuppoſitione perſonali, aut ſimplici, licet in ſe ſit bona, non eſt tamen ad propoſitum, quia quamuis in prædicatione ſignata communiter prædicatum ſtet ſimpliciter, vt cum dico, homo prædicatur de pluribus indiuiduis, quia ly homo ſtat pro natura vt cognita, cui vt ſic tantum conuenit iſta ſecunda intentio, quod eſt prædicari, vt patet à Doctore in ſuis vniuerſalibus, tamen in prædicatione exercita, vt cum dico, Franciſcus eſt homo, Ioannes eſt homo, ly homo tantum ſupponit perſonaliter. Et tunc quæro, cum dico, Franciſcus eſt homo quid verificatur de ipſo Frãciſco, aut natura humana ex natura rei, aut cõceptus fabricatus per intellectum, aut Franciſcus tantum de ſeipſo.

Nota & bene.

Quando homo ſupponat perſonaliter.

¶ Si primo modo habetur intentum, quia natura humana verificatur de Franciſco, & Ioanne ex natura rei, ſic intelligendo, quòd illa vt præſcindit à ſingularitate eſt indifferens ad Franciſcum & Ioãnem, & nata eſt eſſe de quidditate vtriuſque, licet vt facta propria Franciſco, quando ſcilicet eſt contracta ad Franciſcum per ſingularitatem actu non conueniat Ioanni.

¶Si ſecundo modo, ſequitur, quòd ille cõceptus prædicabitur tantum extrinſecè de Franciſco, patet, quia ille conceptus ſubiectiuè erit in intellectu, & tunc in iſta propoſitione. Franciſcus eſt homo, prædicatum erit totaliter extra rationem hominis, & ipſe concedit, quòd quando prædicatur ſuperius de inferiori in quid, quòd tale ſuperius non erit de quidditate inferioris, vt cum homo prædicatur de ſorte, & tunc ſequitur abſurdum, quòd nulla erit prædicatio quidditatiua, & in quid, niſi tantum voluntaria, patet, quia ex quo conceptus hominis nõ dicit præciſè ipſum ſortem, cum dicat ipſum eſſe commune ſorti, nec ſit de eſſentia ſortis, vt ipſe concedit, nec accipitur ab aliquo, quod eſt de eſſentia ſortis, quia quæro à quo accipitur, aut à materia, aut à forma, aut à conſtituto, non primò, quia ſi detur ſingulare indiuiſibile, in quo non ſit pars & pars, tunc non poteſt accipi ab aliqua parte, quæ ſit de quidditate, vt cum dico, hæc albedo eſt albedo, & ſimiliter de illis partibus quærendum eſſet, aut ab illis vt tantum ſingularibus accipitur conceptus dictus in quid communis ſingularibus hominis, ita videtur, quòd ille idem poſſit accipi à partibus ſingularium alterius ſpeciei, & ſic idem cõceptus ſpecificus poterit prædicari de ſingularibus alterius ſpeciei. Si verò accipitur ab ipſo ſingulari conſtituto ex partibus, aut tãtum eſt ſingularis, aut communis: ſi primò tunc tantum prædicabitur de illo ſingulari, ſi ſecundò non eſt maior ratio, quòd accipiatur à ſorte, quàm à brunello. Et pręterea, cum dico, Franciſcus eſt homo, Ioannes eſt homo, ſi homo prædicatur in quid de Frãciſco, & Ioanne prædicatione exercita, oportet, quod verè aliquid verificetur de homine, quod ſit de quidditate illius, quæro tunc quid verificatur non conceptus vt ipſe concedit, non Franciſcus, quia tunc eſſet prædicatio eiuſdem de ſeipſo: oportet ergo dieere, quòd ideò prædicatur in quid, quia talis conceptus accipitur à natura humana, quæ eſt ſimpliciter indifferens ad alia ſingularia naturæ humanæ, & nata eſſe de quidditate omnium, licet vt facta propria actu ſit de quidditate ſingularis cuius eſt. Et ſi nihil ſic ita reſpondet in re, quod ſit de quidditate ſingularis,

ris, nulla erit differentia prædicationis in quid, ſiuè in quale eſſentiale, vel accidentale, niſi tantum voluntaria, patet, cum enim dico Franciſcus eſt albus, quæro, quare album non prædicatur in quid de Franciſco, cum res nõ prædicetur ſecundum ipſos, ſed conceptus, vel dictio, vel vox, non curo pro nunc, & tunc quæro, quare ille conceptus non prędicatur in quid, dices quia albedo nullo modo poteſt eſſe de quidditate ſortis, & tunc habeo propoſitum, ſcilicet quòd ideo conceptus albi non prædicatur in quid de ſorte, quia albedo ex parte rei non eſt de quidditate ſortis, ergo ex oppoſito, ſi cõceptus hominis prædicatur in quid de ſorte, & Frãciſco, & non de brunello, hoc erit tantum ex parte rei, quia ille cnnceptus dicitur verè pdicari in quid tantum de ſingularibus hominis, quia accipitur ab aliqua re, quæ præcisè nata eſt eſſe de quidditate ſingularium.

Quare conceptus albi non prædicetur in quid.

Nota & bene.

¶Ex hiis etiam patet, quòd ſi conceptus hominis communis accipiatur, vel pro ſecunda intentione, vel pro idolo fabricato, qui prædicatur in quid tãtum de ſingularibus hominis, niſi talis communitas, vel prædicatio in quid accipiatur ab aliquo ex natura rei, quod natum ſit eſſe indifferens præciſe ad talia ſingularia, & ſimiliter natum ſit eſſe præcisè de quidditate illorum, patet, quòd tales conceptus tantum erunt voluntarij.

¶Ex hiis etiam patet, quòd non tantum reſponſio principalis ad primam rationem Doct. non ſoluit illam, ſed & ſequentia in illa reſponſionem, vel ſunt tantum voluntariè dicta, vel ſaltim impropria, nec oportet ſingillatim improbare omnia dicta in iſta reſponſione, cum ex hiis, quæ dixi, manifeſtè apparet improbatio.

AD reſpenſionem ſecundi argumenti principalis cum dicit, concedendo, quòd cui conuenit de ſe vnum oppoſitorum ei de ſe repugnat aliud oppoſitum, & ideo quia natura de ſe eſt hic ſecũdum quòd natura ſupponit perſonaliter, ideo concedo vniformiter, ꝙ naturę repugnet multitudo numeralis hoc eſt naturæ, repugnat eſſe in alio, & naturæ repugnat eſſe in multis, &c. licet hæc reſponſio eodem modo poſſet improbari, ſicut & prima repõſio ad primam rationem eſt improbata, adhuc tamen huic reſpõſioni obſto ſpecialibus rationibus. Doct. enim iſte duo in iſta reſponſione, primum, ꝙ natura humana præter onme opus intellectus de ſe eſt tantum hæc, & eſt impoſſibile ſimpliciter eſſe indifferens ad plura ſingularia. Secundum, ꝙ natura humana, quæ de ſe non eſt hęc, ſed communis pluribus accipitur tantum pro conceptu mentis, qui vt ſic ſupponit ſimpliciter, & nullo modo perſonaliter. Arguo ſpecialiter contra hoc, & probo, quod ſecundum ſimpliciter repugnat primo. Et quæro, aut nrtura humana accepta pro conceptu in mente eſt tantum vna numero, aut eſt communis, aut eſt de facto plura numero, aliud nõ poteſt dari, ſi tantum vna numero: ergo vnum numero tantum prædicabitur de pluribus differentibus numero. Si dicatur hoc non eſſe inconueniens in prædicatione ſignata, ſed bene in pdicatione exercita, tunc arguo ſic. Franciſcus eſt homo. Ioãnes eſt homo, iſte ſunt prædicationes exercitæ, quæro tunc, aut vnus, & idem conceptus numero exercitæ prędicatur de Franciſco, & Ioanne, & tunc idem conceptus numero prædicatione exercita prædicatur de pluribus numero differentibus, quod eſt inconueniens. Et præterea ille conceptus qui prædicatur exercitæ de Franciſco, & Ioãne in quid, aut eſt formaliter in intellectu, aut formaliter in Franciſco, & Ioanne, non ſecundò, quia tunc idem accidens numero eſſet formaliter in pluribus ſubiectis, quod non eſt poſſibile, non primò, quia tunc quæro quid verificatur in quid de Franciſco, & Ioãnę, non ille conceptus, vt patet, non natura communis Franciſco & Ioanni, cum hoc ſimpliciter neges. Si dicatur, ꝙ cum dico Franciſcus eſt homo prædicatione exercita, lv homo tantum ſupponit perſonaliter, puta pro Franciſco, ſequitur tunc, ꝙ cum dico, Franciſcus eſt homo quidditatiuè, quòd hæc prædicatio exercita erit tantum eiuſdem de ſeipſo, & ſic omnis prædicatio exercita in quid erit tãtum eiuſdem de ſeipſo, quod non eſt intelligibile. Si verõ conceptus hominis vt prædicatur de Franciſco, & Ioanne prædicatione exercita, ſit alius & alius, ita quòd vnus prædicetur de Franciſco, & alius de Ioãne. Contra, quia tunc nullus conceptus communis poſſet prędicari exercitæ de pluribus differentibus numero, & ſic omnis propoſitio quiddilatiua eſſet ſingularis tam ex parte ſubiecti, quàm ex parte prædicati, loquendo de ſingularibus eiuſdem ſpeciei, vel alterius. Tum etiam, quia cum dico, Franciſcus eſt homo, aut ille conceptus hominis eſt tantũ natus verificari de Frãciſco, aut etiam de Franciſco & Ioanne, & econtra. Si primò tunc expreſsè patet, quòd conceptus qui prædicatur de Franciſco, nullo modo erit indifferens ad Franciſcum, & Ioãnem. Si ſecundò tunc conceptus dictus de Franciſco in quid, ita de Ioanne verificabitur in quid, ſicut de Franciſco, quod videtur inconueniens, ponendo illum conceptum ſingularem, quia tunc ſequeretur, quòd vna propoſitio non differret ab alia, cum habeant ſimpliciter idem prædicatum numero dictum in quid, & præcipuè hoc eſt impoſſibile in creaturis. Si verò conceptus hominis vt prædicatur in quid de Franciſco, & Ioanne ſit communis. Tunc quæro à quo habet, quòd ſit communis: aut enim abſtrahitur immediatè à Frãciſco, & Ioanne, & ſic de aliis, aut immediatè abſtrahitur à conceptu Franciſci, & à conceptu Ioannis, & ſic de aliis conceptibus. Si primò, tunc talis conceptus non eſt magis abſtrahibilis à Franciſco, & Ioanne, quàm à Franciſco, & brunello, vt magis infra patebit. Si ſecundò, tunc ſequitur, quòd ille conceptus non eſſet magis abſtrahibilis à conceptibus Franciſci, & Ioannis, quàm à conceptibus Frãciſci, & Brunelli, quod eſt inconueniens. Et vltra ſequitur proceſſus in infinitum, quia quæro de cõceptu hominis qui prædicatur de Franciſco, an aliquid poſſit prædicari in quid de ipſo. & ſimiliter de conceptu Ioannis, & tunc quæratur vt prius, aut ille cõceptus qui prædicatur in quid de illis duobus conceptibus eſt tantum vnus numero, aut alius, & alius numero, & arguitur vt prius, aut eſt communis, & tunc quæro de illo communi, à quibus conceptibus abſtrahitur, & ſic erit proceſſus in infinitum in conceptibus quidditatiuis, quod eſt contra Ariſtot. ſecundo poſteriorum, hoc tamen inconueniens non contingit, ponendo aliquid ex natura rei eſſe indifferens ad plura, & eſſe de quidditate illorum.

Natura humana de ſe eſt tantum hæc.

Quæ ſint prædicationes exercitæ.

Qdando homo ſupponat perſonaliter.

¶Præterea vnitas ſpecifica, & multitudo numeralis non opponuntur, quia cum vnitate ſpecifica ſtat pluralitas indiuiduorum. Et tunc quæro, cum qua vnitate ſpecifica ſtat pluralitas indiuiduorum, quæ indiuidua habent eſſe præter omne opus intellectus, aut ſtat cum vnitate ſpecifica ex natura rei, & habetur propoſitum, aut tantum cum vnitate ſpecifica, non ex natura rei, ſed ex fabrieatione intellectus: & tunc multitudo numeralis indiuiduorum naturæ hominis ſpecificæ, ita poterit fiare cum vnitate ſpecifica naturæ æqui, ſicut cum natura ſpecifica hominis, cum hæc vnitas ſpecifiea ſit ex ſola fabricatione intellectus, & voluntaria. Ex hiis ergo

Vnitas ſpecifica, & multitudo numeralis non opponũtur.

ergo patet reſponſionem ad rationem Doct. minimè illam euacuare. Et ad illa, quæ dicit in littera, reſpondendo ad illam rationem, reſpondendo ad hanc inſtantiam naturæ nõ repugnat prædicari de multis: ergo naturæ non repugnat eſſe in multis: antecedens eſt diſtinguendum, eo quod ſubiectum poteſt ſupponere perſonaliter, & ſic eſt ſimpliciter falſum, quia quælibet ſingularis eſt falſa. ſ. iſti naturæ non repugnat, & illi naturæ nõ repugnat, &c. vel poteſt ſubiectum ſupponere ſimpliciter, patet reſpõſio ex ſuperius declaratis, nec circa hoc oportet aliter inſiſtere.

AD tertiam reſponſionem. Cum dicit, quòd obiectum intellectus non eſt vniuerſale, & illud, quod mouet primò intellectum eſt tantum ſingulare, vt alibi iſte nititur probare, videlicet in quolibe.& diſt.3. primi. Contra hanc reſponſionem inſtatur multipliciter. Et primò, quia Ariſtot. ſecundo de anima facit differentiam inter intellectũ, & ſenſum, & vult, quòd ſenſus ſit ſingularium, intellectus verò ſit vniuerſalium, ideſt quòd ſenſus nihil ſentit ſub ratione vniuerſali, intellectus verò poteſt intelligere multa ſub ratione vniuerſali: ergo aliquod obiectum intellectus erit vniuerſale remotum ex natura rei, probatur iſta conſequentia, tu dicis, quòd tantum primò intelligit ſingulare, ſit illud ſingulare Franciſcus, aut primò intelligit illud ſub ratione ſingularis, aut vniuerſalis. Si primò, quæro an poſſit intelligere ipſum ſub ratione vniuerſali. Si non, ergo nihil poteſt intelligere ſub ratione vniuerſali. Si ſic, ergo idem intelligitur ſub duabus rationibns oppoſitis, ſcilicet ſingularitatis & vniuerſalitatis, quod eſt impoſſibile, vt Doctor oſtendit in primo, diſt.3.q.6. Tum etiam, quia cum intelligit Franciſcus ſub ratione vniuerſali, ſiuè ſub ratione communi, quæro quid ſit illud commune, ſub quo intelligit Franciſcus, aut eſt aliquid ex natura rei, & habetur propoſitum, aut eſt tantum conceptus in anima, tunc ſic, ille conceptus in anima, aut eſt aliquid ex natura rei, & eſt communis, & habetur intentum, quòd detur commune ex natura rei, aut eſt ſingularis ex natura rei, & tunc intelligere Franciſcum ſub illo cõceptu eſt ipſum intelligere ſub ratione ſingulari, aut ille cõceptus eſt cõmunis, & nõ ex natura rei, tunc quæro illa communitas, aut accipitur ab aliquo ex natura rei, cui nõ repugnat eſſe in multis ex natura rei, & habetur intentum, aut ab aliquo ſingulari, vel ab aliquibus, & tunc talis conceptus, ita poteſt abſtrahi à Franciſco, & à Brunello, aut eſt merè ex ſola fabricatione intellectus, & tunc intellectus poſſet facere conceptũ communem ſpecificum ſpeciei ſpecialiſſimæ, etiam reſpectu eorum quæ ſub diuerſis generibus continentur.

Quomodo ſenſus ſit ſingularium, & intellectus vniuerſalium.

¶ Præterea ſi Franciſcus intelligitur ſub ratione vniuerſali, quæro ad quid terminatur talis intellectio, aut ad Franciſcum prçciſè ſub ratione propriç ſingularitatis, aut ad naturam in Franciſco priorẽ ſingularitatẽ, aut ad conceptum præciſè. Si primò, ergo non poteſt intelligi ſub ratione vniuerſali. Si ſecundò, habetur propoſitum. Si tertiò, ergo nullo ſingulare hominis exiſtente ſtante illo conceptu, poteſt Franciſcus intelligi ſub ratione vniuerſali, & tunc quæro à quo cauſatur talis cognitio nõ à tali conceptu, cum ſit tantum ens rationis, ſecundum ipſum, non à ſpecie intelligibili, cum illa non ſit repræſentatiua entis rationis in ratione obiecti, & ſic ſingulare non exiſtente, nihil ſub ratione vniuerſali poſſet intelligi, cuius oppoſitũ patet ab Ariſtot.7.metaph.tex.commen.35.vbi ſic habetur. Horum autem non eſt diffinitio, ſed cum intelligentia, aut ſenſu cognoſcuntur, hoc eſt, cum actu videntur, & loquitur de ſingularibus. Sequitur. Abeuntes verò ex actu non palam, vtrum quidem ſunt, aut non ſunt, ſed ſemper dicuntur, & cognoſcuntur vniuerſalis ratione, hæc ille. Mirum etiam videtur, ꝙ iſte velit, quòd ens reale, vt cognoſcitur ſub ratione vniuerſali, quòd merè cognoſcatur ſub aliquo, quod ſibi, & cuilibet ſibi intrinſeco formaliter repugnat, quia talis conceptus vniuerſalis repugnat ſingulari ſub ratione ſingularitatis, & cuilibet intrinſeco, ſi illud intrinſecum non ſit niſi tantum ſingulare.

Singularium non eſt diffinitio.

TERTIO principaliter arguo, quia ſi non detur obiectum intellectus aliquid commune ex natura rei, tunc ſequitur, ꝙ vniuerſalia non prius ſunt nota nobis, ꝙ eſt contra philoſophum primo phyſic.tex.commen.3. Sunt, inquit, primum nobis manifeſta, & certa confuſa magis: poſterius autẽ fiunt ex his nota elementa, vt principia nobis diuidentibus, hæc & tex.4. Vnde, inquit, ex vniuerſalibus in ſingularia oportet præcedere, totum enim ſecundum ſenſum notius eſt vniuerſale autem totum quoddam eſt: multa enim comprehendit, vt partes vniuerſales: hæc ille, & patet expreſſè ex littera Ariſt. quomodo de vniuerſali loquitur. Et expreſſius Commẽtator ibi, cauſa inquit, propter quam fuit neceſſe, vt demonſtrationis huius ſcientiæ fuerint ſigna, & eſt iræ de notioribus apud nos ad latẽrius: oportet etiam nos procedere in doctrina de rebus vniuerſalibus ad particulares, & intendit per vniuerſalia vniuerſaliſſima, quæ poſſunt inueniri in iſtis rebus rerum naturalium, quoniam quanto magis vniuerſale fuerit communius, tantò magis continebit. Et ex hoc ſermone declaratur, quòd intentio huius libri eſt loqui de rebus vniuerſalibus communibus omnibus, quæ conſtituuntur per naturam. Et parum infra. Oportet, inquit, procedere de illo, quod eſt magis commune ad illud, quod eſt magis proprium, quia illud, quod eſt magis commune eſt notius: quemadmodum via demonſtrationis in hac ſcientia per hanc cauſam neceſſe fuit ire de poſterioribus ad priora, incœpit dare cauſam, propter quam fuit neceſſe, vt vniuerſale intelligibile vniuerſaliter ſit notius particulari, quod eſt ſub illo: hæc ille. Patet enim ex iſta littera, qualiter expreſſè vult ipſum vniuerſale, ideſt naturam cõmunem prius intelligi, niſi textus Ariſtot. & ſui Commen. extorqueatur: nec oportet fugere, quod loquatur ibi de compoſito ex partibus tantum, quod prius cognoſcitur confuſè, quàm partes, cum expreſſè loquatur de vniuerſali, immò facit ſpecialem differentiam inter vniuerſale, & ipſum indiuiduum compoſitum, vt ſupra patet commen.4. Res, inquit, vniuerſales ſunt notiores apud intellectum, quàm particulares. ſcilicet ſpecies, quia vniuerſale aſſimilatur indiuiduo compoſito, & cõpoſitum eſt notius apud ſenſum, & parum infra. Vniuerſalia ſunt notiora apud intellectum, quàm propria, vniuerſale enim eſt aliquod vniuerſum, cũ contineat multa, & parum infra. Et cum declarauit, inquit, quòd vniuerſale aſſimilatur vniuerſo compoſito demonſtrato dedit modum ſimilitudinis, & dixit: vniuerſum enim continet multas ſicut partes: vniuerſale enim cõtinet multas ſpecies, quæ ſunt ſub eo, & ſunt partes rerum compoſitarum indiuidualium: patet ergo, quomodo intellectus intelligit vniuerſale, accipiendo ipſum vniuerſale non pro conceptu in mente, ſiuè pro quodam idolo voluntariè fabricato, ſed pro communi ex natura rei, primũ enim intellectus intelligit hominem in communi, & hæc eſt mens expreſſè Ariſtot. primo phyſicorum, tex.commẽ.5. vbi comparat diffinitum, & diffinitionem ad compoſitum reſpectu partium

Nota & benè.

Vniuerſale cui aſſimiletur.

partium componentium. Suſtinent, inquit, idem quemadmodum hæc & nomina ad rationem, ideſt diffinitum ad diffinitionem: totum enim quodammodo, & indiſtinctè ſignificat, vt puta circulus diffinitio, aut ipſius diuidit in ſingularia: hæc ille, & Commentator commento 5. exponendo Ariſtot. ſecundum ſuam translationem, ſunt, inquit, tres modi compoſitionis, ſcilicet compoſitio ſpeciei ex ſuis cauſis, & compoſitio generis ex ſpeciebus, & vtraque iſtarum compoſitionum eſt notior apud intellectum, quàm partes, tertia autem compoſitio eſt compoſitio indiuidui ex ſuis partibus, quæ ſunt ſecundum ſui qualitatem: & iſta compoſitio eſt notior apud ſenſum, quàm partes: hæc ille. Et ideo Ariſtot. per exemplum oſtendit, quòd vniuerſale prius cognoſcatur ab intellectu noſtro ſupra tex. 5. Pueri, inquit, primum appellant omnes viros patres, & fœminas matres, poſterius autem determinant horum vnumquodque, hæc ille, & ſecundum aliam translationem, quæ eſt Commentator, & puer exiſtimat in principio omnem virum, quem videt eſſe patrem eius, & omnem mulierem quam videt matrem eius, deinde in poſtremo diſtinguit, & determinat vtrumque, hæc ibi. Hic autem tex. non poteſt exponi niſi de communi, vnde Commentator ad litteram ſic dicit, & cum declarauit, ſupplè Ariſt. quòd commune eſt notius apud nos proprio, quemadmodum compoſitum eſt notius ſimplicibus ſuis, dedit teſtimonium ſuper hoc, & dixit & puer exiſtimat, &c. ideſt ſignum eius, quòd commune eſt notius apud nos naturaliter, quàm proprium eſt, quia videmus comprehenſionem communem præcedere tempore in infantibus propriã compræhenſionem. Infans enim in principio compræhenſionis exiſtimat omnem virum eſſe patrem, & omnem mulierem eſſe matrem, & cum vigoratur intellectus ſuus cognoſcit patrem inter cæteros viros, & matrem inter cæteras mulieres, hæc ille. Ex hiis auctoritatibus, & multis aliis tam philoſophi, quàm Commen. quæ poſſent adduci, patet expreſsè, quomodo apud intellectum vniuerſale ſit prius notum, & quomodo loquantur de vniuerſali ex natura rei, cui nata eſt applicari ſecunda intentio vniuerſalis, & non loquũtur primò de ipſo conceptu, ſiuè idolo voluntariè fabricato, non enim pueri, cum iudicant omnes viros patres, cognoſcũt tunc per intellectum ipſum ſingulare ſub ratione ſingularis, ſed quoddam commune, quod commune non ponitur conceptus communis, ſic ad libitũ fabricatus, ſed cognoſcũt commune ex natura rei. Multæ aliæ rationes poſſent addi, quas ne prolixior videar omitto.

Tres modi compoſitionis.

Commune eſt notius proprio.

Quomodo vniuerſale ſit prius notum.

Confutatio reſponſionis ad quartum argumentũ Scoti.

AD reſponſionem quarti argumẽti, quod erat de vnitate minori vnitate numerali, cũ dicit, quòd nulla eſt vnitas naturæ exiſtentis in iſto lapide, quæ primò ſit iſtius lapidis, diſtinguendo tamen de vnitate, primò ſecũdum quòd denominat præcisè aliquod vnum, & nõ plura, nec vnum in comparatione ad aliud diſtinctum realiter, & ſic omnis vnitas realis eſt numeralis. Secundò ſecundum quod denominat plura, vel vnum in comparatione ad aliud diſtinctum realiter, & iſto modo vnitas ſpecifica denominat ipſum Sortem, & Platonẽ, & vnitas generis denominat iſtum hominem, & iſtum aſinum, non aliquod quocunque modo diſtinctum ab ipſis indiuiduis, ſed denominat immediatè ipſa indiuidua. Quamuis hæc reſponſio parum, vel nihil variet à reſponſionibus, quas dedit ad primas tres rationes, ideo faciliter improbari poteſt ex hiis, quæ ſupra dixi, videtur tamen valde abſurdum, ꝙ Franciſcus, & Brunellus ſint idem genera, ita ꝙ vnitas generica dicatur de illis, & non habeant aliquam conuenientiam ex natura rei, ſecundum quam magis dicantur vnum genere, quàm Franciſcus: & hęc albedo, quæ ponuntur ſimpliciter diuerſa genere, niſi dicatur, quòd Franciſcus, & Brunellus magis cõueniunt in conceptu fabricato, &c. Sed hoc patet expreſsè falſum. Tum quia talis conuenientia eſſet tantum per aliquod accidens commune eis, immò tantum per accidens rationis. Tum quia idem cõceptus poſſet fabricari reſpectu Franciſci, & albedinis, & ſic Franciſcus, & albedo ita eſſent idem genere ſicut Franciſcus, & Brunellus. Si dicatur, quòd intellectus non poteſt fabricare conceptum genericum reſpectu Franciſci, & albedinis, quia non ſunt nata cõuenire in aliquo genere, & tunc quæro, quare Franciſcus, & Brunellus magis conueniunt in genere, oportet dicere, quòd quia realiter Frãciſcus, & Brunellus conueniunt in aliquo ex natura rei, qđ eſt commune eis, ſecundum quòd dicuntur eſſe in genere, & quia Franciſcus, & albedo non habent aliquod commune ex natura rei à quo accipi poſſit ratio generis, ideo non dicuntur conuenire in aliquo genere.

NVNC iſte Doct. quærit ſoluere rationes ſpeciales Doct. quas facit probando, quòd detur vnitas ex natura rei minor vnitate numerali, patet, ꝙ humanitas ex natura rei dicitur vnitatem minorẽ vnitate numerali, quæ vnitas minor neceſſe eſt, ꝙ ſit vnitas alicuius communis. Cum ergo dicitur ad primã rationem fundatam ſuper auctoritate philoſophi. 10. metaph. tex. commen. 7. quòd in omni genere eſt vnum primum, &c. dicit, quòd auctoritas debet ſic intelligi, quòd in omni genere eſt aliquid, quod eſt mẽſura omnium aliorum ſpecie diſtinctorũ, & iſto modo ſunt plura, quorum quodlibet eſt menſura omnium aliorum ſpecie diſtinctorum, & quodlibet illorũ eſt vnum vnitate numerali, &c. Iſta expoſitio videtur extorquere tex. Ariſto. qui expreſsè vult, quòd vnitas ſpecifica, ſiuè natura vna vnitate ſpecifica ſit verè menſura perfectionalis omnium contentorum in illo genere, vt patet intuenti tex. Ariſt. & commentum ſui Cõmẽ. Et quòd vnum numero, puta in genere animalis nõ dicatur menſura aliarum ſpecierum, niſi ſecũdum rationem communẽ ex natura rei, ſic deduco, & accipio Franciſcũ, aut enim Franciſcus eſt præcisè menſura aliarum ſpecierum, aut quodlibet indiuiduum per ſe ſumptum, non primò, cum non ſit maior ratio de vno, quàm de alio. Si ſecundò, tunc ſic, aut cuilibet competit eſſe menſura per ſe, aut per accidens non per accidens, patet, quia tunc & menſurata eſſent per accidens. Si per ſe. Tunc habeo intentum, quia quod conuenit pluribus indiuiduis conuenit per rationẽ alicuius communis, vt patet primo poſteriorum, vbi vult, quòd ſi aliqua paſſio conuenit pluribus, quòd conueniat eis per rationem alicuius communis, cui primò conuenit. Et tunc quæro de ratione illa communi, aut eſt realis, & tunc habetur intentum, aut eſt conceptus fabricatus tantum per intellectum, & tunc in genere nõ erit menſura ex natura rei, quod eſt contra philoſophum, vbi ſupra. Et vltra, menſura iſta poſita ab Ariſto. ex natura rei eſt notior, & perfectior ipſo menſurato, ſed conceptus rationis non poteſt dici perfectior, & notior ex ſua ratione.

Confutatio reſponſionũ Ocham ad illa, quibus Doct. probat falſitatem conſequẽtis.

Quomodo ſit intelligẽda authoritas Ariſt.

Menſura quomodo ſit perfectior menſurato.

¶ Secundò arguo ſic. Si quodlibet indiuiduum hominis eſt realiter menſura aliarum ſpecierum animalis, quæro an ſit mẽſura inquantum actu exiſtens, & inquantum præcisè vnũ numero, aut inquantum includit naturam aliquo modo priorem ſingularitate. Si primò, ergo menſura erit tantum per accidens, cum accidat ſibi exiſtere, & vltra talis menſura erit continuè variabilis, ſecundum quòd

aliud,

aliud, & aliud indiuiduum hominis ſuccedit. Et ideo vltra habebitur determinata menſura in genere animalis propter variationem indiuiduorum, & ſic nihil eſſentialiter, & per ſe, vt ly per ſe accipitur primo poſteriorum erit menſura in aliquo genere, quæ omnia videntur abſurda apud Ariſtot. Si ſecũdo modo quodlibet indiuiduum hominis ſupplè menſurat ſecundũ aliquam naturam priorem ſingularitatẽ habetur intentum, quia illa ex natura rei habebit vnitatem minorem vnitate numerali.

Primo poſt. contex. 9.

¶ Tertiò arguo ſic: p̄dicamenta vt poſita ab Ariſto. aut ſunt neceſſaria, perpetua, & incorruptibilia, aut ſunt tantum contingentia, non ſecũdo modo, quia illa, quæ per ſe ponuntur in genere nõ videntur continuè variari, cum per ſe non ponantur in genere, inquantum actu exiſtunt, ſed vt abſtrahunt ab exiſtentia. Si primo modo habetur intentum, quia tunc quæro, aut ponuntur tantum per opus intellectus, & ſic nulla erit menſura ex natura rei, nec aliquid habens rationẽ menſuræ, vel menſurati, cum vnum ens rationis nõ ſit perfectius alio modo mẽſura, quæ ponitur hic ab Ariſ. eſt eſſentialiter perfectior mẽſurato. Aut ponũtur habere eſſe propter opus intellectus, & tũc ſi quodlibet indiuiduum hominis erit per ſe menſura aliarum ſpecierũ, hoc erit per rationẽ alicuius communis ex natura rei incluſi in quolibet eorum.

Ens rationis non eſt perfectius alio.

¶ Quartò principaliter, & efficacius arguo, præſupponendo aliquam. Primò, quòd menſuratum in propoſito eſſentialiter dependet à menſura, quia inter menſuratum perfectionaliter, & menſuram perfectionalem ex natura rei ſemper eſt ordo eſſentialis, ſcilicet imperfectioris eſſentialiter ad perfectius eſſentialiter, hinc eſt, quòd Ariſtot. vult in tertio metaph. tex. comm. 11. quòd in indiuiduis vnius ſpeciei non ſit ordo eſſentialis, ſic q̃ dicatur vnum eſſentialiter perfectius alio. In indiuiduis, inquit, nõ eſt hoc prius, & illud poſterius, amplius vbi hoc quidem melius, illud verò vilius ſemper quidem eſt melius prius, hæc ille. Secundò ſuppono, quòd eſt ſimpliciter impoſſibile in quocunque genere aliquid idem ſimul dependere eſſentialiter ad plura, quorũ quodlibet ſit totalis terminus dependentiæ, patet, quia idem effectus numero nõ poteſt dependere à duabus cauſis effectiuis totalibus, nec à duabus materiis totalibus, nec ordinari ad duos fines vltimos, vt euidenter deducit Doct. in primo, diſt. 2. par. 1. nec aliquod imperfectum poteſt dependere ęquè primò à duobus ęquè perfectis, quia poſito vno dependeret ab illo, vt menſuratũ à menſura, & alio circumſcripto non dependeret in ratione menſurati, cum eius menſura eſſet circumſcripta, & ſic ſimul dependeret, & non dependeret. Hijs præmiſſis infero propoſitum, ſi quodlibet indiuiduum hominis per ſe ſumptum ſit realiter mẽſura perfectionalis perfectè aliarum ſpecierum, ſequitur, quòd idem numero per ſe, & primò poterit eſſe menſuratum perfectionaliter à centum menſuris æquè perfectis, & ſic eſſentialiter dependere à centum menſuris æquè perfectis, & ſic poſita vna menſura perfecta ponitur, & menſuratum, & alia circumſcripta non erit menſuratum, & ſic idem ſimul erit, & non erit. Multæ aliæ rationes poſſent adduci pro opi. Ariſtot. quòd ipſe intelligat in vnoquoque genere tantũ de menſura habẽte ex natura rei vnitatem minorem vnitate numerali, loquendo de menſura primo, & per ſe, ſed iſte rationes pro nunc ſufficiant. Et quod addit iſte exponendo propoſitionem philoſophi, quòd philoſophus principaliter loquitur de illis, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, & de illis, quæ habent indiuidua, quorum aliqua ſunt maiora, & aliqua minora, & vult, quòd illud, quòd eſt maius alijs ſit menſura aliorum, nõ tamen omnium indiuiduorum illius ſpeciei, ſed tantum illorum, quæ non ſunt ita parua, &c. Sed iſta expoſitio eſt ita expreſsè contra intentionem Ariſtot. & Commen. & verba ipſius, vt patet intuenti textũ Ariſt. quòd non oportet eam aliter improbare.

Effectus non poſſint depẽdere à duabus cauſis.

¶ Ad ſecundam reſponſionem, quã dat ad ſecũdam rationem Doct. Cum dicit, quòd in ſpecie athoma non ſit comparatio, ſed propter hoc ſolũ ſit comparatio, quia plura indiuidua eiuſdem ſpeciei poſſunt facere vnum indiuiduum, & ideo vbi multa indiſtincta loco, & ſubiecto poſſunt facere vnum, ibi ponenda eſt talis comparatio, & non alibi, & ſic dicitur hoc album eſſe albius albo, quia habet plures partes albedinis in eodem ſubiecto primo.

¶ Contra quam expoſitionem dico primò hoc eſſe contra tex. Ariſt. vt patet 7. phyſicorũ. tex. commen. 29. dico, inquit, ſicut calor habet diuiſionem, non ergo comparabile eſt ſecundum hoc, vt vtrum coloratum magis ſit albũ, quàm nigrum, hoc enim non comparatum ſecũdum aliquem colorem, ſed inquantum eſt color, ſed ſecundum albedinẽ, hæc ille. Et Comment. commen. 29. quoniam inquit color non coniungitur cum colore, ſecundum quòd eſt color, quoniam color diuiditur per differentias attributas colori diuiſiuas, & iſte differentiæ ſunt diuerſæ ſecundum formas, & ſubiectum, niſi comparatio cadat inter illa duo in eadem ſpecie coloris, quoniam in iſtis poteſt eſſe comparatio, & coniunctio, verbi gratia, in duobus albis, quoniam poſſibile eſt dicere alterum eſſe albius reliquo, aut ſimiliter, hæc ille. Ex quo patet expræſsè, q̃ iſta comparatio ſit inter aliqua duo, quæ conueniunt in aliqua natura ſpecifica, ſecundum quam comparantur ad inuicem magis, vel minus participando.

Confutatio reſponſionis Gul. Ocham ad rationem Doct.

¶ Præterea ratione inſto contra hanc expõnem, quia non ſufficit dicere, hoc eſt albius illo, quia habet plures partes albedinis, niſi vtrũque conueniat in albedine, participãdo eã plus, & minus. Si enim dicimus a. eſt albius b. certum eſt, quòd a. & b. conueniũt in albedine, licet a. plus, & b. minus, & tũc quæro in qua albedine conueniunt, non in albedine ſingulari, quia tũc duo ſingularia participarent vnũ, & idem ſingulare ſecundum magis, & minus. Sequitur ergo, quòd ſi realiter comparantur in albedine, & non in albedine ſingulari, cum ibi nulla ſit comparatio, quòd erit albedo ex natura rei, habens vnitatem ſpecificam, & minorem vnitate numerali.

¶ Præterea quæro, cur Ariſt. præmiſit vbi ſupra, quòd quia in genere latent æquiuocationes, ideo in genere non ſit comparatio, aut vult Ariſt. quòd in genere lateant æquiuocationes ex natura rei, aut tantum per opus intellectus, non ſecũdò, vt patet, quia in cõceptu generico nõ ſunt huiuſmodi æquiuocationes, cũ æqualiter dicatur de omnibus ſpeciebus. Si primo modo quæro, quomodo ſunt æquiuocationes ex natura rei, aut hoc ideo eſt, q̃a vnum indiuiduum eſſentialiter eſt perfectius alio, aut quia in genere ſint plures naturæ ſpecificæ, inter quas eſt ordo eſſentialis, ita quòd vna eſt eſſentialiter perfectior alia. Si primò, ergo ſequitur, q̃ in indiuiduo tantum fiat comparatio, cum Ariſto. velit, vbi ſupra, quòd in genere non ſint comparationes propter rationem ſuperius dictam, ſed inter aliqua, inter quæ non eſt ordo eſſentialis, cuiuſmodi ſunt indiuidua eiuſdem ſpeciei, vt patet tertio metaph. tex. commen. 11. modo vnũ indiuiduũ non poteſt eſſe ratio formalis, quare duo indiuidua ex natura rei comparentur ad inuicem ſecundum magis, & minus, vel ſecundum ſimiliter ſe habere,

In genere non fit comparatio.

habere, oportet ergo dicere, quòd in natura, in qua conueniunt indiuidua eiuſdem ſpeciei fiat talis comparatio ex natura rei, aliter nec ad mētem Ariſtot. nec ſui Commen. concluderet propoſitum.

¶ Præterea. Si comparatio ex hoc ſolo dicitur fieri, puta in albedine, quia vnum indiuiduum albedinis habet plures partes, & ideo albius, ita ſequeretur, ꝙ poſſet fieri comparatio in genere, q̄a ita bene vnū coloratum poteſt habere plures partes coloris, & ſic vnū erit magis coloratum quàm aliud: oportet ergo aſſignare differentiam, quare primum conceditur, ſcilicet, ꝙ habens plures partes albedinis ſit albius, & ſecūdum negatur, ſcilicet ꝙ habens plures partes coloris ſit coloratius, nulla ratio differētiæ aſſignari poteſt, niſi quia duo alba ex natura rei, nata ſunt cōuenire in albedine habente vnitatem minorem vnitate numerali, in cuius indiuiduis non poteſt eſſe ordo eſſentialis, cum albedo eſſentialiter ita perfectè ſit in vno, ſicut in alio, in qua tamē dantur gradus perfectionales nō ſpecifici, ſecundum quos vnum magis dicitur album alio, & ſic patet quomodo reſpōſio ad rationem Doct. nihil concludit.

Improbatio reſponſionis Ocham ad tertium argumentum Scoti.

¶ Ad reſponſionem tertiæ rationis, quæ erat de fundamento ſimilitudinis, & æqualitatis, &c. Cū dicit, ꝙ ponendo ſimilitudinem relationem diſtinctam realiter ab extremis, ꝙ ſunt hic duæ ſimilitudines habentes duo fundamenta realia, quorum vterque eſt vnum numero, & ideo illud vnum non eſt ratio ſimilitudinem fundādi eiuſdem ad ſe, ſed eſt ratio ſimilitudinem fundandi ad aliud. Dico, ꝙ hæc reſponſio nullo modo ſtare poteſt, nec eſt ad mentem Ariſt. & accipio duo alba, quæ naturaliter fundant duas ſimilitudines, & quæro tūc de ratione formali fundandi ſimilitudinē, videlicet, quæro quid ſit illud in duobus albis propter quod vnum realiter dicitur ſimile alteri. Si dicatur vt dicit, ꝙ album a. eſt ratio fundandi ſimilitudine ad aliud, puta ad b. & album b. eſt ratio fundādi ſimilitudidem ad a. & tūc quæro, quare magis a. eſt ratio fundandi ſimilitudinem ad b. quàm ad alium colorē, puta ad rubeum, nulla videtur poſſe aſſignari ratio, niſi quia album a. realiter conuenit in aliquo, ſecūdum quod dicitur ſimile albo b. & illud tale non poteſt eſſe, niſi vnitas ſpecifica albedinis, in qua a. & b. naturaliter conueniunt. Si enim Ariſto. vult, quòd ſimilitudo fundetur ſuper vno, quod ſit ratio, quòd a. & b. realiter ſint ſimilia, illud vnum nō poteſt aſſignari pro vno numero, ſed pro vno habente vnitatem ſpecificam ex natura rei, aliter non dicerentur ſimiles ex natura rei.

¶ Præterea, quod ex ſe eſt tale, ꝙ eſt ſimpliciter ratio diſtinguendi vnum ab altero, nullo modo eſt ratio fundandi ſimilitudinem, patet iſta, quia quod eſt ratio fundandi ſimilitudinem ad aliud eſt ratio conuenientiæ illorum ad inuicem, ſed quodlibet ſingulare eſt ſimpliciter ratio diſtinguendi à quolibet alio ſingulari, vt patet: ergo nullum ſingulare vt huiuſmodi eſt ratio realis conuenientiæ inter ſe, & aliud ſingulare, nec etiam inter quæcunque alia ſingularia: ergo nullū ſingulare eſt ratio fundādi ſimilitudinē: dicere ergo, ꝙ ſingulare a. eſt ratio fundandi ſimilitudinē ad ſingulare b. eſt dicere, ꝙ illud eſt præciſè ratio diſtinguendi vnum ab altero, & ſit ratio realis conuenientiæ illorum ad inuicem, quod non eſt intelligibile.

Quomodo ſingulare dicat in diuiſionem.

¶ Præterea, quodlibet ſingulare dicit in diuiſionem à ſe, & diuiſionem à quolibet alio, quod non eſt ipſum: tunc quæro, ſi a. eſt indiuiſum à ſe numeraliter, & diuiſum à quolibet alio, ita ꝙ ſit præciſè ratio ſingularitatis negatio diuiſionis à ſe, & negatio identitatis à quolibet alio, vt multi ponūt, aut ratio ſingularitatis ſit quædam entitas poſitiua, quæ eſt ſimpliciter ratio diſtinguendi numeraliter vnum ab altero: tunc quæro, cum a. eſt ſimile b. quid ſit ratio fundandi ſimilitudinem in a. ad ipſum b. ſi dicis, ꝙ eſt ipſum ſingulare, puta a. quæro, ſecundum quam rationem, aut ſub illa ratione, qua eſt indiuiſum à ſe, & diuiſum à quolibet alio, & tunc duplex negatio erit ratio fundandi ſimilitudinem, & vltra illud, ꝙ nullo modo eſt ratio conueniendi eſſet ratio fundandi ſimilitudinem, quæ ſunt abſurda, aut a. eſt ratio fundandi ſimilitudinem, inquantum eſt quid poſitiuum, quod eſt ſimpliciter ratio conſtituēdi aliquid in eſſe indiuiduali, & diſtinguendi illud à quolibet alio, quod non eſt ipſum: & tunc illud, quod eſt magis ratio fundandi diſſimilitudinem erit ratio fundandi ſimilitudinem: nam vt eſt ratio ſimpliciter diſtinguendi vnum ab altero videtur ratio fundandi diſſimilitudinem, & diſconuenientiam, vt etiā patet per Ariſtor. quinto metaphyſicorum. tex. commen. 20. vbi vult, ꝙ ſimile fundetur ſuper vnum, ſupplè, ꝙ eſt ratio conueniendi plura adinuicem, & diſſimilitudo fundetur ſuper plura, quæ ſunt ratio diſconueniēdi adinuicem, aut a. eſt ratio fundandi ſimilitudinē ad b. vt includit aliquid ex natura rei, quod eſt ſimpliciter ratio conueniendi a. cum b. tunc habetur propoſitum, quia illud tale erit vnum ex natura rei habens vnitatem minorem vnitate numerali. Et quod dicit iſte, ꝙ illa eſt intentio Ariſt. ſ. ꝙ ſimile fundetur ſuper vno numero modo præexpoſito, quia poſtquam dixit. Quomodo ſimile idem, & æquale dicuntur ſecundum vnum, poſtea ſubdit. Vnum, aut numero principium & metrum: ergo non intelligit de aliqua vnitate alicuius, quod non eſt vnum numero. Sed hæc expoſitio, nec eſt ad mentem Ariſt. nec verba Ariſt. hoc dicunt, dicit enim ſic: Et amplius æquale, & ſimile, & idem ſecundum alium modum; ſecundum enim vnum dicuntur omnia, eadem namque quorum vna eſt ſubſtātia, ſimilia verò ſunt, quorū qualitas eſt vna æqualia, quorum quantitas eſt vna, vnū autem numeri principium eſt, & metrum; quare hæc omnia ad aliquid dicuntur ſecundum numerum quidem, non tamen eodem modo, hæc illæ, vbi expreſsè patet, quòd non accipit ibi vnum numero, ſed accipit ibi vnū, vt eſt metrum, & principium numeri, ideſt vt vnum eſt menſura, & principiū numeri, & ideo infert, quare hic omnia dicuntur ad aliquid ſecundum numerum, ideſt ſecundum aliquid pertinens ad genus numeri, ſed non eodem modo, q̄a primæ relationes erant ſecundum numerum comparatum ad vnū, vel ad numerum, iſtæ autem ſunt ſimpliciter ſecundum vnum. Nam in re ſunt eædē relationes, ſed vt altero loco ponūtur, comparantur ad vnum ſimpliciter, & vide textum, & Comment. ibi.

Simile vbi fundetur.

Improbatio reſponſionis ad quartum argumentū Scoti.

¶ Ad quartam reſponſionem, quæ eſt ad quartā rationem Doct. quæ fundatur ſuper hoc, ꝙ vnius oppoſitionis realis ſunt duo extrema realia, cum dicit, quòd loquendo de oppoſitione reali in re, puta de oppoſitione contraria, quòd non ſunt tantum duo extrema oppoſitionis realis, ſed ſi ſint multæ oppoſitiones reales: vnde hęc albedo, & hęc nigredo opponuntur realiter, ſimiliter illa albedo, & illa nigredo opponuntur realiter, & de iſtis eſt præciſè verum, ꝙ vnum contrariorum corrumpit reliquum, & vtrumque illorum eſt vnum numero.

¶ Contra hanc reſponſionem inſto, præſupponendo aliqua.

¶ Primò, oppoſitio contrariorum eſt oppoſitio verè realis, quia vnum oppoſitum realiter deſtruit aliud,

aliud, quod non eſſet, niſi inter illa eſſet realis oppoſitio.

¶ Secundò præſuppono, ꝙ inter extrema oppoſitionis realis eſt talis adæquatio, ꝙ vnum extremũ ſic realiter adæquatur alteri, ꝙ ſicut vnum contentum ſub vno extremo natum eſt corrumpi ab alio contento alterius extremi, ita quodlibet cõtentum primi extremi, quod eſt eiuſdem rationis cum illo, quod eſt natum corrumpi, natum eſt corrumpi, non tantum ab vno contento ſub alio extremo, ſed à quolibet contento ſub illo extremo, quod eſt eiuſdem rationis, & intenſionis: exempli gratia, ſint duo extrema contrarietatis, quæ dicantur a. & b. ſub a. contineãtur mille caliditates intenſæ vt quattuor, & ſub b. mille frigiditates intenſæ in proportione dupla: & tunc dico, ꝙ ſicut vna caliditas numero contenta ſub a. nata eſt corrumpi ab vna frigiditate contenta ſub b. ita quælibet alia caliditas contenta ſub a. cum ſit eiuſdem rationis, & intenſionis cum prima nata eſt corrumpi ab illa frigiditate. Et ſimiliter dico, ꝙ ſi vna frigiditas contenta ſub b. nata eſt ex ſe corrumpere omnem caliditatẽ contentam ſub a. ſucceſſiuè tamen, ita quælibet frigiditas contenta ſub b. cum ſint ſimpliciter eiuſdem rationis, & intenſionis nata eſt corrumpere quamlibet caliditatem ſub a. & ſic patet, quòd vna frigiditas præciſè non opponitur vni calliditati, immo opponitur omnibus eiuſdem rationis, & intenſionis cum prima, etiã ſi eſſent infinitæ: oportet ergo, quòd extrema contrarietatis, ſiuè vnius oppoſitionis realis ſint communia, ita ꝙ vnum extremum contrarietatis adæquatè præciſè opponatur alteri extremo, ſic ꝙ album præciſè opponitur nigro, & calidum prçciſè opponitur contrariæ frigido. Si ergo daĩ vna oppoſitio realis, q̃ ſit præciſè inter duo contraria, quodlibet extremum talis cõtrarietatis erit vnum ex natura rei, vnitate minore vnitate numerali, aliter non poſſet aſſignari vna prima contrarietas. Si enim quæratur quid contrariatur primæ caliditati? oportet dicere, ꝙ frigiditas ſibi primò contrariatur, & tunc quæro, aut eſt vna numero, aut plura numero. Si primò, ergo vnum numero erit præciſè extremum contrarietatis realis, & ſic caliditas non poſſet deſtrui niſi ab vna frigiditate ſingulari, quod eſt falſum. Si ſecũdò, ergo erunt plures contrarietates primæ, & ſic ſub vno genere non poterit aſſignari vna prima cõtrarietas. Sequitur ergo, ꝙ ſi ſub vno genere, puta ſub colore ſit vna contrarietas prima ex natura rei, cuius extrema adæquatæ, & præciſè opponuntur ſic, ꝙ vnum extremum tantum vni opponatur, & econtra, oportet dicere, ꝙ quodlibet extremũ cõtrarietatis primæ, ſit vnũ ex natura rei vnitate minore vnitate numerali. Nec valet dicere, ꝙ vnitas illa minor eſt tantum vnitas conceptus, vt cum dico albedo in communi adæquatæ contrariatur nigredini, ſi albedo accipitur pro conceptu mentis, & nigredo pro alio conceptu, tunc in genere coloris non erit danda aliqua prima contrarietas ex natura rei, patet, quia conceptus albedinis, & conceptus nigredinis nullo modo opponuntur cùm ſint ſimul in eodem intellectu. Nec ſufficit dicere, ꝙ ab iſta albedine, & ab illa abſtrahiẽ conceptus communis, & ſimiliter ab illa nigredine, & ab illa abſtrahitur alius conceptus communis, qui dicuntur prima extrema contrarietatis primæ in genere coloris, hoc non videtur verum. Tum quia, vt dixi, illi conceptus non opponuntur adinuicem. Tum quia ſi extrema contrarietatis primæ ex natura rei, non ſunt ex natura rei, nec illa contrarietas prima erit ex natura rei. Nec valet dicere, ꝙ omnes albedines ſingulares dicuntur vnum extremum primæ

Nota & bene.

contrarietatis pro quanto conueniunt in albedine in communi, quia tunc quæro, aut illa albedo in communi accipitur pro albedine ex natura rei, & tunc habetur propoſitum, quia illa primò, & per ſe contrariatur nigredini, ſingulares verò albedines per ſe, & non primò contrariantur nigredini. Aut albedo in qua conueniunt, accipitur tantum pro conceptu mentis, & tunc contra arguatur, vt prius.

¶ Præterea omnes albedines realiter contrariãtur nigredini, quæro tunc, quæ ſit ratio contrarietatis, aut eſt ſingularitas in albedine, aut eſt albedo, in qua ponitur talis ſingularitas. Si primò, tunc inter illa, quæ ſunt eiuſdem rationis, eſſet cõtrarietas, omnes enim ſingularitates, vt ſic videntur ſimpliciter eſſe eiuſdem rationis. Si ſecundò habetur propoſitum, quia ipſa natura albedinis, quæ includitur in omni albedine ſingulari, erit vna ex natura rei vnitate ſpecifica.

¶ Præterea omnes albedines ſingulares opponũtur contrariæ nigredini: tunc quæro, aut hoc conuenit eis per ſe, aut per accidens. Non ſecundò, quia tunc nullum contrarium per ſe opponeretur alteri. Si primò habetur propoſitum, quia quod cõuenit pluribus ſingularibus per ſe ex natura rei, conuenit eis per rationem alicuius communis ex natura rei, primo poſteriorum.

¶ Ad quartam reſponſionem datam ad illam rationem de obiecto ſenſus, qua probat Doctor, ꝙ obiectum ſenſus ſit aliquod vnum ex natura rei minoris vnitatis, quàm vnitas numeralis. Cum dicit iſte, ꝙ quando ſenſus, puta viſus percipit aliquod ſenſibile, percipit illud, vt eſt tantum vnum numero: & dicit ex hoc non ſequi, ꝙ poſſit diſcernere illud à quolibet alio, ponens differentiam inter cognitionem apprehenſiuam, & diſcretiuam: quia plus requiritur ad diſcretiuam, quia cognitio diſcretiua in actu nũquam eſt, niſi reſpectu diſtinctorum. Sed hæc reſponſio magis videtur fugere argumentum, quàm ſoluere: certum eſt enim, quòd ſi cognoſco a. diſtinctæ, & ſub propria ratione, qua eſt a. ꝙ cognoſco ipſum, vt eſt actu diſtinctum à quolibet alio, hoc patet, quia ſicut a. ſub ſua ratione formali acceptum diſtinguitur à quolibet alio, ita cognoſcens a. ſub tali ratione diſtinctã diſtinguit illud à quolibet: ſcit enim de facto, quod non eſt realiter, nec eſſentialiter illud, immo videtur oppoſitio in adiecto cognoſcere a. diſtinctæ, & ſub propria vnitate, & non cognoſcere illud vt diſtinctum à quolibet alio, quod non eſt ipſum. Nec valet dicere, ꝙ cognitio diſcretiua in actu eſt tantum reſpectu diſtinctorum, quia & ſi hoc verum ſit, tamẽ nihil ad b. quia cognoſcens diſtinctæ a. & diſtinctæ b. ſtatim cognoſcit a. non eſſe b. verũ eſt enim, quòd prior eſt apprehenſio diſtincta terminorum, quam ſit apprehenſio diſcretiua: prima enim terminatur ad terminum ſub ratione abſoluta: ſecunda terminatur ad terminum, comparando ad aliũ in ratione diſtincti: ſed ex hoc nõ ſequitur poſtea, ꝙ potentia cognoſcens diſtinctæ a. & b. quin etiam cognoſcat diſtinctæ a. non eſſe b. Et quod addit, ꝙ ad hoc, vt cognoſcatur a. diſtingui a. b. non ſufficit, ꝙ diſtinctæ apprehendatur a. & b. niſi a. & b. ſint diſſimilia loco, & ſitu, &c. Et hoc eſt verum, quando ſubiecta talia apprehenſa nata ſunt facere vnum per ſe, ſicut de qualitatibus ſenſibilibus. Sed hic multa dicit, quæ videntur repugnare, dicere enim, ꝙ cognoſcẽs a. & b. diſtinctæ, & ſub rationibus diſtinctis non diſtinguit a. & b. niſi a. & b. ſint diſſimilia loco, & ſitu, &c. quia ſequeretur, ꝙ cognitio diſtincta a. non eſſet diſtincta, quia cognoſcẽs diſtinctæ a. ſcit ipſum diſtinctæ cognoſcere à quolibet alio: pono modo caſum, quòd a. & b. verè differant nume-

Quid ſit obiectum ſenſus.

numeraliter, ſint tamen ſimilia reſpectu loci, ſitus, figuræ, & huiuſmodi. Tunc quæro, aut apprehendit a. in ſe, & abſolutè, aut apprehendit, inquantũ eſt in tali loco ſitu & figura, ſi primò, cum talis cognitio ſit per ſe, cum terminetur ab obiectum per ſe, tunc cognoſcit illud vt diſtinctum à quolibet alio, & ſic locus, ſitus, & figura nihil obſtant, aut cognoſcit a. vt ſub tali loco, vel figura, &c. adhuc diſtinguo, aut talis cognitio præcisè terminatur ad figuram, & locum, & ſitum, aut terminatur ad a. vt ſub tali loco, & ſitu. Si primò tunc quæro, quando a. & b. ſunt ſimilia in loco, & ſitu, aut ſunt præcisè in eodem ſitu, figura, & loco, &c. quod nõ videtur poſſibile naturaliter, aut a. & b. dicuntur eſſe in alio, & alio loco ſitu, & figura, ſimilibus tamen. Si ponitur vnus, & idem locus, & ſitus numero, tunc tantum apprehendit ſitum, & locum, & nullo modo apprehendit a. quod eſt manifeſtè falſum. Si apprehendit ſitum, & alium ſitum, licet ſimiles, adhuc habetur intentum, quia ſi cognoſcit a. ſub tali ſitu, cognoſcit ipſum diſtinctè, & ipſum diſtinguit à quolibet alio, & ſitu, & figura, &c. Si ſecũdo. ſ. ꝙ apprehendit a. ſub ſitu, &c. adhuc habetur intentum, quia cognoſcens a. ſub aliquo, & diſtinctè prius cognoſcit illud in ſe, & vt ſic diſtinguitur à quolibet alio: quamuis ergo non cognoſcat a. vt diſtinctum a. b. in ratione ſitus, vel figuræ, non ſequitur, quin cognoſcat a. in ſe abſolutè conſideratum, vt diſtinctum a b. Similiter quod dicit de qualitatibus ſenſibilibus, ꝙ faciãt vnum per ſe cum ſubiectis eorũ, licet hoc ſit manifeſtè falſum, quia tamen, ſiuè ſit verum, ſiuè falſum, nihil eſt ad propoſitum, ratio pro nunc omittatur.

¶ Præterea, quod dicit, quòd a. & b. non poſſunt diſcerni propter maximam ſimilitudinem inter illa, hoc videtur omnino repugnare. Et arguo ſic, aut cognoſcit a. diſtinctè ſub ſua vnitate numerali, quæ eſt vnum numero, & cognoſcit ſimiliter b. quamuis inter a. & b. ſit maxima ſimilitudo, aut cognoſcit a. & b. vt omnino indiſtincta propter eorum maximam ſimilitudinem. Si primò habetur intentum, quia cognoſcens a. diſtinctè, vt ſimile b. & cognoſcens b. diſtinctè, vt ſimile a. diſtinctè cognoſcit a. non eſſe b. Si ſecundò: ergo ſequitur, ꝙ non cognoſcit a. diſtinctè, quod eſt cõtra poſitum. Et præterea, ſi indiſtinctè cognoſcit a. & b. propter eorum ſimilitudinem, aut cognoſcit a. & b. vt ſunt indiſtincta numero, & hoc non, quia tunc illa cognitio eſſet manifeſtè falſa, quia cognoſcit aliqua vt vnum numero, quæ tamen in re ſunt diſtincta numero, aut cognoſcit indiſtinctè vt plura numero, & adhuc habetur propoſitum, quia tũc cognoſceret vnum non eſſe aliud, aut tertiò cognoſcit indiſtinctè vt vnum vnitate minori vnitate numerali, & tunc habetur intentum, quia aliud tale erit aliquod commune ex natura rei, cum terminet actũ ſentiendi.

¶ Quod etiam dicit, ſi tamen ſit potentia intellectiua, poteſt cognoſcere ipſum eſſe diſtinctum ab omni alio, aliquo tamen certo demonſtrato, non tamen oportet, quòd poſſit cognoſcere ipſum eſſe diſtinctum ab omni alio, vel ab hoc, quia aliqua vniuerſalis poteſt ſciri, & tamen multæ ſingulares ignorari. Iſtud dictum videtur ſimpliciter includere repugnantiam; dicere enim, quòd aliqua potentia poſſit cognoſcere a. diſtinctè ab omni alio, & certo dato non poſſit diſtinguere a quolibet alio videtur omnimodè repugnantia, & accipio hoc certum, puta a. Et quæro, an intellectus cognoſcat ipſum diſtinctè, & ſic ſub propria vnitate numerali tantum ſibi competenti, ſi ſic: tunc aſſignato quocunque alio numeraliter diſtincto ab a. de facto ſciet a. non eſſe aliquod aſſignatorum, niſi fortè iſte velit inſiſtere tantum de rigore vocis, vel ſermonis, quod pro nunc ego non curo, quia vbi res conſtat, parum curamus de nominibus. Nec valet dicere, ꝙ poteſt ſciri aliqua vniuerſalis, & multæ ſingulares ignorari, adhuc hoc eſt manifeſtè falſum, loquendo de cognitione diſtincta, cum cognitio vniuerſalis ſimpliciter dependeat à cognitione ſingularium inferentium talem vniuerſalem: ſi enim diſtinctè cognoſco omnem albedinem: ſequitur etiã, quòd diſtinctè cognoſcam hanc & hanc albedinẽ, quia cognitio talis vniuerſalis merè dependet à cognitione ſingularium: ergo cum cognitione diſtincta alicuius vniuerſalis non poteſt ſtare ignorantia alicuius particularis, loquendo ſemper de vniuerſali, cuius ſubiectum ſtat confuſè mobiliter, vel prædicatum, ſi tale vniuerſale ſit à parte prædicati, vt cum dico, cognoſco diſtinctè omnem albedinem: ergo cognoſco diſtinctè hanc, & hanc albedinem, quicquid dicant alij de actibus ratiocinatiuis. Et ſimiliter cum dicit, ꝙ ſenſus propriè nõ poteſt cognoſcere ipſum eſſe diſtinctum à quocunque, quia hoc pertinet ad notitiam complexam, qua ſcitur hoc non eſſe hoc: Quicquid ſit de hoc, an ſenſus poſſit habere actum componendi, vel diuidẽdi pro nunc non curo, ſed quod ſenſus poſſit comparare vnum ad aliud: in hoc ego non dubito, vt patet à Doct. in primo, diſt. 45. & vltra poſito, ꝙ non poſſit comparare, adhuc ſi duo alba numero diſtincta diſtinctè cognoſcantur à tali ſenſu in re, & realiter, ſcit vnum non eſſe aliud, licet non componat, nec diuidat, nec comparet, & de hoc principaliter loquimur.

Nota hanc reſponſionẽ.

Senſus poteſt comparare vnum ad aliud.

¶ Et quod adducit quodammodo pro Achilli dicens, ꝙ ſenſus diſcernit magis album a. minus albo, & tunc aut apprehendit aliquod iſtorum per ſe ſub ratione communi, aut ſub ratione ſingularis. Si primò, & in illa conueniunt: ergo per illam nõ diſcernit. Si ſecundò habetur propoſitum, ꝙ apprehendit ſub ratione ſingularis, non ꝙ iſta intẽtio ſingularis ſit ratio terminãdi, ſed quòd illud, quod immediatè denominatur ab hac intentione, ſit immediatè terminans. Reſpondeo, ꝙ ſenſus, aut cognoſcit diſtinctè minus album, & tunc concedo, ꝙ cognoſcit illud vt diſtinctum à magis albo. Ita ꝙ ſi cognoſcit illud diſtinctè ſub vnitate numerali ſibi propria, tunc conceditur, ꝙ apprehendit ſub ratione ſingularis. Si tamen non apprehendit diſtinctè, ſed tantum confuſè, ita ꝙ confuſè ſciat a. eſſe minus album, quam b. dico, ꝙ talis apprehenſio terminatur ad album, quod eſt commune vtrique albo, in quo magis album, & minus album conueniunt, & vt ſic tale albũ eſt ratio cognoſcendi vtrũque confuſe, non autẽ eſt ratio cognoſcendi diſtinctè vnum ab alio: cum nullo modo nec album, nec minus album, nec magis album diſtinctè ab aliquo ſenſu concipiantur, tamen cum hoc ſtat, ꝙ cognoſcatur minus albũ confuſè, vt diſtinctum à magis albo, etiam confuſè cognito, licet enim actus ſentiendi terminetur ad ſingulare non ſub ratione ſingularitatis, quia ratio terminandi non eſt ſingularitas, ſed natura albedinis, quia tamen talis albedo concipitur in tali ſubiecto, confuſè concipitur, vt minus, vel magis album, nec enim pono albedinẽ in communi eſſe rationẽ diſtinguendi minus albũ à magis albo, magis enim, & minus ſecundum intentionẽ gradualem in eadem ſpecie, non ſequitur naturam communem, vt communis eſt, ſed tñ naturam, vt in ſingulari, non enim albũ in communi dicitur magis, vel minus primo, ſed bene hoc album, & tunc cum cognoſco, minus album cognoſco vnũ ſingulare, cõfuſe tamen, quæ cognitio prius

termi-

terminatur ad albedinem, vt albedo eſt, & poſtea terminatur ad albedinem, vt in tali ſingulari, cõfuſe tamen, nec ſequitur, ꝙ ex hoc cognoſcat vniuerſale, quamuis cognoſcat commune, cũ non cognoſcat illud ſub ratione vniuerſalitatis.

¶ Quod dicit ad confirmationẽ illam de primo obiecto. Dico, ꝙ Doct. nõ habet illã confirmationem pro ratione concludente, prout ipſe dicit, & quod dicit, ꝙ primũ obiectum intellectus primitate generationis eſt vnum primitate numerali patet hoc eſſe falſum, per improbationes ſuperius factas, adducendo contra eum Ariſt. & Commen.

Improbatio reſpõſionis.

¶ Ad ſextam reſpõſionem quæ eſt ad illam rationem Doct. de vnitate reali, & diuerſitate oppoſita. Cum dicit iſte concedendo, ꝙ eo modo, quo omnis vnitas realis eſt numeralis, ꝙ illo modo omnis diuerſitas realis eſt numeralis, etiam diuerſitas ſpecifica eſt numeralis, quia quæ differũt ſpecie, differunt numero, & econtra, quia ad hanc reſponſionẽ ſequitur, ꝙ omnis diuerſitas numeralis, inquãtum numeralis eſt æqualis, hoc eſt eiuſdem rationis, dicit iſte hoc eſſe ſimpliciter impoſſibile, ſcilicet ꝙ omnis diuerſitas numeralis ſit æqualis. Contra, & accipio vnum numero, & ſit a. aut a. eſt præciſe entitas illa, qua ſpecie differt à b. & cõuenit cum c. aut eſt præciſe aliquid aliud ab illa entitate, qua numeraliter differt ab omni alio ſingulari. Si primò tũc habetur intentũ, ꝙ in a. eſt aliqua entitas, in qua a. & c. realiter conueniunt, & per quam a. ſpecie differt à b. Si ſecundò, tunc ſequitur, cum illud ſit ſimpliciter ratio indiuidualis, quòd illa a. quocunque ſit eiuſdem rationis, patet, quia nũl per quãcunque ſingularitatẽ dicit magis eſſe in vno genere, quàm in alio, nec in vna ſpecie magis, quàm in alia, & per conſequens ſi omnis diuerſitas realis ſit tantum numeralis, ſtatim ſequitur, ꝙ omnis talis diuerſitas, inquantum numeralis ſit ſimpliciter æqualis, & ſic Sor. & Brun. tm̃ numero differũt, ꝙ eſt falſum. Aut ipſum a. dicit aliquid conſtitutũ ex entitate, qua cõuenit cum c. & differt a. b. & ex entitate, qua differt a. c. ergo nõ ſequitur, ꝙ omnis vnitas realis ſit præciſe numeralis, quia illa dicitur præciſe numeralis, per quam vnum tantũ differt ab alio numero. Et cum dicit ad illud Doct. ꝙ ſi omnis diuerſitas realis eſſet numeralis, nõ plus intellectus abſtraheret ſpeciem à Sor. & Fran. quàm à Sor. & Bru. dicit iſte, ꝙ hoc non eſt verum, quia magis abſtrahit a Sor. & Franc. non ꝙ conueniant in aliqua natura, immò ſe totis ſunt primò diuerſa. Sed quia Sor. & Franciſ. ſunt talia entia, ideo ab ipſis poteſt abſtrahi vnitas conceptus ſpecifica dico, ꝙ quia deficiunt reſponſiones, oportet aſſignare cauſam valdè communẽ omni enti. Et ſi hoc ſolum euadere poſſit per hanc reſponſionem. ſ. ꝙ magis à Sor. & Franciſ &c. Sed poſtea non poteſt ſoluere illam rationem de 7. phyſic. quæ eſt de comparatione in ſpecie athoma, quæ omnino præſupponit naturam communẽ, nec illam de 5. metaph. de ſimilitudine, quæ fundatur ſuper vno, nec illam de oppoſitione reali, nec illam de obiecto actus ſentiendi, nec ſimiliter illã de 10. metaph. de menſura in eodẽ genere, & ſic de alijs, quæ omnes neceſſariò ſupponunt commune ex natura rei. Nec etiam iſtã ſoluere poteſt, niſi tantum fugiẽdo, quia Sor. & Franciſ. tantum numero differunt, ita quòd eſt ibi tantum diſtinctio numeralis. Tunc ſequitur, cum omnia talia ſint eiuſdem rationis, ꝙ nõ magis à Sor. & Franciſ. poteſt abſtrahi vnitas ſpecifica, quàm à Sor. & Bru. quæro enim, quare magis Sor. & Fran. realiter conueniunt, aut ſimpliciter ſe totis conueniunt, & tunc quæro quo differunt, certum eſt, quòd eodem ſimpliciter non conueniunt, & differunt. Quæro enim quid ſit illud, quo conueniunt ex natura rei, aut eſt vnitas communis ex natura rei, & habetur intentum, aut eſt vnitas præciſè numeralis, & hoc eſt falſum, quia tunc conuenirent tantum in vnum numero. patet, quia ſi ratio ſimpliciter conueniendi aliqua adinuicem ſit numeralis, illa, quę dicuntur conuenire tantum cõueniũt in vnitate numerali. Et præterea vnitas numeralis eſt tantum ratio diſtinguendi numeraliter, ergo nullo modo eſt ratio conueniendi ex natura rei. Præterea quæro de ratione ſingularitatis, aut dicit aliquid poſitiuum ex natura rei, de qua ſupra, aut conceptum rationis. Si primò, aut præciſè dicit totam entitatem ſingularitatis, & tunc ſtat ratio, ꝙ ſi omnis vnitas realis ſit tantum numeralis, quòd omnis diuerſitas realis erit tantum numeralis, cum ratio formalis ſingularitatis ſit eiuſdem rationis in omni creatura, aut non dicit præciſè totam entitatem, ſed aliquid additum priori entitati: & tunc quæro de illa priori, aut eſt ex ſe ſingularis, & tunc quæro, vt prius, aut ſingularitas illa dicit præciſè totam entitatem priorem, & tunc omnis diuerſitas realis erit numeralis, vt dixi ſupra, aut aliquid additum, & quæro de illo alio, & ſic, vel oportebit ſtare ad aliquam entitatem priorem ſingularitate, quæ ex ſe nullo modo erit ſingularis, aut erit procedere in infinitum in ſingularitatibus, multæ aliæ rationes contra hanc reſponſionem poſſent adduci, ſed pro nunc iſta ſufficiant.

Quæ nam ſint primò diuerſa.

¶ Ad illud, quòd dicit ad confirmationem illam de primò diuerſis, vbi Doct. probat, quòd tũc omnia eſſent primò diuerſa. dicit iſte, quòd aliqua dicuntur primò diuerſa, ex quibus poteſt conſtitui propoſitio negatiua immediata, & ſic omnia indiuidua alicuius ſpeciei dicuntur primò diuerſa: hæc enim eſt vna negatiua immediata, Franciſcus nõ eſt Ioannes, & ſimiliter hæc, iſta albedo non eſt illa, indiuidua verò vnius ſpeciei comparata ad indiuidua alterius ſpeciei, non dicuntur primò diuerſa vt iſta, Franciſcus non eſt Brunellus, cum non ſit vna negatiua immediata, ſed tantum mediata: prima enim immediata eſt iſta, nullus homo eſt Brunellus, Franciſcus eſt homo: ergo Franciſcus non eſt Brunellus. Addit etiam, quòd omnes ſpecies eiuſdem generis ſunt primò diuerſæ: nam hæc eſt vna negatiua immediata, homo non eſt aſinus, ſpecies verò alterius, & alterius generis non ſunt primò diuerſæ: hęc enim nõ eſt immediata, homo non eſt albedo, ſed hæc nulla ſubſtantia eſt albedo, homo eſt ſubſtantia: ergo homo non eſt albedo.

¶ Contra hanc reſponſionẽ, in qua videtur multa implicare, primò quæro de primò diuerſis ex natura rei, circũſcripto omni opere intellectus, quare Sor. & Franciſ. dicuntur primò diuerſa, & Sort. & Brunel. non dicuntur primò diuerſa? Si enim illa dicuntur primò diuerſa ex natura rei, quæ minus conueniunt, ſequitur, quòd Sor. & Brun. ſunt magis primò diuerſa, quia minus conueniunt, patet per te, quia tu dicis, quòd à Sorte, & Franciſco eſt magis abſtrahibilis conceptus ſpecificus, quàm à Sor. & Brunel. quia ex natura rei magis conueniũt. Nec valet fugere ad hoc, quòd Sor. & Franciſ. ſint primò diuerſa, quia nata facere propoſitionem negatiuam immediatam, vt ſupra patuit, hæc autem non ſunt primò diuerſa Franciſ. & Brunel. Et tunc quæro, quare hæc eſt immediata negatiua, nullus homo eſt Brunellus, magis, quàm iſta, Franciſcus non eſt Brunellus: nam ſi ly homo in ſubiecto ſupponit confuſè diſtributiuè mobiliter, ſequitur de facto, quòd ſi illa eſt immediata, ita & quælibet ſingularis ſumpta ſuberit immediata. Si homo eſt ratio negandi Brunell. à Franciſco, & Ioanne, aut accipitur homo in ſuppoſitione perſonali, aut in ſuppo-

Nota & bene.

ſuppoſitione ſimplici. Si primo ergo tantum ſtat pro ſuppoſitis hominum eſſe medium negandi Brunellum à Franciſco, eſt dicere Franciſcũ eſſe medium negandi Brunellum à Franciſco, vel aliquod aliud ſuppoſitum hoīs, qđ nihil eſt dictu. Si ſecundò, vt ſupponit ſimpliciter, aut ly homo accipitur pro natura cōi ex natura rei, & tunc hr̄ propoſitum.ſ.ꝙ detur natura ſpecifica ex natura rei, licet tñ ex hoc non ſequatur poſtea.ꝙ ſit mediũ ſic negandi Brunel. à Sorte, vt ſint primò diuerſa, aut ly homo dicit tm̄ conceptum mentis, & tunc hæc eſt falſa, nullus homo eſt Brunellus, cum ly homo ſupponat perſonaliter, qđ repugnat termino ſupponenti ſimpliciter, iſta.n. videntur voluntariè dicta, nec.n. facimus vim in vocibus, vel nominibus, ſed in ipſis rebus cum ſermo ſm̄ Aug. ſit ſubiectus rei, & non econtra. Cum.n. loquimur de diuerſitate aliquorum adinuicem, puta Sor. Franciſci, & Brunelli, loquimur de diuerſitate ex natura rei, & ſimiliter cum loquimur de conuenientia aliquorũ, puta Sor. & Fran. loquimur de conuenientia ex natura rei. Cum.n. dicimus hanc propoſitionem eſſe mediatam.ſ. homo eſt riſibilis, ex hoc dicimus, qđ reſpectu riſibilitatis inhærentis aſſignatur mediũ ex natura rei, & probata riſibilitate de hoīe in cōi eadem probatur de quolibet inferiori ad hominē, & hoc per rationem ipſius hoīs, cui primò conuenit riſibilitas, & ſi homo in cōi non diceret ex natura rei vnitatem minorem vnitate numerali, nullo modo riſibilitas demōſtraretur de homine, nec de Sorte, & Iohanne.

Quæ ſit propoſitio mediata.

¶Et ꝙ iſta expoſitio non ſit ad mentem Ariſt. videlicet, ꝙ illa non dr̄ primò diuerſa, quæ minus conueniunt, vel quæ in nullo conueniunt, & differentia, quæ in aliquo conueniant, ſed primò diuerſa, quæ faciunt propoſitionem negatiuam immediatam, & dr̄ia, quæ nōn faciunt propoſitionē negatiuam immediatam, probatur, ꝙ non ſit mens Ariſt. per ea, quæ dicit in 5. metaph. t. non habēte com. qui textus immediatè ſequitur textum commen. 15. qui textus incipit: Eadem verò dicũtur diuerſa, inquit, quorum, aut ſpecies plures, aut materia, aut ratio ſubſtantiæ, & oppoſitę oīno eidem dr̄ diuerſum, cum dicit, ꝙ oppoſitę oīno eidem dr̄ diuerſum.i.ꝙ oīno diuerſum opponitur eidem, quia tot modis pōt accipi diuerſum, quot modis ipſum idem, quia quot modis dr̄ vnum oppoſitorum, tot modis, & reliquum correſpondenter, ex iſto textu patet quomodo Ariſt. loquitur de diuerſis ex natura rei, ſicut dantur diuerſæ ſpecies ex natura rei, & diuerſæ materię, q̃ etiam materia aliquando accipitur pro ſubiecto, aliquando pro genere, & ſimiliter illa dicuntur diuerſa ex natura rei, quorum ratio ſubſtantiæ.i. diffinitio ſubſtantię eſt alia, & vult Ariſt. ꝙ illa dr̄ diuerſa ſpecie, q̃ in nulla ſpecie cōueniunt, & diuerſa diffinitione, q̃ in nulla diffinitione ſubſtantiali conueniunt, & per oppoſitũ eadem ſpecie, quæ in eadem ſpecie conueniunt, ſicut ergo vult Ariſt. ꝙ illa ſimpliciter dicantur diuerſa ſpecie, q̃ in nulla ſpecie conueniunt, ita ſequitur, ꝙ illa dicuntur eadē ſpecie, quæ in aliqua ſpecie conueniunt, & loquitur ibi de conceptu tantũ mentis. Et ſimiliter illa dr̄ primò diuerſa in genere, quæ in nullo genere conueniunt, vt patet parum infra. Amplius inquit quorum diuerſum genus, hæc ille. Oſtendit etiam, quę dr̄ dr̄ia, vbi vult expreſsè, ꝙ illa propriè dr̄ dr̄ia, quę in aliquo conueniunt, & per aliquid differunt. Dr̄ia inquit dr̄ quæcũq; diuerſa ſunt idem aliquid entia, & non ſolum numero, ſed ſpecie, aut genere, aut proportione, hæc ille, vult dicere, ꝙ ſola illa dr̄ differentia, quę adinuicem ſunt diuerſa, & in aliquo vno cōuenientia,

Quæ ſint propriè differentia.

ſiuè illud ſit vnum numero, vt Sortes, puer differt à ſeipſo ſene, eſt ibi diuerſitas pueritiæ, & ſenectutis, quæ tamen ſunt idem in Sorte, ſiuè illud ſit idē in ſpecie, vt Sor. & Plato ſunt diuerſa numero, & conueniunt in ſpecie, puta in homine, ſiuè illud ſit vnum genere, vt homo, & aſinus ſunt diuerſa ſpecie, & conueniunt in animali, ſiuè illud ſit vnum proportione, ſicut tranquillitas maris, & ſerenitas aeris, quę differunt, & cōicant ſm̄ aliquam proportionem in hoc, qđ eſt eſſe quietatum, ꝙ etiam velit Ariſt. dr̄ia propriè eſſe alicui idem entia, patet per textum immediatè ſequentē. Et contraria, inquit, & quæcunq; habent in ſubſtãtia diuerſitatem, hæc ille.i.ꝙ contraria, & quęcunq; habent in ſubſtantia diuerſitatem, ſunt ſupplè propriè dr̄ia, ſicut duæ ſpecies ſub genere, q̃ duabus cōtrarijs differētijs, & ſubſtantialibus differunt, & conueniunt in genere, & ſic patet expreſsè per Ariſt. qūo illa dñr propriè dr̄ia, quæ conueniunt in aliquo quiditatiuè, & inter ſe differunt, ergo ex oppoſito illa dicuntur primò diuerſa, quæ in nullo quiditatiuè conueniunt, patet etiam qūo ſpecies ſub eodem genere dicuntur propriè dr̄ia, & nō primò diuerſa, vt iſte dicit. Et ſimiliter ſingularia ſub eadem ſpecie ſunt propriè differentia, & non primò diuerſa, & ꝙ ſic intelligat, patet etiam vbi ſupra, circa finem huius textus. Diuerſa inquit ſpecies dr̄ quæcunq; eiuſdem generis exiſtentia dr̄iam habent, & quæcũq; habent contrarietatē, & contraria diuerſa ſunt ſpecie abinuicē, aut oīa, aut dicta primum.i. quæ principaliter dr̄, & quorũcunq; in finali generis ſpecie rationes diuerſæ.i. in ſpecialiſſima ſpecie generis, vt homo, & equus indiuidua genere, & eorum rationes diuerſę, vocat.n. ſpecies ſpecialiſſimas indiuidua quatenus ſunt indiuiſibiles in vlteriores ſpecies, & quęcunq; in eadem ſubſtantia entia differentiam habent, eadem verò ſpecie his oppoſitæ dicta, hæc ille.

Quæ ſint diuerſa ſpecie.

¶Et quod dicit iſte, ꝙ ſit hæc intentio philoſophi.ſ.ꝙ illa dicuntur primò diuerſa, quæ tantum conſtituunt propoſitionem negatiuam immediatam, & non ex hoc, ꝙ in aliquo quiditatiuè nō conueniunt, & differentia, quæ cōſtituunt negatiuam mediatam modo præexpoſito, & non ex hoc, ꝙ in aliquo quiditatiuè conueniunt, & inter ſe differũt. Ad quod probandum adducit philoſophum 10. metaph. t. c. 12. Et patet quomodo iſte textus ſit magis ad oppoſitum, quàm ad propoſitum ſuum, vnde expono textum aliter, cum dicit Ariſt. Differentia verò, & diuerſitas aliunde, diuerſum.n. & à quo eſt diuerſum nō neceſſe aliquo eſſe diuerſum, vult dicere, quòd differentia, & diuerſitas, ſiuè ꝙ quæ differunt, & quæ ſunt diuerſa, ſunt aliud, & aliud, & probat, quia diuerſum non eſt neceſſe aliquo eſſe diuerſum, quia diuerſa propriè ſe totis diſtingui poſſunt. Et dicit non neceſſe, quia etiam non diuerſa poſſunt aliquo differre, & aliquo conuenire, quando diuerſum accipitur pro differenti, ſed non eſt neceſſe, quia omne indifferens eſt diuerſum, vt ſupra patuit in quinto metaphyſicor. ſed non conuertitur, quia aliqua diuerſa ſunt ſeipſis totis, & non aliquo ſui diſtinguntur, ſequitur in textu. Omne namq;, aut diuerſum, aut idem quodcunque eſt ens, differens verò ab aliquo aliquo modo ſanè differt, quare neceſſe ipſum idem aliquid eſſe quo differunt, hoc autem idem ipſum genus, aut ſpecies. Ex quo textu expreſsè patet differētia inter diuerſum, & differēs, nã differens propriè eſt aliquo ſui differēs, & aliquo ſui cōueniens, cum dicit neceſſe eſt idem aliquid.i. vnum aliquid eſſe quo differũt.ſ. dr̄ia, hoc aũt quod ipſum idem, .i. illud quo non differunt eſt aliquid idem in illis.

Quæ dicuntur primò diuerſa.

Expoſitio textus.

Differentia inter diuerſum, & differens.

Sequitur oſtendendo, quõ differẽtia in aliquo conueniunt,& diuerſa propriè in nullo. Omne namq; differens differt,aut genere,aut ſpecie,genere quidem,quorum non eſt cõis materia, nec generatio adinuicẽ,vt quorũcunq; aliá figura cathegoriç &c. hic etiam materia accipitur pro genere, nam ſicut quæ non cõicant in materia phyſica non habent adinuicem generationem, nec ſimiliter, q̃ nõ cõicant in prædicamento aliquo habent adinuicẽ generationem, non n.fit dulcedo ex ſuperficie, nec econuerſo. Sequitur in textu. Specie verò quorum idem eſt genus, dr̃ autem genus ſm ꝙ ambo idem dicuntur ſm ſubſtantiam differentia. i ꝙ differentia ſpecie dicuntur idem, ſupplè in genere, ex iſto ergo textu patet expreſsè intentio Ariſt. quamuis iſta malè intelligendo magis videatur declinare ad ſenſum,& verba philoſophi.

¶Iſta pro nunc ſufficiant, nam ex his,quæ diximus faciliter improbari poſſunt dicta ſequẽtia huius opinionis. Ex his etiam quæ dixi facillimè ſolui poſſunt omnes reſponſiones datæ ad rationes Doc.à Greg.de Arimi. Iohanne Anglico Baccone; & à multis alijs.ſ.euidenter oſtendi, poteſt nullo modo euacuare rationes Doc.

A D quæſtionem igitur concedo concluſiones iſtarum rationum, & dico, quòd ſubſtantia materialis ex natura ſua non eſt de ſe hæc, quia tunc ſicut deducit prima ratio, non poſſet intellectus intelligere ipſam ſub oppoſito,niſi intelligeret obiectum ſuum ſub ratione intelligendi repugnanti tali obiecto, ſicut etiam deducit ſecunda ratio cũ ſuis probationibus omnibus. Et ſic aliqua eſt vnitas in re reali abſque omni operatione intellectus, minor vnitate numerali, ſiue vnitate propria ſingularis, quæ vnitas eſt naturæ ſecundum ſe, & ſecundum vnitatem iſtam naturæ, vt natura eſt, natura eſt indifferens ad vnitatem ſingularem, non ergo de ſe eſt ſic vna vnitate illius ſingularitatis. Qualiter autem poteſt hoc intelligi,poteſt aliqualiter videri per dictum Auicen. 5. metaph.c.1. vbi vult, ꝙ equinitas ſit tantum equinitas, nec ex ſe vna, nec plures,nec vniuerſalis, nec particularis.

Notabilis diſtinctio naturæ. ¶Hic nota pro maiori intelligentia, ꝙ natura, puta hominis, poteſt dupliciter conſiderari, primò, vt producitur actu intellectus diuini in eſſe obiectali,ita ꝙ ante operationem intellectus diuini nullum penitus eſſe habet, nec eſſe cognitum, nec eſſe obiectale, nec eſſe potentiale, vt patet à Doc.in primo, diſ.3.q.4.& diſ.36.& 43. & in 2.diſ. 1.q.1. Secundò conſideratur inquantum producitur in eſſe obiectali, ſiuè in eſſe intelligibili, & vt in tali eſſe fundatur poſtea eſſe poſſibile, puta homo ab æterno productus fuit ab intellectu diuino in eſſe intelligibili,& in eſſe poſſibili, & in tali eſſe dicitur ens per ſe quiditatiuè, & eſt illud idem eſſe,quod eſſe eſſentiæ reale, ſed in hoc tãtum differunt, quòd illud eſſe obiectiuum, ſiuè poſſibile eſt eſſe abſolutum hominis ſecundum quid tantum, quia vt ſic, nullum eſſe reale habet, ſed tantum ſibi non repugnat eſſe realis exiſtentiæ, ita ꝙ non eſt ſimpliciter nihil, ſicut chimera, cui repugnat ſimpliciter eſſe, & hæc patent a Doc.in 1.diſt. 36.;Tertiò conſideratur, vt actu habet eſſe cognitum ab æterno, & vt ſic, fundat relationem rationis terminatam ad Deum intelligentem, vt patet à Doc. vbi ſupra. Quartò conſideratur, vt habet eſſe actualis exiſtẽtiæ in ſuis ſingularibus.Si teneatur,ꝙ ipſa natura humana ſecundo modo accepta, ſcilicet in eſſe obiectali, & poſſibili verè habeat eſſe quiditatiuum,& de ipſa verificantur omnia prçdicata eſſentialia, & paſſiones demonſtrabiles,eſt facilis modus tenendi,nam vt ſic,habet eſſe per ſe, & ſic ponitur in prædicamento. Si verò teneatur tertio modo.ſ.ꝙ habeat eſſe cognitum, non eſt ita facilis modus ſuſtinendi quomodo per ſe habeat eſſe quiditatiuum, & per ſe reponatur in prædicamento,quia homo, vt cognitus ab intellectu diuino non videtur dicere vnum conceptum per ſe, cum ſit quoddam per accidens conſtitutum ex natura,& relatione ad Deum cognoſcentem,& vt ſic non vr̃ per ſe reponi in prædicamento, melius eſt ergo accipere omnes quiditates, prout habent eſſe obiectale productum ab actu intellectus diuini.

¶Quod dicit ergo Doc.ꝙ humanitas eſt tm̃ humanitas,debet accipi humanitas,vt habet eſſe obiectiuum,& addit, nec eſt particularis de ſe, licet.n. nunquam ſit realiter ſine aliquo iſtorum, nõ tñ eſt de ſe aliquod iſtorum, ſed eſt prius naturaliter oĩbus iſtis. Et ſm iſtam prioritatẽ naturalem eſt, qđ quid eſt,& per ſe obiectum intellectus,& per ſe,vt ſic conſideratur à metaphyſico, & exprimitur per diffinitionem,& propoſitiones verę, primo modo ſunt veræ ratione quiditatis ſic acceptę, quia nihil dicitur de quiditate primo modo accepta, niſi quod in ea eſſentialiter includitur inquantũ ipſa abſtrahitur ab oĩbus iſtis, q̃ ſunt poſteriora naturaliter.ſ.ab vnitate vniuerſalitate,particularitate &c.

¶Sed dubitatur, quomodo iſta natura ex natura rei dicitur cõis.i.pręter operationẽ intellectus collatiui,& prius natura ipſa indiuiduatione, vt infra patebit præſenti q. ac per conſequens prius natura ipſa exiſtentia, cum exiſtentia primò inſit indiuiduis,ergo vt ſic, non repugnat ſibi ſeparari ab exiſtẽtia,& ab omni indiuiduo, quia priori natura,vt ſic, non repugnat poſſe eſſe prius duratione poſteriori natura, vt patet à Doc.diſ.1.q.2.huius. Et ex alia parte dicit Doc.ꝙ exiſtẽtia,& ipſa natura ſunt eadem res, vt ſupra patuit diſ.1.q.2.huius, & alibi ſæpe.

¶Reſpondeo, & dico, ꝙ ſi accipiatur natura, vt tantum habet eſſe obiectale, ſiuè poſſibile,patet,ꝙ actu ſeparatur ab exiſtentia actuali,quia,vt ſic, fuit ab æterno,& exiſtentia non. Et vltra exiſtentia hominis poteſt anihilari, & tamen adhùc natura hominis in eſſe obiectali remanet incorruptibilis. Nec ſimiliter natura accepta, vt habet eſſe cognitum eſt eadem cum exiſtentia cum tale eſſe cognitum fuerit ab æterno. *Exiſtẽtia hominis poteſt anihilari.*

¶Dico etiam,ꝙ tam eſſentia,quã exiſtentia poſſunt multipliciter conſiderari, nam primò conſideratur eſſentia,puta hominis, vt præcisè habet eſſe obiectale. Secundò,vt habet eſſe poſſibile tantum. Tertiò,vt habet eſſe cognitum. primo, & ſecundo modo præcisè conſideratur ſm totum eſſe hominis eſſentiale abſolutè,licet illud eſſe abſolutum dicatur ſm quid,quia nihil reale actu dicit, vt patet à Doc. in 1.diſ.36. tertio modo conſideratur illud idem eſſe non abſolutè, ſed vt includit relationem rationis ad Deum cognoſcentem,pariformiter dico de exiſtentia hominis, quæ poteſt conſiderari, primò,vt tantum habet eſſe obiectale, ſecundo in eſſe poſſibili, tertiò in eſſe cognito,primis duobus modis accipitur exiſtentia hoĩs abſolutè, & eſt ſimpliciter eadẽ cum illa,quæ actu eſt, & tñ differt ab illa,quia illa eſt in actu, hæc autem in potentia, tertio modo accipitur, vt includat relationẽ ad Deũ cognoſcentem.Secundò principaliter pręmitto,ꝙ exiſtentia eſt gradus intrinſecus eſſentiæ, ſiuè illius cuius eſt,& eſt ſimpliciter impoſſibile eſſe aliquam eſſentiam ſine ſuo modo intrinſeco, cũ modus intrinſecus nullo modo diſtinguatur realiter, nec formaliter poſitiuè ab eo cuius eſt, vt patet à Doc. in 1.di.8.q.2.in reſpõſione ad primũ argumentũ principale.Tertiò præmitto,ꝙ in quocũq; eſſe ponitur aliqua *Exiſtentia, & eſſentia poſſunt conſiderari multipliciter.* *A: exiſtentia ſit gradus intrinſecus.*

aliqua res, ſiuè in eſſe obiectali, ſiuè poſſibili, ſiuè in eſſe cognito in eodem eſſe ſemper ponitur modus intrinſecus illi, puta eſſe infinitum eſt gradus intrinſecus hominis, ſi homo habet eſſe tm̄ obiectiuum, tunc finitas, quę eſt gradus intrinſecus, habebit tantum eſſe obiectiuum, ſi poſſibile, poſſibile, ſi actu, actu. Similiter perfectio limitata intrinſeca, eo præcisè modo conuenit rei, quo res habet eſſe, ſi.n. res habet eſſe obiectiuum, perfectio limitata cõuenit ſibi tantum in eſſe obiectiuo, & vt ſic eſt inſeparabilis ab illa.

Homo ab æterno habet eſſe obiectiuum.

¶His præmiſſis pono aliquas concluſiones, prima. Sicut homo ab æterno habet eſſe obiectiuum, ſic exiſtentia hominis in eſſe obiectiuo pręcisè cõuenit homini, vt gradus intrinſecus illius, & vt ſic eſſe eſſentiæ hominis in tali eſſe eſt ſimpliciter idē cum eſſe exiſtentiæ illius in tali eſſe. Secunda. Sicut eſſentia hoīs ab æterno habet eſſe poſſibile præcisè, ita exiſtentia in eſſe poſſibili præcisè conuenit eſſentię hoīs, vt gradus intrinſecus, & ſic ſimpliciter eſt impoſſibile eſſentiā hominis in eſſe poſſibili cõſideratam poſſe eſſe ſine exiſtentia in eſſe poſſibili conſideratā, cum ſit gradus intrinſecus eius. Tertia concluſio, eſſentia hoīs poteſt conſiderari in eſſe reali, & actuali, vt ſic, ponitur iſta concluſio. Sicut eſſentia hominis in eſſe reali, & actuali, ponitur in tempore, ita exiſtentia eius in eſſe reali, & actuali conuenit eſſentiæ hoīs præcisè in tali eſſe reali, & actuali, & ſic eſt ſimpliciter impoſſibile, eſſentiam hoīs in eſſe reali, & actuali, realiter diſtingui ab eius exiſtentia in eſſe reali, & actuali pręcisè conſiderata per propoſitionē Doc. in 2. diſ. 1. q. 5. & diſ. 2. q. 2. Si. b. vt poſterius ineſt. a vt priori, & hoc per rõnem intrinſecam ipſius. a. & impoſſibile eſt. a. eſſe ſine. b. a. identificat ſibi realiter. b. Sed eſſentia hoīs in eſſe reali, & actuali, eſt prior ſua exiſtentia actuali, patet, quia res eſt prior natura ſuo modo intrinſeco, & talis exiſtentia ineſt eſſentiæ per rationē intrinſecam ipſius eſſentiæ, nam per diffinitionem alicuius demonſtratur exiſtētia de illo, vt ſupra patuit in iſto 2. diſ. 1. q. 3. In quocunque ergo eſſe ponitur eſsētia, ſemper ponitur prior exiſtentia, & vt cauſa intrinſeca illius, puta ſi eſſentia hoīs ſit tm̄ in eſſe obiectiuo, vt ſic eſt prior ſua exiſtentia in eſſe obiectiuo conſiderata, & vt ſic, eſt ratio intrinſeca reſpectu talis exiſtētiæ. Ex his oībus ergo concluſionibus infero veritatem propoſitionis Doc. videlicet, ꝙ eſſentia eſt ſimpliciter eadem realiter cum exiſtentia, ſemper reddendo ſingula ſingulis, ita ꝙ eſſentia in eſſe actuali reali includit per realem identitatem exiſtentiam in eſſe reali, & actuali, & ſimiliter eſſentia in eſſe obiectali, vel poſſibili conſiderata includit per realē identitatem exiſtentiam, vt præcisè in eſſe obiectali, & poſſibili conſideratam. Et ſic patet euidens propoſitio Doc. ab aliquibus tñ malè intellecta, qui imaginātur, ꝙ eſſentia rei, quę fuit ab æterno, dicatur eadem realiter cum actuali exiſtentia, quæ eſt ex tempore, quia diſtinctio realis eſt tantum inter rē, & rem actu exiſtentem, cum ergo exiſtentia nõ fuerit exiſtens actu ab æterno, ergo non diſtinguitur realiter ab actuali exiſtentia, quæ expoſitio nullo modo eſt ad mentem Doc. vult. n. Doc. expreſsè, ꝙ ſit ſimpliciter impoſſibile, eſſe eſſentiam ſine exiſtentia, modo eſſentia hoīs ab æterno in eſſe obiectiuo fuit, & pro tunc non fuit exiſtentia actualis, dicendum eſt ergo, ꝙ propoſitio Doc. eſt ſimpliciter vera intelligendo eam, vt expoſui, non. n. intelligit Doc. ꝙ eſſentia in eſſe obiectiuo non poſſit eſſe ſine exiſtentia actuali, ſed præcisè intelligit, ꝙ eſt ſimpliciter impoſſibile eſſe eſſentiam aliquam in eſſe poſſibili, ſine exiſtentia in eſſe poſſibili, vel in eſſe actuali, ſine exiſtentia in eſſe actuali, quam expoſitionem benè nota.

Quo eſſētia hominis ſit prior ſua exiſtentia.

Quo eſſētia ſit eadē cū exiſtentia.

Eſſe eſſentia realiter exiſtens nō differt ab exiſtentia. ſed eſſe eſſentia quo ad eſſe cognitum, differt ab exiſtentia.

¶Sed ſi quæratur, ſi eſſentia nõ diſtinguitur realiter ab exiſtentia, cum vtrunq; ſit præter opus intellectus, & eſſentia non ſit præcisè ipſa exiſtentia, cum modus intrinſecus non ſit præcisè res, cuius eſt modus, quomodo ergo eſſentia diſtinguitur ab exiſtentia. Dico breuiter, ꝙ eo modo præcisè diſtinguitur, ſic diſtinguitur à ſuo modo intrinſeco, q̄ non diſtinguitur realiter, vt patet, nec formaliter poſitiuè, cum gradus intrinſecus non dicat aliquā formalitatem diſtinctam à formalitate rei, cuius eſt, vt patet à Doc. in 1. vbi ſupra. diſtinguitur ergo præcisè ex natura rei, accipiendo diſtinctionem ex natura rei, pro minima diſtinctione, quæ haberi poteſt præter opus intellectus, videlicet, qñ præter opus intellectus aliquid ex natura rei cõuenit vni, quod non conuenit alteri, & ſic exiſtentię conuenit ex natura rei eſſe modum intrinſecum, qui modus ſimpliciter repugnat rei, cuius eſt talis modus. Si ēt quæratur qūo eſſentia in eſſe obiectiuo, vel poſſibili diſtinguitur ab exiſtentia in tali eſſe, cum vt ſic, neutrum dicat aliquod eſſe actuale, dico, ꝙ præcisè diſtinguitur præter opus intellectus ex natura rei, ſecundum quid, tamen, quia vtrunque in tali eſſe habet tantum eſſe ſecundum quid.

Expoſitio notabilis huius litteræ.

¶Adhuc eſt ſciendum, ꝙ qñ dicit Doc. ꝙ equinitas, vt equinitas eſt prior &c. & vt ſic eſt obiectum intellectus, & huiuſmodi. Primò quæritur qūo ponatur obiectum intellectus. Si. n. eſſentia, vt habet eſſe reale in actu, etiam vt præintelligitur in eſſe actuali ponitur obiectum intellectus per ſe, quæro tunc, aut ponitur in ratione terminandi, aut in ratione mouendi. Si primo eſt facilis ſolutio, de ſecundo habet clarius videri in primo, diſ. 3. q. 3. & in iſto ſecundo, diſ. præſenti, q. vlt. vbi plura dicturus ſum. Secundò dicit, ꝙ natura, vt ſic, per ſe cõſideratur à metaphyſico, quod debet intelligi propriè de natura vt in eſſe obiectali, non autem præcisè, vt in eſſe reali, vt alias patebit. Tertiò omnes propoſitiones primi modi ſunt verę ratione quiditatis ſic acceptę, puta iſta, homo eſt animal, eſt vera, prout etiam homo, quam animal præcisè accipiuntur in eſſe obiectali, & vt in tali eſſe ſunt prius natura exiſtentia in eſſe obiectali conſiderata. Sequitur in littera ibi. Non ſolum autem ipſa natura eſt indifferens ad eſſe in intellectu, & in particulari, ac per hoc ad eſſe vniuerſale, & ſingulare, ideſt, quòd ipſa natura eſt indifferēs ad ſecundam intētionem cauſatā in intellectu, ſecundum quam dicatur vniuerſalis, & indifferens ad ſingulare, ideſt, ad omnem indiuiduationem, cum ſit prior omni ſingularitate, quæ omnia intelliguntur de natura, vt in eſſe obiectali conſiderata. Sequitur. Sed & ipſa habens eſſe in intellectu, non habet primò ex ſe vniuerſalitatem, ideſt, quòd ipſa habens eſſe in actuali intellectione, quia primò intelligitur, & qua dicitur prima intentio, non habet primò ex ſe vniuerſalitatem, ideſt, quòd vt ſic, cognita non eſt ex ſe vniuerſalis, ideſt, quòd non eſt ex ſe ſub actuali intellectione, ſecunda, qua dicatur actu vniuerſalis. Sequitur. Licet enim ipſa intelligatur ſub vniuerſalitate, & ſub modo intelligendi ipſam, tamen vniuerſalitas non eſt pars conceptus eius primi, quia non conceptus metaphyſici, ſed logici. Vult dicere, quòd licet ipſa natura, vt eſt ſub actuali intellectione ſecunda, intelligatur tunc ſub vniuerſalitate, quæ vniuerſalitas eſt quidam modus intelligendi ipſam, vt patet etiam à Doct. in vniuerſalibus, tamen ipſa vniuerſalitas non eſt pars conceptus eius primi, ideſt, ꝙ non pertinet ad conceptum, quo primo concipitur

Quo propoſitiones primi modi ſint verę.

pitur ipſa natura, quia ad cōceptum eius primum tantum pertinent illa, quæ ſunt de quiditate ipſius naturæ. Nec ſimiliter ipſa vniuerſalitas eſt pars cōceptus metaphyſici, quia non pertinet ad conceptum metaphyſicum, eſt tamen pars conceptus logici, cum pertineat ad conceptum logici, qui primò, & per ſe conſiderat ſecundas intentiones applicatas primis ſecundùm Auicennam. Sequitur. Prima ergo intellectio eſt naturæ, vt ei non cointelligitur aliquis modus, neq; qui eſt eius in intellectu &c. i. ꝙ ipſa natura in ſe primò intelligitur, & in tali priori non cointelligitur aliquis modus, neque qui eſt eius in intellectu. i. modus, qui eſt aliqua ſecunda intentio, vt vniuerſalitas, neq; qui eſt eius extra intellectum, puta indiuiduatio. Sequitur. Licet illius intellecti modus intelligēdi ſit vniuerſalitas, ſed non modus intellectus. i. licet talis natura poſſit intelligi ſub tali modo. ſ. vniuerſalitatis, non tamen ipſa vniuerſalitas eſt modus intellectus, cum non ſit pars conceptus primi intellecti, vt dixi ſupra. Sequitur. Et ſicut ſm illud eſſe nō eſt natura de ſe vniuerſalis, ſupplè actu, ſed quaſi vniuerſalitas accidit illi naturæ ſecundùm primā rationem eius, ſm quam eſt obiectum. i. ꝙ natura in illo priori non includit vniuerſalitatem, & per conſequens, vt eſt ſub illa, dicitur tunc ſibi accidere. Sequitur, ita etiam in re extra, vbi natura eſt cum ſingularitate, non eſt natura illa de ſe determinata ad ſingularitatem, ſed eſt prior naturaliter illa ratione contrahente ipſam ad ſingularitatem illam, ideſt, quòd natura, vt præcisè conſideratur in eſſe obiectali, adhùc eſt prior ſingularitate contrahente, & indifferens ad omnes ſingularitates contrahentes. *Nota & bene.* Et ſimiliter, vt ipſa natura conſideratur in eſſe reali, & actuali, adhùc eſt indifferens ad omnem ſingularitatem in eſſe reali, & actuali, cum ſit prior illa. Et ſic in illo priori non repugnat ſibi eſſe ſine illo contrahente. Sequitur. Et ſicut obiectū in intellectu, ſecundum illam entitatem eius, & vniuerſalitatem habet verè eſſe intelligibile (vt ſupra patuit) ita etiam in rerum natura ſecundum illam entitatem habet verum eſſe extra animam realem, ſiuè talis natura accipiatur in eſſe obiectiuo, ſiuè in eſſe reali actuali. Primo modo dicitur reale ſecundum quid, quia potentiale. Secundo modo dicitur reale actuale, & ſecundum illud eſſe habet vnitatem ſibi proportionabilem, quæ eſt indifferens ad ſingularitatem, ideſt habet vnitatem ex natura rei minorem vnitate numerali, ita quòd non repugnat illi vnitati de ſe, quòd cum quacunque vnitate ſingularitatis ponatur, quia ſi eſt indifferens ad omnem ſingularitatem, ergo ex ſe poteſt eſſe in omni ſingularitate, non tamen ſimul, nec ſucceſſiuè, ſed ſic intelligendo, quòd in illo priori, ſicut poteſt eſſe in vna, ita & in alia, ſed dum eſt in vna, vt ſic, non poteſt eſſe in alia. Aſſignata enim quacunque natura humana in quocunque indiuiduo, ipſa actu exiſtens in indiuiduo poteſt conſiderari, vt prior ſingularitate, & vt ſic, adhùc eſt indifferens ad omnem ſingularitatem. Et hoc magis patebit reſpondendo ad aliquas rationes, quas facit Ocham contra Doctorem. Sequitur. *Natura hēt vnitatē realem.* Hoc ergo modo intelligo naturam habere vnitatem realem minorem vnitate numerali. Et licet non habeat eam de ſe, ita quòd ſit intra rationem naturæ, quia æquinitas eſt tantum æquinitas ſecundum Auicennam 5. metaphyſicor. *Quinto metaph. cap. 1.* tamen illa vnitas eſt paſſio propria naturæ ſecundū ſuam entitatem primam, & per conſequens, nec eſt per ſe hæc intraneè, nec ſecundum entitatē propriam neceſſariò incluſam in ipſa natura ſecundum primam entitatem ſuam.

IBI. Sed contra iſtud videntur eſſe duæ obiectiones. Hic Doc. adducit duas auctoritates contra ſe, quæ videntur dicere, ꝙ nihil ſit cōe pluribus in re, ſed tantum per conſiderationem intellectus, quarum prima eſt Commen. primo de ani. com. 8. dicentis, ꝙ intellectus facit vniuerſalitatem in rebus, ita ꝙ non exiſtit, niſi per ipſum.

¶ Item per auctoritatem Damaſce. c. 8. ponentis differentiam inter Deum, & creaturā, quia in creatura nihil eſt commune, niſi tantum per conſiderationem, in Deo verò eſt deitas ex natura rei communis rationibus ſuppoſitis.

¶ Ibi. Ad primum dico, ꝙ vniuerſale in actu eſt illud, quod habet vnitatem indifferentem, ſm quā ipſum idem eſt in potentia proxima, vt dicetur de quolibet ſuppoſito. *Quid ſit vniuerſale in actu* Pro clariori intelligentia huius litteræ nota, ꝙ iſta indifferētia pro nunc poteſt accipi dupliciter. *Indifferētia duplex. & quid ſit.* Vno modo priuatiuè, ſiue negatiuè, & ſic nihil aliud eſt, niſi aliqua natura, quæ de ſe eſt indifferens ad inferiora, & indeterminata. i. ꝙ ipſa eſt apta nata ad indifferentiam, ſiuè indeterminationem. Alio modo dicitur indifferentia, ſiuè indeterminatio poſitiuè, & contrariè, & tunc contrariatur poſitiuè determinationi actuali, & ſic dicimus, quòd vniuerſale iſto modo includit ipſam naturam cum tali indifferentia actuali, quæ nihil aliud eſt, niſi quædam relatio actualis terminata ad intellectum, qua actu eſt indifferens ad omnia ſua inferiora. Et ſic talis natura ſub tali indeterminatione dicitur vniuerſale completum, & in potentia proxima ad prædicari de omnibus inferioribus. Et iſto ſecundo modo accipitur vniuerſale in littera, & tale vniuerſale, ſiuè accipiatur primo modo, ſiuè ſecundo modo eſt vnum intelligibile ſingulare, ſiue vnum numero. Nam accipiendo primo modo eſt vnum obiectum per ſe intelligibile, puta ipſa natura hominis, ſic intelligendo, quòd ex quo ens inquantum ens, vt eſt obiectum adęquatum intellectus eſt ſimpliciter quoddam integratum ex omnibus entibus, vt ſupra patuit q. 1. prologi, & ſic ens ſumptum in ſua communitate eſt vnum ens, ſiue vnum obiectum intelligibile numero. i. ꝙ ipſum ſumptum in ſua cōitate eſt aliqua pars obiecti adęquati, non ꝙ ſit in ſe vnum numero, ſiue ſingulare, ſed ex hoc dicitur vnum numero, prout eſt vnum de numero intelligibilium cum numeretur inter intelligibilia contenta ſub obiecto adęquato, licet in ſe ſit commune pluribus, licet ergo homo in communi dicatur vnum obiectum numero eſſe intelligibile, qa eſt vnum obiectum tm̄ per ſe intelligibile, non tamen ſequitur ex hoc, ꝙ illa vnitas non ſit minor vnitate numerali propriè dicta. *Ens in ſua cōitate ſumptū eſt vnū obiectum intelligibile numero.*

¶ Et ſi dicatur. Ex quo enim intelligibilitas ſequitur entitatem rei, cum ſit paſſio ipſius, quomodo illa entitas in ſe erit vna vnitate minori vnitate numerali. Et tamen vnum numero per ſe intelligibile.

¶ Dico, ꝙ ex hoc dicitur vnum numero, vt diſtinguitur contra plura. i. quòd homo eſt vnum obiectum per ſe intelligibile, & aſinus eſt vnum obiectum per ſe intelligibile, & ſimiliter animal, & corpus, & ens, & vna intellectione natum intelligi, & data quacunq; quiditate, illa poteſt dici vnū obiectum per ſe intelligibile. *Homo eſt vnum obiectū intelligibile.* Et hoc modo omnia obiecta partialia, vt integrant vnum obiectū adequatum intellectus, poſſunt dici obiecta diſtincta numero, quia diſtinctis intellectionibus numero, nata ſunt intelligi, & tm̄ vt cōparantur adinuicem ſm entitatem propriam illa obiecta diſtinguntur ſpecie, & aliquando genere, & tale vniuerſale primo modo, qd dicitur vniuerſale in potentia remo-

ta,

ta, vt natura humana indeterminata priuatiue, licet ſit cõmmunis pluribus, tamen vt eſt obiectum intelligibile dicitur vnum numero modo præexpoſito.

¶Si dicatur. Nonne ſcientia eſt vniuerſalium, & per conſequens tale intelligibile erit vniuerſale, & commune.

¶Dico, quòd bene ſcientia terminatur ad entitatem indifferentem ad plura inferiora, & tamen illa entitas eſt vnum obiectum numero intelligibile.i.quòd eſt vnum obiectum de numero omnium intelligibilium, & ſic patet, quòd non accipitur vnum numero propriè, vt includit hæcheitatem. Si verò accipiatur vniuerſale, vt eſt indeterminatum contrariè.

Vniuerſale completum eſt tantum vnum numero. ¶Dico, quòd eſt vnum numero, quia talis indifferentia actualis, ſiuè relatio actualis, qua actu eſt indeterminatum ad plura ſuppoſita, eſt tantum vnum numero, & ſic vniuerſale completum eſt tantum vnum numero, accipiendo vnum numero propriè. Si dicatur, ſi tantum eſt vnum numero, ergo non includit vnitatem minorem vnitate numerali.

¶Dico, quòd ratione naturæ incluſæ dicit vnitatem illam minorem, ratione verò indeterminationis actualis additę naturæ denominatione intrinſeca eſt tantum vnum numero, cum talis indeterminatio ſit de ſe hæc, denominatione verò extrinſeca dicũtur plura numero, quia tale vniuerſale, vt ſic potentia proxima prædicatur de omnibus inferioribus.

Pulchra inſtantia. ¶Si dicatur. Quomodo vnum numero poteſt actu prædicari de pluribus ſuppoſitis verè realiter, ita quòd quodlibet ſit ipſum.

¶Dico, quòd ſi tale vniuerſale tantum includeret vnitatem numeralem, nunquã poſſet verè prædicari de pluribus ſuppoſitis, tamen quia vltra illam indeterminationem ſingularem includit naturam ex parte ſui, ex natura rei indifferentem ad plura ſuppoſita in ratione naturæ poteſt prędicari.

¶Si iterum dicatur, quòd vniuerſale completũ, puta natura accepta ſub ſecunda intentione, vt homo ſumptus ſub intentione ſpeciei, habet tantum ſuppoſitionem ſimplicem, & nullo modo perſonalẽ, vt patet à Doc. in ſuis vniuerſalibus, & per conſequens non prædicatur de pluribus prædicatione exercita, dicendo, hoc eſt hoc.

Reſponſio. ¶Dico, quòd nõ accipio vniuerſale completum inquantum ei applicatur ſecunda intentio, ſed inquantum eſt actu indeterminatum contrariè, & vt ſic prædicatur de ſuis inferioribus exercitè, dicendo, hoc eſt hoc, puta Iohanes eſt homo.

¶Si iterum dicatur. Nonne vniuerſale completum ſumptum in primis intentionibus prædicatur in quid de ſuis inferioribus, ſed talis indifferentia contrariè ſumpta, non eſt de quiditate, cum ſit tantum relatio quædam.

Vniuerſale cõpletũ quõ prædicetur in quid. ¶Dico, ꝙ vl'e cõpletum in primis intentionibus verè prędicatur in quid, & verè eſt de quiditate inferioris, non tñ rõne indifferentię additę, ſed rõne naturæ incluſę, cui additur talis indifferentia.

¶Si ẽt dicatur, ergo tale vl'e cõpletum cum includat illã indifferentia, & per conſequens ſit vnũ per accidens non poterit prædicari in quid de aliquo, vt patet à Doc. in primo, diſ.2. & in tertio.

¶Dico, ꝙ ſola natura illa eſt de quiditate inferioris, & ſ'm illam verè prædicatur in quid, ſed qa non eſt in potentia proxima, vt actu dicatur in q̃d de illis, niſi per huiuſmodi indeterminationem actualem, illa indeterminatio pertinet ad completum vniuerſale.i.facit, quòd illa natura, quę potentia remota nata erat prædicari in quid de inferioribus, quòd potentia proxima prædicetur in quid de illis.

¶Si dicatur: Nonne tale vniuerſale prædicatur per ſe de inferioribus.

¶Dico, ꝙ ſic, ſed quomodo cum illud ſit vnum ens per accidens, quia includit naturam, & relationem, & quòd eſt in ſe per accidens de nullo per ſe prædicatur, vt patet à Doc. in 1. diſt.2.

¶Dico, quòd prædicatur per ſe tantum per rationem naturæ, quæ eſt vnum ens per ſe, ſed illa natura non poteſt prędicari per ſe actu, niſi actu ſit ſub tali relatione, ſeu indeterminatione. Et hoc eſt, q̃d intendit Doc. in iſta littera, quam recito exponendo aliqua.

Explanatio litteræ Doc. ¶Cum dicit vniuerſale in actu eſt illud, quod habet vnitatem indifferẽtem, ſ'm quam ipſum idem eſt in potentia proxima, vt dicatur de quolibet ſuppoſito, ſupplè actu, quia natura, vt actu comparatur ad omnia inferiora eſt in potentia proxima, vt prædicetur de illis, quia vt ſic eſt actu indifferens ad oĩa inferiora. Sequit'. Nihil.n.ſ'm quãlibet vnitatem in re eſt tale, ꝙ ſ'm ipſam vnitatem præciſam ſit in potentia proxima ad quodlibet ſuppoſitum, vt dicatur de quolibet ſuppoſito prædicatione dicente, hoc eſt hoc, patet, quia quod eſt actu in re, eſt tamen ſingulare primo, & ideo ſi actu prędicatur de pluribus, oportet conſiderare illam naturam, quæ in potentia remota eſt indifferens ad omnia ſingularia. Sic actu comparetur ad illa, vt ſit in potentia proxima ad prædicari de illis, quod tunc fit per actualem indifferentiam. Sequitur, quia licet alicui exiſtenti in re, non repugnat eſſe in aliqua ſingularitatẽ ab illa in qua eſt, patet, quia naturæ humanę actu exiſtenti in Franciſco, non repugnat eſſe in alia ſingularitate, in inquantum ſupplè conſideratur, vt prior ſingularitate Franciſci, non tamen illud verè dici poteſt de quolibet inferiori, quòd quodlibet eſt ipſum. Hoc eſt enim ſolum poſſibile de obiecto eodem indifferenti actu conſiderato ab intellectu, quod quidem, vt intellectum habet vnitatem, & indifferentiam, ſecundùm quam ipſum eſt idem prædicabile de omni ſingulari dicendo, quòd hoc eſt hoc, quod dictum intellige modo præexpoſito.

Optima declaratio ad mentem Ariſt. ¶Ibi. Ex hoc apparet improbatio illi' dicti, ꝙ intellectus agẽs facit vniuerſalitatẽ in reb', p hoc, ꝙ denudat ipſum, q̃d q̃d eſt in fantaſmate exiſtẽs &c. Vult dicere Doc. ꝙ loquẽdo de vl'i in potẽtia remota tale nõ fit ab intellectu agẽte, qa vbicũq; eſt anteq̃ in intellectu poſſibili habeat eſſe obiectiuè, ſiuè in re.ſ.in propria exiſtentia, ſiuè in ſantaſmate, ſupplè, vt in aliquo repreſentatiuo, ſiuè habeat eſſe certũ, ſiuè deductũ p rõnẽ, & ſi ſic nõ per aliquod lumẽ, ſupplè intellectus agẽtis, ſed ſp ſit talis natura in ſe, cui nõ repugnet eſſe ĩ alio, vt ſup. expoſui. Sequitur. Nõ tñ eſt tale cui potẽtia proxima cõuenit dici de quolibet, ſed tm̃ eſt in potẽtia proxima, vt eſt ĩ intellectu poſſibili.i.ꝙ ipſa natura prius eſt pñs intellectui poſſibili, puta p aliquã ſpeciẽ intelligibilẽ, & ſic ibi hẽt eſſe obiectiuè primo. Secundo actu intelligitur ab intellectu poſſibili. Tertio, vt ibi cauſatur indifferẽtia actualis, qua actu ipſa natura eſt indeterminata, ſiuè indifferens ad quodlibet ſuppoſitũ, & vt ſic dicitur in potẽtia proxima.

¶Ibi. Ad ſecundã inſtantiam de Damaſceno hic Doc. ſoluit auctoritatẽ Dama. dicẽs, ꝙ loquitur de vnitate ſingularitatis in diuinis, & tale non reperitur in creaturis. Secundò loquitur de cõi prędicabili, nõ præciſè de cõi, ꝙ determinatum eſt de facto, ſupplè quod actu eſt in aliquo ſingulari, licet non repugnet ſibi eſſe in alio, vt ſupra expoſui, quale commune pręciſè poteſt poni in creaturis realiter.

Qualibet natura eſt de ſe hæc.

AD argumenta principalia. Nunc Doc. ſoluit argumentum principale, quo probat, ꝙ quælibet natura ſit de ſe hæc, ſiuè quælibet ſubſtantia materialis, quia philoſo.7.metaph.cõtra Platonem, probat, ꝙ ſubſtantia cuiuſcunque rei eſt propria illius cuius eſt, & non ineſt alij.

¶Reſpondet Doc. ibi. Et per hoc patet ad illud argumentum principale &c. Nã Plato poſuit ideã eſſe aliquam ſubſtantiam ſeparatam à motu, & ab accidentibus per accidens nihil habens in ſe, niſi naturam ſpecificam perfectam, & incorruptibilẽ, puta naturam humanam ſeparatam, & eiuſdem rationis cum corruptibilibus, & vltra ſibi imponitur ꝙ dicta idea eſt formaliter vniuerſale, ita quòd per identitatem prædicatur de iſto corruptibili dicendo, hoc eſt hoc &c. Videtur enim fictio, ꝙ actu ſit ſeparata, & ſit perfecta in actuali exiſtentia, & ꝙ prædicetur de pluribus, quia vt eſt actu exiſtẽs eſt tantum ſingularis, vt verè eſt communis pluribus eſt actu vniuerſalis, & ſic arguit Ariſt.cõtra ipſum, quia tunc talis idea nihil eſſet, niſi quædam fictio. Et hic Doc. bene concedit, ꝙ ſubſtantia materialis per ſe exiſtens ſit ſingularis, tamen vt præſcindit, & vt prior ipſa exiſtentia actuali, & indiuiduatione, eſt aliqua natura communis. Et ſic patet ſolutio huius quæſtionis.

Ochã in 1. diſt.2.

CONTRA hanc opinionem nonnulli inſtant prolixis rationibus, quorum primus eſt Ocham in primo, diſ.2.q.6. qui primò nititur probare, ꝙ ſit impoſſibile dare naturam ex natura rei habentem vnitatem minorem vnitate numerali. Sic ꝙ talis natura ex natura rei non ſit de ſe hæc, ſed diſtinguatur ex natura rei ab hæcheitate. Et primò arguit ſic: Impoſſibile eſt in creatis aliqua differre formaliter, niſi differant realiter, ergo ſi natura diſtinguitur aliquo modo ab illa differentia contrahente, oportet, ꝙ diſtinguantur ſicut res, & res, vel ſicut ens rationis, & ens rationis, vel ſicut ens reale, & rationis, ſed primum negatur ab iſto, & ſimiliter ſecundum, ergo oportet dari tertium, ergo natura quocunq; modo diſtinguitur ab indiuiduo, non eſt niſi ens rationis, antecedens patet, quia ſi natura, & illa differentia contrahens non ſunt idẽ omnibus modis, ergo aliquid poteſt verè affirmari de vno, & negari de reliquo, ſed de eadem re increatis non poteſt verè affirmari, & negari, ergo non ſunt vna res.

Solutio rationis Ochã.

RESPONDEO ad hanc rationem. Et pro clariori intelligentia præmitto aliqua, accipiendo naturam humanam, & hæcheitatem. Primò ſi natura humana conſideretur, vt habet tantum eſſe obiectale, & potẽtiale, quod habet ab æterno, & ſimiliter hæcheitas, vt ſic diſtinguatur ab hæcheitate formaliter ſm quid, tamen quia, vt ſic tam natura, q̃ hæcheitas, licet dicant entitatem abſolutè, quã habent, vt actu ſunt, tamen dicunt illam ſm quid, vt patet à Doc. in 1.diſ.36. Et per conſequens eo modo, quo habent entitatem, formaliter diſtinguntur ſi vt quid, vt quid, ſi ſimpliciter, ſimpliciter. Secundò poteſt conſiderari natura humana in eſſe reali, & actuali, & ſimiliter hæcheitas in eſſe actuali, & reali, & ſic ſimpliciter diſtinguntur formaliter, cũ dicant diſtinctas formalitates, nõ enim hæcheitas includit quiditatiuè iſtam naturam, cum dicat entitatem poſitiuã additam ipſi naturæ, vt not. Doct. in iſto 2.diſ.præſenti, & in 1.diſ.5.q.2.& diſ.26. Nã ſi contrahens natura nullo modo includit, nec ecõtra. Indiuiduũ tamen conſtitutum ex natura, & hęcheitate includit naturam quiditatiuè. Tertiò põt conſiderari natura non tantum in eſſe reali actuali, ſed etiam in eſſe exiſtentiæ, & ſimiliter hæcheitas, & tunc dico, ꝙ licet exiſtentia actualis primò cõueniat indiuiduis, & poſterius ipſi naturę. Exiſtentia tñ aptitudinalis primò cõuenit naturæ, & deinde indiuiduis, ſicut riſibile primò cõuenit homini, & poſt indiuiduis, ſic actu ridere primo conuenit indiuiduis, & poſt hoi, vt ergo hæcheitas, & natura cõſiderantur in naturali exiſtentia, fortè vt ſic nõ dicunt aliã & aliã exiſtentiã. Et ſi ẽt cõcedat, ꝙ ibi ſit alia & alia exiſtẽtia, q. fortè oportet cõcedere, cũ exiſtentia dicat gradũ intrinſecũ rei cuius eſt, & naturę in eſſe reali actuali, ſic neceſſariò cõueniat exiſtẽtia in eſſe reali, & actuali, ꝙ eſt impoſſibile eſſe vnũ ſine altero, vt ſupra dixi, tũc diceret, ꝙ adhuc natura, & hæcheitas, vt ſic diſtinguerẽtur formaliter tm̃. Nec ex hoc valet inferri, ergo realiter, quia inter aliã & aliã rẽ actu exiſtentẽ, quia diſtinctio realis eſt propriè inter illa, q̃ ſic ſe habent, ꝙ nõ implicat vnũ exiſtere ſine altero. Sed qũo cũ alia & alia exiſtentia ſtet realis identitas, ſupra expoſitũ eſt in 1.diſ.1.q.2.& diſ.2.par.2.q.1.reſpõdendo ad primũ arg. principale. Dico vltra, ꝙ nõ habeo pro incõuenienti, ꝙ natura in eſſe reali, & actuali cõſiderata, vt ẽt prior natura ſingularitate, habeat primò exiſtentiã actualẽ, & ſic natura, vt actu exiſtens erit prior ſingularitate. Si.n. ſingularitas perficit naturã, vt actu exiſtens nõ vr̃ ipſam poſſe perficere, niſi vt actu exiſtentẽ, ſicut nec forma actu ꝑficit materiã, niſi actu exiſtentem, non.n. hæcheitas dat exiſtentiã propriã ipſi naturę, cũ ipſa exiſtẽtia ſit gradus intrinſecus rei cuius eſt. Si.n. natura tm̃ exiſteret ꝑꝑ exiſtentiã hęcheitatis ſibi aduenię̃tis, tunc formaliter diſtingueretur ab ipſa, patet, quia ſi.a. diſtinguitur formaliter.a.b. multo fortius diſtinguitur realiter.a.c.qđ eſt poſterius.b.cũ ergo natura formaliter diſtinguatur ab hæcheitate, ergo à fortiori formaliter diſtinguitur ab exiſtẽtia hęcheitatis, cũ ſit poſterior ipſa hæcheitate, nec eſt ſimile de riſibilitate, & actu ridendi, quia riſibilitas dicit tm̃ aptitudinẽ ad actũ ridẽdi, quia actus ridendi, cũ ſit operatiò primò ineſt ſingularibus, exiſtentia verò dicit præcisè gradũ intrinſecũ naturæ cuius eſt. Et ſi dicatur, ꝙ Doc. in pręſenti q. & alibi vult, ꝙ natura nõ habeat eſſe realiter, niſi in indiuiduis. Dico, ꝙ nõ intelligit, ꝙ entitas realis, & actualis præcisè cõueniat naturæ per indiuidua, quia tunc nõ poſſet dari eſſentia in eſſe reali, & actuali, qđ eſt cõtra Doc. Sed ſic intelligit Doc. ꝙ nunquam natura aliqua habet eſſe reale, & actuale, quin neceſſariò ſit in aliquo indiuiduo. Et licet natura humana tam in eſſe reali actuali eſſentiali, quàm in actuali exiſtentia ſit prior natura hæcheitate in eſſe reali actuali, eſt tamen impoſſibile ipſam naturam eſſe, quin ſit in aliquo indiuiduo, & hoc intendit Doctor.

Natura prior eſt ſingularitate.

Qũo intelligitur ꝙ natura non habet eſſe realiter niſi in indiuiduo.

Inſtantia prima.

¶Si dicatur. Si natura in tali eſſe eſt prior natura ſingularitate, ergo ſibi non repugnat poſſe exiſtere ſine aliqua ſingularitate, quia priori natura non repugnat eſſe ſine poſteriori, vt patet à Doct. in primo, & in ſecundo, diſtinctio.1.q.2. & alibi ſæpe.

Reſpõſio ad primam.

¶Dico, quòd ſi ſic non repugnat, repugnat tamen ex aliquo concomitante, quia ipſa natura, vt ſic, vt cauſa intrinſeca de neceſſitate naturæ quaſi originat illam hæcheitatem, quam actu habet, & ex hoc eſt impoſſibile ipſam eſſe ſine tali hęcheitate. Sicut dicimus, ꝙ homini cõſiderato in eſſe quiditatiuo præcisè non repugnat eſſe ſine riſibilitate, repugnat tñ ex aliquo concomitante, quia producit ipſam de neceſſitate naturæ in ſe. Sic dico in propoſito. Si iterum inferatur, ꝙ natura in eſſe reali, & actuali &c. eſt prior omni ſingularitate, & vt ſic nõ repugnat ſibi eſſe ſine quacũq; ſingularitate, ergo, vt ſic, nõ neceſſariò determinat ſibi aliquam ſingu-

Inſtantia ſecunda.

ſingularitatem, probatur conſequentia per ſimile argumentum Doc. ſactum in diſ. 12. huius q. 2. vbi ſic dicit. Quicquid cõtingenter ſe habet ad quodlibet cuiuslibet generis abſoluti, habet ſe contingenter ad illud genus abſolutum. Sed materia prima contingenter ſe habet ad quamlibet formam, ergo materia prima poteſt eſſe ſine omni forma. Sic arguo in propoſito, natura eſt indifferẽs ad omnem ſingularitatem, ſicut materia prima ad omnẽ formam, ergo ſicut materia prima poteſt eſſe ſine omni forma, ergo & natura in eſſe reali actuali poterit eſſe ſine omni ſingularitate.

Reſpõſio ad ſecundam.

¶Dico ꝙ non eſt ſimile, quia ibi comparatur materia ad formas realiter diſtinctas, & ſic ibi argumentum Doc. militat. Hic autem natura, vt comparatur ad hæcheitates non comparatur, vt ad illas realiter diſtinctas, & ideo argumentum non militat hic.

Inſtantia tertia.

¶Si iterum dicatur natura, vt actu exiſtens in ſorte, realiter diſtinguitur à qualibet alia hęcheita te, vt patet, ergo realiter diſtinguitur ab hæcheitate, quam actu habet, probatur conſequentia, quia quod diſtinguitur à pluribus eiuſdem rationis diſtinguitur à quolibet alio, quod eſt eiuſdem rationis, cum non ſit maior ratio de vno, quam de alio.

Reſpõſio ad tertiam.

¶Dico ꝙ natura, vt prior ſingularitate nõ diſtinguitur realiter ab aliqua ſingularitate, ſed tantum formaliter, quia nata eſt eſſe ita ſub vna, ſicut ſub alia, ſed vt actu eſt ſub vna ſingularitate, ratione illius realiter diſtinguitur à quolibet alio, & ſic natura, vt actu eſt in ſorte realiter diſtinguitur à qualibet alia ſingularitate, ſed hoc non eſt præciſè ex ratione naturæ, ſed ratione ſingularitatis, quã actu habet, quam realiter ſibi identificat, cum illa de neceſſitate naturę oriatur à principijs illi⁹ naturę.

Inſtantia quarta.

¶Sic dicatur ergo & quamlibet aliam ſibi realiter identificat, quia ex quo omnes ſunt eiuſdem rationis, ita vna nata eſt oriri à principijs naturæ, ſicut & alia.

Reſpõſio ad quartam.

¶Dico ꝙ quantũ eſt ex parte ſua omnes ſibi realiter identificat, & ſi realiter non identificat, hoc non eſt ratione naturæ, ſed quia, vt actũ eſt ſub vna ſingularitate repugnat ſibi eſſe ſub alia. Et concedo, ꝙ omnes natę ſunt oriri à principijs illius naturæ, ſed dum vna oritur, alia non poteſt oriri, ſtante illa prima, quia dum natura actu habet vnam ſingularitatem repugnat ſibi poſſe habere aliam. Sicut ſi ponatur, ꝙ omnes dependentiæ creaturę ad Deum ſint eiuſdem rationis, quia præciſè ad eundem terminum. Sequitur, ꝙ ſi lapis realiter diſtinguitur à dependentia hominis, quod etiam realiter diſtinguatur à dependentia, quam habet, cum non ſit maior ratio de vno, quàm de alio.

¶Diceretur, ꝙ naturæ lapidis, vt ſic nõ repugnat poſſe eſſe ſine dependentia, quam habet, repugnat tamen concomitanter, quia illa dependentia lapidis oritur de neceſſitate naturæ à natura intrinſeca lapidis. Et ſi lapis actu eſſet ſub dependentia, quam habet homo, illa ſimpliciter eodem modo oriretur à natura lapidis, nec repugnaret lapidi poſſe eſſe ſub dependentia hominis, tenendo ꝙ tales dependentiæ ſint eiuſdem rationis. Sic dico in propoſito, ꝙ poſita natura in eſſe reali actuali ab ipſa de neceſſitate naturæ, & in ipſa pullulat tantum vna hæcheitas, quæ ſibi realiter identificatur, & ſi illa non pullularet in qua eſſet, non identificaretur ſibi realiter, & ſic dicendum de omnibus alijs.

Inſtantia quinta.

¶Si iterum dicatur, pono quòd ſint decem indiuidua, certum eſt, quòd in illis ſunt decem naturę in eſſe reali, & actuali priores natura ſingularitate, illæ naturæ in tali priori. Quæro quomodo differunt, non numero, quia ponuntur priores omni ſingularitate, non ſpecie, quia tunc decem naturæ humanæ eſſent decem naturæ ſpecie diſtinctę.

Reſpõſio ad quintam.

¶Dico, quòd ipſę naturæ, vt ſic priores, nec numero, nec ſpecie pręciſè diſtingũntur, nec ſequitur à ſufficienti diuiſione diſtinguntur, aut numero, aut ſpecie, aut genere. Dico, ꝙ nec ſic, nec ſic, & patet inſtantia in multis alijs. Nam hæcheitas, & natura, cuius eſt, diſtingũtur formaliter, & tamẽ nec numero, nec ſpecie, nec genere. Similiter rationale, & animal diſtinguntur formaliter, & tamen nec numero. Et ſimiliter natura, & gradus intrinſecus diſtinguntur ex natura rei, & tamen nec numero, nec ſpecie. Et ſimiliter partes compoſiti eſſentiales in communi, vt præcedunt ſingularitatem diſtinguntur realiter, & tamen nec numero, nec ſpecie, & ſic de multis alijs. Sic dico, quòd illę decem naturæ diſtinguntur realiter, quia vna poteſt eſſe ſine altera, & tamen nec numero, nec ſpecie.

Hæcheitas, & natura quõ diſtinguatur.

Animal, & rationale, nec differũt ſpecie, nec ſunt idẽ ſpecie.

Nec ſequitur, vt ſic non differunt, nec numero, nec ſpecie, ergo ſunt idem numero, vel ſpecie. Et patet inſtantia de animali, & rationali, quæ nec differunt ſpecie, nec ſunt idem ſpecie, illa enim, quæ differunt ſpecie in aliquo genere, ſunt in recta linea prædicamentali, & ſimiliter, quæ differunt numero, & ſimiliter eadem ſpecie, & eadem numero; differunt ergo ſicut duæ naturæ abſolutæ. Et qualibet in tali priori dicit naturam ſpecificam, & ſpecificè diſtinguitur ab aſino, leone, & alijs, ſed non diſtinguitur ſpecificè ab alia natura humana, ſunt enim eiuſdem rationis, ſed nõ eiuſdem ſpeciei.

Inſtantia ſexta.

¶Si iterum dicatur, iſtæ decem naturæ, vt priores ſingularitate natę ſunt fundare ſecundam intentionem ſpeciei ſpecialiſſimę, patet, quia intellectus comparando vnam ad omnia ſingularia, ad quæ eſt indifferens, cauſat in illo vnam ſecundam intentionem ſpeciei ſpecialiſſimę. Et ſimiliter cauſat comparando aliam ad eadem ſingularia, ergo iſtæ decem naturæ, vt ſic poſſunt fundare decem intentiones ſecundas, quæ differunt ſpecie.

Reſpõſio ad ſextam.

¶Dico, quòd illæ intentiones ſecundæ, vt fundantur in illis naturis præciſè, non dicuntur differre ſpecie, quia nec fundamenta, nec termini, quęlibet tamen ſecunda intentio fundata in illis naturis differt ſpecie ab alia ſecunda intentione fundata in natura ſpecie diſtincta, quod bene nota.

Inſtatur ſeptimo.

¶Si iterum quæratur. Si dentur tales decem naturæ, & dicantur .a. b. c. d. &c. tunc quæro an a. poſſit eſſe ſub qualibet ſingularitate, non coniunctim, ſed diuiſim, puta an poſſit eſſe ſub ſingularitate, quæ dicatur .f. & tunc quæro an b. poſſit eſſe ſub eadem ſingularitate. Dico abſolutè, quòd b. poteſt eſſe ſub omni ſingularitate diuiſim, niſi illa ſit facta propria alicui, & ſic quamuis poſſit abſolutè eſſe ſub ſingularitate .f. Sed tamen vt ſingularitas .f. facta eſt propria naturæ .a. tunc non poteſt eſſe ſub illa, & a. ideo b. abſolutè licet poſſit ſibi identificare .f. quia abſolutè poteſt eſſe ſub illo, ſed non vt eſt proprium .a.

Reſpõſio ad Ocham.

HIS PRÆMISSIS reſpondeo ad rationem Ocham cum dicit, natura, & hæcheitas, aut diſtinguuntur ſicut res & res. Dico breuiter, quòd res & res aliquando accipitur pro re & re, quarum vna poteſt eſſe ſine altera, aliquando accipitur pro realitate, & realitate, aliquando accipitur pro formalitate, & formalitate, accipiendo rem ſecundo, & tertio modo. Dico, quòd diſtinguuntur ſicut res, & res. Et cum infertur ſi ſunt eadem res realiter de eadem re, nihil poteſt verificari de vno, quin & de alio. Dico, quòd aliquid verificari de a. quòd non verificatur de b. poteſt dupliciter intelligi, vt etiam expoſitũ eſt ſupra

in prima diſt.q.5. huius ſecundi., primò ꝙ aliquid verificetur ſimpliciter de.a.quod realiter repugnet b.ſicut exiſtentia verificatur de Franciſco,quę realiter repugnet Iohanni, & ſic Franciſcus & Iohannes non ſunt eadem res realiter. Secundò, quòd aliquid verificatur de.a.ex natura rei, vel formaliter accipiendo formaliter, prout dicit aliquam for malitatem, licet non ſit de ſormalitate illius cuius eſt, quod tamen non verificatur de.b.& ſic de.a.& b. vt ſunt eadem res realiter aliquid verificatur de vno,quod non de altero, patet de ſubiecto,& propria paſſione,& de eſſentia diuina,& relatione, de quibus ſatis dictū in primo, diſt.2.p.2.q.1. Sic dico in propoſito, quia de natura verificatur ex natura rei, quod eſt eſſe communicabile, vt quod, quod nullo modo verificatur de hæcheitate, vt patet à Doct.in primo, vbi ſupra. Et ſimiliter de hæcheitate ex natura rei verificatur,quod eſt incommunicabilis,vt quod,& ſimiliter,quod ex natura rei cōtrahit naturam ad eſſe indiuiduale, quæ ex natura rei repugnant naturę,vt natura eſt.Cum etiam infertur, quòd ſi natura, & hæcheitas diſtinguntur ſicut res,& res, quòd tunc ſequitur, quòd natura non eſt hæcheitas, nec econtra. Conceditur, quòd non eſt hæcheitas formaliter, eſt tamen hæcheitas realiter, ideo concedo hunc ſyllogiſmum ſine determinatione. Omnis differentia indualis eſt propria alicui indiuiduo, ſed natura non eſt propria, ergo natura non eſt differentia indiuidualis realiter, ſed ſi ſumatur ſine determinatione, tunc minor eſt falſa, non autem tenet vniuerſaliter, ſi præmiſſę accipiantur ſub aliqua determinatione certa ſyncathegorematica cuiuſmodi eſt de per ſe. Et cum dicit Ocham, quòd hoc non valet,quia ſicut eſt forma ſyllogiſtica vniformis tam in illis de ineſſe,quàm in illis de modo. Et ſimiliter eſt forma ſyllogiſtica tam vniformis,quàm mixta in illis propoſitionibus ſumptis cum alijs determinationibus, ſicut ſunt per ſe inquantum & huiuſmodi. Et per conſequens ita eſt forma ſyllogiſtica hæc, omnis homo per ſe eſt animal, nullus lapis per ſe eſt animal,ergo nullus lapis per ſe eſt homo,& per conſequens vltra nullus lapis eſt homo, ſicut eſt hic,omne animal de neceſſitate eſt ſubſtantia,nullum accidens de neceſſitate eſt ſubſtātia,ergo nullum accidens de neceſſitate eſt animal. Dico quòd & ſi aliquando talis forma teneat de materia, non tamen tenet de forma,quia non in omnibus, patet arguendo ſic in ſecunda figura, nullum rationale per ſe eſt animal, omnis homo per ſe eſt animal, ergo nullus homo per ſe eſt rationalis, concluſio falſa. Similiter in tertia figura non ſequitur, omnis homo per ſe eſt animal, omnis homo per ſe eſt rationalis,ergo rationale per ſe eſt animal, non ſequitur,quia genus non prædicatur per ſe de differentia, vitando etiam has prolixitates ſyllogiſmorum poteſt concedi iſta conſequentia, ergo natura non eſt differentia indiuidualis realiter, accipiendo realiter ex natura rei,quia ex natura rei aliquid competit naturæ,quod ex natura rei repugnat differentiæ indiuiduali.

Cur natura nō poſſit eſſe differentia indiuidualis.

Genus non prædicatur per ſe de differentia.

¶Secundò principaliter arguit Ochā ſic. Quandocunq; conuenit alicui realiter vnum oppoſitorum, ita quòd verè & realiter denominatur ab illo,reliquum oppoſitorum ſibi non competit realiter, immo ſimpliciter ab eo negabitur, ſed per te omnis res extra animam eſt realiter ſingularis, vna numero,quamuis aliqua de ſe ſit ſingularis,& aliqua tantum per aliquid additum, ergo nulla res extra animam eſt realiter communis,nec vna vnitate oppoſita vnitati ſingularitatis, ergo realiter non eſt aliqua vnitas,niſi vnitas ſingularis. Si dicatur, quòd iſtæ duæ vnitates non ſunt oppoſitę realiter. Contra, ſi non opponuntur realiter, ergo ex nulla oppoſitione poteſt concludi quin à parte rei poſſint eidem primo conuenire, ergo non poteſt ſufficienter concludi quin idem, & per idem omnibus modis ſit vnum iſta vnitate, & illa, & quin idem & per idem omnibus modis ſit commune,& ſingulare.

Secunda rō principalis, Ocham contra Scotum.

¶Reſpondeo, quòd eo modo,quo vnum oppoſitum conuenit alicui, eo modo aliud oppoſitum repugnat ſibi, tam per ſe, quàm per accidens. Et cum dicitur,quòd omnis res extra animam eſt realiter ſingularis vna numero, ergo nulla res extra animam eſt communis, dictum eſt ſupra, quòd ſtat naturam communem habere eſſe reale extra animam, & tamen eſſe priorem ex natura rei ipſa ſingularitate, ita quòd de ſe non eſt hæc, & licet omnis talis natura, vt ſic ſemper ſit in aliquo ſingulari, tamē vt ſic ſemper præintelligitur eſſe priorem ex natura rei omni ſingularitate. Dico ergo, quòd naturæ humanæ in illo priori conuenit ſibi vnitas communis ex natura rei. Et in illo priori oppoſitum repugnat ſibi, videlicet vnitas realis numeralis, licet vt eſt facta propria alicui, conuenit ſibi talis vnitas realis numeralis,vt additum naturæ.Poteſt etiam dici,quòd vnitas realis numeralis accipiendo rem abſolutè, non pro realitate, vel ſormalitate eſt ſimpliciter idem realiter, qd natura.i. quòd ipſa natura,& differentia ſingularitatis ſunt ſimpliciter vna res, vt tamen natura dicit aliā formalitatem ab hæcheitate. Dico, ꝙ naturæ formaliter conuenit vnitas communis,& ſic vnitas numeralis repugnat ſibi, tam per ſe, quàm per accidens, talis eſt vnitas communis conuenit naturæ ex natura rei,accipiendo rem pro aliqua realitate, & vt ſic vnitas realis numeralis repugnat ſibi, tam per ſe,quàm per accidens.

Reſpōſio ad ſecundā rōnem Ocham contra Sco.

¶Tertiò arguit ſic,probando,quòd cum vnitate minori non poſſit ſtari multitudo oppoſita, & arguit ex dictis Doc, quia dicit Doc.quòd natura & differentia indiuidualis non differunt realiter. Ex hoc arguit ſic,quando aliqua duo ſunt idem realiter, quicquid poteſt per diuinam potentiam eſſe vnum eorum realiter poteſt eſſe reliquum.Sed iſta differentia indiuidualis non poteſt eſſe plura numero realiter diſtincta, ergo nec natura, quæ eſt eadem realiter, cum ipſa differentia contrahente poteſt eſſe plura realiter,nec per conſequens poteſt eſſe aliqua alia res ab iſta differentia contrahente, & ita natura ſine contradictione non compatitur ſecum multitudinem numeralem &c.

Tertia ratio Ocham contra Sco.

¶Reſponſio ad hoc argumentum ex ſupradictis patet. Et concedo illam propoſitionem, videlicet, ꝙ quādo aliqua duo ſunt idem realiter,quòd poteſt eſſe vnum realiter, & reliquum,accipiendo rem propriè,& negatur iſta,quòd differentia indiuidualis non poſſit eſſe plura numero diſtinctè. Nam vt ſunt in diſtinctis naturis realiter diſtinguntur, ſicut & naturæ illæ, vt ſupra expoſui de decem naturis. Et concedo, quòd tunc ſingularitates realiter diſtinctę, quot ſunt naturæ contractæ, quæ realiter diſtinguuntur. Et concedo etiam hanc poſitionem, quòd quacunque natura data, vt præſcindit ab omni ſingularitate quantum eſt ex ſe realiter identificat omnem ſingularitatem, non ſimul, ſed ſic intelligendo,quòd eſt indifferēs ad omnem ſingularitatem, & ſub quacunque fiat actu identificat eam ſibi realiter.

Reſpōſio ad tertiam.

¶Quartò arguit ſic,quia ſi natura eſſet iſto modo communis, ſequeretur quòd tot eſſent ſpecies, & genera quot ſunt indiuidua, quia natura ſortis eſt ſpecies, & eadem ratione natura Platonis, tunc arguo

Arguit quarto Ochā cōtra Sco.

arguo quandocunq; ſunt aliqua realiter diſtincta, quorum vtrumq; poteſt dici ſpecis, tunc ſunt plures ſpecies, ſed ſic eſt in propoſito. Confirmatur, quia ad multitudinem ſubiecti proximi, ſequitur multitudo paſſionis. Sed ſecundùm Scotum iſta vnitas minor eſt paſſio naturæ, ergo ſicut natura realiter multiplicatur, ita paſſio cum ſit realis realiter multiplicatur, & per conſequens ſicut realiter ſunt duæ naturę in Sorte, & Platone, ita erunt duę realiter vnitates minores, ſed iſta vnitas minor vel eſt communitas inſeparabilis à communitate, & per cõſequens inſeparabilis à communi, ergo ſunt duo communia in Sorte, & Platone.

Reſpõſio ad quintum. ¶Reſponſio ad hoc argumentum, & ad confirmationem, licet ex ſupradictis patere poſſit, dico tamen, quòd iſta inconuenientia non ſequuntur, & concedo abſolutè, quòd tot ſunt naturæ communes, quot ſunt indiuidua, quia vt præſcindunt à ſingularitate dicunt vnitatem minorem vnitate numerali. Et dico, quòd quælibet nata eſt prædicari de omnibus ſingularibus naturæ humanæ, & ꝙ quælibet, vt prior ſingularitate eſt indifferens ad omnem ſingularitatem. Et cum infertur, ꝙ tunc erunt plures ſpecies. Dico quòd ad hoc, vt aliquid dicatur ſpecies, requiritur vt pręcisè conueniat indiuiduis eiuſdem naturæ, cum ergo quælibet natura, vt eſt prior ſingularitate ſit apta conuenire omnibus indiuiduis, poteſt dici ſpecies reſpectu illorum, nunquam tamen vna ſpecies poteſt conuenire indiuiduis alterius ſpeciei, & ſic ſi 10. naturę humanæ eſſent realiter contractę ad 10. indiuidua, vt priores ſuis ſingularitatibus quælibet nata eſſet cõuenire, & prædicari de indiuiduis cum ſit indifferens ad illa, & ſic quælibet nata eſt fundare intẽtionem ſpecificam reſpectu illorum indiuiduorum, non tamen ex hoc ſequeretur, quòd natura in Frãciſco, vt prior ſingularitate, & etiam natura in Iohanne, vt prior ſingularitate ſint ſpecies adinuicẽ diſtinctę, quamuis poſſint fundare intentionem ſpecificam, quia tunc natura in Franciſco non poſſet conuenire Iohanni, ſi ſpecie diſtingueretur à natura Iohannis, quælibet tamen ſpecie diſtinguitur à natura equi, aſini, & huiuſmodi.

¶Ad confirmationem concedo, quòd vnitas minor vnitate numerali eſt paſſio naturæ, & cõcedo, quòd tot ſunt tales vnitates quot naturæ in diuerſis indiuiduis. Et concedo ꝙ quælibet natura, vt prior ſingularitate ex natura rei eſt communis, ita ꝙ quælibet nata eſt eſſe communis ad omnia indiuidua naturæ humanæ, non tamen ex hoc ſequitur, ꝙ ſint diſtinctæ naturæ ſpecificæ adinuicem cum quibuſcunq; indiuiduis conueniat vna, & altera ſimiliter conuenit, quod ſimpliciter repugnat diſtinctis ſpeciebus. Poſſet tamen breuius dici, ꝙ natura vt præſcindit à ſingularitate eſt tantum vna vnitate minori vnitate ſingularitatis. Et propter aliam & aliam ſingularitatem ſit alia & alia natura ſingularis. Iſta tamen reſponſio non ita ſoluit difficultates incidentes, ſicut prima, quia ſi eſſent mille indiuidua actu eſſent mille naturæ ſemper priores ſuis ſingularitatibus, & vt ſic ex natura rei eſſent cões, & ideo prima reſponſio eſt melior.

Bona difficultas. Hic tamen poteſt incidere vna bona difficultas, quia tunc videtur ſequi, quòd de eodem indiuiduo poſſent prædicari in quid mille naturę, qđ videtur impoſſibile, aſſumptum probatur. Et pono caſum, quòd actu ſint mille naturę ẽt indiuiduatę, & ſit Franciſcus indiuiduũ; illę naturę ex ſupradictis, vt intelliguntur prius natura hæcheitatibus ſunt communes, ergo omnes natæ ſunt prædicari de omnibus indiuiduis naturæ humanæ in quid, ac per conſequens omnes natæ ſunt ſimul prædicari de Franciſco, cum non ſit maior ratio de vna, quàm de alia, & ſi ſic, tunc omnes erunt de quiditate Franciſci, quia quod prædicatur in quid de aliquo, eſt de quiditate illius, de quo prædicatur, & ſic Franciſcus eſſet realiter, & quiditatiuè, & ſimul mille naturæ humanæ, quod videtur manifeſtè falſum. Nec valet dicere, quòd illæ naturæ, vt ſic natæ ſunt tantum prædicari in quid de Franciſco potentia remota, ſed non poſſunt prædicari in quid potentia propinqua, niſi pro quanto comparentur actu ab intellectu ad indiuidua, de quibus prædicãntur, & hoc modo plures naturæ non prædicantur in quid de vno indiuiduo. Dico ꝙ hoc nõ concludit, quia vt intelliguntur prius natura ſuis hæcheitatibus, ſicut intellectus poteſt comparare vnã ad omnia indiuidua naturæ humanæ, ita & aliam & aliam cum non ſit maior ratio de vna, quàm de alia, & ſic ſequitur, ꝙ omnes actu erunt in potentia propinqua ad prædicari de omnibus indiuiduis. Et præterea hoc, quod dico prædicari de pluribus indiuiduis, in quid tantum fundatur in natura communi ex natura rei ad omnia illa indiuidua, cum ergo ſint mille eiuſdem rationis cum prima, ita hoc, quod dico prædicari de pluribus per actum intellectus poteſt fundari in mille ſicut & in vna illarum, cum non appareat maior ratio de vna, quàm de alia.

¶Reſpondeo, præmittendo aliqua. Primum, ꝙ aliud eſt loqui de hæcheitate actu contrahente naturam, & de hæcheitate actu non contrahente naturam, primo modo ipſa hæcheitas actu, facit vnũ indiuiduum actu cum natura contracta, & ſic natura, vt contracta eſt, ita propria illi indiuiduo, ꝙ eſt impoſſibile ipſam poſſe applicari alteri indiuiduo, & vt ſic contracta, & ſub illa ratione conſiderata non intelligitur prior natura ipſa hæcheitate, quia tunc eſſet contracta, & non contracta. Secundo modo hæcheitas actu non facit vnum cum natura contrahibili, ſed eſt apta nata facere vnũ indiuiduum, quia nata contrahere. *Reſpõſio ad difficultatẽ.*

¶Secundum præmittendum eſt, ꝙ quando dicimus naturam prędicari in quid de indiuiduo, non intelligimus ipſum prædicari in quid de hæcheitate contrahente, cum hæcheitas nullo modo pertineat ad quiditatem, vt expoſui in primo Doc. di. 25. Et ſi prædicatur de hæcheitate tantum prædicatur denominatiuè de eo, quod eſt extra naturã formalem ſubiecti, prædicatio ergo in quid ſpeciei de inferioribus, eſt naturam ſpecificam in concreto ſumptam prædicari in quid de indiuiduis conſtitutis ex natura, & hæcheitate. *Quid ſit prędicatio ſpeciei de ſuis inferioribus*

¶Tertium præmittendum eſt, quòd natura vt actu contracta pro hæcheitate de nullo prædicatur in quid, niſi tantum de ſeipſa, cum vt ſic contracta ſit tantum ſingularis.

¶Quartum præmittendũ eſt, ꝙ quando indiuiduum recipit prædicationem in quid naturę in cõmuni, recipit tantum ratione naturæ contractæ, & ſic dicimus, ꝙ Franciſcus & Iohannes conueniunt quiditatiuè in natura humana, quia Franciſcus actu habet naturam eiuſdem rationis cum natura contracta in Iohanne.

¶Quintum præmittendum, quòd ſi per poſſibile tantum eſſent mille indiuidua actu exiſtentia, ſiuè in actualitate reali, tantum eſſent mille naturę actu contractę in reali actualitate, ita quòd vltra illas nulla eſſet in reali actualitate, cum natura hãbens eſſe reale actuale, realiter ſit in indiuiduo, vt ſupra patuit, tunc ſtante iſto. Cum dicimus, ꝙ omnia iſta indiuidua conueniunt quiditatiuè in natura humana in communi, & quòd natura humana in communi prædicatur de omnibus iſtis in quid

non

non' debemus intelligere vnam naturam humanam in communi, aliam ab illis mille naturis humanis, ſed ſic debemus intelligere, quòd vnaquęque illarum, vt intelligatur prior hæcheitate contrahente eſt communis ad omnia illa mille indiuidua, quia vt ſic intellecta eſt indifferens ad omnes hæcheitates illorum indiuiduorum, vt puta contrahi à qualibet hæcheitate, & nata contrahi ab vna ſicut ab alia, & vt ſic vnaquęque nata eſt prædicari in quid de omnibus illis indiuiduis, quia vnaquęque cum hæcheitate contrahente nata eſt conſtituere vnum per ſe indiuiduum includens naturam quiditatiuè. Ex hoc ergo, quòd nata eſt quiditatiuè conſtituere indiuiduum ſub ſpecie humana, dicimus ipſam prædicari in quid, tota enim quiditas Franciſci eſt natura contracta in Franciſco. Et quia eadem natura intellecta, vt prior hæcheitate Franciſci, nata eſt contrahi ab hæcheitate Iohannis, & ſic nata facere vnum per ſe cum illa hæcheitate, & ſi actu eſſet contracta ab illa, actu diceret totum eſſe quiditatiuum Iohannis, & ſimiliter, quia eadem natura, vt intelligitur prior natura hæcheitate Iohannis, nata eſt contrahi ab hæcheitate Petri. i. ab hęcheitate, non quę actu eſt alicuius indiuidui, ſed quæ nata eſſet vltimatè conſtituere indiuiduum contrahendo naturam &c. quia talis natura, vt ſic contrahibilis nata eſt per ſe facere vnum indiuiduum cum illa hæcheitate, & vt actu contracta actu dicit totum eſſe quiditatiuum Petri, & pariformiter dico de omnibus alijs indiuiduis. Non oportet ergo imaginari quando dicimus, quòd natura prædicatur in quid de Franciſco, quod detur vna alia natura a natura actu contracta in Franciſco, quæ prædicetur in quid de illo, ſed quia eadem natura contracta conſtituit per ſe vnum per ſe indiuiduum, & dicit totum eſſe quiditatiuum illius, ideo vt illa eadē natura conſideratur, vt prior hæcheitate Franciſci eſt contrahibilis, & nata dicere totam quiditatē Franciſci, ideo prædicatur in quid de Franciſco, ex hoc ſolo, quòd eſt nata dicere totam quiditatem illius, quam actu dicit, vt actu eſt contracta, & quia eadem, vt prior &c. eſt contrahibilis ab alijs hæcheitatibus, & nata dicere totam quiditatem indiuiduorum, ideo prædicatur in quid de illis, & totam quiditatem actu dicit, quando actu eſt contracta, & actu per ſe conſtituit vnum indiuiduum vnà cum hęcheitate eſt actu dicens totum eſſe quiditatiuum illius.

Mirabilis re ſolutio ad difficultatē.

¶Dico ergo, ꝙ cum dicimus, Franciſcus eſt homo quiditatiuè, non intelligo naturam humanam diſtinctam ab illa, quę eſt in Franciſco, ſed intelligo præcisè eandem naturam, quæ ideo prædicatur in quid de Franciſco pro quanto nata eſt conſtituere illud indiuiduum, dans ei totum eſſe quiditatiuum, & vt contracta in Franciſco actu non eſt apta nata prædicari de alio in quid, ſed vt contrahibilis ab omni alia hæcheitate, & nata eſt facere per ſe aliud indiuiduum cum alia & alia hæcheitate dicitur prædicari in quid de illis, & cū actu eſt in vno, non poteſt actu eſſe in alio. Ex his patet quid dicendum eſt ad dubium, cum dicitur, ꝙ tunc mille naturę poſſent prædicari in quid de Franciſco. Dico ꝙ tantum illa natura, quæ actu eſt in Franciſco, dicit quiditatem illius, & nulla alia, ſed vt contrahibilis, & nata per ſe facere vnum cum hæcheitate Franciſci dicitur prædicari in quid, & concedo, ꝙ quælibet natura, vt contrahibilis nata eſt per ſe facere vnum cum hęcheitate Franciſci, & ſic concedo, ꝙ quælibet, vt ſic nata, eſt per ſe facere indiuiduū Franciſci, & quęlibet, vt ſic, prędicatur in quid de Franciſco, ſed vt contracta eſt in Franciſco, & dicit totam quiditatem illius, tunc de illo conſtituto nulla alia natura prædicatur in quid, cum prædicari in quid nihil aliud ſit, niſi naturam natā facere cum hęcheitate contrahente illud indiuiduū, de quo pręd icatur, non ergo de eodem indiuiduo conſtituto ex natura & hæcheitate, alia & alia natura pręd icatur, immo, vt ſic, nulla natura prædicatur de illo, niſi vt conſiderata ineſſe contrahibili, & vt nata facere vnum per ſe cum hæcheitate. Et ſic patet reſponſio ad difficultatem, quā bene pondera, quia ad multa, & multa valet.

Quid ſit prædicari in q̄d.

Argumentū quintū contra Scotum.

¶Quintò arguitur ſic: Humanitas in Sorte, & humanitas in Platone realiter diſtinguntur; ergo vtraq; illarum eſt realiter vna numero, & per conſequens neutra eſt communis. Si dicatur, ꝙ iſtę naturę non ſunt diſtinctę, niſi per iſtas differentias additas, ſicut nec aliqua earum eſt vna numero, niſi per differentiam additam, & ideo neutra eſt de ſe ſingularis, ſed eſt de ſe communis. Contra, omnis res ipſa, vel per aliquid ſibi intrinſecum, diſtinguitur eſſentialiter ab omni alia re, à qua eſſentialiter diſtinguitur, ſed humanitas, quæ eſt in Sorte eſſentialiter diſtinguitur ab humanitate, quę eſt in Platone, ergo ſeipſa, vel per aliquid intrinſecum ſibi ab eo diſtinguitur, non ergo per aliquid extrinſecum additum illi.

¶Reſpondeo & concedo, ꝙ iſtę duæ naturæ realiter diſtinguntur, etiam vt intelliguntur priores natura ſujs hæcheitatibus, & nō diſtinguntur pręcisè per illas hęcheitates, ſed cum infertur, aut diſtinguntur ſeipſis, aut per aliquod intrinſecum. Dico, ꝙ fortè poteſt dari vtrunq;, ꝙ primo diſtinguntur ſeipſis, ſaltem ſic, ꝙ non ſunt natæ conuenire in quid in aliqua ſpecie ſpecialiſſima, quia ſola indiuidua conueniunt in quid in illa, nec tamen ſequitur, ꝙ differant ſpecie, vt ſupra oſtēſum eſt, ſed benè quælibet nata eſt fundare intentionem ſpeciei, non aliam & aliam intentionem, vt comparantur ad indiuidua talis naturæ, ſed vt comparantur ad alias naturas ſpecie diſtinctas, vt ſupra dixi. Dico ſecundò, ꝙ poſſunt dici diſtingui ſeipſis ſic intelligēdo, ꝙ quicquid pertinet ad rationem quiditatiuam vnius, pertinet etiam ad rationem quiditatiuam alterius, ſic intelligendo, ꝙ ſicut vna dicit precisè quiditatem conſtitutam ex animali rationali ſubſtātia ente &c. ita & alia dicitur conſtitui ex animali &c. non ponendo nec animal, nec aliquod ſuperius commune eis, ſed ſic intelligendo, ꝙ ſicut natura humana in Sorte eſt realiter diſtincta à natura humana in Platone, ita animal in Sorte, & rationale, & ſubſtātia, & ens realiter diſtinguitur ab animali, & rationali, & ſubſtantia, & ente, & Platone, & hoc modo p̄cisè ſeipſis diſtingunt, itaꝙ nihil vnius eſt idē alicui alterius, quod bene nota. Nec ex hoc valet dicere, ꝙ ita homo, & aſinus diſtinguntur ſeipſis, quia animal in homine, & animal in aſino differunt &c. Dico, ꝙ homo, & aſinus conueniunt in animalitate in communi, ſic intelligendo, ꝙ animal, vt contrahibile per rationale natum eſt per ſe facere vnū cum rationali, & vt actu contractum conſtituitur actu vnum in eſſe ſpecifico, & ſimiliter animal, vt prius differentijs natum eſt contrahi per irrationale ſic, ꝙ natum eſt facere vnum cum illo, & ex hoc dicimus, ꝙ homo, & aſinus non ſeipſis diſtinguntur, quia cōueniunt quiditatiuè in animali, & per differentias diſtinguntur. Sed non eſt ſic de duabus naturis eiuſdem rationis, vt ſunt priores ſuis ſingularitatibus, quia non dicimus, ꝙ ſint natæ conuenire in quid in aliquo cōi, & differre per aliquid, ſed in nullo quiditatiuè conueniunt. Si tamen iſta poſitio non placet, quia fortè eſſet difficile aſſignare rationē qua-

No. hanc reſponſionē cōtra Ocham.

te

re non conueniat in aliquo cōi quidditatiuè poſſet dari aliud membrum, ꝙ non præciſè diſtinguntur ſeipſis, ſed aliquo quidditatiuè cōueniunt, & aliquo differunt. Si dicatur, ꝙ tunc eſſeňt duæ ſpecies, q̄a præter rationem indiuidualem haberent quo con uenirent quidditatiuè, & quo differrent. Dico, ꝙ ſi illud quo differunt eſſet aliqua differētia diuiſiua generis, & cōſtitutiua ſpeciei nō poſſit euadi, quin eſſent duæ ſpecies ſpecialiſſimę, ſed diceretur, ꝙ illa, quibus differunt ſunt aliquę aliæ differētię ignotę nobis, de quibus ens non prędicatur in quid, & tales non poſſunt dici differentię ſpecificę, vt patet à Doc. in 1. diſ. 3. q. 3.

Arguit ſex. to Ochā contra Scotum. ¶Sextò arguit Ocham ſic: Quicquid à parte rei diſtinguitur ab alio, quod non eſt de intellectu ſuo formali, poteſt intuitiuè videri ſine illo alio ſecundum Scotum, qui etiam ponit, ꝙ eſſentia diuina poteſt intuitiuè videri ſine perſonis, ergo humanitas, quæ eſt in Sorte poteſt intuitiuè videri ſine aliqua differentia contrahente, & per conſequens cū iſtę humanitates diſtinguntur loco, & ſubiecto, poteſt talis intellectus diſtinguere vnam ab alia ſine omni differentia contrahente, quod nō eſſet poſſibile, ſi præciſè diſtinguerentur per ſuas differētias cōtrahētes, ergo ſeipſis diſtinguntur numeraliter.

¶Reſpondeo, ꝙ non poſſet cognoſci intuitiuè, quia cognitio intuitiua terminatur ad per ſe exiſtens in propria exiſtentia, vt patet à Doc. in 1. diſt. 1. q. 2. & 8. q. pen. & alibi ſæpe, modo eſt impoſſibile talem natura habere eſſe exiſtentię, niſi in indiuiduis, cum ſic ſit ſimpliciter idem realiter cū ſua ſingularitate. Si tamen diceretur, ꝙ exiſtentia naturæ, vt naturę, eſt prior natura exiſtentia hęcheitatis, vt ſupra dictum eſt, ergo poteſt intuitiuè videre naturam non videndo hæcheitatē. Dico primò, ꝙ nullus intellectus creatus poſſet intuitiuè videre naturam, vt ſic, quia exiſtentia illius eſt ſimpliciter eadem realiter cum exiſtētia hæcheitatis, ideo intellectus creatus non poſſet moueri ab vno ſine altero, ſecus eſt de obiecto voluntario, cuiuſmodi eſt eſſentia diuina, quæ poteſt ſeipſam oſtendere, non oſtendendo perſonas. Dico ſecūdò, ꝙ cognitio intuitiua non terminatur propriè ad rem exiſtētem abſolutè, niſi talis res actu ſit ſingularis, quia talis notitia intuitiua non vř poſſe eſſe alicuius cōis in ſe. Dico tertiò, ꝙ oporteret eum probare, ꝙ ab aliquo intellectu, ſaltem diuino non poſſit intuitiuè videri in aliquo priori, non videndo ſingularitatē, & ꝙ ēt intellectus ſeparatus hoc non poſſit videre. Licet.n. intellectus noſter pro ſtatu iſto non poſſit diſtinguere vnam humanitatem ab alia, vt diſtinctam ab hæcheitate, quia pro ſtatu iſto nihil diſtinctè cognoſcit ſub propria ratione, vt patet à Doc. in primo; intellectus tamē ſeparatus, qui ex natura ſua omne ens creatum poteſt diſtinctiſſimè cognoſcere, poſſet etiam in aliquo priori natura intuitiuè videre naturam humanam in Sorte, non videndo hæcheitatem illam, præcipuè cum ipſa natura, vt ſic nō tantum eſſet ratio formalis mouendi partialiter intellectum ſeparatum ad cognitionem ſui intuitiuam, ſed etiam vt ſic eſſet præciſa ratio formalis terminandi talem notitiam intuitiuam, & per conſequens poſſet ipſam videre, non videndo hæcheitatem. Multa alia dicit circa hāc materiam de natura communi, quę omnia ex his, quæ ſupra dixi facillimè ſolui poſſunt, & quia videntur quaſi incidere cum aliquibus rationibus prius poſitis, ideo relinquo illas ſoluendas curioſo legenti.

¶Et cum nititur probare, ꝙ ēt hæcheitas dicat entitatem quidditatiuam ex hoc, quod eſt de eſſentia alicuius per ſe in genere. Dico, ꝙ aliquid eſſe ꝑ ſe de eſſentia alicuius pōt duplicıter intelligi. Vno modo, ꝙ conſtituat aliquid, ſiuè totaliter, ſiuè partialiter in eſſe eſſentiali, & quidditatiuo. Alio modo ꝙ ſit tm̄ determinatiuū, & contractiuum alicuius dicentis quidditatem, & eſſentiam, primo modo cōcedo, ꝙ eſt de eſſentia conſtituti, ſed negatur, ꝙ aliqua hæcheitas ſic conſtituat aliquid in genere. Secundo modo dico, ꝙ nihil tale pertinet ad quidditatem, ſiuè eſſentiam conſtituti, & ſic hæcheitas pręciſè iſto ſecundo modo conſtituit indiuiduum in ſpecie.

¶Licet multi alij, vt Greg. de Arimi. Ioan. anglicus Bacch. & breuiter omnes nominales varijs rationibus inſtent contra hanc Doc. poſitionem, & ſingularē, tamē quia ex his, quæ dixi facillimè ſolui poſſunt, ne legentibus tedio ſim, omitto.

GVL. OCHAM diſ. 2. primi. q. 7. quęrit deſtruere poſitionē Doc. quę vult vniuerſale eſſe reale, & adducit aliqua arg. contra, & quia coincidunt cum argumentis factis ab ipſo, diſ. 2. q. 6. ideo omitto illa, quia tñ rñdet ad plures rōnes, q̄ ſunt pro opin. Doc. ideo primò adduco illas rōnes pro opi. Doc. & ſecūdò reſpōſionē Ochā ad illas, & tertiò oſtēdā illas rñſiones minimè euacuare rōnes ꝓ opi. Sco. *An vniuerſale ſit reale.*

¶Circa primum arguitur multipliciter pro poſitione Sco. primò ſic: Illud qđ realiter diuiditur in veras res, eſt vera res, ſed forma generis, & ſimiliter forma ſpeciei diuidūtur in veras res, tanquam in partes ſubiectiuas, & eodem modo vniuerſale omne diuiditur in partes ſuas ſubiectiuas, ergo omne tale eſt vera res extra animam.

¶Secundo ſic: Omne qđ eſt de eſſentia alicuius rei, & includitur eſſentialiter in intellectu quidditatiuo alicuius rei extra aīam eſt vera res extra animā, ſed oē gen⁹, oīs ſpecies, & vniuerſaliter oē vniuerſale prædicamētale in quid de vera re extra animam, eſt de eſſentia inferioris, & includitur in intellectu quidditatiuo cuilibet per ſe inferioris, ergo.

¶Cōfirmatur, quia oīs res extra aīam pōt verè, & perfectè, & diſtinctè intelligi ſine illo, qđ nō eſt aliquo modo vera res, nec intrinſeca ſibi, ſed nullū indiuiduum pōt verè intelligi, nec diſtinctè, nō intellecto per ſe ſuperiori, ſicut Sor. nō pōt intelligi, non intellecto aīali, vel hoīe, vel quocunq; ſuperiori, ergo qđcunq; ſuperius Sortis eſt de eſſentia Sortis, & per cōſequens vera res extra aīam, quia nullū ens rōnis eſt de eſſentia rei exiſtētis extra aīam.

¶Tertio ſic: In rerum natura eſt aliquid per idētitatem communicabile pluribus, ſed tale non eſt niſi vniuerſale, ergo vniuerſale eſt aliquid realiter exiſtens in rerum natura.

¶Quarto, quia oīa, q̄ ſunt in linea prędicamentali ſunt verę res, & nō tm̄ entia rōnis, ſed in linea prędicamētali ponuntur tā genera, q̄ ſpecies, ergo ſunt verę res extra aīam; ma. patet, tū quia genus ꝑdicatur in quid, & vniuocè de oīb⁹ per ſe cōtentis ſub illo, ſed nihil ꝑdicatur vniuocè de ente reali, & de ente rōnis, ergo oīa, q̄ ſunt per ſe in genere ꝑdicamentali, vel ſunt entia realia, vel entia rōnis. Et certū eſt, ꝙ nō oīa ſunt entia rōnis, ergo omnia ſunt entia realia. Tū quia vel contentū ſub aliquo immediatè diuidentiū aliquid cōe per ſe, continetur ſub aliquo cōtento ſub aliquo diuidentiū, ſicut ſi ſubſtantia diuidatur per ſubſtantiā corporeā, & incorporeā, & nihil contentū per ſe ſub ſubſtantia corporea, cōtinetur per ſe ſub aliquo contento per ſe ſubſtantia incorporea, ſed ex prima diuiſione diuiditur ens extra aīam, & in ens rōnis, & ens reale extra aīam diuiditur in 10. prædicamenta, ergo cū genera, & ſpecies continentur ſub ſubſtantia, q̄ eſt vnū prædicamentū, non poterunt cōtineri ſub ente rōnis, & per conſequens nō ſunt entia rationis, ſed entia realia. Tū quia ſi genera, & ſpecies eſſent

entia

entia rationis, ergo cum entia rationis varietur ad variationem intellectuum, ſequitur ꝙ tot ſunt intellectus, quot erunt generaliſſima ſubſtantiæ.

¶Præterea, aliqua diſtinctio eſt inter ſuppoſitū, & naturam, alioquin ita eſſent hæc vera, homo eſt humanitas, ſicut hæc, homo eſt homo, ſed ſuppoſitum eſt à parte rei, & ſimiliter natura, quia aliter nulla eſſet diſtinctio verè, ergo vniuerſale eſt aliquo modo à parte rei.

Cap. de ſpecie. ¶ Præterea per auctoritatem Boe. n. dicit, ꝙ ſpecies eſt totum eſſe indiuiduorum, ergo ſpecies eſt eadem res cum indiuiduis, ergo eſt à parte rei.

¶ Præterea auctor 6. principiorum quærit. Vtrū vniuerſalia fiunt à natura, vel ab arte, reſpondet ꝙ fiunt à natura, ſed natura operatur occultè in vniuerſalibus, nam producendo ſingularia producit vniuerſalia, omnis communitas (vt dicit) à ſingularitate procedit. Ex hoc arguit ſic, illud quod fit à natura hēt eſſe extra animā, ſed vniuerſale ſit &c.

Primo poſt. cōntex. 31. ¶Item 4. topi. interēpto genere interimitur ſpecies, & indiuiduum, ſed nunquam ad interemptionem entis in anima, ſequitur interemptio entis extra animam, ergo genus eſt extra animam.

¶Item philoſo. primo poſter. Demonſtrationes ſunt de perpetuis, & incorruptibilibus, & Lynco. dicit ibidem, ꝙ manifeſtum eſt, ꝙ demonſtratio ſit de vniuerſalibus repertis in ſingularibus, ergo vniuerſalia ſunt verè extra animam.

A D primum, alterius opi. Dico ꝙ illud, qđ diuiditur in veras res ſicut verè cōpoſitum in ſuas partes eſſentiales incluſas in illo eſt vera res, illo modo corpus diuiditur in ſuas partes eſſentiales, & totū in ſuas partes integrales, & fit talis diuiſio realiter extra animam. Sed qn̄ aliquid diuiditur in veras res tanquam ſignū, in ſua ſignata non oportet non pluſquā, ꝙ illud, quod diuiditur in ſubſtantiam ſit ſubſtantia, quō aliqua vox diuidit in ſubſtantias, tanquam ſignum in ſua ſignata, iſto ſecūdo modo diuiditur ſpecies, & ſimiliter genus, quia in nullo variatur ſpecies, vel genus, vel quodcūq; vniuerſale propter talem diuiſionem, nec illa in quibus diuiditur plus ſunt partes realiter, quam plura ſignificata ſunt partes vocis ſignificantis.

Gul. Ocham ad rationes Scoti reſpondet.

¶Ad ſecundum dico, ꝙ vniuerſaliter nunquam ſuperius eſt de eſſentia inferioris, nec includitur eſſentialiter in inferiori, nec in intellectu eius quiditatiuo, prædicatur tn̄ eſſentialiter de inferiori, qa declarat eſſentiā inferioris, vel declarat ipſummet inferius, vel rē importatā per inferius, & hoc eſt prædicari in quid, vel per ſe primo modo, & eſſentialiter. Vnde ſicut ſm aliquos ens dicit vnum conceptum, qui non eſt de eſſentia Dei, vt pars ſua eſſentialis, quia tunc aliquid reale eſſet vniuocum Deo, & creaturæ, qđ negāt, & tn̄ prædicatur in qd, & per ſe primo modo de Deo, & creatura, ita dico in propoſito, ꝙ nihil à parte rei eſt vniuocum, quibuſcunq; indiuiduis, & tn̄ eſt aliquid prædicabile in quid de indiuiduis. Similiter ſicut ipſi dicūt, ꝙ vniuerſale, quod eſt vnum obiectū numero, prædicabile de quolibet ſuppoſito prædicatione dicēte hoc eſt hoc, non eſt in re, quia nihil in re eſt ſic prædicabile, & tn̄ ipſa prædicatio vocatur eſſentialis, & in quid, & per ſe. Ita dico, ꝙ vniuerſaliter prędicatio ſuperioris de inferiore, non eſt prædicatio alicuius, quod quocunq; modo ſit in re extra animā, & per conſequens illud, quod prædicatur non eſt pars rei, nec eſt de eſſentia rei, & tn̄ prædicatur in quid de rebus, & cauſa eſt, quia non ſupponit pro ſe, ſed pro rebus ipſis de quibus prædicatur.

Ens dicit vnum cōceptum.

Inſtantia. ¶ Et ſi dicatur, ꝙ tunc eſſet idem dicere Sortes eſt homo, & Sortes eſt Sortes, reſpondeo, ꝙ nō ſequitur, quia quāuis homo in prima ſupponat pro Sorte, nec poſſit verificari, niſi pro Sorte, aliud tamen eſt illud, quod prædicatur, & ideo quamuis aliquid idem ſit pro quo ſit prædicatio, in vtraque tamen aliud eſt, quod prædicatur, ideo non eſt eadem propoſitio. Similiter quamuis in iſta Sortes eſt homo, ly homo ſupponat pro Sorte, non tamen præciſè pro Sorte, quia potentialiter ſm modum loquendi logicorum ſupponit pro quolibet homine, quia infertur ex quolibet, & terminus ſemper in talibus ſupponit pro eiſdem, quia pro omnibus de quibus verificatur, non tamen verificatur iſta, Sortes eſt Sortes, niſi pro Sorte, & ideo non eſt idē dicere, Sortes eſt homo, & Sortes eſt Sortes.

¶Ad confirmationē dico, & concedo, ꝙ res pōt intelligi, non tm̄ confuſè, ſed etiam perfectè, & diſtinctè, nullo ſuperiori intellecto, & qn̄ dr̄ ꝙ Sortes non poteſt intelligi, niſi intellecto animali, dico, ꝙ iſta pōt diſtingui, ſiue de veritate ſermonis, ſiuē non, non curo, quia ly animal poteſt ſupponere ſimpliciter, & tunc eſt falſa, quia tunc denotatur quòd Sor. non poteſt intelligi, niſi intellecto hoc cōi animali, & hoc eſt ſimpliciter falſum, vel poteſt ſupponere pro re, & perſonaliter, & ſic concedo, iſto. n. modo Sor. non poteſt currere, niſi animali currente, quia neceſſario ſequitur Sor. currit igitur animal currit, non tamen oportet, ꝙ illud cōe curat iſto modo, homo non poteſt intelligi ente non intellecto, & tamen homo poteſt intelligi iſto cōi ente non intellecto, ſecundùm eos maximè, ſi illud commune non ſit aliquid reale, ſicut ipſi dicunt.

¶Ad tertium dico, ꝙ nihil eſt cōicabile reb⁹ per identitatem, niſi ſola eſſentia diuina tribus ſuppoſitis, quibus eſt eadem realiter, & ideo non debet propriè concedi, quòd natura cōicatur ſuppoſito, niſi fortè dicatur, ꝙ natura humana cōicatur verbo, & tunc nō cōicatur ſibi per identitatem, ſed debet magis propriè dici, quòd naturaliter eſt ſuppoſitum, ſicut poſt oſtendetur. Vnde ſicut ipſi habent dicere, ꝙ ens, quod eſt cōe Deo, & creaturæ nō eſt cōicabile cuilibet per identitatem, quia tunc aliquid reale eſſet vniuocum Deo, & creaturæ, ſicut ſm eos aliquid reale eſt vniuocum Sor. & Platoni, ſic dico vniuerſaliter, quòd nullum vniuocum eſt communicabile vniuocatis per identitatem.

¶Ad quartum dico quòd non omnia, quæ ſunt in linea prædicamētali per ſe ordinata ſecundùm ſuperius, & inferius ſunt verę res extra animam, ſed aliqua talia entia ſunt tantum in anima.

¶Ad primam probationem concedo, ꝙ genus prædicatur in quid vniuocè, & per ſe primò, non de ente reali, ſiuè de pronomine demōſtrante ens reale, ſed de ente rōnis, non tm̄ pro ente rōnis, ſed pro re, quia illud ens rōnis non habebit ſuppoſitionem ſimplicē, ſed perſonalem, & ideo genus prædicatur de ſpecie, nō pro ſpecie, ſed pro re, & ideo debet ſic exerceri iſte actus ſignatus, homo eſt animal, ita ꝙ vterq; terminus ſtet pro re, & perſonaliter, ita habent alij dicere, ꝙ de ſapientia in cōi prędicatur per ſe primo modo ens, & ſimiliter de ente reali, & tamen ſapientia in cōi nō eſt aliquid reale extra animam, quia tunc eſſet aliquid reale vniuocum Deo, & creaturæ, ergo ens quod eſt vniuocum præciſè entibus realibus, vniuocè prædicatur de ente reali, & de ente rōnis, ſed tunc illud ens rationis non ſupponit pro ſe, ſed pro re. Vnde qn̄ dr̄ ſic, omnis ſapientia eſt ens reale, hoc eſt prædicando in quid, & ad hoc non requiritur, niſi quòd hęc ſapientia, quæ Deus eſt, ſit ens reale, & nō requiritur, ꝙ illud cōe vniuocum ſit ens reale, ita dico, qđ ad veritatem iſtius, omnis homo eſt animal, ſufficit quòd iſte homo ſit animal, & quòd ille homo ſit animal, & ſic de alijs rebus ſingularibus.

Non omnia quæ ſunt in linea prædicamentali ſunt res.

Et

Et non requiritur, quòd illud cõmune vniuocum iſtis hominibus ſit animal, & ſic de omnibus iſtis omne animal eſt ſubſtantia, omne corpus eſt ſubſtantia, omnis color eſt qualitas, omnis intẽtio eſt qualitas, & huiuſmodi.

¶ Ad ſecundam probationem per idem, quod procedit de diuidentibus, de quorum vtroq; ſupponente pro re, verificatur diuiſum, ſed quando illud diuiſum non ſtat pro ſe, ſed pro aliquo alio nõ oportet. Vnde ſi genera, & ſpecies eſſent ſubſtãtię, nullo modo poſſent eſſe entia rationis, ſed in rei veritate non ſunt ſubſtantiæ. Dico ergo, quòd aliquid eſſe, vel contineri ſub aliquo genere poteſt intelligi dupliciter, vel quia eſt illud, de quo pro ſeipſo, vel de pronomine demonſtrante ipſum genus verificatur, & iſto modo tantum ſingularia continentur in genere, quia ſola ſingularia ſunt ſubſtantiæ, & ſola ſingularia ſunt qualitates, & nec ſpecies nec genera continentur, iſto modo ſub genere ſubſtantiæ, alio modo eſt aliquid in genere, quia eſt illud de quo non pro ſe, ſed pro re, verè ipſum genus prædicatur, & iſto modo genera, & ſpecies ſunt in genere, de contentis primo modo eſt propoſitio accepta vera, non de ſecundo modo contentis.

Aliquid cõtineri ſub aliquo contingit duobus modis.

¶ Ad tertiam probationem patebit in ſequenti quæſtione.

¶ Ad quintum dico, ꝙ inter naturam, & ſuppoſitum aliquando eſt diſtinctio realis, ſicut inter ſuppoſitum verbi, & naturam aſſumptam, aliquando autem penitus nulla eſt diſtinctio ex parte rei, tamen iſti conceptus ſuppoſitum, & natura diſtinguntur, & ideo de aliquo poteſt verificari, ꝙ ſit natura, nõ tamen ſuppoſitum, quod tamen prius fuit ſuppoſitum. Sed hoc nunquam eſt poſſibile, niſi per corruptionem, vel per realem aſſumptionem. Et quando dicitur, ꝙ tunc hæc eſſet vera, homo eſt humanitas. Dico, ꝙ niſi aliquis modus ſyncathegorematicus importatus, ſm̃ vſum loquentium in hoc nomine humanitas impediat, quòd hęc eſt cõcedenda de virtute ſermonis. Hæc tamen eſt contingens, homo eſt humanitas, etiam ſine corruptione humanitatis.

¶ Ad ſextum dico, quòd non eſt intentio Boetij, ꝙ ſpecies ſit totum eſſe indiuiduorum, ſed ꝙ ſignificat totum eſſe indiuiduorum, ſicut quodammodo ſignum, quod non eſt ſignatum, & hoc eſt vniuerſaliter verum de ſpecie ſpecialiſſima, non autem vniuerſaliter verum de genere, qualiter autem hoc ſit intelligendum, diſ. 8. patebit.

Optima expoſitio.

¶ Ad ſeptimum dico, ꝙ natura occultè operatur in vniuerſalibus, non ꝙ producat ipſa vniuerſalia extra animam tanquam aliqua realia, ſed quia producendo cognitionem ſuam in anima quaſi occultè ſaltẽ immediatè, vel mediatè producit illo modo quo nata ſunt produci, & ideo ois cõitas iſto modo eſt naturalis, & à ſingularitate procedit, nec oportet illud, quod iſto modo fit à natura eſſe extra animam, ſed poteſt eſſe in anima.

¶ Ad octauum dico, ꝙ interempto genere &c. Hoc eſt ſic intelligendum, ꝙ à quocunq; verè negatur genus, ab eodem verè negatur ſpecies, & indiuiduum, puta ſi lapis non eſt animal, nec eſt homo, nec aſinus, nõ tamen oportet, quòd ſi per poſſibile, vel impoſſibile genus non eſſet, quòd indiuiduum non eſſet.

¶ Ad nonum dico, ꝙ philoſophus intelligit, ꝙ demonſtratio eſt de perpetuis, & incorruptibilibꝰ, hoc eſt de propoſitionibus neceſſarijs.

¶ Ad linco. qui vult ſeruare eum poteſt dicere, ꝙ intelligit, quòd demonſtratio eſt de vniuerſalibus repertus in ſingularibus, quia ipſa vniuerſalia ſunt in ſingularibus per prædicationem, quia verè ſunt prædicabilia de ſingularibus.

Quo vniuerſalia ſint in ſingularib.

CVM dicit reſpondendo ad primum argumentum, quòd diuiſio realis in plura realiter diſtincta eſt vera de compoſito reali, ſed non eſt vera de natura generica, vel ſpecifica, hoc patet eſſe falſum ex ſupradictis exponẽdo rationes Doc. de natura cõi. Et reſpondendo ad rationes Ocham, & quod dicit hic, quòd diuiſio generis in ſpecies, eſt diuiſio ſigni in ſignificata, hoc patet eſſe falſum, quia ſi non daretur conceptus cõmunis ex parte rei, nulla eſſet prædicatio vniuoca, vt aliàs probaui.

Reſpõſiones Ocham datæ rõnibus Scoti, oſtenduntur inſufficere.

¶ Ad illa, quæ dicit reſpondendo ad ſecundã rationem. Dico, quòd non poſſunt ſuſtineri, quod. n. primò dicit, ꝙ ſuperius non eſt de eſſentia inferioris, nec includitur in inferiori, nec in intellectu eiꝰ quidditatiuo, prædicatur tñ eſſentialiter de inferiori. Quæro. n. cum dico, homo eſt animal quidditatiuè, quid prædicatur de ipſo homine, aut prædicatur ſignificatum animalis, & tunc habetur intentum, quia animal, quod eſt cõe omnibus ſpeciebus animalis, prædicatur in quid de homine, aut accipitur animal pro actu intelligẽdi, quo intelligitur, & talis actus cum ſit merè qualitas non prędicatur in quid de homine, aut accipitur animal, vt eſt ſuperius ad hominem pro quodam idolo fabricato ab intellectu, vt ipſe videtur tenere in præſenti diſ. & tunc ſequitur, quòd erit tantum quoddam fictitium, vel ſaltem erit tantum ſuperius, non ex natura rei, ſed ad libitũ. Et præterea cum dicit animal prædicari in quid de homine, & non eſſe de quidditate hominis. Quæro quid ſit prædicari in quid, non videtur poſſe aſſignari ratio aliqua, niſi quia hoc, quod eſt prædicari in quid, eſt quędam ſecunda intentio applicabilis alicui, quod eſt natum eſſe de quidditate alterius. Et præterea cum dico, animal prædicatur in quid de homine, aut animal dicit aliquid aliud ab homine, aut præciſè ipſum hominem, ſi primò non videtur poſſe aſſignari, niſi entitas animalis, quæ licet ſit pars hominis, tamen prædicatur per modum totius, vt patet à Doc. in ſuis vniuerſalibus. Si ſecundò, tunc prædicari in quid erit tantum eiuſdem de ſeipſo. Et ſimiliter, quod dicit, quod ſuperius ex hoc dicitur prędicari in quid, quia declarat eſſentiam inferioris, vel declarat ipſummet inferius, vel rem importatam per inferius. Quęro cum animal quod eſt ſuperius ad hominem declarat eſſentiã hominis, aut pręciſè notificat ipſum hominem cõfuſè, aut diſtinctè. non primò, quia ſuperius non pertinet ad talem notitiam inferioris. Si ſecundò habetur intentum, quia declarare aliquid diſtinctè, eſt ipſum manifeſtare ſm̃ ſe, & ſm̃ omnes partes eſſentiales, & ſic ſequitur, ꝙ animal declarare diſtinctè hominẽ eſt cognoſcere animal eſſe de quidditate hominis. Diffinitio. n. eſt cognitio diſtincta ſm̃ omnes partes diffiniti, vt notat Doc. in 1. diſ. 36. cognoſcere ergo hominem diſtinctè eſt ipſum cognoſcere ſm̃ omnes partes ſuas eſſentiales. Et tunc quæro de diffinitione hominis, cui primo competat, an ſingulari præciſè, an homini in cõi, non primo. Tum quia ſingularia non primò diffiniuntur, tum quia cõiter aſſignatur diffinitio hominis, animal rationale, ita ꝙ in tali diffinitione nullo modo includitur hæcceitas, non eſſet ergo diffinitio completa hominis ſi præciſè intelligeretur verificari de ſingulari, niſi in tali diffinitione poneretur ratio indiuidui formalis. ſ. ipſa hæcceitas, quia ſm̃ ipſum in primo, di. 2. q. 6. hæcceitas pertinet ad quidditatem, nec valet inſtantia quam adducit. ſ. ꝙ ens dicit vnũ conceptum, qui non eſt de eſſentia Dei, vt pars ſua eſſentialis, quia tunc aliquid reale eſſet vniuocum Deo,

Quid ſit prædicari in quid.

Animal quamuis ſit pars hominis, prædicatur tamẽ de homine per modum totius.

Qua ſit diffinitio.

Deo, & creaturæ, quod ipſi negant. Dico, ꝙ hęc inſtantia non eſt multum ad propoſitum ſuum, quia conceptus entis ex natura rei nullo modo natus eſt eſſe prior ipſo Deo, vt expoſui in primo, diſt.2. q.1. dicitur tamen prædicari in quid, quia accipitur præcisè à quiditate, ſed non eſt ſic de natura generica, vel ſpecifica, quia illa, vt ſupra probauimus ex natura rei nata eſt eſſe prior. Dico ſecundò, ꝙ Deus ex ſua ratione formali eſt ſingularis, ita ꝙ ex natura rei de neceſſitate eſt in vltima actualitate, & vt ſic non poteſt dari quiditas prior ex natura rei ſingularitate, & per conſequens nihil de ipſo poteſt prædicari in quid, vt prius eo, vt expoſui in primo, vbi ſupra, ſed non ſic eſt in creaturis, quia non omnia, quæ pertinent ad eſſentiam alicuius ſunt in vltima actualitate, & ſic multa potentialia præcedunt pertinentia ad quiditatem. Nec ſimiliter valet illa inſtantia, quam adducit, dicens, quòd vniuerſale, quod eſt vnum obiectum numero prædicamentale de quolibet ſuppoſito prædicatione, dicente, hoc eſt hoc, non eſt in re ſm opinionem Sco. & tñ dicitur prædicari in quid eſſentialiter, & per ſe ſm Sco. Dico, ꝙ ideo illud tale dicitur prædicari in quid de pluribus, ex hoc ſolo, ꝙ applicatur naturæ communi, ex natura rei, quæ eſt nata eſſe de quiditate inferiorum, vt ſupra expoſui, & ſi non daretur talis natura, tunc prædicari in quid de inferiori, vel eſſet tantum fictitium, vel tantum diceretur prædicari in quid ex ſola inſtitutione voluntaria, immo ex parte rei eſſet ſimpliciter idem dicere Sor. eſt homo quiditatiuè, & Sortes eſt Sortes. Nec valet dicere, vt ipſe dicit, ꝙ cum dico Sor. eſt homo, ꝙ ly homo non ſupponit præcisè pro Sorte, quia potentialiter ſecundum modum loquendi logicorum ſupponit pro quolibet homine, quia infertur ex quolibet, & terminus ſemper in talibus ſupponit pro eiſdem, quia pro omnibus, de quibus verificatur iſta, non tamen verificatur iſta Sor. eſt homo, niſi pro Sorte, & non eſt idem dicere Sortes eſt homo, & Sortes eſt Sortes. Dico, ꝙ iſta reſponſio videtur voluntaria, & multa vidētur ſequi inconuenientia. Primò, quia cum dico Sortes eſt homo, quæro pro quo ſupponit, aut pręcisè pro Sorte, & tunc idem eſt dicere Sortes eſt homo, & Sortes eſt Sortes, aut ſupponit pro alio à Sorte, aſſignetur ille alius, ſit Franciſcus. Et tunc quæro, vt prius, aut ſupponit præcisè pro Franciſco, aut ſimul pro Franciſco, & pro Sorte. Si ſecundo, tunc verificatur iſte terminus, homo ſimul pro Sorte, & Franciſco, & ſic de alijs, & ſic non poterit præcisè verificari pro Sorte, quod eſt inconueniens. Et licet poſſet reſpondere, quòd non idem eſt terminum ſupponere, & verificari, quia ly homo poteſt ſupponere pro omni homine, & tamen non verificatur de omni homine, quicquid ſit, de hoc parum curo, quia dum res conſtat, non eſt vis facienda de nomine. Quæro enim cum dico, Sortes eſt homo, quid verificatur de Sorte in re, aut præcisè res, quæ eſt Sortes, aut aliqua alia res, quæ non eſt præcisè Sortes. Si primo, patet idem eſſe, Sortem eſſe hominem, & Sortem eſſe Sortem. Si ſecundò, habetur intentum, ꝙ homo dicat aliquid ex parte rei, quod non eſt præcisè Sortes, & eſt de quiditate eius, & ſi dicatur, quòd ly homo dicit præcisè alium terminum à Sorte, qui inſtituitur ad prædicandum de Sorte, & alijs hominibus, & tunc oportet quærere cauſam, quare magis iſte terminus homo prædicatur in quid de Sorte, quàm iſte terminus aſinus. Si non aſſignetur aliqua cauſa ex parte rei, vt ſupra dixi talis inſtitutio erit merè voluntaria.

Quõ Deus ſit ſingularis.

¶Et quod dicit ad illam confirmationem, quòd res poteſt diſtinctè intelligi nullo ſuperiore intellecto, patet ex ſupradictis ad hanc reſponſionem nullo modo euacuare rationem.

¶Ad aliam reſponſionem de cõmunicabili per identitatem, cum dicit, ꝙ ſola eſſentia diuina eſt communicabilis per identitatem, hoc eſt præcisè verum, ꝙ ipſa ſola, vt ſingulariſſima communicatur tribus per idẽtitatem, & ſic nulla creatura hoc modo poteſt communicari. Dico etiam, ꝙ nulla creatura ex parte rei, realiter poteſt actu pluribus cõicari, non.n. natura humana, vt dicit entitatem realem actualem poteſt eadem eſſe actu in pluribus ſuppoſitis, vt patet ex ſupradictis, quia dum contrahitur per ſingularitatem aliquam ſic fit propria illi indiuiduo, quod eſt impoſſibile ipſam eſſe actu in alio indiuiduo. Dicitur tamẽ communicari per identitatem pluribus indiuiduis, ex hoc ſolo, ꝙ eſt indifferens ad illa, & ex ſe ita poteſt eſſe in vno, ſicut in alio, nec ex ſe eſt magis determinata ad vnũ, quàm ad aliud, ſed dum eſt in vno realiter identificat ſibi hæcheitatem contrahentem, & poteſt prædicari de omnibus per identitatem, dicendo, hoc eſt hoc, puta Franciſcus eſt homo, Iohannes eſt homo, & ſic de alijs, quia quantum eſt ex parte ſua natum eſt per ſe facere cum vna hæcheitate vnum per ſe indiuiduum, reſpectu cuius dicit totum eſſe quiditatiuum, & ſimiliter ex parte ſua cum alia hæcheitate, vt intelligitur prior omni hæcheitate, nata eſſet facere cum alia hæcheitate, aliud per ſe indiuiduum, cuius totum eſſe quiditatiuum diceret, vt ſupra prolixè expoſui. Et ſic patet quomodo in creaturis intelligitur aliquid cõmunicari per identitatem.

Ex ſe ſola eſſentia diuina eſt cõicabilis.

Quõ aliqd in creaturis dicatur cõicari p identitatem.

¶Ad illa, quæ dicit reſpondendo ad quartum, ꝙ non omnia, quæ ſunt in linea prædicamentali per ſe ordinata ſecundum ſuperius, & inferius ſunt veræ res extra animã. Sed hoc patet eſſe contra Ariſt. qui ponit prædicamenta eſſe entia realia, vt patet quinto metaphyſicor. vbi diuidit ens in decem prędicamenta. Ad illa alia, quæ dicit de prædicari vniuocè, & quiditatiuè non oportet aliter improbare, cum ex omnibus, quæ ſupra dixi appareat eorum manifeſta improbatio. Ad illas expoſitiones datas auctoritate philoſophi, expreſsè patet non eſſe ad mentem philoſophi, nec credo eſſe neceſſarium pro nunc aliter adducere originalia philoſophi, ſufficiunt enim illa, quæ adduxi ſupra. Et ſic finis huius quæſtionis.

Quæſtio Secunda. Diſt. III.

Vtrum ſubſtantia materialis per aliquid poſitiuum intrinſecum ſit de ſe indiuidua.

Scotus ſecundo ſententiarum, diſt.3.q.2.

SECVNDO quærẽdum eſt. Vtrum ſubſtantia materialis per aliquid poſitiuum intrinſecum ſit de ſe indiuidua.1. An ſubſtantia materialis ex ſua ratione formali nullo ſibi adueniente poſitiuo ſit ſingularis, ſeu indiuidua.

¶Ibi. Hic dicitur, ꝙ non indiuiduatur per aliquod poſitiuum. Hic Doc. in præſenti q. primò recitat opin. Hen. quol.5.q.8.& 15. Secundò improbat illam opinionem pluribus rationibus. Et tertiò affirmatiuè reſpondet ad quæſitum principale.

QVANTVM ad primum, quod pertinet ad opin. Hen. Dicit Hen. vbi ſupra, ꝙ ſubſtantia materialis eſt indiuidua, non per aliquod poſitiuum,

ſed

ſed per duplicem negationem, quia vnum numero eſt indiuiſum à ſe, & diuiſum à quolibet alio, eſſe enim indiuiſum à ſe numeraliter, dicit negationẽ ſui in plura numero, & eſſe diuiſum ab alio dicit negationem identitatis cum alio, iſta ergo duplex negatio conſtituit ſubſtantiam materialem in eſſe indiuiduali, & hanc ſuam poſitionem probat vnica ratione, quę poſtea ſoluetur.

¶Ibi, contra iſta, hic Doc. primò exponit intellectum q. & ſecundò improbat opin. Hen. de primo dicit, q quæſtio non quærit, quo ſubſtantia materialis eſt ſingularis, ſi iſta ſignificent intentionem ſecundam, & tunc intentione ſecunda formaliter eſſe natura ſingularis, & effectiuè ab intellectu cauſante illam, conferente hanc naturam ad naturam, ſicut ſubiicibile ad prædicabile, non intelligitur ergo quæſtio, nec quærit an aliqua ſecunda intentio, quæ dicatur ſingularitas conſtituat naturam in eſſe ſingulari, quia certum eſt, q talis ſingularitas poteſt ab intellectu cauſari conferendo &c. Sequitur, nec etiam quæritur de vnitate numerali reali, qua formaliter natura eſt, ſic vna, & quòd non loquitur de illa vnitate numerali, qua ſecundum aliquos exponentes Doc. ſubſtantia materalis dicit indiuiſionem in partes ſubiectiuas, vel fortè melius non loquitur de vnitate numerali reali, qua natura ponitur de numero entium. Sequitur, nam vnitate numerali reali eſt formaliter vna, ſiuè illa vnitas conuertatur cum ente, ſiue ſit de genere quantitatis, ſiue dicat priuationem, ſiuè poſitionem, de tali enim vnitate magis patebit in quinto metaphy. ſuæ. Sequitur. Sed quia in entibus eſt aliquid indiuiſibile in partes ſubiectiuas, hoc eſt cui formaliter repugnat diuidi in plura, quorum quodlibet ſit ipſum, hoc patet, nam Sorti formaliter repugnat diuidi in plura, quorum quodlibet ſit ipſum quiditatiuè, naturæ verò humanæ, vt præſcindit à ſingularitate non repugnat, ipſa enim poteſt diuidi in plura indiuidua, quorum quodlibet quiditatiuè ſit ipſum diuiſum, ſic intelligendo, quòd ipſa natura quantum eſt ex ſe, eſt indifferens ad omne indiuiduum, & ex ſe ita poteſt eſſe in vno, ſicut in alio, licet vt facta propria vni actu non poſſit eſſe in alio, ſicut prolixè expoſitum eſt in quæſtione immediatè præcedenti. Sequitur, quęritur non quo formaliter illud repugnat, quia ſic repugnantia formaliter repugnat, ſed quo, vt fundamento proximo, & intrinſeco iſta repugnantia inſit iſti, ſupplè Sorti, & eſt ſimile, ſicut ſi dicatur, Sot. eſt ſimilis Pla. ſimilitudine formaliter, & albedine fundamentaliter, quæ eſt immediatè ratio fundandi ſimilitudinem, ſic repugnat Sorti diuidi in plura indiuidua repugnantia formaliter, & fundamentaliter repugnat ſibi per aliquid intrinſecum, quod eſt immediatum fundamentum talis repugnantiæ.

Quò natura ſit indifferens ad eē omne indiuiduũ

¶Ibi. Eſt ergo intellectus quæſtionis in hac materia, quid ſit in hoc lapide, per quod, ſicut per fundamentum proximum, ſimpliciter repugnat diuidi in plura, quorum quodlibet ſit ipſum, qualis diuiſio eſt propria toti vniuerſali in ſuas partes ſubiectiuas. Et ſic intelligendo titulum quæſtionis Doc. arguit probando contra Henri. quòd nulla negatio poteſt poni fundamentum proximum talis repugnantiæ, ſiuè non poteſt poni ratio fundamentalis, propter quam repugnat naturę diuidi in plures partes ſubiectiuas. Et primò arguit ſic, nihil ſimpliciter repugnat alicui enti per ſolam priuationem in eo, ergo diuidi in partes ſubiectiuas, non repugnat huic lapidi per aliquam negationem, probatio antecedentis, quia quantumcunq; negatio tollat potentiam proximam ad agere, & pati, vult dicere Doc. q licet cęcitas tollat potentiam proximam videndi, quæ viſio eſt quædam actio immanens, & ſimiliter negatio quantitatis in aliqua ſubſtantia materiali tollat potentiam proximam ad pati, ſupplè ad diuidi in partes quantitatiuas eiuſdem rationis, quia illa diuiſio in partes quantitatiuas eiuſdem rationis tantũ fit per quantitatem. Et ſimiliter negatio alicuius qualitatis in aliquo ſubiecto tollat affirmationem eiuſdem, patet, quia homo non poteſt eſſe ſimul ſub negatione albedinis, & ſub albedine, non tamen dicimus, q tali ſubiecto repugnet abſolutè albedo, licet ſibi repugnet ſtanti ſub tali negatione. Sic viſio abſolutè non repugnat potentiæ viſiuę, quia ſi abſolutè repugnaret, nunquam viſio poſſet in eſſe tali potentiæ, ſed repugnat ſibi ex ſuppoſitione, vt eſt, ſupplè ſub diſpoſitionibus repugnantibus ad viſionem, non tamen abſolutè, quia diſpoſitiones illę repugnantes viſioni, & facietes pro cęcitate poſſent corrumpi, & introduci poſſent diſpoſitiones facietes pro diuiſione. Doc. ergo in propoſito tantum loquitur de repugnantia abſoluta ad diuidi in partes ſubiectiuas, & de fundamento talis repugnãtiæ, propter quod abſolutè, niſi talis repugnantia, & ſic intendit probare, q nulla negatio poteſt eſſe ratio formalis huius repugnantię abſolutè. Cũ ergo abſolutè repugnat huic lapidi diuidi in plures partes ſubiectiuas talis repugnantia ineſt ſibi propter aliquod poſitiuum intrinſecum lapidi, cui ſimpliciter repugnet ſic poſſe diuidi.

Quæ ſit viſio.

¶Ibi. Et ſi aliquomodo inſtetur primæ propoſitioni rationis, prima propoſitio eſt iſta, non ſimpliciter repugnat alicui enti aliquid per ſolam negationem, vel priuationem in eo, ſed per aliquid poſitiuum in eo. Tunc aſſumo iſtam propoſitionem, nulla imperfectio repugnat alicui, niſi propter aliquid poſitiuum in eo, ita q nulla imperfectio repugnat alicui, niſi propter aliquã perfectionem, quæ eſt aliquid poſitiuum, & entitas poſitiua, ſed diuidi eſt quædam imperfectio, & ideo nõ poteſt competere naturæ diuinæ.

Diuidi eſt quædam imperfectio.

IN ISTIS tamen reſponſionibus occurrunt aliquæ difficultates ex dictis Doc. Nam cum primò dicit, quòd nihil repugnat abſolutè alicui per aliquam negationem, videtur ſibi contradicere, quia vult, quòd ſuppoſito creato repugnet ſimpliciter dependere ad aliud ſuppoſitum, & tamen talis repugnantia ineſt ex ſola negatione. Nam ipſe dicit in tertio diſ. prima, q. prima. quòd ſuppoſitum præciſè dicit negationem duplicis dependentiæ. ſ. actualis, & aptitudinalis, per quam negationem repugnat ſibi eſſe in alio. Patet etiam, quia poſſe communicari alicui, vt quo, & vt quod abſolutè repugnat cuicunque ſuppoſito, nec tamen per aliquod poſitiuum in ſuppoſito, ſed tantum per negationem, dicit enim ipſe in primo diſt. ſecunda, quæſtio. prima, par. ſecunda. quòd ſuppoſitum dicit præciſè negationem duplicis communicabilitatis, vt quo, & vt quod, hoc idem videtur tenere in quolib. q. 9. & 19. Et ideo diceretur, quòd ratio prima Doc. nihil concludit contra Hen. quia ſicut ipſe dicit, ſuppoſito repugnat communicari, vt quo, & vt quod, non per aliquod poſitiuum in ſuppoſito, ſed per ſolam negationem, ita diceret Hen. quòd huic lapidi repugnaret diuidi in partes ſubiectiuas propter illam duplicem negationem, de qua ſupra.

Dubia circa Scotiones.

Suppoſitum dicit negationem.

¶Secundò principaliter dubitatur in hoc, quod dicit, quòd nulla imperfectio repugnat alicui, niſi ratione alicuius poſitiui. Nam ſuppoſito creato, vt ſuppoſitum eſt, repugnat dependentia actualis, & aptitudinalis ad aliud ſuppoſitum, quæ dependentia

Depēdentia eſt formaliter imperfectio.

pendentia eſt formaliter imperfectio, vt aliàs expoſui, & tamen talis imperfectio non repugnat ſuppoſito, propter aliquod poſitiuum in eo, ſed tantū propter negationem duplicis dependentiæ. Similiter communicari ſuppoſito alterius naturæ in ratione ſuppoſiti, dicit formaliter imperfectionem, patet, quia quod ſic communicatur dicit actualem dependentiam ad illud ſuppoſitum, & vltra in tali ſuppoſito ſuſtentatur, quę omnia patent à Doc. in tertio, diſt. prima, q. prima. & tamen talis imperfectio ſimpliciter repugnat in ſuppoſito, non ratione alicuius poſitiui, ſed ratione negationis duplicis communicabilitatis, & vt quo, & vt quod.

¶Tertiò dubitatur in hoc, quod dicit, quòd nunquam imperfectio aliqua repugnat alicui ſimpliciter, niſi ratione alicuius perfectionis exiſtentis in eo, nam relationibus diuinis perſonas conſtituentibus ſimpliciter, & abſolutè repugnat omnis imperfectio, & tamen ipſe formaliter nullam dicunt perfectionem, cum ſint entia non quanta, ideſt, nullam perfectionem, nec imperfectionem dicentia, vt dicit Doc. in quolib. q. 3. loquendo etiam de relationibus communibus in diuinis, puta de ſimilitudine æqualitate, & identitate eis ſimpliciter repugnat omnis imperfectio, & tamen formaliter nullam dicunt perfectionem, patet, quia tunc in vna perſona eſſet aliqua perfectio, quæ non eſſet in alia, & econtra, nam æqualitas qua pater eſt æqualis filio eſt alia ab æqualitate, qua filius eſt æqualis patri, hoc idem dico de ſimilitudine, & identitate, vt patet à Doc. in primo, diſtin. 31. non ergo repugnat eis ſimpliciter imperfectio ratione alicuius perfectionis formaliter inexiſtentis, ſimiliter ſi teneatur, quòd perſonę diuinæ conſtituantur in eſſe perſonali per aliquod abſolutum, tali abſoluto ſimpliciter repugnat omnis imperfectio, & tamen nullam perfectionem dicit formaliter, patet, quia tunc eſſet aliqua perfectio in vna perſona, quæ non erit in alia, videtur ergo, quòd iſta propoſitio abſolutè ſumpta ſit falſa, ſcilicet, quòd imperfectio non repugnat alicui ſimpliciter, niſi ratione alicuius perfectionis exiſtentis in eo.

Relationes dicunt perfectionē negatiuè .i. excludit oēm imperfectionem.

¶ Præterea, ſicut aliqua negatio pertinet ad dignitatem, ita non videtur inconueniens imperfectionem aliquam poſſe ſimpliciter repugnare alicui ratione alicuius negationis pertinentis ad dignitatem, nam ingenitum ſimpliciter conuenit patri ratione alicuius negationis, & de hoc vide Doc. in primo, diſtin. 28. q. ſecunda. Ex his ergo difficultatibus adductis non videtur, quòd prima, & ſecunda ratio Doc. concludat propoſitum contra opi. Henrici.

Reſpōſio ad difficultates.

RESPODEO ad has difficultates, & pro clariori intelligentia primæ difficultatis ſoluendæ præmitto aliqua. Primò, ꝙ aliquid repugnare alicui, poteſt dupliciter intelligi. Primò, quòd ſimpliciter repugnet diuidi in plura, quorum quodlibet ſit ipſum diuiſum per identitatem, ſiuè quòd repugnet communicari, vt quod. Secundò, ꝙ licet repugnet ſibi ſic diuidi in plura, quorū quodlibet &c. vltra tamen repugnat ei poſſe quouis modo communicari alteri, tam in ratione formæ informantis, quàm in ratione ſuppoſiti. Primò modo talis repugnantia ſimpliciter ineſt per aliquid poſitiuū, & hoc patet in omnibus, quæ non poſſunt ſic diuidi, dicimus enim, quòd animal repugnat ſimpliciter diuidi in plura genera, & patet, quòd talis repugnantia ineſt animali per aliquid poſitiuum, puta per ſenſibilitatem, patet, quia ſubſtantia corporea, & viuens eſt diuiſibilis in plura genera, animali verò repugnat propter hanc differentiam, quę eſt ſenſibile, ſimiliter patet, ꝗa ſpeciei ſpecialiſſimę ſimpliciter repugnat diuidi in plures ſpecies per aliquid poſitiuum, repugnat. n. homini non inquantum animal diuidi in plura ſpecie, ſed inquantum rationalis, quod eſt differentia poſitiua, ergo ſimiliter ſimpliciter repugnat ſingulari diuidi in plura ſingularia, quorū quodlibet ſit ipſum, per aliquid poſitiuum, videlicet per differentiam indiuidualem. Secundo modo poteſt repugnare alteri præciſè per aliquam negationem, & non per poſitiuū, ſed ſi vltra quęratur, quare talis negatio ineſt, oportet aſſignare aliquod poſitiuum, propter quod negatio poſſit ineſſe, & ſic ſuppoſito creato repugnat cōicari alicui tam in ratione formæ informantis, quàm in ratione ſuppoſiti, ſiuè etiam quam in ratione partis, & ſic dicimus, ꝙ ſuppoſitum actu, loquendo de ſuppoſito creato formaliter, dicit negationem duplicis dependentię ad aliud ſuppoſitū. ſ. actualis, & aptitudinalis, ſiuè negationem duplicis communicabilitatis, vt quo, & vt quod, ſed talis duplex negatio non ineſt, niſi per aliquod poſitiuum, puta, quia eſt ſingularis talis naturæ. Nam cuilibet ſingulari prædicamenti ſubſtantiæ conuenit hæc duplex negatio præciſè per differentiam indiuidualem, ſicut etiā ſingularibus alterius prędicamenti à ſubſtantia conuenit iſta negatio, qua dicitur incōicabile, vt quod præciſè per differentiam poſitiuam indiuidualem, non autem conuenit ſibi alia negatio qua dicat incōicabile, vt quo, quia tantum illa conuenit ſingulari, quod natum eſt per ſe ſtare, cuiuſmodi eſt ſolum ſingulare prædicamenti ſubſtantiæ, de quibus prolixè expoſui in tertio, diſ. 1. q. 1. Secundò præmitto, ꝙ aliud eſt aliquam affirmationem repugnare alicui, & aliud eſt negationem illius affirmationis conuenire alicui, primo modo aliquid repugnat alicui per ſolam negationem, patet, quia ſuppoſito, vt huiuſmodi repugnat communicari &c. quia vt ſuppoſitum eſt formaliter, dicit negationem duplicis cōicabilitatis. Secundo modo non videtur poſſibile, quòd negatio propter quam affirmatio oppoſita præciſè repugnat poſſit ineſſe, niſi per aliquid poſitiuum, vt patet diſcurrendo in omnibus his præſuppoſitis. Dico ergo, ꝙ ratio Doc. ſimpliciter cōcludit de ſingulari naturæ, & ſimpliciter concludit de negatione, propter quam repugnat affirmatio, quia talis negatio, puta ad diuidi in plura numero, merè conuenit ſingulari propter aliquod poſitiuum, & per cōſequens affirmatio oppoſita, licet primo repugnet negationi oppoſitæ, tamen ex cōſequenti repugnat ſingulari, propter aliquod poſitiuum exiſtens in eo, licet non ſit ſimile de ſuppoſito, quia hæc affirmatio qua dicimus ſuppoſitum poſſe cōicari, vt quo formaliter repugnat negationi oppoſitæ, qua dicimus non poſſe ſic cōicari, & licet talis negatio non inſit alicui, niſi pp aliquod poſitiuum, tñ affirmatio oppoſita nō repugnat pp aliquod poſitiuum, patet, quia omne poſitiuum in ſingulari eſt ſaltē cōicabile, vt quo, vt probat Doc. in 3. diſ. 1. q. 1. Ratio ergo Doc. prima ſi fiat de ſingulari benè concludit, ꝙ negatio ad diuidi in plura numero ineſt propter aliquod poſitiuum, & affirmatio oppoſita, quæ eſt ad diuidi in plura numero, & ſi formaliter repugnat negationi oppoſitæ, non propter aliquod poſitiuum, ex conſequenti tamen repugnat ſingulari propter aliquod poſitiuum, cui conuenit negatio oppoſita, & ſic patet ſolutio primæ difficultatis, quàm benè nota.

Animali repugnat diuidi in plura genera.

Suppoſito repugnat communicari.

Reſpōſio ad ſecundū dubium.

¶ Ad ſecundam dubitationem reſpondeo præmittendo aliqua, primum, ꝙ communicari alicui in ratione ſuppoſiti, vel perſonæ nullam dicit imperfectionē, quia & eſſentia diuina trib⁹ ſuppoſitis communi-

Eſſētia quō cōica?r tribus ſuppoſitis.

communicatur. Secundũ, cõicari alicui in ratione formæ informãtis, ſiuè in ratione actus perficiẽtis, licet vt perficit non dicat imperfectionem, ex conſequenti tamen includit imperfectionem, quia inhærentiam, & dependentiam ad perfectibile. Tertium, eſſe ens, cui ex ſua ratione formali conuenit, poſſe exiſtere per ſe, non tantum non dicit imperfectionem, ſed formaliter dicit perfectionem: hoc enim perfectiſſimè conuenit eſſentiæ diuinæ, ſicut arguit Aug. Si res ad ſe ſubſiſtunt, quanto magis Deus, ſed eſſe ſimpliciter incommunicabile, nullã perfectionem dicit, patet, quia perſonæ in diuinis ſunt ſimpliciter incommunicabiles. Quartum, naturam natam per ſe exiſtere communicari ſuppoſito alterius naturæ nulla apparet imperfectio in ipſa natura. Tum quia communicatur ſuppoſito diuino, & hoc eſt magis perfectionis denominatione extrinſeca. Tum quia actu non communicari dicit præciſè negationem ipſius ad ſuppoſitum alterius naturæ, quæ negatio nullam imperfectionẽ dicit in tali natura, nec perfectionem: ergo actu communicari nullam imperfectionem dicit, quia vt actu cõmunicatur tantum remouetur illa negatio actualis. Et licet fortè aptitudo ad communicari ſuppoſito alterius naturæ, loquendo de ſuppoſito creato dicat imperfectionem, aptitudo verò ad communicari ſuppoſito diuino nullam dicit imperfectionem, cum ſit in perfecta potentia obedientiali ad Deum, ideo dicit aptitudinem ad ſuppoſitum diuinum, nullam autem ad ſuppoſitum creatum, vt patet à Doctore in tertio, diſtinctione prima, quæſtione prima, & in quolibet. quæſtione decimanona. Quintum eſt, naturam diuidi in plures naturas eſt ſimpliciter imperfectionis, patet per oppoſitum, quia eandem naturã numero poſſe pluribus ſuppoſitis communicari, eſt perfectionis formaliter infinitæ, vt declarat Doctor in primo, diſtin. 28. ergo naturam eſſe diuiſam in alio, & alio ſuppoſito, eſt ſimpliciter imperfectionis, & ſic dicimus naturam communem ex natura rei includere formaliter imperfectionem ex hoc, quod eſt in plura ſingularia realiter diuiſibilis, eo ſcilicet modo, quo expoſui in quęſt. immediatè præcedenti, & talis imperfectio repugnat ſimpliciter alicui ratione alicuius perfectionis, ſiuè ratione alicuius poſitiui exiſtentis in eo, & patet diſcurrẽdo in omnibus imperfectionibus, quæ non conueniunt alicui, niſi propter poſitiuum in eo, & de hoc vide Doctorem in primo, diſt. 3. quæſt. 1. improbando opinionem Thomæ, patet etiam, quia negatio affirmationis dicentis imperfectionem non ineſt alicui, niſi propter aliquod poſitiuum exiſtens in eo, vt ſupra dixi. Cum ergo negatio diuiſionis naturæ conueniat ſingulari, conueniet præciſè ratione alicuius poſitiui exiſtentis in eo, & per conſequens affirmatio oppoſita, quæ dicit huiuſmodi imperfectionem, repugnabit ſingulari ratione alicuius poſitiui. Non eſt ergo ſimile de ſingulari, & de ſuppoſito.

Quomodo perſona diuina ſit incommunicabilis.

Nota & benè.

Natura communis dicit imperfectionem.

¶ Ad tertium, cum dicitur, quòd non videtur, quòd imperfectio repugnet alicui propter aliquã perfectionem.

Reſponſio ad tertium dubium.

¶ Dico primò, quòd eſt aliqua imperfectio, cuius oppoſitum dicit perfectionem, & ſic cui repugnat talis imperfectio, ſequitur, quòd ei oppoſitũ conueniat, & per conſequens talis imperfectio non repugnat, niſi propter perfectionem exiſtentem in eo, cui repugnat: cum ergo naturam diuidi in plura realiter dicat formaliter imperfectionem, ſequitur, quòd naturam non poſſe in plura realiter diuidi, dicat perfectionem. Si ergo ſic diuidi repugnat ſingulari, ſequitur, ꝗ repugnabit ſibi propter perfectionem exiſtentem in eo.

¶ Dico ſecundò, quòd eſt aliqua imperfectio, cuius oppoſitum nullam includit perfectionem formaliter. Nam proprietas hypoſtatica in creatis, tenendo, quòd dicit entitatem poſitiuam, dicit imperfectionem, quia limitata, proprietas tamen hypoſtatica in diuinis, quæ eſt ſimpliciter illimitata, nullam perfectionem dicit, quia tunc eſſet aliqua perfectio in vna perſona, quæ non eſſet in alia, & ſic limitatio proprietatis ſimpliciter repugnat proprietati hypoſtaticæ in diuinis ſimpliciter illimitatæ, & tamen ſibi non repugnat ratione alicuius perfectionis formaliter exiſtentis in ea.

Quomodo proprietas hypoſtatica dicit imperfectionem.

¶ Dico tertiò, quòd omnis imperfectio repugnat proprietati perſonali in diuinis, non ratione alicuius perfectionis formaliter in ea, ſed ratione perfectionis ſimpliciter, cui per realem identitatem identificatur, & ſic repugnat ſibi ratione eſſentiæ diuinæ, cui nulla imperfectio identificari poteſt. Ex his ergo patet ſolutio ad omnes difficultates.

¶ Ibi. Item negatione non conſtituitur aliquid formaliter. Hic Doctor. Tertiò arguit probando, quòd differentia indiuidualis non dicit præciſè negationem, & ratio clara eſt, quia quod conſtituitur in maiori perfectione, quàm prius fuerit tale conſtituens non dicit ſolam negationem, patet, quia negatio vt negatio nullam perfectionem dicit, ſed prima ſubſtantia, cum ſit maxima ſubſtantia, per philoſophum in prædicamentis, & magis ſubſtantia, quàm ſecunda eſt perfectior ſubſtantia, quàm ſecũda: ergo conſtituens aliquid in eſſe primæ ſubſtantię non erit aliqua negatio, ſed differentia indiuidualis vltimatè conſtituit primam ſubſtantiam: ergo talis differentia non dicit præciſè negationem.

Differentia indiuidualis non dicit negationem.

¶ Ibi. Item de ſingulari per ſe primo. Quartò principaliter arguit Doct. ſupponẽdo vnum, quod declarauit in primo, diſtinct. 2. quæſt. 2. quòd nihil poteſt prædicari per ſe de illo, quod non eſt per ſe vnum: cum ergo natura per ſe primo modo prædicetur de ſingulari, ſequitur, quòd ſingularitate erit aliquod ens per ſe, ſed nulla negatio conſtituit aliquod ens per ſe, cum eo cui aduenit: ergo ſingulare præciſe diceret negationem additam naturæ de tali ſingulari nihil per ſe prædicaretur. Nec valet dicere, quòd recipit prædicationem naturæ per ſe, non ratione negationis, ſed ratione naturæ incluſæ, quia tunc eſſet tantum prædicatio eiuſdem de ſeipſo.

¶ Ibi. Præterea, licet iſta poſitio videatur eſſe falſa in ſe propter argumenta iam facta, ſi intelligat indiuiduum conſtitui in entitate, & vnitate ſingularitatis per negationem, tamen videtur omnino ſuperflua, & non reſpondere ad quæſtionem, quia ipſa poſita adhuc remanet eadem quæſt. patet.

Quomodo cõſtituatur indiuiduũ.

¶ Nam iſta poſitio ponit duplicem negationem eſſe rationem, propter quam tali ſubſtantiæ repugnat diuidi in plures partes ſubiectiuas, ſi quæritur, quare oppoſitum iſtius duplicis negationis, quod eſt diuidi in plures partes ſubiectiuas, repugnat tali ſubſtantiæ, ſi dicis, quòd repugnat propter illam duplicem negationem, aſſignas cauſam ſuiipſius, quia quæro de iſta duplici negatione, propter quid conueniat tali ſubſtãtiæ, ſi dicis, quod propter aliquid poſitiuum habetur propoſitum, ſi propter illam duplicem negationem, tunc ſenſus eſt, quòd illa duplex negatio ineſt, vel ſic, ſi dicis, quòd ſic diuidi repugnat propter duplicem negationẽ aſſignas cauſam ſuiip-

ſius, & ſenſus eſt, non poteſt diuidi, quia ineſt ſibi iſta duplex negatio, & ſic ſequitur non poteſt diuidi, quia non poteſt diuidi. Si non dat iſtam duplicem negationem vt cauſam huius, quod eſt repugnare ad diuidi, tunc non reſpondetur ad q̃ſtionẽ, quia quæritur quid eſt illud, propter quod abſolutè repugnat ſubſtantiæ materiali diuidi in partes ſubiectiuas, ſicut ſi dicerem, quæro a te, propter quid repugnat homini affirmatio aſini, ſi dicatur, quòd repugnat propter negationem, tũc ſequitur, quod homo non eſt aſinus, quia non eſt aſinus: quæritur enim hic quid ſit illud, propter quod inſit talis negatio, & repugnat talis affirmatio, ſic in propoſito: quæritur enim quid eſt illud, propter quòd negatio diuiſionis in partes ſubiectiuas inſit ſubſtãtiæ materiali, & per cõſequens propter quid repugnantia ad huiuſmodi diuiſionem inſit ſibi, & ſic tandem oportet ponere aliquid poſitiuum in ſubſtantia materiali, propter quod inſit huiuſmodi negatio ſubſtantię materiali, & propter quod affirmatio oppoſita negationi repugnat.

¶Concedo igitur concluſiones iſtarum rationũ, quòd neceſſe eſt per aliquod intrinſecum poſitiuũ huic lapidi tanquam per rationem propriam repugnare ſibi diuidi in partes ſubiectiuas, & illud poſitiuum erit, quod dicitur cauſa indiuiduationis, & per indiuiduationem intelligo iſtam indiuiſibilitatem, ſiuè repugnantiam ad diuiſibilitatem.

¶Ad argumentum ad oppoſitum, licet aſſumptum ſit falſum, de quo fortè aliàs, tamen ſi verum eſſet, quòd vnum ſignificaret illam duplicem negationem, non ſequitur, quòd non habeat aliquam cauſam poſitiuam, per quam inſit ei illa duplex negatio. *An vnum ſignificet duplicem negationem.* Nam & vnitas ſpecifica pari ratione ſignificaret duplicem negationem, & tamen nullus negat entitatem poſitiuam eſſe rationem vnitatis ſpecificæ, à qua entitate poſitiua ſumitur ratio differentiæ ſpecificæ, & iſtud eſt bonum argumentum pro ſolutione quæſt. & pro opin. quia cum in qualibet vnitate minori vnitate numerali ſit dare entitatem poſitiuam, quæ ſit ratio per ſe illius vnitatis, & illius repugnantiæ ad multitudinem oppoſitã, maximè, vel æqualiter erit hoc in vnitate perfectiſſima, quæ eſt vnitas numeralis.

Quæſtio Tertia.

Vtrum ſubſtantia materialis per actualem exiſtentiam ſit indiuidua, vel ratio indiuiduandi aliquid aliud.

Scotus 2. ſenten. diſtinct. 3. quæſt. 3.

TERTIO principaliter quærit Doctor ſine argumentis, an ſubſtantia materialis per actualem exiſtentiam ſit indiuidua, vel ratio indiuiduandi aliquid aliud, ideſt an actualis exiſtẽtia naturæ humanæ ſit ratio formalis contrahendi naturam ad eſſe indiuiduale.

Opinio Nicolai Boneti. ¶Opinio Nicolai Boneti in octauo metaph. ſuæ, iſta eſt, quòd ſubſtantia materialis contrahatur ad eſſe indiuiduale per actualem exiſtentiã ipſius ſubſtantiæ, quod probat per dictum philoſophi ſeptimo metaphyſicorum, tex. commento 49. vbi habetur, quòd actus determinat, & diſtinguit: nam ſecundum noſtram trãslationem ſic habetur ab Ariſtotel. Nam, inquit, actus ſeparat, & ſecundum translationem Comment. Actus, inquit, diuidit ſubſtantiam, ex hoc arguit, ſi actus diſtinguit, ergo vltima diſtinctio eſt per vltimum actum, vltimus autem actus eſt indiuiduorum ſecundum eſſe exiſtentiæ, quia quodlibet aliud ab ipſo intelligitur in potentia ad ipſum.

¶Ibi. Contra iſtud hic Doctor improbat hanc poſitionem.

¶Primò, quia quod non eſt ex ſe diſtinctum, nec determinatum non poteſt eſſe primum diſtinguẽs, vel determinans aliud, ſed eſſe exiſtentiæ eo modo, quo diſtinguitur ab eſſe eſſentiæ, non eſt ex ſe diſtinctum, vel determinatum: non enim eſſe exiſtentiæ habet proprias differentias alias ab eſſe eſſentiæ, quia tunc oportet ponere ordinationem propriam exiſtentiarum aliam à coordinatione eſſentiarum, ſed præcisè determinatur, ſupple eſſe exiſtentiæ ex determinatione alterius, igitur eſſe exiſtentiæ non determinat aliquid aliud. *Eſſe eſſentiæ, & exiſtentia ſunt idem realiter.* Et vult dicere Doct. quòd ſicut datur natura in communi, quæ fit hæc per aliquid diſtinctum à natura, ita datur exiſtentia in communi, quæ ſit hæc per aliquid poſitiuum aliud ab illa i

¶Hic Doctor in iſta littera dicit aliqua ſatis notanda. *In ipſa littera ſunt aliqua ſatis notada.* Primum, quòd eo modo, quo datur eſſe eſſentiæ, etiam datur eſſe exiſtentiæ conueniens tali eſſe eſſentiæ. Nam ſi eſſe eſſentiæ naturæ humanæ ſit tantum in potentia eſſe exiſtentiæ ipſius erit tãtum in potentia, & ſi eſſe eſſentiæ ſit in eſſe reali actuali, tunc eſſe exiſtentiæ ipſius erit in eſſe reali, & actuali, cum ſit gradus intrinſecus eius, vt ſupra expoſui in quæſt. 1. præſentis diſt.

¶Secundum eſt, quòd eo modo quo eſſe eſſentiæ eſt prius, vel communius alio, ſic eſſe exiſtentiæ eius erit prius, & communius: & ex hoc infertur, quòd ſi ſubſtantia, quæ ponitur genus generaliſſimum, ponitur prior ex natura rei omnibus inferioribus in eſſe tantum poſſibili, ita eſſe exiſtentiæ eius in tali eſſe poſſibili, ponitur prior omni eſſe exiſtentiæ nato competere inferioribus. Et ſimiliter ſi prior in eſſe reali, & actu ab oĩbus inferioribus in eſſe reali, & actuali conſideratis, quod videtur ponẽdum, ita eſſe exiſtentiæ reale, & actuale ipſius ſubſtantiæ genericæ in tali eſſe erit prius omni exiſtentia reali, & actuali nata competere inferioribus.

¶Tertium, quod ſequitur ex iſta littera Doct. eſt, quòd natura communis non præcisè exiſtit per exiſtentiam ſingularis, vt aliqui exponunt Doct. quia ſicut natura eſt prior ſingulari, ita eius exiſtentia, bene verum eſt, quòd nunquam natura communis habet eſſe reale actuale, & exiſtens ſine eſſe reali, & actuali, & exiſtentiæ indiuiduorum tamen cum hoc ſtat, quòd tale eſſe reale, & exiſtens ipſius naturæ ſit prius natura eſſe reali, & exiſtentiæ indiuiduorum.

¶Quartum eſt, quòd reſpectu exiſtentiæ naturæ humanæ non datur alia differentia, nec aliud genus: eaſdem enim præciſe differentias habet, quas & natura, quia ipſa exiſtentia ponitur præcisè gradus intrinſecus naturæ.

¶Si dicatur, quòd ex hoc videtur ſequi, quòd ita animal prædicatur in quid de exiſtentia hominis, ſicut de ipſo homine, & ſimiliter rationale videretur ita prædicari eſſentialiter de exiſtẽtia hominis, ſicut de ipſo homine. *Nota dubium, & reſponſionem.*

¶Dico, quòd includere eãdem differentiam poteſt intelligi vno modo formaliter, & quiditatiuè: alio modo realiter, & identicè: primo modo homo, vt præſcindit ab omni exiſtentia tam actuali, quàm aptitudinali recipit prædicationem eſſentialem, & omnia, quæ prædicantur eſſentialiter de homine, præſcidunt ab omni exiſtentia tam actuali, quàm aptitudinali, quia prædicata eſſentialia præcisè accipiuntur penes quiditatem, & quando animal, vt includit eſſe exiſtentiæ, prædicatur de homine non prædicatur in quid, quia quod non dicit

vnum

vnum conceptũ per ſe in quid, nunquam prædicatur in quid, patet à Doct. in primo, diſt. 2. par. 1. q. 2. & ſimiliter in tertio, vbi quærit Doct. an iſta ſit per ſe, Chriſtus eſt homo, modo animal cũ ſua exiſtentia, ſiuè actuali, ſiuè aptitudinali non dicit vnũ conceptum per ſe quiditatiuum, vt patet. Si ſecundo modo, dico, ꝙ talis exiſtentia eſt per realem identitatem eadem naturæ humanæ, ſic intelligendo, ꝙ rationale, quod conſtituit hominem in eſſe ſpecifico habet exiſtentiam, vt gradum intrinſecum, & ſimiliter animal habet exiſtentiam propriam, vt gradum intrinſecum. Et licet animal, vt prius natura ſua exiſtentia concurrat ad eſſe quiditatiuum hominis, nunquam tamen animal intelligitur eſſe in homine, quin concomitanter intelligatur, & eius exiſtentia in homine, & ſic patet quomodo exiſtentia hominis nõ includit alias differẽtias ab illis, quas includit homo, quod etiam probatur per argumẽtum à fortiori, quia propria paſſio non includit aliam differentiam à differentia ſpeciei, quia ſi ſic. Tunc oporteret ponere vnam coordinationẽ paſſionum, quod eſt falſum, à fortiori exiſtentia non includit aliam differentiã à differentia ſpeciei cuius eſt, patet conſequentia, quia exiſtentia, cũ ſit gradus intrinſecus rei, cuius eſt, eſt valde intimior, quàm quæcunque paſſio, vt patet à Doct. in primo, diſt. 3. q. 1. & in quolib. q. 1. & 5.

Exiſtentia hominis nõ includit alias differẽtias.

¶ Quintum eſt, quòd tota coordinatio prædicamentalis præciſè attenditur ſecundum entitatem ſuperiorum, & inferiorũ, vt priorem natura omni exiſtentia, ſic ꝙ datur tota coordinatio, puta generum, ſpecierum, & indiuiduorũ, vt natura prior exiſtentijs natis conuenire generibus, ſpeciebus, & indiuiduis, ſicut ergo ſpecies, vt ſpecies eſt prior exiſtentia nata ſibi competere: ita indiuiduum, vt huiuſmodi erit prius exiſtenria natæ ſibi cõuenire: ergo in illo priori oporteret aſſignare rationẽ indiuidualem contrahentem naturam ad eſſe indiuiduale, & ſic ſequitur, quòd per exiſtentiam aliquã nulla natura ſit primò indiuidua, ſed per aliquod poſitiuum prius natura omni exiſtentia.

¶ Sed tunc occurrit dubium, quia ſi in illo priori non includitur exiſtentia, quæritur per quid exiſtentia hominis contrahitur ad eſſe indiuiduale, aut contrahitur per eandem rationem indiuidualem, per quam contrahitur natura, aut per aliam, non primò, quia illa ratio indiuidualis præintelligitur exiſtentia hominis, non ſecundò, quia eodem modo quæro per quid exiſtentia animalis contrahitur ad eſſe ſpecificum hominis, non per differentiam hominis, quia intelligitur prior tali exiſtentia, ſi per aliquid aliud oportebit aſſignare illud, & non videtur poſſe aſſignari aliud, niſi alia differentia à differentia hominis. Et tunc ſequitur, quòd exiſtentia hominis habebit aliam differentiam à differentia hominis, & ſic exiſtentiarum erit alia coordinatio.

Dubium occurrens circa hanc litteram.

Reſponſio.

¶ Reſpondeo, ꝙ non intelligo, vt aliqui volunt exponere Doct. quòd detur vna differentia indiuidualis reſpectu naturæ hominis, & alia reſpectu exiſtentię, quia oporteret dari alia, & alia reſpectu alterius, & alterius paſſionis ipſius hominis, cũ paſſio ſit magis diſtincta, quàm exiſtentia, dico ergo, ꝙ natura humana reſpectu vnius indiuidui pciſè cõtrahitur ad eſſe indiuiduale per vnam differentiam indiuidualem, & per eandem concomitanter contrahitur quicquid ad hominem pertinet, ſiuè, vt eſſe eſſentiale, ſiuè, vt paſſio, ſiuè, vt gradus intrinſecus, nunquã enim natura in quocunque ſit poteſt ſeparari à ſuo gradu intrinſeco, nec à ſuis paſſionibus, ideo eadẽ differentia, quæ primò, & immediate contrahit naturam ad eſſe indiuidui, ex conſequenti, & concomitanter cõtrahit omne, quod per realẽ identitatem includitur in ipſa natura, contrahit dico ad eſſe indiuiduale, quod bene nota.

¶ Ibi. Et ſi dicatur, quòd præſupponit diſtinctionem, & determinationem eſſentiarum aliam ab illa, quæ eſt ad indiuidua, ſed iſtam, quæ eſt quaſi per indiuiduum cauſat, ideſt quòd ſi dicatur, quòd eſſe exiſtẽtię bene præſupponit diſtinctionẽ eſſentiarum adinuicem, puta ſpecificæ naturæ, genericæ, ſubalternæ, & generaliſſimæ, nõ tamẽ præſupponit diſtinctionem naturarum ſingularium, ſed ipſum eſſe exiſtentiæ præciſè cõtrahit naturam ad eſſe indiuidui.

¶ Contra, hìc Doct. improbat hanc reſponſionẽ. & ratio ſtat in hoc, quia in coordinatione prædicamentali ſunt omnia, quę per ſe pertinent ad illam coordinationem, circumſcripto quocunque, quod nihil eſt illius coordinationis, quia ſecundum philoſophum primo poſteriorũ tex. commen. 34. ſtatus eſt in quolibet prædicamento, & in ſurſum, & in deorſum, igitur ſicut inuenitur ſupremum in genere præciſè conſiderando illud ſub ratione eſſentiæ, & inueniuntur genera intermedia, & ſpecies, & differentiæ, ita inuenitur etiam infimum, ideſt ſingulare abſque omni exiſtentia actuali, quod patet euidenter, quia hic homo nõ plus includit formaliter exiſtentiam actualem, quàm homo.

Status eſt in quolibet prædicamẽto.

¶ Ibi. Præterea eadẽ quæſt. eſt de exiſtentia quo, & vnde contrahitur, vt ſit hæc, quæ eſt, & de natura. Nam ſi natura ſpecifica eadem ſit in pluribus indiuiduis, habet etiam exiſtentiam eiuſdem rationis in eis, patet, quia natura in quolibet indiuiduo eſt eiuſdem rationis: ergo & exiſtentia, quæ eſt modus intrinſecus erit eiuſdem rationis in omni indiuiduo, & ſic poteſt quæri per quid exiſtẽtia ſit hæc, quia non eſt dare, quòd ſit de ſe hæc, & ita nõ ſufficit dare primam exiſtentiam, qua natura ſit hæc, qa natura, vt hæc, præcedit primam exiſtentiam. Ex iſta littera aliqui voluerunt exponere Doct. ꝙ exiſtentia hominis contrahatur ad eſſe indiuiduale per aliquam hæcheitatem aliam ab hæcheitate contrahente naturam, ſed hoc non videtur, vt dixi ſupra, quia ſufficit hæcheitas contrahens naturam; ad quã naturam contractam concomitanter dicitur contrahi, quicquid eſt in tali natura. Si tamen intelliguntaliam hæcheitatem reſpectu exiſtentiæ, & naturæ, tunc ſoluant rationem factam, quàm vt credo ſoluere non poſſent. Nec enim Doctor dicit, quod contrahatur per aliam hæcheitatem, ſed tantum dicit, quòd ſicut natura, puta hominis non eſt de ſe hęc, ita & exiſtentia, quæ eſt gradus intrinſecus naturæ nõ eſt de ſe hæc: ergo oportet dare per quid talis exiſtentia fiat hæc, non per aliam exiſtentiam, cum illa ſit ſimpliciter eiuſdem rationis, contrahẽs autem ad eſſe indiuiduale non eſt ſimpliciter eiuſdem rationis cum natura contracta: oportet ergo dare aliquid aliud contrahens naturam ad eſſe indiuiduale, & per illud idem cõcomitanter contrahitur exiſtentia naturę humanę ad eſſe indiuiduale.

¶ Ibi, per hoc patet ad argumentum pro opinione. Hic Doctor ſoluit rationem factam pro opinione Boneti, & dicit, quòd actus eo modo diſtinguit, quo eſt actus, ſed actus accidentalis diſtinguit accidentaliter, ſicut actus eſſentialis diſtinguit eſſentialiter, ita vltima diſtinctio in coordinatione prædicamentali eſt diſtinctio indiuidualis, & illa eſt per vltimum actum per ſe pertinentẽ ad coordinationem prædicamentalem: illa enim ſola pertinent ad coordinationem prædicamentalem, quæ per ſe ponuntur in recta linea prædicamẽtali, & illa proprie, & per ſe ſunt in prædicamento, & quiditatiue, quæ recipiunt prædicationem talis prædicamẽti, & ſimiliter omnia per ſe

Scotus ſoluit rationẽ Boneti.

ſe pertinent ad talem coordinationem, quæ per ſe conſtituunt aliquid, quod eſt in recta linea prædicamentali, & hoc modo differentiæ conſtituentes ſpecies, vel ſpecialiſſimas, vel ſubalternas, & ſimiliter hæcheitates per ſe pertinent ad talem coordinationem, non quod recipiant prædicationem per ſe talis prædicamenti, quia genus per ſe non prædicatur de differentiis, ſed per ſe dicuntur pertinere, quia conſtituunt per ſe vltimatè aliquid, quod per ſe eſt in recta linea prædicamentali, & per ſe recipit prædicationem talis prædicamenti. Sed in propoſito. Actualis exiſtentia non per ſe pertinet ad coordinationem prædicamentalem, cum per ſe ſit actus poſterior tota coordinatione prædicamentali, & ideo dicit Doctor, quòd exiſtentia diſtinguit vltimatè, ſed diſtinctione, quæ eſt extra totam per ſe coordinationem prædicamētalem, quæ diſtinctio eſt aliquo modo accidentalis, licet non ſit verè accidentalis: dicitur enim quaſi accidentalis, quia nō per ſe pertinet ad aliquid eiuſdem prædicamenti, ſed concomitatur illud, quod per ſe eſt in prædicamento, non tamen eſt propriè accidentalis, cum ſit gradus intrinſecus rei, cuius eſt, ſed extra rationem formalem illius: ſequitur enim totam diſtinctionē ſecundum eſſe quidditatiuum, ſcilicet eiuſdē coordinationis prædicamentalis: eo ergo modo quo eſt actus diſtinguit, & in quo eſt vltimus actus vltimatè diſtinguit, &c.

Exiſtentia diſtinguit vltimatè.

Quæſtio Quarta.

Vtrum ſubſtantia materialis ſit per quantitatem indiuidua, vel ſingularis.

Scotus 2. ſent. diſt. 3. q. 4.
Gotfredus quolib. 6. q. 10. & quolib. 7. q. 5.
Ægidius Roman. quolib. 1. q. 1. artic. 1.

QVARTO principaliter quærit Doctor. vtrum ſubſtantia materialis ſit per quantitatem indiuidua, vel ſingularis, ſiuè an quantitas ſit pcīſa ratio indiuiduādi ſubſtātiā materialē.

¶Ibi, hic dicitur, quòd ſubſtantia materialis eſt ſingularis, & indiuidua per quantitatem. & hæc eſt opinio Gottifredi, quolibe. 6. quæſtio. 15. & quolibe. ſeptimo, quæſtio. quinta. Et probat hanc poſitionem ſuam duabus rationibus cum vna confirmatione, quæ poſtea exponentur, reſpondendo ad illas.

Opi. Gottifredi.

¶Ibi, contra iſtam concluſionem. Hic Doctor intendit improbare hanc poſitionem, & intendit duo principaliter. Primò improbare concluſionem in ſe. Secundò ſpecialiter arguere contra rationes opin.

¶Quantum ad primum arguit ex quatuor viis. Prima eſt ex identitate rationis numeralis, ſiuè ſingularitatis.

Secunda ex ordine ſubſtantiæ ad accidentia.

Tertia ex ratione coordinationis prędicamentalis. Et iſtæ tres viæ probant, quòd nullum accidēs poteſt eſſe per ſe ratio, per quam ſubſtantia materialis indiuiduatur.

Quarta via erit ſpecialiter contra quantitatem, quantum ad concluſionem opin.

¶Ibi, quantum ad primum. Primò expono quid intelligo per indiuiduationem, ſiuè vnitatem numeralem, ſiuè per ſingularitatem, non quidem vnitatem indeterminatam, ſecundum quam quodlibet in ſpecie dicitur vnum numero, ſed vnitatem ſignatam vt hanc, ideſt quòd quando loquitur de indiuiduatione, ſiue de vnitate numerali nō loquitur de vno numero in confuſo, ſicut dicimus, quod quilibet homo in ſpecie humana eſt vnum numero inconfuſo, & indeterminatè, ſed praciſè loquitur de vnitate numerali ſignata, ita quòd ſicut prius dictum eſt, quòd impoſſibile eſt indiuiduum diuidi in partes ſubiectiuas, & quæritur ratio impoſſibilitatis. Ita dico, quòd indiuiduum eſt incompoſſibile non eſſe hoc ſignatum hac ſingularitate, & quæritur cauſa non ſingularitatis in communi, ſed huius ſingularitatis in ſpeciali ſignatæ, ſcilicet vt eſt hæc determinatè.

Quid intelligatur per indiuiduationem.

¶Hoc modo intelligendo ex prima via arguitur dupliciter.

¶Prima ratio ſtat in hoc, ſupponendo vnum, ſcilicet quod eſt ſimpliciter impoſſibile vnam, & eandem ſubſtantiam numero nulla facta mutatione, ſiuè tranſmutatione circa ipſam, quòd ſit hæc ſubſtantia, & nō ſit hæc ſubſtantia, ſicut eſt ſimpliciter impoſſibile, quòd eadem natura ſpecifica nulla facta mutatione circa ipſam, ſit aliquando talis natura, & aliquando non talis natura, ſupponit etiam, quòd quæcunque res dicitur ſimpliciter habere tale eſſe per ſuum vltimatum conſtitutiuum, ſicut natura ſpecifica dicitur habere eſſe tale ſimpliciter, per vltimam differentiam conſtituētem, qua differentia vltimata remota nō eſt amplius talis natura, ſimiliter prima ſubſtantia ſimpliciter dicitur talis per ſuam rationem indiuidualem, quæ remota non eſt amplius prima ſubſtantia.

¶Tertiò præſupponit, quòd ſubſtantia materialis ſic ſe habet ad hæcheitatem, quòd ipſa hæcheitate deſinente eſſe, per quam tale indiuiduum conſtituitur in eſſe, tale indiuiduum ſimpliciter deſinit eſſe quo ad ſuam realem identitatem, ita quòd cum dico primam ſubſtantiam eſſe indiuiduam per a. remoto ipſo a. ſimpliciter ſubſtantia quo ad eſſe reale deſinit eſſe, ita quòd amplius non eſt niſi tantum in eſſe poſſibili.

¶His præſuppoſitis arguit Doctor ſic. Si ſubſtantia ſingularis eſt ſingularis per quantitatem: ergo eadem ſubſtantia realiter. & vt actu exiſtens erit actu exiſtens, & non erit actu exiſtens, patet, quia Deus poteſt ſeparare omnem quantitatem ab illa ipſa remanente in ſuo eſſe realis exiſtentiæ, & vt ſeparata non erit in tali eſſe, patet, quia eſt ſimpliciter impoſſibile ſubſtantiam aliquam actu exiſtere, & non eſſe ſingularem, modò ſeparata quantitate erit actu exiſtens, hoc patet, quia omnis ſubſtantia actu exiſtens eſt ſingularis, & non erit actu exiſtens hæc, quia ſua hæcheitas eſt ſeparata, immò plus ſequitur, quòd eadem ſubſtantia numero nulla facta tranſmutatione circa ſubſtantiam, erit ſimpliciter alia, & alia ſubſtantia numero, patet, quia illud eſt aliud, & aliud numero, quod habet aliam, & aliam hæcheitatem, ſed eadem ſubſtantia actu exiſtens poteſt ſucceſſiuè eſſe ſub alia, & alia quantitate, ergo ſi quantitas eſt ratio indiuidualis, erit aliquando eadem numero, & aliquando non eadem numero, cum variętur ratio eius indiuidualis, immò ex iſta ratione ſequitur plus, quod erit eadem numero de neceſſitate duplici differentia indiuiduali, quod eſt impoſſibile, ſicut q eadem natura ſpecifica dicatur ſpecificè duplici differentia ſpecifica, probatur aſſumptum, quia ſubſtātia actu ſeparata à quantitate, & actu exiſtens neceſſariò eſt vnum numero, patet, quia nulla ſubſtantia realiter actu exiſtens poteſt communicari pluribus, niſi ſola ſubſtantia diuina, quæ actu eſt in tribus ſuppoſitis: ſi ergo eſt ſingularis per quantitatem, cum quantitas non inſit ſubſtantiæ materiali, niſi actu exiſtenti,

Obiectio Scoti.

Quomodo quantitas non ſit ratio indiuidualis.

exiſtenti, ſequitur, ꝙ eadem ſubſtantia materialis duplici differentia numerali erit vna numero, ita quòd ad a quatt per vtranque erit vna numero, & ſic ſequitur, ꝙ erit vna numero, & non erit vna numero, quia circumſcripta vna ratione formali puta quantitate non erit vna numero, & erit vna numero poſita alia differentia indiuiduali.

¶Ibi. Similiter ſi mutetur a quocunque accidēte ſine mutatione ſubſtantiali, ſiue hoc ſit poſſibile, ſiuè impoſſibile, non propter hoc erit formaliter non hæc, vult dicere, ſi tu dicis, quod eſt indiuidua per aliquod accidens; contra, quia facta quacuque mutatione accidentali, nulla facta mutatione circa ſubſtantiam materialem, ſi ſit actu exiſtēs adhuc erit hæc; ergo non erit hæc per aliquod accidens: alias ſi eſſet hæc tantum per aliquod accidens facta mutatione illius accidentis, de hoc poſſet facere non hoc, ipſa ſubſtantia manente in ſuo eſſe actuali reali, quòd eſt impoſſibile, & cum dicit, ſiuè hoc ſit poſſibile, ſiuè ſit impoſſibile, vult dicère, quod ſi poſſet fieri mutatio accidentalis, puta quantitatis, ſine mutatione ſubſtantiali, ſiuè impoſſibile ſit fieri mutatio in quantitate, vel in aliquo alio accidente, ſine mutatione ſubſtantiali, non tamen propter hoc erit formaliter hæc, vel non hæc, quia ſemper etiam vt actu exiſtens præintelligitur omni accidente, ſicut ſubiectum eſt prius ſuo accidente.

¶Ibi. Si dicas, ꝙ iſtud eſt miraculum, & ideo nō contra rationem naturalem, ſupplè, quòd fiat ſine quantitate non facta mutatione circa ſubſtantiam. Contra, miraculum non eſt reſpectu contradictoriorum, ad quæ nulla eſt potentia, ſed cōtradictio eſt eādem ſubſtantiam manentem eſſe duas ſubſtātias ſine ſubſtantiali, & mutatione hoc tam ſucceſſiue, quàm ſimul, quod tamen ſequitur, ſi per aliquod accidens eſſet formaliter hæc ſubſtantia. tūc enim accidente ſuccedente accidenti, eadem ſubſtātia non mutata eſſet ſucceſſiuē duæ ſubſtantiæ. Et hæc ratio patet ex ſupradictis.

Miraculum non eſt reſpectu contradictoriorum.

¶ Confirmatur etiam illud per ſimile de vnitate ſpecifica, quia impoſſibile eſt vnam ſubſtantiam manentem non mutatam ſpecificè, eſſe ſimul, vel ſucceſſiuè hanc ſpeciem, & non hanc ſpeciem: ergo à ſimili in propoſito.

¶Ibi, ſecundò ſic, duarum productionum completarum in eſſe ſubſtantiali non poteſt eſſe eadem ſubſtantia primus terminus, hæc eſt ſecunda ratio principalis ex prima via, & ſtat in hoc. Nam impoſſibile eſt, quòd vna, & eadem ſubſtantia numero ſit per ſe terminus duarum productionum completarum, vt ſupra probatum eſt in primo, diſtinctio.2. parte prima, quæſt.prima. modo ſuppono, quòd terminus totalis alicuius productionis completè eſt aliqua ſubſtantia includens naturam cum ſua hæcheitate, vt puta hic panis generatus: generatio enim terminatur ad ſingulare primò, vt patet in prooemio metaphyſ. ſi ergo dicis, quòd hic panis eſt hic per quantitatem, manēte ergo eadem quantitate, ſemper erit hic panis, & ex alia parte pono, quod ille panis tranſubſtantietur in corpus Chriſti, & in tali tranſubſtantiatione nihil ſubſtantiæ panis manet, vt declarat Doctor in quarto, diſtin.11. & tamen remanet quantitas illius panis ſecundum fidem, quæ per te eſt hæcheitas illius panis. deinde pono, quòd Deus creet alium ſubſtantiam panis ſub illa quantitate: ergo ille panis creatus erit ſimpliciter idem, quod hic panis anihilatus cum eadem ratio indiuidualis ſit vtriuſque: ergo idem panis erit terminus totalis generationis completæ, & ſimiliter erit terminus totalis creationis, quod eſt impoſſibile.

Generatio [illegible] terminatur ad ſingulare.

¶Si dicatur, quòd non eſt poſſibile idem ſucceſſiuè eſſe totale terminum generationis, & creationis, quia genitum anihilatum poteſt ſimpliciter idē reparari à Deo, & ſic ſimpliciter idem poterit creari, vt patet à Doct. ſupra diſtinc.2 quæſt.1. & in quarto, diſt.43. ſic diceretur fortè in propoſito, ꝙ idem panis poſt anihilatus erit idem creatus. Dico, quòd hæc inſtantia non eſt contra rationem Doct. non enim negaret Doctor, ꝙ idem anihilatū non poſſet reparari, negaret tamen, ꝙ idem manēs idem completè productum ab aliquo, ab alio etiā poſſit completè produci: cum ergo hic panis dicatur præcisè hic panis per differentiam indiuidualem, qui vt ſic eſt terminus totalis generationis cōplete: ergo anihilata ſubſtantia panis, manente eius differentia indiuiduali, ſcilicet quantitate, ſi creetur alia ſubſtantia panis ſub illa quantitate, erit idem panis, qui prius, & ſic idem, vt idem erit terminus duarum productionum completarum.

Anihilatū poteſt reparari.

¶ Si dicatur, quòd terminus creationis erit ſubſtantia panis, vt prior tali quantitate. Contra, quia creatio non erit ſubſtantiæ panis, niſi vt actu exiſtentis, quia creatio tantum terminatur ad rem exiſtentem, vt exiſtens eſt, vt patet a Docto. in primo, diſtinct.36. Et tunc quæro, aut ille panis, vt prior eſt ſingularis, aut non: ſi ſic habetur propoſitum, quia non erit ſingularis per quantitatem, ſi non: ergo creatio terminatur ad rem exiſtentem, quæ non erit ſingularis, quod eſt impoſſibile, ſi ergo terminatur ad panem vt ſingularem, vt ſit ſingularis per quantitatem, quæ erat panis geniti: ergo idem ſingulare, quod prius fuit terminus generationis manens idem, adhuc erit terminus generationis, quod non eſt imaginabile. Ex iſta etiam ratione Doctor videtur ſequi, quòd panis nullo modo erit trāſubſtantiatus, patet, quia quamdiu remanet differentia indiuidualis alicuius, tamdiu manet illud, quādiu enim manet rationale, tamdiu manet homo. Si ergo quantitas eſt ratio indiuiduandi ſubſtātiam panis: ergo manente eadem quantitate, manet eadē ſubſtantia panis numero. Præterea, cum talis trāſubſtantiatio panis in corpus Chriſti ſit verè realis: ergo panis realiter trāſubſtantiatur in corpus Chriſti, ſed non habet eſſe reale, niſi vt actu ſingularis: ergo ſi realiter tranſubſtantiatur, ſequitur, ꝙ in tali tranſubſtantatione deſinet quantitas panis, cuius oppoſitum tenet fides catholica.

¶Ibi. Ex ſecunda via, quæ eſt ex ordine ſubſtantiæ ad accidentia arguitur multipliciter. Et prima ratio ſtat in hoc, quia ſubſtantia ſecundum totam ſuam coordinationem eſt prior accidente: ergo in tali priori erit ſubſtantia materialis hæc, patet conſequentia, quia in prædicamento ſubſtantiæ non tantum per ſe ponuntur genera, & ſpecies, ſed etiam indiuidua, antecedēs patet per philoſophum ſeptimo metaphyſicorum. tex. commen. octauo. qui vult, quòd ſubſtantia ſit prior omni accidente naturaliter. Quare, inquit, primum ens, & non aliquid ens, ſed ens ſimpliciter ſubſtantia utique erit multipliciter: quidem igitur dicitur primum, ſed ſubſtantia omnium primum ratione, & notitia, & tempore, & natura, hæc ille.

Subſtantia eſt prior accidente.

¶ Nec oportet fugere, dicendo, quòd intentio Ariſtotel. eſt loqui ibi de ſubſtantia, quæ eſt Deus, vel quæ eſt prima cauſa, quia expreſſe loquitur ibi de ſubſtantia, ſecundum quod eſt vnum iſtorum, quæ diuidunt ens: ita enim probat ſubſtantiam eſſe primam, quomodo probat ſubſtantiam eſſe de numero diuidentium ens, quod eſt prior omni accidente, ita ſcilicet ꝙ ad determinandum de omnibus, quæ diuidunt ens, ſufficit determinare

de ſubſtantia tanquam de primo, pro eo quod cognitio accidentium habetur ex eo, quod attribuũtur ſubſtantiæ, iſtud autem non poteſt eſſe, niſi de ſubſtantia ſecundum totalem coordinationẽ ſuam, & ꝙ Ariſto.ſic intendat loqui de ſubſtantia prædicamentali. Nam in principio 7. ens inquit multipliciter dicitur, ſicut diuiſimus in his, quę de quotiens, videlicet in quinto metaph.tex.commen.14. vbi ſic habetur. ſm ſe verò, ideſt entia per ſe dicunt eſſe quæcunque ſignificant figuras prædicationis, quotiẽs enim dicitur, totiens eſſe ſignificat hęc ibi, patet ergo, quomodo in iſto ſeptimo intendat loqui de ſubſtantia prædicamẽtali, & ideo in eodem ſeptimo tex. comm. ſecundo ſecũdum aliam trãſlationem, vbi ſic habetur, & cum ens dicitur multis modis, manifeſtum eſt, quòd primum ens iſtorum eſt illud, quod ſignificat quid, & hoc eſt illud, quod ſignificat ſubſtantiam, hæc ibi, & ibi Commentator, cum declarauit, inquit, ꝙ hoc nomen ens ſignificat ſubſtantiam, & accidẽtia ſubſtantiæ, quæ ſunt nouem prædicamẽta, intendit declarare, quòd hoc nomen ens principaliter, & ſimpliciter ſignificat prædicamẽtum ſubſtãtiæ ſecundariò, & determinatè, ſcilicet relatiuè ad ſubſtantiam alia prædicamenta accidentium, quæ non dicuntur eſſe, niſi quia accidunt enti, quod eſt ens per ſe, ſcilicet ſubſtantiæ hæc. Cũ ergo in textu quarto dicit ſubſtantiam eſſe prius natura omni accidente, patet, ꝙ ibi accipit ſubſtantiam prædicamentalem, hoc etiam expreſsè patet per Commentatorem commento 4. Si ergo ſubſtãtia prædicamentali ſecundum totam ſuam coordinationem eſt prior tempore, & natura omni accidente, ſequitur, quòd indiuidua ſubſtantiæ non erunt hæc per aliquod accidens. Et confirmatio ſequens eſt clara in littera. Si enim aliquid ſit prius ad aliud, maximè primum illius, eſt primum ad illud, ſed maximè primum ſubſtantiæ in communi eſt ſubſtantia prima, quod debet intelligi ſic, quia ſi ſubſtantia eſt prior accidente illud, quod erunt maximè ſubſtãtia, erit magis primum: igitur ſubſtantia prima eſt ſimpliciter prior omni accidente.

Nota diligenter.

¶Ibi, hic dicitur, quòd licet prima ſubſtantia ſit prior quantitate in eſſendo, non tamen in diuidendo, patet, quia diuiſibilitas competit quãtitati primò, & per ſe, & ſic ſubſtantia materialis, quamuis ſit prior ipſa in ſuo eſſe, non tamen poteſt diuidi, niſi per quantitatem.

Quomodo ſubſtantia ſit prior quantitate.

¶Ibi. Contra, iſta reſponſio ſeipſam deſtruit, quia ſi prima ſubſtantia eſt prior in eſſendo ipſa quantitate, & non poteſt intelligi prima ſubſtantia in ſuo eſſe, niſi inquantum hæc, patet, quia non eſt prima ſubſtantia, niſi vt ſingularis, & indiuidua: ergo non erit hæc per quantitatem.

¶Ibi. Præterea forma eſt ſimpliciter prior compoſito, vt patet ſeptimo metaphyſ. tex.commen.7. vbi ſic habetur. Quare ſi ſpecies, ſcilicet forma materia eſt prior, & magis ens, & ipſo, quod ex vtriuſque prior erit, propter eandem rationem, hæc ille: Et ibi Commentator, ſi igitur fuerit prior in eſſe, quàm materia, & magis ens, propter hoc, quòd materia eſt in potentia, & forma eſt in actu, etiam erit prior compoſito ex ambobus, compoſitum etiam non eſt in actu, niſi propter formam, & hoc intendebar, cum dixit, propter eandem rationem, ideſt quòd modus, ſecundum quem forma eſt prior materia, eſt idem cum eo, ſecundum quem eſt prior compoſito, & intendebar, ꝙ cum forma eſt prior compoſito ex materia, & forma, & compoſitum eſt ſubſtantia, ſequitur, quòd forma ſit magis ſubſtantia, quàm compoſitum. Ex quo ſequitur, quòd ſi quantitas ſit vltimum conſtitutiuum primæ ſubſtantiæ, quòd ipſa ſit prior ipſa prima ſubſtantia in eſſendo, ſed hoc eſt impoſſibile, quia omnis ſubſtantia in eſſendo eſt prior omni accidente per philoſophum ſeptimo metaphyſicorum, tex.commento quarto. ergo ſi quantitas non eſt prior in eſſendo prima ſubſtantia, ſequitur, quòd nec erit prior in vnitate competente primæ ſubſtantiæ, inquantum tale ens. Si enim prima ſubſtantia eſt vna vnitate numerali, & indiuiſibili in plura numero, & vt ſic eſt prior quantitate: ergo talem vnitatem non habet à quantitate. Sequitur, quamlibet enim entitatem conſequitur propria vnitas, non habẽs aliam cauſam propriam ſui, quam cauſam entitatis, patet, quia vnitas propria, & intrinſeca alicuius eſt ratione entitatis pertinentis ad rationem illius: homo enim habet vnitatem ſpecificam propriam, & intrinſecam per entitatem differentiæ vltimæ conſtituentem ipſam in tali eſſe, & vnitate, quæ entitas eſt prior homine conſtituto, ſic & prima ſubſtantia eſt vna vnitate numerali propria, & intrinſeca per entitatem conſtituentem ipſam in tali eſſe, & vnitate, & per conſequens prior illa, & tale eſt differentia indiuidualis, quæ eſt prior prima ſubſtantia: ergo talis vnitas numeralis non competit primæ ſubſtantiæ per quantitatem, cum illa ſit ſimpliciter poſterior.

Subſtantia eſt vna vnitate numerali.

¶Ibi. Præterea eodem modo ſubſtantia eſt prior naturaliter omni accidente, quo eſt ſubiectum omnium accidentium: inquantum enim ſubiectum probatur eſſe prius diffinitione omni accidente, & hoc per additamentum, vt patet ſeptimo metaphyſicorum, tex. commen.quarto. ſecundum aliam tranſlationem ſubſtantia, inquit, eſt prima omnium rerum diffinitione, & cognitione, & tempore: nullum enim aliorum prædicabilium eſt ſeparabile, & iſtud ſolum eſt ſeparabile. Et eſt prima ſecundum diffinitionem, neceſſarium eſt enim, vt diffinitio ſubſtantiæ accipiatur in diffinitione cuiuslibet rei, hæc ille.

¶Ex quo ſequitur, quòd vt ſic prima ſubſtantia erit prior omni accidente, quia ſingulare accidens eſt primo in prima ſubſtantia, tanquam in ſubiecto, vt patet per philoſophum duodecimo metaphyſicorum, tex.commento vigeſimoſeptimo. qui textus incipit ſecundum aliam tranſlationem. Et etiam conſiderandum eſt, quòd quædam ſunt, quę poſſumus dicere vniuerſaliter, & quædam, quæ poſſumus dicere particulariter, & prima principia habent materiam, quæ in actu hoc eſt prius, & aliud in potentia, ideſt ſecundum Commentatorem: & principia principalia ſunt ea, quorum ſubſtantia eſt aliquod ens in actu extra animam. Sequitur in textu. Hoc eſt prius, & aliud in potentia, ideſt alia ſunt ea, quæ ſunt in potentia particularia, & primum præcedit hoc, ſequitur, & illa vniuerſalia non ſunt, quoniam quod eſt, indiuiduu eſt, & parum infra quodlibet ſingularium eſt aliud, & materia, & forma, vide Commentatorem ibi.

¶Ibi. Et confirmatur maximè de accidente per accidens, quia illud primò ineſt ſingulari, quinto metaphyſicorum, capit.de eodem. qui textus non habet commẽ. quia non habet textum correſpondentem in Arabica translatione, & ponitur immediate poſt textum decimumquintum, vbi ſic habetur. Nam vniuerſalia ſecundum ſe exiſtunt, accidentia verò non ſecundum ſe, ſed in ſingularibus ſimpliciter dicuntur, hæc ille: & per accidens erit prima ſubſtantia hæc, cum ſit ſubiectum accidentium per aliquid aliud, quàm per accidens.

Vniuerſalia ſecundum ſe exiſtunt

¶Ibi,

¶Ibi, omne quod eſt prius alio natura, eſt prius duratione, hoc ſ. modo, q; quantum eſt de ſe non repugnat ſibi contradictoriè poſſe eſſe prius duratione, vt alias expoſitum eſt: vniuerſaliter enim prioritas naturæ includit in priori poſſe eſſe ſine poſteriori ſine contradictione, ex quinto metaph. tex. commen. 16. vbi ſic habetur circa finem illius textus. Alia, inquit, verò ſecundum ſubſtantiam, & naturã ſupplè ſunt priora, quæcunque contingit eſſe ſine aliis, & illa non ſine illis, hæc ille: igitur ſine contradictione poſſet quæcunque ſubſtantia, quantum eſt ex ſe eſſe prius duratione omni accidente, & ſic nullum accidens erit differentia indiuiduationis alicuius ſubſtantiæ.

¶Ibi. Ex tertia via arguitur ſic primò, & ratio ſtat in hoc, tota coordinatio prædicamenti ſubſtantiæ eſt prior omni accidente, vt patet ſeptimo metaph. tex. commen. 4. Et in tali coordinatione prædicamentali ponuntur indiuidua, & nihil vnius coordinationis eſt tale propter aliquid coordinationis alterius, modo in coordinatione prædicamẽti ſubſtantiæ, cum ſit finita, ſicut eſt aliquod primum prædicatum, de quo nihil prædicatur, ita aliquod ſubiectum, cui nihil ſubiicitur, vt patet primo poſteriorum. tex. comm. 34.

¶Ibi. Præterea ſecundo, in qualibet coordinatione, circumſcripto quocunque alterius coordinationis eſt ratio ſpeciei, & illa prædicatur de pluribus differentibus numero, ergo.

¶Ibi. Præterea tertiò, ratio ſtat in hoc, ſingulare ſubſtantiæ recipit prędicationẽ in quid cuiuſcunq; ſuperioris, ſed per accidens non recipit prædicationem in quid, & ſic, ſi prima ſubſtantia eſſet hæc per quantitatem, eſſet vnum per accidens, quia aggregatum ex rebus diuerſorum generum, vt patet 5. metaph. c. de vno. tex. comm. 7. & 15.

¶Ibi. Præterea quando aliquid conuenit, iſta ratio clara eſt in littera, & ſtat in hoc, quòd ſicut communitas conuenit eſſentialiter, puta naturæ humanæ, inquantum eſt pertinens ad coordinationem prædicamenti ſubſtantiæ, ſic ei ſimpliciter conuenit, quòd quamuis per aliquid poſterius alterius generis contrahatur, adhuc ſimpliciter erit tale. Exemplum. Ex quo enim natura humana, vt pertinet ad coordinationem prædicamẽti ſubſtantiæ, eſt eſſentialiter communis ad omnia indiuidua: ſi ponatur ſub albedine per poſſibile, vel impoſſibile, adhuc ſimpliciter erit talis natura ſic communis quiditatiuè ad ſua inferiora, eodem modo dico de prima ſubſtantia, quæ vt pertinet ad coordinationem prædicamentalem competit ſibi hoc, q; non poſſit diuidi in plures partes ſubiectiuas: poſito ergo, q; contrahatur per quantitatem, vel per aliud accidẽs ſemper erit ſimpliciter talis, vt eſt aliquid prædicamenti ſubſtantiæ, & ſic ſimpliciter erit hæc, & non per aliquid pertinens ad aliam coordinationem.

Exemplum.

¶Ibi. Propter argumenta fortè iſtarum duarum viarum fugienda, tenetur poſitio de quantitate alio modo. Hic Doct. ponit poſitionem Egidij, qui dicit, quod prima ſubſtantia eſt hæc non per quantitatem, ſed propter aliquid cauſatum à quantitate, quod cauſatum eſt realiter idem cum tali ſubſtantia.

Ro... Egidij Romani.

¶Nota in hac littera, q; duplex eſt extenſio quædam per ſe vt quantitas, quædam verò per accidẽs vt ſubſtantia, pro quanto ſubijcitur quantitati, per quantitatem enim eſt diuiſibilis: & hoc eſt quod dicit hic, q; ſicut extenſio materiæ ſupplè per accidẽs, eſt alia natura à natura quantitatis ipſius materiæ, quæ ſ. quantitas eſt extenſa per ſe. Sequitur, & non addit ſuper eſſentiam materiæ, ſupplè illa extenſio per accidens, ſequitur, ſic ſignatio materiæ, quam habet cauſaliter per quãtitatem, eſt alia à ſignatione quantitatis, & prior naturaliter ſignatione, quam habet per quantitatem, id eſt q; indiuiduatio materiæ, ſiuè ſignatio cauſata à quantitate in ipſa materia eſt alia ab indiuiduatione quantitatis, & etiam eſt prior naturaliter indiuiduatione, quàm habet, ſupplè formaliter per quantitatem, vult dicere, q; prima materia habet indiuiduationem cauſatam à quantitate, & hæc indiuiduatio, propter quam propriè materia eſt hæc, eſt alia ab illa quantitate. Secundò, quia quantitas informat materiã, dicit, q; ſicut talis materia eſt quanta per quantitatem, ita eſt indiuidua accidentaliter per indiuiduationem, qua ipſa quantitas eſt indiuidua, & addit, quòd indiuiduatio, ſiuè ſignatio cauſata à quantitate, per quam ipſa materia eſt hæc, eſt eadem realiter cum ipſa materia.

¶Contra, iſta poſitio. Hîc Doct. intẽdit improbare Egidium quantum ad hoc principaliter, q; ſ. indiuiduatio materiæ cauſata à quantitate ſit idem realiter cum ipſa materia, quia eſt ſimpliciter impoſſibile, q; aliquid cauſatum à quãtitate diſtincta realiter a materia, & poſteriore realiter ipſa: ſit idem realiter cum materia, patet, quia ſi prius non eſt idem realiter cum a. multo minus, nec poſterius erit idem realiter.

¶Ibi Præterea illud, quod eſt neceſſaria cõditio cauſæ in cauſando, non poteſt habere à cauſato eſſe, quia tunc cauſa inquantum ſufficiens ad cauſandum eſſet cauſata à cauſato: vult dicere Doctor, q; conditio neceſſaria cauſæ, vt ſit ſufficiens ad cauſandũ eſt ſingularitas, vt ſupra patuit in primo, diſt. 3. q. 6. & 8. & talis conditio, quæ eſt ſingularitas, eſt prior cauſato. Cum ergo hæc ſubſtantia, inquantum hæc, cauſet quantitatem hãc, & per conſequẽs ipſa quantitas erit poſterior ipſa ſubſtantia ſignata, ſequitur, quòd ſi ſignatio ſubſtantiæ, ſiuè ſingularitas ſit per te cauſata à quantitate, q; hæc ſubſtantia ſufficiens ad cauſandum quantitatem, ſit cauſata à quantitate, & ſic prius erit cauſatum à ſuo poſteriori, quod eſt impoſſibile.

Scotus intẽdit improbare Egidium.

¶Ibi. Præterea quæro quid eſt quantitatem derelinquere, vel cauſare modum talem in ſubſtãtia, ſi nihil eſt, niſi q; præfuit quantitati, tunc nullo modo eſt ſignatio per quantitatem, quia vt ſic ſimpliciter præcedit quãtitatem, ſi autem aliquid aliud, quæro quomodo cauſatur à quantitate, & quo genere cauſæ, non videtur poſſe aſſignari ibi, niſi genus cauſę efficientis, ſed quantitas non eſt forma actiua.

¶Ibi. Præterea, quare magis derelinquit quãtitas talem modum in ſubſtantia eundem realiter ſubſtantiæ, quàm qualitas quantitati vt albedo, non videtur ratio, quia ſicut albedo ſeipſa eſt forma ſuperficiei, & non mediãte alia forma derelicta, ita videtur quantitas eſſe forma ſubſtantiæ, qua ſubſtantia eſt quanta, & non derelinquere formam.

¶Ibi. Ex quarta via arguo ſic, quantitas iſta qua ſubſtantia eſt ſignata, aut eſt quantitas terminata, aut interminata. Hic nota, q; quantitas interminata, ſiuè extenſio, nihil dicit in re materiali, ſiuè extenſibili, niſi tãtum aptitudinem ad extenſionem actualem, ſiuè terminatam, quantitas verò terminata, ſiuè extenſio eſt ipſa extenſio actualis, puta pedalis, vel bipedalis, & ſic quando quantitas eſt in materia, dicimus materiam eſſe tantam quantitatiue, ſiue extenſiuè, quanta quantitas eſt ibi extenſa: dicit ergo Doctor, quòd ſubſtantia materialis non eſt hæc per quantitatem terminatam, quia illa eſt ſimpliciter poſterior, nec certè hæc per quãtitatem interminatam, quia eadem manet in generato, & corrupto, cum ſit inſeparabilis à materia.

Quantitas terminata, & interminata quid dicant.

¶Nam eadem materia, quę eſt ſub forma aquæ, fit ſub forma ignis, ita quòd corrumpitur forma aquæ, & generatur ibi forma ignis, & tunc vltra, cũ quantitas interminata per te ſit ſignatio ſubſtantiæ materialis, manente eadem, manet eadem ſubſtantia materialis. Cum ergo ſit ſimpliciter eadem tã ignis geniti, quàm aquæ corruptæ, ſequitur, quòd iſta duo ſint vnum numero, quod eſt impoſſibile.

¶Ibi, ſi dicatur, quòd non ſequitur, quia quantitas non ponitur cauſa ſingularitatis, niſi præſuppoſita vnitate ſpecifica, ſed generatum, & corruptum non ſunt eiuſdem ſpeciei. Contra. Hic intendit probare, quòd etiam genitum, & corruptum ſint eiuſdem ſpeciei, & per cõſequens poſſint eſſe idem numero, vt deductum eſt ſupra. Et quòd poſſint eſſe eiuſdem ſpeciei, ponẽdo, quòd ex aqua primò generetur ignis. Secundò ex igne generetur aqua, eſt ibi ſimpliciter eadem materia numero, patet, quia cum ignis generatur ex aqua, à materia aquæ, expellitur forma aquæ, & ibi induciẽ forma ignis, & cum ex illo igne poſſit generari aqua, ſequitur, ꝙ eadem materia erit reſpectu aquæ prius corruptæ, & aquæ poſterius generatæ, & per conſequens erit ibi eadem quantitas non ſolum interminata, ſed etiam terminata, vel ſaltem interminata, & illa per te eſt cauſa ſingularitatis: ergo aqua corrupta, & genita erunt eadem numero, quod videtur impoſſibile, quia idem indiuiduum numero non redit naturali actione, vt patet ſecundo de gene. tex. com. vltimo, ſiuè ſeptuageſimo. Homines, inquit, & animalia non reiterantur in ſeipſos, vt rurſus generetur idem. Et circa finem illius tex. Ideo aqua ex aere, & aer ex aqua ſpecie idem, non aut numero, & Comment. ibi. Corruptibilia autem impoſſibile eſt, vt reuertantur, niſi ſecundũ ſpeciem, verbi gratia, aer generabitur ab aqua, & aqua ab aere, non ꝙ indiuiduum illius aquæ corruptæ reuertatur per ſe, quamuis materia eſſet eadem, & agẽs idem, quoniam ſi idem agens ex eadem materia faceret lateres, & poſtea corrumperentur, vt faceret alios poſterius, manifeſtum eſt, quòd differt poſterius à præcedentibus, hæc ille, hoc idem habetur quinto phyſicorum. tex. comm. 36. ſecundum aliam tranſlationem. Sed ſi poſſibile eſt, vt illud, quòd iam corruptum eſt, reuertatur, & fiat vnum numero, tunc motus poſſibile eſt, vt ſit etiam vnus, ſupplè numero, & ſi illud fuerit impoſſibile, motus erit ille idem, ſed non vnus, hæc ille.

Nota hæc omnia diligenter.

¶Ibi. Præterea ſi quantitas ſit primò indiuiduãs ſubſtantiam, vult dicere Doctor hìc, quòd ſi Sortes eſt ſingulare, & Plato ſimiliter per aliam, & aliam quantitatẽ, oportet quòd illa, & illa quantitas differant, cum ſint veræ formæ, & ſic perit fundamentum eorum, qui dicunt, quòd omnis differentia formalis eſt differentia ſpecifica, & ſi ſic tunc hæc quantitas, & hæc quantitas, cum ſint duæ formæ, differrent ſpecie. quod eſt contra eos, & contra veritatem.

¶Ibi. Et ſi dicas, immò quantitas habet ex ſe ſitum determinatum, & per conſequens hæc diſtinguitur ex ſe ab alia quantitate, ideſt fortè iſti dicerent, quòd iſtæ duæ quantitates non differunt, vt duæ formæ, ſed præcisè differunt propter alium, & alium ſitum, quia quantitas Franciſci habet alium, & alium ſitum à quantitate Ioannis.

¶Ibi. Contra, quæro de quo ſitu loqueris. Nota in iſta ratione, ꝙ duplex eſt ſitus. ſ. ſitus, quod eſt pdicamentum, & talis ſitus, non tantum dicit ordinem partium in aliquo toto, ſed vltra dicit ordinẽ totius ad locum circumſcribentem, & ordinẽ partium ad partes loci, vt declarat Doct. in quarto, diſtinct. 10. Secundò accipitur, vt eſt differentia prædicamenti quantitatis, & dicitur poſitio, quæ dicit tantum ordinem partium quantitatiuarum in aliquo toto.

Duplex ſitus.

¶Ad propoſitum applicando dicit Doctor, quòd ſitus primo modo eſt poſterius quantitate, patet, quia talis ordo totius ad locum, & partium ad partes loci, eſt reſpectus fundatus in ipſa quantitate, & per conſequens vna quantitas non differt ab alia per talem ſitum. Si ſecundo modo eadem eſt quæſtio de ſitu, ſicut & de quantitate: non enim eſt notius partes permanentes, & cõtinuatas in iſto toto ſeipſis diſtingui à partibus permanẽtibus, & continuatis in illo toto, quæ duo ſcilicet continuationem, & permanentiam includit poſitio, vt eſt differentia quantitatis, quàm quam hæc quantitas differat ſeipſa ab illa, vult dicere, quòd cum iſte ſitus non ſit notior iſta quantitate, quomodo dicimus, ꝙ vna diſtinguitur ab alia per ſitum.

Situs eſt poſterius quãtitate.

¶Ibi. Præterea omnia argumenta, quæ facta ſunt contra opinionem ad probandum, quòd caro non ſit de ſe hæc, poſſunt eadem fieri ad probandum, quòd quantitas non ſit de ſe hæc. Hic dicit Doct. quòd ſicut in quæſtione prima huius diſtinctionis probauimus, quòd datur natura communis, quæ ex natura rei non eſt de ſe hæc, ita per eaſdem rationes, poteſt probari, quòd detur quantitas in communi, quæ ex natura rei nõ ſit de ſe hæc, & ſic oportebit quærere propter quid quantitas ſit de ſe hæc.

Natura cõmunis quomodo non ſit de ſe hæc.

¶Ibi. Contra rationes opinionis. Hic Doct. ſpecialiter arguit contra rationes factas à Gotifredo in principio quæſtionis. Cum dicit, quòd diuidi in partes eiuſdem rationis eſt proprietas, quæ per ſe conuenit quantitati, & per quãtitatem conuenit ſubſtantię diuidi in partes eiuſdem rationis, & Doctor hìc probat, quòd & ſi quantitas ſit ratio diuidendi in partes integrales, & quantitatiuas eiuſdem rationis, non eſt tamen ratio diuidendi in partes ſubiectiuas, de quibus eſt quæſtio iſta, quia tunc ineſſet formaliter ipſi ſubſtantiæ, quod eſt falſum: nõ enim quantitas ineſt naturæ humanæ, inquantum ipſa eſt diuiſibilis in partes ſubiectiuas.

¶Ibi. Confirmatur ratio, quia totum vniuerſale, quod diuiditur in indiuidua, & in partes ſubiectiuas prædicatur de qualibet illarum partium, ita quòd quælibet pars ſubiectiua eſt ipſum per identitatem, vt ſupra expoſitum eſt in prima quæſtione huius diſtinctionis, iſta confirmatio eſt ſatis euidẽs, qua probatur, quòd quantitas non ſit ratio formalis diuidendi in partes ſubiectiuas: eſt enim manifeſta differentia inter partes ſubiectiuas, & partes quãtitatiuas homogeneas, quia ſubiectiuè recipiũt prædicationem totius in recto, vt iſta eſt eſt vera, hic homo eſt homo, quantitatiuè verò non, quia hæc eſt falſa, hæc pars vini eſt ipſum totum uinum. Et addit Doctor, quòd licet ad diuiſionem totius integralis in partes quãtitatiuas ſequaẽ diuiſio partium ſubiectiuarum, tamen iſte partes ſunt aliæ, & aliæ reſpectu alterius, & alterius totius. Nam ſi quantitas uini diuidatur in decem partes integrales ipſius, licet reſpectu ipſius dicantur integrales, vt ſunt in toto, tamen ipſæ vt ſeparatæ recipiunt prædicationẽ totius vniuerſalis, quia hæc eſt vera, hæc pars uini eſt uinum, & hoc eſt quod dicit Doct. hoc idem dico de toto ætherogeneo.

Differentia inter partes ſubiectiuas, & homogeneas.

¶Ibi. Et quod accipitur à philoſopho in quinto metaph. tex. commẽ. decimoquinto, quòd diuidi in partes eiuſdem rationis eſt proprietas per ſe cõueniens quantitati, dicit, quòd philoſophus non dicit quantum diuidi in partes eiuſdem rationis, ſed ꝙ eſt diuiſibile in ea, quæ inſunt, quorum vtrumque, vel ſingulum eſt natum eſſe aliquid, & hoc aliquid, in ea, quæ inſunt, inquit, tanquam componentia

totum

totum cui inſunt, igitur non ſicut in partes ſubiectiuas, quæ non ſic inſunt, quorum vtrumque, ſi diuiſio fiat in duo, aut ſingula, ſi in plura natum eſt eſſe aliquid per ſe, ſcilicet exiſtens, eo modo quo totum, quia inquantum aliquid eſt pars quantitatiua diuidens, ita per ſe poteſt eſſe, ſicut totum diuiſum, quia ita pars eſt compoſita ex materia, & forma, ſicut ipſum totum, & ſi totum natum ſit eſſe indiuiduum alicuius ſpeciei, puta aliqua caro, ita quælibet pars ipſius, ut ſeparata, erit ſimpliciter indiuiduum eiuſdem ſpeciei, ut ſupra patuit diſtin.2. quæſt.9. & hæc diuiſio in partes eſt contra diuiſionem compoſiti ex materia, & forma, ut patet, & diuiſio in hoc aliquid, & hoc aliquid, puta in ſingularia eſt contra diuiſionem generis in ſpecies, quæ non ſunt hoc aliquid, ſed quale quid. Sequitur, & ſi numerus componeretur ex diuerſis numeris non obſtaret rationi numeri, inquantum quantus, quòd diuideretur in numeros alterius rationis, vult oſtēdere Doctor, quòd etiam non eſt neceſſe quantitatem diuidi in partes eiuſdem rationis, ſiuè eiuſdem ſpeciei, quia ſi componeretur aliquis numerus, puta ſenarius ex ternario & ternario, ita quòd diceretur numerus numerorum, ille numerus diuideretur in plures ſpecies, & ſic non diuideretur in partes eiuſdem rationis, & eodem modo non obſtaret vniuerſali, puta quanto, quod diuideretur in partes alterius, & alterius rationis, ſi cōponeretur ex tricubito, & bicubito, quæ differunt ſpecie, ita etiam quantitati non obſtaret diuiſio ſuiipſius in partes eiuſdem rationis. Concedo ergo uniuerſaliter de facto, quòd licet totum non requirat, quòd diuidatur in partes alterius rationis, tamen non requirit eas eſſe diſtinctę rationis, quia inquantum ſunt partes quantitatiuę nō ſunt alterius rationis, licet enim caput, cor, & manus ſint partes quantitatiuæ, & alterius rationis, non tamen ſunt alterius rationis, inquantum præciſè ſunt partes quanti: eo ergo modo quo uerum eſt, licet à philoſopho non poſſet accipi, quòd quantum diuidatur in partes eiuſdem rationis omnino, quia non diuiditur in partes, in quibus includatur ratio diuiſi, ſicut ſpecies diuiditur in indiuidua, ſed in partes, quæ infuerunt diuiſo, & habent rationem vnam, non illius ſupplè diuiſi, ſed alicuius communis illi toti, & ipſis, quia partes totius quanti, & totum quantum conueniūt in hanc rationem, quòd quodlibet eſt quantum, ſpecies verò diuiditur in partes eiuſdem rationis, quarum quælibet includit rationem diuiſi, & non aliquid aliud alterius rationis commune diuiſo, & diuidentibus, vt patet.

Secunda ratio Gothfredi. ¶Ibi. Præterea arguo contra ſecundam rationē. Secunda enim ratio Gottofredi fuit, quòd generās diſtinguitur à genito, & econtra per aliam, & aliam quantitatem. Contra quam rationem arguit Doct. ſic, quia ſicut ratio formalis generandi eſt ſubſtantia, ita & terminus generationis eſt ſubſtantia, & ſicut ſubſtantia illa non generat, niſi inquantū hæc, vt eſt prior quantitate, ſic ſubſtantia non generatur niſi inquantum hæc, vt prior quantitate.

¶ Ibi. Concedo ergo concluſionem omnium iſtarum rationū, quòd impoſſibile eſt per aliquod accidens ſubſtātiam eſſe indiuiduam, hoc eſt, quòd per aliquod accidens diuidatur in partes ſubiectiuas, & quòd per illud repugnet ſibi eſſe non hoc.

Tho. de vio Gaieta in lib. de ente, & eſſentia. QVIDAM nouus expoſitor primæ partis ſancti Thomæ in libro de ente, & eſſentia nititur ſoluere rationes illas quas facit Doctor contra poſitionem Egidij de differentia indiuiduali, quæ vltimo loco ponuntur. Et primò ad primam reſpondet. Ad cuius euidentiam eſt notandum, quòd proportio materiæ ſignatæ ad hanc quantitatē eſt proportio potentiæ ad proprium actum, vnde ſicut potentia materiæ eſt eadem realiter ipſi materiæ, & tamen dependet à forma, ita potentia, ſeu capacitas materiæ reſpectu huius quantitatis, quæ vocatur eius ſignatio, dependet à quantitate, & tamen eſt eadem materiæ, & quia potentia eſt prior, & poſterior naturaliter actu, prior eſt, quoniam cauſa materialis, poſterior in ordine cauſæ formalis, ideo ſignatio materiæ eſt prior quantum in ordine cauſæ materialis, poſterior autem in ordine cauſæ formalis, unde utroque modo maior eſt falſa, tam ſi intelligatur de priore, & poſteriore ſecundum genus cauſæ materialis, quàm ſi intelligatur de priore, & poſteriore in ordine cauſæ formalis: aliquid enim dependens à forma, eſt idem realiter materiæ, & aliquid dependens à materia, eſt idem realiter formæ, vt patet ad probationem primam, qua dicitur, quia tunc idem eſſet prius, & non prius, dico, ꝙ non eſt inconueniens in diuerſis generibus cauſarum. Ad aliam probationem, qua dicitur, vbi eſt uera, & realis identitas negatur, & ſic propoſitio aſſumpta: non enim omne prius poteſt eſſe ſine poſteriori, vt aliàs oſtendetur.

Potentia materiæ eſt eadem realiter cum ipſa materia.

¶Ad ſecundum negatur maior, cum cauſatum eſt cauſa, ſiuè cauſæ in aliquo genere cauſæ, ſicut in propoſito accidit, matéria enim ſignata eſt cauſa quantitatis in genere cauſæ materialis. Quantitas eſt cauſa materiæ ſignatæ in genere cauſæ formalis, vt actus potētiæ, & patet falſitas maioris in exēplo ſupra poſito: potentia enim materiæ eſt neceſſaria conditio materiæ ad cauſandum formam, & tamen dependet à forma in genere cauſæ formalis.

Quomodo Caietanus nititur ſoluere argumēta Scoti.

¶Ad probationem dicitur, quòd cauſa materialis ſecundum cauſalitatem ſuam dependet à ſuo effectu, ſcilicet forma, ſed non inquantum eſt effectus eius, ſed in eo, quòd eſt cauſa materiæ: cauſæ enim ſunt ſibiinuicem cauſæ, vt dicitur ſecundo phyſicorum. & Comment. commen.30. non ergo inconuenit cauſam in cauſando dependere à cauſato, vt non cauſato, ſed vt cauſa eſt ſecundum aliud genus.

Quomodo cauſa materialis depēdet à ſuo effectu.

¶Ad tertium dicitur, quòd quantitatem cauſare talem ſignationem in materia nihil aliud eſt, quàm materiam eſſe ab hoc agente factam capacem, adeò huius quantitatis, quòd non illius, & ſic quantum concurrit ad ſignationem materiæ vt actus, propter quem talis capacitas ſit agens, non vt efficiēs illam, & talis ſignatio, ſeu capacitas præeſt ipſi quantitati in genere cauſæ materialis, & non poteſt ex hoc inferri, ergo non fit per quantitatem, eo quòd fit per quantitatem in genere cauſæ formalis, quæ ſicut & finis inter cauſas poſteriores in eſſe numeratæ.

Ad quartum dicitur, quòd non ſolū quantitates tali modo ſignant materiam, ſed etiam qualitates propriæ. Materia enim ſortis, ita eſt capax harum qualitatum, quòd non aliarum, ſed quia ſola quantitas immediate recipitur in ſubſtantia, & hæc ſola oſtenditur, oritur radicaliter diſtinctio materialis, ideo ad propoſitum materiam ſignatam materiam ſub certis dimenſionibus, & non ſub certis qualitatibus dicimus.

¶Ad quintum dicitur, quòd quantitas illa, quæ ad indiuiduationem, vt originale non intrinſecum indiuiduationis principium concurrit, eſt quantitas terminata, nec obſtat, quòd ſequatur formam, quia etiam forma ſequitur potentiā materiæ, a qua tamen cauſatur, & concedimus hanc ſubſtantiam etiam cauſam materialem huius quantitatis, ſed econuerſo in genere cauſæ formalis hanc quantitatem eſſe cauſam huius ſignationis, materiæ modo præexpoſito.

¶Ad

Confirmatio Antonij Trõbettæ. ¶ Ad confirmationem Antonij Trombettæ dicitur, quòd quantitas terminata ad indiuiduationem concurrens, non ſtat in indiuiſibili, ſed latitudinẽ habet: ſicut enim quęlibet ſpecies naturalis determinat ſibi quantitatem maximam, & minimam infra quandam latitudinem, ita & quodlibet indiuiduum determinat ſibi hanc quantitatem infra tales limites, & non in indiuiſibili, vnde patet fieri rarefactio, ſiue vt indiuiduatiua eſt variatione, nõ enim hic accipitur quãtitas terminata punctalis, ſed cum certa latitudine.

¶ Ad ſextum dicitur, concedendo conſequẽtiam primam, ſed negando, quòd ex hoc ſequatur falſitas illius propoſitionis fundamentalis firmiſſimi ædificij. Peccauit enim arguens peccato maximo non diſtinguens inter differentiam formalem, & formarũ: omnis enim differentia formalis eſt ſpecifica, non autem omnis differentia formarum, vt dicit ſanctus Thom. ſecundo contra Gent. cap. 81. *Omnis differentia formalis eſt ſpecifica.* alioquin forma huius ignis, & ſi eſt alius ignis, diſtinguerentur ſpecificè, cum ſint formæ, & differãt, vnde linea mathematica diuiſa in partes habet duo indiuidua: quælibet enim pars lineæ eſt linea, & illa indiuidua ſunt formæ, & differunt, ſed non differentia formaliter. Appellatur autem differentia formalis illa, quæ eſt per principia quidditatiua: hęc enim ſemper oritur a forma in eo, ꝙ forma, qualis non eſt inter hanc lineam, & illam, cum ſit eadem vtriuſque quiditas, verum arguentis error eſt valde puerilis, ſunt formæ, & differunt: ergo differunt formaliter, eſt monachus, & eſt albus: ergo eſt monachus albus.

¶ Ad vltimum negatur conſequentia, licet enim id, quod in prædicamento ſubſtantiæ ſit prius ſimpliciter quolibet alio prædicamento, tamen aliqua conditio, ſine qua indiuiduum, vt ſic non eſt in prædicamento poteſt eſſe poſterior in genere cauſæ formalis alterius prædicamenti, eo quòd cauſa formalis eſt poſterior in eſſe.

¶ Ad confirmationem dicitur, quòd quodlibet prædicamentum completur per res ſui generis, ſi loquamur de his, quæ ponuntur in prædicamentis, & de ratione reponendi ea in illis; non autem ſi loquamur de conditione rei repoſita in prædicamento, Sortes enim non eſt niſi ſubſtantia, & ratio ponens ipſum in prædicamento eſt ſubſtantia, conditio autem indiuiduationis ſuæ, quæ non eſt ratio reponendi ipſum in prædicamento non conuenit, quòd coexigat aliquod actus, puta quantitatis.

Confutatio reſponſionũ Tho. Gaiet. quas dat ad rationes Scoti. NVNC oſtendendum eſt has reſponſiones huius noui expoſitoris minimè euacuare rationes Doctoris, & cum dicit primò, negando maiorem primæ rationis, patet, quòd non rectè negat, quia eſt ſimpliciter impoſſibile, ꝙ ſi a. realiter diſtinguitur à b. vt à poſteriori, quin etiam realiter diſtinguatur à c. cauſato ab ipſo b. quia ſi prius c. non poteſt realiter identificari a. multo minus, nec realiter poſterius ipſo b. aliter ipſum c. eſſet realiter prius, & realiter poſterius ipſo b. patet, quia ſi b. quia poſterius a. non realiter identificatur a. ſequitur, ꝙ c. ſi identificatur realiter a. ꝙ erit realiter prius b. ſequitur etiam, ꝙ idem c. ſit realiter poſterius b. cum realiter ponatur cauſari a b. & ſic patet quomodo malè negauit illam maiorem. Et cum oſtendit illam maiorem non eſſe veram ex hoc, ꝙ potẽtia materiæ eſt eadem realiter ipſi materiæ, & tamen dependet à forma, dico hoc eſſe impoſſibile, & quæro quid accipit per potentiam materiæ, aut accipit pro ipſa materia præciſe, aut accipit pro potentia, quæ dicit ordinem ad actum, aut accipit potẽtiam materiæ pro aptitudine eſſendi ſub forma.

Si primò patet, ꝙ potentia materiæ realiter diſtinguitur ab actu, quia ſecundum Doct. & ſecundum veritatem, & ſecundum viam philoſophi, vt patebit infra diſtin. 12. quæſt. 1. materię dicit entitatem realem realiter diſtinctam ab actu, ſiuè forma. Siue etiam accipiatur materia, prout ipſi accipiũt, vt non dicit entitatem realem actualem, ſed vt dicit puram potentiam, patet, ꝙ talis potentia non eſt cauſata à forma, ſicut nec materia accepta ſecũdum opinionem Doct.

Si ſecundò, accipitur pro potentia, vt dicit ordinem ad actum, patet, ꝙ illa diſtinguitur realiter ab actu, quia adueniente forma in materia deſinit talis potentia, aliter idem eſſet actu ſub a. & in potentia ad ipſum a. quod eſt implicatio.

Si tertio accipit potentiam pro aptitudine, patet, quod talis aptitudo non cauſatur à forma, cum omnis aptitudo præciſè oriatur à re, cuius eſt. Tum etiã, quia quæreretur de tali aptitudine, in quo fundetur, ipſi nõ poſſunt aſſignare ſubiectum talis aptitudinis, cum dicant materiam eſſe purũ nihil, quia tantum puram eſſe in potentia: Et ſic patet, ꝙ illa probatio nihil eſt ad b. niſi exponat potẽtiam materiæ, aliter, & quomodocunque exponatur, ſi talis potentia ponitur cauſari à forma, à qua materia realiter diſtinguitur, vt à poſteriori, oportebit eum dicere eandem potẽtiam realiter diſtingui à materia. Et cum infert, quòd illa potentia, ſeu capacitas materiæ reſpectu huius quantitatis, quæ vocatur eius ſignatio, dependet à quantitate, & tamẽ eſt eadem materiæ, patet hoc eſſe falſum per ea, quę dixi ſupra. Et vltra quæro quid intelligit per capacitatem materiæ reſpectu huius quantitatis, aut intelligit ipſam materiam nudè, & patet, ꝙ illa non dependet à quãtitate, aut intelligit aliquid additũ ipſi materiæ, & tunc quæro, aut illud additum, quod accipitur pro capacitate, eſt pręciſè aptitudo materiæ reſpectu huius quantitatis, & tunc arguatur, vt prius, ſicut de potentia aptitudinaria, aut dicit aliquam entitatem actualem, & tũc quæro, in quo fundetur, non in materia, cum ponant eam eſſe puram potentiam. Modo entitas actualis nõ poteſt immediatè fundari in eo, quod nihil eſt in ſe. Tum etiam, quia ſi entitas actualis ponatur realiter cauſari à quãtitate, eſt ſimpliciter impoſſibile ipſam realiter identificari materiæ, vt dixi ſupra. Et quomodocũque aſſignetur capacitas materiæ reſpectu illius quantitatis ſemper arguatur, vt argutum eſt de potentia materiæ. Et cum dicit, quòd potentia materiæ eſt prior, & poſterior naturaliter actu, prior, quia cauſa materialis poſterior in ordine cauſę materialis, poſterior in ordine cauſæ formalis. *Reſp. Caietani non includit veritatem.* Dico, quòd iſta reſponſio nullam includit veritatẽ, quia quomodocũque accipiatur potentia materiæ non poteſt dici realiter prior ipſo actu; & realiter poſterior: poſito enim, quòd potentia materiæ, vt cauſa materialis compoſiti ſit prior actu, eſt tamen impoſſibile, quòd ipſa eadem potẽtia dicatur cauſa formalis, patet. Tum quia talis potentia poneretur actus materiæ, quod eſt omnino inconueniens. Tum etiam, quia in eodem compoſito eſſent plures actus, non enim eſt intelligibile, ꝙ idem reſpectu eiuſdẽ ſubiecti, dicatur prius, & poſterius naturaliter, ꝙ enim potentia materiæ ſit realiter prior ipſa materia, & realiter poſterior, videtur omninò implicatio contradictionis. Et ſic patet quomodo prima ratio Doct. minimè euacuetur.

¶ Ad illa, quæ dicit ad ſecundam rationem Doct. cum dicit, quòd non eſt inconueniens aliquid cauſatũ ab a. in vno genere cauſæ eſſe cauſam ipſius a. in genere, & ſic materia ſignata eſt cauſa quantitatis in genere cauſæ materialis, & quantitas eſt cauſa materiæ ſignatæ in genere cauſæ formalis, vt actus potentiæ.

tentiæ. Dico ſimpliciter, quòd hæc reſponſio videtur tantū ad placitum, eſt enim impoſſibile, quòd aliquid cauſatū in genere cauſæ materialis eſſe cauſam illius cauſæ in genere cauſæ formalis, quia tūc idem eſſet realiter, & eſſentialiter prius, & poſterius reſpectu eiuſdem. Si enim a. eſt realiter cauſa materialis b. erit realiter prius ipſo, & ſi b. eſt cauſa formalis ipſius a. ſequitur, ꝙ erit realiter prius ipſo a. cauſato, non enim eſt intelligibile cauſam in quocunque genere eſſe realiter poſteriorem ipſo cauſato. Si ergo materia ſignata eſt cauſa materialis quātitatis, ſequitur, quòd erit realiter prior ipſa quantitate, & ex alia parte, ſi materia vt ſignata eſt realiter cauſata à quantitate, vt à cauſa formali, erit realiter poſterior ipſa quantitate, & ſic idem reſpectu eiuſdem erit realiter, & eſſentialiter prius, & poſterius.

Lychetus quomodo ſoluit bene.

Reſpōſiones Caietani.

¶ Præterea quæro, cū dicit, quòd materia ſignata eſt cauſa materialis quantitatis, & quòd talis ſignatio eſt præcisè à quantitate, aut talis ſignatio eſt cauſata à quantitate potētiali, aut actuali, non primò, quia quòd non eſt in ſe, nihil poteſt cauſare in quocunque genere cauſæ, loquendo de cauſatione reali, non ſecundò, quia tunc non eſt quantitas in actu, patet, quia quantitas in actu ponitur cauſari à materia ſignata. modo cauſa materialis p̄ſupponitur ipſi quantitati: ergo talis ſignatio materiæ non erit à tali quantitate.

¶ Præterea. Si quantitas eſt cauſa ſignationis materiæ, aut ipſam cauſat, vt actu informat materiā, aut vt non informat actu. Si primò, Sequitur, ꝙ materia erit prius ſignata, q̄ informetur à quantitate, patet, quia cauſa materialis eſt naturaliter prior illo, cuius eſt cauſa, ſed materia per te, vt ſignata eſt cauſa materialis talis quantitatis: ergo non ſecūdò, q̄a nihil cauſat formaliter in ſubiecto, niſi inquantū actu informat. Et ſic patet quomodo propoſitio Doct. eſt ita euidens, quòd nullo modo improbari poteſt, niſi fortè formādo propoſitiones ad placitum. Et quod infert, ꝙ cauſa materialis ſm cauſalitatem ſuam dependet à ſuo effectu, ſcilicet forma, ſed non inquantum eſt effectus eius, ſed in eo, quòd eſt cauſa materiæ. Hoc patet eſſe falſum, q̄a nec materia in eo, quòd cauſat compoſitum depēdet à forma, nec ecōuerſo, ſunt enim diſtinctè cauſalitates, quarum vna in cauſando non dependet ab alia, & hoc magis patebit infra diſt. 12. Et quod adducit, ꝙ cauſæ ſunt ſibi inuicem cauſæ, vt patet ſecūdo phyſicorum, commen. 30. Dico, ꝙ hoc nō eſt ad propoſitum, quia quamuis materia ſit ſubiectum formæ, & forma ſit actus materiæ, non tamē dicimus, quòd ſit cauſa materialis formæ, nec ꝙ forma ſit cauſa formalis materiæ, ſed materia dicitur cauſa materialis reſpectu compoſiti, & ſimiliter forma. Non enim habetur ab Ariſto. quòd materia ſit cauſa formæ, nec forma cauſa materiæ, vt patet in tex. 30. vbi oſtendit, quæ ſunt illę cauſæ, quæ ponuntur ſibi inuicē cauſæ, vide ibi. Et licet Commentator commen. 30. ſic dicat, materia eſt cauſa formæ, ſecundum quòd forma non poteſt inueniri, niſi per illam, forma autem eſt cauſa materiæ, ſecundum ꝙ materia non poteſt eſſe in actu, & demonſtrata niſi per illā, & præcipuè prima materia: hæc ille: tamen hoc dictum Commētatoris non eſt ad propoſitum, q̄a per hoc vult formam non poſſe exiſtere, niſi in materia, & materiā non poſſe habere actum formalē, ſiuè non poſſe exiſtere in actu formali, niſi per formam, non enim vult, ꝙ forma ſecundum ſuam entitatem ſit cauſata à materia, ſed tantum ab agente extrinſeco, nec ſimiliter entitas materiæ ſit cauſata ab ipſa forma, ita quòd nullam entitatem actualem dicat realiter diſtinctā ad ipſa forma, & ſi hoc intenderet negādus eſſet Commētator, quia in hoc expreſsè contra doctrinam magiſtri ſui, vt prolixè patebit infra diſtinct. 12. quæſtio. prima.

Quomodo materia nō ſit cauſa formæ, nec econ ua.

¶ Ad illud, quod dicit ad tertiā rationem, quòd quantitatem cauſare talem ſignationem in materia nihil aliud eſt, q̄ materiā eſſe ab hoc agente factam capacem à Deo huius quantitatis, ꝙ non illius. Et ſic quantum concurrit ad ſignationem materiæ vt actus, patet ex ſupradictis hanc reſponſionem non euacuare rationem Doct. quia ſemper quæro de illa capacitate materiæ, vt ſupra. Cum enim dicit, ꝙ ipſa materia eſt effecta capax huius quantitatis à Deo, quæ capacitas dicitur ſignatio materiæ, & vt ſic eſt prior quantitate, hoc conceſſo habetur propoſitum, quòd talis ſignatio non erit per quantitatem. Tum etiam, quia ipſa quantitas ſecundum eum eſt cauſata à materia ſignata, & ſic erit poſterior materia ſignata, & per cōſequens ſignatio materiæ præcedit quantitatem, & vt ſic nullo modo erit a quantitate. Et quia reſponſiones ſequentes ad alias rationes Doctoris procedunt ex eodem fundamento falſo, quæ etiam ex his, quæ dixi ſupra, facillimè ſolui poſſunt, ideo breuitatis cauſa pertranſeo illas.

Nunc ſoluit rationes Goffredi.

NVNC ſoluendæ ſunt rationes factæ pro opinione Gottofredi. Primò arguit ſic. Illud, ꝙ primò cōuenit alicui, & per ſe conuenit cuilibet alteri per rationem eius, ſed diuidi in partes eiuſdem rationis eſt proprietas, quę per ſe primò cōuenit quātitati, vt patet quinto metaph. tex. commen. 18. ergo conuenit etiam ſubſtantiæ per rationem quantitatis, ſed diuidi in partes eiuſdem rationis eſt propriè diuidi in indiuidua eiuſdem ſpeciei, cum iſta diuidentia non ſint formaliter alterius rationis, ſicut ſunt ſpecies diuidentes genus: ergo, &c.

¶ Dicit Doctor, ꝙ malè accipit illā propoſitionē philoſophi, vt ſupra declaratum eſt. Nō enim philoſophus dicit quantitatem diuidi in partes eiuſdē rationis, ſed ꝙ quantum eſt diuiſibile in ea, quæ inſunt, quorum vtrūque, vel ſingulum eſt natum eſſe aliquid, & hoc aliquid: in ea, quæ inſunt, inquit, tāquam componentia totum cui inſunt: igitur non ſicut in partes ſubiectiuas, quæ non ſic inſunt, &c. vt ſupra expoſitum eſt. Et cum vltra dicit, ꝙ eodē eſt aliquid diuiſibile. Et ꝙ partes diuidentes diſtinguuntur, hoc eſt falſum, q̄a natura communis diuiſibilis eſt ex ſe in indiuidētia, puta animal in ſpecie, & tamen diuidentia non diſtinguuntur ratione naturæ, cum conueniant in ea, ſed diſtinguuntur proprijs rationibus.

¶ Secundò arguit opinio ſic, quia hic ignis non differt ab illo igne, niſi quia forma differt à forma, niſi quia recipitur in alia, & alia parte materiæ, nec pars materiæ ab alia parte, niſi quia eſt ſub alia, & alia parte quantitatis: ergo tota diſtinctio huius ignis ab illo igne reducetur ad quātitatē, ſicut ad primum diſtinctiuum.

¶ Reſpondet Doctor ad hanc ſecūdam rationē. Et primò dicit, quòd ex iſta ratione poteſt concludi, quòd idem generaret ſe, cum ſit eadem quantitas, præſertim ſecundum eos ingenita, & corrupta, vt ſupra patuit. Deinde ad formam argumenti dicit, quòd ambæ præmiſſæ ſunt falſæ. Prima enim eſt falſa. ſ. iſta forma nō differt à forma, niſi quia eſt in alia materia, licet enim actu ſit in alia materia, nō tamen propter hoc differt ab alia forma, ſed præcisè differt ratione ſuæ vnitatis. Secunda etiam propoſitio eſt falſa, ſcilicet iſta non eſt alia pars materiæ, niſi ꝑpter aliam partem quātitatis, prior enim eſt diſtinctio partis materiæ, quàm quantitatis, q̄a ſubiectum huius accidentis eſt hoc aliquid.

¶ Vltimò, iſta opinio confirmat rationem, quia

generans

generans generat aliud propter diſtinctionem materiæ, ſed materia geniti neceſſariò præſupponitur quanta,& ſic quantitate diſtincta, quòd quanta, patet, qa agens naturale non poteſt agere in nõ quãtũ, quòd etiam quanta alia quantitate, patet, quia nõ poteſt eſſe quanta quãtitate generantis, ſed iſta quãtitas præcedit naturaliter eſſe ipſius geniti, igitur, & diſtinctionem ipſius generantis, & geniti, non autem præcederet naturaliter, ſi non eſſet naturaliter requiſitum, & per ſe vt diſtinctiuum ipſius.

¶ Ad hanc confirmationem reſpondet Doctor, & reſponſio ſtat in hoc. Poſito enim, & non conceſſo, ꝙ generans non generat, niſi de materia quãta alia quantitate, adhuc vnitas materiæ, ſupple numeralis, ineſt materiæ non ratione quantitatis, immò, vt ſimpliciter præcedit ipſam quantitatẽ ponatur enim, ꝙ ignis quantus generet alium ignem de aqua quãta, quãuis ignis quãtus generet de aqua quanta, tamen ignis quantus non eſt vnum numero præcisè per quantitatẽ ſibi inhærentem, nec ſimiliter materia ipſius ignis quãti erit præcisè vna numero per quantitatem, ſed per aliquid ſibi intrinſecum præcedens quamcunque quantitatem.

Expoſitio litteræ. ¶ Declaro tamen hanc litteram, cum dicit. Siuè ita ſit, ſiuè non, de quo aliàs, idest ſiuè generans generet de materia quanta, ſiuè non, & tenet Doctor, quòd non de materia quanta generet, ſaltem in partibus materiæ diſtinctis ſecundũ formam quantitatis, ita quòd vna pars materiæ ſit ſub vna quantitate, & alia pars materiæ ſub alia quantitate, quod non debet intelligi immediatè, quia non ponitur materia immediatum ſubiectum accidentis, ſed mediante forma ſubſtãtiali, & ſic materia, vt eſt ſub vna forma ſubſtantiali, puta ignis, & materia, vt eſt ſub alia forma ſubſtantiali, puta aquæ, vtraque materia eſt ſub alia, & alia quantitate. Sequitur. Dico, quòd vnitas materiæ eſt paſſio immediata, ideſt ꝙ vnitas numeralis, ſiuè indiuiſibilis materiæ exiſtentis ſub quantitate ignis, & materiæ exiſtentis ſub quãtitate aquæ, eſt paſſio immediata ipſius aquæ, ideſt ꝙ talis vnitas ineſt materiæ per aliquid intrinſecum, & non ꝑ quantitatem, ita quòd vnitas eius naturaliter præcedit rationem quamcunque generationis. Ratio enim generantis ſupple naturalis eſt, quòd generet aliquid, non in materiam quam habet, ſed in aliam materiam, de qua generat, patet, quia ignis generans aliũ ignem, ideſt producens formam ſubſtantialem ignis non producit eam in materiam, quam habet, quia tunc eadem materia numero eſſet ſub duabus formis ſubſtantialibus eiuſdem ſpeciei, ꝙ nõ eſt poſſibile: ad hoc ergo, ꝙ generet alium ignẽ, ſiuè aliam formã ſubſtantialem ignis, requirit aliã materiam, puta materiam ligni, de qua generat, q̃ erit immediatum receptiuum formæ ignis geniti.

Agens ſupernaturale non præſupponit materiam. Et dicit hoc de agente naturali, qa agens ſupernaturale non præſupponit materiam aliquam, ad hoc, vt aliud generet. Sequitur. Et requirit iſtam quantitatem, ſicut concomitantem diſtinctionem materiæ à materia, ideſt ꝙ ignis generans, quando generat de aqua quanta, licet requirat quantitatẽ, quæ concomitetur diſtinctionem materiæ à materia, quia in materia ignis generantis, eſt alia quantitas mediãte forma ſubſtantiali ignis, & in materia aquæ de qua generat, eſt alia quantitas mediante forma ſubſtantiali aquæ. Iſte tamen duæ quantitates non efficiunt primò aliam, & aliam materiã, immò præſupponunt diſtinctionem numeralem materiæ a materia, ſed præcisè concomitantur.

¶ Aduerte tamen, quòd tam in igne generante, quam in aqua de qua generat, ſunt quatuor entitates, entitas materiæ, entitas formæ ſubſtantialis entitas cõpoſiti ex materia, & forma, & entitas quãtitatis, quæ ſubiectiuè eſt compoſita. Et quælibet entitas habet propriam vnitatem numeralem, & propriam hæcheitatem, non enim materia ignis, eſt hæc per formam ignis, nec econtra. Nec ſimiliter materia ignis, & forma ignis ſunt hæc præcisè per formam totius compoſiti, cũ præcedant eam, nec econtra. Nec quantitas eſt hæc per entitatem compoſiti, vel partium, nec econtra, immo ſimpliciter quot entitates realiter diſtinctæ ſunt in compoſito, tot hæcheitates ſunt in illo, licet poſtea compoſitum dicatur præcisè vnum numero, de quo aliàs. Sequitur. Et deberet probari, quòd quantitas eſſet propria ratio vnitatis talis, ſcilicet ſingularitatis in ſubſtantia, & probatur, quòd eſt ratio, ſine qua non, ideſt quòd per hanc rationem, in qua dicit, ꝙ generans non generat, niſi de materia quãta, non probat, ꝙ quantitas ſit ratio ſingularitatis ipſius materiæ, ſiuè ſubſtantiæ, ſed ſi aliquid probat, tantum probat, ꝙ eſt ratio ſine qua non, ſupplè ſine qua generans non generat, quia generans non generat, niſi de materia quanta, quamuis etiam hoc non ſit verum, quia generans immediatè generat de materia, cum inducat formam ſubſtantialem in materia immediatè, & non in materia vt quanta, vt infra patebit.

¶ Ibi. Si obiiciatur, ꝙ ſaltem ex confirmatione habebitur, ꝙ quantitas præcedit naturaliter indiuiduationẽ ſubſtantiæ generandæ, quod eſt contra concluſionem improbantis opi. ſecundæ viæ. Nam ſi generans prius requirat materiam quantam, antequam generet: ergo naturaliter præſupponitur quantitas materiæ indiuiduationi ipſius geniti. Nã ex ſecunda via, quæ erat ex ordine ſubſtãtiæ ad accidentia probatum eſt, ꝙ ſingularis ſubſtantia eſt naturaliter prior omni accidẽte per philoſophum 7. metaphyſ. tex. commen. 4. Et ſic non erit hæc per quantitatem. Hic modò videtur probare oppoſitum, quia ſi ignis generat alium ignem de materia quanta: ergo quantitas ignis generandi, erit prior ipſo igne genito.

¶ Ibi. Reſpondeo, quòd indiuiduationi geniti præſupponitur quantitas corrupti, &c. Vult dicere in iſta littera, ꝙ ignis ſingularis genitus, puta de aqua præſupponit ipſam aquam & quantitatem, quæ prius corrumpitur, quam de ipſa ignis generetur, quia generans prius agit in aquam habẽtem propriam quantitatem, & cætera accidentia, puta frigiditatem, & humiditatem, &c. quàm ſit ignis genitus. Et hoc modo quantitas aquæ corrumpendæ, & cætera accidentia ipſius naturaliter præcedunt indiuiduationem ignis generandi ex tali aqua.

¶ Aduerte tamen, ꝙ quando in materia aquæ inducitur forma ſubſtantialis ignis, deſinente forma ſubſtantiali aquæ omnia accidentia, quæ erant in ipſa, deſinunt. Non enim aliquod accidens ipſius aquæ corrumpendæ remanet igne producto, quia tunc aliquod accidens migraret de ſubiecto in ſubiectum: modo ex hoc, quod talis quantitas aquæ corrumpendæ naturaliter præcedit ſingularitatem ignis generandi, non habetur, ꝙ quantitas ſit ratio ſingularitatis, nec aquæ corrumpendæ, nec ignis generandi, immò talis quantitas cum aliis accidẽtibus præſupponit materiam aquæ ſingularem. Et ſimiliter quantitas ignis geniti ex aqua cum accidentibus ipſius ignis, puta caliditate, & ſiccitate præſupponit ſingularitatem ipſius ignis geniti, & hoc eſt quod dicit. *Aduerte bene aſſum.*

¶ Ibi. Sed adhuc vlterius deducitur argumentum, quia quantitas non tantum præcedit, vt in corrupto genitum, ſed præcedit naturaliter in genito

nito formam geniti: alioquin in inſtanti, in quo generans inducit formam, induceret in non quãtum, quod videtur eſſe cõtra illam propoſitionem, quòd agens particulare non attingit ad ſubſtantiam materiæ, ſed præcisè attingit eam inquantum quantam. Vult dicere Doct. ꝙ ſi quantitas materiæ, de qua generatur ignis, nõ præcederet ignẽ, & ſibi inexiſteret, tunc agens particulare induceret formam ignis in materiam nudam, & nõ quantam: videtur enim, ꝙ forma geniti, vt quando generatur ignis, puta de materia aquæ, inducitur in materia aquæ, vt quanta. Et hoc patet per Comment. in de ſubſtantia orbis, vbi videtur velle, quòd maneat eadem quantitas in generato, & corrupto, alioquin generans generaret de non corpore corpus. Vult dicere Comment. quòd eadem quantitas numero, quæ erat in materia aquæ corrumpendæ, erit etiam in materia ignis geniti ex tali aqua, aliter generaretur ignis, qui ponitur corpus de non corpore.

Sua & beni.

¶ Ibi. Contra illud primò arguitur. Hic Doctor primò arguit ad hominem. Et ſecundò arguit cõtra concluſionem in ſe. Primò dicit, quòd hæc ratio non debet adduci pro iſta poſitione, quia fundator huius poſitionis videtur tenere contrarium. Tenet enim ipſe, ꝙ nulla forma accidentalis poteſt immediatè induci in materia, ſed immediatè inducitur in forma ſubſtantiali. Et vult etiam, ꝙ nulla forma corporeitatis maneat eadem in generato, & corrupto, & ſic nulla quantitas maneat eadem in generato, & corrupto, quicquid ſit de Comment. Hoc tamen non eſt de opinione ponentis eam.

¶ Ibi. Sed ad concluſionem in ſe. Hic Doctor oſtendit illam concluſionem eſſe falſam, videlicet, quòd eadem quantitas maneat in generato, & corrupto. Et vult in iſta littera, quòd quando corrũpitur forma aquæ, quòd quantitas, & cætera accidentia ipſius corrumpantur, cum ſint poſteriora ſubſtantia aquæ, & ſic nullum accidens aquæ manet in materia aquæ, de qua generatur ignis. Et vult, quòd forma ſubſtantialis ignis immediatè inducatur in materia aquæ, & non mediante aliquo accidente.

Reſpondet Auerr.

¶ Ibi. Ad Auerr. dico, ꝙ de eo, quòd aliquando eſſet non corpus, poſſet generari corpus. Senſus litteræ eſt, ꝙ agens naturale poteſt generare corpus de eo, quod aliquando eſſet non corpus, quod dupliciter intelligi poteſt, vel tanquam de oppoſito, vel vt de aliquo inexiſtente ipſi genito, primo modo ignis generatur de aqua, tanquam de oppoſito, quæ aqua quandoque erit non corpus, patet, quia in illo inſtanti, in quo ignis generatur ex aqua, deſinit forma ſubſtantialis aquæ. Secundo modo generatur de materia aquæ, quæ vt actu eſt ſub forma aquæ dicitur corpus. Et ſi deſinit eſſe ſub forma aquæ, deſinit eſſe tale corpus, quia corrupta forma ſubſtantiali aquæ corrumpitur, & quãtitas fundata in illa, & ſic de eo quod aliquando eſſet, nõ corpus, poſſet generari corpus. Sequitur. Sed fortè nõ poſſet naturale agens generare corpus de non corpore, ſicut de corrupto accipiendo non corpus ꝓ materia prima. Certum eſt, ꝙ naturale agens nõ poſſet generare, puta ignem de tali materia corrupta, cum à nullo agente naturali ſit corruptibilis, agens verò ſupernaturale poſſet generare quodcũque corpus de materia corrupta ipſam corrumpẽdo, ita ꝙ ad corruptionem materiæ poſſit immediatè ſuccedere aliquod corpus, & hoc præcisè per actionem agentis ſupernaturalis, ſed hoc magis patebit à Doctore in quarto, diſtin. 10. vbi oſtendit, quomodo Deus poteſt conuertere quodlibet in quodlibet. Sequitur ibi. Sed totum ſupple corrumpitur, ſolum enim compoſitum corrumpitur. Sequitur. Sed de eo, ꝙ fuit corpus vſque ad inſtans generationis, & hoc quantitate inhærente ſibi, poteſt agens naturale generare aliud quãtũ alia quãtitate generare in illo inſtanti, ideſt ꝙ de materia, puta aquæ, quæ prius fuit corpus quantitate inhærente, non immediatè ipſi materiæ, ſed mediante forma ſubſtantiali aquæ poteſt generari, puta ignis alia quantitate mediante forma ſubſtãtiali ignis inhærente materiæ, quæ prius fuit materia aquæ. Sequitur. Quia ſicut poteſt producere ſubſtantiã, quæ non præfuit, ita poteſt producere omnia accidentia conſequentia eam.

¶ Sed dubium eſt, an illa accidentia conſequẽtia formam ſubſtantialem, producantur in eodem inſtanti, in quo producitur forma ſubſtantialis, an etiam producantur à generante formam ſubſtantialem, an ab ipſa forma ſubſtantiali immediatè, de hoc erit prolixior materia in quarto, diſt. 12.

Dubitatio. Sed alibi ſoluenda.

¶ Ibi. Si dicas, ꝙ ſi non producat corpus de non corpore vt corrupto, producet tamen de materia non vt quanta aliquod corpus quantum.

¶ Dico, ꝙ neceſſe eſt de non compoſita vt parte fieri, vel produci compoſitum, ideſt quod de materia, quæ non eſt compoſitum, ſed pars compoſiti producitur compoſitum per inexiſtẽtiam ipſius materiæ, & non producitur tanquam de oppoſito corrupto, & intelligo ſic, cum dicit, cum de parte compoſiti producitur compoſitum, ꝙ de materia quæ fuit aquę producitur compoſitum, puta ignis qui componitur ex tali materia, & forma ſubſtantiali ignis, quia producendo formam ſubſtãtialem ignis in tali materia, ſtatim reſultat compoſitum. Sequitur. Et ita de materia ſecundum ſuam ſubſtantiam abſolutè, vt de parte, poteſt produci corpus aliquod, quod eſt ſubſtantia compoſita, & cõcomitatur ſubſtantia quanta, quia quãtitas eſt paſſio iſtius ſubſtantiæ compoſitæ, non ꝙ ſit paſſio conuertibilis, nec eadem ſubſtantiæ compoſitæ, ſed quia neceſſariò concomitatur talem ſubſtantiã, licet à Deo poſſet fieri ſubſtãtia compoſita ſine tali quantitate.

¶ Sequitur, Iſta reſponſio negat dimenſionem interminatam manere eandem numero in generato, & corrupto, de quo aliàs diffuſius ſi occurrat, hoc enim pertractabitur in quarto, diſt. 12.

NVNC ſoluendæ ſunt rationes principales. Primò arguit auctoritate Boetij de Tri. probando, ꝙ vna ſubſtantia differt numero ab alia propter variabilitatem accidentium, & præcipuè propter aliã & aliam quantitatem, cum dicit. ꝙ eundem ſupplè locum fingere duobus non poſſumus, qui ſupplè locus competit eis inquantum quantus.

¶ Dicit Doct. primò, ꝙ varietas accidentium facit in ſubſtantia differentiam numeralem, puta Frãciſcus, & Ioannes per quæcunque accidentia eis inhærentia differunt numero, non tamen differentia prima numerali, cum differãt per proprias hæcheitates, ſed per ſecundam, & aduentitiam: nam omnes diſtinctæ formæ faciunt aliquam differentiam in eis, in quibus ſunt ſupplè, vel ſpecificam, vel numeralem, accidentia autem non poſſunt facere differentiam ſpecificam in ſubſtantia, in qua ſunt, vt patet tertio metaphyſico. tex. commen. 25. quapropter, inquit, hominis albedo non facit, nec nigredo, ſupple differentiam ſpecificam in homine, nec albi hominis eſt differentia ſecundum ſpeciem ad nigrum hominem, hæc ille: Faciunt ergo talia accidentia in ſubſtantiis ſolum differentiã numeralem, ſed non faciunt primam differentiã, ſed alia eſt prior differentia numeralis. Nam albedo in Franciſco, & nigredo in Ioanne, faciunt tantum differre numero, quamuis nigredo, & albedo in ſe differant

Declaratio auctoritatis Boetij.

differant ſpecie, vt tamen ſunt in alia, & alia ſubſtátia tantum numero faciunt differre, præſupponendò tamen primam differétiam numeralem in ſubſtantiis. Sequitur. Nec illa ſola ſupplè accidentia faciunt differentiam numeralem, ſupplè in ſubſtátiis, cum in illis alia ſit prior, ſed faciunt differre numero tantum per accidens. Sequitur. Et nullum iſtorum dicit auctoritas illa, & niſi alterum iſtorum duorum nõ haberetur propoſitum, quod intenditur, patet, quia auctoritas Boetij non dicit, quòd accidentia faciant differre numeraliter ſubſtantiam, prima differentia numerali, cum illa præſupponatur, nec quòd per ſe præcisè vna ſubſtantia differat numeraliter ab alia per quæcunque accidétia, ſed ſi differt, tantum per accidens differt.

Declaratio intentionis Boetij. ¶Ibi. Sed quid ad intentionem Boetij. Poſtquam Doctor declarauit auctoritatem Boetij, túc declarat intentionem ipſius Boetij, ideſt quid intédat principaliter inferre, & dicit, ꝙ intendit inferre, quòd diuinæ perſonæ non differunt numeraliter ſine differentia materiali numerali, licet enim differant perſonaliter, ſiuè ſuppoſitaliter, non tamen differunt numero: nam quæ numero differũt dicũt ſimpliciter aliam, & aliam rem numeraliter, ſicut dicimus, quòd Franciſcus, & Ioannes differunt numero, quia alia natura eſt in Franciſco, & alia in Ioanne: cum ergo eſſentia diuina ſit ſingulariſſima, & ſimpliciter indiuiſibilis, in illa non poſſunt eſſe plura ſuppoſita numeraliter diſtincta, licet ſuppoſitaliter, ſiuè perſonaliter diſtincta. Probat ergo Boet per hanc auctoritatem diuinas perſonas non differre numero, quia vbi eſt differentia numeralis, ibi poteſt eſſe varietas accidentium, per quæ differunt numero accidẽtaliter, ſed in diuinis perſonis non eſt varietas accidentium, quia forma ſimplex, cuiuſmodi eſt perſona diuina, non poteſt eſſe ſubiectum alicuius accidentis: igitur ibi non eſt differentia numeralis: videretur ergo argumétum non valere, niſi ipſe intenderet, quòd ſola accidentia poſſent diſtinguere numeraliter, ſi enim diſtinctio numeralis, puta in ſubſtátiis poteſt eſſe per aliqua alia, quàm ſupplè per accidentia: ergo ex negatione accidentis in diuinis perſonis non ſequitur negatio diſtinctionis numeralis in illis.

¶Ibi. Dico, quòd omnem diſtinctionem numeralem concomitatur diuiſio accidentium. Dicit Doctor, ꝙ Boetius per illam auctoritatem non arguit, ſicut à cauſa præciſa negata ad negationem illius, cuius eſt cauſa, quaſi ꝙ varietas accidentium ſit cauſa præciſa differentiæ numeralis in ſubſtãtia, quia tunc bene ſequeretur à negatione talium accidentium negatio diſtinctionis numeralis, ſicut in homine pulmo eſt pręciſa cauſa reſpirandi, ita ad negationem pulmonis, vt ad cauſam præciſam negatam, & reſpectu reſpirationis. Sequitur. Negatio reſpirationis, cum ergo per auctoritaté Boetij tantum habeatur, quòd varietas accidentium in ſubſtantiis neceſſariò concomitetur diſtinctionem numeralem in illis, arguendo à negatione talium accidentium arguitur præcisè, ſicut à negatione alicuius concomitantis ad negationem illius, ad quod concomitatur, & ideo ſi perſonæ diuinæ differunt numero, neceſſariò concomitaretur in illis varietas accidentiũ. Cum ergo talis varietas nullo modo concomitetur. Sequitur, quòd in illis non erit numeralis diſtinctio, & ſic patet auctoritas Boetij.

¶ Secundò principaliter arguit auctoritate Dama. in elementario, cap. 5. omnis res, in qua differt hypoſtaſis ab eiuſdem ſpeciei hypoſtaſi dicitur aduentitia differentia, & caractiſtica proprietas, & qualitas hypoſtatica, Hoc autem accidens eſt, velut homo differt ab alio homine, quoniã hoc quidem longus, hic autem breuis.

¶ Doc. dicit, ſi accipiatur accidens pro omni eo, quod eſt extra rationem formalẽ alicuius, ſic differentia indiuidualis poteſt dici accidens. Et hoc patet per Dama in fine cap. illius quæcũque, inquit, in aliquibus earum, quæ vnius ſpeciei hypoſtaſes ſunt, in aliquibus autem non ſunt accidentia, & aduentitia ſunt. Et quòd ipſe non intelligat propriè de accidente per accidens, patet per ipſum in libro ſententiarum, commen. 8. & patet auctoritas in littera. Et cum dicit, ꝙ hypoſtaſes nõ ſunt in ſemuicem in natura reali, ſicut ſunt hypoſtaſes diuiſę, quæ habent vnitatem naturę, propter quod ſunt in ſe inuicem, vt ſatis probatum eſt in primo, di. 19. quæſt. 2. de circumince ſſione perſonarum. Cum etiam dicit ibi. Plus autem omnibus, eo quòd non ſunt in ſe inuicem, ſed ſeparatim ſunt, ideſt quòd hypoſtaſes creatæ plus differunt, quàm hypoſtaſes diuinæ, quia hypoſtaſes creatæ neceſſariò ſunt ſeparatæ adinuicem, & habent neceſſariò aliam, & aliam naturam, & vna poteſt eſſe ſine alia, non ſic hypoſtaſes diuinæ, nõ enim vna hypoſtaſis diuina poteſt ſeparatim eſſe ſine alia propter vnitatem naturæ in eis. *In Elementario cap. 5.*

¶Tertiò, & vltimò arguit auctoritate Auicen. 5. metaph. dicentis naturæ, quæ eget materia ad eius eſſe aduenium accidentia, & diſpoſitiones extrinſecæ, per quas indiuiduatur, hæc ille: ergo ſubſtantia erit indiuidua per accidens. *Quinto metaph. cap. 3*

¶ Dicit, quòd Auicenna præciſiſſimè conſiderat quidditatem, inquantum nihil includit, quòd non pertinet ad per ſe rationem quidditatis eius, & hoc modo æquinitas tantum eſt æquinitas, & nec vna, nec plures, quamuis vnitas eius non ſit alia res addita, ſed neceſſariò conſequatur iſtam entitatem, non tamen iſta vnitas eſt intra formalem rationem quiditatis, vt quiditas eſt, ſed eſt quaſi paſſio conſequens quiditatem, & omne tale apud eum vocatur accidens. Et ſic conceditur, quòd differentia indiuidualis eſt accidens naturæ, quàm cõtrahit ad eſſe indiuiduale, non tamen accidens per accidens, ſed aliquid, quod eſt extra rationem formalem ipſius naturæ, ſicut dicimus, ꝙ differentia generica accidit generi, ex hoc, quòd eſt extra rationem formalem generis.

Quæſtio Quinta.

Vtrum ſubſtantia materialis ſit hæc, & indiuidua per materiam.

Scotus 2. ſenten. diſt. 3. quæſt. 5.

Diuus Thomas prima parte ſummæ, quæſtio. 7. artic. 1. & 2.

QVINTO principaliter quærit Doctor. Vtrum ſubſtantia materialis, quæ ſupplè eſt compoſita ex materia, & forma phyſicali ſit hæc, & indiuidua per materiã, quæ ſupplè eſt altera pars compoſiti.

¶Ibi. Hic dicitur. Doctor hic recitat opinionẽ Thomæ in prima parte ſummæ, q. 7. art. 1. qui vult ſubſtantiam materialem præcisè indiuiduari per materiam. *Opin. ſancti Thomæ.*

¶ Ibi, contra iſtud. Doctor hic improbat opinionem Thomæ multis auctoritatibus.

¶Prima eſt philoſophi, ſeptimo metaphyſicorũ, tex. commen. 39. Palàm autem, ꝙ anima quidem ſubſtantia prima, corpus verò materia, homo verò, aut

aut animal, quod eſt ex vtriſque, vt vniuerſa. Socrates autem coruſcus, vt ſingulariter ſupple ex his. Siquidè igitur anima dupliciter dicitur. Alij namque, vt animam, alij verò, vt totum. Si verò ſimpliciter anima hoc, & corpus hoc, vt quidem vniuerſale, & ſingulare: hæc ille. Sententia huius textus eſt, quòd ſicut datur compoſitũ materiale vniuerſale, & aliquod tantum vnum numero, ita partes componentes ſic ſe habent, quòd reſpectu compoſiti communis partes, ſcilicet materia, & forma accipiuntur in cõmuni, & ſi compoſitũ eſt hoc aliquid, ſiue ſingulare partes compoſitæ erunt ſingulares. Et ex hoc ſequitur, quòd compoſitũ ſingulare habeat propriam hæcheitatem. Et ſi dicatur, quòd habeat illam à materia ſingulari. Contra, tum quia ex quo compoſitum eſt aliud à partibus, vt probatur a Doct. in tertio, diſt. 2 ita habet propriam hæcheitatem. Tum quia ſi compoſitum eſſet hoc per aliquam partem componentem, magis eſſet hoc p formam ſingularẽ, quàm per materiam, quia forma magis dat eſſe. Tum etiam, quia ſicut materia eſt communis reſpectu cõpoſiti communis, & cõtrahitur per aliquam hæcheitatẽ ad hoc, vt ſit hæc ita compoſitum in communi quod eſt aliud à materia, & forma in cõi contrahitur ad eſſe hoc p aliquid, quod nõ eſt neque materia, neque forma. Nũc expono hunc tex. cum dicitur. Palàm autem, quòd anima quidem ſubſtantia prima: corpus verò materia, homo verò, ideſt quòd homo reſpectu animę intellectiuę, & materiæ, puta corporis organici, aut animal reſpectu animæ ſenſitiuæ, & reſpectu materiæ ſuæ, ſupple eſt ex vtriſque, vt vniuerſale, ideſt quod ex anima ſenſitiua in communi, & materia in communi conſtituitur animal in communi, & ſimiliter homo in communi conſtituitur ex anima intellectiua in communi, & ex tali corpore organico in communi. Sequitur. Socrates autem, & coriſcus vt ſingulariter, ideſt quòd iſta compoſita ſicut ſunt ſingularia, ita partes componentes, puta hæc materia, & hæc forma, & quòd ſit verum, probat infra ibi. Si quidẽ igitur anima dupliciter dicitur, ſupple in vniuerſali, & in particulari, ergo eadem ratione, & ipſum compoſitũ. Sequitur in textu. Alij nanque, vt animam ſupplè dicunt hominem, & animal, ita quòd anima ſit tota eſſentia animalis, vt quidam dicunt. Alij verò, vt totũ, ideſt compoſitum, & non animam. Sequitur. Si verò anima hæc, & corpus hoc, vt quidã vniuerſale ſingulare, ideſt dato, quod animal ſit compoſitum ex anima, & corpore, ſi ipſa ſimplicia, ideſt anima, & corpus dicũtur vniuerſaliter, & particulariter. Sequitur etiam, quòd compoſitum ſic dicatur, ſequitur & ante in eodem cap. homo, & equus ſupple in communi, & quæ ita in ſingularibus, ſupple homo ſingularis, & equus ſingularis. Vniuerſaliter autẽ nõ ſunt ſubſtantia, ſupple homo, & equus, ideſt formaliter, accipiendo formã pro forma partis, ſed ſimul quoddam totũ, ideſt compoſitum ex hac materia, & hac ratione, vbi per ly hac. Dicit Doct. quòd Ariſt. dicit, quod homo in communi eſt compoſitus ex hac materia, nõ debet accipi ly hac pro materia ſingulari, ſed pro materia determinata, ſupplè quòd ſit compoſitus ex tali corpore in cõmuni, & ex tali forma, aliter cõtradiceret ſibimet, vnde ſubdit ibidem. Et vniuerſaliter, vt expoſui prius, & ſubdit poſtea ex vltima materia, ſcilicet ſingulari, cum dicit, Socrates iam eſt, &c.

¶Ibi præterea. Idem per eundem. Secũdò principaliter Doct. probat, quòd ſubſtantia materialis non ſit præcisè hęc per materiam. Et probat auctoritate philoſophi 12. metaph. commen. 4. tex. commen. 27. vbi vult, quòd principia ſunt eadem, ſicut principiata. Eorum, inquit, quæ ſunt in eadem ſpecie diuerſa, non ſpecie, ſed quia ſingularium aliud tua materia, & ſpecies, & mouens, & mea, vniuerſalia autẽ ratione earum: hæc ibi. Et vide ibi Comment. ergo ita cõcedit diſtinctionem formæ, ſicut materia in particulari, & ita vnitatem materiæ in communi, ſicut formæ, & ideo debet adhuc quærere quo materia ſit hæc, ſi enim datur materia in communi, & per illam ſubſtantia materialis nõ dicitur hæc: oportet quærere quo materia ſit hæc, vt per illam ſubſtantia materialis dicatur hæc. Et ſi materia dicitur hæc, hoc erit per aliquid poſitiuum adueniens ipſi materiæ, & contrahens ipſam ad eſſe indiuiduale. Hoc idem apparet de forma partis, quæ in communi nõ dicitur hæc, & ſi erit hæc, erit per aliquid adueniens ſibi contrahens ipſam ad eſſe quale, & certum eſt, quòd illud nõ erit materia, vt patet, quia ſi principiatum eſt hoc aliquid, & indiuiduum, & principia erunt ſimiliter hoc aliquid.

¶Ibi. Præterea, ſicut probatur ex multis locis. Tertiò principaliter. Hoc idem probat Doctor auctoritate philoſophi ſeptimo metaphyſicorum. cap. de partibus diffinitionis. tex. comment. 39 vbi vult philoſophus, quòd materia ſit de eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ, vt patet circa principiũ illius tex. & non eſt tale compoſitum præcisè eſſentia formę, ſed eſt compoſitum ex materia, & forma: ergo ſicut illud compoſitum non poteſt ex ſe eſſe hoc ex prima quæſtione præſentis diſtinctionis, ita nec materia, quæ eſt pars eius. ſ. compoſiti communis non eſt de ſe hæc, quia non poteſt eſſe compoſitum cõmune, & eiuſdem rationis in diuerſis ſupplè partibus ſubiectiuis, quin quodlibet, quod eſt de eſſentia eius poſſet eſſe eiuſdem rationis cum eis, puta ſi homo vt eſt in Sorte eſt ſingularis, ita partes componẽtes hominem vt in Sorte, ſunt ſingulares, cum ſint dè eſſentia eius. Et tunc quæritur per quid ſunt ſingulares? non ex ſe, ſicut nec homo ex ſe eſt ſingularis: ergo per aliquid adueniens contrahens illas partes ad eſſe indiuiduale, & illud non erit materia, quæ eſt altera pars compoſiti, cum illa de ſe non ſit ſingularis, ſed contrahatur ad ſingularitatem.

¶Ibi. Præterea per rationem. Quartò Doct. arguit probando, quòd materia non ſit ſingularitas, & arguit per rationem ducentem ad impoſſibile, quia ſequeretur, quòd hic ignis, & hæc aqua eſſent ſimpliciter vnum numero, quia ſi materia eſt ratio indiuidualis ſubſtantiæ materialis, tunc generatum, & corruptum eſſent vnum numero, patet, quia illa ſunt vnum numero, quorum ratio ſingularitatis eſt ſimpliciter eadem, ſed materia manet ſimpliciter eadem in generato, & corrupto: ergo res, quæ generatur, erit eadem numero cum re, quæ corrumpitur.

¶Ibi. Et ſi reſpondeas, quòd non ſit eiuſdem ſpeciei in generato, & corrupto. Arguam ſicut primus contra quantitatem interminatam, & ita erit generatio circularis primo ignis ex aqua, ſecũdo aquæ ex igne. Aqua primo corrupta, & aqua ſecundo genita habent eandem materiam, & ſunt eiuſdem ſpeciei: ergo ſunt realiter hæc aqua, igitur primum redit naturaliter idem numero, quod eſt contra eos.

NVNC ſoluendæ ſunt auctoritates, quæ adducuntur pro opinione Tho. quibus probat ſubſtãtiam materialem eſſe ſingularem per materiam, & prima auctoritas eſt philoſophi 7. meta. tex. cõ. 28. vbi vult, quòd generãs generat aliud propter materiã, alias, inquit, & Sortes ſunt diuerſa quidem propter materiam, idem verò ſpecie: ergo differentia numerali erit præcisè per materiam.

¶Doct.

¶ Doct. reſpondet ad hanc auctoritatẽ, quæ reſponſio ponitur circa finem quæſt 6. ibi. Ad illud Ariſto. quòd generans generat aliud propter materiam. Dico, ꝙ intentio philoſophi eſt ibi, ꝙ ideæ non ſunt neceſſariæ ad generationem, &c. Plato enim poſuit ideas eſſe neceſſarias propter duo. Primò propter generationem. Secundò propter ſciẽtiam, quia ſciẽtia eſt de perpetuis, & neceſſarijs. Et Ariſt. probat ꝙ etiam ſi ideę eſſent, nõ propter hoc eſſent neceſſarię ad generationem. Dicebat enim. Plato, quòd generans vniuocè aſſimilat ſibi genitũ in ſpecie, & ſic poſuit ſubſtantiã ſeparatam, vt hominis per ſe exiſtentem, in qua generans, & genitũ vniuocantur. Et dicit philoſophus, quòd generato poteſt haberi ſine iſtis, & patet, quia ſi Franciſcus generat Ioannem, eſt alia, & alia materia, vt patet intuenti, & aſſimilat ſibi Ioãnẽ, nõ in ſingularitate, vt patet: ergo in forma. Dicit ergo Ariſt. quòd generans generat aliud propter materiam, ideſt quòd generans producit formam ſubſtantialem in aliam materiam à ſua, vt patet in littera, & ſic aſſimilat in forma ignis: ergo particulare ex forma ſua habet vnde aſſimilet ſibi paſſum, & generans genitum, & ex materia habet, quod ſit diſtinctum à genito nõ principaliter, hoc tamẽ ſequitur neceſſariò, quòd diſtinguitur per materiam à genito, quia materiã non ſuam, ſed alicuius perficit per formam terminãtem generationem, ſua enim materia iam perfecta eſt forma. Et ex hoc, quòd aſſimilat per formã, perficit aliam materiam, quàm ſuam & ita ſua materia eſt alia ab illa, quæ priuatur forma tali, cuiuſcunque autem eſt alia materia, ex quo materia eſt pars eſſentialis rei, ipſum eſt aliud ab illo.

¶ Dico tunc, quòd aſſimilationis, &c. In iſta littera dicit Doctor, quòd generãs aſſimilat genitum in forma communi, non in forma ſingulari, quia ſecundum hoc eſt ratio formalis agendi. Et addit Doct. ꝙ forma, puta in Frãciſco eſt principalior ratio diſtinguendi, quàm materia. Sed in hoc Doct. videtur ſibi cõtradicere, q̃a in quæſt. ſequenti vult, ꝙ forma eiuſdem ſpeciei non eſt ratio diſtinguendi vnum indiuiduum ab alio. Hoc idem in primo, diſt. 4. quæſt. 1.

Apparens cõtradictio in dictis Scoti.

¶ Dico, quòd Doct. dicit hìc, ꝙ forma eſt principalior ratio diſtinguendi, ſupple indiuidualiter, & numeraliter, nõ autem principalior ratio diſtinguẽdi vnum indiuiduum ab alio formaliter. In locis autem prææallegatis intelligitur, quod forma nõ eſt ratio principalior diſtinguendi formaliter, & ꝙ ipſa forma ſit principalior ratio diſtinguẽdi numeraliter, patet, q̃a ipſa eſt illud, quo principalius cõpoſitum habet eſſe. Quæcunque ergo ſunt principia eſſendi, ſunt princ pia diſtinguẽdi, vt patet q. 1. & vltima prologi. Cum ergo hæc forma ſit principalior ratio conſtituendi hoc compoſitum, erit etiam principalior ratio diſtinguẽdi ipſum numeraliter, &c. Et addit in littera ibi. Appropriatè tamen diſtinguendo aſſimilatiuum cõtra diſtinctiuũ forma eſt aſſimilatiua. Vult dicere Doct. ꝙ quauis ipſa forma ſit principalior ratio diſtinguẽdi compoſitu, quàm materia, appropriatè tamen ipſa forma eſt principalior ratio aſſimilãdi, quam materia quia materia propriè non eſt qualitas ſubſtantialis, vel accidentalis, propter quam aliquid dicatur ſimile alteri, materia verò appropriatè eſt diſtinctiua, quia neceſſariò ex hoc, quòd caret forma, diſtinguitur ab illa materia, quæ habet ipſam formã, & ita compoſitum à compoſito, patet, quia ex quo materia aquæ caret forma ignis, quæ eſt in materia ignis, ideo materia aquæ diſtinguitur à materia ignis, & ſic compoſitum aquæ diſtinguitur a compoſito ignis. Sequitur ibi, poteſt etiam alio modo compoſitum intelligi aliud propter materiam. Dicit Doctor in iſta littera, quod licet compoſitũ poſſit dici aliud ab alio compoſito propter aliam formam, & propter aliam materiam, & principaliter propter aliam formam, ſi tamen accipiatur, ſicut propter cauſam alteratis præexiſtentem, ideſt ꝙ cauſa principalis huiuſmodi alteratis compoſiti à compoſito accipiatur pro cauſa præexiſtente in compoſito. Dicit, ꝙ materia eſt principalior cauſa, quia in genito præexiſtit materia formæ, & ſic patet ſolutio ad auctoritatem philoſophi.

Forma eſt ratio diſtinguendi principaliter.

¶ Secundò probatur poſitio Thomæ auctoritate philoſophi ſeptimo metaphyſicorum. cap. de partibus diffinitionis. tex. commen. 21. & 41. ibi habetur, quòd quid erat eſſe, in quibuſdam ſubſtantiis idem eſt. Quæcunque verò in materia ſunt, vel accepta ſunt cum materia, non idem. Et idem videtur in octauo, cap. 3. tex. commen. 8. Nam anima, & animæ eſſe idem, homo & hominis eſſe non idẽ, niſi & animæ eſſe homo dicatur: ergò videtur, ꝙ materia ſit extra rationem quidditatis, & cuiuslibet habentis primò quiditatem. Et ita cum ſit in entibus aliquid videtur eſſe indiuiduatio totius, quicquid eſt enim in indiuiduo, quod repugnat rationi quidditatis, omnino hoc poteſt poni prima ratio indiuiduandi.

¶ Reſpondet Doct. & reſponſio ſtat in hoc, quòd quod quid eſt. puta hominis, ideſt quiditas, vel diffinitio hominis poteſt cõparari ad hominem, primò, & per ſe, & ſic homo primò, & per ſe eſt animal rationale. Secundò poteſt comparari ad aliquid per ſe, & non primò, puta ad Franciſcum, & ſic Frãciſcus eſt per ſe animal rationale, ſed non primò. Tertio poteſt comparari ad aliquid per accidens, puta ad aliquod ſubiectum per accidens, & ſic Franciſcus albus eſt animal rationale tantum per accidẽs, & ſic ſicut quod quid eſt comparatur, ita eſt idem illi, cui comparatur. & ſic animal rationale, vt comparatur homini in communi ineſt illi primò, & per ſe, indiuiduis verò per ſe, & non primò, indiuiduo verò hominis per accidens, nec per ſe, nec primò, ſed tantum per accidens ineſt, & ſic vniuerſaliter, quod quid eſt eo modo, quo eſt alicuius, eo modo eſt idem ſibi, quia ſicut philoſophus arguit ſeptimo metaphyſicorum. tex. com. 20. ſingulum enim nõ aliud videtur eſſe a ſuimet ſubſtantia, & quod quid erat eſſe dicitur ſinguli ſubſtantia in dictis, itaque ſecundum accidens videbitur, itaque diuerſum eſſe, vt albus homo alterum, & albo homini eſſe, &c. hæc ibi. Si enim illud, quod non eſt ens nihil eſt, quod quid autem rei eſt illud, quo primo res eſt, & ideo cuius eſt quid primo ipſum eſt idem ipſi primo cuius eſt, &c. Et ꝙ dicit, ꝙ in dictis per accidens non eſt idem, &c. non eſt mirum, quia in ſecundo capitulo declaratur, quòd nihil eorum eſt, quod quid eſt, nec diffinitio. Et ſic bene conceditur, quòd animal rationale non eſt idem primò Franciſco, quia vltra animal rationale includit aliquid, quòd non pertinet ad quidditatem, quia includit hæcheitatem. Eſt verò idem primò ipſi homini, quia nihil aliud includit homo quidditatiuè, homini verò albo nõ eſt idẽ, nec primò, nec per ſe, quia albedo, nec per ſe, nec primò pertinet ad quod quid eſt hominis, & ſi erit idem, erit tantum per accidens.

Reſponſio Scoti.

¶ Ad propoſitum ergo philoſophi dico, quòd in non conſtitutis cum materia, hoc eſt, cum non entitate indiuiduali cõtrahente quidditatem, idem eſt quod quid eſt primò cum eo, cuius eſt, quia tale cuius eſt, nullam rationem includit extra rationem eius, quod eſt primò, quod quid eſt, in conſtitutis verò cum materia, hoc eſt, cũ entitate indiuiduali contra-

contrahente quiditatem, nõ eſt idem primò, quod quid eſt cum eo, cuius eſt, quia ſic acceptum primò non habeat, quod quid eſt ex ſe, ſed tantum per partem, ſcilicet per naturam, quæ contrahitur, non igitur ex iſto habetur, quòd materia, quæ eſt altera pars compoſiti, ſit extra rationem per ſe quiditatis, immò verè pertinet ad quiditatem, vt clarius probat Doctor in tertio, diſtinct.22.& ſic non ſequitur, quòd materia, quæ eſt altera pars compoſiti ſit indiuiduans, ſed tantum materia contrahens naturam, &c.

¶Præterea arguit Thom. auctoritate philoſophi duodecimo metaphyſicorum. tex. commento 49. quòd autem vnum cœlum manifeſtum: ſi enim plures eſſent cœli vt homines, foret principium quidem circa vnumquodque ſpecie vnum, numero verò multa, ſed quæcunque ſunt numero multa, multam materiam habent. Vna enim, & eadem ratio multorum vt hominis, Sortes vero vnus, quòd autem quod quid erat eſſe, non habet materiam primam. Endelechia enim vnum: igitur, & ratione, & numero primum mouens in mobile ens, & motum; ergo ſemper, & continuè vnum ſolum: vnum ergo ſolum cœlum: hæc ille.

Reſponſio Scoti.

¶Reſpondet Doctor, concedendo, quòd non poſſunt eſſe plures motores primi, quia in primo motore non eſt materia, hoc eſt, non eſt in eo aliquid contrahens vt materia, ſed eſt de ſe hoc ſine alio contrahente; nam talis contractio non ſtat cum perfecta ſimplicitate, & ideo quiditas Dei eſt de ſe hæc. Et hæc videtur intentio Comment. vbi ſupra, commento quadrageſimonono. prima, inquit eſſentia, quæ ſignificat eſſe rei, oportet, quòd non habeat materiam, quoniam ſi haberet naturam, haberet aliam eſſentiam, & ſic in infinitum, & ideo neceſſe eſt, vt prima forma, & vt prima natura, quæ perfectio eſt, & finis non habeat materiam, erit ergo ſimplex, & non poteſt intelligi, niſi de materia indiuiduali, quia vltra quòd nõ habeat materiam, quæ eſt altera pars compoſiti, non habet etiam materiam iſto modo, quia tunc prima natura non eſſet ſummè ſimplex.

¶Vltimò arguitur pro opinione Thomæ, primo cœli, & mundi, tex. commento 92. Cum dico, cœlum, dico formam, cum dico, hoc cœlum dico materiam.

Materia duplex partis, & totius.

¶Dicit Doctor, quòd accipitur ibi materia, non pro materia, quæ eſt altera pars compoſiti, ſed pro ratione indiuiduali, per quã aliquid eſt vnum numero.

¶Ex his etiam patet prima reſponſio ad primum argumentum principale fundatum ſuper auctoritatem philoſophi quinto metaphyſicorum capitulo de vno, tex. commento duodecimo. vnum in quid numero ſunt, quoniam materia vna ſpecie, quarum ratio vna, hoc ibi patet, quòd accipit materiam pro illa entitate indiuiduali, quæ conſtituit in eſſe materiali, non autem in eſſe formali, prout quiditas dicitur forma, quia iſta entitas non eſt quiditatiua, nec pertinet ad quiditatem, & iſta expoſitio patet per illud, quod ſubdit ſpecie vnum, quorum ratio eſt vna, ratio enim ſubditur pro quiditate, quæ dicitur forma reſpectu eſſe indiuidualis. Et ſic finis huius quæſtionis.

Quæſtio Sexta.

Vtrum ſubſtantia materialis ſit indiuidua per aliquam entitatem poſitiuam per ſe determinantem naturam ad ſingularitatem.

Scotus 2. ſenten. diſt.3. quæſt.6.
Egidius in tractatu de eſſe, & eſſentia.
Gotfredus quolib.6.q.16.& quolib.7.q.5.
Henricus quolib.1.q.9.& quolib.5.q.8.
D.Thomas prima parte ſummæ.q.50.art.1.& 2.

SEXTO quærit Doctor. Vtrum ſubſtantia materialis ſit indiuidua per aliquam entitatem poſitiuam per ſe determinantem naturam ad ſingularitatem, & dicit per ſe, quia conſtat, quòd ex natura, & ratione indiuiduali ſit vnũ ſingulare per ſe, & ſic talis entitas per ſe competit, hoc etiam dicit ad differentiam aliquorum, quæ tamen per accidens contrahunt, ſicut albedo contrahit hominem ad eſſe album, ita quòd ex albedine, & homine ſit tantum vnum per accidens; ſenſus ergo quæſtionis eſt. An ratio indiuidualis, quæ per ſe contrahit naturam ad ſingularitatem, ſit aliqua entitas poſitiua.

¶Hic dicitur, quòd natura ſpecifica de ſe eſt hæc, & tamen per quantitatem poteſt eſſe natura communis in pluribus ſingularibus, ſiuè quantitas poteſt eſſe ratio, quare plura ſingularia poſſunt eſſe ſub natura, & hæc eſt opinio Gottofredi quolib.6. quæſt.16. & quolib.7. quæſtio.5. Eſt etiam opinio Egidij de Roma, & dicit breuiter in ſententia iſta opinio, quòd tota natura ſpecifica, puta tota natura panis eſt tantum vna numero, & de ſe hæc, & hoc probat, deinde dicit, quòd ſi diuidatur, ita quòd ſint plures partes, hoc erit per quantitatem, & probat.

Opin. Gottofredi, & Egidij de Roma.

¶Ibi. Iſta poſitio videtur poſſe habere duplicem intellectum. Vnum, quòd ſubſtantia materialis, puta panis, inquantum diſtinguitur eſſentialiter à quantitate, maneat eadem omnino diſtincta ſecundum rationem ſuæ propriæ, & eſſentialis entitatis, ita quòd panis vnam tantum dicat entitatem in ſe omnino indiuiſibilem. Et tamen panis entitas quiditatiua recipiat multas quantitates, & recipiendo eas cum eis multa conſtituat ſingularia. Alio modo poteſt intelligi, ꝙ iſta ſubſtantia materialis, quæ de ſe eſſet hæc, circumſcripta omni quantitate, poſtea quantitate informante, erit hæc & iſta, ita ꝙ nõ tantum recipit quãtitates diſtinctas, ſed ipſa habet diſtinctionem in ſe in entitate ſua ſubſtantiali, ita ꝙ iſta ſubſtantia, quæ ſubijcitur illi quantitati, & diſtinguitur ab ea eſſentialiter, non eſt illa, quæ ſubeſt alijs quantitati, licet non poſſit eſſe hæc, & illa ſine quantitate in hac, & in illa.

¶Primus intellectus videtur impoſſibilis, quia ex eo ſequuntur inconuenientia in theorica, & metaphyſica, & ſcientia naturali. In theorica, quia eſſe ex hoc non eſſet proprium eſſentiæ diuinæ, patet, quia hoc eſt proprium eſſentiæ diuinæ, quòd vna & eadem numero, & omnino in ſe indiſtincta ſit in tribus ſuppoſitis, quod nulli naturæ creatæ competit, & tamen ſi tota ſubſtantia hominis eſſet de ſe hæc, & ſingularis, & eſſet in pluribus ſuppoſitis per aliam, & aliam quantitatem abſolutã, tunc eadem natura ſingularis eſſet non tantum in tribus ſuppoſitis, ſed etiam in pluribus. Immo fortius ſequitur, quia natura diuiditur vt hæc, cõmuniter po-

ponitur eſſe in tribus ſuppoſitis præciſè per aliam, & aliam relationem, quæ ſuppoſita dicuntur tantum relatiuè differre, natura verò creata vt exiſtens hæc, eſt in pluribus ſuppoſitis abſolutis, quia per aliam, & aliam quantitatem abſolutam, quod eſt impoſſibile. Secunda ſequitur, quòd non poſſit aliqua ſubſtantia panis, & vini tranſubſtantiari in corpus, & ſanguinem, niſi tota ſubſtantia panis, & vini tranſubſtantiaretur, patet, quia in tali tranſubſtantiatione tranſubſtantiatur ſubſtantia, remanente quantitate. Secunda ſequeretur, quòd in illo inſtanti, quo tranſubſtantiatur aliqua ſubſtantia panis in corpus Chriſti, & aliqua ſubſtantia vini in ſanguinem, quòd in toto mundo non eſſet amplius ſubſtantia panis. & vini, ſed tantum quantitas, quæ prius formabat ſubſtãtiam illam cum ſuis accidentibus, quod eſt abſurdum.

¶Ibi. In metaphyſica ſequuntur inconuenientia. Primum, quia poneretur idea Platonis, vel plus, quàm idea, quam, poſuit Plato. Plato enim poſuit ideam eſſe naturam per ſe exiſtentem ſeparatam ſine accidentibus, ſicut ſibi imponitur à philoſopho in qua eſſet tota natura ſpeciei, quæ ſecũdum quod impoſuit ſibi Ariſto. diceretur de quolibet indiuiduo prædicatione formali dicẽte, hoc eſt hoc. Hæc autem opi. dicit hanc ſubſtantiam dici de quolibet huius ſpeciei prædicatione dicente, hoc eſt hoc, & tamen eſſe ſub hoc accidente, & illo. Hæc ergo opinio ponit tantam communitatem, quantam poſuit Plato.

¶Secundum, quia tunc duo accidentia eiuſdem ſpeciei. ſ. duæ quantitates eſſent in eodem ſubiecto, quod eſt contra eos. Sequitur etiam inconueniens in mathematica, quia tunc duæ quantitates dimenſiuæ eiuſdem rationis ſimul idem perficerent ſubiectum, quod eſt contra intentionem mathematici.

¶Tertiò in ſcientia naturali ſequuntur duo inconuenientia.

¶Primum, ꝙ nulla ſubſtantia naturalis põteſt generari, vel corrumpi, nõ generari, patet, quia ſi hic ignis eſt, erit in eo omnis ſubſtantia, quæ poteſt eſſe in igne, nec per conſequens poſſet corrumpi, niſi ſimul tota ſubſtantia ignis corrumpetur.

Scotus maledicit Auerroi. ¶Secundum inconueniens eſt, quòd licet ſecundum fictionem illius maledicti Auerro. tertio de anima, commen. 5. de vnitate intellectus in omnibus hominibus poſſit ſic fingi de corporibus tuo, & meo, ſicut de lapidibus illo, & iſto, tamen nõ tantum ſecundum fidem, ſed ſecundum veram philoſophiam, tenendo aliam, & aliam animam intellectiuam, vt probatur à Doctore in quarto, diſtin. 43. quæſt. 2. non poteſt poni natura humana eſſe de ſe athoma, ideſt ſingularis. Et tamen alia, & alia per quantitatem, quia in iſto, & illo homine eſt alia, & alia forma ſubſtantialis pręcedens naturaliter quãtitatem. Et ideo ad iſtam inſtantiam tanquam inſolubilem non nituntur ipſi reſpondere, & ideo trãſferunt ſe ad alia homogenea lapidem, vel aquã, & tamen ſi haberent aliquid pro ſe ex ratione naturæ ſpecificæ athomæ, ita concederent de homine, ſicut de lapide.

¶Ibi. Secundus intellectus videtur deſtruere ſeipſum, quia illud, quod eſt de ſe hoc, ſibi repugnat per ſe diuidi in plures partes ſubiectiuas, vt oſtenſum eſt ſupra à Doct. in primo, diſt. 2. cui repugnat de ſe eſſe non hoc, tale per nihil aduenięs poteſt diuidi in plures partes, quia ſi ſibi ex ſe repugnat diuidi, ſibi repugnat ex ſe aliquid recipere, per quod fiat non hoc: dicere ergo naturam eſſe de ſe hanc, & aliam alio aduenıente, eſt dicere contradictoria, & hoc patet in exemplo poſito, quia licet ſubſtantia materialis non ſit ex ſe diuiſa in partes eiuſdem rationis, tamen ipſa non eſt de ſe indiuiſibilis in partes tales, quia ſi eſſet de ſe indiuiſibilis, non poſſet recipere quantitatem, qua formaliter diuidatur in tales partes, quia quod alicui repugnat ſimpliciter per quodcunque poſterius, non poteſt fieri ſibi non repugnans, vt oſtendit Doct. in primo, diſtinct. 3. quæſt. 1. Et patet, nam anima, quæ de ſe eſt indiuiſibilis in partes eiuſdem rationis, ſicut nõ poteſt recipere tales partes, ita nec quantitatem, per quam eſſet ſic diuiſibilis, videtur ergo deceptio in conſequentia hac. Non eſt de ſe tale; ergo eſt de ſe non tale, eſt fallacia conſequentis: verè enim ſubſtantia ſecundum aliquam poſitionem non eſt habens de ſe partes eiuſdem rationis, & tamen non eſt de ſe non habens tales partes eiuſdem rationis, ita quòd repugnat ſibi habere partes, quia tunc non poſſit recipere formaliter aliquid, per quod ſibi aduenirent tales partes, & ita natura ſpeciei ſpecialiſſimæ non eſt de ſe hoc, ſicut nec aliquod diuiſibile eſt de ſe hoc, ita quòd repugnat ſibi de ſe diuidi in partes. *Anima eſt de ſe indiuiſibilis.*

IBI. AD quæſtionem igitur reſpondeo. Nunc Doctor reſpondendo ad quæſtionem dicit, quòd ratio indiuiduãdi eſt aliqua entitas poſitiua, quod probat duabus rationibus, quarum prima eſt iſta, ſicut vnitas in communi per ſe conſequitur entitatem in communi, ita quæcunque vnitas per ſe conſequitur aliquam entitatem ergo vnitas ſimpliciter, qualis eſt vnitas indiuidui, conſequitur per ſe aliquam entitatem, non autem conſequitur per ſe entitatem naturæ, quia illius eſt aliqua propria vnitas, & per ſe realis, vt ſupra patuit quæſtione prima huius diſtinctionis. igitur conſequitur aliquã entitatem aliam determinantem iſtam, & ita facit vnum per ſe cum entitate naturæ, quia totum cuius eſt hæc vnitas perfectum eſt de ſe, & hoc argumentum propriè ſtat in hoc, quia conſtituens aliquid ex natura rei in vnitate, puta ſpecifica, & hoc vltimatè, de neceſſitate dicit aliquam entitatem ex natura rei, quam conſequitur vnitas ſpecifica: ergo conſtituens aliquid in vnitate numerali dicit aliquã entitatem ex natura rei, quam concomitatur vnitas numeralis, ſiuè vnitas ĩdiuiſibilis in plura numero, ſicut enim homo ex natura rei conſtituitur ex animali, ad quod conſequitur vnitas generica, & ex rationali, ad quod conſeqitur vnitas ſpecifica ſpeciei ſpecialiſſimæ, ita ſingulare hominis conſtituitur ex natura humana, quam cõſequitur ex natura rei vnitas ſpecifica, & ex aliqua alia entitate ex natura rei, quam conſequitur vnitas numeralis. Nec valet dicere, ꝙ vnitas numeralis præciſè conſequatur entitatem naturæ, quia tunc non poſſet aſſignari vnitas numeralis, quia cuicunque vnitati ſupponitur entitas propria, vt patet diſcurrẽdo in omni vnitate, ergo vnitati numerali ſupponitur aliqua entitas propria, alia à natura cuius eſt.

¶Ibi. Omnis differentia differentium reducitur ad aliqua primò diuerſa. Hæc eſt ſecunda ratio Doctoris, qua probat principale intentum, & ſtat in hoc, quòd differentiæ, quibus aliqua differunt, aut ſunt primò diuerſæ, aut vltimatè reducuntur ad aliqua primò diuerſa, patet, quia per rationale, & irrationale homo, & aſinus differunt.

¶Quæro, tunc aut rationale, & irrationale ſunt differentia, aut primò diuerſa, ſi ſecundo habetur propoſitum, videlicet, quòd differentiæ, quibus aliqua differunt, ſunt primò diuerſa. Si primò, ergo rationale, & irrationale aliis differentiis differunt, vel ergo erit proceſſus in infinitum, vel oportebit ſtare ad aliquas, quæ erunt primò diuerſæ, vt etiam ſupra patuit in primo, diſtinctio. tertia, quæſtione tertia.

¶Cum

¶Cum ergo Franciſcus,& Iohan. verè differunt adinuicem,quæro de differẽtijs quibus differunt, aut ſunt primo diuerſę,aut non,ſi primo, habetur propoſitum,ſi ſecundo,ergo adinuicem differunt, & ſic per alias differentias, vel ergo erit proceſſus in infinitum in huiuſmodi differentijs, vel oportebit ſtare ad aliquas,quæ erunt primo diuerſæ, & illę vltimatè dicunt vnitatem numeralem,quę differentiæ non poſſunt eſſe negationes,vt patuit ſupra.q.2. nec aliqua accidentia ex. q.4. ergo erunt aliquæ entitates poſitiuæ per ſe determinantes, & contrahentes naturam. Declato tamen iſtam litteram cum dicit. Sed indiuidua propriè differunt, quia ſunt diuerſa aliquid idem entia. Hoc debet ſanè intelligi, quia indiuidua non dicuntur propriè differre, quia quando aliqua propriè differunt differentia propriè dicta,talis differentia pertinet ad entitatem formalem,& eſſentialem, quæ etiam differentia propriè ſumpta eſt diuiſiua generis,& conſtitutiua ſpeciei; & ſic indiuidua alicuius ſpeciei non differunt propriè,accipiendo differentiam propriè. Debet ergo ſic intelligi, quòd eo modo,quo differunt indiuidua alicuius ſpeciei, illa quibus differunt, vel erunt primò diuerſa, vel reducentur ad aliqua primò diuerſa, & cum dicit, quòd differentia ſunt aliquid idem entia, debet intelligi de his,quæ per ſe differunt, nam quæ per accidens differunt non ſunt aliquid idem entia.i. quòd non conueniunt in aliquo quiditatiuè, illa verò quæ per ſe differunt,per ſe etiam conueniunt quiditatiuè in aliquo, & ſic quæcunque ſingularia alicuius ſpeciei per ſe differunt,& per conſequens habent aliquid, quo conueniunt quiditatiuè, & aliquid,quo differunt. Sequitur. Illa primo diuerſa non ſunt natura in illo, & natura in iſto, quia non eſt idem, quo aliqua conueniunt formaliter, & quo differunt formaliter. Vult Doc.quòd Franciſcus, & Io.conueniant in natura formaliter, & per hecheitates differant realiter, & ſic non eſt idẽ quo conueniunt,& quo differunt.

Expoſitio litteræ cũ pulcherrimis difficultatibus, & ſuis ſolutionib.

¶Sed hoc dictum videtur implicare, videlicet, ꝙ aliqua duo ſint idem formaliter, & ꝙ differant realiter;patet,quia cum identitate reali ſtat diſtinctio formalis,patet de eſſentia diuina, & paternitate,& de creatura,& relatione ad Deum, & de ſubiecto,& propria paſſione, & de multis alijs, ergo quæ ſunt idem formaliter,à fortiori erunt idem realiter.Nec valet dicere, ꝙ precisè dicuntur eſſe eadem formaliter, quia conueniunt in natura aliqua quiditatiuè, & formaliter,inter ſe tamen non ſunt idem formaliter.

¶Contra hoc eſt propoſitio Doct.in primo.d.2. parte 2.q 1.in primo arg.principali, quæ vni, & eidem ſimpliciter, ſunt eadem ſimpliciter inter ſe ſunt eadem ſimpliciter. Et concedit Doct quòd eo modo quo ſunt idem in tertio,eo modo ſunt idem inter ſe.

Aliqua eſſe eadem formaliter dupliciter intelligi pōt.

¶Dico,quòd aliud eſt aliqua eſſe eadem formaliter propriè, ſic quòd vel dicunt eandem formalitatem,vel quòd vnum includat formaliter aliud. Et aliud eſt aliqua duo includere aliqua, quæ præcisè pertinent ad quiditatem, ſeu formalitatem rei,ſic tamen, quòd vnum includit aliud formaliter, nec econtra.

¶Primo modo conceditur, quòd quæ ſic ſunt idem formaliter, ſunt idem realiter. Et hoc modo duæ naturæ exiſtentes in duobus indiuiduis non ſunt ſic idem formaliter.

¶Secundo modo quæ ſic ſunt idem, formaliter poſſunt etiam differre realiter, & ſic natura Franciſci,& natura Iohan.ſunt ſimpliciter eiuſdem rationis,nec ſunt id,quo Franciſcus,& Io.formaliter differunt, ſed quo magis conueniunt.

Difficultas

¶Occurrit etiam difficultas, quia dicit Doct. ꝙ aliud eſt quo duo indiuidua cõueniũt formaliter, & aliud eſt quo differunt realiter, quia per naturam conueniunt formaliter in iſto,& in illo,& per differentias indiuiduales differunt realiter, hoc non videtur, quia ſi in Franciſco, & Iohan. eſt alia, & alia natura, vt etiam intelligitur prior hecheitate, vt patuit ſupra q.1.huius diſtinctio.

¶Quæro quomodo iſtæ duæ naturæ differunt, certum eſt, quòd realiter, quia ſunt ſimpliciter alia, & alia res, & per conſequens Franciſcus, & Iohan. non dicuntur præcisè differre realiter per aliam, & aliam hecheitatem, immò magis per aliam, & aliam naturam, quæ natura eſt magis res.

¶Dico, quòd in Franciſco, & Iohan. eſt alia, & alia natura realiter, vt dixi ſupra in q.1.huius diſt. per illam etiam magis differunt realiter, non tamen per aliam, & aliam naturam præcisè differunt realiter, & numeraliter, & indiuidualiter, quia natura, vt eſt prior ſingularitate non poteſt eſſe vna numero. Hic ergo Doc. intelligit, quòd Franciſcus & Iohan. per aliam, & aliam hecheitatem differunt realiter,& numeraliter, licet etiam differant realiter per aliam,& aliam naturam, ſed nullo modo numeraliter.

Quomodo indiuidua conueniant in ſpecie.

¶Aduerte etiã,quòd natura in Franciſco,& natura in Iohan.conueniunt formaliter,& quiditatiuè in natura ſpecifica, non quòd detur aliqua natura ſpecifica communis ex natura rei iſtis naturis,cum hoc ſit ſimpliciter impoſſibile, ſed dicuntur ſi conuenire,quia natura Franciſci,vt prior hecheitate nata eſt ita contrahi ab hecheitate Iohan. & nata identificare realiter illam ſibi, & ſimiliter dico de natura Iohan.& de qualibet alia. Et vt ſic ſunt rationes,propter quas dicimus, quòd Iohan. & Franciſcus conueniunt in homine quiditatiuè, quia ſicut natura humana in Franciſco nata eſt cõtrahi ab hecheitate Franciſci, ita nata eſt contrahi ab hecheitate Iohan. licet ergo illæ duę naturę ſint duæ res, & duæ naturæ adinuicem realiter, & eſſentialiter diſtinctę, & formaliter, tamẽ quia quęlibet ex ſe dicit entitatem ſpecificam, & vna non differt ſpecie ab alia, quo ad hoc dicimus, quòd ſunt idem formaliter, & eſſentialiter, vt identitas formalis, & eſſentialis opponitur diſtinctioni ſpecificę.

¶Cum ergo Doct.dicit, quòd Franciſcus, & Io. per hecheitates differunt realiter, verum eſt,quòd differunt realiter, & cum dicit, quòd per naturam in iſto, & per naturam in illo conueniunt formaliter, debet intelligi formaliter.i.ſpecificè, quia tam natura Franciſci, quàm natura Io.ſunt ſimpliciter eiuſdem rationis quiditatiuè.i.quòd nullo modo dicunt entitates quiditatiuas ſpecie diſtinctas,& tamen cum hoc ſtat,quòd verè realiter, & eſſentialiter differunt. Et ex hoc apparet quomodo iſta propoſitio eſt vera, & quomodo non vera, videlicet, quòd quæ differunt realiter differunt eſſentialiter, eſt enim vera, quo ad hoc, quòd quæcunque duæ res dicentes eſſentiam differunt realiter adinuicem, differunt etiam eſſentialiter, hoc eſt ſunt duæ eſſentiæ realiter diſtinctę.

¶Non eſt autem vera, accipiendo eſſentialiter, ideſt ſpecificè quia non ſequitur quæ differunt realiter differunt ſpecificè, patet, quia natura in Franciſco, natura in Iohan.differunt realiter, non tamen ſpecificè, vt expoſui ſupra quæſtio. prima. huius diſtin. Nec tamen ex hoc ſequitur, tur, differunt realiter, & non ſpecificè,

Conſidera & bene. ergo differunt realiter, & numeraliter, quia illæ duæ naturæ non ſunt ſingulares.

¶Aduerte etiam, quòd etiam in creaturis, non ſemper valet, differunt realiter ergo, & eſſentialiter, quia duæ hecheitates ſunt diuerſę realiter, non tamen eſſentialiter, quia nullo modo pertinent ad eſſe eſſentiæ, ſola ergo illa dicuntur differre realiter, & eſſentialiter, quę dicunt aliam, & aliam rem ad eſſe, eſſentiæ pertinentem, quæ omnia bene nota.

In iſta etiam littera Doc. occurrit aliqualis difficultas, cum dicit, ꝙ per hecheitates Franciſcus, & Io. differunt realiter, & per aliam, & aliam naturam conueniunt formaliter. Ex hoc nihil aliud habetur, niſi quòd per illas hecheitates differunt realiter, accipiendo realiter numeraliter. Ex hoc non ſequitur, quòd illę hecheitates ſint primò diuerſę.i.in nullo, quiditatiuè conuenientes, patet in ſimili, quia homo, & aſinus per rationale, & irrationale preciſè differunt ſpecie. Et tamen rationale, & irrationale non ſunt, primò diuerſa, ergo nec ſimiliter illę hecheitates.

¶Dico breuiter, quòd aliud eſt loqui de entitate conſtituente aliquid in eſſe ſpecifico, & aliud eſt loqui de entitate conſtituente, aliquid vltimatè in eſſe indiuiduali, quia prima ptinet ad eſſe quiditatiuum, & eſſentiale, ideo videtur includere ens, quiditatiuè, alia verò nullo modo pertinent ad quiditatem, & ideo à rationali, & irrationali, poteſt abſtrahi conceptus entis dictus in quid de eis, cum pertineant ad eſſe quiditatiuum. Sed ab hecheitate Franciſci, & Iohan. non poteſt abſtrahi conceptus dictus in quid de eis, cum nullo modo pertineant ad eſſe quiditatiuum rei. Et de hoc, vide, quæ expoſui in primo. diſtin.2.5. & ſic habetur intentum Doct. videlicet, quòd differentiæ indiuiduales, ſunt ſimpliciter, primo diuerſę, licet intēdat in iſta ratione principaliter probare, quòd ſint entitates poſitiuę, & ratio ſtat in hoc. Illa, quibus, aliqua differunt realiter, & numeraliter dicunt entitates poſitiuas, & reales. Sed Franciſcus, & Iohannes verè, & realiter, & numeraliter differunt per aliam, & aliam hecheitatem, ergo illę duę hecheitates, ſunt entitates poſitiuę, an modo ſint primò diuerſæ, vel ne, non eſt principalis intentio Doctoris, & ſic patet iſta ſecunda ratio. *Differentia indiuiduales ſunt primo diuerſæ.*

¶Ibi. Contra primam rationem obijcitur. Hìc Doctor adducit vnam inſtantiam contra illud, quod dicit in prima ratione probando, quòd non detur aliqua natura, habens vnitatem realem, minorem vnitate numerali. Et ratio ſtat in hoc, quia talis natura non eſſet in ſe, quia, vt dictum eſt ſupra præſenti diſtin.q.1. non datur natura realis actu exiſtens, niſi ſingularis, ergo erit in ſingularibus, & tunc q̄ro. Aut preciſè erit in vno numero, & tūc erit tm̄ vna numero, q̄a q̄d eſt realiter ī vno numero, realiter eſt vnū numero, & hoc patet, q̄a q̄d actu exiſtit in aliquo vno numero, vr̄, ꝙ actu ſit vnū numero, nō enim cōmune actu exiſtit in aliquo vno numero. Aut erit ſimul in pluribus numero differentibus, puta in duobus, vel tribus. Contra, quia in eis, nihil eſt vnum numero realiter, cum hoc ſit proprium eſſentiæ diuinæ, quòd exiſtēs realiter vna numero, & ſingularis eſt in tribus ſuppoſitis, modo natura realis non videtur actu communis, quia non datur aliqua vnitas realis actu communis, ergo erit vna numero, vt ly tamen numero non accipiatur pro indiuiduo, & ſingulari, ſed ꝙ ſit vnà res de numero rerum actu exiſtentium.

¶Ibi. Reſpondeo ſicut dictum eſt, in ſolutione. q. primæ huius diſtin. natura eſt, prius naturaliter, quàm hæc natura, & vnitas propria conſequens naturam, vt natura prior eſt naturaliter vnitate eius, vt hæc natura, & ſub iſta ratione, ſupple, vt eſt prior ſingularitate, eſt de ea conſideratio metaphyſica, & aſſignatur diffinitio eius, & ſunt propoſitiones per ſe primo modo. *No. hanc literam.*

¶Tamen ad aduerte, cum dicit Doc. quòd de ea eſt conſideratio metaphyſicalis, quòd accipit naturam, vt preciſè habet eſſe obiectiuum, ſiue in eſſe poſſibili, aliquo modo prius exiſtentia poſſibili, ſicut res ponitur prior modo ſuo intrinſeco, quia tunc preciſè dicit entitatem quiditatiuam, & dicitur realis ſecundum quid, quia ſibi non repugnat poni in actuali exiſtentia, & vt ſic preciſè verificantur pręd icata primi modi. Poteſt etiam accipi natura in eſſe reali ſimpliciter, vt aliquo modo prius exiſtentia reali actuali, ſicut res eſt prior ſuo modo intrinſeco, & vt ſic de ea realiter verificantur prædicata primi modi, vt ſupra expoſui in prima. q. præſentis diſtin. Sequitur in littera ibi. In eodem ergo, quod eſt idem numero, eſt aliqua entitas, quam conſequitur minor vnitas, quàm ſit vnitas numeralis, & eſt realis, eſt illud cuius eſt, vnitas talis formaliter non eſt de ſe vnum vnitate numerali.

¶Aduerte, quòd naturam eſſe in eodem numero poteſt multipliciter intelligi, puta, quòd humanitas conſideretur primo in eſſe obiectiuo, ſiuè poſſibili, & vt ſic ponitur in vno numero, ita ꝙ eadem natura præter omne opus intellectus collatiuum non eſt in duobus numero, ſed preciſè in vno numero, licet vt prior vnitate numerali poſſit eſſe in alio numero, non collectiuè, ſed diuiſiuè, ita, ꝙ iſta nullo modo eſt concedenda, quòd natura humana in eſſe obiectiuo, vt præcedit omnem actum intellectus collatiuum, actu poſſit eſſe in duobus numero, quia ſi ſic, ipſa in eſſe reali quiditatiuo, tunc realiter poſſet eſſe in duobus numero, quod eſt falſum. *Naturā eſſe in eodē numero pōt intelligi multipliciter.*

¶Secundo ſi conſideretur, vt includit exiſtentiā poſſibilem, & obiectiuam preciſè, & vt ſic etiam erit tantum in vno numero, ſed vt ſic non erit propriè prædicatum quiditatiuum, cum exiſtentia in quocunque eſſe, ſiuè poſſibili, ſiuè reali non pertineat ad quiditatem rei.

¶Si tertiò conſideretur natura humana in eſſe reali actuali, & eſſentiali. Adhuc erit tantum in vno numero, nō quòd ipſa in ſe ſit formaliter vna numero, immò, vt ſic eſt naturaliter prior vnitate numerali, poteſt tamen dici in pluribus numero diuiſiuè, non collectiuè, ſic intelligendo, quòd quantum eſt ex ſe, ſicut poteſt eſſe in vno numero, ita & in alio, ſed vt actu eſt in vno numero, ſimul non poteſt eſſe in alio.

¶Quartò ſi conſideretur natura humana, vt includit exiſtentiam in eſſe reali, & actuali, vt modum ſibi intrinſecum, adhuc preciſè erit in vno numero, licet poſſit eſſe in pluribus diuiſiuè non collectiuè, vt ſupra dixi, ſed vt ſic non erit prædicatum dictum in quid, cum talis exiſtentia non pertineat ad quiditatem. Iſtis ergo quatuor modis, vt conſideratur prior vnitate numerali, habet vnitatem minorem vnitate numerali, formaliter tamen. Sequitur & cum obijcis, quicquid eſt in eodem indiuiduo numero, eſt idem numero.

¶Dicit Doc. in ſententia, quòd eſſe vnum numero poteſt tripliciter intelligi, ſcilicet, primo, & per ſe, per ſe, & non primo, nec per ſe, nec primo, ſe denominatiuè. *Eſſe vnū numero poteſt intelligi tripliciter.*

¶Primo modo differentia indiuidualis cum ſit ratio conſtituendi preciſè in vnitate numerali erit primo, & per ſe vna numero.

¶Secun-

¶Secundò modo conſtitutum ex natura, & differentia indiuiduali erit per ſe vnum numero.

¶Tertio modo, natura quæ ponitur in vno numero erit tantum denominatiuè vna numero, ita quòd hæc prædicatio, homo eſt Franciſcus, nullo modo eſt per ſe, ſed denominatiuè, accipiendo denominatiuum pro omni eo, quòd eſt extra rationem formalem alicuius, vt prior tamen ſingularitate erit per ſe vna vnitate minore vnitate numerali. Expono tamen aliqualiter litteram, cum dicit. Aliquid poteſt dici animatū denominatiuè vt corpus, vel per ſe primò, vt homo. Nam corpus organicum dicitur animatum anima tātum denominatiuè, quia anima nullo modo eſt de eſſentia corporis, ſed tantum eſt forma denominans illud, homo verò in communi, vt eſt prior ſingularitate, eſt per ſe primò animatus, quia anima eſt de eſſentia, & quiditate hominis, & per ſe conuenit homini, dicitur tamē denominatiua per ſe primò, quia omne animatum, vt eſt concretum huius abſtracti, ſcilicet animæ, habet præciſè modum prædicandi denominatiuè, licet talis denominatio ſit eſſentialis. Et hoc patet à Doct. in primo, diſtin. 8. q. 3. de attributis. Sequitur ibi. Et ita ſuperficies dicitur alba denominatiuè, ſuperficies alba dicitur alba per ſe primo modo, quia ſubiectum includit prædicatū. Albedo enim, vt comparatur ad ſuperficiem, prædicatur propriè denominatiuè de ipſa, vt verò comparatur ad ſuperficiem albam, & ad totum ſuo modo conſtitutum ex ſuperficie, & albedine prædicatur per ſe primò denominatiuè, quia albedo ſuo modo eſt de eſſentia compoſiti albi, & dixi ſuo modo, quia compoſitum ex ſubiecto, & accidente nō eſt per ſe compoſitum, vt patet per philoſophum 8. metaph. tex. commen. 15. & 16. quia tamen albedo dicitur de eſſentia talis compoſiti, per accidens dicitur ſuo modo denominatiuè prædicari de illo. Sequitur. Ita dico, q̄ potentiale, quod contrahitur per actuale, informatur ab ipſo actuali, & per hoc informatur ab ipſa vnitate conſequente illam actualitatem, & ita eſt vnum vnitate propria illius actualis, ſed denominatiuè eſt ſic vnum, quia denominatiuè ab illa vnitate, non autem eſt de ſe ſic vnū, nec primò, nec per partem eſſentialem, patet, quia natura humana, vt dicitur vna numero per hęcheitatem, præciſè dicitur vna numero denominatiuè. quia talis hæcheitas, quæ per ſe primò eſt vna numero, nullo modo eſt pars eſſentialis talis naturæ. Hoc idem dico de genere reſpectu ſpeciei. Color enim, vt eſt in albedine, dicitur vnum ſpecie ſolum denominatiuè, quia vt eſt in albedine, denominatur à differentia vltimata albedinis, quæ nō eſt pars eſſentialis eſſe coloris. Sequitur. Differentia autem ſpecifica eſt vna ſpecie primò, quia ſibi primò repugnat diuidi in plura ſpecie.

Quomodo ſuperficies dicatur alba.

¶Et nota, quòd eſſe vnum ſpecie primò poteſt dupliciter intelligi vt quo, & vt quod, vt quo eſt differentia ſpecifica, quia eſt id, quo aliquid primò conſtituitur in eſſe ſpecifico, & in recta linea prædicamentali, & eſt id, quo repugnat ſpeciei, poſſe diuidi in plura ſpecie. Secundo modo albedo dicitur ſpecies primò, vt quod, quia primò ponitur ſub genere.

Eſſe vnum ſpecie poteſt dupliciter intelligi.

¶Debet ergo intelligi dictum Doct. quòd differentia ſpecifica eſt vna ſpecie primò vt quo, & patet littera ſequens.

¶Ibi. Vlterius declarando ſolutionem iſtam, quæ ſit iſta entitas, à qua ſit vnitas iſta perfecta. Hìc Doctor intendit declarare quid importet hoc, quod dico, hæcheitas, ſiuè differentia indiuidualis, & ad quod genus pertinet, & declarat per ſimile ad entitatem, à qua ſumitur differentia ſpecifica, nam differētia ſpecifica poteſt comparari ad illud, quod eſt infra ſe, & ſic, & ſibi, & ſpeciei conſtitutæ repugnat diuidi in plura ſpecie, vel ad illud, quod eſt ſupra ſe, vel ad illud, quod eſt iuxta ſe, loquendo. primo modo dicit Doctor, quòd entitati indiuiduali, puta hæcheitati repugnat primò diuidi in quaſcunque partes ſubiectiuas, & per illam eandem hæcheitatem, ſic ſimiliter repugnat indiuiduo conſtituto per ipſam. Sequitur, quòd illa vnitas naturæ ſpecificæ minor eſt iſta vnitate. ſ. numerali, & ſic iſtæ duæ vnitates differunt, & dicit, q̄ vnitas ſpecifica non excludit omnem diuiſionem ſecundum partes ſubiectiuas.

¶Nota, quòd actu vna natura etiam, vt præcedens ſingularitatem poſſit ſimul eſſe diuiſa in plures partes ſubiectiuas, ſed quia nulla natura vt prior hæcheitate determinat ſibi aliquam hæcheitatem, ſed eſt indifferens ad omnem, & vt ſic poteſt conſiderari ab intellectu, vt ſupra dixi, & ſic non excludit diuiſionem in partes ſubiectiuas. Sequitur. Sed tantum illam diuiſionem, quæ eſt partium eſſentialium, ideſt quòd differentia ſpecifica non eſt compoſita ex partibus eſſentialibus, ſicut ſpecies componitur, poteſt tamen habere partes ſubiectiuas, ſic intelligendo, quòd erit ratio formalis conſtituendi naturam diuiſibilem in plures partes ſubiectiuas, & ſic quod eſt ſic diuidi, primò competit differentiæ ſpecificæ. Sequitur. Iſta nunc excludit omnem, ideſt quòd differentia indiuidualis excludit omnem diuiſionem in partes ſubiectiuas, etiam excludit diuiſionem in partes eſſentiales. Sequitur. Et ex hoc confirmatur ſatis propoſitum, quia ex quo quæcunque vnitas minor vnitate iſta habet entitatem propriam, quam per ſe conſequitur, patet, quia vnitas ſpecifica prima, & per ſe eſt alicuius entitatis, puta differentiæ ſpecificæ, cui primò, & per ſe conuenit talis vnitas. Non videtur ergo probabile, quòd iſti vnitati perfectiſſimæ, quæ eſt vnitas numeralis primò, & per ſe non habeat aliquam entitatem propriam, cui primò, & per ſe conueniat talis vnitas: illa ergo entitas erit præciſè differentia indiuidualis.

Differentia indiuidualis excludit omnem diuiſionem.

¶Ibi. Comparando autem ad illud, quod eſt ſupra ſe. Hic Doctor dicit, quòd comparans differentiam ſpecificam ad genus, ab alia entitate accipitur differentia ſpeciei, & ab alia entitas generis, & exemplum eſt clarum, vbi genus, & differentia accipiuntur ab alia, & alia re, puta in homine, à ſenſitiua accipitur animal, ab intellectiua rationale, & ſicut ſenſitiua eſt realiter in potentia ad intellectiuam, quia homo prius viuit anima ſenſitiua, quàm intellectiua, ſic & ſenſitiuum eſt potentiale ad intellectiuum, & intellectiuum eſt ſimpliciter actuale: entitas ergo generis præciſè accipitur a potentiali, & entitas differentiæ ſpecificæ præciſè accipitur ab actuali, & ſic patet, quòd genus, & differentia dicunt alium, & alium conceptum, cum ſumuntur ab alia, & alia re, & aliquando accipiuntur ab alia, & alia realitate, & hoc diffusè expoſitum eſt in primo, diſtinct. 3. quæſtio. 3. & 8. quæſtione 2. nec oportet hìc multum morari.

Exemplum clarum.

Genus, & differentia dicunt aliū conceptum.

¶Sequitur ibi. Quo ad hoc iſta realitas indiuidui eſt ſimilis realitati ſpecificæ, quod eſt quaſi actus determinans illam realitatem ſpeciei, quaſi poſſibilem, & potentialem, ideſt quod ſicut entitas differentiæ ſpecificæ eſt actus entitatis generis contrahens, & determinans ipſam ad eſſe ſpecificam, ita entitas differentiæ indiuidualis eſt actus naturæ ſpecificæ contrahens eam, & determinans ad eſſe indiuiduale.

¶ Sequitur ibi, ſed quoad hoc diſſimilis, q͡a iſta nunquam ſumitur à fortiori addita, ſed præciſè ab vltima realitate formæ, ideſt quòd differentia ſpecifica ſumitur præciſè ab vltima forma, puta ab anima intellectiua, ſi ſumit̃ ab alia re, ſi verò non ſumit̃ ab alia re ab illa, à qua ſumitur ratio generis, ſaltem realitas ſumitur ab alia realitate, quæ tamen non erit ſimpliciter vltima, differentia verò indiuidualis præciſè ſumitur ab vltima realitate formæ, loquendo de differentia indiuiduali, quæ propriè cõſtituit indiuiduum per ſe in aliquo genere, quia & partes componentes aliquod indiuiduum eſſentialiter, puta hunc hominẽ, habent propriam ſingularitatem, quia hic homo conſtituitur ex hoc corpore, & ex hac anima.

Quomodo homo conſtituatur.

¶ Hic tamen aduerte, quòd pro anima intellectiua accipitur rationale, & ſicut anima intellectiua includit ens quiditatiuè, ita & rationale, & ſicut ab vltima realitate animę intellectiuę, qua differt ab anima ſenſitiua accipitur alia differentia, quæ propriè non erit ſpecifica, & ſimiliter ab vltima realitate animæ ſenſitiuæ, & ſicut duæ vltimæ realitates non includunt ens quiditatiuè, quia ſunt primò diuerſæ, ita nec differẽtiæ ſumptæ ab eis; & ab iſta vltima realitate nõ accipitur differentia indiuidualis, quia tunc per illas realitates anima ſenſitiua, & intellectiua præciſè differrẽt numeraliter, quod eſt falſum: differẽtia ergo indiuidualis dicitur ſumi ab vltima realitate formæ, qua mediãte vna forma, puta vna anima intellectiua præciſè numeraliter differt ab alia, & ſic iſtæ duæ realitates vltimæ, à quibus accipiuntur duæ differentiæ indiuiduales præciſè ſe ipſis differunt, & ſunt primò diuerſa, & per conſequens, & differentiæ ſumptæ ab eis.

Realitas ſpecifica quid conſtituat.

¶ Sequitur ibi, quoad aliud etiam eſt diſſimile, quia illa realitas ſpecifica conſtituit compoſitum, cuius eſt pars in eſſe quiditatiuo, q͡a ipſa eſt entitas q̃dam quiditatiua, iſta autẽ entitas indiuidui eſt primò diuerſa ab omni entitate quiditatiua, quod ꝓbatur, quia intelligendo quamcunque entitatẽ quiditatiuam, tamen quòd dico propter eſſentiam diuinam, quæ ex ſe, & ſua ratione formali eſt hæc, vt ſupra patuit in primo, diſt. 5. quæſt. 1. non habetur in quidditate intellecta, vnde ipſa ſit hæc, ideſt ꝙ data quacunque quiditate præciſè ex ſe videtur communis, & nullo modo ſingularis, & ſic ſequitur, quòd illa entitas, quæ de ſe eſt hæc, eſt ſimpliciter alia entitas ab entitate quiditatiua, & ſic non poteſt conſtituere aliquod totum, cuius ſit pars in eſſe quiditatiuo, ſed illa pars erit præciſè alterius rationis ab entitate quiditatiua.

¶ Ibi. Et quia apud philoſophum quiditas dicitur forma, vt in 6. metaph. c. de cauſa tex. com. 2. & in 7. metaph. tex. commen. 41. c. de partibus diffinitionis, ꝙ in quibuſcunque non eſt materia, idem eſt, quod quid eſt cũ eo cuius eſt, ſicut exponitur loquẽdo de materia, & forma, & materia apud eum vocatur quodlibet habens quiditatem contractam, vt ſupra patuit, & Boetius vult, quòd nulla forma ſit ſubiectũ accidentis in lib. de Trin. quia forma dr̃ in q d de quocunq; alio, & ſi humanitas ſit ſubiectũ, hoc nõ conuenit ei, inquantum eſt forma, humanitas quidem non eſt forma alterius partis compoſiti vt formæ, vel materiæ, ſed totius compoſiti habentis quiditatem contractam, ſiuè in quo eſt quiditas contracta, ideo omnis realitas ſpecifica cõſtituit in eſſe formali, quia in eſſe quiditatiuo, & realitas indiuidui cõſtituit præciſè in eſſe materiali, hoc eſt in eſſe contracto, & ex hoc ſequitur illa logica diſtinctio, quòd iſta entitas eſſentialiter eſt formalis, & illa materialis, q͡a iſta conſtituit in ratione ſubiicibilis vltimatè, ſcilicet, & illa in ratione prædicabilis præciſè, prædicatũ autem formale habet rationem formæ, & ſubiicibile rationem materiæ.

Primo de Trin. cap 3.

¶ Ibi. Comparando verò ad illud, quod eſt iuxta ſe, ſcilicet differentiam ſpecificam, puta comparando differentiam ſpecificam hominis ad differentiã ſpecificam aſini, licet quandoque poſſet eſſe nõ primò diuerſa ab alia, ſicut eſt illa entitas, quæ ſumit̃ à forma, puta ſicut anima intellectiua, à qua ſumitur rationale non eſt primò diuerſa ab anima ſenſitiua aſini, à qua ſumitur differentia ſpecifica aſini, & ſic tales differentiæ ſumptæ nõ ſunt primò diuerſæ, tamen vltima differentia ſpecifica eſt primò diuerſa ab alia, ideſt quòd ſicut vltima realitas animæ intellectiuæ, qua differt ab anima ſenſitiua aſini, eſt primò diuerſa ab illa entitate, ſiuè realitate vltima, qua etiam anima ſenſitiua aſini differt ab anima intellectiua, ita differẽtiæ ſumptæ ab illis realitatibus ſunt primò diuerſæ, & tales differentiæ habent cõceptũ ſimpliciter ſimplicem, quia non habent aliquid, in quo cõueniant quiditatiuè, & aliquid, in quo differant, vt ſupra expoſitum eſt in primo, diſtinct. 3. quæſt. 3.

Differentiæ habent conceptum ſimpliciter ſimplicem.

¶ Sequitur, & quoad hoc dico, quòd differentia indiuidualis aſſimilatur differẽtiæ ſpecificæ vltimò ſumptæ, quia ſicut vltima realitas differentiæ ſpecificæ eſt primò diuerſa à quocunque alio, quia cum nullo alio conuenit quiditatiuè, ita entitas differentiæ indiuidualis eſt primò diuerſa à quocunque.

¶ Ibi. Et per hoc apparet ad iſtam obiectionem, aut entitas indiuidualis Franciſci, & Ioannis ſunt eiuſdem rationis, vel alterius: non primò, quia eſſet proceſſus in infinitum, quia ſi eſſent eiuſdem rationis ab eis, poſſet abſtrahi conceptus dictus in quid, & ſic quærendum eſt per quod contrahitur, ille conceptus ad hanc entitatem, & illam, ſi de ſe contrahitur, pari ratione poterit eſſe ſtatus in natura lapidis, ſi per aliud, quæro prius de illis contrahentibus, aut ſunt eiuſdem rationis, vel alterius, & ſic videretur proceſſus in infinitum. Si ſecundò, tunc conſtituta erunt alterius rationis, quia quanta diſtinctio erit in conſtituentibus, tanta erit in conſtitutis, & ſic conſtituta per differentias indiuiduales, nullo modo erunt eiuſdem ſpeciei.

¶ Ibi. Reſpondeo. Hæc reſponſio clara eſt in littera, & diffusè patet à Doctore in primo, diſtinctione 7. & diſtinctione 13. vbi oſtendit conſtituta non tantum differre, ſicut conſtituentia, quia vltra id, quo differũt, includunt aliquid, in quo conueniunt.

¶ Ibi. Et ſi quæras, quæ eſt iſta entitas indiuidualis, à qua ſumitur differentia indiuidualis eſt ne materia, vel forma, vel compoſitum.

Quæ ſit entitas indiuidualis.

¶ Reſpondeo omnis entitas quiditatiua. Hic Doctor intendit oſtendere, quòd omnis entitas quiditatiua vt huiuſmodi ſiuè totalis, ſiuè partialis eſt ex ſe indifferens ad plura, & nulla de ſe eſt hæc, loquendo ſemper de entitate quiditatiua creata, quia entitas quiditatiua in diuinis de ſe eſt hæc, ſicut ergo entitas quiditatiua compoſitè non includit: ſuam entitatem qua eſt hæc, inquantum natura, quia inquantum natura eſt indifferens ad omnem quidditatem, ita nec materia inquantum natura includit ſuam entitatem, qua eſt hæc materia, nec forma, inquantum natura includit ſuam, quia materia, inquantum natura non eſt hæc, ſic nec forma inquantum forma.

Entitas in diuinis eſt de ſe hæc.

¶ Concludit ergo Doct. quòd iſta entitas indiuidualis non eſt materia, vel forma, vel compoſitum, inquantũ quodlibet iſtorum eſt natura, ſupplè quiditatiua, ſiuè pertinens ad naturam quiditatiuam,

ideſt

ſed eſt vltima realitas entis. ſ.quod eſt materia, vel quod eſt forma, vel quod eſt compoſitum, ita ꝙ quodlibet commune,& tamen determinabile, adhuc poteſt diſtingui, quantumcunque ſit vna res in plures realitates formaliter diſtinctas, patet de albedine, de qua minus videtur, cum ſit ſimplex, quę diuiditur in realitatem quiditatiuam,& realitatem nullo modo quiditatiuam, puta hæcheitatem, quia natura albedinis non eſt formaliter, & quiditatiuè realitas ſuæ hæcheitatis, nec econtra. Et addit, ꝙ iſtæ duæ entitates. ſ.naturæ,& hęcheitatis, non poſſunt eſſe res,& res, quia ſicut realitas, à qua accipitur genus,& realitas, à qua accipitur differentia, nō dicuntur propriè res,& res, ſed realitas,& realitas, & ſemper ſunt realitates eiuſdem rei formaliter diſtinctæ, ſic etiam realitas indiuidui,à qua accipitur differentia indiuidualis, non eſt propriè res, ſed quædam realitas addita naturæ, quæ formaliter ab entitate naturæ diſtinguitur.

NVNC reſpondendū eſt ad argumenta principalia. Primò Doct. arguit probando, ꝙ differentia indiuidualis non dicat aliquam entitatem poſitiuam additam naturæ, quia tunc ex tali natura,& tali entitate fieret vnum per ſe compoſitum, ſicut ex actu,& potentia, & tunc quæro de illo actu cōtrahente, aut eſſet materia, aut forma, aut compoſitum ex eis, ſi materia: ergo in compoſito eſſet alia materia à materia partis, ſi forma, ergo eſſet ibi alia forma à forma partis, ſi compoſitum ergo in eodē compoſito eſſent duo compoſita.

Compoſitū duplex,

¶Reſpondet Doct. ꝙ aliud eſt loqui de compoſito ex re,& re, & aliud eſt loqui de compoſito ex realitate actuali,& potentiali in eadem re. Primo modo eſt compoſitum ex materia,& forma. Secūdo modo ſingulare poteſt componi, puta ex natura contrahibili, & realitate hæcheitatis contrahente, quia illa realitas, à qua accipitur differentia ſpecifica potentialis eſt reſpectu realitatis, à qua accipitur differentia indiuidualis, non enim realitas ſpecifica ex ſe habet, vnde per identitatem includat realitatem indiuidualem, ſed tantum aliquod tertium includit ambo iſta per identitatem, ſicut etiam dicimus, ꝙ intellectus vt intellectus non habet ex ſe, vnde per identitatem includat voluntatē, nec econtra, ſed aliquod tertium, puta natura intellectiua includit vtrumque per identitatem realem, vt infra patebit diſt.16. ſic in propoſito, nec vltima differētia ſpecifica hominis, ſiuè natura ſpecifica, ſiuè compoſitum ex natura,& differentia ſpecifica habet, vnde per identitatem includat differētiam indiuidualem, ſed natura hominis, vt hic includit vtrumque per identitatem,& ſic dicuntur idem realiter reſpectu illius tertij. Et addit, ꝙ hæc eſt talis compoſitio, qualis non poteſt ſtare cum ſimplicitate diuina, & de hoc diffusè pertractatum eſt in primo, diſtin.5. q.2.& diſt.8.q.pen.

¶Secundò principaliter arguitur, quia tunc ſingulare ſic per ſe compoſitum eſſet per ſe intelligibile, quod videtur contra philoſophum tertio de anima, tex.commen.60.& 9.metaph.tex.comm.35 vbi dicit, quòd intellectio eſt vniuerſalis, & ſenſus particularis.

Quomodo ſingulare nō ſit per ſe intelligibile.

¶Reſpondet concludendo, quòd ſit per ſe intelligibile, licet fortè pro ſtatu iſto non ſit per ſe intelligibile. & de hoc ſatis dictum eſt in primo, diſtin.3.quæſt.3.

¶Tertiò, quia tunc de tali ſingulari poſſet eſſe demonſtratio, & ſcientia, quod eſt contra philoſophum ſeptimo metaph. cap. de partibus diffinitionis, tex.commen.35.

¶Reſpondet Doctor, quòd de ipſo propriè non eſt ſcientia, quia nec de ipſo primò,& per ſe eſt diffinitio, quæ ponitur medium in demonſtratione potiſſima, nec enim habet aliquam paſſionem propriam, ſed tantum paſſionem ſpeciei.

¶Vltimò, quia tunc poſſet diffiniri, ita ꝙ diffinitio conſtaret ex natura,& tali hæcheitate.

De ſingulari non eſt ſcientia.

¶Reſpondet Doctor, quòd loquendo de diffinitione exprimente quiditatem rei, ſiuè quod quid eſt, non poſſet diffiniri, quia hæcheitas non pertinet ad quiditatem, vt ſupra patuit.

QVIDAM nouus expoſitor. in libro de ente, & eſſentia ſancti Thomæ, nititur improbare poſitionem Sco. de hæcheitate, & probat, quòd nō dicat actum poſitiuum additum naturæ, & arguit ſic.

¶Primò, omnis actus ſingularis præexigit potentiam ſingularem quā actuat, ſed hæcheitas eſt actus ſingularis: ergo præexigit potentiam ſingularem quam actuat, ſed illa potentia eſt natura, ſeu in natura ipſius indiuidui: ergo natura indiuiduum eſt ſingularis ante aduētum hæcheitatis, & ſic hęcheitas non eſt principium indiuiduationis, propoſitiones aſſumptæ omnes ſunt Scoti in hac materia, maior probatur tamen ex doctrina Ariſtot. ſecundo phyſicorum, tex.commen.38. vbi Doctor, & comparationes cauſarum, vnde ſicut forma particularis præexigit materiam particularem, ſic actus potentiam. Si dicatur, quòd hoc eſt verum, vbi actus, & potentia diſtinguntur realiter, eo quòd tunc potentia realiter recipit actum, hoc non obſtat, eo quòd ſecundum Scotum, quando aliqua duo adunantur realiter, eundem ordinem ex natura rei retinent quem haberent, ſi eſſent diſtincta realiter, cum ergo actus ſingularis, ſi diſtinctus eſſet realiter, ex natura ſua præexigeret potentiam ſingularem, oportet, quòd & nunc hoc idem exigat, cum ordo idem ſeruetur.

Caietanus improbat opinionem Scoti hæcheitatem non dicere actū poſitiuum.

¶Secundò, ſic illa, quæ ſunt principia indiuiduationis, ſunt ſeipſis primò diuerſa, hæcheitas Sortis, & Platonis nō ſunt huiuſmodi: ergp maior eſt Scoti, minor probatur, id, quod conuenit magis cum vno, quàm cum alio, non eſt primò diuerſum ab eo, cum quo magis conuenit, ſed hæcheitas Platonis magis conuenit cum hæcheitate Sortis, quàm cum hæcheitate albedinis: ergo hęcheitas Platonis, & Sortis non ſunt primò diuerſa, maior ſyllogiſmi patet ex terminis: primò enim diuerſa non conueniunt cum illo, minor probatur dupliciter.

¶Primò, quia hæcheitas Sortis, & Platonis conueniunt in ſpecie, hęcheitas Sortis,& albedinis differunt genere.

Secundò arguit.

¶Secundò, quia illa magis conueniunt, quæ magis aſſimilantur, magis autem aſſimilantur, quæ ſunt magis comparabilia; hæcheitas autem Sortis, & Platonis ſunt magis comparabiles, quàm hæcheitas Sortis, & albedinis, ſicut vniuerſaliter res eiuſdem prædicamenti ſunt magis comparabiles, quàm res diuerſorum prædicamentorum.

Tertiò arguit.

¶Tertiò ſic, quod conuenit vni, & repugnat alteri indiuiduo eiuſdem ſpeciei præexigit neceſſariò ipſorum diſtinctionem, proprietas indiuidualis, puta Sorteitas conuenit Sorti, & repugnat Platoni eiuſdem ſpeciei indiuiduo, ergo proprietas indiuidualis præexigit diſtinctionem Sortis à Platone, & ſic proprietas indiuidualis non eſt id quo, primò Sortis diſtinguitur à Platone, concluſio eſt falſa ſecundum Scotum, proceſſus eſt bonus, ergo altera præmiſſarum eſt falſa, vtraque autem eſt ſua; ergo omnino falſus conuincitur, & maior idem habetur à Sco. in quolib. quæſtio.2. minor autem eſt ſua concluſio, quam nunc impugnamus.

¶ Quartò oſtendo hanc poſitionem contradicere peripatheticis Ariſtot.& Commentator.duodecimo enim metaph. tex. commen. 49. fit hæc conſequentia primum cœlum, ideſt primum principium eſt vnum ſpecie, & plura numero: ergo habet materiam, quæ conſequentia nulla eſſet, ſi proprietas indiuidualis poneretur diſtinguere indiuidua eiuſdem ſpeciei. Gloſam autem Sco. intelligentis per materiam indiuidualem proprietatem deſtructiuam eſſe, textus apparet ex Comment. ibi dicente omne, quod eſt vnum in ſpecie, & plura in numero habet materiam, ſed iam declaratum eſt, quòd primum cœlum non habet materiam. Ex quibus verbis apparet, quòd de illa materia loquitur, quam declarauit non eſſe in primo principio. Apparet autem in tex.commen.30. expreſſè declaraſſe motorem cœli non habere materiam ad vbi, & ad eſſe.& nullam feciſſe mentionem de proprietate indiuiduali. Apparet tertiò fictio illius gloſæ ex tertio metaphyſicorum.tex.commen.11. vbi dicitur, quòd omnis multitudo, aut ex rerum differẽtium ſecundum formam, aut ſecundum quantitatem, quod idem habes in Comment. in primo phyſicorum, commen.9. Nec admittenda eſt glo. Antonij Trombettæ, quòd inter concomitatur: eodem enim modo,& vniformiter debet teneri ly ſecundum in primo membro, & in ſecundo: in primo autem notat cauſalitatem: ergo & in reliquo deprehendi quoque poteſt eſſe puram fictionem nouam, hac hæcheitatibus inuentione ex primo cœli. tex.commen,2.& 93. vbi vnitatem,& pluralitatem indiuiduorum in eadem ſpecie in rebus materialibus, non niſi ex materia aſſignant Ariſt.& Comm. hæc de tertio.

Caietanus contra dominum Trombettam.

Reſponſio ad omnes obiectiones Caietani.

RESPONDEO ad obiectiones iſtius noui expoſitoris, cum primò dicit, quòd omnis actus ſingularis præexigit potentiam ſingularem.

¶ Dico, quòd hæc propoſitio non eſt ſimpliciter vera, non enim formaliter ſequitur, quòd quanta vnitas eſt in actu, tanta ſit in potentia, quæ actuatur per illum actum, patet, quia differentia ſpecifica dicit præcisè vnitatem ſpecificam,& tamẽ eſt actus entitatis generis, quàm contrahit ad eſſe ſpecificũ, vt patet de rationali, & animali, & tamen animal actuatum per differentiam dicit ſimpliciter minorem vnitatem, ſic dico in propoſito de natura ſpecifica, & ſua hæcheitate.

¶ Dico ſecundò, quòd aliud eſt loqui de actu ſingulari per ſe, quod habet rationem quod, & aliud eſt loqui de actu ſingulari, & per ſe, & primò qui propriè habet rationem quo. Primo modo concedo, quòd omnis actus ſingularis præſupponit potentiam ſingularem, quam actuat, ſed ſecundo modo ſimpliciter negatur, & intelligo ſic actum, primo modo qui conſtituitur in eſſe ſingulari, ſiuè qui conſtat ex natura contracta, & ratione indiuiduali contrahente, ſiuè qui propriè recipit per ſe prædicationem ſpeciei ſpecialiſſimæ, vt indiuidua poſita in recta linea prædicamentali, vel ſaltem qui eſt vera pars, vel quaſi pars indiuidui ſpeciei ſpecialiſſimæ, ſicut hoc corpus organicum,& hæc anima intellectiua ſunt duæ partes, puta Franciſci: omnis enim talis actus ſingularis præſuppouit potentiam ſingularem, quam actuat,& ſic hæc albedo tantum actuat ſubiectũ verè ſingulare, & ſimiliter hæc anima intellectiua tantum actuat hoc corpus organicum, talis enim actus habet rationem quod, quia ſimpliciter conſtitutum ex natura, & hæcheitate. Et intelligo ſecundo modo actum ſingularem primo & per ſe vt quo, qui eſt præcisè ratio formalis conſtituendi naturam in eſſe ſingulari. Et eſt ſimpliciter hoc, quo aliquid eſt ſingulare, talis enim actus, qui eſt præcisè ratio ſingularitatis, non dicitur propriè ſingularis, ſed ratio ſingularitatis, & talis non præſupponit naturam ſingularem, quam actuat, quia tunc eſſet proceſſus in infinitum in huiuſmodi actibus, & patet exemplum de natura ſpecifica vt quod, & de natura ſpecifica vt quo. Nam ſi natura ſpecifica vt quo, quæ eſt præciſa ratio formalis conſtituendi aliquid in eſſe ſpecifico, præſupponeret naturam ſpecificã, vt quod eſſet proceſſus in infinitum, quia quærerem de illa natura ſpecifica per quid vltimatè conſtituitur in eſſe ſpecifico, oportebit dicere, quòd per vltimatam differentiam ſpecificam vt quo, & tunc quærerem de illa, aut præſupponit naturam ſpecificam vt quod, quam actuat. Et ſic proceſſus in infinitum, aut naturam non ſpecificam, dandum eſt ſimpliciter ſecundum. Sic dico in propoſito. Et ſic patet quomodo illa propoſitio, videlicet omnis actus ſingularis, &c. Si enim eſſet ſimpliciter vera, quòd tanta vnitas requiritur in potentia actuabili, quanta in actu, multa inconuenientia ſequerentur.

Exemplum.

¶ Primò, quòd tanta eſſet vnitas in ente contrahibili per gradum intrinſecũ, quanta in ipſo gradu.

¶ Secundò ſequeretur, quòd tanta eſſet vnitas in genere generaliſſimo, quanta eſſet in differentia actuante, & contrahente ipſum.

¶ Tertiò ſequeretur, quòd tanta vnitas eſſet præcisè in animali actuabili, & contrahibili per rationale, quanta eſſet in rationali.

¶ Quartò ſequeretur, quòd tanta eſſet vnitas in albedine informante ſuppoſitum, quanta in ipſo ſuppoſito, & ſic ſicut ſuppoſitum eſt incommunicabile vt quo, & vt quod, ita & albedo informans ipſum eſſet ſimpliciter incommunicabilis vt quo, & vt quod,& multa alia incõuenientia adduci poſſent, quæ breuitatis cauſa omitto. Et cum dicit, quòd illa propoſitio eſt Scoti. Dico, quòd Doct. intelligit de actu ſingulari, vt quod, non autem de ipſa ratione ſingularitatis. Dico ſecundò, quòd intelligit de actu, qui eſt vera pars compoſiti, ſiuè eſſentialis, ſi eſt compoſitum ex partibus eſſentialibus, ſiuè accidentalibus, ſi eſt compoſitũ ex ſubiecto, & accidente reali; omnis enim talis pars ſingularis tantum informat, & actuat potentiam ſubiectiuam ſingularem, ſed non intelligit de parte, vel quaſi parte, quæ nec eſt eſſentialis compoſiti, nec verè accidentalis, ſed præcisè pars conſtitutiua alicuius in eſſe ſingulari, quæ præcisè eſt ratio ſingularitatis. Et ſic non oportet gloſare propoſitionem illam, dicendo, quòd intelligitur de actu,& potentia, quæ realiter diſtinguntur, quia ſi ratio ſingularitatis realiter diſtingueretũ à natura, præcisè actuaret naturam non ſingularem, non enim ideo actuat naturam communem, quia identificatur realiter tali naturæ, ſed ideo actuat talem naturam, quia eſt talis entitas, cui repugnat poſſe actuare, niſi naturam priorem omni ſingularitate. Et ſic concedo, quòd ſi vt realiter diſtinctus præſupponeret naturam ſingularem, quòd etiam vt idem realiter illi quaſi præſupponeret quaſi ſingularem per propoſitionem Doct. qualis eſt ordo inter aliqua, vbi realiter diſtinguntur, talis eſt, vbi ſola ratione diſtinguntur, Et cum probat illam propoſitionem per philoſophum ſecundo phyſicorum. tex. commen. 38. quòd ſicut forma particularis præexigit materiam particularem, ſic actus potentiam, vera eſt auctoritas de actu ſingulari per ſe, & nõ de actu ſingulari per ſe primo. Eſt etiam vera de actu ſingulari, qui eſt vera pars, vel eſſentialis, vel accidentalis, accipiendo accidens pro contento in genere accidentali, non accipiendo accidens pro omni eo, quod eſt extra rationem formalem alicuius, quia

Ad propoſitionem Scoti.

Quomodo ſit intelligẽda auctoritas Ariſt.

vt ſic

vt ſic differentia indiuidualis dicitur accidens naturæ, quàm contrahit, & differentia ſpecificà dicitur accidens reſpectu generis, quod contrahit. Et quòd philoſophus non intelligat de actu ſingulari vt quo, qui eſt præcisè ratio ſingularitatis, ſed tantum de ſingulari vt quod, ſiuè de vera parte eſſentiali, vel accidentali, patet per textum allegatum, vbi dicit, amplius autem alia quidem genera ſunt generum, aliæ autem ſingulares ſunt ſingularium, vt ſtatuæ ſtatuam quidem faciens. Hæ autem & huius, & potētias quidem poſſibilium operantes autem ad operata, hæc ille. Ex quo textu apparet, quòd nullo modo loquitur ibi de ratione ſingularitatis, immò ex illo textu tantum habetur, quòd cauſa extrinſeca ſingularis eſt tantum reſpectu ſingularis, immò nullo modo loquitur ibi de cauſa intrinſeca actuante, & informante, vt expreſſius patet in illo textu ſecundum aliam translationem, vbi ſic habetur, genera ſunt cauſæ generum, & particularia particularium, verbi gratia, quoniã artifex eſt cauſa ſtatuæ, & iſte artifex eſt cauſa huius artificiati, & potentiæ ſunt cauſæ potentiarum, & quæ agũt, ſunt in reſpectu actorum, & ibi Commentator, aliæ ſunt cauſæ vniuerſales, aliæ particulares, quemadmodum cauſatorum, alia vniuerſalia, alia particularia, & quod oppinandum eſt, ꝙ particulare eſt cauſa particularis, & vniuerſale cauſa vniuerſalis, & dixit hoc, præſeruando ſe à platonica opinione, ſcilicet quòd vniuerſalia ſunt cauſæ particularium, verbi gratia, quoniam artifex ſimplex eſt cauſa ſtatuæ ſimpliciter, & iſte artifex demonſtratus, eſt cauſa iſtius ſtatuæ demonſtratæ, deinde induxit aliam diſpoſitionem de cauſis, & dixit. Et potentiæ ſunt cauſæ potentiarum, ideſt &, cauſæ, quæ ſunt in potentia, ſunt cauſæ eorum, quę ſunt in potentia, & quæ ſunt in actu ſunt cauſæ eorum quæ ſunt in actu, & hoc intendebat cum dixit. Et quæ agunt in actu actorum, ideſt cauſę, quæ ſunt in actu dicūtur reſpectu actorum quæ ſunt in actu; hæc ille, & ſic, patet quomodo malè adduxit auctoritatem philoſophi.

Caietanus, nec Doctorē, nec eius verba intelligit. Quæ ſint primo diuerſa.

¶ Ad ſecũdam rationem, dico breuiter, quòd nō intelligit mentem Doct. nec verba, cũ enim Doct. dicit, quòd differentiæ indiuiduales ſunt primò diuerſæ, ſic intelligit, vt etiam ipſe exponit in primo, diſt. 3 quæſt. prima. de primò diuerſis, quòd illa dicuntur ſimpliciter primò diuerſa, quæ non conueniunt in aliquo quiditatiuè, quòd dupliciter intelligi poteſt, vel quòd non conueniant in aliqua realitate quiditatiua, & communi, vel quòd non conueniant in aliquo conceptu quiditatiuo, quæ diſtinctio patet à Doct. in primo, diſt. 8. quęſt. 2. diſtin. 25. & 26. & vide quæ expoſui in ſecundo, diſt. 3. vbi habetur, ꝙ differentię indiuiduales nullo modo pertinent ad eſſe quiditatiuum. Et ſic ſequitur, ꝙ nō conueniunt aliquo modo, nec in realitate quiditatiua, nec in conceptu quiditatiuo, & vt ſic dicuntur ſimpliciter primò diuerſa, & cum arguit id, quod magis conuenit cum vno, quam cum alio nō eſt primò diuerſum ab eo, cum quo magis cōuenit cōceditur, ſi magis conuenit quiditatiuè, puta in aliqua realitate quiditatiua, vel in aliquo conceptu quiditatiuo, & ſic negatur illa minor, videlicet, quòd hæcheitas Platonis, magis conueniat cum hæcheitate Sortis, quàm cum hæcheitate albedinis, cum nullo modo conueniant in aliquo quiditatiuè. Et cum probatur, ꝙ hæcheitas Sortis, & Platonis, conueniunt in ſpecie, hæcheitas autem Sortis, & albedinis differunt genere. Dico, quòd conuenire in ſpecie poteſt dupliciter intelligi vno modo per ſe, & quiditatiuè, alio modo concomitanter, & per idētitatem realē, quam habet cum aliquo, quod per ſe, & quiditatiuè continetur in aliqua ſpecie, primo modo negatur, ſecundo verò modo conceditur, ſed poſtea nihil ad b. poteſt etiam diſtingui, ꝙ aliqua eſſe eiuſdē ſpeciei poteſt dupliciter intelligi, vel per ſe quiditatiuè, & ſic hæcheitas Sortis, & Platonis, non ſunt per ſe in aliqua ſpecie, nec pertinēt ad eſſe quiditatiuũ alicuius, ſed tantum ſunt ibi reductiuè. Cum ſecundò probatur, illa magis conueniunt, quæ magis ſimilantur, & magis aliqua ſimilantur, quæ ſunt magis comparabilia. Dico, quòd aliqua magis ſimilari dupliciter poteſt intelligi, ſcilicet quiditatiuè, & concomitanter, ſiuè reductiuè, primo modo negatur hæcheitatē Sortis, & Platonis magis aſſimilari, cũ nullā quiditatem dicãt. Secundo modo conceditur, ſed tunc nihil eſt ad propoſitum. Et cum dicit, quòd ſunt magis comparabilia, negatur, quòd per ſe, & quiditatiuè ſint magis comparabilia, licet fortè cōcomitanter, & reductiuè, ſed tūc nihil ad propoſitum. Poſſet etiam dici vnica reſponſione, ꝙ omnes hæcheitates ſunt præcisè eiuſdem rationis, ſic intelligendo, quòd vna nō magis differt ab alia, nec vna magis conuenit cum alia. Et ſi vna magis cōuenit cum alia, hoc non eſt ex ſua ratione formali, ſed quia concomitatur aliquam naturam, vel ſibi identificatur realiter, vel ſaltem reducitur ad illam, & alia ad ſimilem naturam comparatur, vt patet de hæcheitate Sortis, & Platonis, & hoc modo magis conueniunt, ſed tunc nihil ad b.

Aliqua magis aſſimilari poteſt intelligi dupliciter.

¶ Ad tertium principale concedo illam propoſitionem, videlicet, quod cōuenit vni, & repugnat alteri indiuiduo eiuſdē ſpeciei præexigit neceſſariò eorum diſtinctionem, ſed negatur, quòd hæcheitas Sortis conueniat Sorti, & repugnet Platoni, non enim hæcheitas Sortis conuenit Sorti poſt ſuum eſſe completum, ſed conuenit naturæ, quam contrahit, & concedo, quòd natura contracta per hæcheitatem Sortis, & natura contracta per hæcheitatem Platonis differant ad inuicem realiter, non tamen realiter numeraliter, nec realiter ſpecificè, vt ſupra expoſitum eſt in præſenti quæſtione, & prolixius in quæſtione prima huius diſtinctionis, & ſic patet quomodo non percipit, nec ſenſum, nec verba Doct.

¶ Ad quartum, ꝙ procedit per auctoritatem philoſophi, & Commen. patet reſponſio ex ſupradictis, reſpondendo ad rationes Thomæ, quomodo illæ auctoritates intelligantur, nec oportet hìc nullum immorari.

VLTIMO loco reſpondendum eſt ad argumenta facta pro opin. Gottofredi, & Egidij. Cum primò arguit probando, ꝙ natura ſit de ſe hæc, & non per aliquid poſitiuum ſibi adueniens, quia ſpecies ſpecialiſſima de ſe eſt athoma, ergo ſimpliciter indiuiſibilis. Et confirmatur per illud Porphyrij diuidēntibus nobis à generaliſſimis ad ſpecialiſſima, iubet Plato quieſcere.

Reſpōſio ad argumenta Gottofredi, & Egidij.

¶ Reſpondet Doc. ꝙ ſpecies ſpecialiſſima dicitur athoma, hoc eſt indiuiſibilis in plures ſpecies, eſt tamen diuiſibilis in plura numero, & hoc modo nō dicitur ſimpliciter athoma, hoc eſt ſingularis. Ad illud Porphyr. Dicit Doct. ꝙ diuiſio Ariſt. ſtatũ habet ad ſpeciem ſpecialiſſimam, quia vlterius procedere eſt in infinita, quæ ſunt relinquenda ab arte ſecundum ipſum, non ꝙ de eis non poſſit demonſtrari aliqua paſſio per ſe, & in ſubſumendo, licet nō primo, nec etiam dicuntur relinqui ab arte, quaſi vnumquodque ſingulare non ſit per ſe intelligibile, ſed ideo relinquenda ſunt ab arte, quia numeraliter infinita ex parte eorum, tale autem infinitum non eſt actu cognoſcibile ab intellectu creato, nec etiam ab intellectu diuino, & hoc ſecundum modũ talis infinitatis, vt ſupra expoſui in primo.

Quomodo ſpecies ſit indiuiſibilis in plures ſpecies, & quomodo diuiſibilis. Quomodo intelligitur illa propoſitio Platonis. Infinita ſunt ab arte relinquēda.

Conuenire in ſpecie poteſt intelligi dupliciter.

¶ Sequitur,

¶Sequitur, non enim eſt ex parte indiuiduorum, vnde ſit eorum numerus certus, ſed poſſunt eſſe infinita non repugnante ratione eorum, vt patet per illam propoſitionem Doct. in primo, diſt. 2. parte 1. quæſt. 3. & parte 2. quæſt. 4. & in quolibe. q. 2. ſpecies inquit, plurificabilis in indiuiduis nõ determinatur ex ſe ad certum numerum indiuiduorũ. Sed quantum eſt ex ſe compatitur infinitatẽ indiuiduorũ, ſicut patet in ſpeciebus corruptibilibus, hæc ille.

¶Sequitur, & ſi accipiatur diuiſio ſtrictè, prout eſt in illo, quod requirit determinatas partes in multitudine, & magnitudine, hoc modo ſpecies non diuiditur in indiuidua. genus autem requirit determinatam multitudinem ſpecierũ, quia ſecundũ Boetium, genus primò eſt diuiſibile in duo, genus enim primò diuiditur in duas partes, puta in duas ſpecies, nam animal primò diuiditur per rationale cõſtituẽs vnã ſpeciẽ ſpecialiſſimã, & per irrationale cõſtituẽs vnã ſpeciem ſubalternã, q̃ dicatur a. deinde ipſum a. diuiditur per b. conſtituens ſpeciem ſpecialiſſimã, & per c. conſtituens aliam ſpeciem ſubalternam, & ſic patet quomodo diuiditur primò genus in duas ſpecies, de huiuſmodi diuiſione generis in ſpecies, vide Frãciſcum in ſuis paſſibus, & hoc eſt, quòd dicit Doct. ꝙ requirit determinatas partes in multitudine, quia ex ratione ſua primò diuiditur in duas ſpecies, ſcilicet ſpecialiſſimam & ſubalternam, licet vlterior diuiſio poſſit fieri ſub ſubalterna. ſecundò requirit determinatas partes in multitudine, quia primò tãtum duas ſpecies, & in magnitudine, quia illæ duæ ſpecies ſunt præciſè tantæ perfectionis. gradus enim ſpecificus non intenditur, neque remittitur. ſpecies verò contrario modo ſe habet, q̃a non requirit determinatas partes in multitudine, ex parte enim ſua primò poteſt eſſe in infinitis indiuiduis ſecundum multitudinem, & etiam ſecundum magnitudinem perfectionalem.

Cap de genere.

¶Sequitur, quãtum autem, requirit determinatam magnitudinem, & iſta præſupponit determinatam multitudinem, quia ſunt in toto duæ medietates, quantum enim, ſiuè magnitudo, & ſi ſit diuiſibile in infinitas partes, primò tamen diuiditur in duas medietates præciſè, ſic & genus, primò in duas ſpecies.

¶Sequitur, & ſi ſtrictè accipiatur diuiſio, prout eſt in partes proportionem habentes ad totum (puta ſcilicet totum diuiditur in partes proportionales, quod fit primò diuidendo in duas medietates) quæ vel conſtituunt, vel ſub eodem continentur in determinata multitudine vel magnitudine, puta ſub animali in determinata multitudine, vel magnitudine, ita quòd ſub animali eſt determinata multitudo ſpecierũ, & determinata magnitudo perfectionalis, ſemper habent talẽ proportionem, quòd diuiſio generis, primò, & immediatè fit in aliquas duas ſpecies, quarum vna ſit ſpecialiſſima, & altera ſubalterna, vel ambæ ponuntur ſubalternæ.

¶Sequitur, ſpecies per ſe non diuiditur, ideſt ꝙ hoc modo ſpecies non diuiditur in indiuidua, videlicet, quòd primò diuidatur ſecundum determinatam multitudinem, & magnitudinẽ, vt dixi ſupra, ſequitur, & per hoc poteſt exponi, tam Plato, quàm Prophyr. videlicet, ꝙ à generaliſſimis ad ſpecialiſſima &c. loquendo ſcilicet de diuiſione, quæ requirit determinatas partes in multitudine, & magnitudine.

Pulchra expoſitio.

¶Sequitur, ſi autem accipiatur diuiſio communiter, prout eſt in quæcunque participantia naturam diuiſi, ſiuè habeant talem proportionem ad totum in integrando, ſiuè in ſubiiciendo, ſiuè non, ſpecies per ſe diuiditur in indiuidua, quia quodlibet indiuiduum participat naturam ſpeciei diuiſam in illis.

¶Sequitur, & reducitur iſta diuiſio ad genus apud Boetiũ, quia illæ conditiones, & proprietates, quas aſſignat in diuiſione generis, conueniunt huic diuiſioni, quæ eſt ſpeciei in indiuidua, quod ſic debet intelligi, ꝙ ſicut genus diuiditur, & deſcendit ad plures ſpecies per aliam, & aliam differentiam, ita ſpecies deſcendit ad indiuidua per aliam, & aliam hæcheitatem, & ſicut differentia eſt diuiſiua generis, & cõſtitutiua ſpeciei, ſic hæcheitas eſt diuiſiua ſpeciei, & conſtitutiua indiuidui, non tamen eſt omnimoda ſimilitudo, quia genus deſcendit immediatè tm̃ ad duas ſpecies, ſpecies verò poteſt deſcendere immediatè ad omnia indiuidua contenta ſub ea.

¶Item arguitur pro opinione, ſi aliqua realitas eſſet in indiuiduo præter ſolam naturam ſpeciei, tunc ſpecies non diceret totum eſſe indiuiduorum, quod eſt contra Porphyrium.

¶Reſpondet Doct. quòd ſpecies dicit totum eſſe quiditatiuum indiuidui. Et ſic eſſe accipitur ibi p̃ciſè pro eſſe quiditatiuo, & eſſentiali, ſicut Porphyrius loquitur in cap. de differentia. vbi vult, ꝙ differentia per ſe non recipit magis, neque minus. Et probat ibi. Eſſe enim vnicuique vnum, & idem eſt, nec remiſſionem ſuſcipiens, nec intenſionem, accipit enim ibi eſſe pro quiditate, ſicut philoſophus accipit 8. metaph. c. 3, tex. comm. 8. vbi vult, ꝙ anima, & animę eſſe ſunt idem, homo verò, & hominis eſſe nõ idem. i. ꝙ anima, & eſſe ipſius ſupplé quiditas eſt ſimpliciter idem, homo verò, & eſſe hominis, non eſt ſimpliciter idem cum homine, vide expoſitionẽ in textu. Et quia iſta entitas, quam addit ſingulare ſuper ſpeciem, non eſt entitas quiditatiua, patet, quòd tota entitas quiditatiua, quę eſt in indiuiduo, eſt entitas ſpeciei, & ita ſpecies dicit totum eſſe indiuiduorum, non ſic autem genus dicit totum eſſe ſpeciei, quia ſpecies ſuperaddit entitatem quiditatiuam, videlicet differentiam ſpecificam.

Quomodo ſpecies dicat totum eſſe quiditatiuum.

¶Vltimo loco arguit pro opinione quantum ad illud aliud, videlicet, ꝙ diuiſio ſpeciei in indiuidua, ſiuè diſtinctio fit per quantitatem. Et arguitur ſic, licet quantitas non ſit formalis ratio diuiſionis alicuius in partes ſubiectiuas, tamen quando totum quantitatiuum diuiditur in partes quantitatiuas, natura diuiditur per ſe in illa, quæ ſunt eiuſdem rationis. Hoc autem conuenit ei per quantitatẽ, idem autem eſt principium diuiſionis in aliqua, & principiũ diſtinctionis eorũ diuidentium: ergo ſicut ipſa quantitas eſt principium diuiſionis, ita eſt principiũ diſtinctionis illorum diuidẽtium: ſed illæ ſunt partes ſubiectiuæ naturæ communis: ergo quantitas eſt principium diſtinctionis talium partium.

¶Reſpõdet Doct. negãdo hanc propoſitionem. ſ. ꝙ idem ſit principiũ diuiſibilitatis, & diſtinctionis diuidentiũ: conceptus enim quiditatiuus ſm̃ ſe cõmunis ſpeciebus, eſt ratio diuiſibilitatis eius in ſpecies, quia eſt ſic diuiſibilis, & tñ non eſt ratio diſtinguendi ſpecies abinuicem, cum vna ſpecies præciſè diſtinguatur ab alia per differentiã; in quantitatiua autem diuiſionẽ, tota quantitas vt cõfuſè continens omnes partes, eſt ratio diuiſibilitatis in toto quãto, nõ ſic autem eſt ratio diſtinctionis partium ad inuicẽ, ſed hæc quantitas inquantũ diſtincta in actu, nõ eſt illa in actu, quæ eſt in toto. Quod etiam deducitur vltra, ꝙ diuiſo toto quanto homogeneo hr̃ per quantitatem diuiſio ſit ita, tñ iſta diuiſio nõ eſt prima diuiſio indiuiduorum, ſed hæc ſubſtãtia & illa, habẽt diuiſionem abinuicem, & diſtinctionem, inquantũ hæc, & hæc eſt prior naturaliter diſtinctione. inquantum erant partes diſtincti quanti per accidens; accidebat enim eis eſſe partes, tñ facta diuiſione ſm̃ partes quantitatiuas, per accidẽns fit diuiſio ſm̃ partes ſubiectiuas, & ſic finis huius quæſt.

OCCVR-

Difficultates.

OCCVRRVNT aliquæ difficultates. Prima circa hoc, ꝙ dicit, ꝙ differentia indiuidualis eſt idē realiter naturæ contractæ per ipſam, quia quæro, vnde ſit talis realis identitas, aut eſt à natura in eo, ꝙ recipit ipſam, aut in eo, ꝙ ipſam neceſſariò cauſat, aut oportet aſſignare aliquam aliam cauſam huius idētitatis, puta ratione infinitatis, ſicut dicimus de deitate, non primò, quia vt ſic ſe habet tantum in potentia paſſiua, quę eſt potentia cōtradictionis, vt patet à Doct. in pluribus locis: nulla enim potentia paſſiua, vt ſic poteſt ſibi realiter identificare id, quod recipit, non ſecundò, quia ſi natura contrahibilis, etiam, vt eſt in eſſe reali, eſt cauſa neceſſaria talis differentiæ, qua actuatur, & indiuiduatur, ſequitur, ꝙ ita erit cauſa vnius, ſicut alterius, patet, quia ipſa natura, vt prior natura hæcheitate eſt indifferēs ad omnem hæcheitatem, vt patet à Doct. præſenti diſt. q. 1. & ita eſt contrahibilis ab vna, ſicut ab alia, vel ergo erit cauſa ſimul omniū neceſſariò, vel nullius, quia non videtur poſſe aſſignari ratio, quare magis vnius, quàm alterius, cū ſit æquè indifferens. Secundò mirum videtur, quòd natura, quæ ex natura rei eſt communis pluribus, poſſit cauſare quaſi effectum ſimpliciter ſingularem. Non tertiò, quia natura contrahibilis nullo modo eſt infinita, & illimitata, vt patet.

¶Si dicatur, ꝙ compoſitum ex natura, & hęcheitate identificat ſibi illam realiter. Contra, tum quia compoſitum illud eſt poſterius, nullum autem poſterius habetur, vnde poſſit ſibi realiter identificare prius, vt patet, quia identificans ſibi aliquid realiter, cōtinet illud per realem identitatem, vt patet à Doct. infra diſt. 16. modò poſterius non continet prius, quia hoc eſt contra rationem poſterioris. Tū etiam quia compoſitum vt compoſitum non identificat ſibi partem componentem, vt patet. Tū quia identificans ſibi realiter aliquid ex hoc identificat, quia neceſſariò cauſat illud in ſeipſo, vel ſaltē quaſi cauſat, compoſitum autem non habet rationem cauſæ reſpectu partium componentium, cum illæ ſint priores compoſito.

¶Reſponſionem quære ex dictis ſupra præſenti diſtinct. quæſt. 2.

Quæſtio Septima.

Vtrum ſit poſſibile plures Angelos eſſe in eadem ſpecie.

Seraphicus Bonauent. 2. ſent. diſt. 9. q. 1 artic. 1.
Scotus 2. ſenten. diſt. 3. quæſt. 7.
D. Thomas prima parte Summæ. q. 50. artic. 4.
Riccardus 2. ſent. diſt. 3. q. 1.
Franciſcus de Mayronis 2. ſent. diſt. 3. q. 3.
Durandus 2. ſent. diſt. 3. q. 3.

An plures Angeli ſint in eadem ſpecie.

SEPTIMO quærit Doct. Vtrum ſit poſſibile plures angelos eſſe in eadem ſpecie.

¶Ibi. Qui dicunt ad quæſtiones præcedentes de indiuiduatione principiū indiuiduationis eſſe quantitatem, vt Egid. quolib. 4. q. 7. & Gott. quolib. 6. q. 16. & quolib. 7. q. 6. vel materiam, vt dicit Tho. 2. lib. ſcrip. diſt. 3. q. 4. & in prima parte ſummæ. q. 7. ar. 1. conſequenter habent dicere ad iſtam quæſtionem negatiuè, ſ. ꝙ nō poſſunt eſſe plures angeli in eadem ſpecie, quia in eis nō eſt quantitas, neque materia, habent ēt dicere, ꝙ nō tm̄ hoc eſt impoſſibile ex proprietate intrinſeca, ſed ēt ex proprietate extrinſeca, quia ſimpliciter eſt incōpoſſibile, ex quo ſibi repugnat illud, quod præcisè poteſt eſſe principium diſtinctionis numeralis.

¶Ibi, tenenda eſt ergo cōcluſio ſimpliciter oppoſita. Hic Doct. aſſertiuè dicit plures angelos poſſe eſſe in eadem ſpecie ſpecialiſſima, quā concluſionē multiplici medio oſtendit. primò ſic omnis quantitas quantum eſt de ſe communicabilis eſt, ſed quilibet angelus includit quiditatē: ergo maior eſt nota, quia ſi quiditati, vt quiditas repugnaret communicari pluribus, aut repugnaret ratione perfectionis, aut ratione imperfectionis. nō primò, qa eſſentia diuina communicatur pluribus, quæ tamen eſt perfectiſſima. non ſecundò, quia non corruptibilibus, & generabilibus. Sed nulla quiditas in identitate numerali eſt communicabilis, niſi ſit infinita. i. ꝙ nulla quiditas habēs tm̄ vnitatem numeralē poteſt communicari pluribus ſuppoſitis, niſi formaliter infinita, cuiuſmodi eſt eſſentia diuina, & per cōſequens quælibet alia quiditas eſt communicabilis, & hoc cum diſtinctione numerali. i. ꝙ communicatur pluribus numero diſtinctis, in quibus etiam ipſa realiter diſtinguitur, vt ſupra patuit de natura humana, quæ vt communicatur pluribus in eis etiam realiter diſtinguitur, quia in alio, & alio indiuiduo eſt alia, & alia natura, quæ tamen naturæ vt priores ſunt natura, ratione indiuiduali realiter diſtinguntur, nō tamen realiter numeraliter, nec realiter ſpecificè, vt ſupra prolixè expoſui q. 1. huius diſtinct.

¶Sed in iſta littera occurrit aliqualis difficultas. *Difficultas.* Primò in hoc, ꝙ dicit, ꝙ omnis quiditas eſt communicabilis pluribus; videtur enim ſibi contradicere, quia paternitas in diuinis dicit quiditatem, patet, quia à paternitate diuina, & creata abſtrahitur paternitas, quæ prædicatur in quid de eis, & ſic paternitas diuina, vt prior ſingularitate dicit quiditatē, & per conſequens vt ſic prior eſt indifferens ad omnem quiditatem natam contrahere paternitatem ad indiuiduationem: ſi ergo quælibet quiditas ſit communicabilis pluribus, ſequitur, ꝙ paternitas diuina non erit ratio cōſtituendi patrem in eſſe ſuppoſitali, & perſonali, quia illud tale eſt ſimpliciter incommunicabile vt quo, & vt quod, vt patet à Docto. in primo, diſt. 2. par. 2. q. 1. & diſt. 26.

¶Secundò dubitatur in hoc, quod dicit, ꝙ ſi quiditati repugnat communicari pluribus, aut hoc erit ratione perfectionis, vel imperfectionis, hoc non vr̄, tum quia paternitati in diuinis, ſiuē rationi ſuppoſitali in diuinis per oppoſitum repugnat communicari pluribus, & tamen hoc nō erit ratione perfectionis, vel imperfectionis, cū nec perfectionē, nec imperfectionem dicat, modo quot modis dicitur vnum oppoſitum, ita & reliquum, & ſicut propoſitum in propoſito, ita oppoſitum in oppoſito. *Dubitatio.*

¶Tum quia quiditas, vt quiditas vr̄ prior ſua perfectione illimitata, & perfectione limitata: eſſentia enim diuina ponitur prior infinitate intēſiua, quia gradus intrinſecus eſt poſterior eo, cuius eſt gradus & ſimiliter finitas intenſiua ponitur poſterior re cuius eſt, cum ſit gradus intrinſecus. de infinitate eſſentiæ diuinæ, ꝙ ſit gradus intrinſecus, diſt. 3 q. 1. & in quolib. q. 5. de finitate verò patet etiam à Docto. in primo, diſt. 8. q. 2. patet etiam ſecundo, & alibi.

¶Ad primum dubium reſpondeo, ꝙ paternitas diuina eſt ſimpliciter incommunicabilis vt quo, & vt quod, & de ſe eſt hæc, & ſingulariſſima, & dicit quiditatem. & concedo, ꝙ quiditatiuè paternitas diuina, & creata cōueniunt in paternitate in communi, tanquam in conceptu dicto in quid, ſed non in aliqua realitate contrahibili realiter per aliam, & aliam hæcheitatem, vt patet à Doc. in primo, di. 26. & intelligo ſic, ꝙ à paternitate ſingulariſſima, & incōmunicabili ſimpliciter vt quo, & vt qd, loquēdo de pa-

Reſponſio. Quomodo paternitas in diuinis ſit incommunicabilis.

de paternitate in diuinis poteſt abſtrahi aliquis cõceptus dictus in quid, qui ſimpliciter erit poſterius tali paternitate, ſed ibi non ponitur aliqua realitas ex natura rei prior aliquo contractiuo, ſiuè aliqua differentia indiuiduali, quia quicquid eſt in diuinis eſt ſimpliciter in vltima actualitate, vt patet à Doct. in pluribus locis. Sed quare à paternitate diuina, quæ eſt ſimpliciter incommunicabilis vt quo, & vt quod, poteſt abſtrahi conceptus in quid, & à paternitate Io. quæ eſt incommunicabilis vt quod tantum. (quia ſingulare, vt huiuſmodi eſt ſaltem communicabile vt quo, vt patet à Doct. in primo, di.2. par.2. quæſt.1.) nõ poteſt abſtrahi cõceptus in quid. Dico, vt expoſui in primo, diſt.26. vide ibi.

An quiditas ſit communicabilis.

¶ Si dicatur per Doct. omnis quiditas eſt cõmunicabilis pluribus, paternitas in diuinis eſt quiditas.

¶ Dico, quòd aliud eſt loqui de quiditate, in qua plura poſſunt conuenire tanquam in realitate, ſiuè quæ ex natura rei eſt cõtrahibilis ad plura, & aliud eſt loqui de quiditate, à qua tantum poteſt abſtrahi conceptus dictus in quid, primo modo omnis quiditas non tantum eſt communicabilis pluribus, ſed etiã eſt diuiſibilis in illa plura, ſed nõ ſecũdo modo.

¶ Si iterũ dicatur eſſentia diuina eſt vera quiditas, & tamen ab ea non poteſt abſtrahi, niſi conceptus dictus in quid communis Deo, & creaturæ, non enim Deus, & creatura conueniunt quiditatiuè in aliqua realitate ex natura rei, vt patet à Doct. in primo, diſt.8. q.2. & vide quæ expoſui in primo, diſt.2. par.1. q.1. exponendo illud argumentum, quo probat Doct. ꝙ non poſſunt eſſe plura neceſſe eſſe, & tamen eſſentia diuina eſt communicabilis pluribus ſuppoſitis, licet non poſſit diuidi in illis: ergo ſimiliter videtur dicendum de paternitate.

Eſſentia diuina eſt communicabilis non tamen poteſt diuidi.

¶ Dico, ꝙ & ſi paternitas diuina, vt quiditas non repugnat ſibi communicari pluribus, tamẽ paternitas, vt talis paternitas repugnat ſibi, quia vt talis paternitas eſt ratio conſtituendi aliquid in diuinis in eſſe perſonali, ſiuè ſuppoſitali, eſſentia verò diuina vt quiditas, & vt talis quiditas. ſ. ꝙ eſſentia diuina, cum ſibi repugnat ratio incommunicabilitatis eſt pluribus communicabilis.

¶ Si ẽt dicatur, ꝙ ſaltẽ paternitas diuina, cũ dicat quiditatẽ erit pluribus cõicabilis, tenendo, ꝙ perſonæ diuinæ cõſtituantur in eſſe ſuppoſitali, ſiuè perſonali per abſoluta, & non tñ per relationes, quia tunc talis paternitas non erit ratio ſuppoſitalis.

Quare paternitas ſit incommunicabilis.

¶ Dico, ꝙ etiã paternitas, vt diuina erit ſimpliciter incommunicabilis pluribus, & ſi quæratur cauſa, nulla alia eſt aſſignanda, niſi ꝙ ſic eſt talis entitas incommunicabilis, ꝙ ſi illa non eſſet per poſſibile, vel impoſſibile, nulla alia paternitas eſſet in diuinis, vt patet à Doct. in quolib. q.2. quamuis ergo dicat quiditatem, tamen illa quiditas, vt talis quiditas, & vt cõſequens proprietatem perſonalem erit ſimpliciter incommunicabilis, eſſet tamẽ incõueniens, ꝙ ſi talis quiditas diceret perfectionem, ꝙ nõ poſſit communicari pluribus, patet etiã, ꝙ multæ ſunt quiditates in diuinis, quæ tamen non ſunt communicabiles pluribus, patet de æqualitate in patre, quæ ſic patri conuenit, ꝙ eadem numero repugnat filio, hoc idem dico de æqualitate in filio, patet etiam de ſimilitudine in patre, qua eſt ſimilis filio, q̃ eſt ſimpliciter incommunicabilis, cum tantum patri conueniat, & idem dicẽdum eſt de ſimilitudine in filio, quæ omnia patent à Doct. in primo, diſt.31. Maior ergo Doct. videlicet, ꝙ oĩs quiditas eſt communicabilis, eſt intelligẽda, vel de quiditate quanta, quæ vel dicit perfectionem, & excludit omnẽ imperfectionẽ, cuiuſmodi eſt eſſentia diuina, vel quę dicit perfectionem, & non excludit imperfectionẽ, vt quiditates creatæ dicentes perfectionem aliquam, vel quæ nullam includunt perfectionẽ, nec tamen excludũt omnẽ imperfectionem, vt ſunt fortè relationes reales in creaturis, quæ formaliter nullam dicunt perfectionem, includunt tamen imperfectionem, quia limitationem, ſed non eſt intelligenda de quiditate ſimpliciter non quanta, quę formaliter nullam imperfectionem includunt, & omnem imperfectionem excludunt, cuiuſmodi ſunt relationes diuinæ, tam originis, quàm communes, vnde Doct. in primo, diſt.25. Dicit, ꝙ omnis quiditas, quæ dicit perfectionem, quę eſt diuiſibilis eſt communicabilis pluribus, paternitas non dicit perfectionẽ, nec eſt diuiſibilis, patet, q̃a quæ ſunt diuiſibilia nõ ſunt in vltima actualitate, vt etiã patet in primo, di.2. & in quolib. q.2. & hæc omnia bene põdera in propoſito autem valet ratio Doct. quia angelus dicit verè, & realiter quiditatem perfectam, licet limitatam.

An omnis quiditas ſit communicabilis.

Pondera bene hæc omnia.

¶ Ad aliud dubium. Dico ad primam rationẽ, & ſimul ad ſecũdã, ꝙ ideo Doct. non procedit à priori, nec à cauſa præciſa, ſed magis à poſteriori, id eſt ꝙ ſi apparet aliqualis repugnantia, ꝙ quiditas non ſit communicabilis, aut apparet propter perfectionem illius, aut propter imperfectionem, quia opinio contraria ponit talem ſubſtantiam eſſe ſingularem, & indiuiduã de ſe, & ex ſua natura, ita ꝙ quælibet ſubſtantia angelica præciſè dicit aliam, & aliã entitatem ſpecificam, in qua non eſt materia, neque quantitas, & ideo propter ſuam perfectionẽ nõ poteſt eſſe in pluribus numero diſtinctis, & ideo Doc. arguit, ꝙ talis repugnantia non apparet propter talem perfectionem, quia etiam eſſentia diuina, cum ſit perfectiſſima eſt communicabilis.

Quomodo procedat Doctor.

¶ Ibi. Præterea quælibet quiditas creaturæ poteſt intelligi ſub ratione vniuerſali abſque cõtradictione hęc eſt ſecunda ratio, quam facit Doc. probando plures angelos poſſe eſſe eiuſdẽ ſpeciei, & ratio ſtat in hoc, quia omnis quiditas creata poteſt intelligi ſub ratione vniuerſali, ergo quantum eſt ex ſe erit pluribus communicabilis, & diuiſibilis in plura, ſi enim eſſet ſingularis de ſe, eſſet repugnantia, poſſe intelligi ſub ratione vniuerſali, vt ſatis deductũ eſt in primo, d.3. q.6. & in iſto ſecundo, d. præſenti. q.1. Et notanter dixit de quiditate creata, quia licet natura diuina ſit quiditas, & pluribus cõicabilis, non tñ poteſt ei applicari ratio vniuerſalitatis, nec intelligi ſub aliqua ratione vniuerſali, quia omne vniuerſale vltra hoc, ꝙ eſt pluribus communicabile, eſt etiam in illa plura diuiſibile, & multiplicabile.

Quiditas creata eſt communicabilis, & diuiſibilis in plura.

¶ Ibi. Præterea ſi Deus põt hunc angelum in hac ſpecie anihilare. in iſta tertia ratione Doct. ſupponit vnum. ſ. ꝙ quiditas creata per diuinam potentiam poſſit eadẽ redire, & hoc cõiter conceditur, ſed idẽ numero anihilatum redire non poteſt ſm ipſos: dicunt enim iſti, ꝙ ſi anima Sortis eſt anihilata, nunq̃ Sor. poſſet reſurgere, & volũt iſti, ꝙ totum eſſe Sor. ſit ab eadem anima numero, contra quã opi. arguit Doc. in 4. di.43. & ideo argumentũ hoc eſt tñ ad hominẽ, quia Doct. vult, ꝙ ſimpliciter idem numero anihilatũ poſſit per diuinam potentiã redire, vt patebit in 4. di.43. Stat ergo argumentum in hoc, ꝙ ſi Deus anihilet vnũ angelũ, quiditas illa erit anihilata. Cũ ergo Deus poſſit eandem anihilatam reparare, & non in eodem indiuiduo prius anihilato, cũ non poſſit redire idem; ergo erit in alio, & ſic eadem natura ſpecifica poteſt eſſe in pluribus indiuiduis.

¶ Ibi. Itẽ animæ intellectiuæ diſtinguũtur numero in eadem ſpecie, & tñ ſunt formæ puræ, licet perfectiuæ materiæ; ergo non eſt impoſſibilitas à parte formarũ, ꝙ diſtinguantur numero in eadem ſpecie.

¶ Ibi, ꝙ ſi dicas, ꝙ aĩæ hñt inclinationẽ, & per hoc diſtinguunt, q̃a per aliã, & aliã inclinationẽ ad aliud, & aliud corpus numero diſtincta dicunt diſtingui.

¶ Ibi.

Inclinatio non eſt entitas abſoluta.

¶Ibi. Contra inclinatio non eſt entitas abſoluta, quia non poteſt aliquid inclinari ad ſe, ergo præſupponit aliquam entitatem abſolutam & diſtinctam, qa.n. eſt hęc anima, ideo habet talem inclinationẽ, & non econuerſo, ergo hæc inclinatio non eſt ratio eſſendi hanc animam, ſed præſupponit eam.

¶Ibi. Et confirmatur hoc, ſupple, ꝙ plures angeli ſint in eadem ſpecie per hoc, ꝙ aliquibus eſt inconueniens, quòd aliqua ſpecies ſimul tota naturæ intellectualis ſit damnata, ſed ſi quilibet angelus ſpecificè diſtinguitur ab alio, plures naturæ ſpecificè eſſent ſimpliciter damnatæ, quia quot angeli ſunt damnati, tot ſpecies naturæ intellectualis ſunt damnatę, quod eſt valde inconueniens apud eos.

¶Ibi. Et perſuadetur prima propoſitio per hoc, ꝙ dicit Aug. in euchi. c. 17. prima ꝓpoſitio eſt iſta, quæ formatur auctoritate Aug. videlicet, ꝙ eſt incõueniens aliquam ſpeciem realem ſimpliciter intellectualis, & auctoritas clara eſt in litera.

¶Ibi. Præterea ſi concedatur, ꝙ quiditas angeli ex ſe in plura ſit diuiſibilis. Doct. in iſta ratione primo ſupponit, ꝙ quiditas angeli quãtum eſt ex parte ſua ſit communicabilis, ſiuè plurificabilis in plura indiuidua, ex parte etiam ſua erit plurificabilis in infinita, vt patet à Doc. in primo. d. 2. parte prima. q. 3. & q. 2. quoli. vbi oſtendit, ꝙ natura, quæ ex ſe non eſt determinata ad certum numerum indiuiduorum, quantum eſt ex ſe poteſt eſſe in infinitis. Secundo ſupponit, ꝙ quando talis natura actu eſt in vno indiuiduo ſi tota ibi eſt, ꝙ tamen eſt impoſſibile eſſe in alijs, tale indiuiduum erit formaliter, & actu infinitum, quæ conſequentia tenet ex hoc, ponẽdo talem caſum, ꝙ natura humana quãdo eſt in pluribus ſic diuiſa eſt in illis, putà in a. b. d. e. &c. quòd ipſum. a. dicit vnam naturam humanam, dicentem perfectionem intrinſecè, & b. aliam naturam realiter diſtinctam à natura. a. & ſic de alijs, ergo ſi tota natura humana ſic preciſè eſſet in vno indiuiduo, ꝙ eſſet impoſſibile eſſe in alio, erit actu, & formaliter infinita intenſiuè, patet, qa ſi eſſent infinitæ naturæ humanæ intenſiuè in vno indiuiduo, quarum quęlibet dicit aliam, & aliam perfectionem intẽſiuè illud vnum eſſet formaliter infinitum. Et nõ eſt ſic imaginãdum, vt aliqui, ꝙ eadẽ natura inuariabiliter, in a. modò, & c. in modò, in b. & ſic de ſingulis. Et hoc eſt cõicabile creatum multipliciter, ſiuè diuidi in plura, ſiuè in plures naturas, quæ cõtrahũtur ad ſingularitatem, q̃uis natura cõtracta à ſingularitate, vt eſt prior natura ſingularitate ſit indifferẽs ad oẽm ſingularitatem, ſed vt realiter eſt cõtracta per aliquam ſingularitatem, vt ſic eſt tãtum vna numero, hoc idem dico de alia natura cõtracta per aliam ſingularitatem, vt ſupra patuit præſenti. d. q. prima.

Natura diuina eſt actus purus.

¶Ibi. Dico igitur, ꝙ oĩs natura, quæ nõ eſt de ſe actus purus, cuius modi eſt natura diuina, poteſt ſm illam realitatem, ſm quam eſt natura eſſe potẽtialis ad realitatem illam, qua eſt hæc natura, vt ſupra patuit in præſenti. d. q. prima, & 6. Et ſic de ſe nõ includit aliquam entitatem quaſi ſingularem, & per cõſequẽs nõ repugnãt ſibi quotcunq; tales entitates, & ita poteſt in quotcunq; talibus inueniri.

¶Sequitur. In eo tamẽ, quod eſt neceſſe ex ſe eſt determinatio in natura ad eſſe hoc. i. ꝙ natura diuina, cum ſit ex ſe neceſſe, & in vltima actualitate eſt de ſe hæc. i. ꝙ ex ſua ratione formali, & intrinſeca eſt hæc, & ſingularis, & non per aliquid ſibi adueniens cõtrahẽs ipſam ad ſingularitatẽ, vt patuit in primo. d. 6. q. 2. & d. 26. & q. 1. quolib.

Natura diuina cum ſit ex ſe neceſſe eſt de ſe hæc.

AD argumẽta principalia, primo arguit Doc. ꝓbãdo nõ eſſe poſſibile, plures angelos eſſe in eadem ſpecie, quia philoſophus. 7. metha. c. de partib. diffinitionis dicit, ꝙ in his, q̃ ſunt ſine materia, idẽ eſt qd, quid, & illud cuius eſt, vt patet. t. c. 40. in quibuſdã inquit idem, vt in primis ſubſtātijs, vt curuitas, & curuitati eſſe, ſi prima eſt. Dico autẽ primã, quæ nõ dr̃ per aliud in alio eſſe in ſubiecto, vel materia, quæcunq; verò, vt materia, aut cõcepta cum materia nõ idem, neque vnum, niſi ſm accidens, vt ſortes, & muſicum, hęc. n. eadẽ ſm accidens, hęc ille, vide ibi com. Cum ergo angelus, ſiuè materia ſit, quod quid eſt eius eſt idẽ ipſi angelo, ergo impoſſibile eſt angelum diſtingui ab angelo, niſi qđ quid eſt eius diſtinguatur à quod quid eſt alterius, ergo non poteſt eſſe diſtinctio angelorum manente eodem, quod quidem eſt.

Scotus quomodo bene interpretatur doctrinã Ariſt.

¶Reſpondet Doc. primo gloſando propoſitionẽ Ari. dicens, ꝙ Ari. loquitur de materia indiuiduali, ſiuè hecheitate, per quã cõtrahitur natura ad eſſe indiuiduale, & hoc nõ verũ eſt, ꝙ ens, quod nõ habet huiuſmodi hecheitatem determinatiuam, ſiuè cõtractiuã naturę, cuiuſmodi eſt eſſentia diuina, vt ſupra dixi in illo eſt ſimpliciter idẽ cum eo, & eſt cõcluſio, ſ. nõ habẽs materiam, ⁊ vt alteram partem ſui eſt ex natura ſua ſingularis, tenet ex hoc, ꝙ in accidente nõ habẽs materiã alteram partem ſui eſt ſimpliciter, neceſſe eſſe, & ſic quicquid poteſt eſſe ibi de neceſſitate eſt ibi, & ſic, non determinatur aliunde ad ſingularitatẽ, tanq̃ per aliquid ſibi adueniens. Dicit ergo Doc. ꝙ intẽtio philoſophi eſt, ꝙ omne nõ hñs materiam partem ſui eſt formaliter neceſſarium, quicquid autẽ poteſt eſſe in natura formaliter neceſſaria actu eſt in ea, & ſic quodlibet, quod poteſt habere quiditatem illam, habeteã, quia nõ eſt potẽtia diſtincta ab actu, ſi. n. eſſet ibi poſſibilitas ad plura indiuidua, eſſet poſſibilitas, ad infinita, & tunc actu eſſent infinita, patet per ad argumentum Doct. in primo. d. 2. parte prima. q. 3. vbi arguit, ꝙ ſi poſſent eſſe plures dij, poſſent eſſe infiniti, & ſi poſſent eſſe, de neceſſitate actu eſſent.

¶Sequitur ibi. Sed diſcordamus ab eo in hac ꝓpoſitione, omnis quiditas nõ habẽs materiam eſt formaliter neceſſaria, & ideo in cõcluſione, ꝓpoſitio Ari. eſt iſta, ꝙ omnis quiditas &c. & cõcluſio ſequẽs eſt iſta, ꝙ talis quiditas nõ eſt cõtrahibilis ad plura indiuidua, & nos tenemus oppoſitum tam propoſitionis, quàm cõcluſionis, quia nullã naturã tenemus eſſe neceſſariam formaliter, niſi diuinam, vt patuit in primo. d. 8. q. vlti. tenemus etiam, ꝙ q̃ditas creata nõ habẽs materiam eſt verè multiplicabilis, & contrahibilis ad plura indiuidua, vt diffuſè pertractat Doctor in quolib. q. 2. Et vide quæ ibi expoſui.

¶Secundo principaliter arguitur per Aui. ponẽtem ordinem intelligentiarum, vbi videtur velle, ꝙ intelligentia inferior producitur à ſuperiore quaſi ipſam creante, illa cauſalitas nõ eſt in aliquo reſpectu alterius eiuſdem ſpeciei. *9. met. cap. 4.*

¶Reſpondet Docto. quòd intentio Aui. fuit, quòd tantum ſit vnus angelus in vna ſpecie, ſed propoſitio, cui hæc concluſio innititur, ſcilicet, ꝙ angelus ſuperior creet inferiorem à nullo theologo conceditur, quare nec eius concluſio debet cõcedi ab aliquo theologo.

¶Tertio principaliter arguit Doc. per rationem, quia omnis differentia formalis eſt differentia ſpecifica, patet. 8. methaphy. t. c. 10. vbi formæ comparantur numeris in quibus quodcunque additum, ⁊ vel ſubtractum variat ſpeciem, ita & in formis. Cum ergo angeli ſint plures, & formæ, ergo differunt differentia formali ergo, & ſpecifica.

¶Reſpon-

Differentia formalis poteſt accipi duobus modis.

¶Reſpondet Doct. ꝙ differentia formalis poteſt accipi pro differentia in forma, vel pro differentia formarum; primo modo conceditur maior, ſed minor eſt falſa, videlicet, ꝙ plures angeli præcisè differant in forma. Et cũ probatur illa minor, quia angelus differt ab angelo qui eſt forma: ergo habent differentiã formalem, eſt fallacia conſequentis, non enim ſequitur formæ differunt, ergo formaliter, ſicut non ſequitur, plures homines differunt, ergo in humanitate differunt, quia differre in hnmanitate, eſt humanitatem eſſe rationem formalem differentię, vt patuit in primo, di.4.q.1. eſt enim fallacia cõſequentis à poſitione ſuperioris ad poſitionem inferioris, ſicut non ſequitur, animal currit, ergo homo currit, ſic in propoſito non ſequitur differũt vt formæ, puta hæc albedo, & hæc albedo: ergo differunt formaliter, ſiuè in forma, ꝙ eſt differre ſpecificè.

Expoſitio litteræ.

Expono tamen iſtam literam, cum dicit, differentia formalis poteſt accipi pro differentia in forma, vel pro differentia formarum. primo modo ponitur ratio formalis diſtinguendi eſſentialiter, ſicut dicimus, ꝙ rationale eſt differentia formalis hominis, quia eſt ratio diſtinguendi hominẽ formaliter, & eſſentialiter ab aſino, & ſic homo, & aſinus propriè differunt formaliter. Secundo modo non ponitur ratio formalis differendi.

Exemplum.

Exemplum, duæ albedines differunt vt duæ formæ. i. ſunt duæ formæ ad inuicem differentes; & tamen non differunt formaliter, quia tunc vna eſſet ratio formalis differẽdi ab alia, & econuerſo, valet tamen iſta conſequẽtia, quæ differunt formaliter, differunt vt formæ, ſicut ab inferiori ad ſuperius affirmatiuè, non tamen valet econtra. Sequitur. Et ſic minor eſt falſa, videlicet iſta, ꝙ duo angeli differãt formaliter, ſiuè in forma, quæ ponitur ratio formalis diſtinguendi vnum ab altero. Sequitur. Probatio autem minoris. ſ. ꝙ angelus differt ab angelo, qui eſt forma, ergo habet differentiam formalem, includit fallaciam conſequẽtis, quia arguit à magis cõmuni ad minus cõe affirmatiuè, ſicut nõ ſequitur, plures homines differũt; igitur in humanitate differunt, aliud eſt enim aliquid diſtingui, & aliud ipſum eſſe primam rationẽ diſtinguendi, vel diſtinctionis, licet enim Frãciſcus, & Ioannes diſtinguantur ab inuicem numeraliter, tamen prima ratio diſtinguendi numeraliter non eſt Franciſcus, ſed vltima differentia indiuidualis, & ſic poſſumus concedere, ꝙ Franciſcus, & Ioãnes diſtingũtur in hæcheitate, quia ſenſus eſt, quòd hæcheitas eſt ratio formalis (non tamen quiditatiua) diſtinguẽdi vnum ab altero indiuidualiter, & quãuis humanitas in Franciſco, & humanitas in Ioãne ſint duæ formæ totales ad inuicem diſtinctæ, non tamen cõcedimus, quòd Franciſcus, & Ioannes differant in humanitate, quia humanitas non eſt ratio diſtinguendi vnum ab altero quiditatiuè, ſed eſt ratio conueniendi.

Humanitas non eſt ratio diſtinguendi.

Sequitur ibi, quia cum hoc, ꝙ ipſum ſit diſtinctum, ſtat ꝙ ipſum non ſit ratio diſtinguendi, patet, quia & ſi humanitas Pla. ſit diſtincta ab humanitate Ioan. non tamen eſt ratio diſtinguẽdi Pla. à Ioan. ſequitur, cum hoc autem, ꝙ ipſum ſit prima ratio diſtinguendi, non ſtat ipſum nõ eſſe diſtinctum. i. ꝙ ſi humanitas eſt ratio diſtinguẽdi Frãciſcum à Brunello, ipſa humanitas erit diſtincta à Brunello, & vult dicere in ſententia, quicquid eſt ratio diſtinguẽdi vnum ab altero, ſemper eſt diſtinctũ ab illo, non tamen econtra ſequitur, videlicet, quicquid diſtinguitur ab altero, puta Sor. eſt ratio diſtinguendi, quia humanitas in Plato. diſtinguitur à Sor. vel humanitate Sor. ergo eſt ratio formalis diſtinguendi vnum ab altero non ſequitur.

¶Ibi. Et ratio logica eſt ad hoc, quia negatio incluſa in nomine differentię non tantum confundit terminnm huius relationis cõfusè diſtributiuè, ſed etiam illud, ꝙ ſpecificat differentiam, vt in quo notatur eſſe differentia, exemplum de termino differentiæ eſt, cum dico, Franciſcus differt ab aſino, ly aſinus ponitur terminus huius differentiæ, & ſtat confusè diſtributiuè mobiliter, quia negatio incluſa in ly differt, ſemper confundit terminum immediatè ſequẽtem confusè diſtributiuè mobiliter, dũmodo ſit capax cõfuſionis, quomodo autem negatio ſit incluſa in differentia, patet exponendo. Nam cum dico, Fran. differt à Bru. exponitur ſic. Frã. eſt, & Brun. eſt, & Fran. non eſt Bru. ergo differt ab illo. Sequitur, & cum dicit etiam. ꝙ talis negatio incluſa in differentia habet vim confundendi illud, ꝙ ſpecificat differentiam, vt cũ dico, Franc. differt à Bru. in humanitate, ly, humanitas, vt comparatur ad negationem incluſam in differentia ſtat cõfusè diſtributiuè mobiliter, quia bene ſequitur, Franc. differt à Bru. in humanitate; ergo non eſt idem in iſta humanitate, nec in iſta, & ſic de aliis. Aduerte etiam, ꝙ talis differẽtia includit vnam affirmatiuam, de qua etiam ſupra in primo, diſt.4.q.1. Cum enim dico, Fran. differt à Bru. in humanitate, affirmatur, ꝙ humanitas eſt ratio formalis diſtinguendi Frãc. à Bru. Et pp affirmatiuam incluſam in differentia ſtat cõfusè tm̃, ſiuè ſtat determinatè, ſed nullo modo confusè diſtributiuè. Exemplũ primi, quia bene ſequit̃, Franc. differt à Brun. humanitate; ergo humanitas eſt ratio formalis diſtinguẽdi vnum ab altero, & ſic ſtat confusè tantũ, & ſi aliquando determinatè, hoc erit gratia materiæ, non gratia formæ, quia cum dico, Franc. differt à Bru. humanitate, ſi ly humanitas ſupponit determinatè, ſupponit pcisè ꝓ humanitate Sor. per quã Sor. differt à Bru. Exemplũ ſecundi, quia nõ ſequitur Sor. differt humanitate à Bru. ergo differt iſta humanitate, & iſta, & iſta: tunc. n. ſequeretur, ꝙ differret humanitate à Pla. quod eſt falſum.

¶Ibi. Si autem accipiatur maior impropriè. ſ. ẽm intellectum ſecundũ nego maiorem. ſ. iſtam, omnis differentia formarũ eſt formalis. Sequitur. Ad probationem, dico, ꝙ philoſophus loquitur in 8. metaph. de forma prout indicat quiditatem, quod apparet ex prima comparatione formarum ad numeros, & ſic dicit tex. commen. 10. palam autem, & quia ſi ſint aliqualiter numeri ſubſtantiæ ſic ſunt, & non ſunt, vt quidam dicunt vnitatum multitudo. i. ſi quiditates rerum ſint aliqualiter numeri ſic ſunt. ſ. ſicut põt haberi ex ſupradictis, vt patet in tex. cõ. 9. Et non vt quidam dicunt. ſ. Platonici. ꝙ ſunt ſupplè numeri limitatũ.

Non rectè ſentiũt Platonici.

Sequitur in textu, nã diffinitio numerus quidam eſt diuiſiblis eſt enim, & in indiuiſibilia, non enim infinitę rationes, & numerus autem tale, nam diffinitio indicans quiditatem rei eſt quidã nomerus, qui eſt diuiſibilis in indiuiſibilia, nõ enim rationes, ſiuè diffinitiones ſunt infinitæ, numerus autem aliquid tale ſupplè eſt, quod eſt diuiſibilis in indiuiſibilia, hoc eſt, ꝙ reſoluit diffinitionũ, ſic ſtat ad indiuiſibile, ſicut reſolutio numerorum.

Exemplum.

Exemplum, ſi diffinitio hominis diuidatur in aliqua duo, puta in animal, & rationale, quæ dicuntur a. & b. & iterũ a. diuiditur in c. & d. ſtabitur aliquando ad aliqua indiuiſibilia, nã in cauſis materialibus, vel formalibus non contingit procedere in infinitũ, vt patet 7. metaph. tex. commen. 5. & ideo diuiſio diffiniti aſſimilatur diuiſioni numeri, qui diuiditur vltimo in indiuiſibilia. i. in vnitates, & non aſſimilatur diuiſioni continui, quod diuiditur in infinitũ in ſemper diuiſibilia, vt ſupra patuit diſt 2.q.9.

¶Dicit ergo Doct. ꝙ talis diffinitio eſt eius, ꝙ vocat ſubſtantiã, hoc eſt quiditatis, nõ formæ, quæ eſt altera pars eius, & ſic patet, ꝙ quiditates rerum nõ ſunt ſimplices, ſed compoſitæ, vt patet 8. meta. tex. com. 9.

com.9.quare,inquit,ſubſtantia eſt quidē,cuius contingit eſſe terminū, & rationem.i. diffinitionem vt compoſitæ,ſiuè ſenſibilis fuerit, ſiuè intellectualis, primorū autem,ex quibus hoc nō eſt,ſiquidem aliquid de aliquo ſignificat ratio diffinitiua, & oportet hoc quidem,& illud verò vt formam: hæc ille. Ex quo tex.hr,ꝙ omnis ſubſtantia diffinibilis neceſſariò eſt compoſita. Dicit ergo Doct. ꝙ diffinitio propriè eſt ſubſtantiæ compoſitæ,quæ dr quiditas, & non eſt formæ, quæ eſt altera pars eius, vt ſupra patet à philoſopho,cum dicit, primorū autem, ex quibus hoc non eſt.i.ꝙ talia,ex quibus primò componuntur diffinitiones,ſiuè ſimplicia,& ideo cōtingit ea diffiniri,patet per tex.immediatè ſequentem, cum dicit,ſi quidem aliquid de aliquo ſignificat ratio diffinitiua,&c.Sequitur,hoc autem modo dico, ꝙ nihil additur formæ,quin variet ſpeciem,vel ſimpliciter, hoc eſt de vna ſpecie,aliam facit contrariā, vel diſparatam,vel ſm quid,hoc eſt de nō tali ſpecie faciat aliā ſpeciem, puta ſi addatur dria pertinēs ad eſſe quiditatiuū generi faciet ſpeciem ſpecialiſſimā q̄ non præfuit, ſed tm̄ præfuit ſpecies intermedia. Et hoc modo dico, quicquid eſt citra naturā in inferioribus nihil addit formæ,ſupplè quiditatiuè,ſiuè ſit proprietas indiuidualis,ſiuè magis,vel minus vel quodcunque aliud,ꝙ non reſpicit naturā, vt eſt in ſuo eſſe quiditatiuo, nō aufert,nec addit aliquid ſubſtātiæ hoc modo,videlicet quiditatiuè,vult dicere,ꝙ quāuis naturæ diffinibili addantur, ſiuè differentiæ indiuiduales, ſiuè intenſio, vel remiſſio, ſiuè quodcūque aliud, ꝙ non pertinet ad eſſe quiditatiuum, tale additū,nec aufert, nec addit aliquid pertinens ad quiditatē. Sequitur, exemplū huius eſſet, ſi vnitas inquantū pars trinarij, eſſet pars præciſa, inquantū dria indiuidualis,vel numeralis,& tn̄ ipſa poſſet in ſe intendi,& remitti,iſta dria eſſet eius per ſe,& per accidēs,inquantū eſt pars trinarij,ideo nō eſſet alius trinarius vnitate intenſa, & remiſſa, & tn̄ ex hoc non ſequeretur, ꝙ numerus trinarius ſit variatus,quāuis alicui vnitati facta ſit additio.ſ.intenſio,vel remiſſio, quia non eſt talis additio, ꝙ variet ſpeciē, & ideo nulla forma inferior ad ſpeciē variat quiditatē,cum nulla pertineat ad eſſe quiditatiuum ſpeciei, ſequitur,qn̄ ergo dicis,ꝙ quæcunque diſtinctio formarū eſt, ſicut diſtinctio numeri falſum eſt, niſi ſit eorum ſecundum eſſe formale, quod pertinet ad quiditatem per ſe, vt ſupra expoſitum eſt.

Definitio propriè eſt ſubſtantiæ compoſitæ.

Exemplum.

¶ Quartò principaliter arguitur auctoritate philoſophi 7o metaph. tex.com.25.qui vult, ꝙ maſculus,& fœmina non differant ſpecie, quia maſculineitas,& fœmineitas ſunt differentiæ materiales humanitatis, ex hoc inferens,ꝙ differentiæ formales omnes diſtinguant ſpecie, qa formæ,& ſpecies idē ſunt.

¶ Reſpōdet Doct. ꝙ non ſequitur differentia materialis non eſt ſpecifica,ergo omnis differentia formalis eſt ſpecifica,& vltra,licet omnis differētia ſpecifica ſit formalis,non tamen ſequitur, ergo omnis differētia formalis eſt ſpecifica, patet,quia differētia formarum accipiendo formale pro differentia formali,& nō ꝓ differētia in forma, ſiuè in ſpecie, quāuis hæc ſit vera, ſola differentia formalis eſt ſpecifica, non tamen ſequitur, ergo omnis differentia formalis eſt ſpecifica, ſed eſt fallacia conſequentis,ſicut etiam non ſequitur ſolū animal eſt homo, ergo omne animal eſt homo,antecedens eſt verum,& conſequens falſum,& hoc eſt quod dicit Doct.ꝙ excluſiua non conuertitur in vniuerſalem terminis eodem modo ſe habentibus, ſed bene conuertitur terminis tranſpoſitis,vnde bene ſequitur, ſolū animal eſt homo, ergo omnis homo eſt animal,nō tamen ſequitur ſine tranſpoſitione terminorum, quia non ſequitur ſolum animal eſt homo, ergo omne animal eſt homo. Sequitur in textu, à philoſopho igitur accipi poteſt,ꝙ ſola differentia formalis eſt ſpecifica,nō ꝙ oīs differentia formalis eſt ſpecifica,quia licet excluſiua inferat affirmatiuam vniuerſalem de terminis tranſpoſitis, non tamen eodem modo non tranſpoſitis, ſed eſt fallacia conſequentis,ſicut cōuertendo indefinitam in vniuerſalem affirmatiuā, ſicut hic homo currit, ergo oīs hō currit, immò ex illo loco magis vr accipi oppoſitū huius propoſitionis, omnis dria formarum eſt ſpecifica, dria enim hominis albi, & æqui nigri,eſt differentia formarum,& aliquo modo per formas,nō tamen ſpecifica differentia ſm eū ibi,quia illæ formæ reſpectu naturarum, in quibus ſunt,nō ſunt formales, immò cōſequētes īdiuidua, non autem per ſe conſequentes, vel per ſe determinātes eſſe quiditatiuum. Dicit enim philoſopus tex. commen.25. Dubitabit autem vtique aliquis, quare fœmina viro non ſpecie differt, contrario maſculino, & fœminino exiſtente, differētia autem contrarietate, ſupplè ſit,neque animal maſculinum,& fœmininū diuerſum eſt ſpecie, quāuis ſm ſe animalis, hæc ſit differentia,& nō,vt albedo,aut nigredo, ſed inquantū animal maſculinum,& fœmininū eſt, ideſt non ſe habent,ſupplè per accidēs ad aial,vt albedo, aut nigredo,ſed aiai,inquantū aial, ſupplè per ſe eſt maſculinū,& fœmininū.Sequitur.Eſt aūt hæc dubitatio ferè eadem,& quarè hæc cōtrarietas facit ſpecie diuerſa,hæc verò non, vt ambulatiuum, & volatiuum,quę faciunt ſupplè differre ſpecie ipſum animal,ſed albedo,& nigredo non, nō enim animal album, ex hoc,ꝙ albū differt ſpecie ab animali nigro, per nunq̄ enim duo homines,quorū vnus eſt albus, & alius niger differunt ſpecie,&c.vide tex.ſequentē.

Sola differentia formalis eſt ſpecifica.

Quare fœmina à viro non ſpecie differt.

¶ Quintò principaliter arguitur, oīs forma ſeparata à materia in ſe habet totam perfectionē illius, ergo cū angelus ponatur ſine materia, quilibet habebit perfectionē totius ſpeciei,conſequens falſum, probatio antecedentis, quia ꝙ forma nō habet totam eſſentiam ſpeciei, hoc eſt, quia participat eam, non autem habet eſſentiam formaliter per participationem, niſi vt eſt in materia.

¶ Ad hanc rationem reſpondet Doct. & reſpōſio ſtat in tribus dictis,primū eſt ſi intelligatur,ꝙ carentia materiæ in aliquo,loquendo de materia,quæ eſt altera pars compoſiti ſit ratio, quare natura ſpecifica (quæ quantū eſt ex parte ſua,eſt in infinitis) ſit tota in vno indiuiduo,& ſic tale indiuiduum erit infinitū, vt ſupra declaraui, iſte intellectus eſt falſus, qa ſola carentia materiæ nullo alio poſitiuo ꝓducto in tali indiuiduo, nō videtur ratio talis infinitatis,& ſi ſic eſſet, ſequeretur, ꝙ perfectio ſpeciei nō eſſet finita, vel determinata per differētiam additam generi, quod eſt contra omnes,quia perfectio ſpeciei eſt limitata ad tantam perfectionem à differentia ſpecifica,& ſi priuatio materiæ in aliquo eſſet ratio,quare tota natura, vt dixi ſupra,eſſet tātum in vno indiuiduo,ſequeretur, ꝙ illud indiuiduum eſſet actu infinitum, cum talis natura nō haberet limitatam perfectionem.Secundum dictum eſt ibi.Si autem intelligatur,prout habet aliquam probabilitatē,ꝙ ſ.forma,ſi eſſet ſeparata à materia,ipſa haberet totā perfectionē ſpeciei,qa non participabilis à materia,illa propoſitio eſſe falſa,videlicet iſta,oīs forma ſeparata à materia in ſe habet totam perfectionē illius ſpeciei, & vltra hoc petit principium,petit enim,quod debet probare. Tertium dictum eſt ibi, niſi intelligatur,prout materia dicit illā entitatem indiuidualem cōtrahentē formā,tunc propoſitio illa eſt vera, videlicet, oīs forma ſeparata à materia, hoc eſt ab omni ratione indiuiduali contractiua habet totam perfectionem ſpeciei illius. Sed tūc minor eſt falſa. ſ.iſta. Sed angelus eſt forma carens materia,hoc eſt differentia

Nota & bene.

differentia indiuiduali, licet enim iſta eſſentia angeli non ſit participabilis à materia, quę eſt altera pars compoſiti, eſt tamē participabilis à pluribus materialibus. i. à pluribus indiuiduis habētibus quiditates materiales, quæ dicuntur materiales (ſicut ſupra dictum eſt q. 6. præſentis diſt.) reſpectu quiditatis contractæ, prout quiditas dicitur forma.

¶Sextò principaliter arguit. In entibus perfectis nihil eſt, quod nō intēdatur à natura, ſed pluralitas materialis non per ſe intenditur à natura, quia dr̃ia numeralis quantum eſt in ſe, poteſt intendi in infinitum, infinitas autem numeralis nō per ſe intenditur ab aliquo mō agente, cū ſit ſimpliciter impoſſibilis.

Infinitas nō intenditur. ¶Reſpondet Doct. primò ad formam arguendi, & dicit, ꝙ eſt fallacia conſequentis, infinitas non intenditur, igitur nec pluralitas numeralis, arguitur enim à negatione minus communis ad negationem magis cōmunis, nā infinitas numeralis infert pluralitatem numeralem, ſed non econtra, quia non ſequiꝛ pluralitas numeralis, ergo infinitas numeralis in forma, ergo arguendi poteſt eſſe fallacia cōſequētis duplici modo, primo à poſitione magis cōmunis ad poſitionem minus communis, ſic arguendo, pluralitas numeralis per ſe intenditur à natura, ergo & infinitas, non ſequitur, ſicut nec hic animal currit, ergo homo; ſecūdo ſit talis fallacia arguendo negatiuè à minus communi ad magis cōmune, nō enim ſequitur infinitas numeralis per ſe, non intenditur à natura, ergo nec pluralitas numeralis, non enim pluralitas numeralis eſt de ſe infinita, ſed tantū ſtare poteſt infinitas, ipſa non repugnante, licet ergo nullus intendat infinitatem per ſe, quia impoſſibilis, tamen aliquis poteſt intendere multitudinem numeralē, quæ de ſe non eſt infinita, quia ſicut compatitur ſecum infinitatem, ita & finitatē, littera ſequens clara eſt.

¶Septimò, & vltimò arguitur auctoritate philoſophi 2. de anima tex. cō. 34. vbi vr̃ haberi, ꝙ multitudo indiuiduorum non eſt, niſi propter ſaluationem ſpeciei. Naturaliſſimū inquit, operum viuentibus eſt quæcūque perfecta, & non orbata, aut generationem ſpontaneam habentia facere alterū, quale ipſum animal quidem animal, plantam autē plātā, quatenus ipſo ſemper, & diuino, & immortali eſſe participēt, ſm ꝙ poſſunt, omnia enim illud appetunt, & illius cauſa agūt omnia quæcunque agūt ſm naturam, hæc ille, modo in incorruptibilibus ſufficiciēter ſaluatur in vno indiuiduo. Confirmatur etiam, quia in corporibus cœleſtibus non eſt, niſi indiuiduū vnius ſpeciei, ſicut vnus ſol, & vna luna, vt patet primo cœli, tex. commen. 9. & 92.

Quomodo generatio ſit perpetua. ¶. Reſpōdet Doct. dicens, ꝙ generatio eſt ꝑpetua ad ſaluandum eſſe diuinum, & hoc in corruptibilibus, in quibus non ſemper poteſt manere in vno indiuiduo, non tamen dicit, ꝙ multitudo præciſa eſt in corruptibilibus indiuiduis, vnde iſta eſt vna cauſa multitudinis indiuiduorum eadem ſpecie, ſed nō ꝑcipua cauſa, ſed illa quæ dicta eſt. ſ. ꝙ omnis natura quiditatiua, pręter naturā infinitam eſt plurificabilis in plura indiuidua. Et quod dr̃ de vno ſole, &c. dicit Doc. ꝙ ratio philoſophi fuit, ꝙ tale corpus ſingulare fuit ex tota materia illius ſpeciei, & hoc non tantum actuali, ſed etiam potentiali ſm eū, quia ſm eum nulla erat materia poſſibilis, manente ſpecie tali, quæ non erat tota in vno ſingulari in tali ſpecie nihil enim poſuit poſſe ꝓduci nouū in ſempiternis, & in immobilibus, ſm ꝙ talia sūt. ſ. immobilia, & ſempiterna. Et quia non concordant cum theol. in hac propoſitione, omne corpus ſempiternum eſt ex tota materia illius ſpeciei actuali, & potentiali, ideo non eſt concordādum cum eo in concluſione, videlicet, ꝙ natura ſolis non ſit de ſe plurificabilis in plura indiuidua, quamuis actu tantum ſit in vno indiuiduo. Et ſic finis huius quæſtionis 7.

QVIDAM nouus expoſitor nititur ſoluere rationes Doct. quibus probat plures intelligentias eſſe in eadem ſpecie, quæ reſpōſiones in primò ponuntur ab ipſo in expoſitione, quā facit in lib. de ente, & eſſentia ſancti Tho. Quo ad tertium reſpondetur argumentis Sco. Et ad primam quidem, vt terminos theolo. admiſceamus, quia argumentū theolo. eſt, dr̃, ꝙ communicabilitas eſt triplex, quędam cum diuiſione, &c. ſicut vniuerſale communicabile eſt particularibus quędā abſque diuiſione aliqua eſſentiæ, vel eſſe per identitatem, ſicut eſſentia diuina communis eſt tribus ſuppoſitis, quędam per aſſumptibilitatem ad hypoſticā vnionem, ſicut natura humana communicabilis eſt omnibus ſuppoſitis diuinis. Si in præmiſſis Sco. aſſumit cōmunicabile, primo modo falſa eſt maior, patet in eſſentia diuina. Si ſecūdo modo falſa ēt eſt maior. Nulla enim eſſentia creata eſt in illo modo communicabilis. Si tertio quoque modo falſa eſt maior, vt patet de eſſentia diuina. Si autem accipiatur communicabile neutro illorū triū modorū, ſed pro cōmunicabile in communi nō deſcendendo determinatè ad hoc, vel illud communicabile, cōceſſo toto argumento non cōcluditur, ꝙ quiditas angelica ſit communicabilis, ſicut vniuerſale particularibus; cōmittitur enim fallacia cōſequētis à ſuperiori ad inferius affirmatiuè, vnde probatio adducta nihil contra nos facit. communicabilitas primo modo repugnat intelligentijs propter earum perfectionem. communicabilitas ſecundo modo repugnat intelligētijs ꝑp earū imperfectionē, communicabilitas tertio modo conuenit eis ex earum imperfectione, quia eſſe diſtinguitur realiter ab eſſentia earum. Ad ſecundum diſtinguēdo maiorem. Aliquid enim eſſe intelligibile ſub ratione vniuerſalis conuenit dupliciter. vno modo ex parte rei, & intellectus, alio modo ex parte intellectus tantum. primo modo maior eſt vera, & minor falſa. Secundo modo maior eſt falſa, licet minor ſit vera. Cum enim vniuerſalitas fundamentum ex parte rei ſit in centro illius quiditatis in pluribus indiuiduis ſimul, vel ſucceſſiuè, fundamētum verò ex parte intellectus ſit repræſentatio illius quiditatis, nō repræſentatis cōditionibus indiuiduationis, vt ſic illud eſt vniuerſale vtroque modo. ſ. ex parte rei, & intellectus, qa repręſentatur ab hic, & nunc, illud autem eſt vniuerſale ex parte rei intellectus tm̄, ꝙ altero tantum fundatur fundamēto. ſ. repræſentatione, ita ꝙ eius vniuerſalitas ex hoc ſolo, ꝙ obiectiuè in intellectu ponitur, cui obiicitur res ſm conditiones quiditatiuas, nō indiuiduales, vt ſic. Et hoc modo quiditas intelligentiæ eſt vniuerſalis, licet enim indiuiduale ſpecificū principium ibidē ſit, quia tamen repræſentatur, vt talis res, non vt hic, quia non repræſentatur ſm, ꝙ in ſe eſt, ſed ſm modum rerum compoſitarū, in quibus aliud eſt natura, & aliud eſt indiuiduum illius naturæ, ideo eſt vniuerſalis, vt obiecta eſt tantum, & hoc eodē modo eſt prædicabilis quiditas intelligentiæ de pluribus. ſ. nec actu, nec aptitudine, ſed vt obiecta eſt intellectui, vt ab Auicen. habes 5. metaphyſ. Ad probationē autem maioris ſic negatæ, patet reſponſio. Cum enim dr̃, ꝙ implicat quiditatem eſſe de ſe hanc, & vniuerſalem, & prædicabilem de pluribus, hoc eſt verum, accipiendo vniuerſale ex parte rei, & ſimiliter prædicabile, vniuerſale enim ſm rationem tantum eſt vnum in multis, & de multis, vt obiectum eſt tātum vniuerſale autem ex parte rei eſt in multis ſecundum rem, licet vnitatem habeat, vt obiectum eſt.

¶Ad tertiū dico, ꝙ in caſu illo reperiat̃ neceſſariò idem

Caietanus nititur ſoluere rationem Scoti.

Triplex eſt communicabilitas.

idem angelus numero. Ex eodem enim Gabriel eſt hic, & Gabriel, nec eſt verũ apud nos, ꝙ Deus non poſſit idem numero reparare.

¶ Ad quartum dicitur, ꝙ non eſt ſimile de intelligẽtis, & animabus intellectiuis quo ad hoc, quòd animæ ſunt partes ſpeciei corporibus vnibiles, non autem intelligentiæ.

Natura humana, & angelica poſſunt accipi dupliciter.

¶ Ad quintum reſpõdet Tho. ꝙ natura humana, & angelica poſſunt dupliciter accipi, vno modo ſecundum eſſe naturæ, & ſic natura humana eſt vna, angelica verò plures. Alio modo accipiunt ſecundũ eſſe viæ.ſ.vt viatrices ad beatitudinem ſupernaturalem, & ſic ſicut natura humana eſt vna, ita tota latitudo angelicarum ſpecierum eſt vna natura.

NVNC oſtendẽdum eſt reſponſiones huius noui expoſitoris, quibus intẽdit ſoluere ratiõẽ Doct. non eſſe multum ad propoſitũ, primò cum diſtinguit de communicabili, concedo diſt. illam. Et dico, ꝙ quiditas angeli eſt cõmunicabilis pluribus, ſicut vniuerſale cõmunicatur particularibus, vt deduxi ſupra. Et cum dicit, quòd hic repugnat tali quiditati propter earum perfectionem, & communicabilitas ſecundo modo repugnat eis propter earum imperfectionem. Dico primò, quòd quamuis natura angelica ſit perfectior homine corruptibili, nõ tamen eſt ita perfecta, ꝙ repugnet ei diuidi in plura numero, quod deduco, quia ſi præciſè conuenit eis ratione ſuæ perfectionis, ſequitur de facto, ꝙ ſi imperfectiori non conuenit ſic diuidi in plura numero, ꝙ multo magis repugnabit perfectiori. Cũ ergo q̃ditas animæ intellectiuę ſit multo perfectior Sole, & Luna, repugnabit ſibi ſimpliciter diuidi in plura numero, cum repugnet ſoli, vt patet per philoſophum primo cœli, & mundi. tex. commen. 9. & 92. qui tamen ſol ponitur imperfectior.

Rationes Caietani cõtra Scotum non ſunt ad propoſitum.

¶ Præterea. Et ſi intelligentia ſit perfectior omni alia re corporali, eſt tamen finita, & limitata, & ꝑ conſequens non excludit omnem imperfectionẽ.

¶ Præterea hoc non videtur concludere ratione perfectionis, quia ſi maior imperfectio ſtat cũ perfectione naturæ angelicæ, non ſequitur, quòd ratione perfectionis illius neceſſariò excludatur minor imperfectio, patet per argumentum à fortiori, q̃a minus videtur, ꝙ maior imperfectio ſtet cũ tali natura, quàm minor, & tamen ſtat, ergo à fortiori minor poterit ſtare, maior enim imperfectio eſt realiter, & eſſentialiter dependere ab alio, & per conſequens eſſe ens poſſibile, & anihilabile, quàm poſſe diuidi in plura numero, quia in tali diuiſione nõ intelligitur, ꝙ vna natura ſit partibilis in ſe, ſed ꝙ quilibet, vt prior ratione indiuidui eſt indifferens ad omnem hęcheitatem, vt ſupra expoſui præſenti diſt. quæſt. 1. & cum contrahitur per aliquam hæcheitatem ſit hic, & ſingularis, & ſic præciſè hanc imperfectionem dicit, quia ex ſe non eſt in vltima actualitate, tamen hic eſt minor imperfectio, quàm ponere ipſam realiter dependere in eſſe, & cõſeruari à cauſa prima, & eſſe ens poſſibile, & anihilabile, eſt ẽt maioris imperfectionis ipſam poſſe recipere ſubiectiuè multa accidentia realiter diſtincta, quàm ſit perfici per hæcheitatẽ, quia talis hæcheitas, licet nõ poneretur pertinere ad quiditatem talis naturę, eſt tamen ita intrinſeca, ꝙ realiter identificatur ſibi.

¶ Præterea, iſte concedit maiorem dependentiã in tali natura, ergo non habet negare minorem ratione perfectionis naturę, quia ſi ratione perfectionis naturæ repugnat minor dependẽtia, immò quaſi nulla, multo magis maior dependẽtia, modo dependere ad ſuppoſitum alterius naturæ eſt ſimpliciter maior dependentia, quàm contrahi ad eſſe ſingulare per aliquid, quod eſt idem realiter ipſi contracto, patet, quia dependere ad ſuppoſitum alterius naturæ eſt non eſſe ens per ſe exiſtens, & in ſe, ſed in alio, licet non per inhęrentiã, modo poſſe cõmunicari ſuppoſito diuino in vnitate ſuppoſiti, eſt ſubſiſtere in illo, & ad illud ſimpliciter dependere, oportet ergo aſſignare aliã rationẽ, quàm per perfectionem naturæ, ſi enim poneretur formaliter infinita ratio talis perfectionis, concluderet propoſitum, ſed quia habet ponere talem perfectionẽ formaliter finitam, limitatam, poſſibilem, eſſentialiter dependentem, natam perfici accidentibus realiter diſtinctis, ſubiectam motui locali, & multis alijs imperfectionibus poſſe ſubijci, ideo ratione talis perfectionis, cui tot imperfectiones annectũtur, non debet negari ipſam eſſe communicabilẽ pluribus indiuiduis, modo præexpoſito, cũ hic eſſet minor imperfectio inter enumeratas imperfectiones.

¶ Ad ſecũdam reſponſionem, quæ eſt de ratione vniuerſalis, & ſingularis, cum dicit, quòd aliquid intelligi ſub ratione vniuerſali contingit dupliciter. vno modo ex parte rei ex hoc, quòd talis res eſt verè multiplicabilis in plura, alio modo ex parte intellectus præciſe, ſic quòd intellectus conſideret præciſè quiditatem in ſe, & non, vt hanc. Et iſto ſecundo modo poteſt concipere naturam angelicam ſub ratione vniuerſali. Dico, ꝙ iſte ſecundus modus poteſt habere duplicem ſenſum, vnum, ꝙ ſ. concipiatur præciſè quiditas in ſe, non concipiendo illam in aliquo ſingulari, nec vt contracta ad aliquã ſingularitatem, ſed vt indifferẽtem ad omnem ſingularitatem, & vt natam prædicari, ſaltem potentia remota de omni ſingulari quiditatiuè contento ſub ea, aliũ ſenſum, ſic præciſè cõcipere illam quiditatẽ, ꝙ ſibi ſimpliciter repugnet dña indiuidualis. primus ſenſus eſt verus, & habetur propoſitum, ſecundus ſenſus ſtatim implicat, dicere enim, ꝙ intellectus concipiat a. verè ſub ratione vniuerſali, & repugnare a. eſſe pluribus communicabile, & plurificabile, vel eſt cõcipere rẽ aliter, quàm eſt, vel eſt concipere ipſam rem ſub modis oppoſitis, & repugnãtibus, cõcipi enim ſub ratione vniuerſali eſt ſimpliciter concipi ſub ratione, qua indifferens eſt ad plura, & plurificabile in illa plura, concipi verò, vt omnino nõ plurificabile eſt modus oppoſitus formaliter ꝓprio modo, & cum dicit, ꝙ intellectus concipit quiditatem naturæ angelicæ abſolutè, non concipiendo ipſam vt hanc, quæro, dum intellectus concipit eam aut concipit eam, vt pluribus communicabilem, & habetur intentum, aut vt ſimpliciter incommunicabilẽ, ergo nullo modo concipireã ſub aliqua ratione vniuerſali, immò videtur repugnãtia concipere a. vt omnino incõmunicabile pluribus, & ipſum concipere non, vt hoc, nam hoc etiam eſt impoſſibile de natura diuina, ꝙ aliquis intellectus verè cõcipiat eam, vt ſimpliciter incommunicabilem, & non concipiat eam, vt ſingularem, ſic in propoſito, nec valet dicere, quòd intellectus, vt concipit eam abſolutè concipit, nec vt plurificabilem, nec nõ, vt plurificabilem, hoc conceſſo nihil eſt ad b. quia ſic concipere naturam non eſt eã concipere ſub ratione vniuerſali, vt patet.

Aliquid intelligi ſub ratione vniuerſali poteſt intelligi dupliciter.

¶ Ad tertiam reſponſionem, cum dicit iſte, ꝙ in hoc caſu reperitur idẽ angelus numero, quia ex eodem eſt hic Gabriel & Gabriel, trãſeat. Et cũ dicit, ꝙ hoc negatur ab eis, hoc patet manifeſtè falſum, quia Tho. expreſsè in quarto, diſtinctio. 44. quæſt. 1. in ſolutione tertij argumenti vult, ꝙ idem numero interruptum non poſſit redire per aliquam potentiam. Et expoſitio iſtius noui expoſitoris eſt magis extorquere intentionem Tho. quàm ipſum exponere. Cum dicit iſte, quòd Tho. non intelligit, ꝙ eadem anima anihilata non poſſit redire per diuinam potentiam, ſed ꝙ ſi in reſurrectione nõ reſumeretur

eadem anima numero, nõ eſſet idem homo numero. Miror valde, ꝙ hic nouus expoſitor nec verba, nec ſenſum, nec intentionẽ Tho. percipiat, cũ Tho. loco pallegato expreſſè velit, ꝙ ſi in homine anima ſenſibilis eſſet diuerſa ab anima rationali, & per cõſequẽs corruptibilis, ſicut in alijs animalibus, ꝙ tũc optimè concluderetur, ꝙ in reſurrectione non erit eadem anima ſenſibilis, & per conſequens nec idem animal, ſi verò ponatur, quòd eadem anima ſecundum ſubſtantiam ſit in homine rationalis, & ſenſibilis, nullas in hoc anguſtias patiemur, & hoc idem Tho. declarat vbi ſupra in ſol. primi argumẽti. Et ad propoſitũ ſuum dicit, quia aliorum animaliũ forma non eſt per ſe ſubſiſtens, vt poſt compoſiti corruptionem manere valeat, ſicut eſt de anima rationali, quæ eſſe, quod ſibi in corpore acquirit, etiam poſt ſeparationem à corpore retinet, & in participatione illius eſſe corpus per reſurrectionem abducitur, ita quòd non ſit aliud eſſe corporis, & aliud animæ in homine, aliàs coniunctio animæ, & corporis eſſet accidentalis, & ſic nulla interruptio facta eſt in eſſe ſubſtantiali hominis, vt nõ poſſit idẽ numero redire propter interruptionẽ eſſendi, ſicut accidit in alijs rebus corruptis, quarũ eſſe, omnino corrũpitur, &c. Ex quo expreſſè patet, ꝙ ipſe Tho. vult, ꝙ idem numero interruptum nullo modo redire poſſit. Et ſic expoſitio huius noui expoſitoris non eſt ad mentem Tho.

Caietanus non percipit verba ſancti Thomæ.

¶ Ad quartam reſponſionem, quæ eſt de angelis, & animabus, cũ dicit, ꝙ non eſt ſimile, quia animæ ſunt partes ſpeciei corporibus vnibiles, ſed nõ ſic intelligentiæ, ſed hæc reſponſio nulla eſt. Tum quia animæ non diſtinguntur per aliud, & aliud corpus. Tum quia nec per aliam, & aliam vnibilitatem, cũ omnia iſta ſint poſteriora ipſa anima, prius enim anima eſt in ſe hæc, quàm actu vniatur corpori, vel quàm ſit vnibilis, vt ſupra expoſitum eſt, & magis etiam infra exponetur.

¶ Cum dicit ad aliã inſtantiã contra Tho. de tota vna ſpecie damnata, &c. ꝙ natura humana, & angelica poſſunt conſiderari vno modo ſecũdum eſſe naturæ, & ſic natura humana eſt vna, angelica verò plures. alio modo ſecũdum eſſe viæ. ſ. vt viatrices ad beatitudinem ſupernaturalẽ. Et ſic ſicut natura humana eſt vna, ita tota latitudo angelicarum ſpecierum eſt vna natura.

¶ Dico, ꝙ iſta expoſitio eſt ita euidenter falſa, ꝙ melius eſſet eã ſilentio pertranſire, quam aliter eius falſitatem oſtẽdere, ſi enim natura humana eſt reparata, qa tota lapſa. ſ. quia ſpecies naturæ humanæ eſt tota lapſa, natura verò angelica non eſt reparata, qa non tota lapſa. Et inconueniens eſt eis totam naturam humanam eſſe damnatam, quia eſt eis valde inconueniens, ꝙ aliqua ſpecies ſit ſimul tota damnata, ergo multo fortius erit inconueniens aliquã vnã ſpeciem naturæ angelicæ totam eſſe damnatam, cũ ſit multo perfectior tota natura humana, ſed in caſit, ſi qlibet angelus differret ſpecie, ſequeretꝰ, ꝙ nõ tm̃ vna tota ſpecies, ſed quam plurimæ ſimul totæ eſſent dãnatæ, quia ſerpens ille cauda ſua traxit tertiam partem ſtellarum, & ſic patet improbatio huius noui expoſitoris.

Ex hoc habes contra ſanctũ Thomam, quod tunc multæ potẽtiæ beatificabiles eſſent fruſtrata ſecũdum totas ſpecies.

Quæſtio Octaua.

Vtrum angelus poſſit ſe cognoſcere per eſſentiã ſuam.

Scotus 2. ſenten. diſt. 3. quæſt. 8.

D. Thomas prima parte ſummæ. q. 50. art. 2.

Durandus 2. ſent. diſt. 3. q. 6.

Ioannes Bacconitanus 2. ſent. diſt. 4. q. 1.

CIRCA cognitionem angelorum. Quæritur octauo, an angelus poſſit ſe cognoſcere per eſſentiam ſuam, ita ꝙ eſſentia ſua ſit ratio cognoſcẽdi ſine aliquo repreſentatiuo præcedente actum naturaliter, titulus q. ſic intelligitur. An angelus cognoſcat ſe per eſſentiam ſuã. i. an eſſentia ſua angeli, puta contrahibilis ſit ratio formalis producendi intellectionem ſui in intellectu ſuo, ita ꝙ intellectus angelicus intelligat eſſentiam ipſius angeli, tanquam per principium formale productiuũ ipſius intellectionis, ſic ꝙ inter ipſius eſſentiã, & intellectum non ſit ſimpliciter neceſſariũ aliquod aliud repreſentatiuũ, quod ſit formalis ratio repreſentandi eſſentiam angeli ipſi intellectui. Et hoc loquendo de cognitione intuitiua. Secus eſſet de abſtractiua, qua angelus poteſt ſe abſtractiuè intelligere, quia tunc poneretꝰ ſpecies intelligibilis ratio formalis repreſentãdi ipſum angelum in ratione actu obiecti intelligibilis, de qua patebit infra quæſt. vltima diſt. præſentis.

IBI. Hic dicitꝰ. Hic Doc. recitat opi. Tho. in prima parte ſummæ. q. 58. art. 1. vbi vult, ꝙ eſſentia angeli perfectè vnita intellectui eſt ſibi tota ratio formalis producendi intellectionem ſui, quia licet in actione tranſeunte obiectum ſit ſeparatum ab agẽte, tamen in actione immanente oportet eſſe vnitum, & vt ſic eſt ratio formalis talis operationis immanentis.

Opinio Diui Thomæ.

¶ Ibi. Et ſi obijciatur, ꝙ oportet formam talẽ ineſſe illi, cui ineſt talis operatio, hic Doct. mouet difficultatẽ cõtra Tho. quia illud quod eſt ratio formalis agendi alicui ineſt formaliter illi, & hoc vel quidditatiuè, ſicut humanitas eſt ratio formalis generandi Frãciſco, & ineſt ſibi quidditatiuè, vel denominatiuè, ſicut calor ineſt igni, vt ratio formalis calefaciendi, puta lignum.

¶ Cum ergo eſſentia angeli, quæ eſt per ſe exiſtens, quamuis ſit perfectè pręſens intellectui, non tñ ineſt ſibi nec qditatiuè, nec denominatiuè, vt patet, ergo nõ erit ratio formalis intelligẽdi ipſi intellectui angelico, ſequitur ibi, videntur reſpondere. Dicunt iſti, quod ſufficit, quòd talis ratio formalis ſit præſens, & vnita ipſi intellectui, licet non informet illum, ſicut calor ſeparatus eſſet principium caloris, quantum ex ſe eſt.

¶ Ibi. Et ſi obijcias iterũ. Dicit Doct. ꝙ ſi aliquod paſſum, puta lignum dicatur agere, puta calefacere per aliquod agẽs, oportet de neceſſitate alterũ iſtorum ſibi ineſſe, vel ipſum agẽs, quod dicatur agere, vel quòd recipiat aliquid ab ipſo agente, puta calorem, quo formaliter dicatur calefacere, aliter lignũ non poſſet formaliter calefacere, niſi principiũ formale calefaciẽdi inſit ſibi, vt patet à Doct. in primo, diſt. 17. Sed eſſentia angeli, quæ dicitur ratio agendi reſpectu intellectionis, non ineſt formaliter ipſi intellectui, nec imprimit in intellectu aliquid, quod ſit ratio formalis agendi ipſi intellectui, ergo ipſa eſſentia angeli nullo modo erit ratio formalis agendi intellectui.

¶ Ibi. Reſpondent, quòd potentia cognitiua aliqua, quandoque eſt cognoſcens in potentia, quandoque in actu, alia autem non ſic, ꝙ autem oportet eam recipere, hoc non eſt, quia potentia cognitiua, ſed tantum, quia eſt in potentia ad actum non ſit hic. Tho. enim facit differentiam inter intellectum noſtrum, & angelicum, quia intellectus noſter quandoque eſt in actu, vt poſſit agere, puta qñ habet ſpeciem intelligibilem in actu, qñq; eſt in potentia. ſ. qñ nõ habet ſpeciem intelligibilẽ obiecti. Et ipſe Tho. ponit, ꝙ ſpecies intelligibilis obiecti eſt ratio formalis intelligẽdi intellectui noſtro, vt patet in prima parte ſum. q. 85. arti. 2. Et talis intellectus, vt ſit in actu principium formale agendi recipit ab obiecto, ſiue fantaſmate huiuſmodi ſpeciem intelligibilẽ, quæ eſt ei ratio formalis intelligendi,

Differentia inter intellectum noſtrum, & Angelicum.

gendi,& ꝙ oporteat ipſum ſic recipere,hoc non cõpetit ſibi, inquantum eſt potentia cognitiua, quia tunc competeret cuilibet cognitiuæ, ſed competit ſibi,inquantum eſt in potẽtia ad actum, puta ad intellectionem,intellectus verò angelicus ſemper cognoſcit eſſentiam ſuam, & nunquam eſt in potẽtia ad actum intelligendi reſpectu ſuæ eſſentiæ, & per conſequens nec erit in potentia ad aliquam formã impreſſam ab eſſentia, quæ ſit ratio formalis intelligendi ipſi angelo. Sed quia eſſentia angeli eſt ſemper præſens ipſi intellectui, vt tota ratio formalis intelligendi, ideo intellectus angelicus ſemper eſt in actu intelligens eſſentiam angeli.

Intellectus angelicus nunquam eſt in potentia ad actũ.

¶Ibi. Cõtra. Hic Doct.arguit contra illud,quod dixit ſupra de calore, quia dicit ibi Tho. ꝙ eſſentia angeli eſt tota ratio formãlis intelligendi ipſi intellectui,& tñ nõ informat ipſum.Nunc probat Doc. ꝙ hoc ſit impoſſibile, videlicet, ꝙ aliquid ſit ratio formalis agendi alicui, & ꝙ formaliter nõ ſit in ipſo modo præexpoſito,qa nihil poteſt habere principium alicuius operationis immanentis, niſi ſit in actu per illud, ꝙ eſt principium talis operationis, quia principiũ formale agendi dat actũ primũ ſuppoſito,ꝙ agit per ipſum.i.ꝙ ipſum ſuppoſitũ eſt formaliter in actu primo reſpectu actus ſecundi, ſed intellectus angeli nõ eſt in actu pẽr illã eſſentiam in hoc,ꝙ eſt per ſe ſubſiſtẽs,quia nõ informat,nec actiuitatem aliquam tribuit ipſi intellectui: ergo per hoc,ꝙ talis eſſentia per ſe exiſtẽs eſt præſens ipſi intellectui non poteſt intellectus habere operationẽ, cuius eſſentia, vel ſimilitudo nata eſt eſſe ratio.

¶Ibi. Itẽ ſecundò. Nunc Doct.arguit cõtra Tho. qa dicit Tho. ꝙ ideò intellectus angelicus nihil recipit ab eſſentia angeli,puta non recipit cognitionẽ ſui, quia quod recipit aliquam cognitionẽ alicuius obiecti,qñq; actu intelligit illud,qñque non, & ſic ad hoc,vt dicatur recipere,oportet recipere actum nouũ. Doct.improbat hanc poſitionem,& improbatio ſtat in hoc, quia ex quo intellectio angeli non eſt qualitas verè permanens,quæ habeat verum eſſe ceſſante actione obiecti,& intellectus, tandiu enim eſt quandiu intellectus, & obiectũ continuãt illam per continuã actionem,vt ſupra patuit in iſto ſecũdo,diſt.2.q.4.& in primo, diſt.3.q.vlt. in reſpõſione ad vltimum argumẽtũ principale. Dicit ergo Doc. ſuppoſito, ꝙ intellectus angelicus nõ recipiat nouã intellectionem eſſentiæ angeli, tñ ex hoc nõ ſequitur,quin verè recipiat intellectionem, quia ex quo eſſentia angeli per te cauſat intellectionẽ ſui, & tãdiu eſt talis intellectio,quãdiu durat talis cauſatio, & illa intellectio eſt verum accidens,ergo verè recipit illã,ſi ergo eſt receptiuus itellectionis,erit ẽt receptiuus alicuius prioris intellectione,quo formaliter dicatur agere,ex quo eſſentia illa nõ eſt formaliter ĩ illo,ſicut ẽt poſito,ꝙ intellectus noſter ab inſtãti creationis ſuæ recipiat cognitionẽ à lapide cõtinuatã,nunq̃ tñ dicetur formaliter agere hmõi cognitione, niſi habeat in ſe formaliter ipſum lapidẽ, qui ponitur ratio formalis agẽdi,vel niſi prius recipiat ab ipſo lapide aliquã ſpeciem intelligibilẽ formaliter ſibi exiſtentẽ,qua formaliter dicatur agere.

Improbatio Doctoris.

Caietanus omittit obiectiones Scoti.

IBI. Ad qõnem igitur dico. Nunc Doct.reſpondendo ad q.dicit,ꝙ eſſentia angeli eſt ratio formalis partialis tñ intelligẽdi ſe.i.ꝙ eſt ratio formalis partialis productiua intellectionis ſui,& in hoc diſcrepat à S. Tho. qui poſuit ipſam eſſentiam angeli eſſe rationem formalem totalem, & addit Doct.ꝙ intellectus angeli eſt alia ratio formalis partialis reſpectu intellectionis eſſentiæ angeli,& iſtę duæ cauſæ partiales integrant vnam totalem.

¶Sed hic occurrit aliqualis difficultas, videlicet, quomodo intellectus,& eſſentia angeli,ex quo ſunt vna,& eadem res dicantur duæ cauſæ partiales,quę ſic ſe habent, ꝙ vna eſt principalior, & alia minus principalis,vt patet à Doc.in primo,d.3.q.8. Dico primò, ꝙ & ſi realiter ſint penitus vna res; tñ inter intellectum, & eſſentiam angeli eſt aliqualis diſtinctio præter omne opus intellectus, ſicut etiam eſt de intellectu, & anima noſtra,vt infra patebit di.16. & talis diſtinctio erit ſufficiens ad hoc, vt dicantur duæ cauſæ partiales. Dico ſecundo, ꝙ ẽt poſito, ꝙ ſint penitus eadem res ſaltem ſm rationẽ ſunt duæ cauſę partiales,quarum vna erit in ratione obiecti, puta eſſentia, & alia in ratione potentiæ, puta intellectus. Et hoc patet per illã propoſitionem Doct. in q.3.prolo. & 1.q.quolib. & alibi. qualis eſt ordo inter aliqua,vbi realiter diſtinguñ, talis eſt vbi ſola ratione diſtingũtur,ſed ſi eſſentia,& intellectus angeli realiter diſtinguerentur, eſſent duæ cauſæ partiales reſpectu intellectionis, quarũ vna ſe haberet in ratione obiecti,& alia in ratione potentiæ, ergo vbi ſola ratione diſtinguntur,erunt duæ cauſæ partiales ſm rationem, quarum vna ſe habebit ſm rõnẽ per modũ obiecti, & alia per modũ intellectus.

Difficultas.

Reſponſio.

¶Ibi. Præterea in intellectibus habẽtibus ſpecies intelligibiles. Hic Doc.probat ſecundo,quomodo eſſentia angeli ſit ratio formalis,partialis tñ reſpectu intellectionis ſuæ. Et argumẽtum eſt à minori. Si de quo minus,&c. ſed minus vr̃,ꝙ ſpecies intelligibilis obiecti, in qua obiectũ habet tm̃ eſſe diminutũ,poſſit eſſe ratio formalis partialis producẽdi intellectionẽ talis obiecti, quàm ſi obiectũ eſſet in ſe præſens,patet, quia obiectũ in ſe præſens eſt magis ens, ſed ſpecies intelligibilis, per quam obiectũ eſt præſens intellectui,eſt ratio formalis producendi intellectionem talis obiecti partialis tamen, ergo à fortiori, & obiectum in ſe præſens.

¶Hic tamẽ aduerte,quia Doct.in iſta littera plura dicit,quæ ſunt valde dubia, niſi ſanè intelligãtur. primũ dictum eſt ibi. Iſtę ſpecies virtute obiectorũ cum intellectu cauſant intellectionem, exemplum intellectus Ioã.habens ſpeciem intelligibilem albedinis illa ſpecies cauſat intellectionẽ albedinis virtute ipſius albedinis. Si ergo intelligat Doct.ꝙ ſpecies albedinis cauſet partialiter cognitionem albedinis virtute ipſius albedinis, ita ꝙ in cauſando dependeat ab illa. Hoc non vr̃, quia talis albedo habet tm̃ eſſe diminutum. Si verò ſic intelligat,ꝙ qa talis ſpecies eſt cauſata partialiter ab ipſa albedine, tanquam a ratione formali cauſandi conceditur, ſic tamen intelligendo, ꝙ albedo extra cauſat ſpeciem ſenſibilem in potentia viſiua, & poſt cauſato in fantaſia fantaſmate albedinis repreſentante ipſam cum hic,& nunc,& vt ſingularẽ. Et ipſum fantaſma eſt cauſa partialis ſpeciei intelligibilis repreſentantis ipſam albedinem, & ſic intelligendo ſpecies intelligibilis albedinis cauſat partialiter intellectionem albedinis in virtute ipſius modo præexpoſito, patet enim à Doct. ꝙ ipſa ſpecies intelligibilis ponitur, vt partialis cauſa cognitionis abſtractiuæ, vt ſupra patuit in primo, diſtin.3.q.6.7. & 8. & diſt.17.& in multis aliis locis. ſed dr̃ agere in virtute obiecti, quia ab ipſo eſt cauſata ſaltem vt a cauſa remota, poteſt etiam dici agere in virtute obiecti, quia ex quo albedo extra eſt ratio formalis cauſandi ſpeciem ſenſibilem,& qvia eſt talis ordo,ꝙ illa ſpecies intelligibilis fortius mouet intellectum, quæ fortius excitatur à fantaſmate, & fantaſma fortius excitat, cuius ſingulare fortius mouet ſenſum exteriorem, vt patet in primo,diſt.3.q.2. Dicit ergo Doct. quòd ſi talis ſpecies intelligibilis cauſat intellectionem obiecti partialiter à fortiori ſi obiectum eſſet in ſe perfectè præſens eſſet magis cauſa partialis intellectionis ſui.

Hic aduerte,

Fantaſma eſt cauſa partialis ſpeciei intelligibilis.

¶ Secundò principaliter nota, quod dicit ibi de obiecto actu intelligibili, ſic debet intelligi, quòd tunc obiectum eſt actu intelligibile, quando eſt in potentia proxima ad cauſandum partialiter cognitionem ſui, ſi tamen eſt tale ens, quòd poſſit cauſare, ſi verò ſit tale ens quod non ſit ex ſe ſufficiens ad cauſandũ partialiter cognitionem ſui, ſed talis cognitio cauſatur ab aliquo, in quo cõtinetur virtualiter, vel quiditatiuè, vt ſupra expoſui in primo, diſtin.3.q.3. tunc dico, quòd tale ens dicitur actu intelligibile, quia obiectũ continens ipſum eſſentialiter, vel virtualiter eſt in potẽtia proxima ad cauſandum partialiter cognitionem illius obiecti contẽti.

¶ Tertiò nota, quod dicit in iſta littera, ꝙ obiectum relucens in ſpecie intelligibili, ſiuè habens eſſe ibi diminutum, quia tantum repreſentatũ, cauſat diminutè cognitionem ſui, talis cauſatio nõ debet attribui tali obiecto ſic relucẽti, ſed ſpeciei intelligibili, vt patet à Doct. in locis prææallegatis. Ex hoc enim, quòd ſpecies talis obiecti verè cauſat partialiter cognitionem talis obiecti dicimus, ꝙ obiectũ ſic relucens cauſat.

¶ Ibi, obijcit contra iſtud. Hic Doctor, quia dixit ſupra, quòd ſubſtantia, vt relucet in ſpecie intelligibili poteſt cauſare cognitionem ſui ſecundũ quid, vt verò non relucet in tali ſpecie, poterit abſolutè cauſare, modo arguit Doct. quia ſi ſic ſequitur, quòd aliquod ſenſibile, puta albedo, vt eſt extra ſpeciem intelligibilem poterit cauſare in intellectu noſtro cognitionem ſui ſimpliciter, patet, qa vt relucet in ſpecie ſua intelligibili, poteſt cauſare ſecundũ quid, ergo à fortiori ſi ſit in ſe præſens, poterit ſimpliciter cauſare.

¶ Ibi. Præterea videtur contra iſtam poſitionem poſſe argui ſicut argutum eſt contra opi. quia alicui ratio operandi operatione immanente niſi informet illud, eſſentia autem angeli licet ſit actu intelligibilis, & præſens intellectui, tamen nõ informat iſtum intellectum, ergo nõ eſt ei ratio operãdi operatione immanente.

Nota & bene. ¶ Ibi. Præterea iſta duo agentia ſemper concurrunt ad eundem effectum communem; igitur habent ordinem, cum non ſint eiuſdem rationis, hic Doct. ſpecialiter arguit, quia ſi tu vis dicere, quòd eſſentia angeli ſit cauſa partialis intellectionis ipſius, & intellectus eius ſit alia cauſa partialis, cũ nõ ſint eiuſdem rationis, altera cauſa erit prior, altera verò poſterior, accipiendo prius pro perfectiori in cauſando, patet, quia quando ſunt duæ cauſæ alterius rationis, ſemper vna eſt perfectior, vt patet in eſſentialiter ordinatis, cum verò ſunt eiuſdẽ rationis, ſicut ſunt cauſæ accidentaliter ordinatæ, vna nõ eſt perfectior alia, vt patet in primo, diſt.2.quæſt.1. & diſt.3.quæſt.8.& diſt.17. Et ſic ſequitur, ꝙ intellectus erit mouens, & motũ reſpectu obiecti, quod eſt contra philoſophũ tertio de anima, nam ſi intellectus eſſet cauſa minus principalis reſpectu eſſentiæ angeli, vt ſic eſſet motus ab eſſentia angeli, quia cauſa ſecũda eo modo mouet, quo mouetur à prima, vt patet à Doct. in primo, diſtin.2.q.1. Et ex alia parte moueret ſe, cauſando in ſe partialiter intellectionem eſſentiæ angeli.

Intellectus non eſt mouens, & motum.

¶ Ibi. Præterea quartò, quòd dicitur de iſtis cauſis partialibus concurrentibus ad eundem effectũ communẽ, videtur inconueniens, quia duo diſtincta genere non poſſunt cauſare effectum eiuſdẽ rationis, ſed ſenſibile, & merè intelligibile differunt genere, maior eſt nota, quia tunc ſequeretur, quòd idem effectus poſſet eſſe ſpiritualis, & corporalis. i. poſſet eſſe partim intelligibilis, partim ſenſibilis. Tũ etiam, quia omne agens eſt præſtantius patiente, ergo corporale non poteſt agere in ſpiritum. Tũ etiã, quia tunc vnum agens poſſet ita intendi, ꝙ virtus tota amborum eſſet in altero, & tunc poſſet cauſare iſtum effectum ſufficienter ſine alio, & ſic obiectũ ſolum ſi intenderetur, vel ſolus intellectus poſſet ſufficienter cauſare cognitionem obiecti.

¶ Ibi. Ad primum dico. Hic Doct. negat, ꝙ ſenſibile in ſe poſſit cauſare cognitionem ſui partialiter; negat etiam, quòd vt ſic ſit actu intelligibile, ſcilicet quòd ſit ſufficienter præſens intellectui in ratione obiecti actu intelligibilis, nam ſi in ſe præſens poſſet cauſare cognitionem ſui tantum cauſaret cognitionem intuitiuam, ſed pro ſtatu iſto non poteſt haberi cognitio intuitiua de aliquo ſenſibili in ſe, licet fortè poſſet haberi aliqua cognitio intuitiua de aliquo actu noſtro, de hoc in quarto, diſt.45. videtur etiam, quòd ſenſibile poſſit intuitiuè cognoſci pro ſtatu iſto, de quo vide ibi. Et vult Ocham in primò, diſt.1. quòd hęc ſit mens Doct. quicquid alij Scotiſtæ dicant. Si tamẽ ſenſibile poſſet eſſe in ſe perfectè præſens intellectui noſtro in ratione obiecti actu intelligibilis, certum eſt, quòd partialiter cauſaret cognitionem ſui intuitiuam, ſicut etiam nunc quãdo aliquod ſenſibile eſt perfectè præſens in ſua exiſtentia intellectui angelico partialiter cauſat cognitionem ſui intuitiuam, vt patet à Doct. in iſto ſecũdo præſenti diſt. q. vlt. Senſibile verò pro ſtatu iſto nũquam eſt obiectum intellectus noſtri actu intelligibile niſi inquantum relucet in ſpecie intelligibili, & quod dicit circa finem huius reſponſionis ibi, quia non eſt extra iſtam actu ens tale, vult dicere, ꝙ ipſum ſenſibile, vt eſt extra ſpeciem intelligibilem eſt tantum potentia tale ſupplè intelligibile, quale eſt ſuum actiuum, nam actiuum partiale cognitionis obiecti ſenſibilis eſt ſpecies intelligibilis, vt dixi ſupra. Et quòd actu relucet in tali ſpecie, eſt actu intelligibile, ideſt ꝙ potentia proxima poteſt cauſare cognitionem ſui abſtractiuam, ſiuè diminutã; cauſare dico denominatione extrinſeca, prout relucet in ſpecie intelligibili, quæ eſt verè cauſatiua, vt dixi. Cum verò ipſum ſenſibile nullomodo relucet in ſpecie intelligibili eſt tantum in potentia intelligibile, & hoc eſt quod dicit Doct.

An ſenſibile ſit obiectũ intellectus noſtri.

¶ Ibi. Ad ſecundũ. Dico, quòd contra illam opi. quæ non ponit intellectum habere actiuitatem aliquam ab illa, quam habet formaliter ab obiecto, vel per ſpeciem obiecti, ſicut nec lignum habet aliquã actionem in calefaciẽdo aliã ab illa, quæ eſt caloris, neceſſariò ſequitur, quòd intellectus non habens aliquid formaliter, non operatur formaliter, ſed ſicut dictum fuit in primo lib. diſt.3. quæſt.7. intellectus habet actiuitatẽ ſuam propriam, ſiuè obiecto præſente in ſe, ſiuè in ſpecie ſua concurrente ſecum ad cauſandum effectum communẽ amborum, ita ꝙ ſufficit vnio, & approximatio iſtarum partialiũ cauſarum, nec tamen requiritur, ꝙ altera alterã informet, quia neutra dat alteri actum pertinentẽ ad ſuam cauſalitatem partialem. Et de hoc vide, quæ dicit Doct. in primo, diſt.3. quæſt.8. & diſt.17.

¶ Ibi. Ad tertium dico, quòd mouens motum, hæc littera clara eſt hic, & expoſita ſupra in primo, diſt.3.q.7. vide ibi.

¶ Ibi. Ad propoſitum igitur dico, quòd non ſolum iſta nõ ſunt mouens, & motum primo modo, ſed nec ſecundo modo propriè, ſicut ſe habet ſol & pater in generatione, ſed tantum ſunt duæ cauſæ quaſi ex æquo ſe habentes quantũ ad hoc, ꝙ neutra per ſe totaliter mouet, & tamen vna habet priorem cauſalitatẽ reſpectu effectus, quàm altera, fortè enim cauſa inferior eorum, dicit Doct. ꝙ in cauſis eſſentialiter ordinatis, quando inferior agit in virtute prioris, ꝙ non dr̃ agere in virtute eius, niſi forma agendi in inferiori depẽdeat à ſuperiori, ideſt ꝙ ratio

ratio formalis agendi in inferiori dependet in eſſe forte tamen à ſuperiori, & etiā ſic dependet, ꝙ nō poteſt eſſe ratio formalis agendi in inferiori, niſi actu dependeat à ſuperiori in agendo, non tamen ꝙ ſuperior aliquid influat actu in inferiori, ſed ꝙ inferior nō poteſt agere, niſi ſuperior agat, & hoc vide clarius in quarto, di.1.q.1.& infra. Nec enim obiectū. dicit Doct.ꝙ quando intellectus, & obiectum, vel ſaltem ſupplens vicem obiecti, vt ſpecies intelligibilis, ꝙ ipſum obiectum, vel ſupplens vicē obiecti in cauſando intellectionem obiecti nō dependet ab anima, accipiendo animam pro intellectu poſſibili, & hoc dicit Doct. quia vult, ꝙ ſpecies intelligibilis, quę eſt cauſa partialis abſtractiuę intellectionis dependet in eſſe ab intellectu agente, vt à cauſa partiali, & à fantaſmate, vt à cauſa partiali, vt patet ſupra in primo, diſt.3.q.8. ſecundi.q.15.quolib. ipſa tamē ſpecies intelligibilis in eſſendo ab intellectu poſſibili, vt patet à Docto. vbi ſupra, & ſic accipiendo animā pro intellectu poſſibili non dat ſpeciei intelligibili eſſe, & ſic ipſa ſpecies non agit in virtute intellectus poſſibilis, cum ab ipſo non dependeat in eſſe, ſed eſt difficultas, ex quo ſpecies intelligibilis dependet ab intellectu agente: ergo agit ad intellectionem in virtute intellectus agentis, quidā dicunt, ꝙ ſic, & ideo Doct. dicit de intellectu poſſibili ſaltē, ſed iudicio meo iſti, qui ſic exponunt Doc.ſ.ꝙ ſpecies intelligibilis agat ad intellectionem obiecti, in virtute intellectus agentis, non rectè exponunt: nam ad hoc, ꝙ aliquid agat in virtute alterius (proptiè loquendo) oportet ipſum non tantum dependere in eſſendo ab illo alio, ſiuè in forma quæ agit, ſed oportet etiā ipſum dependere in operando, ita ꝙ talem operationem eliciat in virtute alterius, patet à Docto. in primo, diſt.2.q.1.& in quarto, diſt.1.q.1. licet ergo ſpecies intelligibilis cauſetur ab intellectu agente, nō tamen propter hoc dicitur agere in virtute intellectus agētis, quia ſi per impoſſibile talis intellectus agens nō eſſet, & ſpecies intelligibilis eſſet in intellectu poſſibili, adhuc partialiter cauſaret intellectionē obiecti, & intellectus poſſibilis eſſet alia cauſa partialis, vt patet à Doct.q.15.quolib. Et vltra ipſa ſpecies intelligibilis eſt cauſata partialiter à fantaſmate, vt patet à Doc. vbi ſupra, & tamē fantaſmate corrupto, adhuc agit ad intellectionē obiecti, & ſic patet, ꝙ exponentes Doct. de ſpecie intelligibili, ꝙ agit in virtute intellectus agentis non rectè intelligunt ipſum. Et quod dicit ibi in littera, ſaltē vt eſt intellectus poſſibilis, hoc dicit, quia non eſt præſentis ſpeculationis de intellectu agente, quia fortè aliqui poſſent dicere, ꝙ ſpecies intelligibilis, quæ ſupplet vicē obiecti, agit ad intellectionem obiecti in virtute intellectus agētis, & dicit, ꝙ quicquid ſit de intellectu agente, ſaltem intellectus poſſibilis non ſic concurrit ad intellectionem, vt ſpecies intelligibilis agat in virtute illius, cum nullo modo ab ipſo dependeat. Et infra ibi. Nec multo magis econuerſo, ideſt quòd intellectus non agit in virtute obiecti. Sed fortè eſſet difficultas de eſſentia diuina. Nam ſi ipſa moueret ad extra, fortè intellectus in cauſando cognitionem ipſius dependeret ab ipſa, & ageret in virtute ipſius, ſed tenendum eſt, quòd nullo modo eſſentia, vt eſſentia agat aliquid ad extra, ſed tantum volūtas, ſi etiam teneretur, quòd ipſa immediatè mouet intellectū ad viſionem ſui, vt quidam tenent. Dico, quòd ſi partialiter moueret ad viſionem, non tamen intellectus beati, diceretur agere partialiter ad viſionem illam in virtute eſſentiæ diuinæ, ſed in virtute voluntatis diuinæ, à qua dependet in eſſendo, & operando.

A quo depēdet ſpeciei intelligibilis.

Aliqui non rectè habēt mentem doctoris.

Difficultas de eſſentia diuina.

¶Item eſſet difficultas de intellectu, & eſſentia animæ. Nam ex quo intellectus pullulat ab ipſa anima, licet non diſtinguatur realiter ab ipſa, ſuo modo videtur dependere eſſentialiter ab ipſa. Et etiā videtur ſequi, ꝙ intellectus habeat ab anima, ꝙ ſit actiuus intellectionis ipſius animæ. Dico, ꝙ ipſe intellectus in nullo genere cauſæ dependet ab ipſa anima intellectiua, & de hoc inferius diſt.16. Sequitur ibi. Et ideo nullo modo.i.ꝙ ipſum obiectum, vt mouet ad intellectionem.i.vt partialiter cauſat illam, non eſt motum ab anima ſaltem, vt eſt intellectus poſſibilis, vt dixi ſupra.i.ꝙ non cauſat illam intellectionem in virtute animæ, nec habet virtutem cauſandi ab ipſa, & infra ibi, poteſt tamen eſſe mouens, dicit, ꝙ obiectum poteſt mouere ipſum intellectum, ſic intelligendo, ꝙ poteſt partialiter cauſare, puta intellectionem, vel ſpeciē intelligibilem, quę recipitur in anima, & tunc anima dr̄ moueri ab obiecto, inquantum recipit aliquid ab ipſo. Sed prout anima eſt partialis cauſa intellectionis, non dr̄ moueri ab obiecto, quia ipſam cauſalitatem non habet ab obiecto, & hoc eſt quod dicit Doct. infra ibi, ſed tunc nō mouet animam, quia dr̄ mouere per accidens ex hoc, ꝙ cauſat aliquid accidentale in ipſo, puta ipſam ſpeciem intelligibilē, quæ eſt cauſa partialis intellectionis, & infra ibi, ita ꝙ in primo ſigno. Dicit Doct.ꝙ in primo ſigno fantaſma, & intellectus agens mouet animam ad ſpeciē intelligibilem, cauſando ſupplē in intellectu poſſibili, ipſam ſpeciem intelligibilē. Et infra ibi, & non ad actum primum. i. ꝙ ipſum fantaſma non dat ipſi intellectui, vt dicatur actus primus partialis reſpectu intellectionis, ſed ꝙ ſit talis actus partialis eſt ex natura talis intellectus. Sequitur. Sed ad illum.i.ꝙ ipſum fantaſma mouet ad illum actum primum partialem, quæ eſt altera cauſa partialis. i. ꝙ cauſat in ipſa anima ſpeciē intelligibilem, quæ eſt actus primus partialis, & altera cauſa partialis intellectionis obiecti. Sequitur. In ſecūdo autem ſigno dicit Doct.ꝙ impreſſa ſpecie intelligibili mouet tantum ad effectum communem. i. ꝙ partialiter cauſat intellectionem ſui, quæ recipitur in anima, ab obiecto tanquā à cauſa partiali dicitur moueri modo præexpoſito, & ꝙ dicit Doct. quòd obiectum mouet in cognitione abſtractiua, intelligo obiectum mouere ipſam ſpeciem intelligibilem, vt ſupra diffusè declaraui.

Intellectus, & anima nō diſtinguūtur realiter.

¶Ibi. Ad quartū dico. Et dicit Doct.ꝙ cauſæ, q̄ ſunt alterius rationis cōcurrentes ad eundem effectū, ita ꝙ ſit ordo inter illas ſm̄ perfectiꝰ, & minus perfectū eſſentialiter, illæ cauſæ nō ſunt tm̄ diſtinctæ ſpecie, hoc eſt manifeſtū, quia cōiter duæ ſpecies ſpecialiſſimæ nō concurrūt ad aliquem vnum effectū, patet de mulo, & equo, nec huiuſmodi cauſæ, quæ ſic cōcurrunt, non tm̄ diſtinguntur numero, vt patet, quia duæ cauſæ ſolo numero diſtinctæ nō ſunt ſic ordinatæ reſpectu eiuſdem effectus, ꝙ vna ſit eſſentialiter perfectior altera, illæ ergo cauſæ, quæ ſic cōcurrunt, cōiter diſtinguntur gn̄e, vt patet de intellectu, & de ſpecie intelligibili & alijs. Sequitur, & ſi accipias.i.ꝙ ſi dicas, ꝙ duæ cauſæ efficienter diſtinctæ genere prædicamentali non poſſūt concurrere ad eundem effectū, falſum eſt, quia intellectus, qui eſt de genere ſubſtantiæ, & albedo, q̄ eſt de genere qualitatis, pn̄t concurrere ad cauſandā cognitionem intuitiuā ipſius albedinis, vel ſi etiam dicas, ꝙ duæ cauſæ diſtinctæ gn̄e philoſophico, accipiendo ꝓ cauſa materiali, formali, finali, & efficiente nō pn̄t concurrere ad eundem effectū, hoc falſum eſt, quia compoſitum naturale ſemper depēdet ab iſtis quattuor cauſis, & ideo dicit Doct.ꝙ non pōt quæri, magis hoc ſupplè, ꝙ idē effe-

An duæ cauſæ poſſint concurrere ad eundem effectum.

effectus, ſit à diſtinctis cauſis genere, & hoc non poteſt magis quæri in hoc genere puta præſentali, q̃ in alio puta phyſico, quia tam cauſæ pertinentes ad diſtincta prædicamenta poſſunt concurrere ad eundem effectum, quàm cauſæ naturales, ſiuè phyſicales modo præexpoſito.

AD argumenta principalia, primò arguit Doc. probando, ꝙ angelus non cognoſcat ſe per eſſentiam ſuam, quia ſi ſic ſequeretur, ꝙ eſſentia animæ cum ſit actu intelligibilis, & pſens intellectui poſſet eſſe ratio intelligẽdi ſeipſum reſpectu ſui ipſi⁹, quod eſt contra philoſophum.3. de anima.t.c.8.q. vult, ꝙ anima intelligat ſe ſicut alia, vbi ſic habetur ſm aliã tranſlationem. Et cum quodlibet eorũ fuerit ſic.ſ.ſicut dicitur ſcientia in actu, & hoc cõtinget quãdo poterit intelligere per ſe, tunc etiam erit in potẽtia quoquomodo, ſed nõ eodem modo quo ante erat anteq̃ ſciuit, aut inuenit, & ipſe tunc poteſt intelligere per ſe. Et ibi cõmenta, quãdo intellecta fuerint in eo entia in actu, & hoc cõtinget intellectui quando poterit intelligere per ſe, nõ q̃n intellexerit per aliud, & hoc quod dixit, eſt differẽtia inter virtutes agẽtes propinquas, aut remotas, propinquę.n.actui ſunt quę agunt per ſe non indigent extrahente eas de potentia, in actu, remotæ autem indigent. Et cum intellectus fuerit in hac diſpoſitione tunc intelliget ſe ſm, ꝙ ipſe non aliud niſi formæ rerum inquantum extrahit eas à materia, hæc ille, hoc idem habetur.t.c.13. Cum.n.dicit anima intelligit ſe ſicut alia, debet ſic intelligi, ꝙ ſicut aliæ res cognoſcuntur ab intellectu virtute, intellectus agentis, & fantaſmatis, quæ cauſant ſpeciem intelligibilem rei ſenſibilis, vt patet in primo. d.3.q.8. & quòd res ſenſibiles extra ſpeciem intelligibilem ſunt tantum intelligibiles in potentia, ſic anima non poteſt immediatè mouere intellectum ſuum ad ſui cognitionem, vt enim eſt extra ſpeciẽ intelligibilem (non ipſius animę, quia talis pro ſtatu iſto haberi non poteſt, ſed vt eſt extra ſpeciem intelligibilem ſenſibilium,) eſt tantum intelligibilis in potentia remota, habita verò ſpecie intelligibili alicuius ſenſibilis poteſt arguitiuè cognoſcere ſeipſam, vt alias expoſui. Sequitur ergo, ꝙ intelligat ſe per eſſentiam ſuam, & ꝙ hoc ſit verum, patet etiam auctoritate philoſophi.3.de anima.t.c.5.qui vult, ꝙ ante intelligere aliorum intellectus non ſit intelligibilis. Dico inquit intellectum quo opinatur, & intelligit aĩa, & hoc nihil aliud eſt in actu eorum, quę ſunt ante intelligere, hæc ille.

Optima expoſitio verborũ Ariſt.

¶Reſpondet Doc. ad hanc rationem, in qua reſponſione plura ſunt notanda, & declaranda, primo ibi anima de ſe actu intelligibilis eſt, intelligit Doc. quòd ipſa anima ex parte ſua eſt ratio formalis eliciendi intellectionem ſui, & eſt præſens ſibi ſupple inquantum eſt intellectus.i.ꝙ ipſa eſſentia animæ, quæ eſt ratio formalis partialis producẽdi cognitionem ſui eſt præſens intellectui quæ eſt altera cauſa partialis, eſt tamen præſens non in ratione obiecti actu intelligibilis, quia ſtatim ſequeretur cognitio illius, vt patet à Doc. q.prima.prologi, & d.3.primi.q.1. & vide quæ ibi notaui, ſed eſt præſens ſibi in ratione entitatis. Nam quando aliquid eſt perfectè præſens intellectui in ratione obiecti actu intelligibilis ſtati ſequitur intellectio, vel ſaltem poteſt ſequi, quia obiectum hoc modo in ſe præſens eſt nihil aliud eſt, niſi ipſum intellectum eſſe memoriam perfectam, & perfectè diſpoſitum reſpectu intellectionis talis obiecti, vt patet à Doct. in primo. diſtin.2. parte.2. & diſtin.3. quæſt.7. & vide quæ ibi expoſui in declarando titulum.q.7.

Anima de ſe actu eſt intelligibilis.

¶Sequitur ibi nihil.n. deficit actui primo.i.ꝙ ipſi animæ nihil deficit pertinens ad actiuitatem intellectionis illius, & ſimiliter ipſi intellectui nihil deficit quantum ad actiuitatem pertinentem ad ipſum.

¶Sequitur nihil deficit ex parte vnionis earum. i.ꝙ ipſa anima, & intellectus quantum eſt ex parte ſua ſunt perfectæ cauſę intellectionis ipſius animę & ſunt perfectè vnita cum ſint vna res realiter, ſed quare non ſequitur intellectio, hoc ideo eſt, quia pro ſtatu iſto non ſunt perfectè vnita, loquendo de vnione qua aĩa ſit perfectè præſens intellectui in ratione obiecti intelligibilis, quæ omnia patent in primo.diſt.3.q.3.

¶Secundum declarandum eſt ibi. Et fortè propter hoc dicit frequẽter Auguſtinus, ꝙ anima nouit ſemper ſe, quod ſic debet intelligi, ꝙ ex quo anima, quæ eſt cauſa partialis cognitionis ſui eſt ſemper perfectè præſens intellectui ſuo, & iſta duo integrant vnam cauſam totalem, & ſi nullum impedimentum eſſet ab extrinſeco ſequeretur cognitio ipſius animæ. Et ideo Aug. dicit, ꝙ anima ſemper nouit ſe.i.ꝙ cauſa perfecta cognitionis animæ ſemper eſt intra ipſam aĩam, & ꝙ actu non cognoſcat ſe hoc non eſt ex defectu ipſius, ſed alicuius extrinſeci, & ideo bene dicit Doct. ꝙ non ſemper nouit lapidem.i.ꝙ ipſa anima nõ habet ſibi intrinſecę cauſam totalem cognitionis lapidis, quia ad cognitionem ipſius non tantum requiritur anima ſed etiam lapis in ſe præſens reſpectu cognitionis intuitiuè, vel præſens in ſpecie intelligibili reſpectu cognitionis abſtractiuę.

8.de tri.c.7 et 10 de tri. c 10 & 14. de tri.c.4.et inde.

¶Tertium declarandum eſt ibi, & hoc modo trinitatem ponit Aug. nota in iſta litera duplicem trinitatem, ſ.actualem, perfectam, & potentialem, actualis perfecta primò cõſiſtit in memoria perfecta, quæ includit intellectum obiectum, & voluntatem, vt patet à Doc. in primo.d.3.q.vlt. ſecundo conſiſtit in actuali intelligentia, ſiue intellectione actuali obiecti, & tertio in actuali amore ipſius obiecti, per primum repræſentatur pater, per ſecũdum filius, & per tertium ſpiritus ſanctus.

Duplex trinitas.

¶Secunda quæ eſt potentialis conſiſtit in memoria perfecta, quæ vt attribuitur patri, eſt perfectiſſima fecunditas productionis filij, & ſpiritus ſancti, quæ includit intellectum, & obiectum præſens, & voluntatem, nam iſta poſſunt eſſe cauſa pfecta ſecundę, & tertiæ partis imaginis, quia intellectus, & obiectum eſt cauſa totalis intellectionis illius, & voluntas habens præſens illud obiectum, non tamen in ratione cogniti, quia tunc eſſet ſecunda pars imaginis in actu ſed in ratione cognoſcibilis, & amabilis poteſt amare illud, & ſic producere tertiam partem imaginis, in tali ergo memoria eſt intellectio virtualis obiecti illius, quia talis memoria habet in virtute ſua poſſe producere cognitionem obiecti.

¶Sequitur, & hoc modo cum voluntas ſit præſens, vt actus primus perfectus ad habendum actũ ſecendũ reſpectu ſui eſt quodammodo actus ſecundus ſicut effectus in cauſa efficiẽte, vt in voluntate, & in eo ſine quo nõ, vt in intellectione.i.ꝙ tertia pars imaginis, quæ eſt amor virtualiter eſt in voluntate, vt in cauſa efficiente, & intellectione obiecti, vt in cauſa ſine qua non, quia voluntas nõ fertur, niſi in præcognitum. Sed an obiectum, vel intellectio obiecti ſit cauſa actiua totalis, vel partialis actus voluntatis, patebit infra.diſt.25.

Nota & bene.

¶Sequitur. Sed quia nihil eſt de iſto toto in actu, niſi ſolum, quod pertinet ad memoriam ideo tota iſta trinitas quæ, ſcilicet, nata eſt eſſe trinitas, tantum eſt in memoria quantum ad realitatẽ eius actualem.i.ꝙ loquẽdo de iſta imagine, & trinitate potentiali,

potentiali,nihil habetur in actu , niſi perfecta memoria,quę vt dixi includit intellectum,obiectum, & voluntatem,quæ dicuntur actus primus totalis reſpectu ſecundæ, & tertiæ partis imaginis , quia intellectus cum obiecto eſt actus primus reſpectu ſecundæ partis imaginis,& voluntas eſt actus primus reſpectu tertiæ partis.

¶Ibi.Sed quare nō exit iſte actus totalis primus in actum ſecundum , cũ ſit per ſe ſufficiēs principium eliciendi actum ſecundũ , dicit Doct. ꝙ eſt aliud impedimentum,quòd iſta cauſa vincere non poteſt, quod impedimentũ, vel eſt ex ordine potētiarum, vel ex culpa , vt ſupra patuit in primo.d.3. q.3.& ſimiliter in hac litera.

¶Ibi.Ad formam argumēti,igit̃ dico,ꝙ iſta cauſa,quæ eſt ex parte angeli eſt ſufficiēs ad hoc, ꝙ eſſentia angeli ſit ſufficiēs rō intelligēdi ſe,ēt ipſa talis eſt ex parte aiæ, ſed in aia ſunt impedimenta in angelo nō , non.n.intellectus angeli habet talē ordinē ad imaginabilia,ſicut habet intellectus noſter pro ſtatu iſto,& pp iſtā impotētiam intelligēdi immediatè intelligibilia in actu,dixit philoſophus,ꝙ intellectus nō eſt aliquod intelligibiliũ,ante intelligere.i non eſt poſſibile intelligi à ſe, ante intelligere aliorũ,q̄ ꝓpoſitio,pōt habere duplicē ſēſum, ſ.cōpoſitum , & diuiſum , nā in ſenſu cōpoſito negatur, tm̄ actus intelligēdi reſpectu intellectus, & eſt ſenſus,nō eſt poſſibile intellectũ inteligere ſe añ intelligere,i.nō pōt dari aliquod inſtans,in quo intellectus noſter, ꝓ ſtatu iſto habeat actualem intellectionē ſui,ante intellectionē aliorum.Et hic ſenſus eſt verus,quia in eodē inſtanti,quo intellectus, intelligit ſe,neceſſe eſt,vel ſimul habere intellectionem aliorũ,vel neceſſe eſt prius, alia intellexiſſe,& hoc eſt,quod dicit Doc. ꝙ ꝓpoſitio iſta, ſ.ante cum ſuo cauſali, ęquipollet aduerbiali determinationi, & pōt conſtrui cũ infinitiuo illo ſignificāte terminum potentiæ.i.ꝙ hoc totũ ante intelligere aliorũ pōt cōſtrui cum hoc infinitiuo paſſiuo, ſ.intelligi à ſe,quæ intellectio, ſiue quod intelligi à ſe eſt terminus potentiæ. Et tunc negatur tm̄ hoc, quod eſt eſt intelligi à ſeipſo intellectu,ante intelligere aliorum.i.ꝙ actualis intellectio, qua intellectus intelligit ſe, nō poteſt ſibi ineſſe, ante intelligere aliorũ , & ſic ſolum negat actualis intellectio ante intelligere aliorum. Cum verò accipitur in ſenſu diuiſo, tunc ante intelligere aliorũ conſtruitur cum indicatiuo.i.cum ly poteſt,& eſt ſenſus,impoſſibile eſt, intellectum habere potētiam ad intellectionē ſui, ante intelligere aliorum,& hic ſenſus eſt falſus, qa licet intellectus actualiter nō intelligat ſe ante intelligere aliorum;habet tñ potentiam ad intelligēdum ſe ante intelligere aliorũ,ſicut hic, hoc nunc, primo eſt immortale , nam ly immortale , aut terminat actũ,& tunc ſenſus eſt, hoc nunc, ſupple in ſtatu innocentiæ,hoc eſt potēs non mori , quia adā in ſtatu innocentię erat potens,nō mori,& hic ſenſus verus, vel determinat potentiam , & ſenſus eſt falſus.Et eſt ſenſus, hoc nunc in ſtatu innocentiæ , non eſt potens mori.Sic in propoſito de iſta propoſitione, non eſt poſſibile intellectum intelligi à ſe, ante intelligere aliorum .

3. de anima contex. 8. & 13.

Senſus verus.

Nota, & bene.

¶Secundo principaliter arguitur,eſſentia angeli eſt ſingularis, ſed ſingulare,non eſt per ſe intelligibile,nec per ſe ratio intelligendi.

Reſpōſio D. Thomæ.

¶Hic Doct. inducit duas rñſiones quarũ prima eſt Tho.in 1.par.Sum.q.56.art.1.qui dicit,ꝙ ſingulare pōt p ſe intelligi, licet nō ſingulare materiale, quia ſingularitas nō prohibet, ſed materialitas. Et ſic concedit, ꝙ ſingulare materiale nō poteſt per ſe intelligi,ſed bene ſingulare immateriale.

Reſponſio Henrici.

¶Secūda rñſio eſt Hen.quol.5.q.15.& 26.Et quol. 8.q.13.qui dicit,ꝙ nec ſe,nec alia intelligit ſub ratione ſingularis materialis, vel immaterialis , ſed ſub rōne vniuerſalis , quod eſt per ſe obiectum intellectus , quod etiā relucet in habitu intelligibili.

¶Tertio loco dicit Doc. ꝙ neutrum credit eſſe verum niſi fortè loquamur de intellectu , qui pp imperfectionē ſui nō pōt ſortè quodcunq; intelligibile intelligere,qualis nō eſt intellect⁹ angelicus, ſed hoc magis patebit infra.q.vlti.præſentis diſtin.

¶Tertiò principaliter arguit, quia omnē cognitiuam potentiam oportet ſecundum ſe denudari ab illo,quod eſt ratio cognoſcendi,patet per philoſophum ſecundo de anima. tex. c. 71. ſecundum aliam tran. Et recipiens colorem eſt,quod non habet colorem, & recipiēs vocem eſt, quod nō habet vocem hæc ibi, hoc idē patet tex.c.12. & patet etiā tertio de anima. tex. c.4. vbi vult philoſophus , ꝙ oportet intellectum eſſe immixtum,& immaterialem ad hoc , vt omnia poſſit intelligere , neceſſe, itaq; inquit,quoniam omnia intelligit,immixtum eſſe,ſed angelus inquantum cognitiuus non denudatur ab eſſentia ſua , ergo non eſt ratio cognoſcendi ſeipſum .

¶Reſpondet Doc. Et reſponſio ſtat in hoc, ꝙ illa propoſitio , tantum habet veritatem in potentijs organicis,quę requirunt determinatam diſpoſitionem , vnde ex determinato numero potentiarum organicarum, cōcludit philoſophus determinatũ numerum actionum, vel obiectorum , vt patet ſecundo de anima tex.c.128.ꝙ aut inquit, nō ſit ſenſus alius præter quinque. Dico autem hos,viſum, auditum,olfatum,guſtatum, & tactum , &c. Iſtud autem organum oportet ita eſſe diſpoſitum , vt poſſit recipere ipſum ſenſibile , ſine materia, quod enim eſt receptiuũ formæ ſine materia req̃rit aliā diſpoſitionem à diſpoſitione receptiui formę cum materia, vt patet à Doctore infra , nam ſubiectum coloris eſt ſuperficies terminata,ſiuè corporis terminati,puta parietis, receptiuum verò ſimilitudinis,albedinis eſt ſuperficies corporis terminati, puta alicuius perſpicui ſicut aer. Certum eſt enim,ꝙ aer,qui eſt receptiuus formæ non materialis , puta ſpeciei ſenſibilis reſpectu albedinis non poteſt recipere in ſe albedinem , vt patet ſic potentia organica,puta viſiua, vel ipſum organum eſt tātum diſpoſitum ad recipiendum formam ſine materia , ideſt ipſam ſpeciem ſenſibilem, & ſic ponitur communiter organum potētię viſiuę in diſpoſitione pſpicua,& ſic tm̄ recipit ſpeciē ſenſibilē coloris , nō autē ipſum colorem,ad hoc ergo , vt videat colorē oportet denudari ab ipſo,nam ſi color eſſet in organo,fortè nō poſſet videri.Et quod dicit Doc. cōiter aſſignādo de tactu, nā dubiũ eſt de tactu an poſſit recipere ſpeciē coloris eſt ipſum colorē , quicquid ſit de hoc nō eſt præſentis ſpeculationis . Cũ ergo intellectus non requirat talē diſpoſitionē determinatā,ſicut potētia organica,non oportet ipſum denudari ab omni eo, qd̄ intelligit, idem enim intellectus pōt eſſe ipſemet realiter,& in actu per habitũ realiter,& tñ receptiuus intellectualiter , & ſui, & habitus cuiuſcunq; informātis eũ realiter,& eſt tota ratio,quia talia ſic recepta intellectualiter non requirunt in recipiente determinatam diſpoſitionem oppoſitam intelligibili reali .

Reſponſio Scoti.

Dubium,

¶Quarto principaliter arguitur,qa nihil idē patitur à ſeipſo, patet rō cum ſua rñſione, quomodo aliquid poteſt mouere ſe, ſatis ſupra patuit in iſto ſecundo diſt.2.q.10.& in primo.d.3.q.7.

¶Vltimo arguitur ſic. Si angelus poſſet ſe intelligere per eſſentiam ſuam , ſequeretur, quòd talis intellectio eſſet idem cum ipſo angelo , patet , quia ſi idem eſt potentia , & obie-

ctum quæ ſunt duo extrema, multo magis erit idē actus cum obiecto, qui mediat inter illa extrema, hoc aut eſt manifeſte falſum, cū hoc ſit proprium ſoli Deo.

Reſponſio. ¶Ad vltimum, Reſpondet Doct. primo recitando opi. aliquorum, quam improbat, qui dicunt talem intellectionem eſſe eandem eſſentiæ Angeli, hoc autem eſt impoſſibile, quia tunc ſequeretur, ꝙ illa intellectio eſſet actu infinita, poteſt enim intellectus quicunque eſſe infinitorum intelligibilium, & ſi tunc haberet intellectionem eandem ſibi, pari ratione intellectio cuiuſlibet eſſet eadem ſibi, hoc autem poteſt deduci ex his, quæ dicit Doct. in primo diſt. 2. probando intellectionem Dei reſpectu aliorum intelligibilium eſſe eandem ſibi. Doct. ergo negat illam conſequentiam, & ad probationem dicit, ꝙ illa intellectio non mediat inter potētiam & obiectum, ſed eſt extraneū reſpectu vtriuſque, cum ſit effectus amborum, vt ſupra patuit in primo diſtin. 3. q. 7.

Quæſtio Nona. Diſt. III.

Vtrum Angelus habeat notitiam naturalem diſtinctam eſſentiæ diuinæ.

Scotus 2. Senten. diſt. 3. q. 8.

D. Bonauentura. 2. Sententia. diſtin. 3. quæſtio. 2. artic. 2.

D. Thomas. 1. par. Summæ. q. 56. art. 3.

CIRCA quæſtionem nonam. Quæritur à Doct. An angelus habeat notitiam naturalem diſtinctā eſſentiæ diuinę. Titulus quęſtionis clarus eſt.

¶Ibi. Hic concordant in iſta negatiua, ꝙ angelus non habeat diſtinctā notitiam naturaliter deitatis, & probatur a Tho. parte prima. q. 56. artic. 3. Iſtam negatiuam tenendo. Si quæris per quid affirmatiuè. Reſpondent, ꝙ angelus non cognoſcit eſſentiam diuinam naturaliter per aliquam ſpeciem &c. Hoc idem dicit Hen. Dicunt ergo iſti, quòd angelus non habet notitiā naturalem diſtinctam eſſentiæ diuinæ, & ſi quæreretur ab eis per quid cognoſcitur Deus affirmatiuę puta affirmando aliquid de Deo ſupple, quòd eſt trinus, & vnus, vel ꝙ eſt infinitum ens, & huiuſmodi. Dicit Hen. ꝙ non cognoſcitur naturaliter neque per eſſentiam Dei, neque per eſſentiam angeli, neq; per ſpeciem repræſentātem ipſum Deū, & ex hoc probat Doc. ꝙ angeli non poſſunt habere aliquam cognitionem de Deo naturaliter, neque diſtinctè, neque confusè, & iſtę duæ rationes licet ſint notę & gloſatę in primo. diſtinctio. 3. q. 1. & ſecunda, ratio etiam pateat in primo. diſt. 8. q. penul. aliqualiter tamen expono eas. Et prima ratio ſtat in hoc, quia ſi angelus naturaliter non poteſt cognoſcere diſtinctè eſſentiam diuinam per ſpeciem intelligibilem, ipſam diſtinctè reprę̨ſentantem, ergo nullo modo poteſt ipſam cognoſcere, probatur conſequentia, quia ſi poteſt eam naturaliter cognoſcere, aut cognoſcere eam diſtinctę. ſ. vel in ſe, vel in conceptu proprio, & in complexo, aut confuſę, quia in cōceptu communi ſibi, & nobis, alius modus cognoſcendi non apparet. Si primo modo nō cognoſcit naturaliter, quia tunc eſſentia diuina, vel aliqua eius proprietas immediatè moueret, vel eſſet ratio formalis immediatè mouendi intellectum angeli, & tunc non cognoſceret naturaliter eam, ſed tantum ſupernaturaliter, & vltra ipſa tantum immediatè mouet intellectum diuinū, vt patet à Doc. in q. 14. artic. 1. quol. Nec ſecundo modo, patet, quia Hen. negat conceptum cōmunem Deo, & creaturæ. Sed ſi talis conceptus cōmunis ſit impoſſibilis, eſt ſimpliciter impoſſibile, quòd habeatur naturaliter aliquis conceptus de Deo, & hoc prolixè, probatum eſt à Doc. in primo. d. 3. q. 1. vbi facit. 3. rationes ſingulares, quas ibi clarè expoſui, hæc idem probat in d. 8. q. 1. eiuſdem primi. Si ergo angelus non cognoſcit eſſentiam diuinam diſtinctè per aliquam ſpeciem intelligibilem, ſequitur, ꝙ nullomodo poterit eam cognoſcere, ſ. nec diſtinctè, nec confusè in aliquo, ſ. conceptu communi, quia ſi talis non datur nullo modo poteſt cognoſci.

Opinio D. Thomæ. / *Opinio Henrici.*

¶Secunda ratio ſtat in hoc, quia ſi dicatur, ꝙ angelus cognoſcit eſſentiam nō in ſe, & intuitiuè, nec per ſpeciem aliquam, ſed cognoſcit eam in aliquo cōceptu reali, alio ab eſſentia diuina patet, ꝙ cognoſcit eam in cōceptu reali, ſummi boni, vel entis primi, & huiuſmodi. Et ſi vltra quæratur à quo cauſatur cognitio talis cōceptus, nō à creatura, vt patet per. 3. rationes factas à Doc. in primo. diſt. 3. q. 1. quia creatura nō poteſt cauſare talē cōceptum, ſiuè notitiam talis cōceptus, niſi cōtineat illum cōceptum, vel eſſentialiter, vel virtualiter, vide ibi. Diceret ergo Hen. ꝙ talis cōceptus realis, alius ab eſſentia diuina, & ſic cognitio huius cōceptus realis, ſ. ſummi boni, vel entis primi, vel ſummè ſapiētis, eſſet cauſata ab eſſentia diuina. Cōtra hic Doc. ſpecialiter inſtat ex dictis Hen. quia ipſe dicit, quòd eſſentia diuina eſt nata facere tantum, videlicet cōceptum realem in intellectu diuino, ita ꝙ nullus alius habetur de ea, niſi per intellectum negociantem, igitur iſta eſſentia eſt nata facere tm̄ per ſe cōceptum vnū realem in quocunq; intellectu; probatio cōſequētiæ, omnis cōceptus, qui natus eſt haberi, & etiam cauſari virtute huius eſſentiæ in aliquo intellectus eſt natus haberi virtute eius in intellectu comprehendente ipſam, & talis eſt diuinus intellectus, cum ergo eſſentia diuina ſit nata facere, tm̄ cōceptum vnum per ſe realiter in intellectu diuino. i. eum ſit nata facere, ſiuè cauſare notitiam vnius cōceptus realis in intellectu diuino, & talis cōceptus realis eſt præciſè eſſentia diuina, vt eſſentia, ita ꝙ ſecundùm ipſum Hen. non eſt ibi aliqua entitas realis, niſi tātum eſſentia, vt eſſētia, & ſic cōceptus, ſiuè entitas ſummi boni, vel entis primi, huiuſmodi nō dicit aliquid reale diſtinctum p̄ter opus intellectus ab eſſentia diuina, quia ſi talis eſſet, ibi poſſet notitiam illius realis cōceptus cauſare in intellectu diuino, ſi talē poſſet cauſare in intellectu creato patet, quia ſi illud, quod eſt in ratione obiecti, ſ. motiui imperfectiſſimum poteſt cauſare oēm cōceptum de ſe cauſabilem. i. notitiā ois cōceptus in ęuo, vel eſſentialiter, vel virtualiter cōtēti, à fortiori eſsētia diuina notitiam cuiuſcunque conceptus realis de ſe poterit cauſare in intellectu ſuo. Sequitur ergo, ꝙ vel intellectus angeli habebit iſtum vnicū cōceptum, ſ. eſſentiæ diuinæ vtcunq; cauſetur, vel omnino neque habebit, illum autem omnino habere nō poterit niſi, vel cognoſceret per eſſentiam, vel per propriam rationem repræſentantem, ſ. per ſpeciem intelligibilem, cōſequētiam negat, ergo nullum conceptum habebit de eſsētia diuina, quod eſt falſum, & negatum ferè ab omnibus.

Scotus arguit contra Henricum.

¶Contra ſecundum dicit Tho. ꝙ angeli cognoſcunt Deum affirmatiuè per eſſentiam ipſorum, quia eſt imago Dei, & imago repræſentat diſtinctè imaginatum, cōtra hāc poſitionem arguit Doc. In iſta litera habetur duplex imago. Prima quę ex ſua natura

Duplex imago.

natura repræſentat imaginatum, ſiuè ſit cognita, ſiuè non ſit cognita, vt ſpecies intelligibilis, puta albedinis, nam antequam cognoſcat, albedo perfectè repræſentat ipſam albedinem, & prius cognoſcitur ipſa albedo repræſentata, quàm cognoſcatur ipſa ſpecies intelligibilis, quia albedo cognoſcitur actu recto, & ipſa cognita poteſt poſtea intellectus cognoſcere ſpeciem intelligibilem actu reflexo, lo quēdo de iſta imagine, nulla creatura pōt eſſe imago Dei, quia nulla eſt, quæ poſſit repræſentare ipſum Deum. Secundo accipitur imago, quæ repræſentat imaginatum nō ex natura ſua, ſed vt cognoſcitur, ꝙ eſt imago talis imaginati, & ſic nunquam poteſt cognoſci, ꝙ ſit imago talis imaginati, niſi ꝑcognoſcatur tale imaginatum, & hoc modo natura noſtra eſt imago Dei, & repręſentat ipſum Deū inquātum cognoſcitur, ꝙ eſt imago ipſius, & nunꝗ poſſum cognoſcere ipſam imaginē Dei, niſi præcognoſcam ipſum trinum, & vnum, quia cognito per reuelationē, ꝙ in Deo eſt vnitas eſſentię, & originatio vnius pſonæ ab alia, & diſtinctio realis ꝑſonarū poſſum reperire in aīa mea vnitatē diſtinctionē, & originationē & ſic diſcurſiuè p imaginē cognoſco deum trinum & vnum, vt patet à Doc. in primo. d.3.q.vlti. & ꝙ cognoſcam aīam ſic eſſe ad imaginem Dei, hoc nō poteſt eſſe via naturali, vt patet à Doct. in primo. diſt.1.q.1. Et patet, ꝙ angelus non cognoſcit naturaliter Deum per eſſentiā ſuam, quia imago, & etiam cognoſcens imaginatū per imaginem, ſecundo modo cognoſcet diſcurſiuè, ſ. ab imagine cognita ad imaginatum, & tamē ipſi negant diſcurſum in angelo, vt patet ſupra in 1. diſt. huius q. & infra.

Nota & benè.

¶Præterea omnis diſcurſus præſupponit notitiā illius ſimplicis, ad quod diſcurritur, hoc patet, quia nullus diſcurrit ab vno ad aliud, niſi vtrumque præcognoſcat, igitur ſi per illam eſſentiam cognitam habetur notitia de eſſentia diuina per diſcurſum oportet præhabere conceptum ſimplicem de eſſentia diuina, & tunc illius quærenda eſt alia ratio prior, ſupple, per quam poſſit cognoſci eſſentia diuina, ſi debeat cognoſci per talem diſcurſum. Aduerte tamen, ꝙ quando diſcurritur à præmiſſis ad concluſionem, quę infertur ex illis ꝑmiſſis non præcognoſcitur concluſio, ſaltem vt euidens, præcognoſcitur tamen aliquo modo concluſio, puta iſta antequam demonſtretur, & per conſequens precognoſcuntur termini concluſionis, ſed non præcognoſcitur vt euidens aliter non demonſtraretur, ſufficit ergo, ꝙ in diſcurſu præhabeatur notitia terminorum ſimpliciū ſi diſcurritur à termino ſimplici ad terminnm ſimplicem. Si verò diſcurritur à complexis ad complexum ſufficit præhabere notitiam talium complexorum, ſaltem cōfuſam.

¶Confirmatur etiam. Dicit Doct. quòd nullum obiectum facit diſtinctam notitiam alterius obiecti.

¶In iſta ratione oriuntur difficultates.

1. Difficultas.

¶Prima quia videtur, ꝙ aliqua creatura faciat diſtinctam notitiā eſſentiæ diuinæ, quia dicit ipſe Doct. quòd Deus poteſt cauſare in intellectu angeli aliquam ſpeciem intelligibilem, per quā ipſe angelus poteſt diſtinctè cognoſcere eſſentiam diuinam, & ſic illa ſpecies intelligibilis erit ratio cognoſcendi Deum, & ſic ſecundùm ipſum opportebit concedere, ꝙ Deus virtuāliter contineatur in tali ſpecie, & ſic creator virtualiter poterit cōtineri in creatura, ꝙ ipſe expreſsè negat hic & in 1. diſt.3. q.1. & d.8. & in quolib.

2. Difficultas.

¶Secunda, quia dicit hic Doct. ꝙ talis ſpecies intelligibilis impreſſa à Deo diſtinctè repræſentat ipſam deitatem, & in hoc videtur ſibi contradicere, quia in prima q. prologi probat, quòd per nullā creaturam poſſumus peruenire ad diſtinctam cognitionem Dei, quia nullus effectus repræſentat ipſum inquantum trinum & vnum &c. & tamen hic vult, ꝙ illa ſpecies intelligibilis, quę eſt effectus Dei & creatura ipſius, repręſentat ipſum ex ſua natura, & non inquantum cognita.

3. Difficultas.

¶Tertia dubitatio quia certum eſt, ꝙ infuſa cognitione Dei, quæ eſt effectus ipſius, illa repræſentabit ipſum Deum, ſi ſit cognitio diſtincta, vt patet à Doct. in 1. diſt.3.q.6. & ſingulariter q. vltima, vbi vult, ꝙ actus intelligendi ſit ſimilitudo obiecti. ita vult expreſsè, ꝙ Paulus poſt raptum recordabatur de eſſentia diuina, & de his, quæ vidit in tali raptu, vt patet in hac q. & per conſequens, ſi recordabatur, hoc erat per aliquam ſpeciem intellectualem repræſentantem actum, quo vidit archana Dei, & habito tali actu tūc recordabatur ſe vidiſſe, & hoc patet in 4. diſtin.45. de memoria, ſiue de recordari, & ſic videtur, ꝙ effectus Dei potuit perfectè repræſentare ipſum Deum.

4. Difficultas.

¶Quarta dubitatio eſt ex hoc, quod dicit, ꝙ nullum obiectum facit diſtinctam notitiam alterius obiecti, niſi contineat illud virtualiter, hoc idem dicit in 1. diſt.3.q.1. Et diſt.8.q.2. & tamen eſſentia diuina facit diſtinctam cognitionem perſonarum in intellectu diuino, vt patet a Doct. in primo in pluribus locis, & tamen ibi non eſt continentia virtualis, nec eminentialis, quia contentum in alio virtualiter, vel eminenter dicit imperfectionē in ipſo contento, & quòd talis continentia non ſit in Deo reſpectu eorum, quæ ſunt ab intra patet à Doct. in primo.

5. Difficultas.

¶Quinta dubitatio quia dicit Doct. quòd talis ſpecies intelligibilis repræſentat Deum ſub ratione deitatis & tamen eſt finita in ſe, ſed hoc videtur contradicere ſibi, quia vult expreſsè, ꝙ illud, quod eſt ratio repræſentandi infinita ſit formaliter infinitum, vt patet ab ipſo in 1. diſt.2. parte prima. q.1. & in ſecundo. d.3.q.11. contra Hen. ergo ſi ſpecies intelligibilis aliqua eſt ratio repræſentandi diuinam eſſentiam diſtinctè, videtur ꝙ ſit formaliter infinita cum non ſit maior ratio de repræſentare infinita diſtincta, & repreſentare infinitum intenſiuè diſtinctè.

6. Difficultas.

¶Sexta dubitatio ex hoc, ꝙ dicit, ꝙ nihil facit diſtinctā cognitionē alterius obiecti, niſi cōtineat illud virtualiter, quia tunc ſequeretur, quòd angelus continebit virtualiter eſſentiam diuinam, quia ipſius intellectus, vnà cum ſpecie intelligibili infuſa à Deo cauſant notitiam diſtinctam Dei, patet à Doct. hic, ergo intellectus magis continebit eſſentiam diuinam, cum ſit cauſa principalior, vt patet in hoc ſecundo. diſt. præſenti. q. penul. & vlti. & in primo. d.3.q.7. & 8. & in quoli. & tamen falſum eſt, ꝙ contineat ipſum Deum virtualiter, vt dixi ſupra.

7 Difficultas.

¶Septimo dubitatur, quia eſſentia diuina, vt eſſentia eſt ratio formalis cognoſcendi contingentia vt patet à Doct. in primo. diſt.39. & tamen non cōtinet virtualiter contingentia inquātum eſſentia, quia ipſa tantum ſunt à voluntate diuina, vt patet à Doct. ꝗ vlti. prologi, & in primo. d.2. & 8. & in ſecundo, diſt.1.q.1. & diſtin.3.q. vlti. & q.14. & 16. quoli. Eſſent etiam multa alia dubia, quę breuitatis cauſa tranſeo.

¶Ad primam igitur difficultatem reſpondeo, ſupponendo aliqua, primum obiectum continens virtualiter aliud obiectum, quantum eſt ex parte ſua poteſt producere cognitionem intuitiuam alterius, & etiam abſtractiuam, cauſando partialiter

ſpeciem

ſpeciem intelligibilem talis obiecti,& ſic de ratione obiecti puta.a cõtinentis virtualiter ſecundùm adæquationem,& præciſionem,vt alias dixi in primo,diſt.3.puta.b.eſt,quòd poſſit partialiter producere tam cognitionem intuitiuam, quàm abractiuam illius, vt patet à Doct.pluribus locis,maximè in ſecundo.d.3.q.vlti.& ſicut obiectum poteſt facere cognitionem ſui intuitiuam,& abſtractiuam reſpectu intellectus limitati, quod dico propter eſſentiam diuinam, quæ facit tantũ cognitionem intuitiuam ſui reſpectu intellectus diuini, ita poteſt facere cognitionẽ reſpectu obiecti virtualiter contenti,vt patet à Doct.in primo, diſt.3,& 8.

Nota de ſpecie intelligibili. ¶Secundo ſuppono, quòd nulla ſpecies intelligibilis, poteſt cõtinere virtualiter obiectum,cuius eſt ſpecies,quod patet,tum quia imperfectior, tum quia poſterior, tum quia communiter eſt ab obiecto, tum quia dependet tanquàm menſuratum à menſura.

¶Tertiò ſuppono, ꝙ nulla ſpecies intelligibilis, vt huiuſmodi poteſt cõtinere virtualiter aliquod obiectum in ratione cognoſcibilitatis, quia ſi ſic poſſet etiam producere cognitionem illius intuitiuam, ſaltẽ partialiter quod eſt manifeſtè falſum, quia omnis cognitio per ſpeciem intelligibilem eſt tantum abſtractiua, vt patet à Doct. in primo.d.3. q.6.& in ſecundo.d.3.q.9.

¶Dico ergo, quo ad primam dubitationem, ꝙ licet ſpecies intelligibilis ſit cauſa partialis cognitionis abſtractiuè ipſius deitatis,non tamen ex hoc ſequitur, quòd contineat virtualiter ipſam deitatem, quia tunc poſſet eſſe cauſa partialis cognitionis intuitiuè.

¶Si dicatur continet virtualiter cognitionem abſtractiuam deitatis,ergo continet virtualiter ipſam deitatem,antecedens patet,quia cauſa effectiua eo modo, quo cauſat virtualiter continet effectum,conſequentia probatur,quia dicit Doc.ꝙ cõtinens virtualiter cognitionem alicuius virtualiter continet illud, vt allegaui ſupra.

¶Reſpondeo ad antecedens, ꝙ continet virtualiter partialiter cognitionem tãtum abſtractiuam, ſed negatur cõſequentia.Cum probatur per Doct.

¶Dico, ꝙ Doct. intelligit de continente virtualiter notitiam alterius tam intuitiuam, quàm abſtractiuam,aliter nõ haberet veritatem, & ſic patet ſolutio primæ.

¶Dico ſecundo,ꝙ ſi ſpecies illa non dependeret in eſſendo à tali obiecto, quòd fortè poſſet continere virtualiter entitatem talis obiecti,ſed in propoſito ipſa dependet ab obiecto, ſaltem, vt a cauſa remota, vt expoſui in primo.diſt.3.q.2.& alibi, & poſito, quòd talis ſpecies ſit cauſata à Deo, ſaltem ſufficit, quòd ſit nata cauſari à tali obiecto,& ideo non continet illud virtualiter.

¶Dico tertio,quòd propoſitio Doc.vera eſt,quãdo cauſat partialiter notitiam obiecti abſtractiuã, vt cauſa remota, non vt cauſa propinqua, quod tunc eſt,quando vnum obiectum cauſat ſolam remotè ſpeciem alterius obiecti, quæ ponitur cauſa propinqua, tale enim obiectum ſic cauſans notitiam alterius abſtractiuam continet virtualiter illud aliud.

Effectus non ducit in cognitionem deitatis. ¶Ad ſecundum dico,quòd Doc.in q.prima prologi, arguit ſic, ꝙ per nullum effectum poſſumus deuenire in cognitionem deitatis arguendo ab effectu ad cauſam,quia nullus eſt effectus,qui poſſit eſſe ſimilis ipſi Deo, nulla enim natura ſingularis poteſt reperiri in tribus ſuppoſitis, ideo non poſſumus arguere,ſic aliquis effectus Dei exiſtens tãtę perfectionis eſt, ꝙ poteſt eſſe in tribus ſuppoſitis,ergo à fortiori prima cauſa poterit eſſe. Sicut arguimus,aliquis effectus Dei eſt perfectus bonitate, ergo ipſa prima cauſa erit ſimpliciter bona, & ſic omnes perfectiones ſimpliciter ſparſim repertę in diuerſis creaturis in ſummo attribuimus primæ cauſæ, & ſic per tales effectus deuenimus in cognitionẽ harum perfectionum in Deo, quòd ſcilicet, ſit ſummè ſapiens, ſummè bonus, arguẽdo ſemper ab effectu ad cauſam, & hoc patet à Doct.in primo.diſt.3.& 8. Et ſic dico,quòd nullus eſt effectus Dei nec actu,nec poſſibilis,qui ſit huius perfectionis, ꝙ ſit vnum ſingulare indiuiſibiliter in tribus ſuppoſitis, ex quo arguamus, ergo ipſe De° multò magis habebit iſtã pfectionẽ; licet ergo ipſa ſpecies intelligibilis creata immediatè à Deo, poſſit repreſentare Deũ trinum, & vnũ,non tamen ipſa eſt vnum ſingulare in tribus ſuppoſitis, ſed tantum repreſentat, & hoc nõ negat Doc. vult enim q.prima prolo.& diſt.3.q.prima, & diſtin.8. q.2.& q.14.quolib.& diſt.3.ſecundi,quòd nulla rationalis creatura, ex ſuis puris naturalibus poteſt deuenire in cognitionem deitatis,ſub ratione deitatis, nec aliqua creatura, quantumcunque perfecta, poteſt eſſe ratio deueniendi in cognitionem ipſius Dei intuitiuam, nec poteſt eſſe ratio partialiter cauſandi aliquam ſpeciem intelligibilem, repreſentãtem Deum ſub ratione deitatis,per quam poſſit cognoſci abſtractiuè, ſub ratione propria, ſed ſolus Deus poteſt cauſare huiuſmodi ſpeciem.

¶Dico ſecundo, & magis ad propoſitum, quòd ſpecies illa dicitur tãtum repreſentare Deum, pro quanto eſt partialis cauſa cognitionis Dei, non quòd per ipſam, vt abſolutè ſumptam, poſſit cognoſci Deus, niſi arguendo ab effectu, ſcilicet, eſt effecta,ergo eſt aliqua prima cauſa, immò non ſequitur ſpecies illa in ſe cognoſcitur, ergo per illã Deus cognoſcitur, niſi cognoſcatur, ꝙ eſt ſpecies intelligibilis Dei, ſed hoc non poteſt cognoſci,niſi Deo præcognito, vt ſupra dixi de imagine Dei.

¶Ad tertiam, patet per reſponſionem,ad ſecundam concedo enim, ꝙ aliqua intellectio ſupernaturaliter habita de deitate ſub ratione propria repreſentat ipſam, & eſt ſimilitudo ipſius,& quotiẽs intellectus reflectitur ſuper talem cognitionem, qua cognouit Deum,ſtatim,cognoſcit ipſum, ſicut etiam Paulus,tamen non eſt in ſe talis,quale eſt repreſentatum, nec etiam in ſe ſimilis tali repreſentato, ſicut dicimus, quòd album eſt ſimile alteri albo, quia illa intellectio eſt tantum in vno ſingulari, & eſt ſingularis de ſe,ſicut etiam dicimus, ꝙ ſpecies intelligibilis hominis non eſt in ſe talis, qualis eſt in repreſentando, nam in ſe ſingularis eſt, in repreſentãdo verò vniuerſalis.Ex hoc ergo, ꝙ eſt talis in repreſentando,nõ ſequitur,ꝙ ſit talis, vel ſimilis in eſſendo. *Quomodo Paulus cognouerit Deum.*

¶Dico tñ,ꝙ nõ ſequitur abſolutè,ſcilicet,qđ cognita notitia deitatis in ſe,ꝙ ex illa ſic abſolutè cognita,cognoſcatur deitas,quia etiam requiritur, ꝙ cognoſcatur relatio ipſius ad deitatem, quæ dicitur relatio attingentię,vt notat Doct.in q.13.quol. & requiratur cognitio talis relationis patet prolixè à Doct. in quolib.q.14. artic.3. & vide quæ ibi expoſui, licet enim notitia Dei dicatur ſimilitudo ipſius naturalis, non tamen ſequitur, quòd ipſa abſolutè cognita, per actum reflexum cognoſcat ipſe Deus in ſe, ſicut ẽt dixi de imagine, & ſpecie intelligibili.Si verò cognoſcitur,vt eſt notitia Dei, tunc cognoſcitur & Deus, ſed non poteſt cognoſci aliquo actu reflexo,quòd ſit notitia deitatis,niſi præcognoſcatur Deus, vt ſupra patuit.

¶Ad quartum dico primo, quòd licet ibi nõ ſit con-

continentia virtualis, tamē eſt ibi cōtinentia perfectè identitatis cum perſonæ illę tranſeant in perfectam identitatem realem, & eſſentialem eſſentiæ diuinæ, vt patet à Doct. in primo.d.5.q.2. & d.26.& alibi.

¶Secundò dico, quòd licet proprietas perſonæ non propriæ contineatur virtualiter propter perfectam identitatem cum eſſentia diuina, tamen eo modo quo diſtinguntur poſſet dici continentia virtualis accipiendo tamen continentiam virtualem pro eo, ꝙ eſſentia diuina eſt id à quo ipſe proprietates primò pullulant, vt patet à Doct. in primo.diſt.28.& in quolib.

Duplex cōtinentia.

¶Tertiò dico, quòd poteſt eſſe ibi continentia virtualis, & eminentialis non ſecundum rem, ſed ſecundum rationem per vnam propoſitionem Doct. in primo.diſt.8.q.3.& q.1.quolib.& q.penul. prologi, & quæ talis eſt, quòd qualis eſt ordo inter aliqua duo, vbi diſtinguntur realiter talis eſt ordo inter illa duo vbi tantum ratione, vel ex natura rei diſtinguntur, vt patet, quia ſi comparetur ad ſubiectum à quo realiter diſtinguitur ſecundùm rem cauſatur ab illo, ergo vbi comparatur ad ſubiectum à quo realiter non diſtinguitur ſecundum rationem poteſt dici cauſari à tali ſubiecto, vt patet à Doct. q penulti. prologi, ſic in propoſito, ſi proprietas perſonæ eſſet verè realiter diſtincta ab eſſentia diuina virtualiter contineretur ab illa, quia eſſet ibi ordo producti realiter ad producens realiter, ergo nunc vbi tantum ratione, vel ex natura rei ab eſſentia diuina diſtinguitur erit talis ordo, quod ſecundùm rationem continetur virtualiter ab illa.

¶Si dicatur, vt ſupra, ꝙ contentum in aliquo eſt imperfectius ipſo continente.

Quomodo contentū ſit imperfectius continente.

¶Dico, quòd hoc verum eſt vbi non tranſit in perfectam identitatem ipſius, & ſic paternitas, vel proprietas patris licet non ſit formaliter infinita, vt patet à Docto. in primo.diſtin. ſecunda. & 26. & in tertio.diſtin.prima.q.prima.& q.quinta.quolibe.tamen eſt idemptice infinita, vt patet in locis præallega.

¶Ad quintam dico, quòd non eſt ſimile in repreſentando infinita obiecta, & in repreſentando tantum vnum, quod eſt formaliter infinitum.

¶Primo, quia cum dico, quòd ſpecies intelligibilis repreſentat ipſum &c. & ſub ratione infinitatis, ipſa erit cauſa partialis cognitionis abſtractiuæ, quæ cognitio eſt finita, terminata, & limitata.

¶Si verò repreſentaret infinita obiecta poſſet eſſe cauſa partialis quantum eſt ex ſe cauſandi infinitas cognitiones partialiter infinitorum obiectorum quarum quælibet requirit ſpecialem gradum perfectionis in cauſa, & ſic ſequeretur, quòd talis ſpecies intelligibilis eſſet formaliter infinita, quod patet, quia illud, quod eſt ratio producendi infinitas intellectiones quarum quælibet requirit aliquam perfectionem in ipſa ratione producendi erit formaliter infinitum, vt patet à Docto. in primo. diſtin.2. q.1. & diſtin.3. q.7. & in ſecundo. diſtin.3.

Nota & benè.

¶Secundò dico, quòd aliud eſt repreſentare infinitum ſub ratione qua eſt infinitum, & aliud eſt repreſentare infinita obiecta, quia quòd.a.ſi ratio repreſentandi vnum obiectum quantumcunque perfectum non ſequitur ex hoc, ꝙ ſi tantę perfectionis, quia ſpecies intelligibilis eſt minoris perfectionis communiter obiecto repreſentato, ſi tamen repreſentaret infinita eſſet formaliter infinita patet, quia verum obiectum requirit ſpecialem rationem repreſentandi dicentem aliquam perfectionem, & aliud ſpecialem rationem repræſentandi dicentem aliquam perfectionem. Tunc ſic quando aliquid eſt ratio repræſentandi infinita quorum quodlibet requirit ſpecialem perfectionem in repræſentante illud erit formaliter infininitum. Et hoc modo arguit Doc.in primo.diſt.2. q.1.probando infinitatem infinitę eſſentiæ ex hoc, quòd eſt ratio repræſentandi infinita &c. Et ſic patet ſolutio dubij. Et argumentum Doct. ſtat contra Henricum, quia ipſe poſuit in angelo vnum habitum, qui eſſet ratio repræſentandi omnia cognoſcibilia ab angelo.

An ſpecies intelligibilis ſit cauſa partialis cognitionis abſtractiua.

¶Ad ſextam de ſpecie intelligibili, quòd ſit cauſa partialis cognitionis abſtractiuè. Et quòd tamen non cōtineat Deum virtualiter declaratum eſt ſupra. Et quod dicit, quòd intellectus angeli eſt cauſa magis principalis.

¶Dico, quòd ex hoc non ſequitur quòd contineat virtualiter ipſum obiectum, & ſuppono aliqua, primum, quòd licet cognitio alicuius obiecti puta lapidis, tam intuitiua, quàm abſtractiua principaliter ſit cauſata ab intellectu, & minus principaliter à lapide, non tamen ex hoc ſequitur, quòd virtualiter contineat ipſum lapidem, & ratio quia virtualiter non continet cauſalitatem ipſius lapidis patet, quia quantumcunque intellectus perficeretur ſtante tamen limitatione intellectus, nunquam tamen poteſt ſupplere cauſalitatem partialem lapidis reſpectu cognitionis ipſius lapidis, vt patet à Doct.in primo.diſt.3.q.7.& 17.& in ſecundo diſt.3. licet ergo intellectus ex ſua ratione habeat in ſe cauſalitatem pertinentem ſibi, non tamen habet in ſe cauſalitatem pertinētem ad obiectum, vel ad ſupplens vicem illius obiecti, quod eſt ſpecies intelligibilis illius obiecti, dicimus enim, quòd obiectum continet virtualiter aliud quando continet cauſalitatem pertinentem ad illud reſpectu cognitionis illius licet ergo intellectus angeli ſit cauſa partialis cognitionis Dei, & perfectior, quàm ſpecies intelligibilis, quia tamen non poteſt ſupplere cauſalitatem ſpeciei intelligibilis ideo nō continet ipſam virtualiter nec etiam obiectum cuius eſt talis ſpecies, & hoc eſt, quod dicit Doc.in prima.q.prologi.& diſt.3.q.vltima ſecundi, quòd licet intellectus habeat in ſe cauſalitatem pertinentem ad ipſum reſpectu cognitionis obiecti non tamen habet in ſe cauſalitatem pertinētem ad obiectum, quia nec quodlibet obiectum habet in ſe virtualiter eminēter, vel per perfectam identitatem, & de hoc ſatis dictum eſt in primo. diſt.3.q.3.& 7.

¶Ad vltimam dico, quòd eſſentia, vt eſſentia non contineat huiuſmodi contingentia virtualiter cum, vt ſic non poſſit producere ea ad extra, quia tunc produceret de neceſſitate, quia eſſentia vt eſſentia agit modo naturali, vt patet à Doct. in primo in pluribus locis, & q.18. quolibe. continet tamen illa eminenter, & hoc ſufficit.

¶Secundò dico, quòd licet eſſentia non contineat illa virtualiter tamen poſita determinatione diuinæ voluntatis reſpectu illius contingentis ipſa eſt ratio formalis repræſentandi huiuſmodi determinationem, & huiuſmodi contingentia intellectui diuino, vt patet à Docto.in primo.diſtin. 39. Et ſic patet ſolutio duarum dubitationum.

Diſtinctio de cognitione intuitiua & abſtractiua.

IBI ad quæſtionem igitur reſpondeo Doct. reſpondendo ad quæſtionem primo præmittit quādam diſtinctionem de cognitione intuitiua & abſtractiua, abſtractiua cognitione reſpicit propriè quiditates, vt abſtrahunt ab actuali exiſtentia ita quòd non eſt rei exiſtentis inquantum exiſtens, licet enim actū exiſtat non tamen reſpicit illam inquan-

Digitized by Google

inquantum exiſtens: intuitiua verò eſt rei exiſtentis, inquantum exiſtēs, vel ſaltem alicuius virtualiter contenti in re exiſtente, inquantum exiſtens, quæ etiam diſtinctio ſupra patuit in primo, diſt.1. q.2. diſt.8. q. penult. & in quarto, diſt.10. & 49. q.12. & in tertio, diſt.14.

¶ Sequitur. Scientia autem eſt obiecti, ſecundum quòd abſtrahit ab exiſtētia actuali, alioquin poſſet aliquando eſſe, & aliquando non eſſe, & ita non eſſet perpetua, ſed corrupta re, corrumperetur ſcientia illius rei. Nota in iſta littera primò, quòd ſcientia propriè ſumpta, de qua Ariſt. in primo poſte. eſt p̄cisè de quiditatibus, vt abſtrahūt ab actuali exiſtētia. Tum quia ſcientia eſt de vniuerſalibus primò, & per ſe, quia paſſio primò, & per ſe demōſtratur de natura ſpecifica licet per ſe, & non primò demonſtretur de ſingularibus, vt talia ſingularia abſtrahūt ab actuali exiſtentia. Tum quia eſt de neceſſarijs, & ſic de quiditatibus, vt abſtrahūt ab actuali exiſtentia. Nota ſecundo ibi, ſed corrupta re, &c. Cum enim dicit Doct. quòd ſcientia eſt perpetua, in corruptibilis, non debet intelligi de ſcientia quæ eſt qualitas in anima, qua cognoſcitur concluſio demonſtrata, quia illa eſt corruptibilis, vt patet per experientiam, non enim eſt maior ratio de habitu ſciētifico, quàm de quocunque alio habitu, cum quælibet ęquæ primò fundetur in intellectu poſſibili, & quælibet ſit qualitas abſoluta, vt patet à Doct. in quolib. quæſt.13. debet ergo intelligi paſſiuè, ideſt quòd ſcibile eſt perpetuum, & incorruptibile. Si ergo ſcibile eſſet exiſtens, aliquando non, quia tunc eſſet ſcibile quando actu exiſteret, & non ſcibile quando actu non exiſteret.

An ſcientia ſit incorruptibilis.

Poteſt etiam dici ſcientia perpetua, & incorruptibilis quantum in ſe eſt ex hoc, quòd reſpicit obiectū incorruptibile, & perpetuum, à quo habet eſſe & ſpecificationem, & ſic quantum eſt ex ſe poteſt talis ſcientia perpetuari, cum dependeat in eſſe, & cōſeruari ab obiecto, ſaltem, vt à cauſa partiali, vel vt magis breuiter dicam ſcientia propriè ſumpta denominatione extrinſeca dicitur perpetua cum ſic de obiecto perpetuo, licet in ſe formaliter non ſit perpetua.

Quomodo ſcientia eſt incorruptibilis.

¶ Ibi, ſecundum probatur. Hic Doct. intendit probare, quòd intellectus poſſit habere cognitionē intuitiuam de re. Et arguit à minori, quia potentia ſenſitiua cognitiua poteſt cognoſcere rē intuitiuè, ergo à fortiori cognitio intuitiua, patet conſequentia, quia quod eſt perfectionis in potentia inferiori videtur eminentius eſſe in ſuperiori, quæ eſt eiuſdem generis, modo cognitiua ſenſitiua, & cognitiua intellectiua ſunt eiuſdem generis, quia vtraque eſt cognitiua, & notanter dicitur eiuſdem generis, quia non ſequitur potentia viſiua eminēter continetur in potentia volitiua, cum illa ſit eſſentialiter perfectior, ergo ſi viſiua videt albedinē intuitiuè, & volitiua poterit videre, non ſequitur, quia volitiua non eſt eiuſdem generis, ideſt quòd non pertinet ad idem genus cognitiuè. Sequitur, in ſenſu autem, qui eſt potentia cognitiua inferior intellectu, perfectionis eſt, quòd eſt cognitiua rei, ſecundum quòd in ſe exiſtens eſt, & ſecundum q̀ eſt præſens ſecundū exiſtentiam ſuam, igitur hoc eſt poſſibile in intellectu, quia eſt ſuprema vis cognitiua. Et parum infra, voco cognitionem intuitiuam non prout intuitiua diſtinguitur contra diſcurſiuam, quia ſic aliqua abſtractiua eſt intuitiua, ſed ſimpliciciter intuitiua eo modo, quo dicimus intueri rē ſicut eſt in ſe, cognitio enim principiorū dr̄ intuitiua, quia maniſeſtiſſima, & notiſſima, nā cognitis terminis ſtatim habetur clara, & manifeſta notitia illius principij, & hoc modo poteſt dici intuitiua reſpectu cōcluſionis cognitæ per diſcurſum à principijs ad concluſionem. Sed hæc nō eſt propriè intuitiua, vt intuitiua eſt rei exiſtentis, inquantum exiſtens. Nota tamen, quòd cognitio principiorum aliquando poteſt dici intuitiua propriè, quando ſcilicet cognoſcitur principium per cognitionem intuitiuam terminorum, ſicut cū intellectus diuinus intuitiuè cognoſcit eſſentiam diuinam, & proprietatem natam demōſtrari per eſſentiam diuinam, tunc habet illud principiū per ſe notum ex terminis, vt intuitiuè cognitum, aliquando eſt cognitio abſtractiua, quādo cognoſcūtur termini in vniuerſali, & propriè principiū eſt ex terminis vniuerſalibus, ſicut dicimus, q̀ omne totum eſt maius ſua parte, & talis cognitio poteſt dici intuitiua, eo quòd euidentiſſima.

Nota & benè.

Quomodo cognitio principiorū poſſit dici intuitiua.

¶ Ibi, iſtud etiam ſecundum membrum per hoc declaratur. Hic Doct. adhuc oſtendit quomodo intuitiua cognitio poteſt competere intellectui creato, patet, quia expectamus videre Deum intuitiuè, & facie ad faciem.

¶ Ibi, ſecūda declaratio huius diſtin. Hic Doct. declarat per ſimile in potentijs ſenſitiuis, quomodo in intellectu poteſt eſſe iſta duplex cognitio. ſ. intuitiua, & abſtractiua, nam ſenſus particularis exterior, vt ſenſus viſus eſt obiecti per ſe exiſtētis, vt exiſtens eſt, fantaſia verò cognoſcit idem obiectum, ſecundum q̀ eſt præſens per ſpeciem, quæ ſpecies poſſet eſſe eius, licet non eſſet exiſtens, vel præſens, ita quòd cognitio fantaſtica, & abſtractiua reſpectu ſenſus particularis eodem modo poteſt dici de intellectiua.

¶ Hic occurrit paruū dubium. In hoc quod dicit, quòd ſenſus particularis eſt rei exiſtentis, vt exiſtens eſt, & ſic præcisè intuitiuè cognoſcit, quia ſenſus particularis, puta viſus, tantum cognoſcit per ſpeciem ſenſibilem, & obiectum ſenſibile eſt ſibi præſens per talem ſpeciem, ergo ſi cognoſcit per ſpeciem ſenſibilem, talis cognitio non erit intuitiua. Dico, quòd vere cognoſcit per ſpeciem ſenſibilem, tanquàm per cauſam particularem illius cognitionis, dico etiam, quòd ſenſibile tantum eſt ſibi præſens in ratione obiecti actu ſenſibilis per ſpeciem ſenſibilem receptam in organo, vt patet à Doct. in primo, diſ.3. q.4. Et tamen illa cognitio eſt tantum intuitiua. Tum quia illa ſpecies ſenſibilis præcisè repreſentat obiectum, inquantū actu exiſtens, ita quòd ſi obiectum non exiſteret actu, nunquam repreſentaret illud in ratione obiecti actu ſenſibilis. Tum quia eſt præciſa cauſa partialis cognitionis obiecti ſenſibilis actu exiſtentis terminatè ad ipſum, vt in ſe exiſtēs, & pręſens potentiæ, fantaſma verò, ſiuè ſpecies ſenſibilis recepta in virtute fantaſtica repreſentant idem ſenſibile, ſiuè exiſtat ſiuè non, & eſt cauſa partialis cognitionis talis obiecti, ſiuè exiſtentis, ſiuè non exiſtentis, ita quòd non eſt de ratione talis cognitionis, vt terminetur ad rem exiſtentem inquantum exiſtens.

Bona difficultas.

Quomodo poteſt eſſe cognitio intuitiuā per ſpeciem.

¶ Ibi. Hac diſtinctione præmiſſa ad quęſtionem reſpondeo, quòd licet ſecundùm communiter loquentes non poſſet angelus ex puris naturalibus habere cognitionem Dei intuitiuam, tamen non videtur negandum quin poſſit naturaliter habere cognitionem eius abſtractiuam, hoc modo intelligendo, quòd ſpecies aliqua diſtinctè repreſentet iſtam eſſentiam, licet non repreſentet eam vt in ſe pręſentialiter exiſtentem, & ſic non videtur inconueniens ponere intellectui angeli huiuſmodi ſpeciem inditam eſſe à principio, ita quòd licet ipſa non ſit naturaliter acquiſibilis in tali intellectu, ſed merè ſupernaturaliter, tamen ſicut perfectiones

An Angelus habeat cognitionē intuitiuam, vel abſtractiuam.

nes datæ angelo in ſua prima creatione, licet non neceſſariò ſequantur naturã eius, diceretur naturales diſtinguendo contra ſupernaturales merè, ſcilicet gratiam,& gloriam, ita iſta perfectio data intellectui angelo, qua eſſentia diuina eſſet ei pręſens diſtinctè, licet abſtractiuè poteſt dici naturalis, ita ꝙ quicquid cognoſcit angelus de Deo virtute huius ſpeciei aliquomodo cognoſcitur naturaliter,& aliquomodo non naturaliter, naturaliter inquantum iſta non eſt principium gratuiti actus, nec glorioſi, non naturaliter autem inquantũ ad iſtam nõ poſſet pertingere ex naturalibus, neque ex aliqua actione naturali. Dicit Doct. quòd aliquod poteſt dici ſupernaturaliter ex hoc, quòd eſt principium gratuiti actus, ſiue meritorij, vel actus glorioſi, puta viſionis, vel fruitionis Dei clarè viſi.

Difficultas, an voluntas reſpectu actus gratuiti vel glorioſi ſit principium ſupernaturale.

¶ Sed ex hoc dicto videtur ſequi, quòd voluntas noſtra poſſet dici ſupernaturalis, quia eſt principiũ actus meritorij ſaltem partiale, vt patet à Doct. in primo, diſt.17.

¶ Dico primò, quòd licet dicatur principium partiale, non tamen eſt principale in ratione merendi, quia charitas eſt tale principium principale, vt patet vbi ſupra. Dicit enim Doctor ibi, quòd principaliter acceptat illum actum meritorium, quia elicitus à charitate. Dico ſecundò, ꝙ hic Doct. nõ loquitur de potẽtia, quę eſt cauſa partialis actus, ſed loquitur præciſè de alia cauſa partiali concurrente cum potentia, quia aliqua eſt tantum cauſa partialis act⁹ nullo modo ſupernaturalis, qualis eſt actus meritorius, aliqua verò eſt cauſa actus verè ſupernaturalis, vt patet de gratia, & charitate.

¶ Sed eſt maior difficultas de actu glorioſo, vt de fruitione Dei clarè viſi, quia fruitio ſecũdum ſubſtantiã,& ſecundũ intenſionem eſt magis à voluntate, ꝗ à charitate, quia actus quo ad ſubſtantiam, & intẽſionem magis eſt à potentia, quàm ab habitu, vt patet à Doct. in primo, diſt.17. Et quòd voluntas cum charitate concurrat ad fruitionẽ Dei, patebit in quarto, diſt.49.& in tertio, diſt.13. ergo ſequitur, ꝙ ipſa volũtas erit cauſa ſupernaturalis, immò magis ſupernaturalis, quàm charitas.

An volũtas ſit cauſa ſupernaturalis.

¶ Dico, ꝙ talis actus dicitur ſupernaturalis ex hoc, quòd eſt principaliter ab ipſo Deo, nam tenẽdo, quòd Deus concurrat partialiter, & voluntas creata partialiter, cauſa tamen magis principalis eſt ipſe Deus, vt patet in quarto, vbi ſupra. Poteſt etiã dici de actu meritorio, & actu glorioſo, quòd ſingulariter habitus qui eſt principium talis actus dicitur ſupernaturalis, non tantum ex hoc, quòd eſt ſupernaturaliter productus, ſed etiã ex hoc, quòd non poteſt eſſe principium, niſi actus meritorij, vel glorioſi, vt patet de charitate, nõ ſic eſt de voluntate, quia quantũcunque ageret, ſicut ſi intẽſiſſimè diligeret Deũ charitate nõ concurrente ad huiuſmodi dilectionem, nunquam talis dilectio eſſet meritoria, vt patet à Doct. in primo, diſt.17. Cum ergo ſpecies intelligibilis repræſentans Deum ſit tantum cauſa partialis cognitionis abſtractiuæ, quæ cognitio Dei non eſt actus meritorius ex hoc ſolo, quòd eſt ab intellectu, & à tali ſpecie, nec etiam eſt actus glorioſus, patet, qa talis actus, vel eſt clara viſio Dei, vel fruitio ipſius clarè viſi, ſequitur, quòd non erit principium ſupernaturale ſimpliciter.

An cognitio abſtractiua potuit eſſe meritoria in Angelo.

¶ Si dicatur, nonne talis cognitio abſtractiua potuit eſſe meritoria in angelo, dico, ꝙ ſic ex imperio voluntatis informatæ charitate inclinãte, vel cõcurrente, vt partiali cauſa ad huiuſmodi imperium, quo imperatur talis cognitio, ſed dico bene, quòd non eſſet meritorius ſimpliciter ex hoc ſolo, ꝙ eſt à tali ſpecie, quia tunc cognitio elicita à tali ſpecie in lucifero fuiſſet meritoria.

¶ Ibi, ꝙ autem talis ſpecies poni debeat diſtinctè repreſentans eſſentiam diuinam, licet abſtractiuè. Hic Doct. nititur perſuadere tribus congruentijs, quòd talis ſpecies repreſentans deitatem ſit ponenda in angelo, & primò perſuadetur ſic, quia beatitudo naturalis angeli excedit naturalem beatitudinem hominis, etiam ſi fuiſſet in ſtatu inocentię, tam angelus, quàm homo per quantumcunque ipſius, igitur cum homo pro ſtatu naturæ lapſæ poſſit habere cognitionẽ de vltimo fine in vniuerſali, vt patet à Doct quæſt.1.prolo.& diſt.3.quæſt.1.primi,& volitionem conſequentem,& pro ſtatu innocentiæ habere potuerit aliquomodo notitiam diſtinctam, & volitio ſummi boni, ſequatur cognitionem vltimi veri, ſequitur vt ſic, quòd in tali cognitione, & volitione ſummi boni diſtinctè poſſit haberi maior beatitudo ab angelo, quàm ab homine, ſed hoc nõ potuiſſet eſſe, niſi per talem ſpeciem intelligibilem ſibi ſupernaturaliter impreſſam.

Dubium ſatis bonum, an ſcilicet homo in ſtatu innocentiæ habuiſſet notitiã diſtinctam abſtractiuã Dei.

¶ Sed dubitatur. In hoc quod dicit Doct. quòd homo in ſtatu innocẽtiæ habuiſſet notitiam diſtinctam vltimi finis, quia videtur ſibi cõtradicere per ea quæ dicit in quæſt.14. quolib. art.2. quòd nec angelus, nec anima ſeparata poteſt diſtinctè cognoſcere deitatem ex puris naturalibus, multò minus poterit cognoſcere homo in ſtatu innocentiæ.

¶ Dico primò, quòd ſi homo in ſtatu innocentię habuiſſet notitiam abſtractiuam diſtinctam reſpectu deitatis, quòd illa non potuiſſet eſſe ex merè naturalibus, ſed habuiſſet, vel per ſpeciem aliquam intelligibilem, imperfectiorem tamẽ ſpecie intelligibili ipſius angeli, vel per aliquam reuelationem, vel poteſt dici ſecundò, ꝙ fortè hic Doct. non loquitur de cognitione deitatis diſtincta in ſe, ſed ꝙ habuiſſet multo perfectiorem de Deo, quæ magis appropinquaret cognitioni diſtinctæ, quàm habuiſſet in ſtatu naturæ lapſæ.

¶ Ibi. Secundò perſuadetur hoc idem per hoc, quòd aliquis raptus videns tranſitoriè eſſentiam diuinam, ceſſante iſto actu videndi poteſt habere memoriam talis obiecti, & hoc ſub ratione diſtincta, ſub qua erat obiectum viſionis, licet non ſub ratione præſentis actualiter, quia talis præſentia non manet poſt actum in ratione cognoſcibili, igitur per aliam rationem perficiẽtem intellectum talem poteſt obiectum iſtud iſto modo obiectiuè eſſe præſens,& ita non eſt contra rationem eſſentię, quòd ſpecies illius ſit in aliquo intellectu diſtinctè repreſentans eã, igitur nec videtur talis ſpecies neganda ab intellectu ſummo creato, ſicut patet de raptu Pauli, qui poſt talem raptum recordabatur viſorum.

Nota quomodo quis dicitur recordari de deitate prius viſa.

¶ Hic tamen aduerte, quòd reſpectu talis recordationis ponitur duplex obiectum videlicet proximum, & remotum, proximum eſt viſio quam habuit, remotum eſt ipſa eſſentia, quia recordabatur ſe vidiſſe eſſentiam, actus enim recordationis immediatè terminatur ad actum quem prius habuit de tali obiecto, vt magis patebit in quarto, diſt.45.

¶ Aduerte etiam, quòd cum dicit hic Doct. ꝙ in tali recordatione deitatis, &c. ponitur ſpecies intelligibilis repreſentans deitatem, debet ſic intelligi, ꝙ habita viſione deitatis ſtatim in intellectu cauſatur ſpecies intelligibilis repreſentans ipſam viſionem in ratione obiecti actu intelligibilis, & ſic intellectus cum illa ſpecie cauſat vnam cognitionem, quæ terminatur ad viſionem quam prius habuit, & cognoſcẽdo illam viſionem, cognoſcit etiam obiectũ viſionis, abſtractiuè tamen, & ſic dicitur recordari de obiecto viſo.

¶ Aduerte etiam, quòd poſito, quòd per talem ſpeciem cognoſcat viſionem, quam habuit de deitate,

Digitized by Google

tate, talis cognitio eſſet tantum abſtractiua, quia non terminaretur ad viſionem actu exiſtentem, & præſentem in propria exiſtentia, & præſentia, quia talis viſio fuit tantum tranſitoria, tandiu enim durat quandiu habetur præſentialiter in ſe, & ſic per illam viſionem abſtractiuè cognitam potuit Paulus cognoſcere deitatē diſtinctè, abſtractiuè tamen, ſed de huiuſmodi materia ſatis patuit in expoſitione, quam feci ſuper diſt.9. ſecundi, vide ibi. Illa tamen recordatio deitatis non erat merè naturalis, quia illa ſpecies intelligibilis dependebat ab aliquo merè ſupernaturali, puta à viſione deitatis. Si etiam dicatur, quòd Paulus poſt illum raptū habuit ſpeciem intelligibilem immediatè repreſentantem eſſentiā diuinam in ratione obiecti actu intelligibilis poſſet concedi, ſed tunc per illam ſpeciem non recordabatur de eſſentia viſa, quia actus recordationis immediatè terminatur ad viſionē obiecti, ſed de hoc aliàs in quarto, diſt.45.

An Paulus recordabatur de eſſentia viſa.

¶ Ibi. Tertiò perſuadetur propoſitum, quia ſecundum Auguſtinum quarto ſuper Gene. dies illi ſex non erant in ſuceſſione temporis, ſed in cognitione angelica creaturarum ordinem naturalem habentium, ita quòd prius naturaliter nouit creaturā in verbo, ſecundo in genere proprio, & non ſtando ibi redijt in verbum laudans ipſum ex opere ſuo, & in iſto iterum vidit rationem ſequētis creaturæ naturaliter, ita quòd quando Deus dixit, fiat lux, vidit angelus ſe in verbo ęterno, cum facta eſt lux, & cum factum eſt veſpere, vidit ſe in genere proprio, & cū factum eſt veſpere, & mane dies vnus ex ſe exſurrexit in laudem Dei, quo vidit ſecundam creaturam, ita quòd iſta viſio erat terminus præcedentis diei, (inquantum ex cognitione creaturæ primæ in verbo ſurrexit in cognitionem verbi, & ita diſtinguit Augu. ſingulos dies vſque ad diem ſeptimum, cuius erat mane vltimæ creaturæ in verbo, non ſequebatur veſpere) erat principium ſequentis diei, inquātum vidit illam creaturam in genere proprio.

Duplex cognitio.

¶ Aduerte tamen de cognitione matutina, & veſpertina quæ pro nūc accipi poteſt vel intelligi, primò, quòd angelus cognoſcat lapidem in verbo cognitione matutina, quando ſcilicet verbum, in quo relucet lapis, cauſat cognitionem lapidis, vt relucētis in verbo, voluntariè tamen, & hoc totaliter, vel ſi partialiter cauſat intellectus angeli eſt alia cauſa partialis, & hoc eſt videre in verbo, ſiuè cognoſcere lapidē cognitione matutina. Dicitur etiam cognitio matutina, & in verbo, pro quanto, talis cognitio lapidis non terminatur ad lapidem, vt in ſe, ſiuè vt relucentē in ſpecie intelligibili lapidis, ſed vt præcisè terminatur ad lapidem, vt relucentem in eſſentia diuina, & de hoc vide in quoli. q.14. Et iſtis duobus modis poteſt dici cognitio veſpertina, vel quia ſcilicet cauſat à lapide, vel à ſpecie intellegibili eius, vel quia immediatè terminatur ad lapidem, vt in ſe exiſtentem, vel vt relucentem in ſpecie intelligibili, vel in aliquo alio poteſt, quàm in verbo. Secūdò poteſt dici cognitio matutina, & veſpertina aliter, vt quando angelus cognoſcit lapidem in verbo, ſiuè in Deo cognitione matutina, puta cognoſcēdo in ipſo verbo rationes creaturarum, ſcilicet quando ſpecies intelligibilis, repreſentat Deum ſub ratione deitatis per ipſam cognitione abſtractiua poteſt cognoſcere in Deo rationes creaturarum, ſiuè ipſas ideas dicuntur rationes, vt patet à Doct. in primo, diſt. 35. & tūc intellectus angeli vna cum tali ſpecie intelligibili poterit cauſare cognitionem diſtinctā deitatis in qua relucent huiuſmodi rationes, non ex natura rei, quia omnes ideæ ſunt in eſſentia diuina, non tamen ex natura rei, cum illa habeant tantum rationem obiecti ſecundarij, & hoc per actum intellectus diuini præcedentem omnem actum voluntatis diuinæ ad extra, vt clarè patuit diſt.1. quæſt.1. huius ſecūdi. Et dicitur cognitio veſpertina, quādo cognoſcit ipſas creaturas in ſe hoc dupliciter, vel vt in propria exiſtentia, & præſentia, & tunc cognoſcit illas intuitiuè, & talis cognitio intuitiua eſt partialiter à creatura exiſtente, inquantum exiſtēs eſt, vel cognoſcit ipſas, vt relucēt in ſpecie intelligibili creaturæ, & talis cognitio cauſatur partialiter à ſpecie intelligibili.

Vnde dicatur cognitio matutina, vel veſpertina.

Veſpertina vnde dicatur.

¶ Ibi. Tunc nox ad diem pertinet, nō dies ad noctē cum ſublimes, & ſancti angeli illud, quod creaturam in ipſo creatore nouerunt referunt in ipſius honorem, & amorem, in quo ęternas rationes, quibus creata eſt contemplantur, eaq; concordiſſima contēplatione ſunt vnus dies quem fecit dominus, vult dicere Aug. quòd quando ſcilicet angeli ſurgūt in Dei laudem ex opere facto, tunc nox præcedens diem ad mane præcedens pertinet, & non pertinet dies ad noctē, id eſt illud mane, in quo ſurgūt in laudem Dei, pertinet ad diem ſequētem, quia eſt principium illius diei, & ideo in ſeptimo die cōcordiſſima contemplatione ſunt ſeptimæ diei, ſcilicet quietis, & fœlicitatis æternæ non ſequitur veſper, & illi ſeptimæ diei cōiungitur eccleſia, ſcilicet congregatio fidelium ex hac peregrinatione liberata.

¶ Ibi, poteſt tamen probari ex dictis eius, ꝙ hæc cognitio, ꝗ vocatur cōmuniſſimè cognitio matutina ſit naturalis, & nō præcisè beatifica, & hæc littera clara eſt, nec indiget aliqua expoſitione, & ſtat in hoc, quòd ex quo ſecundum Augu. in cognitione angelica creaturæ poſt creaturam eſt iſte ordo, quòd prius naturaliter præceſſit cognitio angelica creaturarum in verbo cognitionem earum in genere proprio, quæ cognitio in verbo dicebatur matutina, & talis cognitio creaturarum in verbo fuit diſtincta, & non confuſa, ſed ſi angelus non habuiſſet notitiam diſtinctā ipſius verbi, licet abſtractiuā diſtinctè non cognouiſſet creaturas, vt in verbo, quia cognitio verbi diſtincta ponitur cauſa cognitionis diſtinctè creaturarū, modo ex cognitione cōfuſa cauſæ non ſequitur cognitio diſtincta ordinatorum effectuū, vt in tali cauſa, certum eſt autem, quòd ipſi angeli quādo cognouerunt diſtinctè creaturas in verbo, & per conſequens diſtinctā notitiam habuerunt de verbo erant ſimpliciter in ſtatu innocentię, quia inter ſtatū innocentiæ, & ipſum lapſum fuit aliqua morula, vt infra patebit diſtin.4. & illa cognitio non fuit beatifica, cum adhuc eſſent in via, ergo fuit naturalis, & beatifica, loquendo de beatitudine naturali, quam angeli habere potuerūt in ſtatu innocentiæ, illam aūt habere non potuerūt, niſi per aliquam ſpeciem intelligibilē, & eis ſupernaturaliter impreſſam, vt ſupra patuit.

Cognitio matutina eſt naturalis, non beatifica.

¶ Ibi. Et ſi obijciatur, quomodo potuit in verbo, non intuitiuè, ſed abſtractiuè cognito alia cognoſcere, dicit, quòd tota ſcientia naturaliter eſt nūc de paſſionibus abractiuè per intellectum, ita quòd non tantum ſubiectum intuitiuè cognitum, ſed etiam abſtractiuè, eſt illud in quo cognoſcitur paſſio, hoc patet, quia ea cognitione diſtincta abſtractiua hominis poſſunt cognoſci abſtractiuè omnes paſſiones de ipſo homine contentæ in illo virtualiter, & adæquatè, vt expoſitum eſt in prologo quæſt. de ſubiecto theologiæ, & ſic angelus ex diſtincta cognitione deitatis abſtractiua potuit cognoſcere diſtinctè obiecta ſecundaria relucentia in ipſa, quæ virtualiter primò, & adæquatè in ipſa continentur, quæ omnia, producuntur in eſſe obiectiuo ab intellectu diuino, vt patuit in primo, diſtin.35. 36. 39. 43. & in ſecundo, diſtin.1. q.1. & in quolib. quæſt.14.

Diſſiculꝫas. Quomodo ſequitur, ꝙ ex cognitione abſtractiua deitatis ſequatur cognitio creaturarum.

¶ Sed oritur aliqualis difficultas, quia non videtur ſequi, quòd angelus ex cognitione diſtincta abſtractiua deitatis cognoſcat obiecta ſecūdaria in illa. Tum quia deitas ipſa non poteſt mouere intellectum creatum, nec ad ſui, nec aliorum cognitionem, ſed præcisè mouet intellectum diuinum, vt oſtenſum eſt in primo, & in quolib. quæſt. 14. & per conſequens non videtur ſequi, ꝙ ex cognitione deitatis diſtincta ſequatur cognitio creaturarum in ipſa, quæ licet virtualiter contineantur ibi, non tamen poteſt mouere intellectum creatum reſpectu illarū. Tum quia ipſa eſſentia diuina reſpectu intellectus creati eſt tātum obiectum voluntariū, tam reſpectu ſui, quàm reſpectu omnium contentorum in ea, & per conſequens non ſequitur, quòd cognita deitate diſtinctè per ſpeciem intelligibilem, ꝙ cognoſcantur obiecta ſecundaria.

¶ Reſpōdeo (licet hęc materia requirat prolixiorem tractatū.) Primò, quòd & ſi eſſentia diuina, vt eſſentia nullum creatū intellectum mouere poſſet, aliquid tamen, quod eſt idem realiter cū eſſentia diuina, poteſt ſupplere vicem ipſius eſſentiæ, nō tamē in ratione obiecti intelligibilis, voluntas enim diuina poteſt effectiue concurrere cum intellectu angeli ad cognitionem eſſentiæ, & contentorum in ea, ſed non in ratione obiecti, vt actu intellecti, quia voluntas vt cognita non eſt ſic ratio cognoſcendi, & de hoc aliqua dixi in quæſt. 3. prologi. Dico ſecūdò, quòd ſicut eſſentia diuina ſi poſſet mouere intellectum creatum ad ſui intuitiuam notitiam de neceſſitate naturæ, moueret etiam ad notitiam omnium contentorum in ea virtualiter, ita ſi ipſa immediatè poſſet cauſare ſpeciem intelligibilem ſui in aliquo intellectu, talis intellectus cū illa ſpecie intelligibili poſſet diſtinctè cognoſcere eſſentiam diuinā abſtractiuè, & omnia virtualiter contenta in ea, ſicut etiā cognoſcens hominem diſtinctè per ſpeciem intelligibilem poſſet cognoſcere diſtinctè, & abſtractiuè omnes paſſiones virtualiter contentas in eo, cum ergo voluntas diuina perfectè ſuppleuerit vicem eſſentiæ diuinæ quo ad notitiam ipſius diſtinctam, & abſtractiuam, creando in ipſo angelo ſpeciem intelligbilem diſtinctè repreſentantem eſſentiam diuinā in ratione obiecti actu intelligibilis, ſequitur, quòd ſicut intellectus angeli per talem ſpeciem potuit diſtinctè cognoſcere eſſentiam diuinam abſtractiuè, ꝙ etiam potuit cognoſcere per eam ſic cognitam oēs creaturas virtualiter contentas in ea, & ſic patet reſponſio ad difficultatem.

¶ Ibi. Dico igitur ad quæſtionem, quia non habemus regulā de intellectu angelico, neque enim poſſumus attribuere illi omnem perfectionem, quæ eſt in intellectu ſimpliciter, neque tātam imperfectionem, quantam experimur in intellectu noſtro, quia rationabile eſt illi attribuere omnem perfectionē, quæ conuenit intellectui creato, & nulla repugnantia occurrit, quòd intellectus creatus habeat talem cognitionē per ſpeciem diſtinctè repreſentantē diuinam eſſentiam, dū tamen non intuitiuè, ideo hoc videtur rationabile concedere.

Rationes Henr. quas facit, ꝙ non poteſt diſtinctè cognoſci deitas per aliquam ſpeciem intelligibilem.

¶ Ibi. Reſpondeo ad rationes pro prima opinio. quæ improbant iſtam ſpeciem. Hic Doct. intendit ſoluere rationes Henr. quas facit probando, quia ipſa deitas non poſſit diſtinctè cognoſci per aliquā ſpeciem intelligibilem creatam, quæ rationes ponūtur ab Hen. quarum prima eſt iſta, omnis propria ratio intelligendi obiectū per adæquationē repreſentat illud obiectum, nulla autem ſpecies creata poteſt repreſentare effigiem diuinam, patet, quia quodlibet tale eſt finitum, obiectum autem infinitum, finiti autem ad infinitum nulla eſt proportio octauo phyſicorum.

¶ Confirmatur, quia ſpecies creata vnius rei magis aſſimilatur alteri creatæ, quàm Deo, quia vtrūque finitum, diſtinctius ergo repreſentat creaturā, quàm Deum, & per conſequens non eſt propria ratio diſtinctè cognoſcendi Deum, ſiuè intelligēdi.

¶ Ratio ſecūda eſt talis, omnis ratio formalis ſecūdum quam cognoſcitur obiectum debet eſſe determinata, ſicut & ipſum obiectum, aliàs nō magis repreſentaret hoc obiectum, quàm illud, ſed Deus eſt maximè indeterminatus, ſicut dicit Auguſt. 8. de Trin. commen. 4. tolle bonum hoc, &c.

¶ Tertia ratio eſt, illa ſpecies, per quam cognoſcitur Deus eſſet magis imago, quàm angelus, vel anima in ſe, quòd eſt contra Aug. 9. de Trin. c. 8. eo, inquit, aliquod eſt imago Dei, quo particeps eius eſſe poteſt, magis autem angelus, & anima poteſt eſſe Dei particeps quam ſpecies, quia non eſt capax Dei ſicut angelus, & anima.

¶ Quarta ratio eſt, ſi ſpecies diuinæ eſſentiæ eſſet in mente angeli, igitur angelus naturaliter cognoſceret non ſolum eſſentiam, ſed perſonarum finitatem, conſequens videtur falſum, cū hæc finitas non ſit ibi niſi ratione infinitatis.

¶ Quinta ratio eſt, ſi illa ſpecies eſſet in intellectu vnius angeli, poſſet alius angelus naturali acumine intellectus ſui illam ſpeciem videre, & cum illa ſit repreſentatiua eſſentiæ, & eorum quæ ſunt in eſſentia, naturaliter ille angelus videns ſpeciem, omnia hæc videret, quod eſt impoſſibile, quia tantum ipſe tunc videret naturaliter quantum nos per fidē, hæc Henr. quolib. 4. quæſt. 9. & quolib. 3. quæſt. 1.

Reſpon. Docto. ad rationes Henr. de ſpecie intelligibili reſpectu Dei.

¶ Ad has ergo rationes, quæ negant ſpeciem intelligibilē in angelo reſpectu eſſentiæ diuinæ. reſpōdet Doct. & primò ad primam dr̄, ꝙ non vr̄ eſſe ꝓpriū vocabulum hoc, effigies, loquendo de Deo, quia fortè non dr̄ aliquid propriè effigiatum, niſi quod eſt figuratum, ſed vtendo proprijs verbis. Si accipiatur iſta propoſitio, oīs propria ratio intelligendi aliquod obiectum per adæquationem repreſentat illud obiectum.. Dico, quòd hìc poteſt intelligi adæquatio ſimpliciter entitatis ad entitatem, ſicut entitas perfecta, vt quatuor adæquatur entitati perfectæ, vt quatuor, vel adæquatio ſecundum proportionem repreſentātis ad repreſentatum abſolutè ſic, quòd per talem rationem repreſentandi perfectè, & abſolutè repreſentetur entitas ipſius repreſentati, quantum ipſa eſt abſolutè repreſentabilis, & iſto ſecundo, & primo modo per nihil creatum adæquatè repreſentatur eſſentia diuina, cū illa ſit tantum comprehenſibilis ab intellectu ſuo, & ꝑ cōſequens ipſa eſſentia diuina eſt ſimpliciter ratio repreſentandi ſe intellectui diuino per adæquationem. Vel tertio modo poteſt intelligi adæquatio ſecundum proportionem nō abſolutè, ſed per cōparationem ad actū talem. Et intelligo ſic, quòd tale repreſentatiuū eo modo repreſentat obiectū, quātum eſt cognoſcibile à nobis, ſicut patet de ſpecie ſenſibili, quæ repreſentat aliquod album oculo cecutienti, quia ſicut oculus cecutiens non poteſt habere perfectam viſionem ipſius albi, ſed valde imperfectam, ſic talis ſpecies repreſentat, & eſt partialis cauſa talis viſionis imperfectè. Sic dico in propoſito, quòd licet ſpecies intelligibilis infuſa à Deo non adæquetur ſibi ſecundum entitatem, nec ſecundum proportionem repreſentantis ad repreſentatum abſolutè, vt patet, vt verò cōparatur ad intellectum noſtrum quo ad cognitionē abſtractiuam ſpecies intellegibilis tātum repreſentat eam intellectui noſtro, quātū ipſa eſt intelligibilis a nobis, vel ab intellectu angeli abſtractiuè. Et cū probatur minor per hoc, quòd finiti ad infinitum nulla eſt proportio, concedit Doc. ꝙ inter ſpeciem

Quomodo finiti ad infinitum nulla ſit proportio.

intelli-

Digitized by Google

intelligibilem, & eſſentiam non eſt aliqua proportio, loquendo de proportione primo, & ſecundo modo, ſed bene poteſt eſſe proportio tertio modo, patet, quia ſicut actus finitus poteſt habere obiectũ ex parte ſui infinitum, & tamen actus immediatius attingit obiectum, quàm ſpecies, patet, quia actus intelligendi immediatè terminatur ad obiectũ, ſpecies autem eſt tm̃ ratio repreſentandi illud in ratione obiecti intelligibilis, ſicut ergo actus intelligendi attingit infinitum inquãtum infinitum, quamuis ille actus ſit formaliter finitus, ita ſpecies intelligibilis poteſt repreſentare obiectũ infinitũ ſub ratione infinita, & tamen ipſa non erit adæquata nec in eſſendo nec in cognoſcendo ſimpliciter, quia ipſa non eſt principium cõprehendẽdi, nam illud quod eſt ratio formalis comprehendendi, ſiuè cauſandi cognitionem comprehenſiuam obiecti infiniti de neceſſitate eſt formaliter infinitum, patet, quia cognitio comprehenſiua obiecti infiniti eſt intenſiuè infinita, quia illa ſola dr̃ comprehenſiua, per quam cognoſcitur obiectum quantũ eſt cognoſcibile, ſed obiectum infinitũ eſt cognoſcibile cognitione infinita, ergo cognitio comprehenſiua obiecti infiniti erit formaliter infinita, ſed talis nõ poteſt eſſe à cauſa, ſiuè à ratione formali producendi finita.

¶ Ibi, ad aliam probationẽ de ſpecie vnius creaturæ reſpectu alterius. Hic Doc. reſpondet ad illam confirmationem, & dicit, quòd ſimilitudo naturalis non eſt ratio repreſentandi aliud ſimile, nõ enim album, vt octo in Franciſco repreſentat album, vt octo in Io. cui eſt perfectè ſimile, ſpecies verò intelligibilis, q̃uis ſit minor in entitate obiecto repreſentato, poterit tamen ipſum repreſentare, nam ſpecies ſenſibilis albi, vt octo in Ioanne repreſentabit illud albũ, & tamen in entitate eſt minus ſimilis ſibi quàm aliud album, vt octo, ſic erit in propoſito. Aduerte tamen, quòd nõ ponit̃ propriè ſpecies intelligibilis, vt ſimilitudo obiecti, ſed vt per ipſam poſſit haberi cognitio obiecti, non in ſe, quia talis notitia eſſet intuitiua, ſed vt habet eſſe tantum ſecũdum quid, vt patuit in primo, diſt. 3 quæſt. 6.

Nota.

Terminatio in obiecto poteſt intelligi duobus modis.

¶ Ibi. Ad ſecundum dico, quòd determinatio in obiecto poteſt intelligi duobus modis. Hic Doct. reſpondendo ad ſecundam rationem dicit in ſentẽtia, quòd Deus eſt determinatus accipiendo determinationem, vt dicit ſingularitatem oppoſitã vniuerſalitati, quia ipſe eſt ſingulariſſimus, & ſic talis ſpecies intelligibilis repreſentat ipſum, vt determinatum, alio modo accipitur determinatum, puta ad certum gradum perfectionis, & hoc modo ſpecies intelligibilis nõ repreſentat eſſentiam diuinam ſecũdum gradum determinatum perfectionis, immò repreſentat ipſam, vt omnino indeterminatam & illimitatam ſecundum omnem perfectionẽ. Et licet Augu. dicat de bono, & illo bono fortè ſingularibus bonis, quæ occurrunt animæ, non tamẽ intelligit hic, niſi ꝙ iſta bona particularia includunt limitationẽ, qua limitatione remota, & ablata ſtatur in illimitatione boni in communi, & in hoc intelligitur Deus in vniuerſali, vt dictum fuit in primo, diſtin. 3. q. 4. vel vlterius ſtatur in bono vniuerſaliſſimo, & tunc intelligitur Deus magis in particulari, & illud bonum, nec eſt hoc, nec illud per ablationẽ gradus boni limitantis.

Imago duobus modis ſumitur.

¶ Ibi. Ad tertium dico. Dicit Doct. ad tertiam rationem de imagine, ꝙ imago vno modo accipitur pro ſimilitudine præciſè imitante, ſiuè repreſentãte, quia non repreſentat, quia cognita, ſed præciſè, quia ratio cognoſcendi. Alio modo imago accipitur pro imitante, quòd eſt aliquid aliud à ſe, & repreſentat, quia cognitum. Primo modo ſpecies albi in oculo. Secũdo modo ſtatua Herculis eſt imago eius, vult dicere Doct. quòd imago propriè dicta qua cognoſcitur imaginatum, ſiuè qua cognoſcitur res, cuius eſt imago, non repreſentat illud, niſi vt cognita, & ſic anima non repreſentat Trinitatẽ, niſi pro quanto cognoſcitur ipſam eſſe ad imaginẽ Trinitatis, & ſic per prius cognoſcuntur extrema, q̃ Trinitas cognoſcatur per imaginem. Nõ enim anima, nec angelus eſt ratio cognoſcendi ipſam Trinitatem, quia tũc naturaliter poſſet cognoſci ab anima, & angelo, cuius oppoſitũ probat Doct. in quolib. q. 14. ar. 2. nec cognoſcitur ipſa anima, inquantũ imago Trinitatis, niſi præcognoſcat̃ ipſa Trinitas, quia cognoſcere animã, vel angelum ſub illa ratione, qua eſt imago Trinitatis eſt cognoſcere illã ſub illa relatione præciſè, quæ terminat̃ ad ipſam Trinitatem, quæ relatio non poteſt cognoſci diſtinctè non præcognitis fundamento, & termino, vt patet à Doct. in prolo. q. 1. & 3. & in quolib. q. 14. artic. 3. & ſic patet quomodo imago propriè ſumpta non repreſentat niſi vt cognita. Species verò intelligibilis ſic repreſentat obiectum, ꝙ eſt præciſa ratio cognoſcendi illud. i. ꝙ eſt ratio formalis cauſandi cognitionem abſtractiuã obiecti, licet partialis, & ſic non repreſentat illud vt cognita, immò per ipſam prius cognoſcitur obiectum, quàm ipſa cognoſcatur. Species enim intelligibilis alicuius obiecti poſterius cognoſcitur ipſo obiecto, actu enim reflexo ipſa cognoſcitur, & quamuis ipſa ſit entitas abſoluta, & actiua cognitionis, tã reſpectu ſui, quàm obiecti, nunquam non poteſt eſſe ratio cognoſcendi ſe, antequam ſit ratio cognoſcendi obiectum, eſt enim talis entitas, quæ ex ſua ratione formali habet, vt ſit ratio cognoſcẽdi per prius obiectũ, cuius eſt, quàm poſſit eſſe ratio cognoſcẽdi ſe. Et quod dicit hic de imitatione, vide quæ ſupra expoſui in primo, di. 3. quæſt. 9. Et quod etiam dicit, quòd illa ſimilitudo, q̃ eſt imaginis ad Trinitatẽ, concurrit ad rationem beatificabilis, hoc debet intelligi de imagine in portione ſuperiori, in qua propriè conſiſtit imago, vt ſupra patuit in primo, diſt. 3. quæſt. 9. & infra patebit in iſto ſecundo, diſt. 16. & 24. licet etiam poſſet dici ipſam imaginem eſſe beatificam, etiam quantũ ad portionem inferiorem, in ordine tamen ad ſuperiorem, vt infra patebit diſt. 24. huius. Et cum dicit, quòd licet ſpecies diuina repreſentet diſtinctius eſſentiam diuinam, quàm angelus, tamen angelus eſt magis imago, vult dicere, quòd quamuis per ſpeciem intelligibilem eſſentiæ diuinæ poſſit angelus diſtinctius cognoſcere eſſentiam diuinam, quàm ꝑ naturam ipſius angeli, quia natura angeli, nunquã poſſet eſſe ratio cognoſcendi eſſentiam diuinã diſtinctè, ſed tãtum confuſè, & in conceptu cõmuni, tamen angelus eſt magis imago, & aliquid ſimile magis in natura habẽs actus ſimiles illis actibus, qui ponuntur in Trinitate, cui ex hoc, quòd habet tales actus, conuenit eſſe capax iſtius, cuius eſt imago, vt patuit in primo, diſt. 3. quæſt. 9. patebit etiam in iſto ſecundo, diſt. 16. & 24.

Quomodo relatio poſſit cognoſci.

¶ Ibi. Ad aliud. Dicit Doct. ꝙ & ſi talis ſpecies ſit ratio diſtinctè cognoſcendi eſſentiam diuinam, non tñ ſequitur, ꝙ ſit ratio diſtinctè cognoſcendi modum eius in ſuppoſitis, & per conſequens nõ ſequitur, quòd per eam poſſit cognoſcere Trinitatem.

¶ Ibi. Et ſi obijcitur contra iſtud, quòd aliud eſt loqui de ſuppoſitis, q̃ ſunt in natura ex naturali neceſſitate intrinſeca, & aliud eſt loqui de ſuppoſitis, quæ nõ ſunt ſic intrinſeca, vt ſuppoſita creata. Primo modo, quod eſt ratio cognoſcendi naturam diſtinctè, erit etiam ratio cognoſcendi ſuppoſita in tali natura, præcipuè cũ talia ſuppoſita ſint ibi de neceſſitate naturæ, & eadem realiter, & eſſentialiter tali naturæ, & ſimpliciter in vltima actualitate, vt patuit

[illegible] in prima, di. 2. & [illegible] & 26. Secundo modo [illegible] naturam [illegible], [illegible], quod cognoſcat eam in [illegible], & [illegible].

Nota & [illegible]

¶ [illegible] poſſet dici. Hic Doctor videtur concedere, quod per talem ſpeciem poſſit cognoſcere [illegible] vt in [illegible], & ſic poſſet cognoſcere Trinitatem, tamen [illegible] cognitio non eſſet mere [illegible] talis ſpecies eſſet mere ſupernaturalis, vt [illegible] patuit.

¶ [illegible] Contra iſtud obijcitur. Hic Doct. arguit q. [illegible] ſequeretur, quod [illegible] angeli per ſpeciem [illegible] bilem non eſſet mere naturalis, quia ſpecies [illegible] quidditatum concreatæ fuerunt, & [illegible] ſupernaturaliter.

¶ [illegible] poſſet dici. Hic Doct. dicit, quod & ſi de facto talis cognitio, [illegible] a tali ſpecie [illegible] poſſit dici ſupernaturalis, [illegible] ſupernaturalis [illegible] poſſet [illegible] acquirere ſpecies omnium quidditatum, [illegible] præſenti diſt. q. [illegible].

¶ Ibi. Ad vltimum [illegible], quod ſi [illegible], quod [illegible] beatus non videt [illegible] ſpeciem, [illegible] nec alius videt eam [illegible] per eam ſupernaturalia. Si [illegible] intellectui, vt [illegible] videndi Trinitatem, [illegible] alij [illegible] habet in ſe [illegible] oportet dicere, quod viſio [illegible] naturalis [illegible] modo, quia [illegible], & [illegible] alicui [illegible] naturali [illegible] modo, quia [illegible] ſpecies [illegible] ſupernaturalis.

Aequiuocatio de imagine.

¶ [illegible] Ad aliud pro opinione [illegible]. Dico, quod [illegible] vocatur de imagine, [illegible] eſt [illegible] ratio cognoſcendi, [illegible] cognita, [illegible] eſt ſpecies, ſed [illegible] habēs ſimilitudinem [illegible] aliquo modo [illegible], & in ratione cognoſcendi, [illegible] & [illegible] cognoſcendi rationem, quæ eſt ratio cognoſcendi [illegible] per ſuppoſitionem [illegible], quia [illegible] diſt. [illegible] & [illegible] 8. quæſt. prima. [illegible] quod ipſa imago, [illegible] eſt imago, & [illegible] oporteret ponere aliquid, quod [illegible] cognoſceret [illegible] Trinitatem, & [illegible] ſpecies intelligibilis, de qua [illegible].

¶ [illegible] principali [illegible] Doct. [illegible], quod [illegible] naturalem [illegible] diuinæ, [illegible] per eſſentiam diuinam, & [illegible] eſſet naturaliter beatus, [illegible] aut per ſpeciem eſſentiæ, & hoc non, quia eſſentia diuina [illegible] intellectui, quia [illegible] ſpecies, igitur [illegible] ſpeciem, quia eſſentia diuina [illegible] ſpeciem. [illegible] eſſentiam [illegible] per ſe [illegible].

¶ [illegible] Doctor [illegible], quod [illegible] per [illegible] eſſentia diuina [illegible] ſpeciem [illegible] angeli, [illegible] ſum. [illegible] ſi quandoque ceſſaret ab actu, non poſſet ipſum actum iterum habere, niſi ab eſſentia illa cauſante illum actum, [illegible] ipſius angeli, [illegible] poſitiue operantis, poneret ſpeciem formaliter in tali [illegible].

Fr. Caueſt [illegible] vitatur ſolutiones [illegible] quas ſacit Scot. ad probandum ſpeciem intelligibilem.

QVIDAM nouus expoſitor [illegible] partis ſancti Thomæ, [illegible] nititur ſoluere rationes, quas facit Doctor ad probandum ſpeciem intelligibilem. Et [illegible] modò dicit ſecundum litteram. Ad euidentiam [illegible] difficultatis [illegible] an ſit ponenda [illegible] ſpecies intelligibilis [illegible] Dei, [illegible] ſpeciei intelligibilis repræſentatiuæ Deum tali intellectui ſufficienter ſuppleat.

[illegible] videndum eſt quod requiritur ad diſtincte repræſentare aliquid.

An ſit poſſibile dari ſpeciem repreſentantem Deum diſtinctè.

¶ Secundò. An ſit poſſibile dari repræſentatiuum Dei diſtincti, [illegible] naturali, vel intuitiuum [illegible].

¶ Quantum ad primum, [illegible] ſciendum eſt, quod [illegible] diſtinctè [illegible] dicitur [illegible], niſi repræſentetur illa [illegible], quæ formaliter conſtituitur [illegible] ſuo proprio [illegible], vt patet [illegible], non enim homo [illegible] repræſentatur, niſi [illegible] repræſentato [illegible], quod rationale [illegible] proprie [illegible] hominis, & [illegible] diſtincte cognoſcatur, [illegible] repræſentetur, [illegible] Deus non diſtincte [illegible], [illegible] repræſentetur quod [illegible], & propria diffinitio [illegible] eius, in hoc quod eſt eſſe Deum, [illegible].

¶ Quo ad ſecundum ex parte repræſentatiui, ſciendum eſt, quod quantum contingit eſſe repræſentatiuum, [illegible] contingit eſſe cognitionem, & propterea à deſtructione conſequentis arguendo, [illegible] cognitionem, [illegible] eſſe [illegible] repræſentatiuum. Sed [illegible] Dei [illegible] Dei [illegible] poſſibilis, [illegible] eo, [illegible] ſe habet vt [illegible]. [illegible] quæſtionem an eſt, [illegible] quid eſt, [illegible] quo, [illegible] quod [illegible], quod eſt Deus [illegible] obiecti, [illegible] ſic [illegible] repræſentabile, vnde quamuis ſapientia diuina poſſit repræſentari per [illegible] creatum diſtinctè, non tamen diſtinctè repræſentatur [illegible], [illegible] an eſt, [illegible] conſtitutiuum proprium Dei, puta deitas, vt ſic eſt ens infinitum, [illegible] eſt irrepræſentabile diſtinctè [illegible], quia non eſt [illegible], quod [illegible] ſe habent ad deitatem, quemadmodum [illegible] habet ad [illegible] attributalis. Non enim [illegible] ſapientia, & bonitas [illegible] quædam rationes [illegible] ſecundum ſe, & [illegible] formantur [illegible] quando [illegible] perfectionem [illegible] deitatem [illegible], [illegible] quod [illegible] deitatis, alioquin Deus non eſſet primo, & eſſentialiter, & intrinſece ens infinitum.

¶ Ex his autem patet quod dicendum ſit ad pri[illegible] Nam vocando omnem cogni[illegible] cognitionem [illegible] quod omnis cogni[illegible] poſſibilis habetur de D[illegible] à creatura naturaliter eſt confuſa, [illegible]

¶ Ad [illegible] verò obiectionem, quæ eſt Sco[illegible] dicentem, quod minor eſt ſimpliciter falſa, vt patet de cognitione [illegible] per ſpeciem eius in ſpeculo. [illegible] Nec ob[illegible] dicatur, quod [illegible] ab eadem potentia, [illegible] alteri potentia, [illegible] nodum videntes Sortem dicuntur videre [illegible], hæc enim magis fa[illegible] ad propoſitum, quoniam ex hoc non impeditur reſponſio data, [illegible] per ſe, ſiuè per accidens, ſi[illegible] per eandem potentiam, ſiue per diuerſam, [illegible] eſt, quòd cognoſcens per ſimilitudinem vt [illegible], non oportet quòd di[illegible]. Hoc enim [illegible] facillimè patet, quomodo [illegible] cognoſcere poteſt Deū [illegible] principium, quæ ſunt diuiſa, & diſperſa in in[illegible] ordinis. Et propterea quemadmodum angelus per vnam virtutem cognoſcitiuam percipit nobi[illegible] modo, quæcunque nos per [illegible] virtutes cogno[illegible] virtutem, [illegible] ſpeciem, [illegible] conuenit [illegible] ſpeciem repreſentantem [illegible] cognitionem elicere [illegible] eandem virtutem, abſque [illegible] conſequentiam tamē [illegible]

¶ [illegible] quod ſimilitudo repreſentan[illegible] dupliciter [illegible] cognita [illegible] quod quicquid [illegible] eſt [illegible] repre[illegible] [illegible] cognitio [illegible] Deū [illegible] quod contineat ipſam [illegible]

¶ Ad obiectiones autem [illegible] ex [illegible] quibus [illegible] angelus [illegible]

¶ Ad [illegible] verò, [illegible]

¶ Ad vltimum de cognitione matutina, dicitur negando, quòd cognitio matutina fuerit in angelis ante beatitudinem, quamuis etiam [illegible] non videatur neceſſaria, quia non [illegible] in cauſa non quiditatiuè cognita aliqua [illegible] diuini cognoſcuntur diſtinctè, quamuis [illegible] le ſit in tali cognitione cognoſcere omnia [illegible], hæc ille.

CONTRA iſtum nouum expoſitorem [illegible] multipliciter. Et primò contra [illegible] dicta: cum enim dicat, quod cognoſcens [illegible] quiditatiuè, cognoſcit omnia conuenientia [illegible], quoniam ſermo diſſimilitudo [illegible] omnes [illegible]. Contra. Stat enim, quod aliquid [illegible] ſcatur quiditatiuè, diſtinctè, & perfectè, & [illegible] tamen non cognoſcantur omnia, quæ etiam [illegible] ter conueniunt tali quiditati, patet, quia [illegible] etiam apud Tho. quod angelus cognouit ſe qui[illegible] per eſſentiam ſuam, & tamen non cogno[illegible] naturaliter relationem dependentiæ ad ipſum Deum, quæ ponitur realiter idem ipſi angelo, [illegible] talis relatio non poteſt diſtinctè cognoſci, [illegible] diſtinctè cognoſcatur terminus illius, [illegible] diſtincta dependet à diſtincta cognitione [illegible] & termini, ſed talis relatio terminatur ad Deum, vt [illegible], patet. Tum quia ratio for[illegible] creandi, eſt etiam ratio formalis termi[illegible], vt patet à Doctore in quolibet quæſtio 8. ſed Deus ſub ratione propria quiditatiua eſt ſimpliciter [illegible] formalis creandi, ergo etiam erit ratio forma[illegible] lis terminandi dependentiam ipſius creaturæ. Tum etiam, quia [illegible] ad quid terminatur immediatè, aut enim terminatur ad Deum, vt [illegible], & per conſequens ſub ratione diuina, & quiditatiua, & [illegible] terminatur ad Deum ſub [illegible] confuſa, [illegible]

¶ [illegible] cognoſcere [illegible] quiditatiuè [illegible] propria [illegible]

¶ [illegible]

¶ Cum ergo Deus ſit [illegible] quæſtio ſecunda.

Diligenter cõſidera hac omnia.

¶ Dico vltra, quòd ſicut obiectum naturaliter mouens intellectum cauſat ſpeciem intelligibilē perfectam quantum poteſt cum ſit cauſa naturalis, quæ erit ratio non tantum cognoſcēdi ipſum quiditatiuè, ſed etiam erit ratio cognoſcendi omnia, quorum cognitio merè dependet ab obiecto vel à tali ſpecie, & ſic habens ſpeciem intelligibilem hominis,cauſatam ab ipſo homine, per illam poterit cognoſcere ipſum hominem,& proprietates virtualiter contentas in eo, niſi dicatur quòd reſpectu hominis & reſpectu alterius, & alterius proprietatis erit alia & alia ſpecies intelligibilis, quæ tamen omnes dependent ab ipſo homine, & tunc oportebit dicere quòd ipſe homo ſi eſt perfectè præſens intellectui,neceſſariò cauſabit ſpeciem intelligibilem ſui, & omnium virtualiter contentorum, licet per prius cauſet ſpeciem intelligibilem ſuæ quiditatis, ſed non eſt ſic de obiecto voluntario,quale eſt Deus, poteſt enim deus cauſare in intellectu angeli vnam ſpeciem intelligibilem, quæ erit præciſa ratio cognoſcendi ipſum deum quiditatiuè, poterit etiam cauſare aliam ſpeciem intelligibilem in alio angelo,quę erit ratio cognoſcendi deum quiditatiuè & omnem proprietatem,vel ſi teneatur ꝙ per vnam ſpeciem cognoſcatur quiditas dei,& per aliam,& aliam alia proprietas,tunc dico ꝙ poterit cauſare vnam ſpeciem intelligibilem, quæ præciſe erit ratio cognoſcendi deum quiditatiuè, non cauſando aliam ſpeciē intelligibilem reſpectu proprietatis,& patet hoc per argumentū à fortiori, quia ſicut deus poteſt ſe facere præſentem intellectui creato in ratione obiecti actu intelligibilis intuitiuè,nō faciendo ſe pręſentem tali intellectui vt in tribus perſonis,vt patuit in primo.d.prima.q.ſecūda.multo fortius poterit cauſare ſpeciem intelligibilem, quæ ſit ratio cognoſcendi ipſum quiditatiuè abſtractiuè,& nullo modo ſit ratio cognoſcendi ipſum vt in tribus perſonis.hoc etiam patet,quia ſi deus,vt in ſe pręſens intellectui creato, poteſt cauſare viſionem ſui intenſam, & remiſſam,multo fortius poterit cauſare ſpeciem intelligibilem, quæ ſit præciſa ratio cognoſcēdi ipſum quiditatiuè,licet remiſſe.Ex his ergo patet quomodo ſtat aliquid cognoſci quiditatiuè, & tamen ipſum non cognoſci ſecundùm omnem proprietatem.

An Deus poſsit cauſare ſpeciē intelligibilem.

¶ Secundo principaliter inſtatur contra aliud dictum,videlicet ꝙ deus non poteſt cauſare ſpeciem intelligibilem, per quam cognoſcatur quiditatiuè & ſecundùm vltimam differentiam, arguitur ſic, poteſt immediatè cauſare cognitionem diſtinctā ſui in aliquo intellectu & abſtractiuam, per quam cognoſcatur quiditatiuè,& etiā inquantum eſt trinus & vnus,ergo multo forti⁹ poterit cauſare ſpeciem intelligibilem, per quam quiditatiuè & perfectè cognoſcatur etiam ſecundùm omnem eius proprietatem,antecedens patet, quia poteſt ſtatim illuminare intellectum creatum,de omnibus articulis fidei,ita quòd in tali intellectu poteſt immediatè cauſare notitiam diſtinctam omnium articulorum,conſequentia patet,quia ſi eſſentia angeli cum ſit obiectum naturaliter mouens poteſt in aliquo intellectu cauſare notitiam ſui diſtinctam, & etiàm ſpeciem intelligibilem, quæ ſit ratio cognoſcendi ipſum diſtincte abſtractiue, multo fortius poterit deus, cum ſit obiectum mere voluntarium.

Nota & bene.

¶ Præterea aliud eſt cognoſcere deum quantum eſt cognoſcibile,& cognoſcere perfectè & quiditatiue,Primo enim modo attenditur cognitio quantum ad eius intenſionem,& ſic cognoſcens deum, quantum eſt cognoſcibilis, cognoſceret ipſum cognitione infinite intenſiua, cum ſit cognoſcibilis infinitè & talis cognitio repugnat creaturæ.Secūdo modo eſt ipſum cognoſcere diſtinctè ſecūdùm totam eius quiditatē, etiam ſi talis cognitio eſſet valde remiſſa.Sic dico in propoſito, quòd ſicut poterit cauſare,in intellectu creato viſionē ſui intenſam & remiſſam, & cognitionem ſui diſtinctam, & abſtractiuam,intenſam,& remiſſam, quare etiā non poterit cauſare ſpeciem intelligibilem,quę ſit ratio cognoſcendi ipſum diſtinctè, abſtractiue tamen, & ſic nullum apparet inconueniens dare ſupernaturaliter aliquid repreſentatiuū, quod ſit ratio cognoſcēdi deum abſtractiuè, diſtinctè, & quiditatiuè, quod etiam ſit ratio cognoſcendi omnem proprietatem demonſtrabilem de illo.

¶ Cum dicit ad primam rationem Doct quæ elicitur in præſenti quæſtione, quòd iſta propoſitio eſt falſa ſcilicet cognitio per ſpeciem,vt cognitam,eſt diſcurſiua,puta cognoſcens deum per imaginem, vt cognitam, illā cognitio erit diſcurſiua, licet Doct.hoc expreſſe non dicat,videlicet, quòd cognitio per ſpeciem intelligibilem, vt cognitam ſit diſcurſiua, ſed tantum dicit quòd cognitio diſcurſiua,qua deus cognoſcitur per angelū, pręſupponit ſpeciem intelligibilem de ipſo deo, quia cognitio diſcurſiua qua ab vno diſcurritur ad aliud neceſſario præſupponit cognitionem extremorum, ut patet.Si ergo per eſſentiam angeli cognitam, cognoſcitur ipſe deus, talis cognitio erit diſcurſiua, & præſupponit cognitionem ipſius Dei abſtractiuam,& per conſequens ſpeciem intelligibilem,per quam eſt talis cognitio,patet etiam hoc de ſpecie intelligibili,vt cognita.Aliud eſt enim.a. cognoſcere per ſpeciem intelligibilem,vt rationē cognoſcendi,& aliud eſt ipſum cognoſcere per ſpeciem intelligibilem, vt cognitam.Primo modo ponitur præciſa ratio cognoſcendi ipſum a. ſed ſecūdo modo, ponitur vt principium diſcurſus, ſicut diſcurrens à præmiſſis ad concluſionem neceſſario cognoſcit terminos concluſionis.Et quod dicit iſte, quòd propoſitio Doct. eſt manifeſtè falſa, & adducit inſtantiam de cognitione ſortis per ſpeciem eius in ſpeculo, dicens quòd talis cognitio ſit per ſimilitudinem repræſentantem vt cognitam, & tamen non eſt diſcurſiua.Dico primo quòd hoc non eſt ſimile. Tum, quia ſor. tunc non apprehenditur ab eadem potentia viſiua,ſed per accidens ab altiori potentia. Tum etiam, quia fortè ſpecies in ſpeculo non eſt ratio cognoſcendi vt cognita,poſito etiam quòd ſit ratio cognoſcendi, vt cognita, adhuc dico quòd cognitio ſortis per talem ſpeciem, vt cognitam erit diſcurſiua, oportet enim prius ſcire, quòd talis ſpecies ſit ſortis, & per conſequens, oportet prius præcognoſcere ſortem, & ſic cognoſcere ſortem per talem ſpeciem,vt cognitā,eſt diſcurrere à tali ſpecie,vt cognita ad ipſum ſortem prius tamen cognitum.Cum etiam dicit, quòd ſimilitudo repreſentans vt cognita eſt duplex,quædam vt cognita tantum, quædam vt cognita & ratio cognoſcendi ſimul. Secundo modo falſa eſt illa propoſitio, quòd cognoſcens per ſimilitudinem,vt cognitam diſcurrat. Dico quòd hæc reſponſio nulla eſt, ſiue ſit ratio cognoſcendi, ſiue non,non curo, ſufficit enim hoc,quòd omnis cognitio de aliquo habita per ſpeciem,vt cognitam, ſit diſcurſiua, immo forte erit argumentum à fortiori,quia ſi per a. vt cognitū,quod tamen vt cognitum non eſt ratio formalis cognoſcendi b. cognoſcitur ipſum b. diſcurſiuè, multo fortius per a. vt cognitum, quod vt ſic eſt ratio cognoſcendi b.cognoſcitur ipſum b. di-

Quomodo datur ſpecies intelligibilis.

Similitudo vt cognita eſt duplex.

diſcurſiuè, niſi fortè dicatur, quòd a. vt cognitum eſt ratio cognoſcendi b. loquendo de prima cognitione ipſius b. ſed hoc non videtur, quia ſpecies intelligibilis præciſè ponitur ratio cognoſcendi, vt talis ſpecies, & non vt cognita, ſicut etiam patet de ſpecie coloris exiſtente in oculo, quæ vt talis ſpecies eſt ratio formalis videndi colorem, & non vt viſa. Et cum dicit, quod eſſentia diuina vt cognita eſt ratio cognoſcendi omnia, patet hoc eſſe falſum de intellectu diuino, quia eſſentia reſpectu intellectus diuini eſt ſimpliciter ratio cognoſcendi omnia, & non vt cognita, ſi enim vt prius cognita eſſet ratio cognoſcendi alia ipſi intellectui diuino, tunc intellectus diuinus diſcurreret, vt poſſet deduci ex his, quæ notaui ſuper quæſt.3.prolo. quòd autem eſſentia diuina ſit ſimpliciter ratio cognoſcendi omnia vt eſſentia ipſi intellectui diuino, patet à Doct.quæſt.3.prologi.& 35.diſtin.primi. & in quolib.q.14.

¶Cum vltimo loco reſpondet ad illas tres rationes, quas Doctor facit de ſpecie intelligibili, cum dicit primò, quòd angelus perfectius cognouit Deum, confuſè tamen, eſſet quærendum ab eo, in quo conceptu confuſo eſt cognoſcens, per quem diſtinguitur ab ipſo homine, aut enim talis cognitio terminatur ad Deum ſub ratione deitatis, loquendo de cognitione abſtractiua, & habetur propoſitum, aut immediatè terminatur ad aliquid, in quo Deus confuſè concipitur, & tunc aſſignetur illud, aut erit conceptus entis, aut alicuius tranſcendentis, aut conceptus alicuius attributi naturaliter noti, quicũque talis aſſignetur etiam à philoſopho haberi potuit, licet fortè non ita intensè, Si enim beatitudo naturalis ipſius angeli etiam incomparabiliter excedit naturalem beatitudinem,etiam peritiſſimorum philoſophorum, oportet ponere illam in cognitione diſtincta deitatis.

Quomodo Angelus cognouerit Deum.

¶Et quod dicit de memoria rapti,&c. adhuc magis eſt falſum, quia ex quo Paulus clarè vidit deitatem, & cum poſtea dixit raptus, &c. vidit archana Dei, &c. ſequitur de facto, quòd recordabatur viſorum, quod non potuit eſſe niſi per ſpeciem intelligibilem eorum, vt ſupra expoſui, nec valet exponere ipſum, quòd loquitur de quiditatibus viſis in eſſentia, quia hæc expoſitio videtur omnino repugnare ſenſui litteræ, quia ſicut Paulus raptus fuit ad viſionem Dei, & diuinarum perſonarum, ita poſt raptum de eis recordabatur, & ſic finis huius quæſtionis.

Quomodo Paulus recordabatur.

Quæſtio Decima.

Vtrum ad hoc, ꝙ angelus cognoſcat quiditates creatas alias à ſe, requiratur neceſſariò, ꝙ habeat proprias, & diſtinctas rationes cognoſcendi eas.

Seraphicus Bona.2.ſent.diſt.3.q.1.art.2.
Scotus 2.ſent.diſt.3.q.10.
D.Thomas prima parte ſummæ.q.55.art.3.
Riccardus 2.ſent.diſt.3.q.2.
Durandus 2.ſent.diſt.3.q.6.
Ioannes Bacconitanus 2.ſent.diſt.3.q.1.

DECIMO quærit Doctor de cognitione angeli reſpectu cognitorum aliorum à ſe. Vtrum ad hoc, quòd angelus cognoſcat quiditates creatas alias à ſe requiratur neceſſariò, quod habeat proprias, & diſtinctas rationes cognoſcendi eas.

¶Ibi. Hic dicitur, Doctor in iſta quæſtione. Primò recitat duas opiniones. Secundò improbat eas, & tertiò ad quæſtionem reſpondet. Circa primum eſt primò vna opinio.Henrici,quolibe. quinto, quæſtione decimaquarta. quæ opinio in ſententia ſtat in hoc, quòd in angelo, puta Gabr. eſt tantum vnus habitus numero concreatus ſibi, qui eſt ratio repræſentandi omnes quiditates creatas alias ab ipſo, & hoc in ratione obiectorum actu intelligibilium, eſt etiam ratio cauſandi ſaltem partialiter illarum quiditatum cognitionem.

Opinio Henrici.

¶Expono tamen litteram, quia eſt aliqualiter difficilis. Cum dicit ibi, modus ponendi eſt iſte, quòd licet habitus ſit in intellectu, ſicut forma in ſubiecto, ſiuè impreſſiuè, tamen obiectum, quod reſpondet in ipſo habitu, non eſt niſi obiectiuè, id eſt quòd quamuis iſte habitus, qui ponitur ratio repræſentandi quiditates, ſit formaliter impreſſus in intellectu, ſicut forma accidentalis in ſubiecto, obiectum tamen repræſentatum per ipſum habitum, puta quiditates creatæ non ſunt in intellectu formaliter, ſed tantum obiectiuè, id eſt quòd per illum habitum habent rationem obiecti actu intelligibilis, quia ante illum habitum nullo modo erant præſentes in ratione obiectorum intelligibilium, id eſt quòd potentia propinqua actu poſſent intelligi, ſed per talem habitum fiunt ſic præſentes ſequitur.

Expoſitio litteræ.

¶Et ſi quæratur, qualiter per habitum poſſit obiectum eſſe præſens tanquam reſplendens, id eſt in ratione obiecti actu intelligibilis, dicitur, quòd habitus ſcientiales, licet ſint habitus de prima ſpecie qualitatis, tamen ſuper ipſam ſcientiam fundatur reſpectus eſſentialis ad ſcibile, qui ab ea abſolui non poteſt, tanquam ad aliquid à quo in eſſentia, & in ſuo eſſe dependet, id eſt quòd talis habitus vltra hoc, quòd eſt vera qualitas, neceſſariò includit quendam reſpectum, ſiuè relationem terminatam ad quiditates ſcibiles, quæ neceſſariò in eſſe, & conſeruari dependet à tali habitu, & ſic habitus vt includens talem reſpectum, neceſſariò refertur ad ipſum ſcibile, dependet etiam neceſſariò ab ipſo obiecto ſcibili, ſicut relatio dependet à termino, & eſt talis neceſſitas illius relationis, quòd intellectus non poteſt capere illum habitum ſcientialem, quin capiat talem relationem, & per conſequens neceſſariò ipſum ſcibile reſpectu cuius eſt talis habitus, & hoc propter naturalem colligantiam correlationis quam habet ad illud, quare talis habitus neceſſariò refertur ad ſcibile.

¶Sequitur, & licet ibi ſit diuinitus indita, ſcilicet talis qualitas ſcientialis, non minus habet reſpectum illum ſcientialem ad ſcibile. Hic reſpondet tacitè obiectioni, quaſi quomodo eſt poſſibile, quòd ex quo talis qualitas ſcientialis nõ eſt cauſata à quiditate ſcibili, quomodo dicit reſpectum eſſentialem terminatum ad ipſum ſcibile, ponimus enim ſpeciem intelligibilem dicere neceſſariò reſpectum ad ſcibile, quia eſt cauſata ab ipſo, iſta autem qualitas ſcientialis eſt tñ diuinitus cauſata.

Henricus reſpondet tacitæ obiectioni.

¶Reſpondet, quòd licet ita ſit, tamen ex natura habitus ſcientialis reſplendet ſemper ſcibile ab eo, cuius eſt in ipſo intellectu multo naturalius, quàm poſſibile eſſet fieri per ſpeciem.

¶Ibi. Et ſi quæratur, quomodo per vnum habitum ſunt plura obiecta præſentia. Reſpondet, ꝙ vnicus habitus ſcientiæ continet virtualiter multa intelligibilia, & tanto magis actualiter, quanto ille habitus eſt ſimplicior, ita quòd ſi eſſent infinitæ ſpecies creaturarum ille vnus habitus ſufficeret ad intelligendum omnia illa, etiam in infinitum, procedendo vnam poſt aliam, id eſt ꝙ ſicut vna ſpecies intelli-

intelligibilis eſſet ratio repreſentandi vnum obiectum, & ſimiliter eſſet ratio cognoſcendi, & alia aliud, & ſic de aliis, tamen iſte habitus propter ſui ſimplicitatem eſt ratio repreſentandi omnia obiecta nata repreſentari per proprias ſpecies, & ſimiliter eſt ratio cognoſcendi omnia illa etiam in infinitum vnum poſt aliud, ideſt quòd ſi eſſent obiecta infinita non actu, cum ſit impoſſibile, ſed ſucceſſiuè vnum poſt aliud, adhuc eſſet ratio repreſentandi, & cognoſcendi omnia illa in infinitum. Sequitur, & hoc tanto facilius, & limpidius, ſingula intelligendo, quanto habitus fuerit magis indeterminatus, & minus determinatus in natura, & eſſentia ſua, ſecundum quòd angeli ſuperiores ponũtur intelligere per habitus vniuerſaliores, & ſimpliciores, quàm inferiores, vult dicere, quòd ſicut aliqua cauſa quanto eſt illimitata, & indeterminata ad plures effectus, tanto plures effectus producere poteſt, ita & habitus ſcientialis, quanto eſt indeterminatus, & illimitatus, tanto plura obiecta erunt repreſentabilia, & intelligibilia per ipſum, cum ergo talis habitus angelo ſit ſimpliciter illimitatus reſpectu omnium quiditatum intelligibiliũ, etiam ſi eſſent infinitæ, ſequitur, quòd erit ratio repreſentandi, & cognoſcendi eas.

¶Ibi. Si autem quæratur, quomodo iſte habitus reducit intellectum angeli de potentia intelligendi ad actum intelligendi, ideſt quomodo intellectus angeli per illum habitum actu poteſt intelligere illas quiditates, dicitur, quòd intellectus angeli habitu illo ſibi cõcreato naturaliter inclinatur ad intelligendum rerum ſimplicium quiditates, ſicut graue non impeditum ſtatim ſua grauitate inclinatur deorſum, ſic intellectus angeli. *Nota & bene.*

¶Sed ſi quæratur, quomodo ergo per illum habitum magis actu intelligit vnum obiectum, quàm aliud, dicit, quòd magis intelligit illud, ad quod magis talis habitus inclinat.

¶Et ſi vltra quæratur, quare magis ille habitus inclinet ad vnum, quàm ad aliud, dicit, quòd tanto magis inclinat ad vnum, quàm ad aliud, quanto eſſentialius dependet ab vno, quàm ab alio, ſiuè quanto magis eſſentialius ordinatur ad vnum, quàm ad aliud, & quia talis habitus eſſentialius ordinatur ad perfectiorem quiditatem, ideo magis inclinat intellectum ad cognoſcendum illam, cum illa habeat plus intelligibilitatis.

¶Sequitur, & tunc, cum intellectus ſit factus in actu primo ad intelligendum primum, ideſt cum intellectus, primò habuerit notitiam primæ quiditatis creatæ, tunc libero arbitrio voluntatis ex habitu diſcurrit ad ſingula obiecta tam completè, quàm incompletè cognoſcenda, ſiuè perfectè, vel imperfectè diſcurſu, dico cognoſcendo hoc poſt hoc, non cognoſcendo hoc ex hoc, ideſt quòd habita actuali cognitione primi obiecti per talem habitum, tunc diſcurrit per alia obiecta, puta per a. & b. & c. cognoſcendo vnum poſt aliud, quia ſimul non poteſt cognoſcere plura perfectè, ſed cognito vno immediatè poteſt cognoſcere aliud, & hoc modo diſcurrit inter obiecta, non autem diſcurrit inter obiecta, cognoſcendo vnum ex alio ſic, quòd cognitio a. ſit ratio cognoſcendi b. ſed iſte habitus eſt ſimpliciter ratio cognoſcẽdi a. & b. & c. licet per prius ſit ratio cognoſcendi vnum, quàm aliud.

¶Sequitur, & ſecundum quòd ex imperio voluntatis ad aliquid tendit determinatè ad illud idem habitus inclinat determinatè, ideſt quòd ſi voluntas determinatè imperat intellectui ad cognoſcendum b. habitus inclinat ad cognoſcendum b. talis habitus inclinat intellectum ad ipſum b. & ſic de aliis: habitus enim ille determinatè mouet ad aliquid, ſecundum quòd impellitur erga illud ex imperio voluntatis.

¶Pro iſta opinione ex dictis ſic opinantis poſſunt elici quinque rationes, quæ poſtea exponentur in ſoluendo eas.

¶Ibi. Alia opinio. dicit. Hic recitat opi. Thomæ in prima parte ſummæ, quæſt. 55. artic. 3. quæ opinio ſtat in hoc, quòd angelus, puta Gabriel non cognoſcit omnes quiditates creatas alias à ſe per diſtinctas rationes, ita quòd quælibet quiditas habeat propriam, & diſtinctam rationem diſtinctè repreſentandi ipſam, & partialiter, vel totaliter cauſandi cognitionem illius quiditatis, ſed ponit, quòd pauciores rationes repreſentandi ſunt in Gabriel, quàm in aliquo intellectu alio inferiori, ita quòd ſi mille quiditates diſtinctè cognoſcũtur per decem rationes ab aliquo angelo inferiori per pauciores rationes cognoſcuntur à ſuperiori, & tanto per pauciores, quanto à ſuperiori cognoſcuntur, & hanc ſuam poſitionem probat, & auctoritate, & per duas rationes, quæ poſtea ſoluentur. *Opinio Diui Thomæ.*

¶Ibi. Iſta opinio videtur coincidere cum præcedente, quia ſicut illa præcedens ponit, quòd infinitæ quiditates poſſunt cognoſci per illum vnum habitum, quantum eſt ex ſe, & iſta opinio. habet ponere, quòd in aliquo vno angelo erit aliqua ratio vna, quæ eſſet ratio repreſentandi, non tot quiditates, quin plures, procedendo enim ſecundum multitudinem quiditatum in vniuerſo, & ſpecierum intelligibilium in angelis, quarum ſemper eſt minor numerus in ſuperiori, deueniretur tandem ad aliquam vnam ſpeciem in aliquo angelo, quæ poterit eſſe ratio cognoſcendi omnia inferiora, vel ſaltem deueniretur ad aliquas paucas ſpecies, quæ ſupplè erunt rationes cognoſcendi omnes quiditates, & ita quotcunque quiditates inferiores poſſent fieri, poſſent cognoſci per tot ſpecies, quia quælibet nata eſſet cognoſci per propriam ſpeciem, & ita attribuendo vni ſpeciei aliquam certam multitudinem quiditatum cognoſcibilium, ideſt quæ eſſet ratio cognoſcendi plures quiditates, tunc non eſſet ex parte eius, ſcilicet talis ſpeciei inuenire, vnde eſſet ratio cognoſcendi tot, & non plura, quia ſicut ſi vna ſpecies ponitur ratio cognoſcendi mille quiditates, non videtur ratio ex parte eius, quin etiam poſſit eſſe ratio cognoſcendi plures, quàm ille. *Iſta opinio coincidit cũ opinione Henrici.*

¶Sequitur, & licet iſta opinio ſecunda poſſet aliquo modo vitare hanc concluſionem, quia poſſet dicere, quòd quanto vna ſpecies eſt perfectior, tanto eſt ratio cognoſcendi plura, puta quòd ſi eſt perfectionis vt octo erit ratio cognoſcendi tot, & non plura, & non ſequitur ex hoc, quòd vna poſſit eſſe ratio cognoſcendi infinita, quia fortè ſtatus eſſet ad aliquam vnam, quæ eſſet præciſa ratio cognoſcendi tot, & non plura.

¶Sequitur tamen contra ipſam, ſcilicet opinionẽ ſecundam, licet non ſit prima ratio, quam ponam, erunt tamen contra eam aliæ tres, ſicut contra primam. Iſta enim prima ratio de directo eſt contra opinionem Henr. ponentis illum habitum ex parte ſua eſſe rationem repreſentandi, & intelligendi infinita obiecta. Et per hanc rationem deducit ad hoc inconueniens, quòd vnus & idem habitus numero eſſet formaliter infinitus, prima ergo ratio ſtat in hoc, quia vbi pluralitas numeralis requirit maiorẽ perfectionem, ibi infinita pluralitas, ſiuè numeralis infinitas requirit infinitam perfectionem, hæc propoſitio declarata eſt in primo, diſtin. 2 quæſt. 1. Sed ali- *Pluralitas numeralis requirit maiorem perfectionem.*

aliquid eſſe rationem diſtinctè cognoſcendi diſtinctas quiditates concludit maiorem perfectionem in ipſo, quàm eſſe rationem cognoſcendi tantum vnã, patet, quia accipiatur propria ratio repreſentatiua, puta humanitatis aliquam perfectionem includit, inquantum eſt ratio repreſentatiua iſtius, patet, quia per ipſam non tantum habetur præſentia humanitatis in ratione obiecti intelligibilis, ſed etiam eſt ratio cognoſcendi, ſiuè cauſandi notitiam illius, quia quod communiter ponitur ratio repreſentandi aliquid in ratione obiecti actu intelligibilis, ponitur etiam ratio cognoſcendi illud, ſi ergo eadem ſpecies eſſet ratio repreſentandi naturã hois, & aſini, cum illę rationes ſint ſimpliciter alterius rationis, ſequitur, quòd dicũt aliam, & aliã perfectionem alterius, & alterius rationis, patet, quia ſpecies intelligibilis propria natura aſini, quæ ponitur ratio repreſentandi naturam aſini in ratione obiecti actu intelligibilis, & ſimiliter ratio cognoſcendi illam dicit perfectionem formaliter, & eſſentialiter diſtinctam, & alterius rationis à perfectione quam includit ſpecies intelligibilis proprię naturæ hominis, ergo ſi vna ſpecies eſſet ratio æquè perfectè repreſentandi naturam hominis, & aſini, illa eminenter includeret perfectionem vtriuſque ſpeciei: ergo ſi eſſet ratio repreſentãdi infinita obiecta, quorum quodlibet natum eſſet habere ſpeciem propriam alterius rationis ab alia, eſſet infinitæ perfectionis intenſiuè. Et addit, ꝙ ſint alterius rationis, quia ſi eſſet vna ſpecies intelligibilis ratio repreſentandi infinita indiuidua alicuius ſpeciei non eſſet infinita intenſiuè, quia ille rationes repreſentãdi indiuidua non eſſent alterius & alterius rationis, ſed ſimpliciter eiuſdem ſpeciei, quia ſpecies intelligibilis Franciſci, & Ioannis eſſent ſimpliciter eiuſdem ſpeciei, ſicut Franciſcus, & Ioannes, & per conſequens continens plures tales, non dicitur eſſentialiter maioris perfectionis. Sed de hoc, an pluralitas numeralis arguat maiorem perfectionem, dictum eſt in primo, diſt.2.q.1.

Iſta rationes ſunt contra Henricum, & D. Thomam.

¶Secunda probatio ibi. Iſtæ rationes ſequentes directè ſunt contra Henr. & Tho. & intendit probare Doct. quòd impoſſibile ſit eſſe vnam rationem diſtinctè cognoſcendi duas quiditates ſpecie diſtinctas, nec etiam duo indiuidua diſtincta, licet de indiuiduis hic non dicat expreſſè, tamẽ patebit infra quæſtione vltima huius diſtinctionis, quòd iſtæ rationes concludunt etiam de indiuiduis, & primò arguit ſic, omnis ratio vna cognoſcendi poteſt habere aliquem vnum actum intelligendi adæquatum ſibi, & pro clariori intelligentia ſuppono aliqua.

¶Primò, quòd ratio intelligendi, & obiectum intelligibile aliquo modo differunt.

¶Secundò, quòd ratio intelligendi eſt duplex, ſicut eſt duplex cognitio, ſcilicet intuitiua, & abſtractiua, ratio enim intelligendi in cognitione intuitiua eſt quiditas rei inquantum exiſtens, obiectum verò intelligibile intuitiuè eſt ipſa res exiſtens, ratio verò intelligendi in cognitione abſtractiua ſpecies intelligibilis obiecti, & obiectum ipſum dicitur intelligibile.

¶Tertiò ſuppono, quòd ſicut ratio intelligendi in cognitione intuitiua eſt quiditas inquantum exiſtens, & eſt cauſa partialis cognitionis intuitiuè, ſic ſpecies intelligibilis, ſiuè ſit primò obiecti vniuerſalis, ſiuè ſit primò obiecti ſingularis. de quibus infra quæſtione vltima huius diſtinctionis eſt cauſa partialis cognitionis abſtractiuè, ita quòd ſi eſt ſpecies intelligibilis obiecti vniuerſalis, primò eſt cauſa partialis cognoſcendi illud, ſi ſingularis primò eſt ſimiliter cauſa.

¶Quartò ſuppono, quòd ratio cognoſcendi, puta a. intuitiuè eſt ſic ratio, & cauſa partialis talis cognitionis, quòd nihil aliud poteſt eſſe ratio cognoſcendi ipſum a, niſi virtualiter, & eminenter contineat illud ſecundum totam ſuam entitatem, vt alias expoſui in primo, diſtin.3. ſic ſpecies intelligibilis, puta hominis eſt cauſa partialis cognoſcendi ipſum hominem, quòd nihil aliud ab ipſa poteſt eſſe cauſa cognitionis abſtractiuè ipſius hominis ſub ratione propria, & diſtincta, niſi virtualiter, vel eminenter contineat ipſum hominem ſecundum totam entitatem ſuam, & tale continens poteſt cauſare ſpeciem intelligibilẽ hominis, & ſic Deus poſſet cauſare ſpeciem intelligibilem ipſius hominis, & fortè nulla alia creatura poſſet cauſare.

¶Quintò, ex his ſequitur, quòd ſicut ratio intelligendi hominem intuitiuè non poteſt eſſe ratio intelligendi aliud ab homine, niſi virtualiter, vel eminenter, vel eſſentialiter contineatur in ipſo homine, ſicut patet de deitate, quæ eſt ratio formalis quaſi producendi cognitionem ipſius Dei, & omnium intelligibilium: ideo enim ſic eſt ratio, quia omnia intelligibilia alia à Deo virtualiter, & eminẽter ſecundum totam entitatem eorum continentur in Deo, ſic ratio cognoſcendi, puta hominem abſtractiuè, diſtinctè tamen, ſic eſt cauſa partialis talis cognitionis, quòd non poteſt eſſe ratio, ſiuè cauſa partialis cognoſcendi, vel repreſentandi aliud obiectum ab homine, niſi virtualiter, vel eminenter, vel eſſentialiter contineatur in eo.

Differentia eſt inter rationem formalem cognoſcendi aliquid intuitiuè, & abſtractiuè

¶Sextò ſuppono, quòd differantia eſt inter rationem formalem cognoſcendi aliquid intuitiuè, & rationem formalem cognoſceudi aliquid abſtractiuè, qa ratio formalis in cognitione intuitiua prior eſt natura, vel ſaltem ſecundum intellectum ipſo obiecto cognito intuitiue, ratio vero formalis in cognitione abſtractiua poſterior eſt ipſo obiecto cognito, patet, quia ſemper ſpecies intelligibilis cauſatur ab obiecto, cuius eſt ſaltem remotè, exemplum, nam natura albedinis mouet potentiam viſiuam cauſandi ſpeciem ſenſibilem in ea, qua cauſata poſt cauſatur ſpecies ſenſibilis in fantaſia, quæ dicitur fantaſma, ipſum verò fantaſma partialiter cauſat ſpeciem intelligibilem receptam in intellectu poſſibili repreſentantem albedinem, vt albedo eſt, vt patet a Doctore in multis locis, & ſic patet quomodo ſpecies intelligibilis eſt poſterior ipſo obiecto intelligibili, quæ tamen eſt ratio intelligendi ipſum, patet ergo, quomodo vnitas ſpeciei in repreſentando, & in cauſando cognitionem obiecti dependet ab vnitate obiecti, quod enim menſuratur præciſè ab aliqua menſura, non poteſt menſurari ab alia menſura, patet, quia ſicut vnitas effectus nõ poteſt eſſe à pluribus cauſis totalibus, vt aliàs diximus in primo, diſt.2. ſic nec vnitas mẽſurati poteſt eſſe à pluribus menſuris totalibus, & ſic ſpecies intelligibilis ipſius hominis nõ poteſt eſſe ſpecies intelligibiles ipſius aſini, quia tunc illud in ratione menſurati dependeret à pluribus menſuris, vna ergo ſpecies intelligibilis tantum erit ratio intelligẽdi abſtractiuè cuius eſt, & omnium contentorum virtualiter, vel eminenter, & forte eſſentialiter, & dico fortè eſſentialiter, quia Doct. dixit in primo, diſt.3.quæſt.1. qaòd ſenſibile cauſat ſpeciem intelligibilem ſui, & fortè omnium ſuperiorum, vel cauſat aliam, & aliam ſpeciem intelligibilem, cum ergo nulla ſit creatura, quę virtualiter, vel eminenter, aut eſſentialiter cõtineat omnem aliam creaturam, ſequitur, quòd non poterit eſſe aliqua ſpecies intelligibilis in aliquo angelo, vel duæ, vel tres, vt poſuit Tho. vel vnus habitus numero, vt poſuit Henr. qui ſit ratio intelligendi illa alia obiecta ab ipſo angelo, & ſic patet iſta ratio.

¶Sed

Difficultas.

¶ Sed difficultas eſt, an obiecta contenta virtualiter, vel eminenter in aliquo obiecto poſſint cognoſci per ſpeciem intelligibilem repreſentãtem ipſum obiectum, vel per aliam, & aliam ſpeciem intelligibilem. Dico, quòd vtraque via eſt ſubſtentabilis, ſic intelligendo, vel ꝙ vna ſpecies intelligibilis eſt ratio cognoſcendi hominem abſtractiuè, & omniũ virtualiter cõtentorum, vel quòd ſicut ipſe homo cauſat ſpeciem intelligibilem ſui, ita poteſt cauſare aliã, & aliam ſpeciem reſpectu alterius, & alterius contenti.

¶ Sed difficultas eſt de cognitione intuitiua, an eadem eſſet ratio cognoſcendi intuitiuè, puta obiectum, & omnia contenta in ipſo a. Dico duo, primum, quòd ſi obiecta contenta habeant propriam exiſtentiã aliam ab obiecto cõtinente ſic dupliciter poſſum cognoſcere intuitiuè, primò per rationem formalem ipſius obiecti cõtinentis partialiter cauſantis cognitionẽ talis obiecti, & omnium contentorũ. Secũdo per naturam exiſtentem, quæ eſt cauſa partialis cognitionis talis intuitiuè, & patet exẽplum, quia eſſentia diuina eſt ratio intelligendi ſe, & omnes creaturas intuitiuè, & tamen ipſe creaturæ reſpectu intellectus noſtri poſſunt habere ꝓpriã motionem partialiter cauſantem cognitionẽ intuitiuam ſui, patet à Docto. in primo, quæſt.1.prolo. diſt.3.quæſt.1.diſt.8.quæſt.1. & in ſecundo, diſt.3. Si verò huiuſmodi contenta non habens propriam exiſtentiam realiter diſtinctam, dico, quòd tantum intuitiuè cognoſcuntur per quiditatem exiſtentem obiecti continentis, & loquor ſemper de exiſtentia entis abſoluti, quia fortè exiſtentia relationis non poteſt intellectũ aliquem ad cognitionẽ ſui immutare, de quo alias.

Eſſentia diuina eſt ratio intelligendi ſe, & omnes creaturas intuitiuè.

¶ Si quæratur, an voluntas diuina poſſit ꝓducere aliquam ſpeciem intelligibilem in intellectu angeli q̃ ſit ratio repreſentãdi diſtinctè, & cauſandi partialiter diſtinctam cognitionẽ omnis quiditatis diſtinctè eſſentialiter ab angelo, dico, quòd non, ꝙ ſit repugnantia ex parte voluntatis diuinæ, ſed eſt repugnantia ex parte talis effectus, quia tũc eſſet formaliter infinitus, vt ſupra probaui, infinitas verò repugnat creaturæ, vt patet à Doct. in pluribus locis.

¶ Si iterum dicatur, & an poſſet producere aliquam ſpeciem intelligibilem repreſentantem duas naturas tantum, & non infinitas, dico quòd nõ, q̃a ſi talis poſſet dari non repugnaret ſibi poſſe repreſentare infinita, vt in ſimili patet à Doct. in pluribus locis.

¶ Si dicatur, quòd hoc videtur poſſibile, ſcilicet ꝙ poſſit repreſentare infinita, quia ſicut Deus poſſet facere aliquod corpus eſſe in infinitis locis ſimul, & tamen nõ eſſet immẽſum, vt patet à Doct. in quarto, diſt.10.quæſt.3. & poſſet facere vnum angelum ſimul eſſe in infinitis locis, & tamen non eſſet immenſus, vt patet à Doct. in ſecundo, diſt.2. Hoc etiã poteſt elici à Doct. in quarto, diſt.49. Nam immẽſitas, vt dicit Doct. eſt eſſe in omni loco ex natura propria, ſic in propoſito videtur dicendum, quòd quãuis talis ſpecies, vel habitus ex ſe non poſſet repreſentare infinita, participatiue tamen poſſet repreſentare, inquantum participat tale eſſe à Deo.

Immenſitas eſt eſſe in omni loco.

¶ Dico, quòd non eſt ſimile, quia eſſe in infinitis locis paſſiuè per potentiã actiuam ipſius Dei nullã perfectionem dicit, quia tantum eſt eſſe ſub infinitis reſpectibus vbicalibus, vt patet à Doct. in quarto, diſt.10.quæſt.3. quòd enim lapis virtute diuina ſimul ſit in duobus locis nullam perfectionẽ arguit in lapide, ſed tota perfectio eſt in cauſa effectiua. Hoc idem dico de angelo, nõ ſic eſt de ſpecie intelligibili, vel habitu, q̃a diſtinctè repreſentare quiditatem à quocunque habeat, illud dicit perfectionẽ formaliter in ipſo repreſentante, & ſimiliter partialiter cauſare cognitionem obiecti, dicit aliquã perfectionẽ formaliter in illo à quocũque ſit talis pfectio. Eemplum. Intellectus eſt immediatè creatus à Deo, & ꝙ modo poſſit eſſe cauſa partialis cognoſcẽdi aliud, & aliud obiectum, hoc idem eſt à Deo, & tamen poſſe ſic cauſare dicit formaliter perfectionem in illo.

Intellectus eſt immediatè creatus à Deo.

¶ Sed reſtat maior difficultas, videtur enim, ꝙ Deus poſſit cauſare aliquam ſpeciem intelligibilẽ, quæ ſit partialis cauſa cognoſcẽdi infinita obiecta, patet per argumentum à fortiori. Nam intellectus eſt cauſa partialis, vt patet à Doct. quæſt.1. prologi, & in primo, diſt.3.q.1.7.& 8.& 9.& diſt.2.diſt.8.q.1. eiuſdem primi, & in ſecundo, diſt.3.quæſt.6.& ipſe intellectus eſt cauſa magis principalis reſpectu obiecti tamen imperfectioris, vt patet à Doct. in primo, diſt.3.quæſt.8.& in ſecũdo, diſt.3. ergo ſi intellectus noſter poteſt eſſe cauſa partialis, & magis principalis reſpectu infinitorũ obiectorum, ſequitur, ꝙ erit formaliter infinitus, ſi ratio Doct. contra Henr. probaret.

¶ Reſpondeo, & dico primò, quòd hoc non ſequitur, quia & ſi ſit cauſa partialis infinitorum cognitionum hoc erit tantum ſucceſſiuè, tum quia nõ poteſt habere oĩa obiecta ſimul, & perfectè præſentia in ſe, nec in cognitione abſtractiua, vt patet à Doct. in primo, diſt.3. vbi vult, quòd illud prius intelligatur, cuius ſpecies intelligibilis fortius mouet, & vult etiam ibi quæſt.1.& 8. quòd illa ſpecies fortius mouet intellectum, cuius ſingulariter fortius mouet ſenſum. De cognitione intuitiua etiam patet, quia non omnia ſunt ſimul præſentia in ratione intelligibilis intuitiuè, accipiẽdo inuiſibile actu, q̃d eſt potentia propinqua ad mouẽdum intellectum, vt expoſui ſupra diſt.3. huius. Si dicatur, nonne huiuſmodi obiecta poſſunt eſſe potentia in eſſentia diuina reſpectu intellectus noſtri. Dico, quòd ſic, & tamen, vt ibi non mouent ad cognitionem intuitiuam, tum quia vt ibi non cognoſcuntur intuitiuè ab intellectu noſtro, vt patet infra quæſt. vltima huius diſt. tum quia vt ibi licet perfectius cognoſcantur, nõ tamen propriè mouent, ſed voluntas diuina, vt patet à Doct. in primo in pluribus locis. Nõ valet ergo intellectus noſter eſt cauſa partialis, & principalis producendi infinitas cognitiones infinitorũ obiectorum ſucceſſiuè, ergo eſt infinitus formaliter. Et quòd non valeat, patet a Doct. in primo, diſt.2.quæſt.1. vbi arguit infinitatem Dei ex hoc, ꝙ habet in poteſtate ſua ſimul poſſe ꝓducere infinita.

¶ Secundò dico, ꝙ poſito per poſſibile vel impoſſibile, quòd eſſent infinita obiecta, & perfectè præſentia, & actu intelligibilia, & quòd intellectus ſimul concurreret, vt cauſa partialis ad cognitionem omnium illorum, adhuc nõ ſequitur, quòd ſit formaliter infinitus, & ratio huius eſt, q̃a aliud eſt eſſe rationem formalem producẽdi aliqua plura, quorum quodlibet ſpecialem perfectionemm requirit in cauſa, &c. aliud eſt eſſe rationem formalem producẽdi aliqua plura, quorum quodlibet non requirit ſpecialem perfectionem in cauſa partiali. Sic dico in propoſito, quòd ſpecies intelligibilis, quæ eſt cauſa partialis producendi cognitionem hominis, requirit tantam perfectionem, ita quòd minor ipſa non poſſit eſſe cauſa partialis, & ſimiliter ſpecies intelligibilis aſini requirit aliam perfectionem in ipſo, & talem perfectionẽ, ꝙ alia ſpecies intelligibilis, puta hominis non poteſt eſſe cauſa partialis cognitionis aſini, & ſic ſequitur, quòd ſi eſſet cauſa partialis cognoſcendi infinita, in ſe eſſet formaliter infinita, intellectus verò non requirit ſic aliam, & aliã perfectionem, quia idem intellectus ſic partialiter

Species intelligibilis eſt cauſa partialis ꝓducendi cognitionẽ hominis.

concurrit ad cognitionem obiecti imperfectioris, ſicut ad cognitionem obiecti perfectioris.

¶ Et ſi dicatur cauſa potens producere ſimul infinita eſt formaliter infinita, quorum productorum quodlibet dicit aliquam perfectionem, ergo cum infinitæ intellectiones ſic ſe habeant, quòd dicunt perfectionem aliquam, vt patet. Dico, quòd ex hoc non ſequit infinita perfectio in cauſa, niſi tales perfectiones productæ requirant aliam, & aliam perfectionem in cauſa, & ſic arguit Doct. diſt. 2. primi. Et ex hoc ſequitur, ꝙ ſi Fräciſcus ſimul produceret infinitos homines, non diceretur infinitæ perfectionis, cum alius, & alius homo non requirat aliã, & aliam perfectionem in producente, quod patet, qa producto homine à virtute, vt a. eadem virtute producitur alius homo, ſic in propoſito.

Intellectio vna eſt perfectior altera. ¶ Si dicatur. Istæ intellectiones ſicut ſpecie diſtinguntur, ita vna eſt perfectior alia eſſentialiter, ergo ſi homo poſſet pducere ſimul infinita ſpecie diſtincta, eſſet formaliter infinitus, vt patet à Doct. in ſimili diſt. 2. quæſt. 1. primi. Dico, ꝙ intellectiones infinitorũ obiectorũ diſtinctorum ſpecie ſunt ſpecie diſtinctè, ſed hoc non habet ab intellectu, ſed ab obiectis, vt patet à Doct. in primo, di. 3. quæſt. 6. & 7. & quamuis vna ſit perfectior eſſentialiter alia, maior, & minor perfectio eſſentialis in intellectionibus nõ eſt à maiori, vel minori perfectione ipſius intellectus, ſed ab obiectis, & ſic quando intellectus concurrit cũ obiecto perfectiori, & imperfectiori æquali conatu hinc, & inde cauſatur intellectio pfectior obiecti perfectioris, ſed talis perfectio principaliter eſt ab obiecto, loquendo de perfectione ſpecifica.

¶ Si dicatur. Ex quo intellectus eſt cauſa principalis intellectionis, & obiectũ eſt cauſa minus principalis, ergo videtur, quòd erit cauſa principalis intellectionis, & quantum ad ſubſtantiam, & quantũ ad intenſionem ipſius, vt patet à Doct. in ſimili de potentia, & habitu reſpectu operationis in primo, diſt. 17. ergo videtur, quòd perfectio intellectionis ſpecifica principaliter ſit ab intellectu, & ſi ſic, poterit eſſe infinitus producendo infinitas cognitiones infinitorum obiectorum ſpecie diſtinctorum.

¶ Dico, ꝙ etiam hoc cõceſſo nõ ſequitur infinitas intellectus, quia iſtę perfectiones, vt partialiter ſunt ab intellectu, non requirunt aliam, & aliam perfectionem in intellectu. Nam idem intellectus perfectionis vt ſeptem, & comparatus ad obiecta infinita, quorum nullum excedat perfectionem, vt ſeptem, ita quòd aliquod illorum ſit perfectionis vt vnum, & ſic aſcendendo, ita quòd omnia illa ſemper dicantur perfectiora, tunc intellectus erit cauſa principalis, quia ſemper perfectior, & vt talis perfectionis poterit producere huiuſmodi cognitiones partialiter, & ſic non ſequitur infinita, ſi tamen ſuppleret cauſalitate alicuius obiecti, puta aſini de neceſſitate requireretur maior perfectio, quia ille gradus intellectionis, ſi poteſt dari qui eſt ab aſino eſt tantæ perfectionis, quòd à nullo poteſt cauſari, niſi ab ipſo aſino, vel à continẽte virtualiter, vel eminenter ipſum, & ſic patet ſolutio.

Difficultas. ¶ Sed eſt alia difficultas, quia ſupra dictum eſt, ꝙ ſi intellectus ſimul poſſet concurrere cum infinitis obiectis partialiter, ergo ſimul poſſet recipere infinitas perfectiones, & ſic eſſet formaliter infinitus.

Reſponſio. ¶ Reſpondeo, & dico primò, quod dixi ſupra, ꝙ ad producendũ partialiter huiuſmodi effectus, nõ ſequitur infinitas in intellectu, ꝙ modo poſſit recipere infinita, eſt alia difficultas, & diceretur, ꝙ non poſſit coagere infinitis obiectis, qa illa non poſſunt eſſe intelligibilia actu ſimul. Secundò, quòd ſi etiam reciperet infinitas intellectiones, quòd ex hoc non ſequeretur ipſum eſſe formaliter, & quiditatiuè infinitum, quia recipere paſſiuè nullam perfectionem dicit. Nam ſi lapis poſſet recipere à Deo infinitas albedines, nõ eſſet perfectior in ſe quiditatiuè, quam eſſet ſi non reciperet, ſi tamen intellectus poſſet recipere diceretur infinitus tãtum denominatiuè, ſed caſus eſt impoſſibilis, quia infinitæ intellectiones ſimul non poſſunt eſſe in aliquo intellectu, & hanc glo. notabilem.

¶ Ibi. Præterea omnis ratio. Iſta ratio ſtat in hoc, quia ratio formalis producẽdi cognitionem, habet actum ſibi adæquatum, vel intẽſiuè, vel extenſiuè, vt patet. Nam ſpecies intelligibilis hominis eſt ſic ratio formalis producendi cognitionem hominis, ꝙ nõ poteſt eſſe formalis ratio producendi cognitionem alterius obiecti nõ contenti virtualiter in ipſa, & ſic extenſiuè tãtum erit vna cognitio ſpecie, & intenſiuè, & erit tantæ perfectionis, & quòd maioris perfectionis non poterit eſſe, vt probat Doct. infra de memoria ſecunda, q̃ probatio clara eſt, ſed vnus habitus numero, vt ponit Henr. in angelo, vel vna ſpecies intelligibilis, vel duæ, vt ponit Tho. non poſſunt habere ſimul actum adæquatè vnum reſpectu omnium obiectorum, quod patet. Non extenſiuè, quia ſi eſſet ratio formalis cognoſcendi plura obiecta, tũc poſſet ſibi cooperari intellectus ad cognoſcendum illa plura diſtinctè, quod tamen ipſi negãt. Sed fortè diceret Henr. vt patet ſupra, quòd talis ratio primò inclinat ad vnum, poſtea ad aliud. Et fortè diceret Tho. quòd quamuis talis ratio ſit pluriũ obiectorum, non tamen eſt ratio formalis producendi cognitionem diſtinctam illorũ, & hoc ſimul, ſed tantum ſucceſſiuè, & ſic intellectus nõ intelligeret plura ſimul. *Sequitur expoſitio literæ.*

¶ Hæc reſponſio nulla eſt, quia ſi poſſibile eſſent duo obiecta perfectè præſentia alicui intellectui in ratione obiecti, ipſe intellectus, cum ſit cauſa merè naturalis, ſtatim intelligeret illa ſimul, licet fortè non æquè perfectè, cum ergo per talem habitum, ſecundum Henr. & per ſpeciem, ſecundùm Thom. ſunt plura obiecta perfectè præſentia ĩtellectui, erit ratio ſimul producendi diſtinctam cognitionẽ illorum obiectorum, quòd enim agens non producat plura ſimul, puta quòd homo nõ producat decem homines ſimul, hoc poteſt contingere ex indiſpoſitione agentis, vel ex indiſpoſitione paſſi. Nã ſi agẽs, & paſſum eſſent perfectè diſpoſita reſpectu pluriũ effectuum ſimul illi effectus producerentur, ſic in propoſito. Nam ex quo talis habitus ſecundum Henricum, vel ſpecies ſecundum Thomam ſit præſens perfectè intellectui angelico in ratione perfecti repræſentatiui. Sequitur, quod talis intellectus ſimul plura obiecta cognoſcat, quod negant, neq; intenſiuè, patet, quia ſi Henr. diceret, ꝙ habet vnum actum intenſum reſpectu omnium obiectorũ aliorum ab angelo, tunc ille actus eſſet formaliter infinitus, vel poſſet eſſe, ſi obiecta repræſentata eſſent infinita. Hoc patet per probationem Doct. quam facit probando actũ intellectus diuini eſſe formaliter infinitum. Vide in primo, diſtin. 2. q. 1. Si etiam diceret Henr. quòd obiecta repræſentata non ſunt infinita. & pono, quòd tantum ſint mille, ſi ille habitus haberet vnum actum adæquatum intenſiuè reſpectu illorum obiectorum quantum eſt ex parte ſua, non repugnat ſibi infinitas formalis, quia ſi poteſt eſſe vna intellectio æquè perfecta, & ęquè intenſa reſpectu plurium obiectorum ſimul ſumptorum, quorum quodlibet requirit ſpecialem perfectionem in actu cognoſcendi, ſicut cuiuslibet ſeorſum ſumpti ex parte ſua non repugnaret eſſe infinitorum, & hoc poſſet probari per dicta Doct. in primo, diſt. 2. & à ſimili per philoſophum quarto phy.

quia

quia ſi duo corpora poſſunt eſſe in vno loco: ergo & infinita, ſic in propoſito eodem modo arguatur de ſpecie, quam ponit Tho.

IBI. Contra iſtas duas rationes. Hic Doctor inſtat contra ſecundam, & tertiam rationem. Contra ſecundam, in qua dictum eſt, quòd ratio intelligendi habet vnum obiectum adæquatum ſibi, in quo includũtur omnia ſcibilia per rationem illam. Hic dat inſtantia cõtra, quia in Sole eſt tantum vna forma, ſiuè vna ratio formalis producendi generabilia in iſtis inferioribus, & tamen Sol non habet vnum obiectum primum, in quo cõtineantur omnia alia obiecta virtualiter, non enim omnia generabilia à Sole virtualiter continentur in aliquo vno obiecto, quod reſpiciat Sol vt adęquatum, & vt virtualiter contentiuum omnium generabiliũ à Sole. Deinde inſtat contra teritam rationem ibi, nec etiã oportet, nam tertia ratio probabat, quòd vna ratio formalis cognoſcendi poteſt habere aliquem vnum actum intelligendi adæquatum ſibi. Et Doct. inſtat ibi. Nec etiam oportet, &c. Dicit, quòd non eſt neceſſe vnam rationem formalem habere vnum actum ſibi adæquatum, & patet de forma Solis, quæ eſt ratio producendi plures effectus.

In Sole eſt tantum vna forma.

¶Ibi. Reſpondeo virtus productiua illimitata. Hic Doctor ſoluit inſtantias iſtas, & ſolutio ſtat in hoc, quòd non eſt ſimile de ratione formali intelligendi, & de ratione formali producendi alium effectum, quia in cognitione abſtractiua obiectum habet rationem prioris naturaliter reſpectu eius, quod eſt proxima ratio intelligendi, ſcilicet reſpectu ſpeciei intelligibilis, quæ eſt proxima ratio intelligendi abſtractiuè, vt patuit in primo, diſtinc. 3. quæſt. 6. & 8. & in præſenti diſtin. quæſt. vlt. & ideo vnitas poſterioris de neceſſitate dependet ab obiecto priori, & non poteſt eſſe vnitas poſterioris cum diſtinctione prioris, ex quo ergo obiectũ eſt prius ſpecie intelligibili, & cauſa illius, vt ſupra declaraui, & aliud obiectum eſt cauſa alterius ſpeciei, ſi eſt vnitas ſpeciei intelligibilis, erit tantum ab vnitate obiecti, cum dependeat ab ipſo eſſentialiter: ergo ſpecies intelligibilis, puta lapidis non poterit eſſe ratio repreſentandi aliud obiectum, à quo non dependet, nec proxima ratio intelligendi illud, patet per vnam propoſitionem Doct. in primo, diſtin. 3. quæſt. 6. omnis ſpecies impreſſa ab obiecto (loquẽdo de ratione formali obiecti) repreſentat illud ſub illa ratione, qua imprimitur ab eo. Si dicatur, ꝙ pluralitas obiectorum ſtat cum vnitate ſpeciei intelligibilis. Contra, quia ex quo obiectum ſe habet ad ſpeciem in ratione cauſæ, tunc ſequeretur, ꝙ eadem ſpecies depẽderet à pluribus cauſis eiuſdem ordinis, quod eſt impoſſibile, & ſic oportet dicere, quòd vna ratio intelligendi in cognitione abſtractiua erit vnius obiecti adæquati, & ſi ſit ratio intelligendi plura, illa plura virtualiter continentur in illo, & hoc eſt quod dicit. Sed de huiuſmodi ſpecie intelligibili, quomodo cauſetur ab obiecto, an proximè, an remotè, vide quæ expoſui in primo, diſt. 3. q. 2. & 6.

Scotus ſoluit inſtantias.

¶Ibi. In operationibus autem, quæ non ſunt productiones, &c. id eſt in quibus non correſpondet aliquod productum vt terminus, vt ſunt intellectiones, & volitiones, quæ tantum dicuntur operationes, vt patet à Docto. in primo, diſt. 2. parte 2. quæſt. 3. operationes verò, quæ ſunt productiones, ſunt illæ, quibus correſpondet aliquod productum vt terminus, vt patet de generatione, cui correſpondet genitum.

¶Dicit ergo hic Doct. quòd in huiuſmodi operationibus obiectum habet ibi rationem prioris naturaliter reſpectu eius, quod eſt proxima ratio operandi. Hoc non debet intelligi abſolutè, quia in cognitione intuitiua ratio producendi huiuſmodi cognitionem eſt prior obiecto, vt ſupra declaraui, ſed habet veritatem in cognitione abſtractiua.

¶Ibi. Similiter etiam talem formam productiuam, &c. Hic ſoluit ſecundam inſtantiam, & dicit, quòd Sol, vel forma productiua Solis non habet aliquod paſſum ſibi adæquatum, neque intenſiuè, neque extenſiuè, quod ſit receptiuum actionis ſuæ adæquatæ. Hic autem memoria (puta ſpecies intelligibilis cum intellectu) habet paſſum ſibi adæquatum, & ſic memoria operatiua reſpectu intellectionis hominis, & fortè contentorum in illo, non poteſt eſſe ratio producẽdi intellectionem alterius obiecti non contenti in illo, cuius eſt prima ſpecies, & habet paſſum ſic adæquatum, puta intellectum poſſibilem, quod poteſt recipere à tali memoria, niſi tantum cognitionem hominis, & contentorum in illo, aliter non ſe caperent mutuo partes imaginis. Prima enim pars imaginis eſt memoria fœcunda, videlicet ſpecies intelligibilis, & intellectus, reſpectu tamen cognitionis abſtractiuè, ſed reſpectu cognitionis intuitiuè, memoria fœcunda eſt obiectũ in ſe præſens intellectui in ratione obiecti actu intuitiuè intelligibili. Secunda pars imaginis eſt intellectio adæquata tali memoriæ: ſic enim adæquantur, quòd talis memoria non poteſt habere niſi talem intellectionem, & talis intellectio non poteſt eſſe niſi à tali memoria, niſi tale obiectum virtualiter contineatur in alio, quia tunc cognitio illius poſſet eſſe ab obiecto virtualiter continente: eſt ergo operatio præciſè adæquata memoriæ fœcundæ, tam intenſiuè, quàm extenſiuè. Ex his ergo patet, quomodo prima inſtantia nihil concludit contra ſecundam rationem, quia virtus productiua Solis illimitata aliquo modo ad aliquos effectus eſt ęquiuoca, & ideo eſt ſimpliciter nobilior, & ſuperior quolibet ſuo effectu, propter quod vnitas eius non dependet ab vnitate effectus. ſed effectus depẽdent à cauſa iſta, & effectus poſſunt eſſe plures à cauſa Solis exiſtente vna, quia in poſterioribus poteſt eſſe pluralitas cum vnitate naturaliter prioris, ſed non eſt ſic de ratione proxima cognoſcendi abſtractiuè.

An memoria ſit ratio producendi intellectionem.

¶Ibi. Tertiò arguo ſic. Hæc quarta ratio ſpecialiter eſt contra Henricum, qui dicit, quòd angelus per vnum habitum cognoſcit omnia alia à ſe, & Doctor probat hîc, quòd hoc non eſt neceſſe, quia poterit cognoſcere, puta hominem non habitualiter, id eſt non mediante habitu, vt ratione formali cognoſcendi. Dicit ergo Doctor ſic. Ille intellectus nõ eodem ſupplè habitu formaliter, nouit habitualiter plura, qui ſine contradictione poteſt noſcere hoc habitualiter, & non noſcere illud, id eſt ꝙ nihil idem eſt neceſſariò ratio formalis proxima cognoſcendi habitualiter plura, ſi vnum illorum poteſt cognoſci, & non per talem rationem, ſed omnis intellectus creatus poteſt noſcere vnum obiectum non noto alio, patet, quia ſi non poſſet noſcere habitualiter a. abſque hoc, quod cognoſceret b. ſine contradictione, aut hoc eſſet ex parte intellectus talis, quod eſt falſum, quia poteſt noſcere vnum habitualiter, & non aliud, aut ex parte neceſſariæ colligantiæ obiectorum, quod falſum eſt, quia vnum illorum intelligi poteſt ab intellectu noſtro alio nõ intellecto: ergo angelus non neceſſario eodem habitualiter nouit illa plura.

Contra Henricum.

¶Ibi. Præterea in ſpeciali arguitur contra primam opinionem de habitu arguo quadrupliciter. Primò contra id, quod ponunt de reſpectu eſſentiali, quia Henricus dixit, quòd ille habitus habet reſpectum eſſentialem ab obiectum præſentatum.

Et hoc

Et hoc Doctor improbat, quia tunc ſequeretur, ꝙ talis habitus eſſet eſſentialiter, & quiditatiuè relatio, & ſic videtur contradicere. Auguſt. ſeptimo de Trin. cap. 2. vbi vult, quòd omne, quod relatiuè dicitur, eſt aliquid excepto relatiuo, ideſt, quòd omne illud, quod relatiuè eſt ad aliud de neceſſitate includit aliquod abſolutum, quod eſt fundamẽtum, vel ſubiectum talis relationis, vt prolixè expoſui in primo, diſtin. 1. quæſt. 2. Si ergo ille habitus neceſſariò refertur ad ſubiectum: ergo includit aliquod abſolutum, in quo fundatur relatio ad ſubiectum, & tale abſolutum non poteſt eſſe eſſentialiter relatio, modo probatum eſt in iſto ſecundo, diſt. 1. q. 5. quòd nulla relatio eſt formaliter, vel eſſentialiter eadem fundamento, licet per identitatem ſit, quandoque eadem res realiter, vt ibi diffuſè expoſui. Si igitur iſte habitus eſt quædam qualitas, & entitas abſoluta, non habet reſpectum ita eſſentialem, quin poſſet ſine ipſo intelligi, & præcipuè loquendo de reſpectu quem habet ad obiecta, quicquid ſit de reſpectu quem habet ad Deum creantem, & conſeruantem illum habitum, qui ponitur idem realiter cum creatura, ſed iſte reſpectus ad obiecta non videtur eſſe idem cum habitu, patet, quia omnis relatio, cuius fundamento non repugnet, poſſe eſſe ſine termino, realiter diſtinguitur à fundamento, vt patet à Docto. in iſto ſecundo, diſt. 1. q. 5. ſed non repugnat tali habitui creato, poſſe eſſe ſine tali, vel tali obiecto, ergo.

Optima expoſitio.

¶ Ibi. Præterea. Si reſpectus ponatur idem alicui abſoluto nõ niſi ad prius naturaliter, &c. qa Henr. fortè diceret, ꝙ talis habitus dicit reſpectum eſſentialem, ſic intelligendo non, quòd ſit de eſſentia illius, ſed ꝙ ſit intrinſecus, & idem realiter illi habitui. Et Doct. probat hic, quòd non poteſt eſſe idem realiter illi, qa relatio, quæ identificatur fundamento, ex hoc identificatur illi, quia ipſum fundamẽtum dependet in eſſe, & conſeruari ab aliquo priori, ad quod prius terminatur talis relatio, vt patet de relatione creaturæ ad Deum, talis enim relatio creaturæ ad Deũ ex hoc identificatur realiter creaturæ, quia ipſa dependet in eſſe, & in conſeruari ab ipſo Deo, ſed iſte habitus non eſt ad obiectum tanquam ad aliquod prius, à quo dependeat in eſſe, & conſeruari, patet, quia ipſe Henricus poſuit illum habitum immediatè creari à Deo.

¶ Ibi. Secundò contra hoc, quod poſuit obiectũ præſens ſub ratione intelligibilis per habitum. Hic Doct. intendit improbare Henr. quantum ad hoc, quod dixit per illum habitum habetur præſentia obiecti ſub ratione actu intelligibilis, & adducit primò rationẽ Henr. cõtra Sco. probat enim Henricus, quòd ſpecies intelligibilis non poteſt eſſe ratio præſentiæ obiecti, quia perficit intellectum, vt ens quoddam, ſicut forma materiam, & per cõſequens nõ perficit intellectum, vt intellectus eſt, nec per illam erit intelligibile præſens, inquantum intelligibile, multo magis poteſt hoc argui de habitu, quia habitus inquantũ habitus eſt perfectio potentiæ, vt patet.

Scotus improbat Henricum.

¶ Ibi. Præterea ſecundò ſequeretur, quòd habitus noſter ſcientialis eſſet illud, per quod obiectum intelligibile præſens eſſet, & ita adepto habitu ſciẽtiali nõ requireretur cõuerſio ad fantaſma ad actualem intellectum, quod ipſe negat. Vult enim Henr. quòd intellectus noſter non poteſt habere actualem intellectionem, puta albedinis niſi fiat cõuerſio ipſius ad fantaſma albedinis, in quo relucet obiectũ, quæ opi. eſt improbata ſupra in primo, diſt. 3. q. 6. & 7. & di. 27. & hoc vult, qa præſentia obiecti nõ poteſt haberi niſi virtute fantaſmatis. Hic ergo Doct. arguit contra ipſum, quia ſi obiectum eſt perfectè præſens per habitũ, ergo adepto tali habitu obiecti poterit ipſum obiectũ intelligi, cum ſit ibi perfectè præſens abſque hoc, ꝙ fiat conuerſio ad fantaſma illius obiecti, quod tamen ipſe negat.

Scotus arguit contra ſeipſum.

¶ Ibi. Reſpondeo, quòd intellectio noſtra dependet à ſenſibus, non ſic intellectio angeli. Diceret Henr. ꝙ nõ eſt ſimile de intellectu noſtro, & de intellectu angeli, quia intellectio noſtra dependet à ſenſibus, & per cõſequens non poteſt haberi præſentia obiecti in ratione intelligibilis, niſi ꝑ aliquod fantaſma repræſentans illud, ſed intellectio angeli nullo modo dependet à ſenſibus, & ideo poteſt habere præſentiam obiecti abſque tali fantaſmate.

¶ Ibi. Contra, ſi neceſſaria colligatio. Hic Doct. arguit à fortiori, probãdo ex dictis Henr. quòd per habitum ſcientialem noſtrum magis habeatur præſentia obiecti in ratione intelligibilis, quàm per habitum concreatum ipſi angelo, & ratio ſtat in hoc. Henricus vult, vt ſupra patuit, quòd per habitum concreatum, inquantum habet reſpectum eſſentialem ad obiectum, habeatur præſentia obiecti in ratione intelligibili (, ergo à fortiori, cũ habitus noſter ſcientialis, dicat reſpectum magis eſſentialem ad obiectum, patet, quia habitus noſter ſcientialis eſſentialiter dependet ab obiecto, ſed non ſic habitus concreatus angelo: ergo magis habetur præſentia obiecti per habitum noſtrum, & ſi ſic: ergo præſentia obiecti in ratione intelligibilis non habetur præciſè per fantaſma illius obiecti.

¶ Ibi. Tertiò contra hoc, quod dicit, quòd omne obiectum intelligibile creatum eſt præſens per iſtum habitum, & ratio ſtat in hoc, quia ſi angelus eſſet creatus in puris naturalibus, ſequeretur, quòd non poſſet nec ſe, nec aliud intelligere, & ſic eſſet imperfectior intellectu noſtro, qui ſine tali habitu concreato poteſt plura obiecta cognoſcere.

Angelus nõ eſt creatus in puris naturalibus.

¶ Ibi. Præterea habitus, ſecundum iſtum, ideo non repræſentat ſingulare, ſicut repræſentaret ſpecies, &c. Hic Doctor vult probare, quòd angelus nõ cognoſcat omnia ſimplicia per illum habitum, quia non terminos ſimplices. Et hoc probat ex dictis Henrici. dixit enim ipſe, quòd ideo habitus nõ repræſentat ſingulare, quia non eſt natus generari immediatè ab ipſa re cuius eſt, ſpecies verò intelligibilis repræſentat ſingulare, quia eſt nata cauſari immediatè à re, cuius eſt, & vult, quòd habitus noſter ſit natus cauſari tantum per actum intellectus conferentis vnum obiectum ad aliud, & ſic talis habitus præſupponit cognitionem obiectorum ſimplicium. & Doctor hic accipit rationem Henrici, quam facit contra ſpeciem, probando, quòd ipſa non repræſentat vniuerſale, & ratio ſua talis eſt, quãdo aliquod generatur à ſua cauſa naturali, natum eſt ſic repræſentare à quocunque imprimatur, ſemper ſic repræſentabit, ſed ſpecies intelligibilis ſi generaretur, puta ab albedine nata eſſet repræſentare tantum albedinem ſingularem, & per conſequens à quocunque imprimeretur talis ſpecies intelligibilis, ſiuè à Deo, ſiuè ab alio ſemper repræſentaret eandem albedinem. Ex hoc arguit Doctor contra ipſum, quia ſi habitus immediatè generaretur ab actu cõferente vnum obiectum ad aliud obiectum tantum repræſentaret complexum, patet, quia ille actus cauſatiuus habitus præſupponit cognitionẽ obiectorũ: ergo ſi talis habitus imprimatur à Deo, tantum erit ratio cognoſcẽdi complexa, & nõ terminos ſimplices: ergo angelus ſaltem potuit cognoſcere terminos ſimplices, vel quiditates ſine tali habitu.

Scotus accipit rationẽ Henrici.

¶ Ibi. Præterea quarto, quod dicit, quòd iſte habitus eſt principium cognoſcendi quæcunque diſtincta obiecta videtur eſſe contra hoc, prima ratio

ratio

ratio contra opinionem primam, quia ſequeretur, quòd eſſet naturaliter infinitus, quæ ratio ſupra patuit.

¶ Ibi. Quod etiam dicit, quòd naturaliter inclinat in id, ad quod voluntas determinat imperando videtur eſſe irrationabile, dixit enim Henricus ſupra, quòd voluntas inclinat habitum ad aliud, & aliud obiectum, & imperando dat ſibi talem inclinationem naturalē, quod vr̃ impoſſibile, quia illius habitus, vt formæ naturalis eſt naturalis inclinatio determinata ſicut grauitas, quæ eſt forma naturalis habet determinatam inclinationem ad cētrum, & ſic talis habitus, cū ſit forma naturalis, habebit determinatam inclinationem ad aliquid. Si dicatur, quòd in tali habitu ſunt mille inclinationes ad diuerſa, ordinatē tamen ſic, quod vna eſt prima ad vnum obiectum, & alia ratio ad aliud, & ſic de alijs.

Contra Henricum. ¶ Contra hoc arguit Doct. ibi, & per conſequens vti eo, &c. Pono caſum, quod primò inclinet ad cognitionem angeli. Secundò ad cognitionem hominis, ſi voluntas vtitur tali habitu, inclinando ipſum ad hominem, tunc ipſa facit ipſum eſſe inclinatum ad aliquod, quod eſt contra primam inclinationem eius naturalem, & ſi ſic talis habitus non merē naturaliter inclinabitur ad hominem, nec videtur rationabile, quòd vna forma naturalis quantum ad inclinationem ſuā naturalem ſubſit voluntati creatæ. Si enim graue manēs actu graue moueretur ſurſum à Deo, & poſito, quòd ſit in perfecta potētia obedientiali ad Deum, non tamen videtur moueri paſſiuè naturaliter ex parte ſua, ideſt quòd non habet naturalem inclinationem ad talem motum. Sequitur ibi. Et quicquid ſit ibi non videtur, quod aliqua forma naturalis inclinatione ſua naturali ſubſit omnino in omni actu ſuo volūtati creatæ, ita quòd ad hoc naturaliter inclinetur, ad quod volūtas creata vult eam inclinari. Hoc dicit Doctor, quia dixit paulo ante, quòd graue motum ſurſum à Deo non videtur moueri naturaliter ex parte ſua poſſet aliquis arguere, ergo mouetur violenter. Diceretur fortè, quod non ſequitur, quia ipſum graue eſt in perfecta potentia obedientiali ad Deum, nam ſicut tota entitas grauis eſt in perfecta potentia obediētiali ad Deum, ita quòd poteſt illam conſeruare, & deſtruere, ſi vult ita quodlibet conſequens talē entitatem. Nam dicit Doctor in tertio, diſt. 1. quæſt. 1. quod natura humana habet naturalem inclinationem ad proprium ſuppoſitum, & ſic ſi eſt in ſuppoſito diuino, eſſet ibi violenter. Diceretur, quòd non, quia ipſa natura humana eſt in perfecta potētia obediētiali ad ipſum Deum, vt patebit in tertio, diſt. 1. q. 1.

Graue eſt in perfecta potentia obedientiali.

¶ Ibi. Præterea. Hic Doctor intendit ſaluare magis inclinationem naturalē ad aliud, & aliud obiectum per aliam, & aliam ſpeciem, quam per ipſum habitum concreatum, & ideo dicit quomodocunque ipſe Henricus poſſet dicere, quòd per imperiū voluntatis habitus repreſentet aliud, & aliud obiectum, multo melius poteſt poni, quòd habēs multas ſpecies intelligibiles, poſſet vti nunc vna ſpecie, nunc alia, & erit naturalitas in qualibet ſpecie repreſentante, & inclinante ad ſuum obiectum, & libertas in ipſo vtente hac ſpecie, vel illa.

AD quæſtionem igitur. Hic vult Doct. quod angelus cognoſcat alias quiditates à ſe, loquendo de cognitione abſtractiua per aliam, & aliam ſpeciem intelligibilem, quæ eſt ratio repreſentandi illam quiditatem, & cauſandi partialiter cognitionem illius quiditatis, ita quòd ſi ſunt duæ naturæ ſic diſtinctæ, quòd vna nō contineatur in alia virtualiter, nec cōtineantur ipſæ in alijs quiditatibus. Angelus de neceſſitate habet aliam, & aliam ſpeciem intelligibilē. Et ſicut dixi de duabus quiditatibus, ſic de omnibus alijs dico. Et vult etiam Doct. quòd angeli habeāt ſpecies intelligibiles reſpectu quiditatum vniuerſalium concreatas, ita quòd in eodē inſtanti, quo angelus creatus fuit à Deo ſimul omnes ſpecies intelligibiles quiditatum vniuerſalium concreatę fuerunt à Deo.

Angeli habent ſpecies intelligibiles.

¶ Sequitur. Et ſi ab aliquibus, &c. Hic no. quòd habitus in propoſito accipitur dupliciter. Primò, vt eſt habitus cauſatus ex pluribus cognitionibus, vel ſaltem ex vna valde intenſa, vt dicit Doct. alibi. Talis ergo habitus cognoſcitiuus acquiſitus in nobis, includit hoc, quòd ſit qualitas ſequēs cognitionem, & ſic qualitas permanens, dum verò ex pluribus cognitionibus cauſatur quædam habilitas in intellectu, & non habens perfectam permanētiam in ipſo, vocatur diſpoſitio. Secundò accipitur habitus, vt eſt qualitas permanens & fixa, nō tamen cauſata ab actu intelligendi, & hoc modo ſpecies intelligibilis poteſt dici habitus, quia eſt quædam qualitas permanens in ipſa anima, & ſic permanens, quod nunquam deletur, vt patet à Doct. in primo, diſt. 3. Hæc tamen qualitas non eſt cauſata ex frequentatis cognitionibus, neque ex vna valde intēſa, immò ipſa eſt cauſa partialis primæ cognitionis abſtractiuę, vt patet à Doct. in primo, diſt. 3. q. 6. & 8. & di. 17. & accidit tali ſpeciei intelligibili talis permanentia, ſeu fixio. Poteſt ergo dici talis ſpecies habitus in generali, accipiendo habitum pro qualitate permanente. Sequitur. Sed hoc nō dicitur in quid, &c. ideſt quòd qualitas, vt permanens non prædicatur in quid de hac qualitate, quæ eſt ſpecies intelligibilis, nam qualitas, vt permanens eſt vnus conceptus per accidens, vt patet, & talis conceptus non prædicatur nec in quid, nec per ſe de aliquo, vt patet à Doct. in primo, diſt 2. quæſt. 2. vel ſi accipiatur ipſa permanētia in ſe, nō prędicatur in quid. Nā accidit ſpeciei intelligibili, quòd ſit permanens, non enim hoc eſt de ratione ſua intrinſeca, vt patet. Sequitur, ſicut habitus, ideſt quod ſicut habitus, qui includit permanentiam, non prædicatur in quid de ſpecie intelligibili, ſic nec talis permanentia non prædicatur in quid, cū accidit ſibi, & quòd ſibi accidat, patet etiam de qualitate abſoluta, quæ dicitur habitus. Nam eadem qualitas abſoluta aliquando dicitur diſpoſitio, & ſic de facili mobilis aliquando habitus, & ſic de difficili mobilis. Sequitur. Similiter habitus eſt vniuerſale, &c. Quia hæc eſt vera, quod talis ſpecies intelligibilis eſt habitus, accipiendo habitum pro qualitate fixa, & non econtra, quia non omnis habitus, vt etiam dicit qualitatem fixam, eſt ſpecies intelligibilis, patet de habitu ſcientifico, qui eſt qualitas fixa in anima, & tamen non eſt ſpecies intelligibilis. ſic Doct. dicit in primo, diſt. 3. quæſt. 6. quòd ſpecies intelligibilis hoc modo dicitur habitus. Sequitur. Immò nec habitus intellectualis. Doctor probat, quòd habitus intellectualis, ſiuē ſcientificus differat ſpecie à ſpecie intelligibili, & ſic patet, quod ſpecies intelligibilis non eſt habitus ſcientificus, ſiuē intellectualis, de quo loquitur Henr. Sequitur. Sic igitur per accidēs, &c. i. quod ipſa ſpecies intelligibilis dicit habitus modo expoſito. Sequitur. Per ſe autem, & eſſentialiter, ideſt quod loquendo in particulari, & ſecundum rationem formalem talis qualitatis debet dici ꝓpriiſſimè ſpecies intelligibilis. Sequitur, quia in hoc propriiſſimè, &c. ideſt quod talis qualitas propriiſſimè exprimitur per ſpeciem intelligibilem, & per accidens, exprimitur per habitum, & dicitur ſpecies intelligibilis, quia per ipſam obiectum eſt actu intelligibile, quia per ipſam eſt in potentia propinqua, vt intelligatur, vt ſupra declaraui, & quia talis qualitas, vt talis eſt repreſentatiua obiecti intelligibilis, & partialis cauſa cognitionis

Accidit ſpeciei intelligibili vt ſit permanens.

Species intelligibilis quomodo dicatur habitus.

tionis

tionis illius, & per habitũ, vt habitus nõ eſt præſens intelligibile, vt intelligibile, ideo propriiſſimè talis qualitas dicitur ſpecies intelligibilis. Sequitur. Magis propriè, &c. id eſt quòd talis qualitas magis exprimitur per hoc, quod dicitur ſpecies intelligibilis obiecti, quàm ſi diceretur ſimilitudo obiecti, quia ſimile non eſt ratio repræſentandi aliud ſimile, vt patet, nec etiam ſimilitudo eſt ratio intelligendi obiectum, nec obiectum dicitur actu intelligibile per hoc, quòd a. eſt ſibi perfectè ſimile.

¶ Quòd autem talem, &c. Hic Doct. probat primò, quòd angelus (loquẽdo de cognitione abſtractiua) per aliam rationem cognoſcendi cognoſcit aliam quiditatem à ſe, quàm per eſſentiam propriã. Et ſecundò probat, quòd ſicut vnus angelus poteſt cognoſcere alium abſtractiuè per ſpeciem intelligibilem repræſentãtem illum alium, & intuitiuè per exiſtentiam alterius ſibi præſentis, ſic etiam poteſt cognoſcere ſeipſum abſtractiuè, & intuitiuè. Probat ergo primò, quòd cognoſcat per ſpecies intelligibiles, q̃a ſi illę quiditates non eſſent actu exiſtẽtes, cognoſceret eas, non intuitiuè, patet ergo abſtractiuè, ergo per ſpecies intelligibiles, patet conſequentia, quia hoc eſt perfectionis in intellectu noſtro, ſic poſſe cognoſcere rẽ, quando non exiſtit, & talis cognitio non poteſt haberi naturaliter, niſi per ſpeciẽ illius rei, loquendo de cognitione diſtincta abſtractiua, niſi fortè talis res virtualiter, & adæquatè cõtineatur in alio obiecto, & ſic per ſpeciem illius poſſet cognoſci.

¶ Quòd autem in tali cognitione requiratur ſpecies, patet, quia per ſpeciem illam habetur præſentia obiecti in ratione actu intelligibilis, vt patet hic, & in primo, diſt. 3. quæſt. 6. & 8. id eſt quòd ipſa eſt ratio formalis cognoſcẽdi abſtractiuè tale obiectũ, vt aliàs expoſui. Si igitur hoc eſt perfectionis in intellectu noſtro, magis erit perfectionis in intellectu angeli. Secundò probat, quomodo etiam angelus poſſit cognoſcere ſe, non tantum intuitiuè, ſed etiã abſtractiuè per ſpeciem intelligibilem ſui, quia angelus ſuperior poteſt habere cognitionem per ſpeciem de inferiori angelo, ergo & inferior de ſeipſo, quia nulla cognitio ex ſuo genere imperfecta cõuenit ſuperiori angelo, quin inferior poſſit habere de eodem imperfectiorem ſecundum genus, ſcilicet abſtractiuæ cognitionis.

Quomodo Angelus poſſit cognoſcere ſe.

AD argumenta principalia. Primò ſic arguit Doct. & vult probare, quòd angelus per ſuam eſſentiam poteſt cognoſcere aliam quiditatẽ à ſe (loquẽdo de quiditate imperfectiori,) & ratio ſtat in hoc, quia forma perfectior continet virtualiter formam imperfectiorem, & ſic eſt ratio cognoſcendi ipſam, & quòd contineat, probat, quia formæ ſpecificę ſe habent ſicut numeri 8. metaph. tex. commen. 10. ergo ſicut maior numerus cõtinet minorem, ita perfectior forma continet imperfectiorem, & ſic non oportet angelum cognoſcere aliam quiditatem à ſe per aliam rationem diſtinctam ab eſſentia ſua.

¶ Reſpondet ibi ad primum. Dicit primò Doct. quòd auctoritas philoſophi nõ eſt ad propoſitum, quia loquitur ibi de ſpeciebus ſubalternis, quod patet per primam conditionem, & comparationẽ diſtinctionis, vt ſupra declaraui in primo, diſtin. 17. quæſt. vlti. nam ſicut numerus reſoluitur ad indiuiſibile, puta ad vnitatem, ſic diffinitio ſpeciei tandẽ reſoluitur ad aliquid omnino indiffinibile, quod patet, quia ſi diffiniatur homo, ꝙ eſt ſubſtãtia corporea animata ſenſibilis rationalis, dempto rationali, adhuc reſtat diffinitio animalis, quia ſubſtantia corporea animata ſenſibilis, & ſic ſuperius ad hominem adhuc eſt diffinibile, & dempto ſenſibili, adhuc reſtat diffinitio animati, & ſic animatum eſt diffinibile, dẽpto animato, adhuc reſtat diffinitio corporis, dempto autem corpore reſtat ipſa ſubſtantia, quæ non eſt diffinibilis, & ſic loquitur Ariſt. de ſpeciebus ſubalternis, includendo etiam ſpeciem ſpecialiſſimam, ꝙ tandem deuenitur ad aliquod omnino indiuiſibile.

Quomodo auctoritas philoſophi non ſit ad propoſitum.

¶ Si dicatur, ſubſtantia non eſt ſpecies. Dico, ꝙ accipit ibi Doct. ordinem ſuperioris, & inferioris, ita quòd eſt deueniendũ ad aliquod ſuperius, quod omnino eſt indiuiſibile, id eſt indiffinibile, ſicut etiam numerus reſoluitur ad vnitatem omnino indiuiſibilem. Et non loquitur Ariſt. de ſpeciebus ſpecialiſſimis, quia non dicimus, quòd vna ſpecies reſoluitur in aliam, nec quòd ſit diffinibilis per aliam, ſicut numerus reſoluitur in vnitatem, & ſic patet. ꝙ illa auctoritas non eſt ad propoſitũ. Sequitur. Tamen ſi de illis accipiatur. Dicit Doct. quòd fortè ſecundum veritatem ſpecies ſpecialiſſimę habent ſe ſicut numeri, vt expoſitum eſt ſupra. Et cum infertur, ergo ſicut maior numerus continet minorem, ita ſpecies perfectior continet minus perfectam. Dicit Doct. quòd ſpecies perfectior, puta angelus nõ cõtinet imperfectiorem, puta lapidem ſecundũ ſuam entitatem. Et ſic dicit, quòd non ſic contingit, ita ꝙ inferior non differat ab eo, niſi per negationem, puta, quòd lapis, qui eſt perfectionis vt octo, & angelus qui eſt perfectionis, vt decem differat ab angelo tantum per negationem maioris perfectionis in angelo. Sed dicit, quòd ipſe lapis differt ab eo poſitiuè, ſcilicet per propriam rationem formalem, puta per vltimam differentiam conſtituentẽ lapidem in eſſe ſpecifico.

¶ Sed hic oriuntur aliquæ difficultates. Prima eſt iſta, nam dicit Doct. in quarto, diſt. 1. quòd ſpecies perfectior eminenter, vel virtualiter continet imperfectiorem, & hic dicit oppoſitum.

Difficultates circa literã Scoti.

¶ Item in diſt. 2. quæſt. 1. primi, dicit, quòd cauſæ eſſentialiter ordinatæ ſic ſe habent, quòd ſuperior eſt perfectior eſſentialiter, & inferior agit in virtute ſuperioris, ſi ſic, ergo ſpecies ſuperior continet virtualiter inferiorẽ, quæ agit in ſuperioris virtute.

¶ Item in prologo quæſt. penul. de ſcientiæ ſubiecto dicit, quòd continere virtualiter eſt continentia cauſalitatis, ſed vna ſpecies ſuperior, puta, Sol cauſat aliquem inferiorẽ, ſiuè multa indiuidua alicuius inferioris, ergo continet virtualiter, cuius oppoſitũ hic dicit.

¶ Item ipſe vult, quòd relatio cognoſcatur per ſe rationem termini, & fundamenti, ita quòd terminus, & fundamentum ſunt ratio formalis intelligẽdi illam, vt patet à Doct. in primo, diſt. 8. quæſt. 3. & poteſt elici ab ipſo in prologo quæſt. 1. & in primo, diſtin. 3. quæſt. 3. Et tamẽ vult, quòd obiectum faciẽs notitiam alterius contineat illud virtualiter, vt patet ab ipſo in primo, diſt. 3. quæſtio. 1. & poteſt elici quæſt. 3. & 7. & patet expreſsè diſtin. 8. quæſt. 2. & 3. & in ſecundo, diſt. 3. quæſt. 9. & tamen fundamentum, & terminus diſtinguntur ſpecie ab ipſa relatione, cum ſint diuerſorum prædicamentorum.

Quomodo relatio cognoſcatur.

¶ Reſpondeo, quòd Doct. in quarto vult, quòd ſpecies ſuperior contineat eminenter inferiorẽ, ſed talis eminentia eſt duplex. Nam quædã eſt eminentia per eſſentiam, & nullo modo per participationẽ, ſicut eſſentia diuina, vt hæc continet virtualiter, & ſecundum omnem entitatem quamlibet aliam entitatem, ita quòd ipſa eſt ſimpliciter, & prima ratio eſſendi cuiuſlibet alterius quiditatis, & ſic poteſt eſſe ratio cognoſcendi oẽm aliã. Alia eſt eminẽtia participata, & hæc duplex, quædam eſt eminentia, inquantum eſt in correſpondentia maioris perfectionis, non tamen illa maior perfectio continet minorem ſecundum totam entitatem, cum non poſſit

Solutio diffi.

illam

illam producere in eſſe ſecũdum totum ſuum eſſe, nec conſeruare illud, & hoc modo angelus non cõtinet aliquã ſpeciem, quia nullus angelus poteſt generare aliquam formam immediatè, vt patet ſecundùm philoſophos & etiã theologos. Et hoc à Doct. infra.d.8.& in quolib.& ſic patet, quòd eſſentia angeli non eſt ratio cognoſcendi eſſentiam inferiorem, cum non contineat illam virtualiter modo prædicto.

¶Si dicatur, nonne angelus poteſt generare mediatè, quia mediante motu cœli fit generatio, vt patet primo de generatione: ergo ſi cœlum generat, vel Sol, ergo in virtute intelligentiæ mouentis illum.

Angelus nõ poteſt generare.

¶ Dico, quòd non generat formam nec mediatè, nec immediatè, ſed tantum mouendo Solem applicat illum ad aliud, & aliud paſſum, & eſſentia Solis eſt ratio generandi, non autem motus ipſius, vt alias expoſui.

¶ Ad illud de cauſis eſſentialiter ordinatis, dico abſolutè, quòd cauſa ſuperior continet inferiorem, ſed angelus non eſt huiuſmodi cauſa, & fortè loquendo propriè de cauſa ſuperiori, in cuius virtute agit ſecũda, & eo modo mouet quo mouetur à prima; fortè non reperitur alia niſi Deus.

Secũdo phyſicor.tex.26.

¶Si dicatur ſecundo phyſicorum, Sol & homo generant hominem, videtur, quòd homo generet in virtute Solis.

¶ Dico, quòd non, quia per impoſſibile deſtructo Sole ſtante natura hominis poſſet generare alium hominem, patet in quarto, diſt.47.in ſimili. bene verum eſt, quòd Comm.in ſecundo metaph. poſuit ſic ordinem eſſentialem cauſarum, quòd ſuperior non poſſit agere niſi agente inferiori, quæ poſitio eſt ſimpliciter falſa, vt patet à Docto.in primo, diſtinct.2 quæſt.1.diſtin.8.quæſt.4.& in ſecundo,& in quolib.quæſt.7. & ſemper loquor de ordine eſſentiali cauſarum ſimpliciter, & perfecto, Si etiam poneretur ordo eſſentialis inter Deum, Solẽ, & hominem, &c. poſſet diſtingui de ordine eſſentiali cauſarum. Primò, quòd poſterior, licet agat in virtute ſuperioris, non tamen ſuperior continet inferiorem ſecundum totam quiditatem ſuam in eſſendo, licet in operando, vt aliqui dicunt. Alio modo vt ſuperior continet ſecundum totam entitatem inferiorem, & iſto ſecundo modo non eſt ordo eſſentialis inter Solem, & hominem. Primus tamen modus non videtur poſſibilis, quia continẽs cauſalitatem alicuius, perfectè continet etiam entitatem illius perfectè virtualiter, vt patet à Doct.in primo, diſt 2.q.1.

Continẽtia virtualis eſt duplex.

¶Ad aliud de ſubiecto ſcientiæ. Dico, quòd cõtinentia virtualis eſt duplex, quædam eſt per adæquationem, & præciſionem, & ſic ſubiectum adæquatè, & præciſè continet propriam paſſionem, & notitiam illius, & hoc modo loquitur Doct.ibi, ꝙ talis continentia eſt ratio cognoſcendi contentum, & licet Deus non poſſit cauſare cognitionem ſubiecti ipſo ſubiecto non concurrente, tamen poteſt cauſare notitiam perfectã illius paſſionis, quia virtualiter continet totam entitatem hominis, & etiam paſſionis. Si illa eſſet cauſabilis immediatè.

¶Si dicatur, nonne Deus poteſt ſupplere cauſalitatem cuiuſcunque cauſæ extrinſecæ.

¶Dico, quòd ſic, ſecundum omnes Theologos, vt patet à Doct. in pluribus locis: ergo poteſt ſupplere cauſalitatem ſubiecti reſpectu paſſionis. Dico, quòd poteſt ſupplere omnem cauſalitatem cuiuſcunque cauſæ ſecundæ, loquendo de cauſa propriè ſumpta, quæ producit aliud inquantum aliud, ſubiectum verò non eſt propriè cauſa effectiua paſſionis, quia tunc paſſio realiter diſtingueretur ab ipſo, de quo aliàs dictum eſt. Alia eſt continentia virtualis, quæ non eſt ſecundum adæquationem, & præciſionem contenti, & hoc modo Sol poteſt continere multa virtualiter, & talis continentia nõ eſt ratio cognoſcendi contentum. Doct. verò loquitur de continentia ſecundum totam entitatem, vt expreſsè dicit in ſecundo.

¶Ad vltimum patet, quia fundamentum, & terminus continent ipſam relationem ſecundum totam entitatem, cum de neceſſitate naturæ oriatur poſitis fundamento, & termino, & non negat Doctor, quòd vna ſpecies non contineatur in alia virtualiter, ſed negat, quòd angelus contineat virtualiter aliquam ſpeciem inferiorem ſecundum totam ſuam entitatem, & non valet dicere, ſpecies imperfectior poteſt continere, ergo & perfectior, quia ignis continet caliditatem, quæ eſt de prædicamento qualitatis, & non angelus non continet, & rationem ſupra aſſignaui.

Alia difficultas.

¶ Secunda difficultas principalis in littera Doct. eſt, quia dicit, quòd angelus non continet virtualiter ſpeciem inferiorem, ita quòd inferior non differt ab eo niſi per negationem, &c. Ex quo enim homo non tantum differt ab eo per negationẽ maioris perfectionis, ſed etiam per propriam rationem, quia rationalitas eſt ratio diſtinguendi hominem à Deo: igitur ex iſta littera videtur, quòd homo non contineatur virtualiter ſecundum totam entitatem ab ipſo Deo.

¶Dico, ꝙ hæc littera non habet hunc ſenſum. Intendit enim Doct. ſic, vna ſpecies differt ab angelo per propriam rationem formalem, per quam illa ſpecies non poteſt contineri ſecundum totam entitatem in ipſo angelo, non ſic reſpectu Dei.

Quomodo ſenſitiua ſit in intellectiua.

¶Ad illud ſecundo de anima ibi, cõfirmatur per philoſophum ſecundo de anima. tex. commen. 31. vbi habet, ꝙ ſenſitiua eſt in intellectiua, ſicut trigonum in tetragono, ſiue triangulus in quadrato. Vnde ſecundum aliam translationem. Et diſpoſitio inquit de anima ſimilis eſt diſpoſitioni in figuris, inuenitur.n. ſemper in potẽtia in figuris in rebus animatis præcedens in conſequente, verbi gratia, triangulus in quadrato, & nutritiuum in ſenſibili, hæc ibi. Et Commen.ibi, Diſpoſitio inquit in rebus, quę cõtinentur in diffinitione animæ eſt ſicut diſpoſitio in rebus, quę continentur in diffinitione figuræ, quemadmodum enim inuenitur in figuris prius & poſterius, & prius exiſtit in potentia in poſteriori, ita eſt de virtutibus animę, verbi gratia in figuris quidem triangulus eſt prior quadrato, & triangulus exiſtit in potentia in quadrato, & ideo ſi quadratũ eſt, triãgulus eſt, non econuerſo. Et ſimiliter in virtutibus animæ, nutritiuũ enim prius eſt ſenſibili, & exiſtit in eo in potentia, & ſi ſenſibile eſt nutritiuũ eſt, non econuerſo, hæc ille. Sicut ergò per rationẽ quadrati poteſt cognoſci triangulus cum ibi contineatur, & per rationem ſenſitiui nutritiuum, & per rationem intellectiui nutritiuum, & ſenſitiuum, cum ergo eſſentia angeli ſit perfectior omni eſſe corporali, & ſic videtur continere illud. Sequitur, quòd angelus per eſſentiam ſuam poſſit cognoſcere alia à ſe præcipuè imperfectiora. Dicit Doct. quòd hoc eſt dictũ ſpeciale de anima intellectiuã, quia ipſa in eodẽ homine virtualiter continet vegetatiuam, & ſenſitiuã, patet, quia ipſa, vt vnita corpori poteſt habere eaſdem operationes, quæ habentur per vegetatiuam, & ſenſitiuam. Ex ſpeciali autem nõ ſequitur generale, quòd ſpecies perfectior contineat virtualiter imperfectionẽ, & iſta auctoritas philoſophi habet tantum veritatem de eadem anima intellectiua reſpectu vegetatiuæ, & ſenſitiuæ, quæ ineſſent eidem homini, ſed ſuperfluunt propter aduentum intel-

lectiuæ,

lectiuè, & non habere veritatem reſpectu alterius, non enim intellectiua hominis cõtinet virtualiter ſenſitiuam bruti, vel vegetatiuam, de quo alias.

¶ Secundò principaliter arguit. Res materialis perfectior eſt ſua ſpecie, patet, quia ſpecies ſe habet ad ipſam, ſicut menſuratum ad menſuram, ſed nihil imperfectius re materiali videtur perfectio rei immaterialis, & per conſequens nulla ſpecies rei materialis erit intellectui angeli propria ratio cognoſcendi.

Reſpondet Doct. quòd ſpecies rei materialis eſt perfectio angeli in eſſe intelligibili, ſed perfectio tantum accidentalis, quæ perfectio accidentalis eſt imperfectior ſubſtãtia, vt patet .7. metaphy. t. c. 4. Et ſi dicatur. qualiter poteſt eſſe perfectio accidentalis naturæ, ita perfecte ſi eſt inferior infirma natura ſcilicet ſubſtãtia corporali. Dicit quòd non eſt omnino inferior illa natura, quia non eſt effectus eius, vt cauſa totalis, ſed eſt effectus eius & intellectus angeli tanquàm aliquorum integrantium vnam cauſam totalem, poſſibile eſt autem effectũ alicuius cauſæ partialis excedere ſuam cauſam partialem, quia aliquid perfectionis poteſt habere ab alia cauſa partiali, ita quòd ſpecies albedinis in intellectu angeli eſt perfectio intellectus eius, non quidem perfectioris entitatis, entitate quæ eſt albedo ſecundùm quod eſt genita ab albedine. quia vt ſic deficit aliquo modo ab entitate ſimpliciter, quia eſt accidens genitum ab albedine, ſed quia eſt etiam genita ab intellectu angeli, eſt perfectio vitalis, & quodammodo perfectio ipſa albedine, ſed iſte exceſſus perfectionis non eſt niſi ſecundùm quid.

¶ In iſta littera doctoris occurrunt duæ difficultates. Prima eſt in hoc quod dicit, quòd ſpecies intelligibilis rei corporalis dependet etiam ab intellectu angeli vt à cauſa partiali, quia ipſe vult in quolibetis quæſtione .15. & in primo diſtin. 3. quæſtione .7. quòd ſpecies ſenſibilis cauſatur à re ſenſibili extra, vt à cauſa totali, quare etiam ſpecies intelligibilis non equè immediatè cauſatur à re materiali vt à cauſa totali. Si dicatur quòd ſpecies intelligibilis nõ immediatè cauſatur à re materiali, ſed à fantaſmate, & tale fantaſma concurrit tãtũ partialiter, quia in ꝓpoſito ſpecies intelligibilis nõ cauſatur in intellectu angeli ab aliquo fantaſmate, cum tale non poſſit eſſe, ſed præciſe ab ipſa re materiali.

Difficultates circa litteram occurrentes.

Species intelligibiles cauſãtur in intellectu Angeli.

¶ Reſpondeo quòd aliud eſt loqui de ſenſu exteriori & intellectu, quia ſpecies ſenſibilis, vt à totali cauſa cauſatur immediatè in medio illuminato à re ſenſibili, & illa cauſat aliam in alia parte medij, & tandem illa, quæ eſt propinquior organo ſenſus, cauſat aliam in ipſo organo eiuſdem rationis, quæ immediatè recipitur in ipſo organo, & ſic non eſt neceſſe potentiam ſenſitiuam concurrere, ſed ſpecies intelligibilis immediate recipitur in intellectu poſſibili, qui ſic ſe habet reſpectu intellectus agentis, quod nihil poteſt recipere niſi ab intellectu agente. Poteſt etiam dici, quòd quia ſpecies intelligibilis eſt talis entitas, ideo non poteſt cauſari, niſi in intellectu poſſibili, concurrente intellectu agente vt cauſa partiali, & ſpecies ſenſibilis eſt talis entitas, quæ poteſt cauſari in organo ſenſus, non concurrente potentia ſenſitiua, neque vt cauſa totali, neque vt partiali. Sed de hoc ſatis dictum eſt in primo. d. 3. q. 6.

Secunda difficultas.

¶ Secunda difficultas eſt in hoc quod dicit, ꝙ ſpecies intelligibilis albedinis excedit albedinem tantum ſecundùm quid. Hoc non videtur, quia qualitas ſpiritualis excedit quamcunque qualitatem corporalem, hoc patet, ſpecies albedinis eſt huiuſmodi. Tum quia immediatè recipitur in ſubiecto ſpirituali, ſcilicet in intellectu poſſibili. Tũ etiam quia eſt ſimpliciter in extenſibilis.

¶ Dico breuiter quòd aliud eſt loqui de qualitate ſpirituali tãtum genita à re ſpirituali, & aliud de qualitate ſpirituali genita à re corporali, ſiue vt à cauſa totali, ſiue partiali. Primo modo qualitas ſpiritualis excedit omnem corporalem ſimpliciter, cuiuſmodi eſt ſpecies intelligibilis, & actus intelligendi rei mere intelligibilis. Sed ſecundo modo non ſequitur ſed ſi aliquo modo excedit, hoc erit, quia partialiter & principaliter erit à re ſpirituali, & ſic quodammodo denominatione extrinſeca diceretur perfectior. Sed de hoc alias erit ſermo.

¶ Tertio principaliter arguitur, quia angelus intelligit ſe per eſſentiam ſuam, ergo & alia per ſuam eſſentiam; patet conſequentia, quia eodem modo eſt quiditas ei⁹ intelligibilis, ſicut aliæ creatæ ſunt intelligibiles. igitur ſi alicui intellectui eſſentia ipſius eſt immediata ratio cognoſcendi ſeipſam, pari ratione quiditas alterius erit ratio cognoſcendi ſe, & ita non erunt propriæ rationes reſpectu quiditatum aliæ ab ipſis.

Sequitur expoſitio litteræ.

¶ Reſpõdet Doctor, quòd ſimul ſtant quòd intelligãt ſe per ſpeciem & per eſſentiam, ſicut quæcũque alia à ſe, & hoc naturaliter, excepta ſola eſſentia diuina. Vult dicere Doc. quòd ſicut angelus poteſt ſe cognoſcere per eſſentiam ſuam, ita quòd eſſentia ſua eſt ratio formalis cognoſcendi ſe, ita poteſt cognoſcere alia, puta lapidem per eſſentiã ipſius lapidis, ita ꝙ eſſentia lapidis erit ratio cognoſcendi lapidem, ſaltem partialis loquendo ſemper de cognitione intuitiua. Similiter ſicut angelus poteſt cognoſcere ſeipſum per ſpeciem intelligibilem, ita & alia per propriam ſpeciem intelligibilem aliorum, & hoc naturaliter. Et quòd dicit excepta eſſentia diuina, debet ſic intelligi, ꝙ angelus non poteſt naturaliter cognoſcere eſſentiam diuinam per eſſentiam ipſius eſſentiæ, habita tamen ſpecie intelligibili ipſius eſſentiæ ſupernaturaliter infuſa per ipſam poteſt cognoſcere eſſentiã diuinam abſtractiuè, vt ſupra patuit.

Angelus poteſt cognoſcere ſe ipſum per ſpeciem intelligibilem.

¶ Arguitur quarto ex prima propoſitione de cauſis. Omnis cauſa primaria plus influit in cauſatum, quàm ſecunda. cum ergo eſſentia angeli reſpectu rerum corporalium habeat rationẽ cauſæ primariæ. Sequitur ꝙ erit magis ratio cognoſcendi res corporales per eſſentiam ſuam, quàm per ſpecies intelligibiles illarum rerum, vel ſaltem ſpecies intelligibilis ipſius angeli, cum ſit perfectiſſima, erit ratio cognoſcendi omnia creata corporalia abſtractiuè.

¶ Dico ꝙ non ſe habet, nec eſſentia angeli, nec ſpecies intelligibilis ipſius reſpectu aliorum obiectorum, quantum ad eorum cognitionem, vt cauſa ſimpliciter primaria, quia tunc non tantum magis influeret in effectum, ſed virtualiter & eminẽter contineret entitates eorum, ſimiliter, & cauſalitates, quod eſt impoſſibile.

¶ Et cum dicit in illa confirmatione, quòd intellectus humanus perſpicacior plura intelligit in vna ratione intelligendi quàm minus perſpicax. Dico quod hæc propoſitio eſt ſimpliciter falſa, quia intellectus perſpicacior hominis intelligit obiecta eo modo, quo nata ſunt intelligi, & quantum ad cauſalitatem cognitionis eorum. Non enim intellectus Ariſt. magis per vnam rationem intelligendi intelligit hominem & aſinum, quàm intellect⁹ alicuius ruſtici, quia hoc repugnat intellectui humano, ſed diceretur perſpicacior, nõ ex natura intellectus, ſed propter vel maiorem diſpſitionẽ in

corpore, vel propter aſſuetudinem, &c.

¶Ibi. Contra, intellectus diuinus ſecundũ mul- [illegible] pro hac argumento facto ad oppoſitum, & pro concluſione affirmatiua, in qua tenet, φ ange- lus cognoſcit quidlibet [illegible] à ſe per alia [illegible] ſpeciem intelligibilem, quod licet hoc Sr- [illegible] teneat, tamen per hoc argumentum non cõ- cludit propoſitum, cum dicit, quod intellectus di- uinus plura intelligit diſtincta per plures rationes, reſpectu plu[illegible] intelligibilium, quia hoc eſſet cõ- tra ipſum in prologo quæſt. per [illegible] &c diſt. 3 quæſt. [illegible] in quodlib. quæſt. 14 & ſimiliter in primo, diſt. [illegible] de ideis, ubi vult, quod eſſentia diuina ſit [illegible] ratio cognoſcendi omnia alia à ſe, & nõ per aliam, & aliam rationẽ reſpectu [illegible] & [illegible] cib. Hoc ergo [illegible] ad [illegible] quæſt. Henr. quod [illegible] per vnã ra- tionem intelligendi intelligit [illegible] à ſe, vt ſupra [illegible]. [illegible] tenet quod eſſentia diui- na intelligit alia obiecta à ſe per aliam, & aliam ratio- nem, vt patet [illegible] 5. q. 3. & quodlib. [illegible] quæ opi. expoſuimus [illegible] in primo, diſt. [illegible] [illegible] Henr. [illegible] diuinam cognoſcere aliud, & aliud [illegible] per aliam, & aliam ratio- nem [illegible] ponere de angelo, &c.

¶N V [illegible] C. [illegible] pro [illegible] Henr. [illegible] [illegible]

[illegible] intelligere eſt quoddam p[illegible] x. [illegible] primo, diſt. 3 quæſt. 7. S[illegible] in angelo non poteſt [illegible] ſufficiens [illegible] & [illegible] omnia alia [illegible] videtur, nec paſſio [illegible] poteſt, [illegible] pro operatione, [illegible] pro vtroque [illegible]

¶Reſpondet [illegible] ſpecie [illegible] quod [illegible] reſpondendo ad quæſt. quòd ſi debent [illegible] perſecutus [illegible] primi, rectè [illegible] ſpeciem in- telligibilem, nõ autem intelligit philoſophus, quòd [illegible] quod eſt habitus per acci- dens, immò illud [illegible] ratio habitus [illegible] prædicamentum [illegible] vt ſupra patuit [illegible] do [illegible]

¶Secundò arguitur pro opi. Henr. [illegible] intellectu non [illegible] habitus, potest generari habitus per frequentes [illegible] concreatus habitus [illegible] ad [illegible] & ſic eſſet in po- tentia [illegible] ſecundum [illegible] noſter, quod eſt inco- ueniens.

¶Reſpondet Doct. quod angelus non poteſt [illegible] habitum [illegible] ſpe- cie [illegible] non generatur [illegible] na- turaliter [illegible] determinantis [illegible] in grauem per quod- [illegible] Nec gene- ratur [illegible] violentus motus per quodcumque tale [illegible] habitus facilitans, vel [illegible] violentum, vt patet [illegible] in [illegible] de [illegible] per actus frequen- ter [illegible] nõ autem eſt [illegible] creatum eſſe [illegible] ad in- tellectionem, quòd ſi aliquis eſt talis, erit angelicus, & ſic in illo non poſſet generari talis habitus. Aut ſi careat tali habitu, qui ſit habilitans quædã ad cõ- ſiderandum hoc intelligibile, & intellectus eius erit capax, non apparet inconueniens, quod poſſit in ſe generare talem habitum. Et cum dicitur, quòd ſi talem habitum poteſt habere, quòd [illegible] in po- tentia ad actum primum. ſ. ad ipſum habitum, & ad actum ſecundum. ſ. ad operationem. Dicit Doctor, quod habitus, qui ponitur habilitas quædam præ- ſupponit actum, ſpecies verò intelligibilis præce- dit actum ſecundum, de qua prolixè dictum eſt in primo, diſt. 3. q. 6. & 7.

¶Occurrit tamen hic aliqualis difficultas in lineis, ad quas Doctor declinare videtur, ſcilicet quòd in- tellectus non poſſit acquirere habitus ex frequentatis actibus, [illegible] habilitans, quia in hoc vi- detur ſibi contradicere. Nam expreſsè [illegible] in primo, diſt. [illegible] & in tertio, diſt. 27. quòd potentia [illegible] agens [illegible] conatu, perfectius opera- tur [illegible] habituata, ſi tamen [illegible] potentiæ ſunt [illegible]. Ex hoc ergo videtur, quòd [illegible] perfectius operetur per habitum [illegible] habitu.

¶Reſpondeo, & dico φ producere intellectionem [illegible] dupliciter. Vno modo quantum ad ſub- ſtantiam illius. Alio modo quantum ad intenſionẽ, & [illegible] dupliciter [illegible] ad [illegible] actus [illegible] vel quã- tum ad [illegible] actus, & ſic licet habitus [illegible] modo, [illegible] propter [illegible] perfectionem [illegible] Dico ſecundò, licet incidat quaſi in idem, φ habitus poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo, vt [illegible] [illegible] ad operandum [illegible] ad ſub- ſtantiam actus, quam ad [illegible] Alio modo vt [illegible] quàm intenſionem [illegible] & [illegible] quantum [illegible] nec quan- tum [illegible] intentionem [illegible] quando de intenſione [illegible] nõ de [illegible] ad tantam intenſionẽ, [illegible] indiget habitu acquiſito tãquam habilitatio [illegible]. Dico tamen φ quantũ ad perfectiorem intellectio- nem indiget [illegible] habitu vt [illegible] partiali, & ſic ta- lis potẽtia ſic habituata perfectius operatur, quàm non habituata, & hoc modo [illegible] Doct. [illegible] præallegatis de habitu. Hic verò intelligit de habi- tu, vt eſt quædam habilitas.

¶Dico ſecũdò, φ in intellectu angeli, reſpectu co- gnitionis abſtractiuæ, nõ requiritur habitus, neque vt habilitas, neque vt cauſa partialis, quia quicquid poteſt operari circa obiectum cognoſcibile mediã- te habitu, æquè perfectè poteſt mediante ſpecie in- telligibili ſibi concreata, [illegible] cum illa ſit valde perfectior in angelo, quàm in nobis. Et quando Doct. loquitur [illegible] de habitu, &c. loquitur ibi de potentia [illegible] quæ [illegible] operatur non habituata, quàm [illegible] Hic autẽ [illegible] ſpecies intelligibilis [illegible] Et ideo Doct. dicit [illegible] φ quando [illegible] in [illegible] quo eſt perfectus, actus ſequentes illum habitum non intendunt illum, cum illi actus ſequantur ex maxima perfectione illius habitus, ſic in propoſito intellectio ſequens ſpeciem intelligibilem [illegible] in ipſo intellectu non cauſat aliquem habitum magis & magis habilitantem poſſibilitatem, cum [illegible] talis ſpecie ſit cauſa perfecta, [illegible] tales intellectiones ſequentes [illegible] intelligibilem in angelo, ſicut [illegible] in nobis, vt patet à Doct. in primo, diſt. [illegible] quæſt. 6. & 7. & diſt. 17.

¶Ibi. Quia ſi ſupremum in elemento, &c. perfe- ctio

Margin notes, left column:

Angelus cognoſcit quidlibet [illegible] alias à [illegible] per [illegible]

In anima [illegible]

Angelus non [illegible] ſe potest generare [illegible]

Margin notes, right column:

Difficultas occurrit [illegible]

Producere intell. [illegible] poteſt dupliciter [illegible]

ctio eſt ſupremum in inferiori generare ſibi ſimile, vt patet de igne, tunc enim [illegible] vnumquodque perfectum eſt, cum poteſt generare ſibi ſimile ex ſecundo de anima, nec tamen ſequitur, quod infimum in ſuperiori poſſit generare ſibi ſimile, patet de lapide, ſunt enim duo ordines in corporibus, ſcilicet inferior & ſuperior, inferior eſt ſimplicium corporum, vt elementa, ſuperior eſt corporum mixtorum, quia corpus mixtum eſt perfectius corpore ſimplici, & loquor ſemper de corporibus generabilibus, & corruptibilibus.

Corpus mixtum eſt perfectius corpore ſimplici.

¶Ibi, Ad vltimum dico, reſponſio [illegible]. Nam facit duas conſequentias. Prima eſt [illegible] voluntas non habet obiecta ſibi præſentia [illegible], & aliam rationem, quæ ſit alterius, & [illegible] obiecti, ergo nec intellectus, negat antecedens [illegible] per eaſdem rationes, per quas obiecta ſunt præſentia intellectui, ſunt etiam præſentia [illegible] ti, ſed illæ rationes ſunt aliæ, & [illegible] reſpectu diuerſorum obiectorum, [illegible] & concedit conſequentiam, quia per eandem [illegible] per quam obiectum eſt præſens intellectui, eſt etiam præſens voluntati. Secunda conſequentia eſt iſta. Voluntas nõ habet obiecta [illegible] per aliã, & aliam rationem, [illegible] & alia ratione, non tantum [illegible] alterius, & alterius [illegible] ſed etiam [illegible] & alia ratione [illegible] bilis, per quas obiecta ſunt præſentia intellectui, [illegible] antecedens [illegible] obiectum eſt [illegible] præſens voluntati per [illegible] rationem [illegible] quam etiam eſt præſens intellectui.

¶[illegible], quia per ſpeciem [illegible] in cognitione abſtractiua obiectum eſt præſens intellectui [illegible] ratione intellectus, vt patet à Doct. in primo, diſt. 3. quæſt. 6. & 7. & [illegible] diſt. & [illegible], vt [illegible] eſt præſens voluntati, ſed obiectum eſt præſens ſibi inquantum cognitũ, vt patet à Doct. in primo, di. 2. & 6. & di. 3. & di. [illegible] ergo ſequitur, quod per aliam rationem ſit ſibi præſens, quàm per illud, quo eſt præſens.

¶Dico, quòd ipſum obiectum eſt præſens voluntati, inquantum actu intellectum, & ſimiliter eſt præſens intellectui obiectum inquantũ intellectũ, ergo duplici præſentialitate eſt præſens intellectui primo tantum in ratione obiecti intelligibilis, & ſic eſt præſens per ſpeciem intelligibilem. Secũdo, inquantum intellectum, & ſic eſt præſens per intellectionem. Nam ipſa intellectio eſt ſimilitudo obiecti intellecti, vt patet à Doct. in primo, diſt. 3. q. vlt. & in quarto, diſt. 45. & [illegible] obiectum [illegible] cognitum eſt ſibi præſens per aliam, & aliam intellectionem. Dico ergo, quod obiectum eſt ſibi præſens per ſpeciem intelligibilem, loquẽdo de præſentialitate [illegible].

Quæ ſit intellectio.

¶Ad [illegible] argumenta [illegible] ſolutio patet, quia accipit Dionyſius [illegible] ſcripturæ per [illegible] tatem, id eſt quod [illegible] angelus dicitur perfectus, ſicut etiam totum dicitur perfectum reſpectu [illegible], & ſic angeli ſuperiores perfectius, & limpidius cognoſcunt hominem [illegible] quàm angeli inferiores, & non tamen per pauciores [illegible] ſicut vnus angelus inferior cognoſcit hominem per vnã ſpeciem intelligibilem, & illud per aliam, ſic ſuperior de neceſſitate cognoſcit hominem & animal [illegible], & aliã ſpeciem intelligibilẽ, licet limpidius [illegible].

¶Ad illud, Secunda auctoritas non eſt ad propoſitum, quia non ſequitur prior cauſa, plus influit in effectum, quàm ſecunda, ergo prior cauſa cognoſcit ſecundam per eſſentiam ſuam, quia ſi Sol, & homo concurrerent ad productionem [illegible], & Sol ſit cauſa ſuperior, & [illegible], ergo Sol eſt ratio cognoſcendi ipſum [illegible], non ſequitur, & ſi aliquando hoc eſt [illegible] quando cauſa ſecunda ſecundum totum ſuum [illegible]

Nota & bene.

virtualiter dependet à ſuperiori, vt dixi ſupra.

¶Ad vltimum iſta reſponſio clara eſt, ſed quia magis ſpecies intelligibilis repreſentat vniuerſale, quàm ſpecies ſenſibilis cum vtraque ſit cauſata à natura vniuerſali, tanquam à ratione formali agendi, vt patet à Doct. in primo, diſt. 3. q. [illegible]. Dico, vt ibi [illegible] eſt, vt ego gloſſaui.

Quæſtio Vndecima.

Vtrum Angeli poſſint proficere, accipiendo cognitionem à rebus.

[illegible] 2. ſent. diſt. [illegible] q. [illegible]
Diuus Tho. [illegible] parte [illegible]
Gotfredus 2. ſent. diſt. 3. q. [illegible]
Henr. de Gand. 2. ſent. diſt. [illegible]

VNDECIMO quærit Doct. Vtrum angeli proficiant, accipiendo cognitionem à rebus. Titulusq; talis eſt. An angeli poſſint cognoſcere lapidem, vel hominem, ita quod homo, vel lapis cõcurrat [illegible] ad cognitionem abſtractiuam, cauſando partialiter ſpeciem intelligibilem ſui, vel quod concurrat partialiter ad cognitionem ſui intuitiuam, & [illegible], quia ſi poteſt cõcurrere, tunc intellectus angeli poteſt recipere vtranque cognitionem à lapide, [illegible] per [illegible] tantum à [illegible] producente partialiter cognitionem [illegible] in [illegible], & partialiter ſpeciem intelligibilem [illegible] intellecta poſſibili [illegible] ſpeciem intelligibilem [illegible] partialis cauſa [illegible] actiuæ, & non loquor hic de ſpecie intelligibili repreſentante vniuerſale, quia huiuſmodi ſpecies fuit ibi concreata à Deo, ſed loquor de ſpecie intelligibili perfectè repreſentante ſingulare, quia ſpecies intelligibiles ſingularium non fuerunt concreatæ, & ſic patet titulus quæſt.

VNA opi. dicit. Hic Doct. recitat vnam opinionem Gotfredi quam cõfutat ibi. Cõtra ex eſdẽ [illegible].

Opinio Gotfredi.

¶Ibi. Tunc ad rationem [illegible] intra, quod [illegible] eſt obiectum adæquatum. Hic loquitur Doct. de obiecto motiuo, & dicit, quod [illegible] eſt obiectum adæquatum intellectus, [illegible] ratio [illegible] ad quod poteſt [illegible], id eſt quod [illegible] poteſt eſſe obiectum [illegible] adæquatum [illegible] reſpectu plurium intelligibilium, [illegible] ſit ratio [illegible] iſta, & [illegible] quod [illegible], quod eſt ratio formalis [illegible] intelligibilis, nõ poteſt eſſe [illegible]. Addit Doct. quod obiectum adæquatum intellectus angeli eſt aliquid [illegible] ad omnia per ſe intelligibilia, & quia [illegible] continentur & ſenſibilia, quæ poſſunt partialiter cauſare ſpeciem intelligibilem ſui, [illegible] ſpeciem intelligibilem ſunt intelligibilia in potentia, [illegible] verò [illegible] ſpeciem intelligibili, ſunt intelligibilia in actu, & ſic patet reſponſio ad argumentum, [illegible] quia intellectus angeli põt habere aliqua obiecta intelligibilia in potentia, & quod dicit Doct. quod oportet intellectũ angeli habere aliquod [illegible], de iſta [illegible] vel [illegible] nis, vel virtualitatis, vide in primo, diſt. 3. q. [illegible].

¶Item non habet, &c. [illegible] clara eſt, [illegible] reſpondet Doct. quod intellectus angeli [illegible] ſemper intellectionem in actu, ſed aliquando [illegible] potentia. Cætera patent.

ALII dicunt. Hic Doct. [illegible] ponit opinionem Henrici, quæ [illegible]

Opinio Henrici.

¶Ibi. Hoc probatur primo. Dicit, quòd ſingulare nihil poſitiuum addit ſuper naturam illius cuius eſt, ſed tantum dicit duplicem negationem, vt expoſui ſupra in quæſt. de indiuiduatione.

¶Reſpondetur ibi. Ad primam rationem. Hic Doctor ſupponit vnum, quòd ſingularitas dicat aliquod poſitiuum additum naturæ, vt probaui ſupra, & ſic ipſa natura nõ continet totam entitatem ſingularis, & per conſequens non ſequitur, quòd ſi aliquid eſt ratio cognoſcendi naturam in ſe, quòd ſit ratio cognoſcendi ſingulare illius naturæ, cum ſingulare addat aliquid poſitiuum illi naturæ.

¶Ibi. Si intelligeret ſingularia. Argumentum clarum eſt. Reſpondet Doct.

¶Ibi. Ad aliud dicendum. Dicit Doct. hic, quòd intellectus angeli ſic inclinatur naturaliter, vt habẽs ſpeciem intelligibilem ad cognitionem obiecti, ſicut graue ad centrum, & ſola eſt differẽtia inter graue, & intellectum cum ſpecie intelligibili, quòd ipſe intellectus, vna cum ſpecie ſubeſt imperio voluntatis, non ſic graue, ita quòd ſi non eſſet, &c. ideſt, quòd ſi non ſubeſſet motioni voluntatis, æquè naturaliter inclinaret ad cognitionẽ obiecti, ſicut graue inclinat deorſum.

¶Ad aliud, quòd ibi dicunt. Hæc eſt reſpõſio ad ſecundum argumentũ in ordine, quod incipit. Prçterea inter illud, quia iſta ratio intendit concludere, ꝙ ſi angelus intelligeret primò ſingulare, quicqd intelligeret, intelligeret ſub ratione ſingularis, ita ꝙ ratio ſingularis eſſet ratio mouẽdi intellectũ ad cognitionem, ſed hoc eſt falſum, quia primum obiectum intellectus creati eſt vniuerſale, & quicquid mouet intellectum, mouet ſub ratione primi obiecti, dicit Doct.

¶Ibi. Reſpondeo. Hic eſt, &c. Hæc littera ſtat in hoc, quòd primum obiectum aliquando accipitur primum, ideſt per ſe, & per ſe obiectum contingit dupliciter. Vno modo, ꝙ ſit per ſe motiuum, nõ tamen in ratione primi obiecti, ſiuè adæquati obiecti vnius potentiæ, ſicut quantitas, figura, & huiuſmodi, per ſe moueret potẽtiam, puta viſiuam, cauſando ſimilitudinem ſuam, & etiam partialiter viſionem ſui, & tamen non mouet ſub ratione coloris, vel lucis, quod eſt proprium obiectũ, & adæquatum potẽtiæ viſiuæ. Et de hoc infra diſt. 9. mouet ergo quantitas per rationem ſui, & non per rationem primi obiecti talis potentiæ, licet tamẽ ipſa ſenſibilia communia non poſſint mouere potentiam aliquam, niſi prius talis potentia moueatur ab obiecto proprio. Secũdò dicitur obiectum per ſe, quod etiam includit rationẽ primi obiecti talis potentiæ, ſicut hæc albedo mouet per ſe potentiam viſiuam, & includit in ſe obiectum adçquatum potentiæ viſiuæ, & obiectum tale, quod per ſe mouet, poteſt mouere ſub ratione obiecti communis, & ſub ratione propriæ entitatis. Exemplum. Nam homo poteſt cauſare cognitionem in intellectu partialiter, & inquantum eſt ens, & inquantum tale ens, & ſic cum ſingulare, puta Franciſcus includat in ſe rationem primi obiecti intellectus, poterit mouere intellectum ad cognitionem, & inquantum ens, & inquantum hoc ens, & ſic patet iſta littera.

Per ſe obiectum contingit dupliciter.

An quantitas moueat.

Exemplum.

RESPONDEO ad quæſtionem. Dicit Doctor primò, quòd intellectus angeli poteſt accipere notitiam ſingularium actualem à rebus ſingularibus, & hoc per propriam ſpeciem eſt.

¶Sed hic oritur difficultas non parua, quia quçro à te quomodo angelus recipit propriam ſpeciẽ, puta Franciſci, aut enim illa cauſatur tantũ à Deo, aut tantum ab intellectu angeli, & ſic non eſt recipere ſpeciem à ſingularibus, aut partialiter ab ipſo ſingulari. Diceret Doctor, quòd partialiter ab ipſo ſingulari. Sed tunc argu[o] ſic, quicquid cauſat aliquid, habet rationem formalem cauſandi illud, ſed ſingulare non habet rationem formalem cauſandi partialiter ſpeciem intelligibilẽ ſui, ergo &c. Maior patet à Doctor. in primo, diſtinctio. 2. 3. 7. & 26. Minor patet, quia accipio Franciſcum. Et quæro quid ſit ratio formalis in illo cauſandi ſpeciem intelligibilem, aut eſt natura, & hoc non, quia natura, vt natura, eſt ratio formalis cauſandi ſpeciẽ intelligibilem repreſentantem vniuerſale, & hoc quando cauſat partialiter, & concurrit cum intellectu agente cauſante partialiter, vt patet à Docto. in primo, diſtinctione tertia, quæſtione ſexta. Præterea, quod eſt ratio formalis cauſandi ſpeciem intelligibilem, dicimus, quòd eſt ratio formalis cognoſcendi illud, vt patet à Doctore in ſimili in primo, diſtinctio. 3. quæſt. 1. & diſtinctio. 8. quæſt. 2. & in iſto ſecundo, diſtin. præſenti quæſt. 9. & in quolib. & in quarto. ſed natura, vt natura, non eſt ratio formalis intelligendi ſingulare, vt ſingulare, vt patet hic à Doctore. Si dicatur, quòd ſingularitas illa eſt ratio formalis cauſandi, &c. Contra, quia illud, quod eſt tantum conditio agentis, non poteſt eſſe ratio formalis agendi, quia iſta ex oppoſito diſtinguntur. Sed ſingularitas ipſa eſt tantum conditio agentis, vt patet à Doctore in primo, diſtinctione tertia, quæſtione ſexta, & diſtinctione ſeptima. ergo non erit ratio formalis cauſandi ſpeciem intelligibilem. Et ſicut dixi de ſpecie intelligibili, hoc idem quæro de cognitione intuitiua ſingularis, quia ſi ſingulare eſt cauſa partialis cognitionis intuitiuæ, vt patet à Doctore infra quæſtione præſenti. Quæro de ratione formali, non poteſt dari natura propter rationem ſecundam ſuperius factam, nec ſingularitas ipſa, vt patet, ergo non poterit mouere partialiter intellectum angeli ad cognitionem ſui intuitiuam.

Difficultas.

Singulare eſt cauſa partialis cognitionis.

¶Secundò dubitatur ibi, quia dicit Doct. quòd ſingulare, inquantum exiſtens, poteſt cognoſci ab angelo, & non per naturam vniuerſalem, ſed per exiſtentiam actualem.

Quæro quomodo ſingulare actu exiſtens cauſat partialiter, vel ſpeciem intelligibilem ipſius exiſtentiæ, vel cognitionem intuitiuam ipſius, aut enim ratio formalis cauſandi huiuſmodi, eſt ipſa natura, aut ſingularitas, aut actualis exiſtentia, nõ primum, nec ſecundum, vt patet ſupra, nec etiam tertiũ, quia dicit Doct. ꝙ ratio formalis agendi in quocunque, loquendo de ratione formali propria, eſt natura, vel quiditas illius, ergo &c.

¶Tertiò dubitatur ibi, quia dicit Doctor, quòd angelus non habet cognitionem intuitiuam, puta lapidis relucentis in verbo, ſed tantum, vt eſt in proprio genere.

¶Contra, quia cognitio intuitiua eſt limpidior, & perfectior cognitione abſtractiua. Sed angeli perfectius cognoſcunt lineam in verbo, & clarius, quàm in proprio genere, vt declarat Doct. in prolo. quæſt. penult.

Cognitio intuitiua eſt perfectior abſtractiua.

¶Secundò, quia dicit Doctor loco prçallegato, quòd quiditas in quocunque lumine videatur, continet virtualiter veritates, quas poteſt facere notas intellectui paſſiuo à tali obiecto. Tunc ſic, nam continere ſic virtualiter, puta a. eſt facere notitiam illius, vel poſſe facere, vt patet à Docto. ibi, & in primo, diſtinct. 3. quæſtio. 1. & in ſecundo, diſtin. 3. quæſt. 9.

¶Quæro tunc, quomodo quiditas lineæ, vt relucens in verbo, cauſet cognitionem ſui, vel contentorum reſpectu intellectus angeli, aut abſtractiuam, aut intuitiuam, non primo modo,

quia huiuſmodi quiditates non cognoſcuntur in verbo abſtractiuè, quod patet, quia quod cognoſcitur, abſtractiuè cognoſcitur per ſpeciem intelligibilem repreſentantem, etiam quando diſtinctè cognoſcitur, vt alias declaraui, ſed quiditas eſt pfectè præſens intellectui Angeli, vt relucet in verbo. ergo non indiget ſpecie intelligibili, qua mediante cognoſcatur abſtractiuè. Si intuitiuè habeo intentum contra Doct.

¶ Præterea. Si intellectus Angeli non cognoſcit lapidem intuitiuè in verbo, ſiue nihil relucet in verbo. Quæro quomodo cognoſcatur ab intellectu diuino, aut intuitiuè, aut abſtractiuè. non ſecundo modo, quia talis cognitio eſt imperfecta. Si primo modo, tunc idē erit de Angelo, quia nō eſt maior ratio de vno, quàm de alio, cum ita ſit præſens intellectui angelico ſicut diuino.

¶ Quarto dubitatur ibi, quia dicit Doct. Impoſſibile eſt cognitionem intuitiuam eſſe per aliquam rationem, quæ eodem modo repræſentat re manente & non manente. Hoc non videtur, quia eſſentia diuina eſt ratio formalis cognoſcēdi perfectiſſimè, & diſtinctiſſimè omnem aliam rem à ſe, vt patet à Doct. in prologo. q. penult. & diſtin. 1. primi, & diſt. 8. & 39. Et eſt ratio cognoſcendi omnia alia intuitiuè, quia intellectus diuinus non cognoſcit niſi intuitiuè, ſiuè res maneant, ſiuè nō maneant. Nam cognouit omnia ab æterno eadē cognitione, qua & nunc dicente Aug. 6. de trinit. abſit, vt aliquid Deus cognoſcat ex tēpore, ergo non videtur dicendum, quòd illud non eſt ratio cognoſcendi intuitiuè.

Intellectus diuinus non cognoſcit niſi intuitiuè.

ANTEQVAM reſpondeam ſuppono aliqua. Primo, ꝙ obiectum ſm aliam, & aliam præſentiā poteſt eſſe cauſa alterius, & alterius effectus ſpecie diſtincti. Nam fruitio Dei clarè viſi, & fruitio eiuſdem obſcurè viſi differunt ſpecie, & hoc propter aliam, & aliam præſentiam ipſius obiecti, vt patet à Doct. in 4. diſt. 49. & poſſet etiam dici ex diſ. 31. tertij, patet etiam ꝙ ipſe vult, ꝙ cognitio intuitiua & abſtractiua eiuſdem obiecti differunt ſpecie, vt patet in hoc ſecundo.

Obiectum quomodo nō ſit præſens in ſe.

¶ Secundo ſuppono, ꝙ quando obiectum non eſt præſens in ſe, ſed eſt præſens in aliquo fantaſmate, tunc tale fantaſma non poteſt cauſare vnà cum intellectu agente, niſi ſpeciem intelligibilem repræſentantem ipſam naturam cōmunem, vt patet à Doct. in 1. diſt. 3. q. 6. fantaſma enim impreſſum virtuti fantaſticæ, licet ſit repræſentatiuū obiecti ſingularis, vt ſingularis, & cum omnibus conditionibus materialibus, non tamen poteſt cauſare ſpeciem intelligibilem repræſentantem ipſum ſingulare ſub ratione ſingularitatis, quia ſi ſic, vel ſequeretur, ꝙ nunquam poſſet haberi ſpecies intelligibilis in intellectu repræſentans naturam in cōmuni, quod eſt falſum, vel ſimul poſſet cauſare ſpeciem intelligibilem repreſentantem obiectū æquè primo ſub modis repugnantibus, puta ſub modo ſingularitatis, & ſub modo vniuerſalitatis, qui ſūt modi oppoſiti, vt patet à Doct. vbi ſupra, vel ꝙ ſimul poſſet cauſare duas ſpecies intelligibiles, quarum vna eſſet repræſentatiua ſingularis ſub ratione ſingularitatis, & alia eſſet repræſentatiua eiuſdem obiecti ſingularis ſub ratione vniuerſalitatis, quod non videtur, quia cum ipſum fantaſma ſit actiuum merè naturale, & ſimiliter intellectus agens, qui eſt altera cauſa partialis ſpeciei intelligibilis, vt patet à Doct. vbi ſupra. & q. 8. nō eſſet maior ratio ꝙ produceret vnam magis, quàm aliam, non eſt dicendum, ꝙ duas in eodem obiecto, quia hoc non eſt poſſibile, ꝙ producat ſimul duos effectus repreſentatiuos eiuſdem obiecti ſub modis oppoſitis. relinquitur ergo, ꝙ tale fantaſma, puta albedinis non poteſt cauſare, niſi ſpeciem intelligibilem repræſentantem ipſam naturam in communi, licet fortè repręſentantem primò ipſam naturam in ſingulari vago, & illud non eſt repræſentare naturam ſub modo ſingularitatis propriè, & ſecundò naturam in ſe, & tertiò naturam in ſingulari ſignato, non tamen propriè ſub ratione ſingularitatis.

¶ Tertio ſuppono, ꝙ idem obiectum, vt eſt præſens in ſpecie intelligibili, cauſata per fantaſma, eſt cauſa partialis cognitionis abſtractiuè, ſic intelligendo, quòd illa ſpecies intelligibilis, repręſentans tale obiectum, eſt verè cauſa partialis cognitionis, & quòd talis ſpecies ſit cauſa partialis, vide Doct. in primo diſt. 3. quæſt. 6. 7. 28. & diſt. 37. & in iſto ſecundo. diſt. 3. & in quolib. & vide quæ ibi notaui, præcipuè in primo diſt. 3. Sed quia obiectum relucet in tali ſpecie dicimus, quòd obiectum eſt cauſa partialis, ſed propriè, & verè ſola ſpecies eſt cauſa partialis, quando verò obiectum eſt in ſe præſens propria præſentialitate, tunc eſt cauſa partialis cognitionis intuitiuè.

Species intelligibilis quomodo ſit cauſa partialis cognitionis.

¶ Quarto ſuppono, quòd ſi obiectū poſſit immediatè agere in intellectu, ita quòd non præſupponeret ordinem potentiarum, ſicut eſt pro ſtatu iſto, vt puta, ſi lapis compararetur ad intellectum Angeli. Dico tunc, quòd lapis, vt eſt perfectè pręſens intellectui Angeli, poteſt cauſare partialiter cognitionem intuitiuam ſui, ita quòd talis cognitio terminatur ad lapidem exiſtentem, inquantum exiſtens. Secundò poteſt cauſare ſpeciem intelligibilem repræſentantem ipſum ſub ratione ſingularitatis, hoc patet à Doct. in iſto ſecundo diſt. pręſenti. quæſt. 10. vbi vult, quòd eſſentia Angeli poſſit cauſare cognitionem ſui intuitiuam in proprio intellectu, & cognitionem ſui abſtractiuam, quæ non eſt, niſi per ſpeciem intelligibilem ex hoc, ꝙ poteſt cauſare in intellectu ſuo ſpeciem intelligibilem, & ſic mediante illa poteſt cognoſcere propriam eſſentiam abſtractiuè.

¶ His ergo præmiſſis. Quando quærebatur. Si ſingulare poteſt cauſare ſpeciem intelligibilem repræſentantem ipſum quærendo de ratione formali cauſandi illam. Dico quòd eſt ipſa natura exiſtens in propria ſingularitate, & in propria præſentialitate, ita quòd talis natura, vt ſic, habet cauſare, vel eſt ratio formalis cauſandi ſpeciem intelligibilem repræſentantem ipſum ſub ratione ſingularitatis.

¶ Si dicatur an talis natura exiſtens ſub propria ratione ſingularitatis poſſit cauſare ſpeciem intelligibilem repræſentantem naturam, vt natura eſt, dico quòd ſic, & hoc patet à Doct. in ſimili. diſt. 3. quæſt. prima. primi, vbi vult quòd fantaſma aliquod poteſt cauſare ſpeciem intelligibilem repræſentantem naturam, cuius eſt fantaſma, & aliam ſpeciem intelligibilem repræſentantem ſuperius, & aliam repræſentantem magis ſuperius, vel quòd eadem ſpecies intelligibilis poteſt repræſentare inferius, & ſuperius, ita quòd poteſt eſſe partialis cauſa cauſandi, puta cognitionem albedinis, & deinde coloris per ſe, & deinde qualitatis, &c. Si teneatur primus modus de multiplicitate ſpecierum, pariformiter dico, quòd lapis exiſtens in propria ſingularitate poteſt cauſare ſpeciem intelligibilem repræſentantem ipſum ſub ratione ſingularitatis, maxime cum ſingularitas ipſa ſit aliqua entitas poſitiua vltra naturam cuius eſt, vt patet à Doct. vbi ſupra in hoc ſecundo diſt. præſenti. Secundo poteſt cauſare aliam ſpeciem intelligibilem repręſentantem naturam

An phantaſma poſſit cauſare ſpeciem intelligibilem.

turam in ſe. Et tertio aliam repreſentantem ſuperius, vt patet, Sed tamen non poſſet immediatè cauſare ſecundam, niſi prius prima cauſata, ſicut nec fantaſma albedinis poſſet immediatè cauſare ſpeciem coloris, niſi prius cauſet ſpeciem albedinis, vt patet per rationem Doctor. in primo, diſtinctione tertia, quæſtione ſecunda. Agens naturale diſpoſitum ſemper producit effectum nobiliorem, quem poteſt producere, vide ibi. Si verò ſecundus modus teneatur, ſcilicet de vnitate ſpeciei partim eſt ſimile, & partim diſſimile. Simile fortè quantum ad hoc, quia ſicut ſpecies intelligibilis albedinis cauſata à fantaſmate, poteſt eſſe cauſa partialis cognitionis albedinis, & etiam ſuperioris in ſe, ita hæc poſſet eſſe cauſa partialis cognitionis ſingularis, inquantum ſingulare, & ſecundò cognitionis naturæ in ſe, tamen eſſet diſſimilis, quia ſpecies cauſata à fantaſmate, poteſt eſſe repreſentatiua albedinis in communi, & coloris, quia iſti modi non repugnant, cum vterque modus ſit modus vniuerſalitatis. Hic autem, ſi eadem ſpecies intelligibilis repreſentaret eandem naturam in ſe, & ſub ratione ſingulari, iſti modi videntur oppoſiti, niſi diceretur, quòd primò repreſentat ſingulare ſub ratione ſingularitatis, & ex conſequentis ipſam naturam in ſe. Primus tamen modus de multiplicitate ſpecierum eſt probabilior.

Reſpõdetur ad difficultatem.

¶ Dico ergo ad difficultatem, quòd ipſa natura, inquantum ſingularis, vt eſt in ſe accepta, ideſt vt eſt exiſtens in propria exiſtentia eſt ratio formalis cauſandi ſpeciem intelligibilem partialiter repreſentantem ipſam ſub propria ratione ſingularitatis, ita quòd ipſa ſingularitas, licet ſit conditio agentis, tamen ex quo habet propriam entitatem, ipſa natura, vt exiſtens actu ſub tali ſingularitate, poteſt eſſe ratio formalis, etiam cauſandi cognitionem abſtractiuam ipſius ſingularitatis modo prædicto, hoc etiam dico de cognitione intuitiua ſingularitatis, quia ipſa natura exiſtens actu ſub tali ſingularitate, non tantum eſt ratio formalis cauſandi cognitionem intuitiuam ipſius naturæ exiſtentis, ſed etiam ipſius ſingularitatis, in qua actu exiſtit, non ſic eſt, quando natura non eſt in ſe præſens, ſed tantum eſt præſens in ſpecie intelligibili cauſata à fantaſmate, quia illud fantaſma, vt dixi, non poteſt cauſare ſpeciem intelligibilem repræſentantem naturam ſub ratione ſingularitatis propriè, & ſic patet ſolutio ad primam difficultatem.

¶ Si etiam volumus dicere, quòd ſingularitas ipſa in actuali exiſtentia ſit ratio formalis cauſandi ſpeciem intelligibilem repreſentantem ipſam ſingularitatem, per quam ſpeciem poſſit abſtractiuè intelligi ipſa ſingularitas, ſiuè exiſtat, ſiuè non exiſtat, licet ipſa ſingularitas non poſſit partialiter cauſare, niſi actu exiſtens, quia omne agens agit, inquantum eſt in actu exiſtentiæ, tamen ipſa ſpecies poteſt partialiter cauſare cognitionem abſtractiuam ipſius ſingularitatis, ſiue exiſtens, ſiuè non.

¶ Dico etiam, quòd loquendo de cognitione intuitiua, ipſa ſingularitas actu exiſtens, & actu præſens in propria præſentia poteſt partialiter cauſare cognitionem ſui intuitiuam.

¶ Si dicatur, quòd tantum eſt vna exiſtentia ipſius naturæ, & ſingularitatis additæ, & per conſequens non poteſt cauſare partialiter propriam cognitionem intuitiuam.

¶ Dico, quòd ſicut natura, & ſingularitas addita naturæ inter ſe verè ſunt idem realiter, tamen poteſt eſſe aliqua diſtinctio inter illa præter omne opus intellectus, ſic quòd licet exiſtentia naturæ, & exiſtentia ſingularitatis ſint ſimpliciter vna exiſtentia realiter, ſunt tamen duæ exiſtentiæ, ſaltem diſtinctæ ex natura rei, veruntamen de facto non poteſt haberi cognitio intuitiua vnius, quin etiam habeatur alterius, tamen cognoſcens naturam intuitiuè ſub propria exiſtentia, & ſingularitatem ſub propria cognoſcit ibi aliquam diſtinctionem præter omne opus intellectus: aliàs enim dixi, vt in diſtinctione prima, & ſecunda. primi, quòd licet eſſentia diuina, & paternitas ſint vna res abſolutè, & vna exiſtentia, tamen intuitiuè poteſt videri perfecta eſſentia. non videndo paternitatem, licet non econtra. Et declaratum fuit ibi, quòd paternitas dicit propriam exiſtentiam, ſaltem diſtinctam ex natura rei ab exiſtentia eſſentiæ diuinæ, vide ibi, vide etiam in iſto ſecundo, diſtinctione tertia, quæſtione prima. quomodo natura dicatur habere exiſtentiam, & dicatur eſſe idem realiter exiſtentiæ.

¶ Tunc ad difficultatem principalem, in qua dicebatur, quod ſingularitas eſt conditio tantũ agentis, & non ratio agendi.

Quæ ſit ſingularitas.

¶ Dico, quòd Doctor dicit, quòd licet natura ſit conformaliter agendi actionem ſibi competentem, tamen non poteſt eſſe in potentia propinqua ad agendum, niſi actu ſit ſub ſingularitate, vt in ſimili expoſitum eſt in primo, diſtinctio. ſeptima. de potentia generandi patris, & ſi hoc modo ſingularitas eſt conditio agentis, vt comparatur ad actionem competentem naturæ, non tamen Doctor negat, quin ipſa ſingularitas (cum dicat veram entitatem additam naturæ, vt patet ſupra diſtinctione tertia, & in primo, diſtinctione quinta, quæſtione ſecunda, & vigeſimaſexta.) poſſit eſſe ratio agendi reſpectu actionis ſibi competentis, cuiuſmodi eſt intellectio intuitiua ipſius ſingularitatis, vel ſpeciei intelligibilis repreſentantis ipſam ſub ratione propria, & cum dicitur, quòd in omni agente eſt reperire rationem formalem agendi, & conditionem ipſius agentis, quæ eſt ſingularitas, patet reſponſio, quia hoc eſt verum, vbi natura comparatur ad actionem ſibi competentem, in quam non poteſt exire, niſi prius ſit ſingularizata, vbi verò ſingularitas comparatur ad actionem ſibi competentem, eadem eſt formalis ratio agendi, & conditio agentis. Si enim per poſſibile ſingularitas poſſit ſeparari à natura cuius eſt, ita quòd actu exiſteret ſine ipſa natura, ipſa ſingularitas haberet propriam rationem formalem cauſandi partialiter cognitionem ſui, loquendo ſemper de ſingularitate abſoluta.

¶ Ad aliam difficultatem de cognitione intuitiua, vt clarius intelligatur.

¶ Suppono primò, quòd cognitio intuitiua alicuius rei eſt, quia talis cognitio eſt à tali re exiſtente in propria exiſtentia, ita quòd talis res ſaltem eſt cauſa partialis cognitionis, & hoc modo omnis entitas dicens perfectionem abſolutam poteſt cauſare cognitionem intuitiuam in intellectu ſibi proportionato, quod dico propter intellectum diuinum, qui non eſt proportionatus, vt poſſet moueri ab aliquo ente creato, vt patet à Doctore quæſtione 14 quolibetorum, & etiam propter eſſentiam diuinam, quæ nullo modo proportionatur intellectui creato, vt patet à Doctore in ſecundo, diſtinct. 24. in reſponſione ad argumenta.

¶ Dico ſecundò, quòd aliquid poteſt cognoſci intuitiuè, & hoc ſolum terminatiuè, ita quòd talis cognitio ſolum terminetur ad talem rem exiſtentẽ

in propria exiſtentia, & nullo modo mouetur à tali re.

Aliquid poteſt cognoſci intuitiuè dupliciter.

¶ Dico tertiò, quòd aliquid poteſt cognoſci intuitiuè dupliciter, vt puta homo, vno modo per motionem propriam, alio modo, quia talis cognitio verè cauſatur ab aliqua re perfectè continente ipſum hominem ſecũdum totam ſuam entitatem, continente dico virtualiter, vel eminenter.

¶ Secundò ſuppono, quòd homo poteſt cognoſci dupliciter in eſſentia diuina, primò, quia ipſa quiditas, vt relucens in eſſentia diuina, ſuo modo poteſt mouere intellectum angelicum, & tunc talis cognitio nullo modo dicitur intuitiua, cum non ſit cauſata à tali quiditate, vt in propria exiſtentia, nec etiam terminatur ad illam, vt in propria exiſtentia. Alio modo cognitio ipſius hominis poteſt immediatè cauſari, vel partialiter, vel totaliter à volũtate diuina, perfectè ſupplente vicem talis obiecti, & voluntas diuina poteſt cauſare cognitionem perfectè intuitiuam ipſius hominis, licet non actu exiſtẽtis, quia ipſa voluntas diuina perfectè continet virtualiter, & eminenter totam quiditatem hominis, & per conſequens reſpectu ipſius hominis poteſt cauſare cognitionem tam intuitiuam, quàm abſtractiuã, vt ſatis patet in ſimili ſupra diſt. 3. q. 9. 10. & 11.

Quomodo voluntas diuina contineat virtualiter totam quiditatem hominis.

¶ Si dicatur, nonne talis cognitio terminatur ad hominem, vt actu relucet in eſſentia diuina, & vt ſic non terminatur ad ipſum ſub propria exiſtẽtia. Dico, quòd ſufficit, quòd talis cognitio ſit cauſata ab aliquo perfectè ſupplente vicẽ obiecti. Nonne etiã intellectus diuinus perfectiſſimè cognoſcit, & intuitiuè omnem creaturam, etiam antequã fieret, talis enim cognitio verè dicitur intuitiua, quia quaſi cauſatur ab eſſentia diuina perfectè exiſtente, & in propria exiſtentia perfectè præſente, & ſupplente vicem cuiuſcunque obiecti creati reſpectu cuiuſcunque cognitionis poſſibilis haberi de tali obiecto, & ſic perfectiſſimè ſuo modo cauſat cognitionem ſui intuitiuam, & omnium creaturarũ in intellectu ſuo, etiam antequam fierent, ſic in propoſito.

¶ Tunc ad difficultatem reſpondeo, quòd quando Doct. dicit in iſto ſecundo, diſt. præſenti, quæſt. præſenti, quòd angelus non cognoſcit intuitiuè lapidem relucentem in eſſentia diuina, ſic debet intelligi, quòd ipſe lapis, vt relucens in eſſentia diuina, cum tantum habeat eſſe cognitum, vt patet in primo, diſt. 3. quæſt. 4 vt ſic non poteſt mouere aliquem intellectum ad cognitionem ſui intuitiuam, & ſic concedo, quòd intellectus angeli tantum cognoſcit quiditatem lapidis cognitione abſtractiua. Et cum dicit, quòd perfectius videt lapidem in lumine increato, quàm in creato, puta in ſpecie intelligibili. Dico, quòd verum eſt loquendo de cognitione abſtractiua, quòd perfectius cognoſcitur lapis relucens in eſſentia diuina, quàm in aliqua ſpecie intelligibili creata. loquitur ergo Doct. ibi, quòd ipſe lapis quantumcunque relucens in verbo, nõ poteſt partialiter cauſare in intellectu angeli cognitionem ſui intuitiuam, ſed tantum, vt eſt exiſtẽs in proprio genere, & in propria exiſtentia, non tamen negat, quin lapis poſſit videri intuitiuè, nõ per motionem ipſius lapidis, ſic relucentis in eſſentia diuina, ſed per motionem voluntatis diuinæ ſupplentis vicem ipſius lapidis, quantum ad omnem ſui cognitionem. Et quando dicitur, quòd cognitio in verbo eſt perfectiſſima, dico, quòd verum eſt comparando cognitionem abſtractiuam ad abſtractiuam, & intuitiuam ad intuitiuam, cognitio enim intuitiua lapidis in verbo cauſata à voluntate diuina valde perfectior eſt cognitione intuitiua cauſata ab ipſo lapide exiſtente in proprio genere, ſimiliter cognitio lapidis abſtractiua relucentis in eſſentia diuina, valde perfectior eſt cognitione cauſata ab ipſo lapide relucente in ſpecie intelligibili, fit ergo comparatio hoc modo, & non ſimpliciter, comparando intuitiuam ad abſtractiuam.

Cognitio in verbo an ſit perfectiſſima.

Concedo enim, quòd cognitio abſtractiua habita de lapide relucente in eſſentia diuina quantum ad ſuam entitatem, eſt imperfectior cognitione intuitiua habita de lapide exiſtẽte in proprio genere. Si tamen, vt in verbo, poſſit haberi cognitio abſtractiua, de quo alias.

¶ Ad vltimam licet ſolutio pateat ex dictis, dico tamen, quòd quando dicit, quod impoſſibile eſt cognitionem intuitiuam eſſe per aliquam rationem, quæ ſit in eadem diſpoſitione, & eodem modo repreſentans re manente, & etiam non manente, debet intelligi de cognitione intuitiua, quæ habetur de aliqua re ſecundum propriam exiſtentiam, quia ex quo cognitio intuitiua eſt exiſtentis, inquantum exiſtens, eſt in propria exiſtentia, ita quòd talis natura, ſub ratione formali, qua exiſtit, eſt ratio formalis talis cognitionis, & tunc benè ſequitur, quòd ſi illa ratio formalis cognitionis intuitiuæ maneret eadem, re intuitiuè cognita exiſtente, & non exiſtente, quòd non eſſet ratio formalis cognoſcendi intuitiuè.

Si verò loquamur de ratione formali reſpectu cognitionis intuitiuæ reſpectu alicuius obiecti virtualiter, & eminenter contenti in tali ratione formali, vel in aliquo obiecto, cuius eſt talis ratio formalis, dico, quòd ſiuè talis res contenta exiſtat, ſiuè non exiſtat, poteſt intuitiuè cognoſci per talem rationem formalem, vt patet de eſſentia diuina, quæ eſt ratio formalis cognoſcendi intuitiuè quiditatem lapidis, ſiuè lapis exiſtat, ſiuè non, poterit ipſa eſſe ratio formalis, quaſi cauſandi cognitionem intuitiuam ipſius lapidis in intellectu diuino, & ſic debet intelligi Doct. Ex his patet, &c.

Ad obiectiones.

AD obiectiones contra rationem ad ſecundam concluſionem, dicitur, quòd per ſe primò, & directè intentum ſancti Thomæ eſt, quòd quia à Deo effluit in angelum ſimilitudo Sortis, non ſolum quoad conditiones communes, ſed quoad conditiones ſingulares, ideo angelus intelligit ipſum. Sed quia opinatur materiam eſſe principiũ ſingularitatis in rebus materialibus, & formam communitatis. Ideo in quæſtionibus de ve. quæſt. 8. artic. 11. innuit rationem, quam hic expreſsè per vniuerſale, & indiuiduale expreſſit per formam, & materiam, vnde dupliciter reſpondere poteſt, primò, quòd quãtum ad præſens ſpectat propoſitum, per accidens ſe habet materia, & forma, quoniam vis rationis cõſiſtit in hoc, quòd in angelo indita eſt ſimilitudo omnium tam vniuerſalium, quàm indiuidualium cõditionum, quæcunque ſint, & per quæcunque naturalia principia habeantur. Secundò, quòd de materia poſſumus loqui dupliciter, vno modo ſecundum ſeipſam, ideſt prout eſt in rerum natura, alio modo, ſecundum quòd ex ordine ad formam per intellectum abſtrahitur, & quòd materia ſecundo modo cadit in quiditate rei naturalis, primo verò modo indiuiduat, & quòd in propoſito eſt ſermo de materia, non vno tantum modo, ſed de omnibus modis, ita quòd intendit, quòd in angelo ſit ſimilitudo materiæ repreſentans eam ſecundum eſſe naturale, quod habet exiſtendo in rerum natura in rebus, & non ſolum ſimilitudo eius, ſecundum quòd eſt pars diffinitionis rerum naturalium, quod breuius dici poſſet, quòd in eo eſt ſimilitudo non ſolum materiæ, ſed materiæ ſignatæ, quam conſtat in diffinitione non poni.

De materia duplex eſt ſermo.

¶ Ad

Ad ſecundam obiectionem contra idem negatur, quòd ſpecies influxa ſit ratio cognoſcendi tantum quiditatem. Nec aliquam adduxit vnquam rationem arguens efficacem ad oppoſitum.

Ad tertiā dicitur, quòd nulla eſt fallacia arguendo à communi, exemplari ad conſimilitudinem exemplatorum immo eſt locus neceſſarius, & non tantum rationabilis, quoniam quicquid conuenit vni ſimilium, vt ſic, conuenit & alteri. Talis autem eſt proceſſus iſte fundatus ſuper hoc, quòd à Deo fluxerunt res in duplici eſſe, naturali & intentionali in mentibus Angelorum. Ex hoc enim manifeſtè ſequitur non ex ratione perfecti, aut imperfecti, ſed ex ratione ſimilium, quòd ſimilitudo rei in eſſe naturali apud Deum exiſtens, effecerit eſſe intentionale ſimile ſibi in mente angelica, ac per hoc illa ſpecies intentionalis repræſentet illam met, quam repræſentat diuina ſimilitudo à qua eſt exemplata, nihil obſtante differentia, ſecundùm perfectum & imperfectum.

Ad obiectiones. ❡ Ad obiectiones verò contra concluſionem ordinatè reſpondendo, ad primam dicitur, quòd cognoſci per propriam ſpeciem dupliciter contingit, ſcilicet adæquatè, vel excellenter, & quòd ſingulare ab Angelo non cognoſcitur per propriam ſpeciem adæquatè, quia ſic ſequeretur infinitas ſpecierum, ſed per ſpeciem excedentem, id eſt repræſentantem non ſolum hoc, ſed multa alia. Rurſus cognoſci per ſpeciem quiditatis contingit dupliciter, ſcilicet adæquatè, & excellenter, & quòd ſingulare non cognoſcitur per ſpeciē quiditatis adæquatè, quia ſic non cognoſceretur, vt hoc niſi fortè arguitiuè, & valde imperfectè, ſed per ſpeciē quiditatis exceſſiuè, id eſt repræſentantem non ſolum ipſam, ſed etiam ſingulares eius conditiones, quas habet in rerum natura. Et hæc eſt via S. Thom. non enim putat ipſe, quod Angelus cognoſcendo quiditatem, puta æquinitatem, ex vi talis obiecti cogniti cognoſcat ſingularia illius, immo hanc viam in quæſtionibus de. ve. loco allegato reprobat, ſed opinatur, quod cognoſcendo quiditatem, cognoſcat indiuidua illius, id eſt per eādem ſpeciem per quam cognoſcit quiditatem cognoſcit indiuidua illius, quoniam ſpecies illa eſt diſtinctè repræſentans vtrunque excellenter.

Cognoſci per propriā ſpeciem dupliciter contingit.

❡ Ad ſecundam verò, & tertiam obiectionem ſimul dicitur, quod ſpecies angelica repræſentat quiditatem rei, puta humanitatem, & omnes varietates eius, ſecundùm omnes conditiones eius naturales vt S. Thom. loco allegato dicit, vnde & repræſentat humanitatem exiſtere hîc, & ibi, in hoc & in illo, talem & tantam, & ſic de alijs conditionibus.

❡ Ad cuius euidentiam, quoniam ex hoc pendet intellectus, & cognitio huius materiæ videnda ſunt duo, ſcilicet quid repræſentatur, & quomodo repræſentatur.

❡ Quo ad primum, ſciendum eſt quattuor eſſe in rebus, ſcilicet quiditatem, ſingularitatem, exiſtentiam ſeu coniunctionem vnius cum alio in rerum natura, & durationem talis exiſtētiæ, ſeu coniunctionis, & hæc omnia oportet ſciri ab intellectu habente perfectam notitiam de ſingularibus, ſuntque ſeparabilia abinuicem in eſſe cognito, quoniam vnum poteſt cognoſci alio ignoto, vt patet diſcurrendo per ſingula. Et quoniam cognitio fit per aſſimilationem, neceſſe eſt intellectui cognoſcenti hæc repræſentari illa, & de primis quidem non eſt difficile cōcipere, quòd indita ſit Angelo eorum ſimilitudo; quoniam vtrunque ſpectat ad quæſtionē quid eſt, qm̄ per primum ſcitur, quid eſt ſor. vniuerſaliter conceptus, id eſt inquantum homo, per ſecundum verò quid eſt ſor. inquantum ſor. ſingulariter apprehenſus, quod à nobis non eſt ſcibile. Sed de reliquis duobus difficile eſt videre, & præcipuè de quarto, quoniam hoc ad quæſtionem, an eſt, & quando eſt ſpectat, & vt plenè luſtremus rem hanc, ſciendum eſt, quòd coniunctio aliquorum, & eius duratio multipliciter poteſt repręſentari intellectui, ſcilicet in ſuis cauſis quidē; quemadmodum coniunctio humanitatis cum riſibilitate præſentatur intellectui repræſentātis ſibi quod quid erat eſſe vtriuſque. Ex his enim intellectus conſpicit coniunctionem, & coæuitatem eorum, ſed hoc non habet locum in contingentibus, vt de ſe patet. In ſeipſa repræſentari poteſt dupliciter. Vno modo ita, quòd duratio illius coniunctionis ſit repſentata, ſicut qualitas aliqua rei repręſentatę, quemadmodum albedo figuræ repræſentatur viſui. Alio modo, vt ipſa coniunctio ſola ſit res repręſentata, & eius duratio concurrat, vt conditio neceſſaria ad hoc, quòd repræſentetur, quēadmodum de facto ſe habet duratio, ſeu præſentia coloris ad colorem viſum repræſentatum oculo, non enim ſpecies viſibilis repræſentat durationē, ſed videri, ac repręſentari color nō poteſt, niſi præſenti tempore menſuraretur, & quòd ita ſint ſpecies angelicę apud ſanctum Thom. non ſolum repræſentant humanitatem, & forteitatem, ſed etiā in ſeipſa coniunctionem eorum, cū exiſtēte in rerum natura, & in quocunq; alio eſſe accidentali & naturali, ſed non repręſentant durationem talium coniunctionum, tanquam rem repræſentatam, ſed tanquam conditionē, ſine qua coniunctio illa non repręſentatur, quòd enim non repręſentetur duratio contingentis cōiunctionis, ex eo patet, quòd firmiter credimus Angelos non cognoſcere futura contingentia. Si nanq; in Angelo eſſet indita ſimilitudo ſeſſionis meæ craſtinę, pręſciret euidenter ſeſſionē mihi contingendā cras. Et ꝙ repręſentet durationem, vt conditionem, ſine qua non, & quòd talem ſpeciem, vt patet in viſu noſtro, & clarius patet, ſi fingas viſum eſſe virtutem omniū cognoſcitiuam, tūc enim per talem ſpeciem, qua repræſentaretur ſibi color pręſens, vt modo repręſentat, ſcilicet, quòd pręſentia concurrit, vt conditio, ſine qua non cognoſceret non ſolum hunc colorem, ſed hunc colorem exiſtentem in pręſenti tempore. Deinde declaratur primum ex eo, quòd duratio alicuius nullam habet repugnantiam, vt ſit talis conditio, ſine qua res non repræſentetur. Et confirmatur, quia quemadmodum duratio coloris eſt eius conditio, ſine qua color, nec immutat viſum, nec videtur, ita eſt etiam conditio, ſine qua non repræſentatur, & hæc de primo.

Nota & benè.

Quomodo Scotus defendat ſuā opinionem.

❡ Quo ad ſecundum verò modum, ſcilicet repræſentandi, breuiter dicitur, ꝙ apud S. Tho. ſpecies impreſſa Angelo à Deo reſpectu prædictorū ſe habet ſicut ſi in oculo eſſet naturaliter congenita ſpecies alicuius obiecti, puta huius albi, tūc enī per talē ſpeciē nec repræſentaretur, nec cognoſceretur hoc albū, niſi qn̄ exiſteret, qm̄ inter repręſentans, & repręſentatū requiritur ſimilitudo, nec hoc album ſimile eſt illi ſpeciei repręſentanti, niſi hoc albū exiſtat, qm̄ ſpecies illa repręſentat hāc albedinem exiſtentē; & ſic per illā ſpeciē videret oculus hoc album, qm̄ illud eſſet, & non videret illud, qm̄ non eſſet, & ſic duratio huius albi in rerū natura ſi haberetur, vt conditio, ſine qua hoc album, nec repræſentaretur, nec videretur non eſt defectus ſpeciei viſibilis, ſed ex defectu ipſius obiecti, nec per mutationem ſpeciei, ſed per mutationem ipſius obiecti cognoſceret hoc album nunc eſſe, & poſtmodum perciperet illud non eſſe ex defectu aſſimila-

Doctrina S. Thomæ.

tionis illius, & ex hoc patet quomodo ſtat, quòd ſpecies indita, & non cauſata ab obiecto ſingulari,& quòd naturaliter repræſentet, & ſit ratio cognoſcendi rem per ſe primo, & directè quãdo eſt, & ex conſequenti quando nõ eſt, & quoniam vnũ indiuiduum ſuperioris ordinis æquiualere poteſt, multis non ſolum indiuiduis, ſed ſpeciebus inferioris ordinis,eleuationem naturæ angelicæ ſupra corporea intuitus S.Tho. poſuit ſpecies in angelo ſic tantę perfectionis, quòd diſtinctè quidem excellentes, tamẽ ſit ratio repræſentatiua multarum quiditatum,& ſingularium,& multarum coniunctionum in rerum natura, ita quòd quandocunq; coniunctio illa ponitur in rerum natura,ſtatim aſſimilatur illi ſpeciei,& ſic repræſentatur & cognoſcitur. Diſiunctè autem deſinit repræſentari, quia deſinit aſſimilari, & ex his facillimè patet reſpõſio ad obiectiones. Nam ſecunda obiectio ſupponit, quòd coniunctio contingens repræſentetur nõ in ſeipſa,ſed in rationibus terminorum tantum.

¶Tertia verò ſupponit, quòd pręſentia temporalis non concurrat neceſſariò ad rem cognitam, niſi quia eſt cauſa cognitionis, cum liquidò cõſtare poſſit,quòd hoc album dupliciter concurrit ad viſionem, ſcilicet, vt cauſa immutans viſum, & vt obiectum terminãs, & quòd pręſentia temporalis exigitur ad ipſum nõ ſolum inquantum immutans rem,ſed inquantum terminans, ita quòd ſi terminaret,& non immutaret,nihilominus exigeret præſentiam temporalem, & ſic ſe habet in propoſito, vt patet ex dictis.

¶Ad confirmationem autem dicitur, quòd illa propoſitio ſupra, quam ſępiſſimè fundat Sco.ſ. quòd ſpecies repręſentans,re abſente,& pręſente, non ſufficit ad cognitionem intuitiuam, non eſt vniuerſaliter vera,quoniam hoc dupliciter contingit, ſcilicet, per hoc, quòd abſtrahit à præſentia, & abſentia rei, quemadmodum ſe habent ſpecies intelligibiles apud nos, & de talibus eſt vera propoſitio. Aliomodo non per abſtractionem,ſed per excellentiam,id eſt,quia tantæ excellentiæ eſt, vt repræſentet rem,& ſm̃ conditiones eius abſolutè, & ſecundùm conditiones præſentiæ,vel tanquàm rem repræſentatã, vt ſpecies diuina, vel vt conditionem ſine qua non,vt ſpecies augeata, & de talibus non eſt vera propoſitio.Species ergo non propter abſtractionem,ſed excellentia ſui eodem modo repræſentans ex parte ſui, ſiue res ſit, ſiue non, ſufficit ad cognitionem intuitiuam,quia poſita re, aliquid noui repræſentat,non per ſui,ſed rei repręſentatę mutationem,ſeu nouitatẽ,& hoc bene no.

¶Ad primam verò rationem ex d.9. adductam quarto loco dicitur neganda conſequentia. Et ad probationem qua dicitur quando pluralitas infert maiorem perfectionem,infinitas infert infinitam. Dicitur primo,quòd falſum aſſumitur, debet enĩ ſub diſiunctione cõcludi ſi pluralitas infert maiorem perfectionem,infinitas infert, vel infinitam perfectionem, vel altioris ordinis perfectionem. Stat enim,quòd vna perfectio altioris ordinis,tantæ ſit perfectionis, quòd excedat infinitas perfectiones inferioris ordinis, & eminẽter ęquiualent eis. Rurſum ſecũdò dicitur, quòd cum aliquid eſſe infinitæ perfectionis contingit dupliciter, ſcilicet,ſimpliciter, vel in tali genere, aut ſpecie, nec oportet, quòd eſt infinitum in tali genere, aut ſpecie eſſe infinitum ens ſimpliciter, vt patet de albedine infinita, ſi eſſet intenſiuè infinita, non enim propterea eſſet perfectior, quàm ſubſtantia, ſed eſſet infinitæ perfectionis infra ſpecie, tamen albedinis. Vnde in propoſito dato, quòd infinitas contentorum inferat infinitatem continentis,non ſequitur, ergo illud continens eſt infinitæ perfectionis ſimpliciter, ſed in tali genere, aut ſpecie, & ſic ratio hæc ex duplici deficit capite.

¶Primò, quia non ſequitur infinitas, niſi ſub diſiunctione.

¶Secundo, quia etiam quando ſequitur infinitas, non ſequitur infinitas perfectionis ſimpliciter,ſed perfectionis in genere,vel in ſpecie,quemadmodum pluralitas non infert, tunc maiorem perfectionem, niſi eiuſdem rationis, & quando Sco.vtitur iſta ratione ad diuerſa propoſita, & in diuerſis materijs, oportet diligenter notare, quæ diximus, & applicare ad materias, quantum autem ad præſens ſpectat iam patet, quòd ponimus ſpecies altioris ordinis, & ſimiliter actum intelligendi ſpeciei proportionatum.

Supponit reſponſionẽ ex dictis.

¶Ad ſecundam autem rationam ex dictis habetur reſponſio. Supponit enim ratio vnum falſum, ſcilicet, quòd ſpecies in mẽte angelica repreſentet durationem coniunctionis cõtingentis tanquàm rem repræſentatam, cuius oppoſitum diximus, immò hoc proprium eſt eſſentiæ diuinæ, & fortè non eſt communicabile alicui ſpeciei, quoniam hoc eſt repræſentare ea, q̃ facta ſunt contingenter in ſeipſis determinatæ,& ideo cum dicitur,aut repræſentat vtrunque oppoſitorum,&c.

Reſpõdetur cum triplici diſtinctione.

¶Reſpondetur cum triplici diſtinctione, ſcilicet, de repræſentari tanquam rem repræſentatam,& conditionem ſine qua non, & de oppoſitis & ſecundum differentias temporis & abſolutè, & de oppoſitis poſitiuè, & contradictoriè. Et dicitur, quòd ſpecies in mente angelica repræſentat tanquàm rem repræſentatam alterum oppoſitorum poſitiuorum abſolutè,& non cum aliqua differentia temporis, repræſentat enim cognitionem ſortis cum ſeſſione, & non coniunctionem eius cum ſeſſione,& non ſeſſione contradictoriè, nec repræſentat coniunctionem ſortis cum ſeſſione durãtem hodie,vel cras, ſed abſolutè coniunctionem eius cum ſeſſione, & coniunctionem eius cum curſu. Et ſi dicas.

¶Quomodo ergo angelus cognoſcet reliquum contradictorium. Et ſimiliter,quomodo certitudinem habebit per talem ſpeciem de hodierna ſeſſione ſortis, & craſtino eius curſu, iam ex dictis patet, quòd cum ponitur in effectu ſeſſio conditio,ſine qua non,& ſic cognoſcitur ſortes nunc ſedens, cognoſcetur verò,poſt horam per eandem ſpeciem ſortis, non ſedens deſinente aſſimilatione inter ipſum, vt ſedentem, & illam ſpeciem. Et Et cras cognoſcetur currens, facta aſſimilatione inter illam,& ſortem,vt currentem. Et ſic falſum eſt, quòd ſi repræſentat alterum oppoſitorum determinatè, quòd nunquam per ipſam cognoſcetur reliquum.

¶Ad tertiam autem rationem iam patet, quòd non inconuenit, immò eſt neceſſarium, & omnia naturalia ſtatim, cum fiunt congenita eſſe angelo habitualiter, & diſtantiam localem non impedire angeli cognitionem, & ſic finis tertiæ diſtinctionis.

Diſt.

Diſtin. IIII. Quæſt. Vnica.

Vtrum inter creationem, & beatitudinem Angeli boni fuerit aliqua morula.

Hæc quæſtio quærit in quo ſtatu fuerunt creati Angeli.

Seraph.Bona.2.Sent.d.4.q.3.art.1.
Scot.2.Sent.d.4.q.vnica.
D.Tho.1.parte Summæ q.63.art.5.
Riccard.2.Sent.diſtin.4.q.1.
Durand.2.Sent.diſt.4.q.1.

CIRCA diſtinctionem quartã quæritur. Vtrum inter creationem, & beatitudinem angeli boni fuerit aliqua mora.i.an angelus poſt primum inſtans ſuę creationis ſteterit per aliquam durationem, in qua non fuerit beatus, ſed tantum poſt illam durationem. an in eodem inſtãti quo fuit creatus ſimul fuerit beatus.

¶In iſta quæſtione Doct. principaliter intendit duo. Primum eſt de illis moris, quot fuerũt.an duę, vel tres, vel quattuor. Secundum eſt, quid ſint iſtę morulæ, ſiue durationes.

An ſint ponendæ duæ moræ. ¶Quãtum ad primum poteſt dici multipliciter, poſſunt enim poni duæ moræ, vna, ſcilicet in qua ſint in termino, & alia ſola præcedens, qua ſunt in via, & hæc opi. non improbatur à Doc. ſi ſic intelligatur videlicet, ꝙ in prima mora meruerunt, & in vltimo inſtanti illius moræ præmiati fuerunt, & ſic in ſecunda mora tantum fuerunt in termino. Sed ſi intelligatur vt ponit Tho. in prima parte ſummæ. q.63.arti.5.in ſolutione vltimi argumenti, improbatur à Doc. qui videtur ponere, quòd omnes tam boni, quàm mali fuerunt in gratia, & meruerunt in prima morà, & in ſecunda boni meruerunt, & præmiati ſunt, mali demeruerunt & damnati ſunt, ſic dicit, oẽs (inquit) in gratia creati in primo inſtanti meruerunt, ſed quidam eorum ſtatim impedimentum præſtiterunt ſuæ beatitudinis, præcedens meritum mortificãtes, & ideo beatitudine, quam meruerunt ſunt priuati, hæc ille.

¶Ibi. Poſſunt tamen poni tres morę & hoc multipliciter, & hæc littera clara eſt vſq; ibi. Ad inquirendum de iſtis vijs ſupponendæ ſunt ſex propoſitiones probabiles.

¶Prima, merentes vſq; ad nunc præmiationis, in illo nunc pręmiati ſunt, & hoc patet per exemplũ pono.n.quòd ſtatus meriti ſit per totam diem vſq; ad vltimum inſtans illius diei, ſic quod vltimũ inſtans non pertineat ad ſtatum meriti, ſiue vię, ſed tantum ad ſtatũ præmij, hoc poſito ſequitur, quòd merentes, ſiue perſeuerantes vſque ad vltimum inſtans pręmij, in illo vltimo inſtãti non poſſunt ponere obicem, ſiue non poſſunt peccare, quia da oppoſitum, ſi in vltimo inſtanti poſſunt peccare, ergo tantum ſunt in via cum ſtatus meriti vel demeriti ſit tantum ſtatus vię, & ſic vltimum inſtans, quod eſt inſtans pręmij, ſiue termini eſſet inſtans vię, qđ eſt impoſſibile. Et ex hoc improbat opi. Tho. quòd non poſſunt poni tantum duæ morę eo modo, quo ponuntur a.S.Tho.

Quomodo meritũ præceſſerit præmium. ¶Secunda propoſitio eſt, quòd meritum præceſſit duratione pręmium, quę probatur ex probatione præcedentis.q.quia voluntas non ſimul vult mutabiliter, & immutabiliter, vt ibi expoſui.

¶Ex hoc improbatur prima via ponendi tres moras. Dicit enim illa via, quæ eſt magiſtri, quòd in tertia mora, quæ eſt mora præmij boni fuerunt in gratia & in præmio, ſed hoc nõ poteſt ſtare, nam ſi gratia requiritur ad meritum, & meritum præcedit duratione præmium, ergo in illa tertia mora, q̃ eſt mora præmij non meruerunt, cum meritum præcedat duratione præmium.

¶Tertia propoſitio eſt quòd tota mora vię præfixę quibuſcunque angelis erat eis æqualis, hoc enim eſt veriſimile, quia ſicut tota mora præfixa homini eſt vſque ad inſtans mortis, ita etiam iſti & illis præfixa eſt æqualis mora eſſendi in via.

¶Et ex iſtis ſequitur quartã propoſitio, hæc littera clara eſt vſque ibi de ſecundo ar.

DE ſecundo articulo principali, ſcilicet, quæ fuerunt iſtę morę, quamuis aliqui ponant eas eſſe diuerſa inſtantia temporis diſcreti, vt ſupra patuit diſt.2.q.4.tamen ex eadem diſtinctione, patet quòd propter nihil in angelis oportet ponere tẽpus diſcretum ſed diuerſa nunc eui, vt plane expoſitum eſt ibi. Sed difficultas eſt de iſtis moris eui, quibus correſpondebant iſtę morę in tempore noſtro continuo.

Quãdo fuerit prima mora. ¶Reſpondet Doc. ibi, dico quòd vltima mora &c. iſta littera ſtat in hoc, poſito enim, quòd prima mora fuerit primum inſtans eui, tunc illa mora potuit correſpondere alicui parti temporis noſtri puta per aue Maria, & vltimo inſtãti illius temporis, ſimiliter ſi illa prima mora fuit per duo, vel tria inſtãtia, æui tota illa mora potuit correſpõdere alicui parti temporis noſtri, & vltimo inſtanti illius temporis, & ſecunda mora correſpondebit tempori immediatè ſequenti ad inſtans vltimum temporis correſpondentis primæ morę, & ſic non oportet aſſignare primum inſtans illius temporis cui correſpondet ſecunda mora, quod patet, nam ſi temporis immediatè ſequentis ad inſtans terminans tempus vnius aue Maria aſſignaretur primum inſtans, tunc inſtans eſſet immediatum inſtanti, quod eſt contra philoſophum 4.phyſicorum. Si vero prima mora correſpondet illi tempori, & non vltimo inſtanti illius temporis, tunc ſecunda mora correſpondebit illi inſtanti, & tempori immediatè ſequenti, & ſic dabitur primum inſtans temporis, cui correſpondet ſecunda mora: Si verò prima mora correſpondet tantum, vltimo inſtãti alicuius temporis, ſecunda mora tantum correſpondebit tempori immediatè ſequenti ad illum inſtans, & ſi ſecunda mora correſpondet tempori, puta vnius pater noſter, includendo vltimum inſtans illius temporis, tunc tertia mora correſpõdebit tempori immediatè ſequenti, quod tamen non videtur, quia ſecunda mora vię correſpondet alicui tempori, & non vltimo inſtanti illius, quia vltimum inſtans morę vię eſt inſtans præmij, & ſic mora præmij correſpondet illi inſtanti, & tempori immediatè ſequenti, & ſic patet iſta littera vſque ibi. Et licet videatur quibuſdã, quòd neceſſe fuit angelum, &c.

Quomodo innocentia & peccatũ opponantur. Hic ponit duas opi. Quarum prima eſt, quòd angeli de neceſſitate peccauerunt in inſtanti correſpondenti inſtanti temporis noſtri, & probant ibi, quia ſunt priuatiuè oppoſita, &c. nam innocentia, & peccatum opponuntur priuatiuè, quando ergo ſubiectum eſt indiuiſibile, circa quod ſunt iſta priuatiuè oppoſita, & habitus eſt indiuiſibilis, tunc ſi ſubiectum eſt diſpoſitum, acquirit illum in inſtanti, & ſimiliter deperdit illum in inſtanti, cum ergo angelus ſit omnino indiuiſibilis, & innocentia ſimiliter indiuiſibilis, ſequitur, quòd ipſe angelus in inſtanti pertranſibit ab innocentia ad priuationẽ illius, quæ priuatio eſt peccatum.

¶Secunda opinio habet pro ſe, quòd nulla virtus creata agit in inſtanti, quia tunc maior virtus ageret in minori, quàm in inſtanti, quod eſt impoſſibile.

¶Ibi. Neutræ tamen rationes concludunt. Hic Doc. oſtendit quomodo iſtę duæ rationes non concludunt, de prima patet, quia non eſt neceſſe, ꝙ ſubiectum indiuiſibile tranſeat in inſtanti a forma indiuiſibili ad priuationem illius, nec econtra, quia aĩa virginis, vt patet in 3. diſt. 3. potuit eſſe in peccato tantum per vnum inſtans, & ſic in illo inſtanti non fuit in gratia, & in tempore immediato ad illud inſtãs potuit eſſe in gratia, & tamen gratia eſt terminus indiuiſibilis, & ſimiliter anima virginis.

An virtus creata poſſit agere in inſtanti. Nec etiam ſecundo cõcludit, quia etiã virtus creata poteſt agere in inſtanti, vt patet de ſole illuminante, & quod dicit, ergo maior virtus poteſt agere in minori menſura, non ſequitur, vt ſupra patuit diſt. 2. q. penult. in reſponſione ad argumentum in oppoſitum vide ibi bonam glo. Dicit ergo Doc. ꝙ vtroque modo potuit eſſe videlicet, ꝙ prima mora innocentiæ coexiſtat tempori, & non vltimo eius inſtanti, & tunc ſecunda mora, puta peccati habuit primum inſtans temporis, coexiſtens ſibi, vel, ꝙ prima mora coexiſtat tempori & vltimo inſtanti eius, aut ſoli inſtãti vnius temporis, & tunc ſecunda mora non habuit aliquod primum inſtans, ſibi correſpondens, vt ſupra expoſui, ſicut non eſt dare primam mutationem in motu cõtinuo ex. 7. phyſicorum t. c. 52. & vide quæ expoſui ſupra diſt. 2. q. 9.

¶Ibi, Sed qualis erat ſecunda mora in ſe, Hæc littera clara eſt vſque ad argumenta principalia, nec indiget aliqua expoſitione.

Ad argumẽta principalia. A D. argumenta principalia. Nunc ſoluenda ſunt argumenta principalia, quibus ꝓbatur, quod in eodem inſtanti, quo angeli fuerunt creati ſimul fuerunt beati, & primum argumentum eſt tale, angelus in primo inſtãti ſuæ creationis habuit beatitudinem naturalem, ergo, & ſupernaturalem, antecedẽs patet, quia potuit diſtinctè cognoſcere deitatem, & in eodem inſtanti frui illa abſtractiuè cognita, vt ſupra patuit diſt. 3. huius q. 9. conſequentia probatur, quia ſi cauſa naturalis ſtatim habuit effectum ſuum, ſcilicet, beatitudinem naturalem, ergo & Deus habuit ſuum, ſcilicet ſupernaturalem beatitudinem.

¶Reſpondet Doc. negando conſequentiã, & ad probationem conſequentiæ dicit, ꝙ Deus potuiſſet dediſſe beatitudinem in inſtanti creationis, ſi voluiſſet, &c.

¶Secundo principaliter arguit auctoritate Auguſt. 12. de ciui. Dei c. 9. ſimul condens naturam, & largiẽs gratiam, ergo ſtatim habuit angelus gratiã, ſed ſimul habuit gratiam & beatitudinem, quia ſimul in malis fuit culpa, & pœna alioquin culpa eorum eſſet remediabilis.

¶Reſpondet ad hoc ſecundum, & primò adducit rationem Tho. qui Tho. dixit, ꝙ in prima mora oẽs creati ſunt in gratia, & omnes meruerunt, & in ſecunda mora mali peccauerunt, & in illa mora ſecunda mali fuerunt in pœna, boni verò in prima mora fuerunt in gratia & merito, & tamen ſimul non fuerunt in gloria quia fuerunt in gloria in ſecunda mora. Ibi tamen dico his ponitur. Reſpõſio Doct. quæ ſtat in hoc, ꝙ peccatum eſt duplex,

Peccatum duplex. quoddam eſt demeritorium, & eſt peccatum factũ in via, per quod peccans demeretur pœnam æternã. Et eſt peccatum, quod eſt offenſio Dei, & nullo modo demeritorium pœnæ, & tale poteſt eſſe in damnatis. Nam continuè peccant, & tamen illud peccatum non eſt demeritorium, & ſic patet reſponſio ad argumentum.

Tho. Gaie contra Doc. arguit. NOTA quòd quidam nouus expoſitor primæ partis S. Tho. in q. 63. ar. 6. nititur ſoluere duas rationes factas à Doc. contra Tho, quarum prima eſt contra illud, quod d. Tho. in ar. 5. q. 63. quod angeli boni in ſecundo inſtãti, ſiue ſecunda mora meruerunt, & contra hoc arguit Doc. per ſecundam propoſitionem, quia meritum præcedit duratione ꝑmium, cum ergo in ſecunda mora fuerint præmiati, ſequitur, quòd in ſecunda mora non meruerunt.

¶Secundo arguit contrà aliud dictum Tho. vbi ſupra qui dicit, quòd angeli mali in ſecunda mora peccauerunt, & arguit per primam propoſitionem, vt ſupra patuit. Has tamen rationes nititur ſoluere ille nouus expoſitor.

¶Ad primam ſic dicit, quòd meritum dupliciter contingit, viæ puræ, & vt termini, & quòd meritum puræ viæ præcedit duratione præmium, ſed meritũ vt in termino poteſt eſſe ſimul cum præmio, nec ſequitur, quòd ſimul ſit gratia perfecta & imperfecta, ſed quod ſimul ſit terminus gratiæ imperfectæ, & gratia perfecta. Meritum enim quemadmodum dupliciter contingit, ſcilicet, vt in via, & vt in termino, ita infert imperfectionem gratiæ, vel vt in via, vel in termino. Et propterea ex ratione termini rationabiliter infertur, quod merens prius duratione meruit, quàm præmiatus eſt, vt hic intelligit Tho. non tamen infertur, ꝙ nullum inſtans meriti ſit inſtans præmij, ex eo n. ꝙ meritum oportet eſſe in termino viæ, & in via neceſſe eſt duratione præcedere. a. & gratiam eſſe imperfectam ſm ſtatum, ex eo verò, quòd poſt meritum viæ ſequitur meritum termini, neceſſe eſt ſimul eſſe meritũ illius inſtãtis cum præmio, & eſſe terminum gratiæ imperfectæ.

¶Ad ſecundum reſpondet dicens, quòd mereri vſque ad nunc præmiationis contingit dupliciter, excluſiuè, & incluſiuè, & hoc quidem modo verũ eſt, quòd præmiantur, ſed non primo modo. Et ad primam rationem in oppoſitum dicitur, ꝙ in nunc præmiationis ſunt in termino viæ, & poſſunt ponere obicem tanquàm in termino viæ exiſtentis.

¶Ad ſecundum verò dicitur, ꝙ in termino viæ hominis conſummatur meritum cuiuſcunq;, nec tamen verum eſt, ꝙ tunc ſit impeccabilis, ſed quilibet eſt liber, vt in termino viæ exiſtens, quemadmodum de angelo dictum eſt.

Rõnes Tho. Gaie contra Doc. ſoluũtur. RESPONDEO & dico, ꝙ iſtę reſponſiones minimè euacuant rationes Doc. pro cuius intelligẽtia eſt aduertendum, quòd ſi tantum ponuntur duæ moræ, quarũ vna ſit in via, & altera poſt ſit in termino, & illa quę eſt in via propriè eſt mora merẽdi, vel demerendi, & illa quæ eſt in termino propriè eſt pmij, vel ſupplicij, ſtatim ſequitur, ꝙ aliquis ſimul non poteſt mereri pmiũ, & ſimul præmiari, & pono caſum, quòd quis in ſecunda mora fruatur Deo, videtur repugnantia, quod ſimul illa fruitione mereatur præmium & ſimul pmietur, tunc enim eadem fruitio eſſet ſimul meritum, & præmium, quod eſt omninò inconueniens. Si dicatur, ꝙ illa fruitio eſt meritum, & alia eſt præmium. Contra quia in ſecunda mora eſt in termino, ergo fruitio elicita in termino, erit præcisè præmium. præterea ſi vt in termino ſimul poteſt mereri, & præmiari, ſequitur quod voluntas ſimul poſſit velle præmium mobiliter, & immobiliter, vt ſupra deduxi. Nec valet diſtinguere de merito puræ viæ, & de merito vt termini, quia iſta diſtinctio videtur penitus nulla, tum quia accipiendo viam purè eſt tantum ſtatus merendi, vel demerendi, terminus verò eſt tantum ſtatus præmij, vel ſupplicij, & ideo non poteſt dari aliquod meritum, quod præcisè ſit puræ viæ, & aliud meritum, quod ſit ipſius termini, cum terminus ſit tantum ſtatus præmij.

¶Tum

§ Tum etiã q̃a ſi hæc diſtinctio valeret de merito, poſſet pariformiter diſtingui de præmio, videlicet, quod ſicut datur meritum puræ viæ & meritũ termini, ita poteſt dari præmium puri termini, & præmium viæ, quod eſt omnino diſſonum. Tum etiam hæc diſtinctio non videtur ad mentẽ Tho. quia ipſe vult in prima parte ſum. q.62. art.5. quod meritum præcedat duratione præmium, hec dicit expreſſe, quod in termino ſimul meruerunt, & præmiati ſunt. Et ſi hoc dicit ſtatim contradicit ſibi. Nec valet illa fuga de gratia perfecta, & imperfecta, quia certum eſt, quod gratia, vt in termino eſt perfecta, ſiue ſecundum eſſentiam, ſiue ſecundùm ſtatum non curo, modo meritum ſecundùm Tho. vbi ſupra q.62. ar.5. eſt tantum à gratia imperfecta. Et ſi ponatur, meritum termini, illud præciſe erit à gratia perfecta, quia exiſtens in termino habet gratiam perfectam.

Fruſtra ponitur fuga de gratia perfecta, & imperfecta

§ Ad aliud cum dicit, quod mereri vſq; ad nũc præmiationis poteſt dupliciter intelligi, ſcilicet incluſiuè, & excluſiuè, hæc diſtinctio videtur omninò fuga; quia ſi datur nunc præmij, illud non poteſt eſſe nunc meriti propter ea, quæ ſupra dixi; & ſic falſum eſt dicere, quòd aliquis mereatur vſque ad nunc præmij, includendo ipſum nunc præmij, ita; quòd in tali nunc verè mereatur, nam vt in tali nunc eſt ſimpliciter extra ſtatum merendi, vel demerendi. Patet etiam, quòd merentes vſque ad tale nunc in ipſo nunc præmij non poteſt peccare; Tum quia voluntas illa ſimul poſſit velle præmiũ mobiliter, & immobiliter, mobiliter quidem, quia contingenter poteſt peccare & per conſequẽs poteſt non velle præmium, immobiliter verò, quia in tali nunc de neceſſitate præmiatur, & hæc ex determinatione diuinæ voluntatis. Tum etiam quia in nunc præmiationis ex diuina voluntate omninò redduntur imppeccabiles & ſi eſſet in facultate eorum poſſe peccare, & demereri, iam non eſſent in nunc præmij, ſed in mora viæ.

Quæſtio prima. Diſt. V.

Vtrum Angelus prius meruerit beatitudinem, quàm eam acceperit Scot. 2. Sent. d.5. q.1.
D. Th. prima parte ſummæ. q.62. art.4.
Ricard. 2. ſent. diſt. 6. q.2.
Franc. de May. 2. Sent. d.4. & 5. q.5.

VTRVM Angelus prius meruerit beatitudinem, quàm acceperit eã.

§ In iſta. q. primo ponitur opi. magiſtri, qui dicit quod prius angeli acceperunt beatitudinem, & poſt meruerunt eam per obſequia hominibus impenſa, quæ opi. à communiter theologis non tenetur.

§ Contra hanc opi. arguit Doct. tribus medijs quæ ſunt ſatis clara in littera. Et quod dicit in prima ratione, quòd angeli dependerent in ſua beatitudine ab hominibus, debet ſanè intelligi, quia poſito quòd mererentur per obſequia hominibus exhibita, non videtur ex hoc, quòd angelus dependeat ab homine in merendo, quia homo non eſſet cauſa totalis nec partialis talis meriti, nec efficiẽs, nec finalis, vt patet, ſed ſi eſt dependentia, erit tantum terminatiue, ſiuè obiectiuè ex hoc ſolo, quòd talia obſequia ad homines terminentur. Et hoc modo non videtur incõueniens, quia etiam vnus homo ſic põt mereri p. obſequia alteri homini exhibita, vt patet, & tamen in merendo non dicitur, dependere ab alio homine. Similiter angelus ſuperior ante beatitudinem potuit mereri per actũ circa angelum inferiorem, & tunc non eſſet inconueniens, quòd hoc modo in merendo dependeret, igitur nec eſt inconueniens ſic dependere in merendo ab homine.

§ Dico, quòd ratio Doct. propoſitum concludit ſi rectè intelligatur vnde eſt aduertendum illud, qđ dicit Doct. in 3. diſt. 28. vbi ſic dicit radix (inq̃t) omnis meriti conſiſtit propriè loquendo de merito in affectione iuſtitiæ voluntatis, non autem in affectione commodi nec in affectione iuſtitiæ vt ordinat affectionem commodi, hoc patet, quia primum obiectum circa quod aliquis meretur primò, eſt ipſe Deus, ſecũdùm quam affectionem iuſtitiæ vult deo bonum vt eſſe, & bene eſſe ſcilicet, iuſtum, & ſapientem hæc ibi. Ex iſta littera apparet, quòd primus actus meritorius primò eſt circa Deum, diligẽdo ipſum dilectione amicitiæ, & hoc modo actus meritorius ſic dependet à Deo, quòd ipſo Deo, per impoſſibile circunſcripto, non poſſet eſſe primò actus meritorius, licet poſtea poſſit mereri, volendo alia obiecta in ordine ad deum. Si ergo angelus tantum mereretur per obſequia hominibus exhibita, tunc circũſcriptis hominibus, nullo modo poſſet mereri. ergo ſi homines requirũtur de neceſſitate, vt obiecta, circa quæ eſt meritũ, nullo modo poſſent mereri, & ſic ſuo modo angelus in merendo ſimpliciter dependeret ab homine. Et hoc intendit Doctor vt patet per litterãm ſequentem. Ibi ſimiliter actus intrinſecus eſt meritorius, circunſcripto actu extrinſeco; quia actus intrinſecus, vt ſit primò meritorius & circa deum.

Vbi conſiſtat radix meriti.

§ Ibi. Præterea per hoc, quòd aliquis præuidetur &c. Hæc eſt ſecunda ratio contra opi. magiſtri. & vt clarius intelligatur præmitto aliqua, primum quòd aliud eſt prædeſtinare ad beatitudinem, & aliud eſt ipſam actu conferre, quia primo modo poteſt quis prædeſtinari, immò omnes prædeſtinantur, nullo merito actu præcedente, cum prædeſtinatio ſit ab æterno, ſed ſecundo modo meritum actuale requiritur, quia nulli confertur beatitudo, niſi propter meritum actu exhibitum, vt communiter ab omnibus tenetur. Et licet ſit magna altercatio de cauſa prædeſtinationis, quia aliqui dicũt ꝙ prædeſtinat propter merita præuiſa &c. Nulla tamen videtur altercatio de merito reſpectu beatitudinis collatæ, quia talem beatitudinem præcedit meritum actualem. Secundo præmitto, ꝙ reſpectu gratiæ alicui conferendæ nullum meritũ præcedit in ipſo, quia nullus poteſt ſibi mereri gratiã, licet vnus poſſit mereri gratiam alteri, & non ſibi, vt patet de Chriſto, qui nobis meruit primam gratiam, vt communiter tenẽt theologi. & vide Doc. in 3. diſt. 19. & in 4. diſt. 2. & nullo modo meruit ſibi gratiam, vt patet à Doct. in 3. & in 4. His præmiſſis patet ratio Doctoris; quia ſi meruerũt beatitudinem ex hoc ſolo, ꝙ ſunt præuiſi &c. Sic poſſet dici, ꝙ quia præuidetur benè vſuri gratia, merentur ipſam gratiam, quod eſt inconueniens.

Contra Magiſtrum.

§ Item tunc ſtatus beatitudinis. Hæc eſt tertia ratio contra Magiſtrum, in iſta ratione ſupponitur primò, ꝙ angelus pro illo inſtanti, in quo eſt perfectè beatus, debet eſſe certus de tota ſua beatitudine eſſentiali. Secundo beatitudo maior, vel minor tantum attenditur penes maiora, vel minora merita. Tertio ad perfectam beatitudinem non pertinet cognitio contingentium, vt patet à Doct. in 4. diſt. 10. q.3. ſic ſtat aliquem eſſe perfectè beatum, & eſſe certum de ſua perfecta beatitudine non habendo cognitionem futurorum contingentium; Ex his patet ratio Doc. quia ſi beatitudo prius daretur

Tertia ratio contra Magiſtrum.

retur

retur quã merita eſſent exhibita, pro illo inſtanti, nõ eſſet certitudo de beatitudine tali, quia nec certitudo de omnibus meritis futuris, quia cognitio talium futurorum non pertinet ad beatitudinẽ, nec de communi lege omnia futura contingentia pro primo inſtanti, in quo angeli beatificãtur, reuelitur, aliter ceſſarent reuelãtiones, & illuminationes, quę fiunt à ſuperioribus angelis inferioribus, vt infra patebit.

IBI. Ideo tenetur ꝙ angeli meruerunt beatitudinem ſuam, & priuſquàm receperunt eam, & declaratio tam primi, quàm ſecundi clara eſt in littera. Hæc eſt ratio Tho. in prima parte ſum. q. 62. art. 4. quæ ſi acceptatur à Doct. expono eam ad mentẽ ipſius Sco. Exponendo aliqua dicta. primum ibi. Omnis naturæ conſequitur ſuam perfectionẽ per operationem propriam. Et hæc littera poteſt habere multiplicem ſenſum, primum intelligendo de perfectione intrinſeca, & formali, & ſic beatitudo formalis creaturæ eſt operatio ipſius, cum conſiſtat in ſola operatione, vt patebit in 4. diſt. 49. Secundo de perfectione extrinſeca, & obiectiua, & talis attingitur à creatura rationali mediante operatione quę vnitur tali perfectioni, vt patet à Doc. in 4. diſt. 49. Et iſto ſecundo modo ſenſus eſt verus ſcilicet, ꝙ vltima perfectio rationalis creaturæ tãtum acquiritur per operationem propriam.

An beatitudo poſſit dici naturalis reſpectu creaturæ.

¶ Ibi. Sed perfectio, & finis cuiuslibet creaturæ rationalis eſt beatitudo, quę ſoli deo eſt naturalis. dicitur ſoli deo naturalis, quia obiectum beatificũ tantum naturaliter mouet intellectum diuinum ad ſui claram viſionem, vt patet à Doct. in quolib. q. 14. & ſimiliter naturaliter mouet voluntatem diuinam ad ſui fruitionem, licet tamen partialiter, ſed reſpectu creaturæ eſt tantum obiectum voluntarium, vt ſupra patuit à Doct. in q. prima prologi, & clarius in quoli. q. 14. & ideo beatitudo nõ poteſt dici naturalis ipſi creaturę. Sequitur ibi. omnis autem operatio talis in finem ducens vel eſt factiua finis, ſicut medicatio eſt operatio acquiſitiua ſanitatis (ſicut etiam dicimus ꝙ generatio eſt acquiſitiua ipſius geniti ex hoc ſolo, ꝙ terminatur ad genitum, vt ſatis patuit in primo) vel eſt meritoria finis. Sequitur ibi beatitudo autem excedit omnem naturam creatam &c. hoc debet ſanè intelligi, quia loquendo de beatitudine formali nõ videtur, ꝙ ſimpliciter excedat, quia poteſt cauſari à creatura, ſaltẽ partialiter habita pręſentia obiecti beatifici; ſed loquendo de tali præſentia obiecti illa eſt ſimpliciter ſupernaturalis. Dico ꝙ etiã poſita præſentia obiecti beatifici adhuc non ſequeretur beatitudo de neceſſitate, quia tale obiectum nec quo ad pręſentiam ſuĩ nec quo ad ſui viſionẽ eſt obiectũ naturale reſpectu creaturæ, vt expoſui ſuper quæſtionẽ. 1. prolo. & ſic patet littera ibi.

¶ Secundum declaratur. ſcilicet quod angeli prius meruerunt beatitudinem, quàm receperũt eam, patet quia meritum eſt ex gratia imperfecta & præmium a gratia perfecta: ſi ergo meritum in eodem inſtanti, eſſet ſimul cum præmio, tunc ſequeretur ꝙ in eodem inſtanti, ſimul eſſent gratia perfecta & imperfecta, quod eſt impoſſibile.

Meritum & præmiũ non ſunt ſimul.

¶ Ibi. Sed iſta ratio nõ videtur cogere. Hic Doc. improbat rationem Tho. in prima par. ſummæ. q. 62. arti. 4. & improbatio clara eſt in littera quia in via poteſt eſſe tanta gratia, quantã in patria, licet vſus non ſit ita perfectus, & quod dicit de vſu gratię in via, & in patria, patet, ꝙ fruitio in patria nõ tãtum eſt perfectior fruitione in via, ſed etiam diſtinguitur ſpecie, & hoc propter aliam & aliam pręſentiam obiecti beatifici vt inſinuit Doct. in 3. diſt. 31. & in 4. diſt. 49.

¶ Ibi. Ideo aliter declaro ſecundum, videlicet ꝙ meritum, & præmium non ſtant ſimul in eodem, quia eſt impoſſibile aliquàm voluntatem ſimul velle mutabiliter, & immutabiliter, & vt clarius intelligatur pono exemplum ſit purus angelus qui velit beatitudinem, & ſimul velit actum meritoriũ reſpectu beatitudinis, vt beatitudo tantum confertur propter meritum, ſi vult beatitudinem, de neceſſitate ſequitur, ꝙ velit meritũ ad ipſam beatitudinem de neceſſitate, cum ergo velit beatitudinem, immutabiliter & actum meritorium tantum contingenter, ſequitur, ꝙ non poteſt ſimul velle ipſam beatitudinem immutabiliter & mutabiliter, quod tamen ſequeretur ſi beatitudo ſimul eſſet cum merito, ſuppoſito, ꝙ beatitudo tantum detur propter meritũ, & hoc eſt, quod dicit Doct. ibi, quando autem præmiatur vult immutabiliter &c. & cum dicit ꝙ, quando elicit actum, elicit vt prior natura, hoc ſatis patuit in primo diſtin. 39. & infra patebit in iſto. 2. diſt. 25. vbi vult ꝙ voluntas non tantum eſt abſolutè prior actu elicito, ſed etiam, vt actu elicit, eſt prior; ſic in illo priori naturæ, quo elicit actum præmij, immutabiliter elicit, & in illo priori, in quo elicit actum meriti contingenter, & mutabiliter elicit.

VIDETVR. Quod Doct. ſibi contradicat in hoc, quod dicit, ꝙ voluntas vult beatitudinem immutabiliter, & de neceſſitate, quia oppoſitum alibi videtur tenere, nam in primo diſt. 1. q. 4. dicit, ꝙ voluntas reſpectu obiecti, clarè viſi, non neceſſario vult ipſum, & ibidem dicit, ꝙ licet velle ſit in poteſtate volũtatis, non tamẽ modus volendi erit ſemper in ptãte eius, quia licet ſit in poteſtate eius frui eſſentia diuina, vel non frui, non tamen eſt in ptãte eius modus fruendi, puta quod fruatur vna perſona, & non alia, vel quod fruatur eſſentia diuina, non fruendo perſonis.

Difficultas pulcherrima cũ ſuis ſolu.

¶ Reſpondeo ꝙ nulla eſt contradictio, quia in omni actione voluntatis ſemper ſupponitur, ſaltẽ influentia generalis primæ cauſæ, ita ꝙ prima cauſa principalius influit, quàm ſecunda, prima ergo cauſa mouente ſecundam contingenter ad aliquẽ effectum, illa ſecunda cauſa, ſi eſt libera ſic vult illum effectum contingenter, ꝙ tamen non poteſt contrauenire cauſalitati primæ cauſæ, vt patet à Doct. in primo di. 2. parte. 1. q. 1. & di. 8. q. vlti. ex quo ergo volũtas diuina eſt principalis cauſa beatitudinis createę, & voluntas creata cauſa minus principalis, ſequitur ꝙ ſtante cauſalitatẽ voluntatis diuinæ reſpectu beatitudinis, voluntas neceſſario vult illam immutabiliter, ita ꝙ non eſt in poteſtate eius velle oppoſitũ, & hoc ſatis patet in ſimili à Doctore, in ſecũdo, diſ. 7. & in quarto di. 44. q. 1. & 49. in primo autem dicit Doct. quòd non vult ipſam neceſſitate abſoluta, & vide quæ ibi expoſui.

¶ Si dicatur, videtur etiam ſequi ex hoc ꝙ etiã velit meritum immutabiliter, patet, quia non poteſt velle illud, niſi prima cauſa volente. ergo ſtante volitione primæ cauſæ erit, & volitio ſecundæ cauſæ, & ſic neceſſario volet illud. Dico ꝙ non ſequitur, quia voluntas diuina determinauit concurrere ad actum meriti merè contingẽter, & mutabiliter, quod patet, quia voluntas creata nõ ſemper meretur, & habito actu merendi, non ſemper continuat illum, & ideo quod influentia generalis voluntatis diuinæ eſt coagere voluntati noſtræ ad actionem, & quia voluntas noſtra in ſtatu viæ eſt libera ad eliciendum actum, & tunc quãdo elicit, voluntas primi perfectius elicit, & aliquando nõ elicit, & tunc voluntas diuina non concurrit, ſed de iſta materia clarius patebit infra. diſt. 37.

¶ Sed

¶Sed adhuc remanet difficultas, quia ita videtur, quòd immutabiliter velit actum meritoriū ſicut ipſum præmium, quia ſi voluntas noſtra tūc vult actum meritorium, quando voluntas diuina principalius concurrit, hoc idem erit de præmio, & cum dicitur, quòd nunquam concurrit ad oppoſitum premij, tamen poteſt concurrere ad oppoſitum meriti, non coagendo ipſi actui meritorio. Hoc non valet, quia ex quo beatitudo formaliter, conſiſtit in fruitione Dei, & perfectè haberi poteſt per aliquod inſtans, vt patet à Doc. in quarto. diſt. 49. vult enim ibi, quòd beatitudo formaliter conſiſtat in fruitione Dei clarè viſi, & quòd perpetuitas non ſit de ratione formali beatitudinis. Si ergo voluntas tunc elicit illum immutabiliter per te, eo modo erit de actu meritorio.

In quo conſiſtat beatitudo.

¶Reſpondeo & dico duo. Primum, quòd beatitudo perfecta, licet fortè non ſumpta præciſè in ſua ratione formali includit perpetuitatem, vt patet à Doc. in quarto. diſt. 49. & ſic non eſt ſimile de merito & præmio, ſecundum eſt, ſuppoſito, quòd ipſa beatitudo tantum duret per inſtans, adhuc ipſa voluntas elicit immutabiliter, quia in primo inſtanti naturæ ſic neceſſario, & immutabiliter elicit, quòd non eſt in facultate ſua non elicere, quia voluntas diuina, ſic firmiter determinauit principaliter concurrere ad illam beatitudinem inſtantaneam, quòd pro illo vltimo inſtanti terminante totam rationem viæ, nunquam cōcurreret ad oppoſitum, ſcilicet, non cauſando illam, non ſic eſt de merito, quia quamuis voluntas noſtra, vt prius natura velit meritum, vult tamen contingenter illud, quia voluntas diuina non ſic principaliter determinauit cauſare illud, pro inſtanti a. quin etiā, pro illo inſtanti, velit oppoſitum, immò pro quocunque inſtanti viæ, voluntas diuina ex determinatione ſua, poteſt non concurrere ad actum meritorium, in inſtanti autem præmij, non poteſt concurrere ad præmium, & hoc ex determinatione ſua, & ſic patet, quomodo vult ipſum meritum mutabiliter, & contingenter, & beatitudinem etiam inſtantaneam immutabiliter, & neceſſariò, non tamen neceſſitate abſoluta, ſed neceſſitate ſuppoſitionis.

AD argumenta principalia. Primò arguit Doc. probando, quòd præmium præcedat meritum, & ratio ſtat in hoc, quia præmium, quod expectant actu habent aliter affligerētur, quia ſpes, quæ differtur, &c. & tamen certum eſt, quòd per obſequia homini exhibita merentur aliquam beatitudinē, ergo prius habuerunt illam, cum fuerint perfectè, beati ante illa obſequia.

Quomodo premiū precedat meritum.

¶Reſpondet Doc. cōcedendo, quòd per illa obſequia merentur aliquam beatitudinem accidentalem, non autem eſſentialem, & quòd illam beatitudinem non ſemper habuerunt, nec ex hoc ſequitur afflictio, quia perfectiſſimè quietantur in beatitudine eſſentiali. Si dicatur, nonne appetunt illam accidentalem, concedo, ergo videtur aliqualis afflictio expectando illam. Dico primo ex beatitudine eſſentiali ſic perfectè quietantur, quòd nō poſſunt ſentire afflictionem aliquam, etiam contingentem.

¶Dico ſecundo, quòd appetere aliquid contingit dupliciter, videlicet cum anxietate, & ſine vlla anxietate, ſed tantum ex ſua perfectione, quam habent, primo modo eſt cum afflictione, & ſecundo modo nulla eſt ibi afflictio.

Appetere aliquid contingit dupliciter.

¶Secundo principaliter arguit Doc. & ratio ſtat in hoc, quia vř, ꝙ maius præmium requirat maius tempus, in quo poſſit eſſe maius meritū, cum ergo angeli per modicū tempus fuerint in via, vř, ꝙ nō potuerunt mereri tantum præmium, quātum nūc habent, ergo videtur, quòd poſt præmium datum mereantur illud per obſequia hominibus exhibita, & exhibenda.

¶Reſpondet Doc. ꝙ meritum plus attenditur in actu merendi valde intenſo, quā in multitudine actuū remiſſorum, & ſic angeli fortè magis intensè dilexerunt vltimum finem pro illo modico tēpore, quàm aliquis homo viator per quantumcunque tempus.

ADVERTENDVM eſt, quòd quidam nouus expoſitor primæ partis ſummæ S. Tho. in q. 62. ar. 4. quærit ſaluare opi. S. Tho. de gratia in via, & in patria, & dicit ſic. Ratio, inquit S Tho. non ſe reſtrinxit ad perfectum, & imperfectum ſecundùm eſſentiam, ſed ſimpliciter, & abſolutè aſſumpſit gratiam fruentis oportere eſſe perfectam, merentis verò imperfectam, quòd quo ad ſtatum dubium non habet, quoniam illa eſt in ſtatu conſumato, iſta non, & ſimiliter quo ad actum, & hoc ſufficit propoſito, vt ipſemet Sco. fatetur ibidem, hæc ille.

Tho. Caie. quit ſaluare S. Tho.

¶Sed iſta expoſitio, non videtur ad mentē Tho. cum ex verbis ipſius appareat, quòd loquatur de gr̄a perfectiore, & imperfectiore, ſcdm gradualē intenſionem, vel remiſſionē. Vnde ſic dicit in prima parte ſummæ. q. 62. art. 4. actus (inquit) non pōt eſſe meritorius ſm, ꝙ eſt ex libero arbitrio, niſi inquantum eſt gratia informatus, nō autem ſimul, poteſt informari gratia imperfecta, quæ eſt principium merēdi, & gratia perfecta, quæ eſt principiū fruendi, vnde non videtur eſſe poſſibile, ꝙ ſimul fruatur, & ſuā fruitionē mereatur, & ideo melius dicendum eſt, ꝙ gratiā habuit angelus antequam eſſet beatus, per quam beatitudinem meruit, hęc ille, videtur ergo ex iſta littera, quòd tantum loquatur de gratia perfectiore, & imperfectiore intenſiuè, & ſic finis huius quæſtionis.

Quæſtio Secunda. Diſt. V.

Vtrum Angeli boni fuerint beati in primo inſtanti creationis ſuæ, & mali miſeri.

Scot. 3. Senten. diſtin. 18. & in 4. Senten. diſtin. 44. & 49. & 46.
D. Tho. prima parte Summæ q. 63. art. 5.

VTRVM Angeli boni fuerint beati in primo inſtanti creationis ſuę, & angeli mali miſeri, licet iſta q. non habeatur in textu Doc. ſed tantū ſit addita, quia tn̄ eſt ad mentē ipſius Doc. & communiter ab alijs, legitur ꝓpter aliquas difficultates incluſas, non videtur prætermittenda, quin aliqualiter exponatur.

IBI reſpondeo primo, in iſta q. ſunt duo principaliter cōſideranda, primū pertinet ad beatitudinem, ſecundū verò ad miſeriā. Quantum ad primum dicit Doc. ꝙ angeli, in primo inſtāti creationis ſuæ potuerūt eſſe beati, & ratio ſua ſtat in hoc, ꝗa beatitudo datur à Deo, & ꝓ quocunq; inſtāti, poteſt dari creaturæ ꝓ quo ipſa eſt capax, ſed eſt capax pro primo inſtanti ſuæ creationis, ergo.

An Angeli in primo inſtanti ſuæ creationis potuerint eſſe beati.

¶Sed hic occurrit aliqualis difficultas, quia ſi beatitudo, puta fruitio Dei, ſit immediatè ab ipſo Deo, vt à totali cauſa, & voluntas beati tm̄ paſſiuè ſe habeat, nulla eſt difficultas, ſi verò teneatur, ꝙ volūtas beati, ſit partialis cauſa erit difficultas; an voluntas pro primo inſtanti, quo ponitur in eſſe poſ-

ſe poſſit cauſare actum fruitionis. Et pariformiter poſſet dici ad hãc difficultatem, quemadmodum diceretur de voluntate reſpectu peccati an. ſ. voluntas in primo inſtanti ſuæ creationis, poſſit aliquid inordinatè velle. Teneo tamen firmiter, ꝙ in primo inſtanti ſuæ creationis, poſita perfecta præſentia obiecti, poteſt velle illud, cauſando ſaltem partialiter actum illum. Et de iſta materia magis patebit in 3.diſt.18.& in 4.diſt.49.

¶Ibi vtrum autem in primo inſtanti. Hic Doc. videtur velle, quòd angeli in primo inſtanti ſuæ creationis potuerunt eſſe miſeri, loquendo de miſeria reſpectu pęnæ, & eodem modo probatur, ſicut ſupra de beatitudine. Sed fortè poſſet eſſe difficultas, quia talis pęna ſequitur ad volitionem alicuius noliti, & tñ poſiti, vt patębit à Doc. in 4. diſt.44.& 46. Eſſet ergo difficultas, an voluntas in primo inſtãti ſuæ creationis efficaciter, poſſit nolle aliquid, ad cuius nolitionem ſequitur pęna, vel triſtitia. Et poſſet reſpõderi ſimiliter, ſicut de fruitione, qa ſicut voluntas in primo inſtãti ſuæ creationis, poteſt velle obiectum delectabile, ad quam volitionem ſequitur delectatio, ita poſſet nolle obiectum triſtabile ad cuius nolitionem ſequitur triſtitia.

Opinio S. Tho.

¶Ibi de miſeria culpæ. Hic recitatur opi. Tho. in prima parte.q.63.art.6.q. ſic dicit, impoſſibile fuit angelum in primo inſtanti peccaſſe per inordinatum actum liberi arbitrij, quamuis.n.res aliqua in primo inſtãti, quo eſſe incipit, ſimul incipere poſſit operari, tñ operatio, quę ſimul incipit, cum eſſe rei eſt, ei ab agente, à quo habet eſſe, ſicut moueri ſurſum eſt igni à generante, vnde ſi aliqua res habeat eſſe ab agente deficiente, quod poſſit eſſe cauſa defectiua actionis, poterit in primo inſtanti, in quo incipit habere defectiuam operationem, ſicut ſi tibia, quæ naſcitur clauda ex debilitate ſeminis, ſtatim incipiat claudicare. Agens autem quod angelos in eſſe produxit, ſcilicet, Deus non poteſt eſſe cauſa peccati, vnde non poteſt dici, quòd diabolus in illo primo inſtãti, ſiuè creationis fuerit malus, hæc ille.

¶Ibi. Sed hæc ratio non valet. Hic Doc. dicit has rationes Tho. non concludere, non enim ſequitur ſi angelus fuiſſet malus à principio, quòd malitia eius ſit a prima cauſa cauſante eſſe ipſius, quòd autem non ſequatur, patet per Auguſt. 11. de ciui. Dei.c.13. & patet auctoritas, ſi.n. angelus depẽdet in ſuo eſſe à cauſa bona, non ſequitur, quòd dependeat ab illa in malitia, nam Manichei poſuerunt vnum Deum, malum eſſe cauſam malitiæ, & alterum eſſe immediatè cauſam boni.

¶Ibi. Item defectus cauſæ ſecundæ, &c. Ad idẽ arguit Doc. probando, ꝙ talis defectus non ſit à cauſa prima, quia & ſi effectus cauſæ ſecundæ ſit à prima cauſa, quia effectus eſt, tamen, quòd cauſa ſecunda deficiat, quia illud deficere non eſt aliquod effectibile, nõ erit à cauſa prima, peccatum enim eſt defectus, ſiuè carentia rectitudinis, quæ deberet ineſſe actui, vt infra patet. diſt.34.& 37.& in 4.diſt.14.q.1. Si ergo angelus deficit in peccando à rectitudine, nõ ſequitur, quòd hoc ſit à Deo. Si dicatur, videtur.n. ꝙ talis defectus ſit à Deo, qa voluntas diuina non dat, ergo ſicut voluntas diuina eſt principalis cauſa dandi, rectitudinem, ſic ẽt principalis cauſa nõ dandi, & ſic talis defectus erit principaliter à Deo. Sed quia hoc requirit ſpecialẽ difficultatẽ, ideo omittatur, vſq; ad 37. diſt. huius, vbi multa ſingularia habent pertractari.

¶Ibi. Item ſecunda cauſa. Hic Doc. probat, ꝙ ſi eſſet verũ, ꝙ angelus poſſet peccare in primo inſtanti, illud peccatum eſſet à Deo, ꝙ ẽt hoc ſequeretur ꝑ quocũq; inſtanti, & ratio Doc. ſtat in hoc, quia ſi angelus in primo inſtanti, accipit eſſe, & in illo primo nõ põt peccare, ſiuè non poteſt deficere à rectitudine, quia ſi ſic, tunc tale peccatum eſſet à Deo, ſed quæro, an in ſecundo inſtanti poſſit peccare, ſi ſic, ſequitur, quòd tale peccatum immediatè, ſit à Deo, quia etiam eſſe angeli, in illo ſecundo inſtanti, immediatè eſt à Deo, vt ſupra patuit diſt.2. q.1. huius ſecundi, & in quoli.q.12. ſequitur etiã, ꝙ ſi in primo inſtanti, non poteſt peccare, quia eſſe eius eſt immediatè à Deo, ergo nec in nullo alio inſtanti, poterit peccare, quia pro quocunq; inſtãti, ſimpliciter accipit eſſe à Deo.

¶Ibi arguitur ẽt ad eandem concluſionẽ, ſecundo arguitur, ꝙ angelus in primo inſtanti, non potuit peccare, & ratio ſtat in hoc, quia ſi angelus potuit peccare in primo inſtanti, ſequitur, ꝙ à ſe potuit habere primum velle inordinatum, ſed hoc non potuit, quia aut voluit primum velle volens, aut nolens, & vtroque modo ſequitur, quòd primum velle, præcedit aliud velle.

An voluntas poſſit eſſe cauſa ſuæ volitionis.

¶Ibi dico ad iſtud argumẽtum. Hìc Doc. reſpõdet ad hoc argumentum ſupponẽdo, quòd voluntas, poſſit eſſe cauſa actiua ſuæ volitionis, quod habet videri infrà. diſt.25. ꝙ poteſt eſſe cauſa primæ volitionis, ſicut, & ſecundæ, cum ſint eiuſdem rationis, & ſi primum velle non haberetur à ſe, eſſet proceſſus in infinitum, & patet littera.

¶Ad Anſel. dico, quòd ipſe finxit primũ angelũ, qui prius eſſet vna eſſentia nuda, non habẽs formaliter potentiam volitiuã, & angelus, ſic imaginatus, nõ poteſt habere primum velle à ſe, quia tale velle immediatè eſt à voluntate, quã non habet à ſe, ideo oportet, quòd reducatur ad actum primum, ſ. quòd habeat voluntatẽ, quæ eſt actus primus elicitiuus actus ſecundi, ſ. ipſius velle. Et tunc cum dicitur, ſi habet à ſe, aut volens, aut nolens, dicit Doc. quòd nec ſic, nec ſic, patet, quia primũ velle immediatè eſt à potentia volitiua, nullo alio velle præſuppoſito, niſi accipiatur volẽs pro libertate voluntatis, videlicet, qua primum velle liberè eliciatur, & tunc talis libertas ſtat in hoc, quòd quando voluntas elicit actum, poteſt non elicere, vt infra patebit. diſt.25.

¶Ibi. Vel ſi dicamus, &c. Pro intelligentia huius litteræ eſt notandum, quòd affectio commodi in propoſito eſt ſola inclinatio naturalis ad pfectionem ſuam, vt infra patebit. diſt.6.q.2. & talis inclinatio nõ eſt aliqua operatio, vt patet à Doc. infrà. diſt.6.d.2. & in 4.d.49. & talis inclinatio naturalis realiter, & eſſentialiter eſt ipſa natura ſic inclinata, vt patet à Doc. vbi ſupra, & ſic talis affectio eſt à Deo, ſicut & natura cuius eſt, & ſimiliter talis affectio, quantumcunq; intenſa, nunq̃ põt eſſe nõ recta, vt patet à Doc. in 4.d.50. & habita iſta affectione commodi, prima volitio eſt à voluntate, vt libera, & poteſt eſſe in primo inſtãti, & prima volitio non ꝓducitur alia volitione, quia ſic eſſet ꝓceſſus in infinitum, ſed producitur actione de genere actionis, q̃ habet ipſam volitionem, vt terminum productum, volitio.n. non eſt productio, cui correſpondeat productum, tanq̃ terminus, ſed eſt operatio, & finis potentiæ, vt patet à Doc. in primo.d.2.par.2.q.3.& 4.& in quol.q.13

Argumenta efficaciſſima.

¶Arguitur tertio ad iſtã concluſionem, & ratio ſtat in hoc, quia ſi potuit peccare in primo inſtanti, ergo neceſſariò peccauit, conſequens eſt falſum, probatur conſequentia, quia ſi potuit non peccare, aut potentia ante actũ, aut potẽtia cũ actu, non primo, qa ante primũ inſtans nõ fuit potentia in ipſum, patet, quia ante primũ inſtans ſuæ creationis angelus nullum eſſe habuit, non ſecundo, quia

in iſto

in iſto inſtanti, in quo peccauit, non potuit non peccare, & ideo nõ habuit potẽtiam ad non peccandũ.

¶Ibi. Sed hoc argumentũ non valet. Doct. dicit, ꝙ ſimile argumentum ſolutum eſt in iſto ſecundo, diſt. 1. q. 3. & in primo, diſt. 39. ſufficit enim, ꝙ cauſa ſit prior effectu natura, & littera clara eſt vſque ibi.

¶Ideo dico, ꝙ potentia contradictionis, &c. Pro maiori declaratione pro nunc eſt ſciendum, ꝙ potentia cõtradictionis dupliciter accipitur, videlicet paſſiuè, & actiuè. Primo modo dicimus, ꝙ ſubiectum reſpectu accidentis ſeparabilis eſt in potentia contradictionis, i. ꝙ ſubiectum aliquãdo poteſt eſſe ſub illo accidente, aliqñ non, i. ꝙ iſta contradictoria eſſe album, & non eſſe album, pñt ineſſe alicui non ſimul, ſed ſucceſſiuè. & ſic tale ſubiectum dr̃ in potẽtia contradictionis ad eſſe album, & nõ eſſe album, & ꝙ eſt ſic in potentia cõtradictionis, non eſt neceſſe, ꝙ prius duratione ſit in potentia ad albũ, loquendo de potentia, quæ dicit ordinẽ ad actum, ita ꝙ in tali ordine duratione præcedat potentia ad album, & potentia, quæ præcedit duratione, vocatur potentia ante actum, quæ verò non præcedit duratione, dr̃ potentia cũ actu, vt ſupra patuit in primo, diſt. 8. q. vlt. Et ꝙ non ſit neceſſe potentiam ad actum præcedere duratione ipſum actum, patet, quia Deus in eodem inſtanti, quo ponit aliquod ſubiectum in eſſe, & in potentia ad albedinem poſſet ipſum facere album, & tunc potentia ad albedinẽ non ineſſet tali ſubiecto prius duratione, ineſſet tñ, niſi præueniret à cauſa producente illum actum, vt patet à Doc. in iſto ſecundo, di. 1. q. 2. & in tertio, diſ. 3. & in primo, diſt. 8. q. vlt. & alibi. Secunda dr̃ potentia actiua cõtradictionis, & eſt qñ aliqua cauſa habet in poteſtate ſua, poſſe producere aliquem effectum, & poſſe non producere, ſicut voluntas eſt in potentia contradictionis ad amandũ, & non amandum, ita ꝙ poteſt producere amorẽ, & non producere, nõ ſimul, ſed ſucceſſiuè, immò pro eodẽ inſtanti poteſt velle amare, & poteſt non velle amare, vt diffuſè expoſui in primo, di. 39. & talis potentia actiua cõtradictionis tm̃ reperit in cauſa libera, vt patet à phil. 9 met. c. 4. tex. cõ. 10. vbi vocat talẽ potentiã pro hæreſim, cauſa verò naturalis agens modo naturali ex ſe non eſt in potentia cõtradictionis ad agendũ, & nõ agẽdum, quia poſita diſpoſitione cauſæ, & paſſi, de neceſſitate ſequitur actio, vt ſupra patuit in q. 1. prolo. Loquendo ergo de potentia actiua cõtradictionis, dico, ꝙ nõ eſt neceſſe, ꝙ talis potentia duratione pcedat ipſum actum, patet, quia ſi voluntas mea ponatur habere eſſe in obiecto a. & nõ ſit impedita, & habeat obiectum volibile perfectè præſens ſibi in eodẽ obiecto, poteſt velle illud, ſufficit enim, ꝙ voluntas mea, inquantum cauſat volitionem, ſit prior natura ipſa volitione & hoc eſt quod dicit Doc. de propoſitione contingente: propoſitio enim contingens eſt ſemper in potentia contradictionis, quia ex quo eſt contingens, ideo poteſt eſſe, & non eſſe, non ſimul, ſed ſucceſſiuè, & talis contingentia propoſitionis eſt à potentia actiua contradictionis, quia cõtingens eſt tm̃ à cauſa libera, vt patet à Doct. in primo, diſt. 2. q. 1. & diſt. 8. q. vlt. & diſt. 39. propoſitio verò neceſſaria nunquam eſt in potentia cõtradictionis, ſicut iſta, homo eſt animal, ſic eſt neceſſariò vera, ꝙ impoſſibile eſt ipſam eſſe, vel fore, vel fuiſſe falſum, & ex hoc cognoſcitur propoſitio, quæ poteſt eſſe vera, vel falſa, quia futurũ cõtingens poteſt eſſe, & non eſſe, & futurum contingens verificat ex hoc, quia aliqua de præſenti eſt vera, & ſicut dicimus, ꝙ hoc aliqñ curret, quia verum eſt dicere, aliqñ hoc nunc currit. Eſt tñ dr̃ia inter propoſitionẽ contingentem, de futuro, & de præſenti, quia contingẽs de præſenti eſt magis determinatè vera, & illa de futuro eſt minus determinatè vera, vt patet p. Ari. 1. Per.

Nota & benè.

Quomodo ſit differentia inter propoſitionẽ contingentẽ de futuro, & de præſenti.

Nunc reſpondeo ad arg. cũ dr̃, ſi potuit peccare, aut potentia ante actũ, &c. dico, ꝙ ſi accipiatur ly ante, p priori natura, voluntas peccas, ſiuè cauſans peccatũ eſt prior natura actu peccandi, & hoc ſufficit. Si verò intelligatur ante, idest prius duratione conceditur, ꝙ vt ſic nõ potuit peccare pro primo obiecto.

¶Ibi. Arguitur etiam quarto ſic ad dictam concluſionem, & ratio ſtat in hoc, quia deliberatio non fit in obiecto, quia deliberans oportet multa diſtinctè intelligere, ſed peccatum nõ fit ſine deliberatione, ergo non potuit eſſe in primo obiecto, deliberatio enim eſt actus voluntatis elicitus ſequens communiter concluſionem ſyllogiſmi practici.

Quid ſit deliberatio.

¶Ibi. Nec iſta ratio valet. Hic Doct. reſpondet ad iſtam quartam rationem, & dicit primò, ꝙ perfecta volitio ſequitur perfectam cognitionem obiecti, & ſic oſtenſo obiecto perfectè in ratione diligibilis voluntas poteſt perfectè elicere actum circa illud. Non tamen, ꝙ deliberatio dupliciter contingit: vno modo ſequitur intellectum, qui non poteſt in inſtanti habere cognitionem eorum, circa quæ eſt deliberatio, nam deliberatio propria eſt circa media ordinata ad finem, & intellectus diſcurrit imperio voluntatis circa illa media, quouſque inueniet medium ad finem, aliquãdo eſt deliberatio, quæ reſpicit intellectum abſolutum, qui non habet neceſſe ſic diſcurrere per media, ꝙ requiratur tempus, ſed ſtatim poteſt inuenire medium ad finem, & inuento illo, & oſtenſo voluntati, voluntas ſtatim poteſt velle illud ordinatè, vel inordinatè, vel nolle.

Deliberatio dupliciter contingit.

¶Ibi. Rationes etiam prætactæ ſunt contra ipſos. Hæc littera clara eſt vſque ibi.

¶Arguitur etiam quinto ſic ad concluſionem, & ratio ſtat in hoc, quia cum motus naturalis voluntatis, ſiuè inclinatio naturalis in primo obiecto ſit rectiſſima, actus ſequens talem motum erit rectiſſimus, quia ſi talis actus eſſet malus, tunc motus naturalis eſſet minus rectus, quod eſt falſum.

¶Ibi. Nec illa ratio valet. Dicit Doct. ꝙ ſtat inclinationem naturalem eſſe rectiſſimam, & tñ actum ſequentem non eſſe rectum, & patet, quia talis motus, ſiuè inclinatio naturalis ineſt naturæ ſuæ, & neceſſariò, vt probat Doct. in quarto, diſtin. 49. & per conſequens illa non poteſt intendi, vel remitti, & talis inclinatio tamdiu manet, quamdiu manet natura, & ſic ſequeretur, quòd nunquã voluntas poſſet peccare, cum in ea ſemper maneat motus naturalis rectiſſimus. Sed quomodo ſtat motum naturalem eſſe rectiſſimum, & actum ſequentem motum naturalem, ſiuè inclinationem naturalem non ſemper eſſe rectum. Dico, quòd hoc habet aliqualiter declarare infra diſtin. 6. quæſt. 2. & prolixius in quarto, diſt. 50.

¶Ibi. Aliter arguitur. Et probabiliter ſic. Hæc ratio ſtat in hoc. Actus peccati ſequitur cognitionẽ practicam, vt patet, quia ſicut actus rectus, eſt ex cõformitate ipſius ad notitiam practicam, ita actus non rectus eſt ex hoc, quòd elicitur difformiter rationi rectæ, hoc ſupra patuit in q. vlt. prolo. ſed notitia practica in angelo nõ fuit pro primo inſtanti, patet, quia per prius cognouit quiditates intelligibiles, & talis cognitio eſt ſpeculatiua. Et vltra, quia voluntas prius complacet complacentia naturali quiditatibus illis ſic ſpeculatiuè cognitis, & in tali complacentia naturali, voluntas non meretur, nec demeretur, & per conſequens in primo inſtanti non potuit peccare.

Actus peccati ſequitur cognitionem practicam.

¶Ibi. Hoc poteſt ſolui. Hic Doct. faciliter ſoluit hanc rationem, & ſolutio ſtat in hoc, quia angelus in primo inſtanti poſſet ſe cognoſcere, vt obiectum diligibile, & in eodem inſtanti potuit ſe inordinatè

diligere

diligere amore amicitiæ, qui amor præſupponitur amori concupiſcentiæ, vt infra probat Doct. diſt. 6. quæſt. 2. Poſito ergo, quòd in primo inſtanti non cognoſcat aſia obiecta creata practicè, in primo tamen inſtanti potuit ſe practicè cognoſcere, & per conſequens ordinatè, & inordinatè agere.

¶ Ibi. Septimò arguitur pro concluſione. Ratio ſtat in hoc, quia peccans eſt debitor iuſtitiæ, patet, quia iuſtitia, & peccatum ſunt, ſicut habitus, & priuatio, ſed in primo inſtanti non fuit angelus debitor iuſtitiæ, cum non acceperit eam in primo inſtanti ſecundum Anſel. de caſu diaboli.

¶ Ibi. Nec iſtud valet. Hic Doct. ſoluit hanc rationem, & dicit, quòd non concludit, neque de iuſtitia infuſa, neque acquiſita, iuſtitia enim infuſa eſt gratia gratum faciens, qua homo iuſtificatur, vt patet à Doct. in primo, diſt. 17. & in quarto, diſt. 14. quæſt. 1. Iuſtitia acquiſita accipitur communiter pro habitu virtutis, quo quis moraliter operatur, ſicut dicitur Mathæi 5. Attendite ne iuſtitiã veſtram, &c. Dicit ergo Doct. quòd non eſt neceſſe peccantē eſſe debitorem iuſtitiæ infuſæ, id eſt quòd non eſt neceſſe peccantem prius habere notitiam infuſam, patet, quia illa vnico peccato amittitur, & ipſa amiſſa tūc nō poſſet peccare. Nec ſimiliter valet de iuſtitia acquiſita, quia poteſt amitti multis actibus iniuſtitiæ elicitis, & ſic ipſa amiſſa non poſſet amplius peccare, quòd eſt inconueniens. Dicit ergo Doct. quòd iuſtitia iſta, ratione cuius debitor eſt homo, vel angelus iuſtitię, eſt tm̄ libertas volūtatis moderatiua inclinationis naturalis, nã moderãdo inclinationē naturalem, conſeruat iuſtitiam infuſam, non moderando verò perdit illam. Loquendo ergo de tali iuſtitia, angelus in primo inſtanti eſt debitor iuſtitiæ, & ſic in primo inſtanti peccare potuit.

Quæ ſit iuſtitia infuſa.

Quæ ſit iuſtitia acquiſita.

¶ Ibi. Alia ratio eſt. Octauò arguit ad eandem concluſionem. Duæ mutationes non ſunt ſimul, quarũ terminus ad quem vnius eſt terminus à quo alterius, ſed mala volitio ſequitur terminũ ad quē creationis, quia præſupponit eſſe, ergo non ſunt ſimul. Iſta litera patet, quia ſi ſubiectum, puta a. mutatur à non albo in album, terminus ad quem huius mutationis eſt album, & poſt mutatur ab albo in non album, terminus à quo huius mutationis eſt album, iſtæ duæ mutationes non poſſunt eſſe in eodem inſtanti, hoc enim repugnat, immò tranſitus à priuatione in habitum ſemper fit in aliqua duratione, quia priuatio propriè præcedit duratione habitum, vt patet à Doctore in primo, diſtin. 2. parte 2. quæſt. 3. in reſponſione ad penultimũ argu. principale. Hoc idem in diſt. 39. & in ſecundo, di. 1. quæſt. 2. ſi ergo angelus peccaret in primo inſtanti eſſent ibi huiuſmodi mutationes, quarum prima eſt à non eſſe angeli ad eſſe ipſius. Secunda eſt ab eſſe angeli ad operationem non rectam, ergo iſtæ duę mutationes non poſſunt eſſe in eodem inſtanti.

Duæ mutationes non ſunt ſimul.

¶ Ibi. Iſtud non valet de paſſionibus, & ſubiectis, &c. Doct. ſoluit hanc rationem, & ſolutio ſtat in hoc, quòd quãdo paſſio immediatè ſequitur ſubiectum, non tranſit ſubiectum à priuatione paſſionis ad illam, ſed in eodem inſtanti temporis eſt ſimul cum illa, ſic in propoſito in inſtanti a. angelus habet eſſe, & in eodem inſtanti poteſt operari, ita quòd ſufficit ſubiectum talis operationis, vel cauſam illius eſſe prius natura.

¶ Sequitur ibi. Si tamen fiat vis de vocabulo mutationis. Hæc littera ſtat in hoc, quòd ſi loquamur de mutatione propriè dicta, quæ eſt tranſitus à priuatione propriè dicta ad habitum, & econtra ab habitu in priuationem, talis mutatio non poteſt eſſe in inſtanti, quia priuatio præcedit duratione. Sed in angelo peccante in primo inſtanti non fuit talis mutatio, ſed magis paſſio de genere paſſionis, quæ paſſio eſt effectus actionis, & ſic ſubiectum in eodem inſtanti, quo habet eſſe ſub tali paſſione. Sed hoc diffuſius habet pertractari in quarto, diſtin. 43. & aliqualiter diſt. 44. q. 1.

¶ Ibi. Alia ratio ponitur talis. Nonò, & vltimò arguitur ad eandem concluſionem. Et ratio ſtat in hoc, quia ſi creatura poteſt agere in inſtanti, ergo virtus maior poterit agere in minori menſura, quod eſt falſum. conſequentia patet per philoſophum 6. phyſicorum. tex. commen. 29. & incipit tex. Quod quidem igitur, ſicut aliquid in tempore indiuiſibile, vbi habetur, quòd ſi aliqua virtus poteſt mouere in inſtanti, maior virtus, poteſt mouere in minori, quàm in inſtanti, & ſic oporteret diuidere inſtãs, quod tamen eſt ſimpliciter indiuiſibile. Hoc idem patet tex. comm. 90. & incipit tex. Amplius autē &c vide ibi, & Comment.

Nota & bene.

¶ Ibi. Dico, quòd ratio Ariſt. Dicit Doct. quòd illa ratio procedit in his, in quibus poteſt eſſe exceſſus in menſura, quòd ſcilicet ſi aliqua virtus mouet in aliquo tempore, dupla virtus in dimidia parte temporis, ſed inſtans non poteſt excedi ab aliqua menſura in paruitate, ideo non valet, tamen de motu tenet argumentum Ariſt. quia motus neceſſariò habet menſuram diuiſibilem, cum ipſe ſit diuiſibilis, & ideo ſi motus eſſet in inſtanti, cum ſit diuiſibilis neceſſario inſtanti, quod eſſet, menſura eius, eſſet diuiſibile. Et quòd ſic intelligat Ariſt. patet expreſsè per Comment. vbi ſupra, commen. 29. vbi ſic ait, circa finem. Declaratum eſt, quòd impoſſibile eſt, quòd motus fiat in inſtanti, quia omne velocius poſſibile eſt ponere velocius ipſo, quoniã non poteſt aliquis dicere, quòd illud, quo nihil eſt velocius, eſt illud, quo mouetur in inſtanti, & illud quo nihil eſt tardius, eſt illud, quod mouetur per magnitudinem diuiſibilem, & ſi hoc eſſet, non eſſet proportio inter illum motum, & alios motus, ſcilicet qui eſt in maxima velocitate, & maxima tarditate, quia non eſt proportio inter lineam, & punctum, notum eſt per ſe, quòd motus ſunt proportionales, hæc ille. Hoc idem in commen. 90.

¶ Ibi. Teneo igitur. Hic Doct. expreſsè tenet tanquam veram concluſionem, quòd angelus potuit, peccaſſe in primo inſtanti ſuæ creationis.

Opinio Scoti vera.

¶ Ibi. De ſecundo articulo. Dicit Doct. quòd angeli boni de facto non fuerunt beati in primo inſtanti ſuæ creationis, nec ſimiliter mali in primo inſtanti fuerunt damnati, & vtrumque probat per auctoritates, quæ ſunt clarè in littera.

¶ Ibi. De tertio articulo, quot fuerunt moræ, & quantæ. Tota iſta littera clara eſt hìc, & ex præhabitis ſupra, nec indiget alia expoſitione.

AD argumenta principalia. Primò arguitur ſic à Doctore, probando, quòd boni in primo inſtanti ſuæ creationis fuerunt de facto beati, & probat per ſimile argumentum factum ſupra diſtin. 5. quia in primo inſtãti fuerunt beati beatitudine naturali, ergo & ſupernaturali, patet conſequentia, quia cauſa efficiens beatitudinis ſupernaturalis eſt efficacior cauſa efficiente beatitudinis naturalis.

¶ Reſpondet Doctor, quòd quamuis Deus ſit cauſa efficacior, tamen ex quo eſt cauſa voluntaria, non æquè citò producit effectum beatitudinis, ſicut cauſa minus efficax.

¶ Ibi. Item boni fuerunt in primo inſtanti in gratia, ergo in primo inſtanti fuerunt beati. Et patet littera.

¶ Reſpondet Doct. primò ad antecedens dicens eſſe dubium, an boni fuerint in primo inſtanti in gratia, & gloſando auctoritatem Aug. dicit, quòd intelligit de gratia gratis data, quę nō facit ad propoſitũ.

Rectè expoſuit Auguſtinum.

Secun-

Secundo conceſſo antecedente negat conſequentiã, & dicit, quòd ad ipſam beatitudinem ſupernaturalem, non tantum requiritur diſpoſitio in facto eſſe, & remanens cuiuſmodi eſt gratia, ſed etiam requiritur diſpoſitio in fieri, q̃ eſt actus meritorius, hæc ideo beatitudo, & talis diſpoſitio in fieri non ſimul inſunt angelo, in naturali autem beatitudine nõ eſt huiuſmodi diſpoſitio requiſita.

¶ Ibi. Item, ꝙ mali ab initio fuerunt miſeri. Hic Doct. per auctoritates intendit probare, quòd angeli mali in primo inſtanti ſuæ creationis fuerunt damnati, ſiuè miſeri, & prima auctoritas eſt Augu. ſuper Geneſim li. 3. vide litteram, quæ clara eſt cum ſua reſponſione.

¶ Ibi. Ad rationem factam in tertio articu. Hic Doct. reſpondet ad rationem Tho. in prima parte. quæſt. 63. qui vult, quòd in via fuerit tantum vnica mora, ita quòd omnes angeli in primo inſtãti temporis diſcreti meruerunt, & in ſecundo inſtanti tẽporis diſcreti boni præmiati fuerunt, & mali obicem poſuerunt, vt ſupra expoſui. Et probat iſte Doc. ꝙ in ſecũdo inſtanti tẽporis diſcreti boni præmiati fuerunt, & ratio ſtat in hoc, quia ex quo angeli exiſtentes in puris naturalibus ſine diſcurſu potuerunt acquirere totam beatitudinem naturalem, ergo informati gratia multo fortius ſine aliquo diſcurſu potuerunt acquirere beatitudinem ſupernaturalem, & ſic in primo inſtanti temporis diſcreti meruerunt totam beatitudinem, quam nunc habẽt, & in ſecundo inſtanti pręmiati fuerunt.

In Angelis eſt diſcurſus naturæ, ſed nõ temporis.

¶ Reſpondet Doct. primò negando antecedens, quia fortè angeli non ſimul cognoſcunt principia, & concluſiones virtualiter contentas in eis, & per cõſequens potuerunt diſcurrere a principiis ad cõcluſiones, & de hoc habitum eſt ſupra, diſt. 1. quæſt. vltima huius ſecundi. Secundò reſpondet conceſſo antecedente, negando conſequentiã, & dicit, quòd reſpectu beatitudinis ſupernaturalis requiruntur plures actus meritorij, qui ſimul elici non poſſunt, ſed ſucceſſiuè, cum nulla voluntas creata ſimul elicere poſſit duos actus perfectos, quales fuerũt actus meritorij ab angelis eliciti, & quòd vnus non ſufficiat, probat arguẽdo ad hominem, quia ex quo angeli tam boni, quàm mali habuerunt vnum actum meritorium in primo inſtanti, quare ergo in ſecundo inſtanti non fuerunt omnes præmiati, nec valet dicere, quòd mali in ſecundo inſtanti poſuerunt obicem, quia hoc ſupra improbatum eſt.

Quæſtio prima. Diſt. VI.

Vtrum Angelus malus potuerit appetere æqualitatem Dei.

Seraphicus Bona. 2. ſent. diſt. 5. q. 2. artic. 1.
Scot. 2. ſent. diſt. 6. q. 1.
D. Tho. prima parte ſummæ. q. 63. art. 3.
Franc. de Mayr. 2. ſent. diſt. 4. & 5 q. 3.

VTRVM angelus malus potuerit appetere ęqualitatẽ Dei. In iſta quæſtione ſunt duo principaliter videnda. Primum de intentione Doct. qui videtur tenere, quòd angelus malus poſſit appetere ęqualitatem Dei. Secundum eſt de opi. S. Tho. in prima parte ſummæ, quæſt. 63 arti. 3. qui expreſsè tenet, quòd non potuit appetere ęqualitatẽ Dei, qui ſic ait. Angelus abſque omni dubio peccauit, appetendo eſſe vt Deus. Sed hoc poteſt intelligi dupliciter. Vno modo per ęquiparantiam. Alio modo per ſimilitudinem. Primo quidem modo non potuit appetere eſſe, vt Deus, quia ſciuit hoc eſſe impoſſibile naturali cognitione, hæc ille.

¶ Circa primum Doct. adducit aliquas rationes, quibus probat angelum malũ poſſe appetere ęqualitatem Dei, & prima ratio ſtat in hoc, quia ſicut voluntas poteſt velle omne ens amore amicitiæ, quia ex libertate ſua poteſt amare quodcunque ens non in ordine ad aliquod propter ſe, ita poteſt velle quodcunque ens amore concupiſcentiæ, quia dato quocunque ente, poteſt illud amare in ordine ad aliquod propter ſe, ita poteſt velle quodcunque ens amore concupiſcentiæ, quia dato quocunque ente poteſt illud amare in ordine ad aliud. Sicut ergo angelus malus inordinatè dilexit ſe amore amicitiæ, vt infra patebit quæſtio. ſecunda præſentis diſtinctio. ita potuit concupiſcere omne concupiſcibile in ordine ad ſeipſum. Cum ergo æqualitas Dei ſit ſummè concupiſcibilis, ideo potuit illam ſic concupiſcere.

Voluntatē habere ens pro obiecto, quomodo intelligatur.

¶ Aduerte tamen, quòd dicit Doct. hic, quòd voluntas habet totum ens pro obiecto: nam in primo, diſtinct. 3. quæſt. 3. expreſsè hoc non aſſerit, hic tamen, & in quarto, diſtin. 49. expreſsè dicit, quòd habet totum ens pro obiecto, ſed quomodo poterit ſaluari, quod dicit in quæſt 14. quolibet. videlicet, quòd intellectus creatus habet tantum ens limitatum pro obiecto adæquato, modo voluntas non poteſt habere aliquid pro obiecto, niſi contineatur ſub adęquato obiecto intellectus. Dico (vt expoſui in quæſtio. 2. prolo.) quòd aliud eſt loqui de obiecto adæquato in ratione motiui, & aliud in ratione terminatiui.

Primo modo intellectus creatus habet tantum ens limitatum pro obiecto adæquato.

Secundo modo habet ſimpliciter totum ens. Similiter aliud eſt loqui de obiecto naturali, quod naturaliter poteſt attingi, & aliud eſt loqui de obiecto naturali, ad quod videlicet intellectus habet naturalem inclinationem. Primo modo intellectus non habet totum ens pro obiecto adæquato, ſed bene ſecundo modo, & ſic patet quomodo voluntas poteſt habere totum ens pro obiecto adæquato.

¶ Ibi. Præterea. Si æqualitas Dei. Secundo probat Doctor eandem concluſionem auctoritate philoſophi tertio ethic. & Damaſ. qui volunt, quòd voluntas poſſit & impoſſibilium, & ſic voluntas angeli mali potuit appetere ęqualitatem Dei, quamuis ſit ſimpliciter impoſſibilis.

¶ Ibi. Hoc etiam probatur, quia damnati odiũt Deum. Tertiò Doctor probat idem, quia ſicut volũtas poteſt nolle aliquod impoſſibile, ita poteſt velle impoſſibile, cum non ſit maior ratio de vno, quàm de alio, ſed poteſt nolle Deum eſſe, ergo.

¶ Ibi. Hoc etiam confirmatur, quia volũtas peccans potuit velle Deum non eſſe. Sed quomodò voluntas creata poſſit nolle Deum, & aliquam perfectionem intrinſecam ipſius Dei, diffuſius habet videri in quarto, diſtinctio. 50. Addit etiam, quòd ſicut angelus malus poteſt velle illam eminentiam eſſe in aliquo, puta in ipſo Deo, ita poteſt velle ipſam eſſe in aliquo angelo, & per conſequens in ſeipſo.

Notabiles difficultates cum ſuis ſolutionibus.

OCCVRRIT aliqualis difficultas. Primò circa hoc, quod dicit Doct. videlicet quòd æqualitas Dei eſt bonum quoddam concupiſcibile ſecundum ſe, nam omne concupiſcibile eſt aliquod ens, ſed ęqualitas Dei eſt ſimpliciter nihil, ergo non poteſt concupiſci, nec diligi.

¶ Secũdò occurrit difficultas in hoc, quod dicit, ꝙ volũtas poteſt diligere quodcunq; ens, & amore ami-

amicitiæ, & am oræ concupiſcentiæ: nam multa ſunt entia, quæ non poſſunt diligi, vt priuationes, negationes, culpæ, & huiuſmodi.

¶ Tertio occurrit difficultas in hoc, quod dicit, ꝙ angeli mali poſſunt nolle Deum eſſe, quia Doct. expreſſè in iſto ſecundo, diſt. 43. quæſt. vnica vult, ꝙ Deus nō poſſit odiri, vnde ſic dicit. Oportet ad hoc, ꝙ peccatum in Spiritum ſanctum ſit grauiſſimum, quòd opponatur actui perfectiſſimo cōuerſiuo ad Deum, & ſic, quia actus charitatis, vt dilectio Dei eſt actus perfectiſſimus cōuerſiuus ad Deum, ſi haberet oppoſitum, ſcilicet odium Dei, hoc eſſet maximum peccatum, ſed non credo, quòd talis actus charitatis habeat oppoſitum actum cōtrarium, qa Deus non poteſt odiri ab aliqua volūtate, ergo peccatum in Spiritum ſanctum non eſt odium Dei, qa formaliter non poteſt odiri, hæc ille. Hoc idē vult in quarto, diſt. 50.

¶ Quarto eſt difficultas in iſta cōſequētia, ſi æqualitas Dei eſſet poſſibilis, poſſet appeti, ergo videtur poſſe appeti, quamuis ſit impoſſibilis, quia talis impoſſibilitas non impedit, &c.

¶ Reſpōdeo ad primam difficultatem, primò recitando opinionem cuiuſdā exponentis Doct. qui ſic dicit. Dicit Sco. ponendo caſum impoſſibilem, ſi æqualitas Dei eſſet poſſibilis, illam angeli poſſent ſibi appetere, hoc eſt manifeſtum, ſed impoſſibilitas non tollit, quin illam poſſint ſibi appetere, &c. ſed ſaluo ſemper meliori iudicio. Prima ratio Doct. videtur diſtincta, & alia ab illa ſecūda ratione, in qua dicit, quòd ſi æqualitas Dei eſſet poſſibilis, &c. & per conſequens per illam ſecundam rationem, non videtur poſſe ſolui difficultas tacta in prima ratione. Dicerē ergo, ꝙ loqui de æqualitate Dei contingit dupliciter. Vno modo æqualitas Dei accipitur pro illa impoſſibilitate, qua dicimus impoſſibile eſt angelum eſſe Deum. Alio modo pro illa eminētia, quæ Deo conuenit, primo modo talis impoſſibilitas nec in ſe, nec alteri eſt diligibilis. Secundo modo æqualitas ſumpta pro illa eminentia in ſe, & alteri eſt diligibilis, & quamuis ordinatè ſit diligibilis illi, cui conuenit ex natura rei, tñ inordinatè poteſt alteri diligi, cui ſimpliciter eſt incompoſſibilis, voluntas ergo angeli mali poſſet habere actum circa talem eminentiam, tanquam circa bonum ſummè appetibile, & quia eſt bonum in ſe ſummè appetibile, ſequitur, quòd inordinatè poſſit illud ſibi appetere, & ſic debet intelligi Doct. & ideo dicit in ſecunda ratione, quod ſi talis æqualitas eſſet poſſibilis, poſſet appeti, ideſt quòd ſi talis eminentia eſſet poſſibilis angelo, cum ſit bonum valde appetibile, poſſet appeti, ſed quòd modo ſit impoſſibilis angelo, talis impoſſibilitas non tollit, quin poſſit appeti, patet, quia quamuis Deus ſit ſimpliciter neceſſe eſſe, & bonum ſimpliciter appetibile, tamen poteſt appeti non eſſe, quamuis hoc ſit ſimpliciter impoſſibile, ſic dico in propoſito.

Loqui de æqualitate Dei contingit dupliciter.

¶ Ad ſecundum quidam expoſitor dicit, quòd Doctor tantum loquitur de iure poſitiuo, ſcilicet quòd voluntas poteſt amare amore amicitiæ, & cōcupiſcentiæ quodcunque ens poſitiuum. Sed hoc forte non videtur ad mentem Doct. non quia ſuſtinendo, ꝙ perſonæ diuinæ conſtituantur per proprietates non poſitiuas, de quibus in primo, diſtinctio. 23. & 25. & ſimiliter, quòd in genitum non dicat proprietatem poſitiuam, de qua Doctor in primo, diſtinctio. 29. ſequeretur, quòd perſonæ illę non pertinerent ad dignitatem, nec eſſent adorandæ, nec amandæ, cuius oppoſitum Doct. videtur tenere, & quòd dicit expoſitor iſte, quòd malum culpæ non poteſt appeti. Doct. in iſto ſecundo, diſtinctio. 43. quæſtio. 2. videtur dubitare, an voluntas poſſit velle malitiam abſolutè, ſed de iſta materia alias videbitur,

¶ Ad tertium dico primò, quòd licet voluntas creata non poſſit odire Deum in ſe, poteſt tamen ex conſequenti, ſicut pater de damnatis, qui nolunt effectum iuſtitiæ Dei eſſe, & per conſequens nolūt iuſtitiam Dei eſſe, & vltimatè ſequitur, quòd nolunt Deum eſſe in ſe, vt patebit in quarto, diſtin. 50. & ſic ex conſequenti nolunt illud, quod eſt ſimpliciter non eſſe. Secundo dico, quòd adhuc Doct. non determinauit, an Deus non poſſit in ſe odiri, ſed tantum adduxit auctoritatem ſcripturæ, ſcilicet ſuperbia eorum, qui te oderunt, quæ fortè multipliciter poteſt exponi. Poſito ergo, quòd Deus poſſit odiri, ſtatim ſequitur, quòd odiens vult oditum non eſſe ſecundum philoſophum ſecundo Rheto. quod tamen eſt ſimpliciter impoſſibile.

Voluntas creata poteſt odire Deū interpretatiuè, non formaliter.

¶ Ad quartum dubium patet quid ſit dicendum ex his, quæ dixi, ſoluendo primam difficultatem.

RESPONDEO ad quæſtionem. Hic Doct. declarat quomodo volūtas poſſit appetere impoſſibile, & dicit, quòd duplex eſt actus voluntatis, videlicet actus ſimplex volendi, quo ſimpliciter vult aliquid, alius eſt ſub conditione, quo conditionaliter vult aliquid. Primo modo non vult impoſſibile, ſed tantum ſecundo modo, & ſic angelus malus vult ſe eſſe Deū, ſi hoc eſſet ſibi poſſibile, vel diſtinguitur de actu volendi ſub aliis verbis, videlicet, actus volēdi efficax, & eſt quādo efficaciter vult media ad finem, quem efficaciter appetit, alius eſt actus volendi complacentiæ, quo voluntas complacet ſibi, etiam de aliquo impoſſibili, ideſt quòd apprehenſa æqualitate Dei, ſtatim vult illam volitione cōplacentiæ, non tamen efficaciter; primo modo non eſt volitio reſpectu impoſſibilis, quia ſic quæreret media efficaciter ad habēdū tale impoſſibile, cuius oppoſitum experimur, ſed bene ſecūdo modo poteſt eſſe volitio alicuius impoſſibilis, & in tali volitione poteſt eſſe meritum, & demeritum, & ponit exemplum de ęgroto deſperāte ſanitatem, qui vult tantum ſanitatem ſub conditione, vel volitione cōplacentiæ, & de ægroto non deſperante de ſanitatem, qui efficaciter vult illam, quia efficaciter eligit media ad illam, & licet hæc litera communiter ponatur extra textum Doct. ponitur tamen in reportatis ipſius, & ponitur in tex. Docto. in quarto, diſt. 49. quæſt. 10. vide ibi.

Quomodo volūtas poſſit appetere impoſſibile.

Duplex actus.

AD argumēta pro opinio. Hic Doct. ſoluit argumenta Tho. vbi ſupra, quibus probat angelum malum non poſſe appetere æqualitatem Dei, & argumentum primum ſtat in hoc, quia angelus peccauit ex electione, & electio non eſt impoſſibilium, tertio ethic.

Argumenta S. Thomæ.

¶ Secundum argumentū eſt tale, quia omne volibile continetur ſub adæquato obiecto voluntatis, & illud tale includit rationem entis, ſed eſſe æqualem Deo, nullam rationem entis includit, cum implicet contradictionem.

¶ Tertiò arguit, quia voluntas non poteſt velle aliquid, niſi præoſtenſum ab intellectu, ſed æqualitas Dei non potuit præoſtendi voluntati ab intellectu angeli, nec ab intellectu errante, quia tunc fuiſſet pœna ante culpam, videlicet cecitas, & ignorantia, & error, nec ab intellectu errante, patet, quia intellectus iudicat hoc eſſe ſimpliciter impoſſibile.

¶ Quartò arguit auctoritate Anſelmi de caſu diaboli, & ratio ſtat in hoc, quia nullus poteſt appetere ſe non eſſe, ſecundum Auguſt. & tamen ſi poſſet appetere ęqualitatem Dei, poſſet appetere ſe non

non eſſe, patet conſequentia, quia angelus non poteſt eſſe angelus, niſi ſit inferior Deo.

¶Ad primum de electione. Dicit Doctor, quòd electio accipitur æquiuocè. Vno modo pro actu voluntatis conſequente plenam apprehenſionem intellectus, quomodo dicitur quis peccare ex electione, quando non eſt paſſio perturbantis intellectum, nec ignorantia. Alio modo pro actu voluntatis conſequente concluſionem ſyllogiſmi practici, quæ electio non eſt, niſi volitio efficax obiecti, quæ eſt ad inquirendum medium, per quod poſſit obiectum attingi. Primo modo electio eſt impoſſibilium, ſed non ſecundo modo. Et quod dicit Doctor de iſta electione, vide quæ ſupra expoſui in prologo, quæſtio.vltima.& quomodo electio propriè eſt circa media ad finem, & electio impropriè poteſt eſſe ipſius finis. Hic tamen pono exemplum de electione ſequente apprehenſionem ſimplicem, & de electione ſequente apprehenſionem concluſionis ſyllogiſmi practici. Nam ſi proponatur intellectui ſanitas, cognitio talis ſanitatis poteſt dici apprehenſio ſimplex, quæ cognitio eſt verè directiua electionis, ſiuè volitionis reſpectu ſanitatis, tanquam finis, & talis volitio ſequens poteſt dici electio ſequens perfectam cognitionem ſanitatis, vt finis uolibilis, ſed ſtante tali uolitione uoluntas imperat intellectui, vt diſcurrat per omnia media, quibus ſanitas acquiri poſſit, & tandem concludit intellectus de aliquo medio, quod ſit efficax ad ſanitatem, & concludit per ſyllogiſmum practicum, qui ſemper ſumitur à fine, & talis volitio ſequens cognitionem medij per ſyllogiſmum practicum concluſi efficaciter ordinati ad talem ſanitatem, dicitur electio propriè, ſiuè uolitio efficax. Et quomodo ſyllogiſmus practicus, & principia practica, & concluſiones practicæ ſumantur è fine non habente rationem cauſæ finalis, ſed habente rationem obiecti, vide quæ Doct.dicit in quæſt.vlt. prologi. & quæ ibi diffusè expoſui.

Electio duobus modis ſumitur.

¶Ad ſecundum reſpondet Doctor, quæ reſponſio eſt ualde notabilis, & ſtat in hoc, quòd ſicut intellectio eſt duplex, ſcilicet ſimplex, qua videlicet intelligo terminos ſimplices, & alia eſt comparatiua, qua ſcilicet comparo vnum terminum ad aliū ſiue talis terminus ſit compoſſibilis, ut homo eſt animal, ſiuè incompoſſibilis, ut homo eſt aſinus, & licet talis compoſitio formaliter ſit ſimpliciter impoſſibilis, & non cadat ſub obiecto intellectus, termini tamen componentes continentur ſub obiecto adæquato. Ad hoc ergo, quòd intellectus poſſit facere talem compoſitionem impoſſibilem, ſufficit apprehenſio terminorum ſub adæquato obiecto intellectus contentorum. Sic duplex eſt uolitio, ſcilicet ſimplex, & comparatiua, ſimplex, qua uolo aliquod ens abſolutè, non comparando illud ad aliud, comparatiua, qua uolo aliquod ens in ordine ad aliud, & licet illud ens uolitum ſit incompoſſibile ad aliud, ut cum uolo, æqualitatem Dei, puta lapidi, & illa incompoſſibilitas ex ſe formaliter ſumpta non cōtineatur ſub obiecto intellectus, & uoluntatis, tamen ratione partium continetur, quia & eminentia ipſius Dei, quam uolo, & lapis, cui eam uolo, ſunt obiecta per ſe intelligibilia, & per ſe uolibilia. Et ex hoc apparet, quòd ille expoſitor primæ difficultatis factæ contra primam rationem Doc.to. non benè intellexit mentem ipſius, ut ibi expoſui.

Duplex intellectio.

Duplex volitio.

¶Ad tertium reſpondet Doct. & reſponſio eſt ſatis clara, & ſtat in hoc, quod intellectus angeli abſq; errore poteſt apprehēdere æqualitatem Dei, patet, quia poteſt apprehendere filium Dei eſſe æqualem patri, vel abſolutè poteſt apprehendere Dei æqualitatem in ſe, non comparando alicui, non enim in cognitione ſimplici alicuius poteſt eſſe ueritas, uel falſitas. Stante ergo cognitione æqualitatis Dei, & cognitione ipſius creaturæ, uoluntas poteſt illam comparare creaturæ, uolendo illam creaturæ. Et quomodo uoluntas poſſit dici uirtus comparatiua, dictum eſt ſupra in primo, diſtin 1.quæſtio.2. & diſtinct.45.

¶Ad quartum dicit Doct.q͂ voluntas poſſet velle conſequenter ſe non eſſe, quia quilibet peccās mortaliter uult aliquid, in quo non vult ſubeſſe Deo, & in hoc ex conſequenti uult ſe non eſſe, quia non poteſt eſſe, niſi ſubſit Deo. Tamen ad formam argumenti poteſt dici, quòd non oportet, q͂ uelit conſequens, & ſi uult antecedens, quando conſequens non eſt de per ſe intellectu antecedentis. Similiter reſponſio ad formam argumenti habita eſt ſupra in primo, diſt.1.quæſt.vlt. Vult ergo Doct.hic, quòd ſi conſequens non ſit de eſſentia antecedentis, q͂ non ſequetur, ſi voluntas uult antecedens, q͂ velit conſequens, & exemplum clarum eſt in littera. Et addit Doc.q͂ ſi etiam conſequens ſit de eſſentia antecedētis non ſequitur uolitio conſequentis ad uolitionē antecedentis, & hoc ſi tale conſequens ignoraretur, poſito etiam, q͂ ſciatur, adhuc non ſequitur, q͂ ſi eſt uolitio antecedētis abſolutè, q͂ ſit uolitio conſequētis abſolutè, niſi ſit etiam uolitio conſequentiæ. Poſſet etiam addi, quòd poſito, quòd non ignoraretur conſequens, non ſequitur, quod non poſſit uelle antecedens uoluntate ſimplici, & conditionata, de qua ſupra, non uolendo conſequens.

¶Ad auctoritatem Anſel.dicit Doc.q͂ non poteſt quis ordinatè velle, ſe nō eſſe, quia ordinata uolūtas nō eſt uolendo aliquid, & nō uolēdo illud, q͂ neceſſariò ſequit̄ ad ipſum, ſiuè ſit ſibi intrinſecū, ſiuè nō, de intrinſeco patet, quia ſi ordinatè volo hoīem eſſe conſequēs eſt, vt velim ipſum eſſe aīal, de extrinſeco et patet, quia ſi ordinatè uolo aliquē finem, & hoc efficaciter, cōſequens eſt, vt velim ordinata ad finē, & ſimiliter ſi uolo angelum eſſe inferiorē Deo conſequens eſt, ut non uelim æqualitatem Dei ipſi. Sed non eſt ſic de uoluntate inordinata, quia inordinatè poteſt uelle aliquid, non uolendo conſequens ad illud, ſiuè intrinſecum, ſiuè extrinſecum, &c.

QVIDAM nouus expoſitor primæ partis ſum. S.Th.q.63.art.3.nititur ſoluere opi.Th.de appetitu mali angeli reſpectu æqualitatis Dei, vnde ſic dicit ad litteram. Sciendū eſt (inquit) q͂ tam impoſſibile, q̄ appetibile aliquid dicitur dupliciter. ſ. per ſe, & per accidens, impoſſibile per ſe uocatur, non q͂ hic, aut nūc, aut pp talem hypothecā, eſt impoſſibile, ſed ſimpliciter eſt impoſſibile, per accidens verò, quod redditū eſt impoſſibile ex aliqua ſuppōne, appetibile aūt per ſe, & per accidens q̄d dicat̄, manifeſtū eſt.

Tho Caietanus defenſor S.Tho.

¶His ſtātibus dico tria. Primò, q͂ impoſſibile per ſe nō eſt per ſe appetibile. Secundò, q͂ impoſſibile p ſe poteſt appeti per accidens. Tertiò, q͂ impoſſibile per accidēs poteſt appeti per ſe, & ab hoc tertio, inchoando declaratur ex continua in nobis experientia, quilibet enim, ſecluſa fide de omnipotētia Dei, & de reſurrectione mortuorum, & immortalitate animæ, mortuo filio, deſiderat eius vitā, & totaliter perdito, ac abſciſſo membro deſiderat corporis integritatem, & alia huiuſmodi. quæ ſupponūtur impoſſibilia, per accidens tn̄, qm̄ hic, aut nunc redditæ ſunt hæc impoſſibilia, quemadmodū deſideramus aliquod peccatū non fuiſſe, ſecundū uerò ex Dei odio manifeſtatur, odientes enim eum non ſolū uolunt hoc impoſſibile per accidēs. ſ. ipſum, vt punitorem non eſſe, ſed volunt hoc impoſſibile per ſe. ſ. ipſum, qui punit non eſſe, ſed hoc appetunt per accidens, pro quanto illius non eſſe apprehēdunt coniunctū

alicui appetibili apparenti, & conuenienti odientibus eum. Primum autem eſt per ſe notum, quoniã impoſſibile per ſe ſecundum ſeipſum, nec habet rationem entis, nec non entis, quia impleat contradictoria, & conſequenter nõ poteſt ſub propria ratione appeti, & ſic cum hoc, quod eſt me eſſe ęqualem Deo, ſit impoſſibile per ſe, non poteſt eſſe per ſe appetibile. Et ſi his adiicias, ꝙ hoc eſt naturaliter cognitum, & euidens angelo, in quo paſſio locum habere non potuit, conſequens eſt, ꝙ non potuit hoc appetere, & ex dictis patet reſponſio ad obiecta primi dubij. Nam prima obiectio de odio Dei nihil aliud concludit, niſi ꝙ per accidens appetunt odiẽtes Deum illum non eſſe, quod non eſt inconueniẽs. Secunda quoque, aut nihil infert, aut idem. ſ. ꝙ per accidens appetitur impoſſibile, nihil quidẽ, quia ex fetu ſe non ſequitur, niſi velle ſe eſſe ſummum bonum ſibi, & nõ ſummum bonum ſimpliciter, idem autem quoniam ſe eſſe ſibi ſummum bonum, non niſi conſequenter, & per accidens appeteretur. Tertia obiectio etiam aſſumit falſum, quia amicitia nõ eſt ad inanimata, vt dicitur 8. ethic. & ſupponit falſum. ſ. ꝙ ens incomplexum, vt ſic ſit concupiſcibile, & ſubſumit falſum. ſ. ꝙ hoc. ſ. creaturam eſſe æqualem Deo ſit ens quoddam, cum implicet contradictoria, & conſequenter nec ens, nec non ens. Solutionem autem Sco. non oportet aliter infringere, quia ex dictis patet, ꝙ diſtinctio illa locum habet reſpectu impoſſibilium per accidens tantum, loquendo de appetitu per ſe.

Amicitia nõ eſt ad inanimata, quia carent voluntate.

¶ Ad obiectiones autem Sco. contra ſecundum dubium breuiter dicitur, ꝙ nec voluntas ordinata, nec deordinata poteſt velle accidens, & non conſequens, ſi neceſſaria ſequela eſt cognita, & loquor de velle, ſiue ex principaliter, ſiue ex conſequenti per ſe, vel per accidens: alioquin quilibet excuſaretur à peccato, dum vellet antecedens. ſ. bonum delectabile, & non conſequens. ſ. deformitatem annexam. Vnde implicat, ꝙ aliquis velit epiſcopatum, & ſciat ipſi neceſſariò annexum ſacerdotium, & ſaltem ex conſequenti non velit illud.

Quando inter antecedens, & conſequens cadit aliquod medium, poteſt quis velle antecedens, nolendo conſequens.

¶ Ad ultimam autem obiectionem dicitur, quòd ratio ſancti Thomæ non ſupponit illud, ſed ſupponit, quòd ſermo ſit de primo peccato angeli, quod nec ignorantia, nec paſſione poteſt excuſari, & ad obiectum, ad quod natura appetentis incentiuum præbebit, oportuit terminari: conſtat enim, quòd natura, ſecluſis ignorantia, & paſſionibus, non impellit, etiam per accidens ad eius per ſe primo poſitum, ſ. licet non eſſe eius.

Soluuntur rationes, & reſponſiones Tho. Caietani.

RESPONDEO, & dico primò, quòd iſte nouus expoſitor, nec rationes Doct. quibus probat impoſſibile ſimpliciter poſſe appeti, ſoluit, & per conſequens nec poſitionem Tho. ſaluat, nec reſponſiones Doct. ad rationes Tho. euacuat, vt ſatis patet intuenti.

¶ Dico ſecundò, ꝙ illa diſtinctio de impoſſibili per ſe, & per accidens non videtur multum ad propoſitum, quia ſi concedit impoſſibile per accidens, poſſe appeti eo modo, quo ipſe expoſuit, ita facilè concedi videtur de impoſſibili per ſe, patet, quia non credens omnipotentiam Dei, nec reſurrectionem, nec animæ immortalitatem, ita eſt ei impoſſibile appetere vitam filij iam mortui, ſicut appetere ęqualitatem Dei, & licet vnum ſit magis impoſſibile in ſe, quàm aliud, ex quo tamẽ reperit vtrumque omninò impoſſibile per quamcunque potentiam, nõ videtur poſſe euadi, quin ſi concedatur aliquem poſſe appetere aliquid, quod credit ſimpliciter eſſe impoſſibile, quin etiam poſſit appetere illud, quod eſt omnino impoſſibile, licet in ſe ſit magis impoſſibile, ſicut eſt ſimpliciter magis impoſſibile hominẽ poſſe eſſe Deũ, quam hominem poſſe eſſe angelũ, tamẽ ſi quis poteſt appetere eſſe angelum, ita poteſt appetere eſſe Deum, quia ratio, ꝙ non ſit appetibile eſt impoſſibilitas, ꝙ modo ſit maior, vel minor non refert, & ſic iſte expoſitor vnde credit ſaluare Tho. inde eum damnare videtur.

¶ Tertiò, quod dicit, ꝙ impoſſibile per ſe ſecundũ ſeipſum, nec habet rationẽ entis, nec non entis, quia implicat contradictoria, & conſequenter nõ poteſt ſub propria ratione appeti. Hæc littera redditur cõtra eum, qui fecit eam, quia ſi illud, quod nõ habet rationẽ entis, nullo modo eſſet appetibile, quia repugnat. Sequitur, ꝙ reſurrectio nullo modo ſit appetibilis non credenti. quia ab ipſo reputatur omnino repugnans, & per conſequens non habere rationem entis, videtur etiam contra Tho. vbi ſupra, qui vult, ꝙ angeli mali potuerunt appetere, ꝙ eſt proprium ſoli Deo, vt patet in littera, & tamen notum erat ipſis hoc eſſe omnino repugnans, & impoſſibile. & per conſequens nihil eſſe. Patet etiam hoc eſſe contra eum, quia Deum non eſſe, eſt ſimpliciter repugnans, & impoſſibile, & tamen ipſum nõ eſſe poteſt appeti, vt ipſe dicit, nec refert, quod dicit, ꝙ volunt ipſum non eſſe pro quanto illius non eſſe, apprehenditur coniunctum alicui appetibili apparẽti, & conuenienti odientibus eum, quia quomodocunque accipiat ipſum Deum non eſſe, reputabitur omnino eſſe impoſſibile. Et quod dicit me eſſe ęqualem Deo eſſe impoſſibile per ſe, & per conſequens non eſſe per ſe appetibile, reſponſum eſt ſupra, quia ſi talis impoſſibilitas ſit non ens, & non cadat ſub obiecto intellectus, & volũtatis, tamen ratione partium conſtituentium illud impoſſibile dicitur ens, & de ſe contineri ſub obiecto intellectus, & voluntatis, & eſſe verè appetibile, aliud eſt enim loqui de ratione formali impoſſibilitatis, ſiue de aliqua impoſſibilitate formaliter, quæ tantum dicit repugnãtiam, & aliud eſt loqui de impoſſibilitate, prout includit entia verè appetibilia. Primo modo non eſt appetibilis, cum ſit ſimpliciter nihil, ſed bene ſecundo modo, quia ſecundo modo appeto aliquid verũ ens, quod eſt merè appetibile, licet non appetam illud abſolutè, ſed in ordine ad aliud, cui appeto illud, & per cõſequens magis appeto illud, cui appeto, & cum dicit, ꝙ ens incomplexum non ſit concupiſcibile. Dico, ꝙ hoc habet probare, poteſt enim voluntas habere actum circa aliquod incomplexũ, puta diligere Deum in ſe eſt ſub propria ratione deitatis, non habendo reſpectum ad bonitatem ipſius, ſed de hoc magis patebit in tertio, diſt. 27. Deinde cum dicit creaturam eſſe ęqualem Deo, non eſſe aliquod ens, nec non ens patet ſolutio ex ſupradictis, quomodo poſſet dici ens, & nõ ens, vt diſtinguit Doct. reſpondendo ad ſecundam rationẽ Tho. & ſi diſtinctio Doct. nõ erat bona, debebat eam infringere, & non negare ſimpliciter propoſitionem habentem duplicem ſenſum, cum ſecundum vnum ſenſum poſſit eſſe vera, & ſecundum alium eſſe falſa, & cum dicit ſolutionem Sco. non oportet aliter infringere, quia ex dictis patet, &c. Dico, quòd hęc reſponſio, & ſimiles faciliter poſſent euadere omnes difficultates, certum eſt enim, ꝙ ſolutio Docto. nec hic, nec alibi infringitur.

Quomodo iſte vir Lycnetus ſoluit omnia argumenta Caietani.

Lychetus cõtra Caietanum.

¶ Ad illud, ꝙ dicit, ꝙ voluntas, ſiuè ordinata, ſiuè deordinata nõ poteſt velle antecedens, quin velit cõſequẽs, ſi neceſſaria ſequela eſt cognita. Dico (vt ſupra dixi) reſpondendo ad vltimam rationem Tho. Et quod dicit, ꝙ tunc quilibet excuſaretur à peccato, dum vellet antecedens. ſ. bonum delectabile, & non conſequens. ſ. deformitatem annexam.

¶ Dico primò, ꝙ aliud eſt velle delectabile abſolute, & aliud eſt velle delectabile, puta immoderatè, &

tè, & ſine debitis circumſtantiis.

Primo modo non eſt peccatum, & ſic ſtat, quòd aliquis velit appetibile, & non deformitatem, & ſic patet quomodo deformitas illa non conconmitatur ad appetibile abſolutè.

Secundo modo appetẽs delectabile immoderatè, & exceſſiuè, non eſt ibi diſtinguere antecedens, & conſequens, cum tale appetibile, vt ſic ſit tantum vnum appetibile carens debitis circumſtantiis, ſi dicatur, poſſum illud appetere exceſſiuè, & non appetere deformitatem. Dico, quòd idem eſſet, ac ſi appeterem hominem album, & non appeterem albedinem. Dico etiam, quòd poſito, quòd quis appetat delectabile exceſſiuè, & non appetat deformitatem conſequentem, non ſequitur, quòd ille nõ peccet, quia dum appetit exceſſiuè, ſtatim peccat, quia tale appetibile concomitatur deformitas, quæ ſiuè ſit volita, ſiuè nolita non minus ſequitur peccatum, vt infra patebit in iſto ſecundo, diſt. 37. immò communiter omnes vellẽt appetibilia, & immoderatè, & nollent deformitantem conconmitantem, & tamen ex hoc non effugiunt peccatum. Multa etiam poſſent dici contra iſtum expoſitorem, ſed breuitatis cauſa iſta ſufficiant. *Nota hæc omnia.*

Quæſtio Secunda.

Vtrum peccatum Angeli fuerit ſuperbia.

Seraphicus Bona. 2. ſent. diſt. 5. q. 1. artic. 1.
Scot. 2. ſent. diſt. 6. quæſt. 2.
D. Thomas prima parte ſummæ, q. 63. art. 2.
Riccardus 2. ſent. diſt. 5. q. 1.
Franciſcus de Mayr. 2. ſent. diſt. 5. q. 4.

VTRVM primum peccatum angeli fuerit ſuperbia. In iſta quæſtione ſunt duo principaliter videnda.

Primò eſt oſtendendum, quæ fuit malitia in angelo peccante.

Secundò, ad quod genus peccati pertinebat iſta malitia.

¶Circa primum, licet littera ſit ſatis clara, ſuccinctè tamen aliqua dicam.

Primò dicit, q duplex eſt actus voluntatis. ſ. velle, & nolle, qui ſunt actus poſitiui, & entitates abſolutè, vt patet ab ipſo Doct. in quolib. q. 23.

Secũdò declarat quid ſit velle, & nolle, quia nolle eſt actus, quo voluntas fugit diſconueniens, & velle eſt actus, quo voluntas acceptat conueniens.

Difficultas. ¶ Sed hic occurrit difficultas, quia non videtur aliquod obiectum voluntatis eſſe diſconueniens ipſi voluntati, patet, quia ſicut obiectum intellectus, & omne contentum ſub tali obiecto eſt conueniẽs ipſi intellectui, ita videtur, quòd omne obiectum voluntatis ſit conueniens ipſi voluntati, & hoc patet expreſsè à Doct. in quarto, diſt. 44. q. 2.

¶Reſpondeo, quòd hæc difficultas requirit prolixiorem tractatum, vnde ſit diſconuenientia obiecti ex parte voluntatis, quæ difficultas pro nunc differatur vſque ad decimamquintam diſtin. tertij. & aliqualiter vſque ad 44. diſtinct. quarti. Aliqui tamen Scotiſtæ dicunt, quòd nullum obiectum voluntatis abſolutè ſumptum eſt diſconueniens, ſed ſit diſconueniens, pro quanto repugnat obiecto conuenienti ipſi voluntati, ſicut exponunt de auaro, nummo, & pane, quòd panis ſit diſconueniens auaro, quia non repugnat nummo, qui eſt valde conueniens ſibi, quia ſi vult panem, oportet amittere nummum. Et licet iſta expoſitio ſit ſatis conueniens, quia tamen non tangit rationem formalẽ obiecti conuenientis, & diſconuenientis, ideo pro nunc differatur ad loca ſupradicta. *Opinio aliquorum Scotiſtarum.*

¶Tertiò dicit, quòd velle eſt duplex, ſcilicet velle amicitiæ, & velle concupiſcentiæ, & velle amicitiæ eſt obiecti, cui volo bonum, & velle concupiſcentiæ eſt obiecti, quod volo alicui alij amato. Exemplum primi. Diligo Franciſcum in ſe. Exemplum ſecundi. Diligo pecunias Franciſco. Et communiter amatum amore amicitiæ eſt finis reſpectu amati amore concupiſcentiæ. *Velle eſt duplex.*

¶ Quartò dicit, quòd omne nolle ſemper præſupponit aliquod velle, & patet exemplum de auaro, nummo, & pane, ut ſupra dixi. *Exemplum de Auaro.*

¶ Quintò dicit, quòd velle concupiſcentiæ ſemper præſupponit uelle amicitię, quia propter amatum amore amicitiæ concupiſco ſibi bonum, quod ſibi volo.

¶ Sextò dicit, quòd nullum nolle poteſt eſſe deordinatum, niſi præſupponat aliquod uelle deordinatum. Exemplum, quia ſi inordinatè amo inordinatè odio nociua, qui enim inordinatè diligit ſibi vitam, inordinatè refugit nociua vitæ inordinatæ amatæ. Sequitur etiam, quòd non poteſt eſſe inordinatum nolle, niſi in uirtute alicuius inordinati uelle, ſi enim ordinatè diligo mihi vitam, ordinatè declino omnia nociua.

¶ Septimò dicit Doctor, ſi uelle amicitiæ eſt ordinatum, velle concupiſcentię erit ſimiliter ordinatũ, ſi enim ordinatè amo Ludouicum amore amicitiæ ordinatæ, concupiſco ſibi bonum, & ſi inordinatè amo illum, inordinatè concupiſco ſibi bonum. Ex his patet quomodo uelle amicitię eſt prima radix actus boni, vel mali.

¶ Ibi. Sequitur igitur, quòd ſimpliciter actus primus inordinatus uolũtatis fuit primum uelle amicitiæ reſpectu eius, cui voluit bonum. Hic Doctor declarat qualis fuerit primus actus inordinatus angeli, & circa quod obiectum, de primo patet ex ſupra dictis, quòd fuit primum uelle amicitiæ, quo angelus aliquid inordinatè diligit in ſe. De ſecundo dicit Doct. duas concluſiones. *Qualis fuerit primus actus inordinatus angeli.*

Prima, quòd talis amor amicitiæ inordinatus non fuit circa Deum, quia à nulla creatura quantumcũque perfecta poteſt inordinatè amari Deus amore amicitiæ, etiam ſi infinito amore amaretur, cum ſit ſimpliciter diligibilis amore infinito, immò perfectiſſima ratio obiecti diligibilis amore amicitiæ eſt ipſe Deus ſub ratione deitatis, vt patebit in tertio, diſtinct. 27.

Secunda concluſio eſt affirmatiua, & eſt talis, quòd amor amicitiæ inordinatus fuit circa ſeipſum. Nam angelus nimis intenſè, & immoderatè ſe dilexit, & quod talis amor primo fuerit circa ſeipſum, probat Doctor duabus rationibus.

Prima, quia inclinatio naturalis magis inclinauit ad ſe, quàm ad aliquid aliud creatum ſic amandum: hoc enim eſt veriſimile, quia ex quo inordinatè dilexit creaturam, magis videtur diligere primò illud, ad quod inclinatio naturalis impellit.

Secunda ratio eſt, quia angelus magis ſe intellexit, quàm alias creaturas, tum quia perfectè cognouit ſe per eſſentiam ſuam, ut ſupra patuit diſtinctione tertia. Tum quia eſſentia angeli fuit intellectui ſuo magis præſens, & magis proportionata in ratione obiecti perfecti intelligibilis intuitiuè, quàm aliqua alia creatura: videtur ergo ueriſimile, quòd pro illo tunc magis dilexerit, quàm aliam creaturam.

¶Ibi. Reſtat nunc uidere de inordinatione ipſius

velle concupiſcentiæ. Nam ex quo Doct. ſupra probauit, ꝙ inordinatum velle cõcupiſcentiæ præſupponit inordinatum uelle amicitiæ, & quia primus actus inordinatus in angelo fuit amor amicitiæ ſui, cum ſibi amato multa inordinatè concupiuit, & dicit Doctor, quòd primò concupiuit ſibi inordinatè beatitudinem, & hoc probat quatuor rationibus.

Quomodo concupierit inordinatè beatitudinem.

Prima eſt ibi. Nam primum concupiſcere inordinatum, &c. vt clarius intelligatur iſta ratio. Declaro aliqua. Primò, ꝙ uoluntas poteſt dupliciter conſiderari, videlicet, ſecundùm affectionem iuſtitiæ, uel ſecundum affectionem commodi. Primo modo tãtum ſequitur rationem rectam intellectus, quia electio recta conformiter ſe habet rationi rectę, ut patet 6. ethic. & diffuſè expoſitum eſt in quęſtio. vlt. prolo. Secundo modo tantum ſequitur naturalem inclinationem, quæ ſemper eſt ad propriũ commodum, & ualde delectabile, & ut ſequitur affectionem commodi declinat à regula recta, & à ratione recta, ut infra patebit. Primo etiam modo nunquam contingit uoluntatem peccare, & ſecundo modo contingit ſemper uoluntatem inordinatè agere.

Secundò præmittendum eſt, ꝙ appetitus naturalis, ſiue inclinatio naturalis uoluntatis eſt ſimpliciter ad ſummam perfectionem neceſſariò, ſemper, & ſummè, ut declarat Doct. in quarto, diſt. 49. & talis appetitus eſt ad ſummum commodum ſibi, ut oſtendit Doct. infra in iſto ſecundo. diſt. 23.

Tertiò præmitto, ꝙ Deus ordinauit uoluntatem debere eſſe moderatricẽ talis appetitus, ideſt quòd non uelit, ſicut appetitus inclinat, exempli gratia. Deus uult dare beatitudinem tantum pro meritis, & tantam beatitudinem, quamuis appetitus naturalis ſit ad ſummam beatitudinem, etiam nullis meritis exiſtentibus, ſi uoluntas in appetendo beatitudinem, ſequitur naturalem appetitum ſui, ſtatim peccat.

Quartò præmitto, ꝙ uoluntas creata, quæ non eſt regula ſui actus, ut infra patebit diſtin. 23. relicta regula iuſtitię communiter ſequitur appetitum naturalem ſui. Ex his formo rationem appetitus naturalis angeli fuit ad ſummam beatitudinem, tanquam ad ſummum commodum ſibi, & ſummum delectabile, ſed uoluntas angeli relicta regula iuſtitiæ. primò ſequitur talem appetitum, ergo peccatum ipſius fuit inordinatum concupiſcere reſpectu beatitudinis, quam inordinatè ſibi concupiuit, ut ſummum commodum, & ſummum delectabile.

¶ Confirmatur iſta ratio, quia ſicut primum velle amicitiæ inordinatum fuit circa ſe, ad quod primò erat inclinatio naturalis, vt ſupra expoſui, ita primum uelle concupiſcentiæ inordinatum fuit circa ſummum delectabile, ad quod primò erat inclinatio naturalis.

¶ Ibi. Secundò probatur. Hæc eſt ſecunda ratio principalis, ad quam intelligendã præmitto aliqua.

Triplex eſt bonum

Primò, ꝙ triplex eſt bonum, honeſtum, utile, & delectabile. Honeſtum eſt duplex. Primum, quod eſt primò, & per ſe honeſtum, concomitanter tamẽ eſt bonum commodi, & delectabile, vt ſunt uirtutes & actus morales. Secundum eſt bonum honeſti concomitanter, principaliter tamẽ eſt bonum delectabile. Vnde Doct. in quarto, diſt. 46. q. 4. Sic dicit bonum (inquit) intellectuale in genere duplex eſt, bonum. ſ. commodi, & bonum honeſti. Bonum quidẽ utile, quod ponitur tertium ad alterum illorum reducitur, ſecundùm quod ad ipſum ordinatur. Et licet quandoque in eodem cõcurrant rationes commodi, & honeſti, ut in fruitione Dei in patria, immò generaliter omne honeſtum ſit commodum, licet non econtra, tamen ſummum commodum eſt beatitudo, & eſſet commodum, licet per impoſſibile non eſſet honeſtum, ſummum etiam honeſtum eſt charitas, & eſſet honeſtum, licet per impoſſibile non eſſet commodum, hæc ille. Accipio ergo bonum honeſtum primò, & per ſe, ꝙ ſi adhuc nõ eſſet bonum commodum, & delectabile, adhuc eſſet bonum honeſtum, & bonum honeſtum non primò, & per ſe, quod quamuis ſit bonum honeſtum. ſi tamen per impoſſibile eſſet ſeparata ratio boni honeſti, adhuc eſſet bonum commodum, ſiuè delectabile. Secundum bonum eſt bonum commodi, ſiuè delectabilis, & tale bonum in plus ſe habet, quàm bonum honeſtum, patet, quia omne bonum honeſtum eſt etiam commodum, & delectabile, non tamen omne bonum delectabile eſt bonum honeſtum, ut patet à Doctore ubi ſupra. Tertium bonum eſt bonum utile, & dicitur bonum utile in relatione ad aliud, cui eſt utile, & omne bonum honeſtum, & tam utile, quàm delectabile poteſt dici utile, ut patet à Doctore ubi ſupra, prout tamen dicitur utile, propriè dicitur ad aliquid utile.

Primum bonum.

Secundum bonum.

Tertium bonum.

Secundò pmitto, quòd triplex eſt amor, ſcilicet amor honeſti; utilis, & delectabilis, amor honeſti poteſt accipi dupliciter. Primò, ꝙ ex hoc dicatur amor honeſti, quia terminatur ad bonum honeſtum. Secundò, quòd dicatur amor honeſti ex hoc, quòd conformiter elicitur rationi rectæ. Primo modo amor honeſti non eſt ſemper ordinatus, patet, quia beatitudo eſt bonum honeſtum, quàm tamen angeli inordinatè dilexerunt. Secundus amor eſt ſemper ordinatus. Et de tali hic loquitur Doctor. Amor uerò utilis, qui eſt reſpectu alicuius rei utilis, talis amor propriè non eſt primus actus concupiſcendi, cum communiter pręſupponat alium, ſicut amo panem, quia utilis eſt ſuſtentationi naturæ, ideo prius concupiſco nutritionem ipſi naturæ, quàm panem. Sed amor delectabilis eſt ille, quo amo, & concupiſco delectabile. Tertiò præmitto, quòd primum concupiſcere ſimpliciter eſt reſpectu ſummè delectabilis, patet per primam rationem ſupra factam, quia uoluntas relicta regula iuſtitiæ, primò ſequitur, quantum poteſt, naturalem inclinationem ſui, quæ naturalis inclinatio primò eſt ad ſummum delectabile, & per conſequens primum concupiſcere inordinatum erit circa ſummum delectabile, quod eſt beatitudo.

Quid ſit amor utilis.

¶ Ex his ergo patet ratio Doctoris, quia ex quo primum peccatum in concupiſcendo fuit aliquod uelle, ſed tale uelle concupiſcentiæ inordinatæ, primò fuit circa ſummum delectabile, & tale eſt beatitudo, ergo, & quod dicit Doctor, uidelicet delectabile ſummum eſt bonum honeſtum, inquantum honeſtum, ut ipſa beatitudo: hoc dictum debet ſane intelligi, quia ipſa beatitudo, inquantum beatitudo, formaliter loquendo de beatitudine, quæ conſiſtit in fruitione Dei clarè uiſi, ſi per impoſſibile ſeparetur à ratione boni honeſti, adhuc eſſet ſummum delectabile, ut dicit Doctor diſtinctione quadrageſimaſexta, quęſtione quarta. debet ergo ſic intelligi, quòd ipſa beatitudo, etiam inquantum eſt ſummum bonum honeſtum, eſt ſummum bonum delectabile, uel poteſt exponi de obiecto beatifico, quod inquantum eſt ſummũ bonum honeſtum, eſt ſimpliciter ſummum bonum delectabile. Si dicatur. Quomodo angeli peccauerunt, concupiſcendo ſummum bonum honeſtum.

Quomodo Angeli peccauerint.

¶ Dico, quòd ideo peccauerunt, quia inordinatè concupierunt illud, uel quia ſine meritis præcedentibus, uel quia ante tempus præfixum, uel alio modo, ut infra patebit.

¶ Ibi.

¶Ibi. Tertiò hoc perſuadetur ſic. Hæc eſt tertia ratio, quę eſt ſatis clara, & eſt alia à præcedentibus, & ſtat in hoc, ſicut ſe habet appetitiua ſenſitiua ad ſenſitiuam apprehenſiuam, ſic ſe habet appetitiua intellectiua ad cognitiuam, ſed appetitiua ſenſitiua primò, & principaliter, & maximè quietatur in obiecto ſummè conuenienti ſuæ cognitiuæ, patet de appetitiua viſiua, quæ ſummè appetit pulcherrimum viſibile, quod eſt ſummè conueniens cognitiuæ viſiuæ: ergo & appetitiua intellectiua primò appetit, & concupiſcit obiectum conuenientiſſimum ipſi cognitiuæ, illud autem eſt ſumma felicitas: ergo appetitiua intellectiua angeli primò inordinatè concupiuit ſummam felicitatem.

Quarta ratio.

¶Ibi. Quartò hoc perſuadetur ſic. Hęc eſt quarta ratio, quæ eſt clara, & ſtat in hoc, quòd ſi delectatio ſumma eſſet ſeparata à quocunque alio primò appeteretur à voluntate deſerente regulam iuſtitiæ, patet, quia vt ſic valde ſequitur appetitum naturalem, qui ſummè eſt ad delectationem ſummam, & poſitis quibuſcunque aliis, puta excellentia, dignitas, & huiuſmodi, illa primò non appeterentur. Ex his ergo quatuor rationibus patet, quomodo primum concupiſcere inordinatum angeli mali, fuit in concupiſcendo beatitudinem.

¶Ibi. Quantum igitur ad iſtum ſecundum gradum, ſcilicet quantum ad peccatum angeli, videtur primò, quòd concupiuit beatitudinem. Hæc littera eſt ſatis clara vſque ibi.

Scotus facit tres rõnes.

¶ Et ſi arguas contra iſtud primo. Hic Doctor facit tres rationes, quibus probat, quòd angeli in appetendo beatitudinem non potuerunt peccare. Et prima ratio ſtat in hoc. Nulla voluntas in eliciendo actum conformiter appetitui recto peccat, ſed voluntas angeli in volendo beatitudinē vult illam conformiter appetitui recto, ergo. Maior patet, quia actus conformis regulæ rectæ nō poteſt eſſe inordinatus. Minor etiam patet, quia appetitus naturalis, cum ſit à Deo, eſt rectus, & talis eſt ad ſummam beatitudinem, cum ab omnibus vniformiter appetatur, ſecundùm Auguſt. 13. de Ciui. Dei. cap. 5.

¶Ibi. Nullus intellectus. Secunda ratio ſtat in hoc, ſicut ſe habet intellectus circa prima principia, ſic voluntas circa vltimum finem, patet iſta propoſitio, ſecundo phyſicorum. tex. commen. 89. Sicut principium in ſpeculabilibus, ita finis in operabilibus, ſed intellectus non errat circa principia, vt patet 9. metaphyſ. tex. commen. primi. ergo nec voluntas inordinatè vult vltimum finem, qui eſt beatitudo.

¶Ibi. Præterea boni. Hæc eſt tertia ratio Docto. & ſtat in hoc, ſi in volendo bonum commodi contingit peccatum, ſequitur, quòd ita boni peccant, ſicut & mali, conſequentia patet, quia boni habuerunt affectionem commodi, ſicut & mali, ſecundùm Anſelmum de Concor.

Scotus ſoluit has tres rationes.

¶ Ibi. Ad videndum, &c. Hic Doctor ſoluit has tres rationes, & antequam ſoluat eas, præmittit aliqua, quæ vt clarius intelligantur, reducenda ſunt per propoſitiones.

Prima affectio iuſtitiæ, de qua loquitur Anſelm. de caſu diaboli poteſt intelligi, vel de iuſtitia infuſa, quæ eſt gratia gratum faciens, vel de acquiſita, quę accipitur pro omni virtute morali, vel de innata, quæ eſt libertas voluntatis. Et nota, quòd libertas voluntatis, pro tanto poteſt dici iuſtitia innata, quia ex ſua ratione formali, & ex ſua innata libertate habet vnde poſſit conformiter agere regulæ ſuperiori, & ſi agit conformiter, tunc agit ſecundum affectionem iuſtitiæ.

Secunda propoſitio eſt ibi. Si eſſet angelus tantum habens affectionem commodi, & non iuſtitię, hoc eſt habens appetitum intellectiuum merè, vt appetitum talem, & non liberum, talis angelus nō poſſet non velle commoda, nec etiam non ſummè vellet talia, nec imputaretur ſibi in peccatum, quia iſte appetitus ſe haberet, &c. Hic aliqui exponunt Doctor. quòd talis appetitus eſt appetitus naturalis, ſed hoc non videtur ad mentem Doctor. quia ſecundum ipſum actus appetitus naturalis non ſequitur cognitionem, vt patet in quarto, diſtinctione quadrageſima nona, quæſtione decima, articulo primo. patet etiam in procœmio metaphyſicæ ſuæ, modo iſte appetitus, qui ponitur hic affectio commodi, ſequitur cognitiuam, patet per verba eius, vbi ſic ait. Iſte (inquit) appetitus ſe haberet ad ſuā cognitiuam, ſicut modo appetitus viſiuus ad viſum neceſſariò conſequendo oſtenſionem iſtius cognitiuæ, & inclinationem ad optimum oſtenſum à tali potentia, quia non haberet vnde ſe refrenaret hæc ille. Patet ergo ex iſta littera, quòd non accipitur hic talis appetitus pro appetitu merè naturali, quia non diceretur appetitus conſequens cognitiuam, ſicut dicimus, quòd in potentia viſiua eſt duplex appetitus, ſcilicet naturalis, qui nullo modo ſequitur cognitionem, & ſenſualis, qui vt ſupponit cognitionem, & vterque diceretur appetitus commodi, ſed vnus ſequeretur cognitionem, alius verò non, ſic pariformiter poſſet dici de natura intellectuali angeli, quòd per impoſſibile eſſet circumſcripta libertate voluntatis, eſſet ibi diſtinguere duplicem appetitum, videlicet merè naturalē nullo modo ſequentem cognitionem, & appetitum intellectualem ſequentem cognitionem, & ſicut appetitus naturalis ſucceſſiuè, & neceſſariò inclinatur ad perfectionem, ad quam eſt, ita appetitus naturalis ſequens cognitionem, neceſſariò, & ſucceſſiuè appetit delectabile præcognitum, ſicut & appetitus ſenſitiuus neceſſariò appetit delectabile poſtē ſum à potentia ſenſitiua, & in tali appetitu non contingit, nec ordinatè, nec inordinatè agere.

Appetitus naturalis nō ſequitur cognitionē.

Tertia propoſitio.

¶ Tertia propoſitio. Affectio iuſtitiæ, quæ eſt primò moderatrix affectionis commodi, & quantum ad hoc, quòd non oportet voluntatem actu appetere illud, ad quod inclinat affectio commodi, nec etiam appetere ſucceſſiuè eſt libertas innata voluntatis, vt iſta propoſitio clarius intelligatur, præmitto aliqua.

Primò, quòd in voluntate poſſumus conſiderare duplicem appetitum, ſcilicet naturalem merè non ſequentem cognitionē, & intellectiuum ſequentem cognitionem, iſti duo appetitus ſummè tendūt in obiecta maximè delectabilia.

Nota & benè hæc omnia.

Secundò præmitto, quòd in eadem voluntate eſt alius appetitus liber, quo ipſa voluntas poteſt conformiter velle aliis appetitibus, & difformiter, patet, quia appetitus naturalis volūtatis eſt ad ſummam beatitudinem, ſemper & ſummè, & tamen appetitus liber non ſemper vult illam, ſed pro illo tempore, pro quo Deus vult ſibi dare, & ſic vult difformiter illis appetitibus.

Tertiò præmitto, ꝙ iſta libertas dr̄ moderatrix affectionis commodi, & hoc dupliciter. Primò, nō volendo illud, in quod affectio commodi tendit. Secundò, non volendo ita intenſè. De iſta autem moderatione dictum eſt in primo, diſtinctione 17. & ſic patet iſta tertia propoſitio, & patet littera ſequens vſque ibi. Ipſa eadem facta iam libera, (quia nihil aliud eſt, niſi quòd vna res includat virtualiter plures rationes perfectionales, quàm includeret, ſi eſſet ſine ratione libertatis) per rationem libertatis poteſt ſe moderari in volendo, &c.

Quod dicit hic, quòd eadem res includit, &c. clarè patebit infra di.16.q.2. quomodo eadem anima intellectiua virtualiter includit potentiam intellectiuam, & volitiuam, quæ ſunt diſtinctæ perfectiones ex natura rei, in ipſa anima nõ realiter diſtinctæ, nec adinuicẽ, nec ab ipſa anima, prout ergo ipſa anima, ſiuè natura angeli conſideratur, vt includit libertatem voluntatis, plures rationes perfectionales virtualiter includit, quia intellectum, & voluntatem, quàm ſi eam non includeret.

Quarta propoſitio. ¶ Quarta propoſitio eſt ibi. Poteſt autem voluntas, ſeipſam potens moderari, immoderatè beatitudinem velle, quæ ſibi congruit tripliciter, vel quantum ad intenſionem, volendo eam maiori conatu, q̃ ſibi conueniat, vel quantum ad accellerationem, volendo eam ſibi citius, quàm ſibi conueniat, vel quantum ad cauſam, volendo ſibi eam aliter, quàm ſibi cõgruat, puta ſine meritis, vel fortè modis aliis, de quibus non oportet hic curare. Aliquo iſtorum modorum in appetendo beatitudinem potuerunt angeli mali peccare, & patet littera.

Scotus ſoluit tres rationes ſuperius factas. IBI. Per hoc ad argumenta. Nunc Doct. ſoluit illas tres rationes ſuperius factas. Ad primam dicit tria. Primò concedit, ꝙ appetunt naturaliter beatitudinem, & tali appetitu nullo modo peccant, cũ ille, & eius inclinatio ſit à Deo, & tale appetere nõ eſt actus elicitus, ſed ſolũ inclinatio naturæ, vt probabit in quarto, diſt.49. quæſt.10. ar.1. Et poſito, ꝙ eſſet actus elicitus, adhuc non eſſet peccatum, quia ille de neceſſitate eliceretur. Secundò dicit, ꝙ volũtas, vt libera in appetẽdo beatitudinem poteſt peccare, cum teneatur moderare naturalem appetitũ, vt expoſitum eſt ſupra. Tertiò dicit, quòd quamuis appetitus naturalis ſemper ſit rectus, tamen voluntas libera poteſt peccare, volendo conformiter tali appetitui, quia tenetur ſe conformare regulę ſuperiori, ſcilicet voluntati diuinæ, quod magis patebit in quarto, diſtinct.50.

¶ Ibi. Ad ſecundum dico per idem.

¶ Ad ſecundam rationem Doct. dat duas reſpõſiones, quarum prima eſt, quòd nõ eſt ſimile de voluntate, & intellectu, quia intellectus de neceſſitate naturæ aſſentit vero, voluntas autem libere, & contingenter, & ideo poteſt peccare, poteſt.n. auertere intellectum à conſideratione obiecti, & ſi ſpeculatio obiecti ſit peccatũ materialiter, tenet auertere intellectũ à tali ſpeculatione. Quomodo autem aliqua ſpeculatio poſſit dici peccatum materialiter patebit in iſto ſecundo, diſt.42. quæſt.2. Et ſimiliter quomodo intelligatur iſta propoſitio, ſicut principium in ſpeculabilibus, ita finis, &c. aliqualiter, patet à Doct. in prologo, quæſt. vltima, & multo clarius, patet in primo, diſt.1. quæſt.4.

¶ Secunda rñſio eſt, tenendo ſimilitudinem intellectus, & voluntatis intellectus circa verũ, voluntas circa finẽ. Concedit Doct. quòd ſicut intellectus nõ errat circa primum verum aſſentiendo illi primo vero in ſe, ſic voluntas non peccat, volendo vltimũ finem in ſe, quia talis volitio eſt volitio amicitiæ, quæ circa vltimum finem nullo modo poteſt eſſe inordinata, vt ſupra patuit. Et ſicut intellectus *Quomodo intellectus poſſit errare, & voluntas peccare.* poteſt errare circa primum verum, aſſentiendo illi propter aliud, ſic voluntas poteſt peccare circa vltimum finem, volendo illum eo modo, quo nõ conuenit, qui modus ſupra patuit.

¶ Ad tertium concedit Doct. quòd in bonis erat appetitus naturalis ad beatitudinem, & tanta inclinatio, etiam maior inclinatio, ſi natura eorum fuit ita perfecta, tamen boni non peccauerunt, quia libertate ſuæ voluntatis moderabantur talem appetitum, actu enim elicito ſic volebant beatitudinem, ſicut ex diuina determinatione eis congruebat.

¶ Ad auctoritatẽ Anſelmi, ſcilicet voluntas commodum non velle nequit. Doct. dicit, quòd boni nec potuerunt, nec voluerunt nolle ſibi beatitudinem, etiam ſibi concupiſcendo. Hìc eſſet bona difficultas, an volũtas poſſit nolle beatitudinem, ex quo libera eſt reſpectu vtriuſque actus. Dicerem tamẽ, quod ex quo in beatitudine nulla ratio mali appareret, ſed tãtum ratio boni, quòd voluntas non poſſet nolle, nec odire eam. Sed quomodo hoc ſtat cũ perfecta libertate voluntatis inferius declarabitur in iſto ſecundo. Sequitur in littera. Sed illam non voluerunt plus ſibi, quàm Deo bene eſſe in ſe, ſed minus, quia illud velle ita potuerunt moderari per libertatem. Vult dicere Doct. quòd boni prius voluerunt de eo bene eſſe, amando ipſum amore amicitiæ, & plus quàm quodcunque aliud, & per conſequens ſi voluerunt beatitudinem actu elicito, eam voluerunt eo modo, quo eis congruebat ex determinatione diuinæ voluntatis, & ſic angeli boni moderabantur affectionem commodi.

¶ Ibi. Et ſi obijcias. Ergo nullo modo appetebant bene ſibi beatitudinem, ſed tantum benè moderabantur appetere.

¶ Dicit Doctor, quòd appetere, ſiuè concupiſcere actum perfectum, vt per illum magis habeat obiectum in ſe, eſt ex affectione iuſtitiæ, & ſic boni potuerunt appetere beatitudinem, vt habentes illã perfectius amarent ſummum bonum, & iſte actus concupiſcẽdi beatitudinem eſſet meritorius, quia non vtitur fruendo, ſed fruitur eo, quia bonum, quod concupiſco mihi, ad hoc concupiſco, vt plus amem illud bonum in ſe. Et videtur dicere Doct. quòd ſi voluntas appeteret illam beatitudinem, vt tantum ſiſteret in tali amore concupiſcentiæ, non rectè appeteret. Si verò appetat illam, puta fruitionem eſſentiæ clarè viſæ, vt magis amet illam amore amicitiæ, tunc bene amat, & hoc ſi appetit, ſicut ſibi congruit ex determinatione diuinæ voluntatis.

¶ Ibi. Viſo igitur de primo inordinatè concupito. Dicit Doctor, quòd vltra primum inordinatè concupitum amore concupiſcentiæ, quod fuit ipſa beatitudo, vt ſupra patuit, potuit inordinatè concupiſcere, multa alia puta excellentiam reſpectu aliorum. Et vltra habuit inordinatè nolle, nolendo oppoſita eorum, quæ concupiuit, quia ſicut immoderatè concupiuit ſummam beatitudinam, ita immoderatè noluit oppoſitum eius, & patet littera.

¶ Ibi. Sed hìc eſt vnum dubium, an ſcilicet aliquis poſſit appetere Deum non eſſe. Hic Doct. *Dubium.* videtur tenere, ſicut etiam alibi, quòd Deus in ſe odiri non poſſit, nec ſimiliter aliqua perfectio attributa Deo, cum ibi nulla ratio mali reperiatur, ſed tantum ratio boni, effectus tamen Dei, puta effectus iuſtitiæ vindicatiuæ poteſt odiri, & per conſequens concomitanter videtur, quòd Deus poſſit odiri.

IN iſta littera occurrit non parua difficultas, *Pulchra difficultas.* videlicet, quare voluntas non poſſit Deum odire in ſe, ex quo habet ens, inquantum ens, pro obiecto ſibi adæquato, vt ſupra patuit præſenti diſt.q.1. & in quarto, diſt.49. & in primo, diſtinc.3.q.3. vbi vult, quòd idem ſub eadẽ ratione formali ſit obiectum intellectus, & voluntatis: cum ergo ipſa voluntas ſit libera reſpectu cuiuſcunque contenti ſub eius obiecto adæquato, quare non poteſt eſſe libera circa Deum, ipſum liberè, vel volendo, vel nolendo, tum quia ipſa eſt eſſentialiter libera ex hoc, quòd poteſt liberè elicere actus ſuos, vt patet à Doctore in primo, diſtinctio.1. & 10. & in iſto ſecundo, diſtinctione 25. & per Auguſt. primo retract.

Nihil

Nihil eſt tam in poteſtate voluntatis, quàm ipſa voluntas, ideſt quàm ipſe actus voluntatis, ſicut Doct. exponit Aug. in primo, diſt. 1. q. 2. & di. 7. & in quarto, di. 49. & ſic videtur, ꝙ ſicut poteſt velle Deum in ſe, ꝙ ita poſſit nolle Deum in ſe, & odire, tum quia iſti duo actus nolle, & velle reſpectu eiuſdem obiecti ſunt contrarij, vt patet à Doct. in tertio, diſt. 30. & alibi. ergo ſicut voluntas poteſt habere velle circa vnum obiectum, ita & nolle circa illud idem.

Scotus exponit Auguſtinum.

An Deum poſſit odiri in ſe.

¶ Dico ſuſtinendo, quòd non poſſit Deum odiri in ſe, quamuis Doctor de hoc dubiè loquatur in primo, diſtinct. 1. quòd voluntas habet ens inquantum ens pro obiecto adæquato, ſic quòd poteſt velle illud, vel in ordine ad ſe, vel in ordine ad aliud, vt patet à Doctore in iſta quæſtione. Reſpectu autem nolle non habet ſimpliciter ens, inquantum ens, ſed habet ens creatum, in quo eſt defectus alicuius boni. & etiam aliquando poteſt eſſe ratio alicuius mali, & quia ipſe Deus eſt ſummum bonum, in quo nulla eſt ratio alicuius mali, nec defectus alicuius boni, ideo non poteſt illum odire, nec Doctor dicit, quòd reſpectu cuiuſcunque entis habeat velle, & nolle, ſed bene dicit, quod habet velle. Et cum dicitur, quòd eſt eſſentialiter libera, &c. Dico, quòd libertas propriè non attenditur penes actus contrarios, quia tunc Sol poſſet dici agens liberè, quia poteſt habere actus contrarios, puta conſtringere, & liquefacere, ſed dicitur libera propter actus contradictorios, puta quia eſt in poteſtate ſua amare, & non amare, & ſic Doctor dicit in primo, diſt. 1. & alibi, quòd voluntas reſpectu cuiuſcunque obiecti poteſt velle, & non velle, quæ ſunt contradictoria, & illud non velle eſt communiter actus ſuſpenſiuus, agens verò naturale approximatum paſſo, non habet in poteſtate ſua agere, & non agere, & ſic prima libertas voluntatis eſt principaliter reſpectu velle, & non velle, & ſic beatitudinem ſibi oſtenſam poteſt velle, & non velle, non tamen poteſt nolle, ſed de iſta materia alibi amplius dicetur.

QVANTVM ad ſecundum articulum reſtat videre de immoderato amore amicitiæ quale peccatum fuit, & de immoderata concupiſcentia beatitudinis, & de immoderato nolle conſequente.

Opinio Diui Bonauent.

¶ Ibi. Quantum ad primum. Hic Doct. recitat opi. Bonauen. in ſecundo, diſt. 5. qui videtur tenere, quòd primum peccatū mali angeli, quale fuit immoderatus amor reſpectu ſui ſit ſuperbia, & nititur hoc probare auctoritate Aug. 14. de Ciuit. Dei. cap. 13. vbi vult, quòd præſumptio eſt nimis placere ſibi, & ideo ſuperbi in ſcriptura dicuntur placentes ſibi.

An peccatū Luciferi fuerit ſuperbia.

¶ Ibi. Sed hic videtur dubium. Hic Doct. ꝓbat, quòd immoderata complacentia ſui, ſiuè immoderatus amor amicitiæ, reſpectu ſui, nō poteſt ꝓpriè dici ſuperbia, & hoc propter rationes formales diſtinctas, ſcilicet ſuperbię, & amoris amicitię immoderatæ reſpectu ſui, ꝗa ſuperbia propriè eſt immoderatus appetitus propriæ excellentiæ, ideſt eſt immoderatus amor concupiſcentiæ proprię excellentiæ, immoderata verò complacentia ſui, eſt immoderatus amor amicitiæ ſui, & ſic patet quomodo iſtæ rationes ſunt diuerſæ.

¶ Ibi. Itē ſecūdo præſumptuoſus, &c. Dicit Doct. quod ſi immoderata complacentia ſui eſſet ſuperbia, præcipuè pertineret ad præſumptionem, quæ eſt ſpecies ſuperbiæ, ſed hoc non, ꝗa præſumptuoſus videtur præferre ſe alijs, vel in bonis quæ habet verè, vel in his, quæ reputat habere de ſe, ſed immoderata complacētia ſui non eſt huiuſmodi, patet, ꝗa eiuſdem rationis videtur eſſe in malitia, videlicet, immoderatè ſe amare amore amicitiæ, & alium, vt proximum. Sed amando alium immoderatè nullus dicitur ſuperbus, vel præſumptuoſus, ſed magis luxurioſus, ergo nec ſic amando ſe.

¶ Ibi. Item non peccauit primò in appetendo excellentiam reſpectu aliorum, quia bonum ſibi, & ad ſe eſt præcedens.

¶ Ibi. Ideo dico. Hic Doctor determinat ſe loquendo de ſuperbia propriè dicta, quòd immoderatus amor ſui non poteſt dici ſuperbia, ſed ꝑpter maximam delectationē in amando ſe immoderate, talis amor poteſt reduci ad luxuriam.

Scotus ſoluit tria argumenta.

¶ Ibi. Ad iſta dico. Hic Doct. ſoluit illa argumēta, quibus probat immoderatum amorem ſui non pertinere ad ſuperbiam, nec ad aliquam ſpeciē eius. Aduerte tamen, quòd Doct. expreſsè tenet, quòd immoderatus amor, reſpectu ſui, nō poteſt dici ſuperbia propriè dicta, ſed magis luxuria. Et ſi poteſt nominari ſuperbia, vel pſumptio, hoc erit impropriè, & hoc modo ſoluit illa argumenta, quæ vidētur probare, quòd talis amor nullo modo ſit ſuperbia, & ſic reſpondet ad illa, tenendo, quod ſaltem ſit ſuperbia impropriè dicta, & præſertim, quòd dicatur præſumptio. Dicit ergo, quòd amans aliquod bonum immoderatè, vult illud immoderatè eſſe magnum bonum, immò maximum, & ideo immoderatè, quia abſque eo, quòd velit aliquid euenire, per quod creſcat, vult illud maius eſſe, quàm ſit. Hic declarat Doct. quare quis dicatur immoderatè diligere, dicit, quòd hoc contingit, quando non quærit media debita, per quæ illud bonum creſcat, & ſic diligens ſe immoderatè vult bonum ſuum eſſe ſummum, non tamen quærit, vnde hoc ſit, nec debita media, & quia non poteſt aliquod bonū infinitum eſſe maius, quàm ſit: præſumptuoſi hoc non potentes attingere volunt bonum ſuum eſſe maximum, & hoc vel in comparatione, vt præſit bonis aliorum, & ita voluntas talium primò eſt circa bonum ſuum, vt ſit maximum. Secundò eſt circa illud bonum, vt præemineat, & dominetur alijs, & ſic voluntas dominandi ſequitur velle, quo quis vult ſuum bonum immoderatè, & ideo in re præſumptio præcedit ſuperbiam propriè acceptam, vt videlicet eſt immoderatus appetitus propriæ excellentiæ, vt ſupra expoſui. Et nota, quòd duplex eſt excellentia, ſcilicet excellentia, quæ eſt relatio in ordine ad alios, quos quis excellit, & hoc eſt propriè obiectum ſuperbiæ. Alio modo accipitur excellentia, vt eſt quid abſolutum, & ſic excellentia non eſt aliud, niſi magnitudo in ſe, & ſic præſumptuoſus habet immoderatum amorem reſpectu ſuæ excellentiæ, ſiuè magnitudinis in ſe, ex qua magnitudine ſequitur excellentia, quæ eſt relatio ad alios.

Duplex excellentia.

Præſumptio an ſit peccatum intellectus.

¶ Ibi. Ad ſecundum dico, quòd præſumptio non eſt peccatum intellectus, vt quidam voluerunt dicere, quaſi intellectus præſumptuoſi iudicaret, vel oſtenderet ſe eſſe tantum, quantus non eſt, quia tunc in angelis fuiſſet ignorantia ante peccatum, quod non tenetur, ſed eſt peccatum voluntatis immoderatè appetentis bonum ſuum eſſe tantum quantum non eſt, & ex hoc ſequitur excæcatio intellectus.

¶ Ibi. Sed quando additur, quòd etiam illud velle ſui immoderatum, non videtur ſuperbia, ſicut nec velle immoderatum alterius. Patet reſpōſio ex ſupradictis, quòd tale vellle fuit præſumptio, & ſuperbia communiter dicta, qua quis vult bonum, quod amat eſſe excellens in ſe, & abſolutè, & ſi vltra hoc appetit illud bonum, quòd ſi amat præcedere alia bona, ita quòd appetitus talis excellentiæ dicat relationem ad alios, tūc erit ſuperbia magis propriè.

¶Ibi. Quantum verò ad deordinationem velle concupiſcentiæ. Hic Doctor dicit duo.

An appetitus beatitudinis fuerit propriè ſuperbia.

Primum, quòd appetitus beatitudinis non fuit propriè ſuperbia, patet, quia non quantum ad eius primam ſpeciem, quia præſumptio ſi pertinebat ad primum velle inordinatum amicitiæ, non pertinet ad aliquod inordinatum velle concupiſcentiæ, vt patet, quia diſtinctæ ſunt rationes reſpectu velle amicitiæ, & velle concupiſcentiæ.

Secundum eſt, quòd appetitus beatitudinis immoderatus magis conſonat peccato luxuriæ, pro quanto omne delectabile immoderatè appetitum, inquantum delectabile, poteſt dici luxuria, & hoc ſi non ſit excellentia appetita, qualis non fuit iſta appetitio beatitudinis.

¶Ibi. Quantum ad deordinationem tertij. ſ. nolle, patet, quia quodlibet iſtorum nolle deordinatorum fuit ira, vel inuidia, quia nollens aliquid, vellet nolitum non eſſe, ſicut patet de damnatis, quia nolunt detineri à voluntate diuina in igne, ideo volũt tale nolitum non eſſe, & per conſequens volunt velle diuinum, quo detinentur ibi non eſſe, & hoc ex conſequenti, quia nolunt talem punitionem, & per conſequens volunt ipſam non eſſe, & quia talis punitio eſt auctoritate diuina, ex conſequenti voluit illam non eſſe, & ex hoc ſequitur propoſitum, quia eſſe Dei erat maius eſſe angelorum, & ſimiliter ſua beatitudine, & quia non potuerunt habere beatitudinem, vt volebant, in tantum creuit appetitus habendi, & non habuerunt, & in hoc nolebant in habendo ſubijci Deo, ideo noluerunt Deum eſſe, & triſtabantur de perfectione Dei, ſaltem concomitanter, & ita inuidia, quia inuidia eſt triſtitia de bono alterius, quæ triſtitia ſequitur ad nolitionem talis boni, & tamen poſiti, quia triſtitia eſt ex his rebus, quæ nobis nolentibus accidunt, vt patet per Auguſt. 14. de Ciuit. Dei. ad quam inuidiam communiter ſequitur ira.

¶Et ſi obiiciatur de ipſo concupiſcere, & inordinato, quòd non fuit luxuria, ergo fuit aliquod ſeptem peccatorum, & non videtur niſi peccatum ſuperbiæ. Contra. Dicit Doctor, quòd diuiſio peccatorum, vel accipitur per oppoſitum ad ſeptẽ habitus. ſ. quatuor morales, & tres Theologicos adhuc iſta diuiſio eſt inſufficiens, quia infidelitas, & deſperatio non continentur ſub aliquo iſtorum, licet enim temperantiæ opponatur gula, & luxuria, & fortitudini accidia, iuſtitiæ auaritia, charitati ira, fidei autem, & ſpei nullum aliorum opponitur, ſed poſſunt ſtare cum fide, & ſpe, & ita infidelitas, & deſperatio non erunt de numero illorum ſeptem, & ſic inſufficiens diuiſio. Aut iſta diuiſio ſumitur per oppoſitum ad actus bonos decem præceptorum, & ſic deberent eſſe decem peccata capitalia ſecundum tranſgreſſionem decalogi, & ita illa diuiſio non tenetur in omnibus actibus malis, quia ſunt multi actus mali, qui nec continentur ſub aliquo ſeptem, nec ſub aliquo decem peccatorum. Et addit, quòd nec iſta ſeptem peccata ſunt primæ radices peccatorum, ſed amor ſui inordinatus, nec ſunt principalia peccata, ſed iſta odium Dei, ſi ponatur deſperatio infidelitas, quæ opponuntur primis habitibus bonis theologicis, immo iſta ſeptem ſunt radices valde communes, & magis occaſiones peccatorum, quàm cauſæ peccandi.

Diuiſio peccatorũ quid.

AD argumenta principalia. Primò arguitur, quòd primum peccatum mali angeli fuerit ſuperbia, per Auguſtin. 14. de Ciuit. Dei. capit. 13. Malè (inquit) voluntatis initium quid potuit eſſe, niſi ſuperbia.

¶Reſpondet Doctor, concedendo, quòd tale peccatum eſt præſumptio, & hoc modo ponitur ſuperbia, ſed non fuit illa prima ſpecies ſuperbiæ, ſecundum quod accipitur propriè ſuperbia, vt ſupra expoſitum eſt, quæ ſcilicet eſt appetitus excellentiæ.

¶Secundò arguit ab auctoritate Ioan. In canonica. Omne quod eſt in mundo, &c. ſed primum peccatum non fuit concupiſcentia carnis, nec oculorum, ergo fuit ſuperbia vitæ.

Quomodo intelligatur auctoritas Ioannis.

¶ Doctor dat duas reſponſiones. Prima, quòd auctoritas Ioan. intelligitur de hominibus exiſtentibus in hoc mundo. Secundò, quòd ſi illud peccatum concupiſcendi in ſecundo gradu deberet reduci ab aliquod iſtorum magis deberet reduci ad concupiſcentiam oculorum, ſicut in nobis ad concupiſcentiam oculorum ſpectant immoderati appetitus alicuius viſibilis pulchri, ita & in eis ad concupiſcentiam oculorum debet ſpectare immoderatus appetitus delectabilis, & ſic peccatum mali angeli, quod fuit reſpectu velle concupiſcentiæ magis debet reduci ad concupiſcentiam oculorum, & illud non fuit ſimpliciter primum peccatum.

¶Ibi. Præterea per viam diuiſiuam. Hæc eſt ratio facta in littera, quia ex quo peccata diuiduntur in ſeptem peccata capitalia, videtur, quòd primum peccatum fuit ſuperbia.

¶Reſpondet Doct. quòd illa diuiſio nõ eſt ſufficiens, comparando ad actũ concupiſcentiæ, niſi per quandam reductionem & ſic poteſt concedi, quòd velle cõcupiſcentiæ inordinatæ reſpectu beatitudinis reducitur ad luxuriam, ſicut omnis inordinatus appetitus delectabilis, vt eſt delectabile, ad concupiſcentiam oculorum reducitur.

¶Ibi. Pręterea pſalmus. Superbia eorũ qui te oderunt, &c. argumentum ſtat in hoc. Mali angeli tantum vno peccato peccauerũt, ergo illud fuit ſuperbia: antecedens patet, quia ſimul non peccauerunt pluribus peccatis, quia voluntas non poteſt ſimul habere plures actus, nec peccauerunt poſt primum peccatum, quia tunc primum peccatum fuiſſet remediabile, patet, quia in illo ſecundo inſtanti, quo peccauerunt ſecundo peccato, fuerunt in via, & ſic in illo inſtanti, ſicut peccauerunt, ita potuerunt pœnitere de primo peccato, & ſic primum peccatum fuiſſet remediabile, quod non tenetur.

Pſalm. 63.

¶Reſpondet Doct. negando antecedens, quia fuerunt multa peccata, vt ſupra patuit diſt. 5. art. 3. vbi ſic dicit, quòd in ſecunda mora, in qua fuerunt diſformes in via, fuerunt multæ morulæ, quia mali peccauerunt multis ſpeciebus peccati, ſcilicet ſuperbia, odio, & inuidia, & iſti actus non in eodem inſtanti fuerunt eliciti, hæc ille. Et ſic patet antecedens eſſe falſum, & cum probatur per hoc, quòd primum peccatum fuit irremediabile. Dicit Doct. quòd ſi penituiſſet, quando peccauit ſecundo peccato, inueniſſet veniam, tamen ex quo in illo peccato deuenit ad terminum omnia peccata eius facta ſunt irremediabilia.

¶Ibi. Oppoſitum. Hic Doctor probat quatuor rationibus, quòd peccatum eorum non fuerit ſuperbia, quod tamen debet intelligi, vt expoſui in corpore quæſt. quòd ſi quis vellet ſuſtinere, quòd fuerit ſuperbia eo modo, quo expoſitum eſt, poterit reſpondere ad iſta argumẽta, quæ probant non fuiſſe ſuperbia. Primum argumentum ſtat in hoc. Superbia non eſt maximum peccatum, ſed peccatum mali angeli fuit maximum, ergo. Maior patet, quia oppoſitum non eſt maximum bonum, quod eſt humilitas.

Quomodo peccatum eorum non fuerit ſuperb. 4.

¶ Reſpondet Doctor, negando minorem, quia primum peccatum eorum non fuit maximum, & rationem aſſignat, quia ſicut in bonis proceditur à magis bonis ad minus bona, ſcilicet ad dilectionem

finis

finis ad dilectionem eorum, quæ ſunt ad finem, ita econtra in malis, à minus malo proceditur ad maius malum, ſcilicet ab immoderato amore ſui ad contemptum Dei.

¶ Deinde facit duo argumenta. ſ.de paſſione iraſcibilis reſpectu concupiſcibilis, & de appetitu excellentiæ, loquẽdo de excellentia, prout dicit comparationem excellentis ad alios, quæ duo argumenta patent in littera.

¶ Reſpondet Doctor.quòd poſſet concedi,quòd quantum ad actum concupiſcentiæ non primo cõcupiuit excellentiam, quæ eſt paſſio iraſcibilis, vel concupiſcibilis, ſed per fectiſſimam beatitudinem, tamen ſi loquamur de primo velle inordinato amicitiæ, poteſt dici, quòd iſte non erat actus, nec paſſio iraſcibilis, ſed concupiſcibilis, ſi enim concupiſcibilis eſt concupiſcere bonum amato eius eſt amare bonum amatum, cui concupiſcit illud bonum. Sed de iſtis paſſionibus concupiſcibilis, & iraſcibilis erit ſpecialis ſermo in tertio, diſt.34.

Diſt. VII. Quæſt. vnica.

Vtrum malus Angelus velit neceſſariò malè.

Seraphicus Bon.2.ſent.diſt.7.q.2.artic.1.
Scot.2 ſent.diſt.7.quæſt.1.
D.Thomas prima parte ſummæ q.63.art.2.
Riccardus 2.ſent.diſt.7. q.2.

VTRVM malus angelus velit neceſſariò malè.

¶ Ibi. Hic ponitur duplex ratio. Hic Doctor recitat duas opiniones, quæ in eadem concluſione ſunt concordes. Alia tamen, & alia ratione probant, quarum prima eſt Thom.in prima parte ſummæ, quæſt.64. artic.2. qui dicit, quòd angelus ex hoc neceſſariò continuat malitiam, quia apprehendit obiectum, quod intelligit immobiliter, ita quòd talis apprehenſio neceſſariò mouet voluntatem ad continuandum actum ſuum circa talem apprehenſum. Exemplum. Intellectus angeli apprehendit naturam ſuam, vt diligibilem vt octo, licet in re ſit tantum diligibilis vt quatuor, & voluntas ſequitur talem apprehenſionem, diligendo illam naturam, vt octo, & ſic peccat immoderatè diligẽdo, & quia talis apprehenſio valde affirmatur poſt tale peccatum, & immobiliter apprehendit, & talis apprehenſio eſt cauſa neceſſaria ipſius amoris immoderati, ideo ſemper voluntas angeli mali continuat malitiam ſuum. Alia ratio ponitur ab Henr. quolib.4 quæſtio.11.qui vult,quod ex hoc angelus malus de neceſſitate continuet malitiam, quia voluntas quanto perfectior, tanto perfectius immergit ſe inuolubili, ſed voluntas ſeparata à corpore eſt omnino perfectè libera, & per conſequens ſic immergit ſe in obiecto immoderatè amato, quod ab ipſo reſilire non poteſt.

Opin. ſancti Thomę.

Opin. Henr.

¶ Ibi. Modus aſſignatur ex illo Prouerb.18. & littera ſtat in hoc, quòd voluntas angeli ſic immoderatè vult, ſiuè amat, puta ſe, quòd in tali obiecto ſic amato immergitur, ponendo ibi finem ſuum, veniens autem ad obſtaculum, ſynderеſis non ibi ſiſtit, ideſt quòd quando arguitur a ſynderеſi de tali amore ſic immoderato non aſſentit ſynderеſi, ſed contemnendo ſynderеſim ſe impingi, & in illam etiam retunditur, ideſt quòd contemnendo ſynderеſim, magis vult illud volitum, & ſic ibi retunditur, quòd ipſa voluntas non poteſt ſe retrahere ab amore talis voliti, ſicut virtus infigens clauum in lignum, licet quando infigit, poſſit retrahere illũ, tamen quando clauus retunditur in ligno, dum infigitur à tali virtute, non poteſt retrahi.

IBI. Contra concluſionem, quam tenent iſtæ duæ opiniones. Hic Doctor probat multis rationibus concluſionem Thomæ, & Henrici non eſſe veram, & præſertim non eſſe veram per rationes quas ipſi faciunt. Et prima ratio tenet per argumẽtum a minori, quia minus videtur, quòd anima corpori coniuncta poſſet redire ad iuſtitiam poſt peccatum, quàm angelus, vt patet per Auguſtinum de fide ad Petrum. cap.5. Sed anima dum eſt in via poſt peccatum ad iuſtitiam redire poteſt, ergo & angelus poſt peccatum, ergo ipſa natura angelica, nec propter immobilitatem ſuæ potentiæ cognitiuæ, qualis non eſt cognitiua voluntatis noſtræ, nec propter plenam libertatem eius ex hoc, quòd eſt ſeparata à corpore, eſt impoſſibilis redire ad iuſtitiã poſtquam peccauit, immo ſecundùm Auguſtũ vbi ſupra, eſt magis poſſibile de voluntate angelica, quàm de noſtra.

¶ Ibi. Præterea contra cõcluſionem iſtam arguo. Hæc ratio eſt ſatis euidens, quia oportet aſſignare cauſam communem tam in angelo, quàm in anima ſeparata reſpectu obſtinationis, patet, quia ex hoc ſolo ponitur differentia inter angelum, & animam reſpectu obſtinationis poſt peccatum, quia anima vt coniuncta non apprehendit immobiliter, vt dicit Thom.nec immergitur in obiecto, &c. vt dicit Henr. Separata ergo a corpore, iſtæ rationes non verificantur de ipſa. Pono ergo caſum, quòd anima Iudæ ſit actu ſeparata, & damnata, & per conſequens obſtinata in peccato. Quæro, per quem actum eſt obſtinata, non per actum elicitum ante ſeparationem, patet per Thom. & Henr. aut ergo ſeparata ante omnem actum elicitum eſt obſtinata, aut per actum elicitum, non primò, quia tam Tho. quàm Henr. per rationes prius factas dicunt, quòd angelus eſt obſtinatus per actum elicitum, videlicet per actum elicitum ſequentem apprehenſionem immobiliter, vt dicit Tho. vel per actum elicitum ſequentem perfectam libertatem, quo immergitur in obiectum, vt dicit Henr.non ſecundo, quia vt ſeparata, ſicut non poteſt elicere actum merendi, ita non poteſt elicere actum demerendi, oportet ergo aſſignare aliam cauſam obſtinationis communem tam angelo, quàm animæ ſeparatæ.

Nota hæc omnia.

¶ Ibi. Et poſſet confirmari de Lazaro, quo mortuo, eius intellectus habuit apprehenſionẽ animæ ſeparatę, & eius voluntas habuit plenam libertatẽ, quia tunc ſeparata, & tñ ex neutro iſtorum immobiliter voluit, quia reſuſcitatus fuiſſet impeccabilis, ſi bonus, vel obſtinatus, ſi malus, quod eſt falſum.

Confirmatur exemplo Lazari.

¶ Ibi. Præterea ſecundo cauſa totalis aliter non cauſat, niſi ipſa, ſecundum quòd cauſa aliter ſe habeat, &c. Hæc ratio ſtat in hoc, quia poſito, quòd voluntas angeli ſit actu ſub aliquo actu, tamen, vt elicit actum, eſt prior actu, pono ergo caſum. quòd anima, ſiuè coniuncta, ſiuè ſeparata habeat actum peccati ſibi inhærentem, puta dilectionem alicuius obiecti inordinatum, & ipſa anima cõiuncta poteſt elicere actum amandi ordinatum, patet, quia licet ſit ſub actu peccati, adhuc tamen eſt prior, etiam, vt elicit ipſo actu amandi ordinato, non dico tamen, quòd ſimul ſit ſub actu amandi inordinatè, & ordinatè, ſed dico, quòd actus amandi inordinatus nõ ſic impedit voluntatẽ, quin in illo priori poſſit elicere actum amandi ordinatum, quia in illo priori attenditur libertas voluntatis, ſicut ergo ipſa voluntas coniuncta contingenter elicit actum amãdi ordinatum poſt actum amandi inordinatum, ergo, & ſepa-

ſeparata, quãtum eſt ex parte ſua poſt actum peccati ſibi inhærentem, contingenter poteſt elicere actũ ordinatum, & ſic oportet aliq. tare aliã cauſam obſtinationis, quam aſſignetur à Tho. & Henr. Et hoc eſt, quod Doct. principaliter intendit in iſta ratione. Expono tamen aliqua in iſta littera, primum eſt ibi, cauſa totalis non aliter cauſat niſi ipſa, ſecundũ quod cauſat aliter ſe habeat, & hoc quando nõ ponitur aliqua diuerſitas ex parte paſſi, vel aliquorum impedimentorum extrinſecorum, &c. Hic nota, ꝙ cauſam aliter cauſare poteſt multipliciter intelligi, primò, quòd alium, & alium effectum cauſet, & ſic non requiritur, quod in ſe aliter ſe habeat, patet, quia Sol non aliter ſe habendo in ſe poteſt producere plures effectus, non tantum numero, ſed etiam ſpecie diſtinctos. Secundò, quòd alio, & alio modo cauſet, puta maiori, vel minori conatu, vel inteſius, aut minus intensè, & hoc etiam modo, non oportet cauſam aliter ſe habere, præcipuè, loquẽdo de cauſa libera, vt ſatis patet à Doct. in primo, d. 17. Tertiò, quòd neceſſariò cauſet, vel quòd contingenter, & hoc modo intelligitur hæc ꝓpoſitio, ſcilicet quòd cauſa totalis circa idem obiectum æquè diſpoſitum non poteſt aliquando contingenter cauſare, & aliquando neceſſariò, niſi ipſa cauſa aliter ſe habeat, patet, quia iſti duo modi contingenter cauſare, & neceſſariò cauſare ſunt ſimpliciter oppoſiti, præcipuè circa idem obiectũ. Et de hoc vide Doct. in primo, diſt. 2. parte 2. quæſt. 4. & diſtin. 10. & hoc modo intendit Doct. in iſta propoſitione, cum dicit, cauſa totalis non aliter cauſat, &c.

Cauſam aliter cauſare poteſt multipliciter intelligi.

¶ Et ſi dicatur, quòd eadem voluntas diuina eſt cauſa, vel quaſi cauſa neceſſaria reſpectu amoris eſſentiæ diuinæ, vt patet à Doct. in primo, diſt. 10. & eſt cauſa contingens reſpectu creare, vt patet ab ipſo in primo, diſt. 2. 8. 10. & alibi. Dico, quòd non eſt ſimile, quia voluntas diuina non cõparatur ad idẽ obiectum. Sed de hoc vide quæ expoſui in primo, Doct. diſt. 1. quæſt. 4. & diſt. 10.

¶ Si etiam dicatur, quod ſupra dixit Doct. diſt. 5. quòd eadem voluntas, vt eſt in via, vult mutabiliter, & vt eſt in termino, vult immutabiliter, & tamen eſt eadem, & prior vtroque actu. Dico, quòd hoc ſolutum eſt ibi, quia iſta neceſſitas volendi, non eſt ſimpliciter ab ipſa, & vide ibi quæ diffusè expoſui. Deinde ſequitur in littera iſta, ſed volũtas, vt prior naturaliter actu ſuo, non vt exiſtens actualiter ſub actu, eſt cauſa actus ſui ex hoc, quòd eſt cauſa libera actus ſui, quæ libertas non eſt eius, niſi vt prior actu ſuo. Et vult dicere (vt infra patebit) quod ex quo ipſa voluntas, vt cauſa eſt prior actu, ergo per actum ſibi inhærentem non aliter ſe habebit in cauſando, quia ille actus ſibi inhærens nullo modo eſt ei ratio cauſandi actũ, ſed ſola voluntas, vt ſic, prior eſt ratio formalis cauſandi. Aduerte etiam, ꝙ hæc littera non contradicit illi, quòd dixit Doct. ſupra, diſt. 5. q. 2. quòd voluntas non elicit actum liberè, antequam eliciat, ſic ergo dicitur libera, quando actu elicit actum, ergo, vt ſic non erit prior, quia quando elicit actum, actus eſt: actus enim tãdiu eſt, quandiu voluntas elicit actum, & quando actum non elicit, actus non eſt, vt patet à Doct. in primo, diſt. 3. quæſt. vltima, reſpõdendo ad vltimum argumentum principale. Et ſic videtur falſum dicere, ꝙ libertas competat voluntati, vt eſt prior actu. Dico, quòd nulla eſt contradictio, quia hic Doct. intelligit, quòd voluntas ſit prior actu elicito, & vt elicit, eſt etiam prior ipſo actu natura, vt infra patebit, diſt. 35. & ſupra declaratũ eſt, diſt. 1. quæſt. 2. & di. 5. q. 2. quòd cauſa, vt cauſat eſt ſemper prior cauſato, & ſic intelligit Doct. quod libertas non ineſt voluntati, niſi vt prior actu, ideſt quòd liberè elicere

Quomodo voluntas vt cauſa eſt prior actu.

Cauſa eſt prior cauſato.

non ineſt ſibi, niſi vt ipſa eliciens ſit prior natura actu elicito, & ꝙ ſic intelligat. patet per verba ſequẽtia ibi, quia vt eſt ſub actu, habet actũ, vt formã naturalem, &c. nam voluntas, vt eſt ſub actuali volitione, ſicut ſubiectum ſub forma informante non dicitur elicere illam, quia tunc elicita eſt, ergo vt elicit, prior erit, immò vt eſt ſubiectũ, talis actus videtur poſterius ea, ſicut compoſitũ eſt poſterius forma ſua, ſeptimo metaph. tex. commen. 7. vbi ſic habetur, Quare ſi ſpecies materia eſt prior, & magis ens, & ipſo quod ex vtriſque prior erit, hæc ille, ideſt quòd ſicut forma eſt prior materia, ita eſt prior cõpoſito cõſtituto ex materia, & forma, quia licet homo abſolutè ſit prior albedine, tamen homo albus eſt poſterior albedine, ſic dico, quòd voluntas, vt eſt formaliter volens, eſt poſterior ipſa volitione, licet abſolutè ſumpta, & vt eliciens actum ſit prior. Et quod dicit ibi, habet actum, vt formam naturalem, vult dicere, quòd ipſa voluntas, vt ponitur ſubiectum ſui actus, habet ipſum, tãquam perfectionem, ad quã inclinatur, inclinatio autem naturalis eſt reſpectu receptiui, vt infra patebit diſtinctio. 18. huius ſecundi, & aliqualiter patebit in quarto, diſtinct. 49.

Compoſitũ eſt poſterius forma.

¶ Sequitur in littera ibi. Et cõfirmatur ratio, quia nulla cauſa ſecunda poteſt eſſe cauſa principali cauſæ agendi oppoſito modo illi, qui conuenit principali agenti ex ſua cauſalitate, &c. Hæc ratio ſtat in hoc, quòd ex quo ille actus ſupponeretur cauſa obſtinationis (quod tamen falſum eſt) eſſet tantũ cauſa ſecunda, & minus principalis, & voluntas erit cauſa principalis, modo cauſa ſecunda non poteſt determinare cauſam primam ad agendum oppoſito modo, qui competit primæ, puta prima agit liberè, & ſecunda neceſſariò, illa ſecunda non poteſt determinare primam, vt agat neceſſariò, & ſic ille actus, poſito, ꝙ ſit cauſa obſtinationis minus principalis, non poterit determinare voluntatem, vt neceſſariò ſit obſtinata.

Prima cauſa agit liberè.

¶ Sed hic videtur difficultas, quia tunc meritum non erit voluntarium, nam dicit Doctor in primo, diſtinct. 17. quòd charitas eſt cauſa magis principalis actus meritorij, quàm voluntas, & tamen ipſa voluntas agit de neceſſitate naturæ, vt patet à Doc. ſi ergo cauſa minus principalis non poteſt determinare cauſam magis principalem, ſequitur, quod actus meritorius erit neceſſariò elicitus, & ſic non liberè.

Charitas quomodo ſit cauſa magis principalis actus meritorij.

¶ Dico, quòd actus meritorius dicitur meritorius principaliter à charitate, & hoc eſt à ratione charitatis, ꝙ ipſa ſit cauſa principalior talis actus, ſed eſt ex ſola acceptatione diuina, quæ magis acceptat illum actum, vt procedit à charitate, quàm vt à voluntate, vt patet à Doct. vbi ſupra.

¶ Dico etiam, quòd quando charitas, & voluntas comparantur ad actum meritorium, puta ad acceptabilitatem paſſiuam, quòd vltra ſubſtantiã actus, & intenſionem eius nihil cauſat, quia acceptatio paſſiua eſt à ſola voluntate diuina ſic, vel ſic acceptante, vt patet à Docto. in primo, diſt. 17. reſpectu tamen ſubſtantiæ actus, & intenſionis eius voluntas eſt cauſa magis principalis, vt patet à Doct. vbi ſupra. Et de hac materia vide quæ prolixè expoſui ſupra 17. diſt. primi. Doct.

¶ Si etiam dicatur, quòd eſſentia diuina, & ipſa voluntas diuina reſpectu productionis Spiritusſancti ſic ſe hñt, ꝙ eſſentia diuina eſt ratio magis principalis ꝓducendi Spiritumſanctum, ꝗ voluntas, patet, quia ratio magis vniuerſalis, nam ipſa concurrit ad productionem Filij, & Spiritusſancti: ergo videtur ſequi ex iſto dicto Docto. quòd productio Spiritusſancti magis deberet dici neceſſaria, & per

Eſſentia diuina eſt ratio magis principalis producendi Spiritũſanctum, quàm voluntas.

modum

modum naturæ, quàm libera, quod tamen eſt communiter contra Doct. & præcipuè contra Doct. in primo, diſt. 10.

¶ Reſpondet Franciſcus de Mayr. in primo, diſtinc. 2. quòd effectus ſequitur deteriorem partem, & ſic quando effectus eſt à duabus cauſis ab vna per modum naturæ, & ab alia per modum libertatis, talis effectus dicitur liberè produci. Sed ego non intelligo hoc dictum, ſalua tamen reuerentia tanti viri. Nam voluntas diuina, & ignis concurrunt, puta ad aliquem effectum, & tamen abſolutè ille effectus dicitur contingenter productus, licet ſit neceſſariò ab ipſo igne, quia cauſa principalior eſt voluntas diuina, & hoc patet à Doct. in primo, diſtinct. 2. parte 1. quæſt. 1. & in ſecundo, diſt. 1. immò cauſa ſuperior magis aſſimilat effectum cauſæ ſecundæ, quàm ipſa cauſa ſecunda aſſimilat, vt patet a Docto. in primo, diſt. 3. q. 8. Dicerem ergo pro nūc (ſaluo meliori iudicio) quòd quamuis eſſentia diuina ſit vniuerſalior ratio producendi, non tamen perfectior: voluntas enim diuina eſt ita formaliter infinita, ſicut eſſentia diuina. Doctor autem intelligit de cauſis, quarum vna ſit principalior, & perfectior alia. Dico ſecundò, quòd ad habendum effectum liberum, ſufficit, quòd vna cauſa liberè agat, & tota contingentia ipſius effectus ſumitur à tali cauſa libera.

¶ Ibi. Præterea ſicut fuit dictum diſt. 5. & 6. huius ſecundi. tā bonus, quàm malus angelus habuit, &c. in iſta ratione ſupponit ſecundùm primam viam, quòd angelus in primo peccato habuit immobilē apprehenſionem reſpectu obiecti, circa quod peccauit, & ſecundùm ſecundam viam, quòd voluntas angeli in primo peccato fuerit perfectè libera.

¶ Ex hoc infert Doctor, ꝙ tam ſecundum primā viam, quàm ſecundùm ſecundam viam non potuerit peccare ſecundo peccato, cuius oppoſitum oſtēſum eſt ſupra, diſt. 5. & 6. Et ꝙ non potuerit peccare ſecundùm iſtos ſecundo peccato, patet, quia voluntas ſequens immobilem apprehenſionem, immobiliter adhæret poſt illam apprehēſionem, ſecundum primam opinionem; & ſimiliter voluntas perfectè libera immobiliter ſe immergit in obiecto, ita vt ab illo reſilire non poſſit ſecundùm ſecundam opinionem. Si dicatur, ꝙ potuit peccare ſecundo peccato, contra, quia tunc eſt in ſtatu merendi, & demerendi, & per cōſequens poſt primum peccatum angeli non immobiliter inhæret. Si dicatur, ꝙ ſecundum peccatum non fuit aliud à primo peccato, ſed idem continuatur, contra, quia oppoſitum eſt oſtenſum ſupra, diſtinct. 6. quæſt. 2. vide ibi, & hoc eſt, quod dicit Doct. in fine huius rationis, ſcilicet & non fuit idem peccatum cū peccato præcedenti. Primum enim peccatum angeli fuit ex immoderato amore amicitiæ reſpectu ſui, & ex illo actu amāti ſe immoderatè eliciebat actum concupiſcendi ſibi ſummum commodum, & ex illo actu excellentiæ, quo voluit habere illud commodum, non ſub regula voluntatis ſuperioris, ſed contra eam, vt ſupra patuit diſt. 6. q. 2.

Quod nam fuerit primum peccatum angeli.

¶ Ibi. Præterea contra primam viam arguitur ſpecialiter. Poſtquam Doctor ſimul improbauit vtranque viam, nunc ſpecialiter arguit primò contra primam viam, & ſecundo contra ſecundam. Contra primam primò dicit, ꝙ illa via ſupponit falſum. ſ. ꝙ intellectus ſit ſufficiens cauſa mouendi voluntatem ad operationem, vt patebit in iſto ſecundo, diſt. 25. vbi Doct. probabit, ꝙ nihil aliud à voluntate eſt ſufficiens cauſa mouendi ipſam ad operationem.

¶ Secundò dicit, ꝙ poſito, ꝙ intellectus ſit ſufficiens cauſa mouendi voluntatem, adhuc ſequuntur duo, quæ repugnant dictis eorum, primum, ꝙ angelus nunquam potuerit peccare, patet, quia intellectus angeli ante primum peccatum fuit rectus in apprehendendo, aliter pœna præceſſiſſet culpā, puta cecitas, vel ignorantia, ergo mouit voluntatē angeli ad aliquid rectè appetendum, & immobiliter, patet, quia intellectus eſt mouens merè naturale, & per modum meræ naturæ. Sicut ergo immobiliter apprehendit rectè, ita immobiliter mouet voluntatem ad aliquid rectè appetendum, & ſic ſequitur, quòd voluntas angeli nunquam potuerit peccare.

¶ Ibi. Secundò contradicit illud falſum poſitioni eorum. Hic Doctor adducit ſecundum repugnans dictis opin. quod ſequitur ex illo falſo, videlicet, ꝙ intellectus ſit ſufficiens cauſa mouendi voluntatem. Dicit enim opinio, quòd poſt primam electionem intellectus mouet voluntatem immobiliter, ſed non in ipſa prima electione, ſiuè ante primam electionem, quia tunc mouet mobiliter, ſed hoc videtur repugnare, quia intellectus angeli, ita eſt mouens per modum naturæ ante primam electionem: igitur ita immobiliter mouet ante primam electionem, ſicut poſt primam, patet etiam, quia ita immobiliter apprehendit ante primam electionem, ſicut poſt primam, cum in vtraque apprehendat per modum naturæ, igitur ita immobiliter mouet voluntatem ante primam electionē, ſiue in ipſa prima electione, ſicut & poſt primam, quod contradicit opin. eorum.

¶ Ibi. Præterea ex illa via. Hic Doctor deducit ad aliud inconueniens, quod ſequitur ex dictis opin. videlicet, quòd in prima electione fiat omnino impeccabilis. Et quòd hoc ſequatur ex dictis eorum, patet, quia ipſi dicunt, quòd voluntas ſequens apprehenſionem immobilem, vult immobiliter, vt patet per ipſum Tho. in prima parte ſummæ, q. 63. artic. 2. ex hoc dicto infert Doct. propoſitum, quia tenendo opinionem eorum. ſ. ꝙ angelus fuerit creatus in gratia, tunc ſic in illo inſtanti, quo fuit creatus in gratia, plenè, & perfectè apprehendebat, patet, quia ſine diſcurſu, ipſi enim negant omnem diſcurſum in angelo, ergo immobiliter apprehendebat, & pro illo inſtanti voluntas fuit perfecta in gratia, & ſic immobiliter volebat, patet etiam, quia intellectus, ſecūdùm eos, eſt ſufficiens cauſa mouēdi voluntatem: ergo in illo inſtanti, quo apprehendit, immobiliter, mouet voluntatem immobiliter, & talis actus elicitus in gratia eſt actus rectus, & meritorius, non enim cum gratia potuit eſſe actus peccati, ſi ergo ille actus immobiliter fuit elicitus, ergo ſimpliciter fuit impeccabilis.

Opinio Diui Thomæ.

¶ Ibi. Præterea differentia hominis, & angeli non valet. Hic Doctor improbat aliud dictum Thom. vbi ſupra. Dicit enim Th. quòd ideo intellectus angeli apprehendit immobiliter, quia ſine diſcurſu, intellectus verò hominis mobiliter, quia cum diſcurſu, vt ſupra patuit. Sed hæc differentia videtur nulla, quia ita intellectus hominis immobiliter adhæret concluſioni, ad quam diſcurrit, ſicut & intellectus angeli, ad quam non diſcurrit, patet, quia intellectus hominis ita certitudinaliter adhæret cōcluſioni, ad quam diſcurrit, & immobiliter, quia neceſſariò, & per modum naturæ, ſicut intellectus angeli, & ſic videtur ſequi, quòd ita voluntas hominis in eliciendo immobiliter ſe habeat, cum ſequatur apprehenſionem immobilem, ſicut & voluntas angeli.

¶ Ibi, quòd etiam negatur ab angelis omnis diſcurſus, non videtur probabile, ſicut probatur ſupra in prohœmio primi libri quæſt. illa. Vtrum Theologia ſit ſcientia. Dictum eſt enim ibi, quòd diſcurſus

In Angelo eſt diſcurſus natura, non tempore.

ſcurſus non requirit neceſſariò ſucceſſionem, ſiuè ordinem temporis, ſed ſufficit ordo naturæ, vide quæ ibi expoſui.

¶ Ibi. Contra ſecundã viam arguitur ſpecialiter. Hic Doct. arguit contra opi. Henri. & primo contra illud quod dicit, quòd voluntas perfecta, cuiuſmodi eſt ſeparata, vel exiſtens in corpore incorruptibili immobiliter ſe immergit in obiecto, ita vt ab illo reſilire non poſſit, &c. Et Doct. intendit probare oppoſitum hìc, quia quanto uoluntas eſt perfectior, tanto magis liberè agit, etiã ponendo, quòd agat omni conatu, & arguit ſic, quia ſicut agens per modum naturæ ſic de neceſſitate agit, quòd non eſt in poteſtate eius modus agendi, puta intensè, vel remiſsè, cum agat omni conatu, ita agens liberum ſic liberè agit, quòd nõ tantum in poteſtate eius eſt actio libera, ſed etiam modus agẽdi, quia poteſt intensè, & remiſsè agere, ergo quantocuncunque voluntas eſt perfecta tanto eius actio eſt in poteſtate eius, & poſito, quòd velit aliquod obiectum omni conatu, adhuc liberè vult illud, & nullo modo de neceſſitate. Et addit Doct. quòd voluntas ex pfecta & abſoluta eius libertate poſſet non ſic ferri in illud obiectum, vt ſupra patuit in primo, diſt. 1. quæſt. 4. vide ibi multa bona.

¶ In iſta littera Doct. occurrunt aliqua dubia, primò. Contra hoc, quod dicit, quòd ſicut actio eſt in in poteſtate voluntatis, ita & modus agendi. Hoc enim videtur contradicere ſibi ipſi nam in primo, diſtin. 1. quæſt. 2. expreſsè dicit, quòd licet voluntas poſſit habere actum abſolutè, ſiuè elicere, ſiuè non elicere, non tamen eſt in poteſtate ſua ſic, vel ſic elicere circa quodcunque obiectum.

Dubium. ¶ Secundò occurrit dubium in hoc, quod dicit, quòd voluntas quanto eſt perfectior magis ſibi ipſi dominatur cum quantocunque conatu tendat in obiectum. In hoc videtur ſibi contradicere, quia ipſe probat in primo, diſt. 10. quòd voluntas diuina ex ſua infinita perfectione neceſſariò vult eſſentiam diuinam.

Reſponſio. ¶ Reſpõdeo ad primum dubium. Et dico quòd non eſt ibi contradictio. Tum, quia hoc accipit modum agendi pro intensè, vel remiſse agere, ita ꝙ ſicut eſt in poteſtate voluntatis velle aliquid, ita eſt in poteſtate eius velle intensè, vel remiſsè, quod nõ cõuenit agenti naturali, in diſtin. autem prima primi non negat, quin in poteſtate voluntatis ſit velle, & modus volendi, ſcilicet intensè, vel remiſsè cõcurrente ſemper influentia generali primæ cauſæ, ſed dicit ibi, quòd nõ eſt in poteſtate eius talis modus volendi, vt poſſe frui puta eſſentia clarè viſa nõ fruendo perſonis, vel frui vna perſona clarè viſa nõ fruendo alia. Dico ſecundò, quòd modus volendi eſt duplex, quidam eſt in poteſtate voluntatis, qui conſequitur operationem eius. Alius non eſt in poteſtate eius, quia talis modus ex ſe non ſequit̃ operationem talem, niſi inquantum agens ſuperius ſic, vel ſic refert actum illum, de primo modo loquitur Doct. non autem de ſecundo. Et de hoc uide in primo, diſtinct. 1. quæſt. 2. articu. vlt. & vide quæ ibi notaui. *Modus volendi eſt duplex.*

¶ Ad ſecundum dico, quòd voluntas diuina reſpectu cuiuſcunque obiecti, ſemper liberè agit, & quanto perfectior, tãto magis liberè agit, ſed quòd velit eſſentiam diuinam neceſſariò licet liberè, hoc eſt ex infinita perfectione tam voluntatis diuinæ, q̃ eſſentiæ, ſed reſpectu cuiuſcunque obiecti merè cõtingẽter agit. Et de hoc vide Doct. in primo, d. 10. & vide quæ notaui in primo, diſt. 1. quæſt. 2. cõtra opi. Ocham. *Voluntas liberè agit.*

¶ Ibi. Præterea eodem principio tendit aliquid vel mouetur in terminũ, & quieſcit in termino, ergo ſi uoluntas perfectè libera ex perfecta libertate ſua tendat in obiectum, ex eadem libertate quieſcet in obiecto, ergo ex tali plena libertate tendente in obiectum, quali angeli mali peccauerũt, non neceſſariò ſequitur quietatio in illo, ſed tantum voluntaria contingens, ſicut contingenter tendit in illud. Exemplũ ponitur, quomodo eodẽ principio aliq̃d mouetur in terminum, & quieſcit in termino, nam grauitas in lapide eſt ratio tendẽdi, ſiuè mouendi lapidem centrum, & etiam eſt ratio quieſcendi in illo, quia grauitas illa eſt cauſa motus ad centrum, & & quietis in illo, vt ſupra patuit in iſto ſecundo, diſt. 2. quæſt. 10. & ſicut grauitas eſt cauſa mouendi ad centrum, ita eſt cauſa neceſſaria quieſcendi in illo, ſic voluntas ex quo eſt cauſa liberè volẽdi obiectum, ita eſt cauſa liberè quieſcendi in illo, ita quòd ſicut liberè vult obiectum, ſic liberè quieſcit in illo. *Exemplum.*

¶ Sed occurrit aliqualis difficultas, quia uidetur ſequi, ꝙ voluntas dãnati liberè, & contingenter cõtinuet maliciã, patet, quia ex quo in via liberè vult maliciam, ita & in termino per te liberè quieſcit in illa, & ſi ſic videtur ſequi, quòd poſſit reſilire ab illa. *Difficultas.*

¶ Reſpondeo, quòd ſicut in via liberè vult actũ ſubſtratum, in quo fundatur deformitas, concurrẽte tamen influentia generali voluntatis diuinæ, ita in termino ſic liberè quieſceret, quòd poſſet reſilire ab illa, ſi influentia cauſæ primæ cõcurreret ad talẽ reſilitionem, de hoc ſatis dixi in iſto ſecundo, diſ. 5. & clarius vide, quæ dicit Doct. in quarto, diſt. 44. quæſt. 2. *Reſponſio.*

¶ Ibi. Præterea ſicut tactũ fuit ſupra contra ambas vias non poteſt dici, quòd voluntas animæ ſeparatæ per aliquem actum, quem tunc eliciat reddat ſe obſtinatam, quia prius naturaliter, q̃ ipſa ſeparata aliquem actum eliciat eſt obſtinata, quia eſt in termino, patet, quia demerentes vſque ad vltimum inſtans mortis de neceſſitate puniuntur, & in illo vltimo inſtanti ſunt in termino, vt ſupra patuit, diſt. 4. Tum etiam, quia in illo ultimo inſtanti, in quo ſunt in termino ſicut non poſſunt elicere actũ meritorium, ita nec actum, demeritorium. Si ergo in illo ultimo inſtanti eſt obſtinata, hoc erit per aliquem actum, quem eliciebat dũ eſſet in uia impingendo ſe in ſynderesim. Sed hoc eſt falſum. Tũ quia uiator, & per conſequens non obſtinatus. Tũ quia poteſt aliquis ex minori conatu peccare alio peccato, propter quod damnetur ſi non ſequetur pęnitentia, quàm quo alius peccat, uel ipſemet alio peccato, quod deletur per pęnitentiam, & per cõſequens per nullum actum quem eliciebat in uia poteſt ſe reddere obſtinatam.

¶ Ibi. Præterea contra exemplum eius de ferro acuto impingendo in os, quamuis uidetur exẽplũ illud, & tota poſitio ſimilis poni Eſiodi tertio metaph. tex. comm. 15. quia immortales facti ſunt qui guſtauerunt nectar, & manna, quos ibi deridet philoſophis, quia deſpexerunt intellectum noſtrũ, &c. hæc littera clara eſt. *Exemplum Dei ferro acuto.*

IBI. Ad ſolutionem iſtius quæſt. duo ſunt vidẽda. Primò de gradibus bonitatis, & malitiæ. Secũdo, quæ bonitas poſſit ineſſe uolitioni angeli damnati, uel ſi aliqua malitia neceſſariò inſit.

¶ Ibi. De primo dico, quòd ultra bonitatem naturalem uolitionis quæ competit ſibi inquantum eſt ens poſitiuum, quæ etiam competit cuicunque enti poſitiuo ſecundum gradum ſuæ entitatis magis, & minus, præter illã eſt triplex bonitas moralis ſecundum gradum ſe habens, prima dicitur bonitas ex genere, ſecunda poteſt dici bonitas uirtuoſa, ſiuè ex circuſtantia, tertia bonitas gratuita, ſiuè bonitas ex acceptatione diuina in ordine ad

præmium.

Hic habes multa bona de triplici bonitate actus voluntatis.

præmium. Pro clariori intelligentia, primò præmitto vnum. Secundò exponam litteram Doct. incipiendo ibi. prima competit volitioni, &c. Quantũ ad primum. Dico, quòd Doct. hìc loquitur de bonitate actus, quæ competit actui, primò, & per ſe, & non ex participatione tantum, nam ſolus actus voluntatis elicitus poteſt dici primò, & per ſe bonus moraliter, actus verò alterius potentiæ participatiuè tantum poteſt dici bonus moraliter pro quanto imperatur à voluntate conformiter ſe habente dictamini recto, vt patet à Doct. in quæſt. vlt. prolo. & diſtin. 17. primi, & in iſto ſecundo, diſt. 42. & in tertio, diſt. 34. & in quarto, diſtin. 14. & in quolib. quæſt. 17. 18. Quantum ad ſecundum declarandum dicit Doct. quòd prima bonitas moralis, quæ conuenit actui elicito voluntatis, quæ eſt bonitas ex genere, ex hoc dicitur bonitas ex genere, quia tranſit ſuper obiectum conueniens ſecundum rectum dictamen rationis, exemplum, voluntas poteſt diligere bonum dupliciter, primò, quia diligit illud, vt obiectum ſibi conueniens ex natura rei, & ad quod naturaliter inclinatur talis dilectio, vt ſic non poteſt dici bona ex genere, ſiuè ex circumſtantia generis, quia ſic viſio, quæ tranſit ſuper obiectum viſibile, ſibi conueniens ex natura rei, poſſet dici bonum moraliter ex circumſtantia generis, quod tamen eſt falſum, cum nullus actus poſſit cenſeri bonus moraliter, loquendo etiam de circumſtantijs ex genere, niſi conformiter eliciatur rationi rectè dictanti de tali circumſtantia ex genere, vt ſupra patet in prologo quæſt. vltima. ſecundò voluntas poteſt diligere bonum, recta à ratione dictante, ideſt ſi intelligo aliquod bonum, quod verè eſt diligibile, hæc cognitio dictat voluntati, vt diligat illud, tunc ſi voluntas conformiter tali cognitioni, ſiuè rationi eliciat actum amandi, talis actus erit bonus ex genere, cum tranſeat ſuper obiectum conueniens ſecundũ dictamen rationis, ſi verò volũtas odiret illud obiectum, quod eſt verè diligibile ſecundum dictamen rationis, tũc talis actus odij diceretur malus ex genere ex hoc, quòd tranſit ſuper obiectum diſconueniens ſecundum dictamen rationis, ſi verò actus odij tranſiret ſuper malum, & hoc ſecũdum dictamen rationis, talis actus eſſet bonus ex genere, quia illud obiectum ſecundum dictamen rationis eſt verè odibile. Et hoc eſt, quod dicit Doct. prima conuenit volitioni ex hoc, quòd ipſa tranſit ſuper obiectum conueniens tali actui ſecundum dictamen rectæ rationis, &c. Et addit parum infra, quòd hæc bonitas prima, quæ eſt ex genere ſolum, eſt quaſi materialis reſpectu omnis boni vlterioris in genere moris, nam actus volendi poteſt ordinatè habere plures rationes bonitatis, ita quòd prima eſt quaſi materialis reſpectu ſecundæ, & ſecũda reſpectu tertiæ, nam prima bonitas, quæ eſt bonitas entitatiua, eſt in potentia ad bonitatem ex genere, vt quando actus volendi habet illam circũſtantiã, quæ eſt tranſire ſuper obiectũ conueniens, ſecundum dictamen rationis. Secundò idem velle cum iſta prima circũſtantia eſt in potentia, & quaſi materia ſubiectiua reſpectu aliarum circumſtantiarum, inter quas prima erit circunſtantia cauſæ, ſupplè, quòd ille actus uolendi tranſeat ſuper obiectum conueniens merè liberè, ideſt quòd uoluntas uelit illud obiectum liberè, ſecunda eſt circumſtantia finis, & ſic de alijs, de quibus infra patebit in iſto ſecundo, diſt. 40.

Bonitas ex genere.

Bonitas virtuoſa.

¶ Ibi. Secunda bonitas cõuenit volitioni ex hoc, quod ipſa elicitur à uoluntate cum omnibus circũſtantijs dictatis a recta ratione debere ſibi competere in eliciendo ipſam, bonum enim eſt ex cauſa integra ſecundum Dionyſ. 4 de diuinis. Et quomodo hoc intelligatur, uide quæ prolixè dicit Doct. in primo, diſt. 17. de habitu morali, & ea ibi quæ diffuſè expoſui.

Bonitas gratuita.

¶ Ibi. Tertia bonitas conuenit actui ex hoc, quòd ſuppoſita duplici bonitate, ſcilicet ex genere, & perfectè morali, ipſa elicitur conformiter principio merendi quod eſt gratia, & charitas, ſiuè ſecundum inclinationem charitatis, actus enim meritorius, loquendo ſemper de potentia Dei ordinata ex hoc ſolo dicitur meritorius, quia elicitur à uoluntate, & charitate, uel ut cauſa partiali concurrente, uel ſaltem inclinante uoluntatem ad huiuſmodi actum eliciendum. De quo actu meritorio, vide Doctorem in primo, diſtinct. 17. & multa quæ ibi expoſui.

De triplici malitia actus voluntatis.

¶ Ibi. Huic triplici bonitati opponitur triplex malitia.

Prima quidem malitia ex genere, quando ſcilicet actus, qui tantum habet bonitatem naturæ, ex quo deberet conſtitui in genere bonitatis habet malitiam, quia tranſit ſuper obiectũ diſconueniẽs, puta ſi odire tranſit ſuper Deum.

Secunda eſt malitia ex aliqua circumſtantia deordinante actum, licet tranſeat ſuper obiectum conueniens actui ſecundum rectam rationem.

Tertia eſt malitia in demerito.

¶ Ibi. Quælibet iſtarum malitiarum poteſt accipi contrariè, vel priuatiuè reſpectu ſuæ bonitatis. Accipitur enim malitia priuatiuè ex hoc, ꝙ priuat tantum aliquam circumſtantiam, exemplum, cum quis dat eleemoſinam pauperi, non cõſiderando finem, nec alias circumſtantias, tunc illa operatio eſt mala priuatiuè, ideſt quòd non habet actu omnes circumſtantias facientes illam operationem perfectè moralem. Malitia verò contrariè non tantum dicit priuationem alicuius circumſtantiæ requiſitę ad actum perfectè moralem, ſed etiam ponit circumſtantiam repugnantem circumſtantiæ requiſitę ad actum perfectè moralem, vt cum quis dat eleemoſinam pauperi propter libidinem, ſeu propter inanem gloriam, talis enim circumſtantia repugnat circumſtantiæ debiti finis.

¶ Ibi. Sed malitia ex genere contrariè accepta, & priuatiuè cõuertuntur, & ideo ſicut inter priuationem, & habitum immediatum non eſt medium, ita bonum ex genere, & malum ex genere ſunt contraria immediata. Ratio eſt, quia actus non poteſt eſſe, quin tranſeat ſuper obiectum, & illud ſupplè obiectum neceſſariò eſt conueniens, vel diſconueniens actui, & ita neceſſariò actus bonus ex genere ex obiecto conuenienti, vel actus malus ex genere ex obiecto diſconuenienti, vult dicere Doct. quòd malitia ex genere priuatiuè, & contrariè ex hoc cõuertuntur, quia non poteſt dari aliquis actus malus ex genere, quin neceſſariò tranſeat ſuper obiectum diſconueniens, & vt ſic tranſit, neceſſariò priuatur obiecto conuenienti, & ſimiliter non poteſt eſſe actus malus ex genere, qui careat obiecto conuenienti, quin neceſſariò tranſeat ſuper obiectum diſconueniens, exemplum, odire Deum eſt actus malus ex genere, quia tranſit ſuper obiectum diſconueniens, & vt ſic tranſit, priuatur obiecto conuenienti, puta malo, quod eſt obiectum conueniens odij. Aduerte, quòd cum dicit, ibi actus non poteſt eſſe, quin tranſeat ſuper obiecto, &c. hoc non debet abſolutè intelligi, quia tunc ſibi cõtradiceret, vult enim in quoli. quæſt. 14. quòd poſſit dari actus abſolutè ſumptus ſine relatione ad obiectum. Sed debet ſic intelligi, quòd non poteſt dari actus voluntatis, quin tranſeat ſuper obiectum, loquendo tantum de potentia creaturæ, vel quòd non poſſit dari actus malus ex genere, vel bonus ex genere, quin neceſſariò tranſeat ſuper obiectum

Aduertendũ paſſum.

obiectum conueniens, vel diſconueniens actui.

¶Ibi. Malitia priuatiuè accepta ſecundo modo, & contrariè non conuertuntur, patet, quia aliquis actus poteſt carere circũſtãtia requiſita ad perfectionem actus virtuoſi, & tamen non elici cum circunſtantia repugnante, quæ redderet actum illũ vitioſum, puta ſi detur eleemoſina pauperi, non ex circumſtantia finis, quia non conſiderat, iſte quidem actus non eſt bonus moraliter, quia non eſt circumſtantionatus circũſtantia finis, nec tamen erit malus contrariè, quia non ordinatur ad finem indebitũ, ſicut faceret qui daret eleemoſinã pauperi propter vanamgloriam, vt ſupra expoſui.

Quæ ſit malitia.

¶Ibi. Malitia tertio modo contrariè, & priuatiuè accepta non conuertuntur, patet, quia malitia hoc tertio modo contrariè accepta eſt actus demeritorius, vt cum quis dat eleemoſinam pauperi ſimpliciter propter libidinẽ, nã hoc eſt demeritoriũ, & eſt malitia quę cõtrariè opponitur bonitati morali ſecundo modo acceptæ, & etiam bonitati tertio modo acceptæ, ſcilicet bonitati meritoriæ. Malitia verò priuatiuè accepta tertio modo eſt illa, quæ non eſt meritoria nec demeritoria, & eſt ibi ſola priuatio, vel gratiæ, quæ eſt principium merẽdi inclinationis gratiæ ad talem actum.

Exemplum.

Exemplum, ſi Franciſcus ſit in puris naturalibus, ita quòd nec in gratia, nec in peccato poſſet elicere aliquem actũ perfectè circũſtantionatum omni circũſtantia morali, ille actus nec eſſet meritorius vitæ æternæ, patet, quia non eſſet à gratia, nec demeritorius cum ſit perfectè moralis, ergo erit actus neuter inter actũ meritorium, & demeritoriũ, quia nec meritorius, nec demeritorius.

Nota & bene.

Similiter ſi aliquis eſſet in peccato mortali, hoc eſt obligatus ad pœnam æternam, & daret eleemoſinã pauperi amore Dei, & cũ aliis circumſtantiis requiſitis ad actum perfectè moralẽ, ille actus non eſſet meritorius, cum non ſit à gratia, nec demeritorius, cum non ſit contra aliquod præceptum, nec iuris diuini, nec naturæ, ergo actus neuter. Similiter ſi exiſtẽs in gratia daret eleemoſinam pauperi cum omni circumſtantia requiſita ad actum moralem, eſſet tamen ibi priuatio inclinationis gratiæ, ideſt quòd ſi gratia non inclinaret ad hoc, ille actus non eſſet meritorius, cum actus meritorius ſit principaliter à gratia, vel vt inclinante voluntatem ad huiuſmodi actum, vel vt à cauſa partiali concurrente principali, vt patet à Doct. in primo, diſt. 17. nec etiam eſſet demeritorius, quia actus demeritorius de potẽtia ordinata non poteſt ſtare cum gratia, ergo actus neuter, & ſic poteſt dari aliquis actus perfectè circumſtantionatus omni circũſtantia morali, qui tamen nec eſſet meritorius, nec demeritorius, ſed ſimpliciter neuter. Et licet aliqui nitantur improbare Doct. de actu neutro, vt Greg. de Arimi. & quidam alij. Sed vide quæ notaui in primo, diſt. 1. quæſt. 3. contra Greg. de Arim.

¶Ibi. Fortè tamen in ſtatu iſto nõ eſt aliquis actus neuter inter bonum, & malum ſumptũ tertio modo, niſi in vno caſu, quando. ſ. actus bonus ex circũſtantia, ad quem non inclinat charitas, & ratio eſt, quia modo quilibet, vel eſt in gratia, vel in peccato, ſi in gratia, & habet actum bonum. ſecundo modo, ergo gratia inclinat ad illũ, & ita eſt meritorius, &c. Eſt enim credendum, quòd quando voluntas informata charitate elicit aliquem actum conformiter dictamini recto, & hoc naturali, vel fidei, ꝙ charitas in tali voluntate exiſtens (quæ eſt principalis ratio merendi) ſemper concurrat ad huiuſmodi actum, & ſic omnis actus perfectè moralis elicitus à volũtate, charitate informata, eſt meritorius vitæ æternæ, & talis actus meritorius ſemper eſt ex deliberatione, quæ ſupponit in intellectu perfectum dictamen, cui conformiter elicitur, nec credo, vt aliqui prædicatores minus, quàm doctè, qui aſſerunt, ꝙ quando aliquis eſt in charitate, quòd ſiuè dormiat, ſiuè comedat, ſiuè aliquid aliud faciat, quòd ſemper mereatur, actus enim meritorius, vt dicit Doct. hic, & in quolib. quæſt. 18. præſupponit actum perfectè moralem, qui actus præſupponit dictamen practicum cui conformetur, benè verum eſt, ꝙ quando aliquis actus, licet non actus circũſtãtionatus omni circumſtãtia, vt puta, cum quis vadit ad officium, & actu, nõ dicit illud propter Deum, ꝙ talis actus erit meritorius, ſi eliciatur in virtute alterius actus perfectè circumſtantionati, vt cum intrat eccleſiam, & ratio dictat, vt voluntas velit dicere officium amore Dei ſimpliciter, & cum omni alia circumſtantia, tunc volũtas ſi determinat ſic dicere, vt ratio dictat, talis determinatio eſt meritoria, & officium actu celebratum, licet tunc nõ ſit in memoria finis, propter quem celebretur, de hoc vide in quarto.

Quando aliquis eſt in charitate, ſemper meretur.

¶Ibi. Si autem eſt in peccato, & habet actũ malum, ſecundo modo planum eſt, ꝙ ille actus eſt demeritorius, ſemper enim malitia prior infert ſecũdam, non econtra.

IBI. De ſecundo dico. Nunc Doct. intendit declarare ſecundum principale, ſcilicet quæ bonitas poſſit ineſſe volitioni angeli damnati, vel ſi aliqua malitia neceſſariò inſit. Et primò dicit, ꝙ non eſt dubiũ, quin angelus malus poſſit habere, & habeat multas volitiones tranſeuntes ſuper obiectum conueniens actui, puta amando ſe, odiendo pœnam, & ſic de aliis, & ſic habere multas volitiones bonas ex genere.

¶Ibi. Sed de aliis, duobus modis bonitati, ſcilicet virtuoſæ, & meritoriæ eſt difficultas. Et primò videndum eſt de bonitate meritoria, & dicit duas concluſiones.

Prima, ꝙ non poteſt habere volitionem meritoriam in ſenſu compoſitionis, quia iſta non ſtant ſimul, quòd ſit malus, & habeat volitionem meritoriam, quia tunc ſimul eſſet in merito, & demerito, vel ſimul eſſet in merito, & in pœna correſpondente, quæ ſunt abſurda.

Secunda concluſio eſt de ſenſu diuiſionis, an videlicet angelus malus poſſit habere volitionem meritoriam in ſenſu diuiſionis, ſicut dicimus, an albũ poſſit eſſe nigrum, & dicit, ꝙ in tali ſenſu diuiſionis poteſt ibi negari, aut potentia logica, aut realis. Et quid ſit potentia logica, vide in primo Doct. diſt. 2. parte 2. quæſt. 3. reſpondendo ad principalia argumenta, & clarius diſtin. 7. In propoſito, cum quæritur, an angelus malus poſſit habere uolitionem meritoriam, ſenſus eſſet, an angelo malo ſimpliciter repugnat, poſſe habere uolitionem meritoriam. Sequitur in littera, ſi eſt potentia realis, aut illa, quæ dicit rationem principij, aut illa, quæ eſt differentia entis, quæ dicit ordinem ad actum. De iſtis potentiis patebit infra diſt. 16. & ſatis dictum eſt in primo, diſt. 7.

¶Ibi. De potentia igitur reali uidendum eſt, quomodo non habet potentiam, &c. Hic Doctor dicit duo.

¶Primò, ꝙ loquendo de principio reali paſſiuo, ſiuè receptiuo angelus malus habet huiuſmodi principium reſpectu actus meritorij, patet, quia ſemper manet eadem voluntas, quæ ex ſe eſt receptiua, non tantum actus meritorij, ſed etiam præmij correſpondentis actui meritorio.

Secundo dicit, ꝙ loquendo de principio reali actiuo angelus malus habet principium reale actiuum actus meritorij, loquendo tantum de actiuo partiali. Actiuum enim totale actus meritorij eſt voluntas, & gratia, vt ſupra patet in primo, diſt. 17.

modo

Angelus malus caret gratia.

modo angelus malus caret gratia. Et addit Doct. ꝙ voluntas angeli mali, quæ eſt partiale principium actus meritorij nō habet in poteſtate ſua aliud partiale principium. ſ. ipſam gratiam, non enim voluntas creata poteſt ponere gratiam in eſſe, cum tantū ſit creabilis ab ipſo Deo. Addit etiam dicens, ꝙ quamuis gratia iam habita voluntas vtens ſit principale agens reſpectu actus

Difficultas.

IN iſta littera occurrit aliqualis difficultas in hoc. quod dicit, ꝙ gratia iam habita, voluntas vtens ſuppl. ipſa gratia eſt principale actiuum actus meritorij, videtur enim ſibi contradicere, quia in primo, diſt. 17. ſic dicit. accipiendo actum ſecundum rationem meritorij, poteſt dici, ꝙ principaliter illa acceptatio conuenit actui ab habitu, & minus principaliter à voluntate, magis enim acceptatur actus vt dignus p̄mio, quia eſt elicitus à charitate, quàm quia eſt à volūtate liberè elicitus, hæc ille, vult enim ibi Doct. ꝙ gratia reſpectu actus meritorij ſit principalis cauſa, hic verò oppoſitum dicit.

Reſponſio.

❧Reſpondeo, & dico, ꝙ nulla eſt hic cōtradictio, ſi rectè Doct. intelligatur. Nam ut loquitur de principio verè actiuo actus meritorij uoluntas eſt principale actiuum, & gratia minus principale, & effectum, ſiue productum ab vtroque eſt actus tantum quo ad ſubſtantiam, & intenſionem, non autem ſecundum illam rationem, ſecundum quam dicitur meritorius, ꝙ enim actus ſit meritorius, ſiue acceptus formaliter, ſiue dignus vita ęterna, hoc non eſt effectiuè, neque à voluntate, neque à charitate, ſed ſolum à voluntate diuina ſic, vel ſic acceptante, vt patet à Doct. in primo, diſt. 17. & ideo Doct. apertè dicit, ꝙ voluntas vtēs ipſa gratia eſt principale agēs, quia vtitur ipſa tantum quo ad ſubſtantiam, & intēſionem actus, non autem quantum ad illam rationem, ſecundum quam dicitur meritorius.

Actus meritorius dign' eſt vita æterna ſolum à voluntate diuina ſic acceptante.

❧Si dicatur, ꝙ etiam ipſa uoluntas eſt principale agens non tantum reſpectu ſubſtantiæ, & intenſionis actus, ſed etiam reſpectu acceptationis paſſiuæ, qua actus formaliter dicitur acceptus, ſiuè meritorius. Et ꝙ ſic poſſit dici cauſa actiua, probatur, ſupponendo, quod dicit Doct. in quarto, diſt. 1. q. 4. vbi ſic dicit, ꝙ ducens diſpoſitionem ad aliquem effectum, licet in ſe non attingat illum effectum, tamen poteſt dici cauſa ipſius, quia producit diſpoſitionē, ad quam ſequitur talis effectus, hoc idem poteſt patere in quarto, diſt. 14. & in ſecundo, diſtin. 18. & in tertio, diſt. 4. Cum ergo actus quo ad ſubſtantiam, & intenſionem productus a voluntate, & gratia ſit diſpoſitio ad acceptationem paſſiuam (patet, quia Deus ab æterno diſpoſuit actum à voluntate, & à gratia productum acceptare, vt dignum vita æterna, vt patet à Doct. in primo, diſt. 17.) ſequitur, ꝙ cū volūtas ſit cauſa principalis reſpectu illius actus, quia eſt diſpoſitio, &c. quòd etiam erit cauſa principalis reſpectu acceptationis paſſiuæ. Et ſi ſic falſum videtur, quod dicit Doct. in primo, diſt. 17. ꝙ talis acceptatio ſit principalius à gratia, quàm à voluntate.

Diſpoſitio eſt duplex.

❧Reſpondeo. Et dico, quòd diſpoſitio eſt duplex quædam eſt ex natura rei, qua poſita, effectus ex natura rei, & de neceſſitate ſequitur, ſicut calor, & ſiccitas in ligno erit diſpoſitio ex natura rei, qua perfectè poſita neceſſario ſequitur forma ſubſtantialis ignis, quia ignis agens in lignum, introducto vltimo gradu diſpoſitionis, de neceſſitate producit formā ſubſtantialem ignis. Alia eſt diſpoſitio, quæ non eſt ex natura rei, ſed eſt ex ſola voluntate ſic, vel ſic acceptante, primo modo verum eſt, quòd ſi aliquid eſt principalis cauſa diſpoſitionis, ad quam ſequitur effectus, ſed ſecundo modo non eſt verū, non enim ſequitur, quòd ſi aliquid eſt cauſa principalis alicuius actus, ꝙ etiam ſit cauſa principalis effectus ſequentis à voluntate alterius, quia, & talis effectus producatur, & quod talis actus ſit diſpoſitio ad illū effectum eſt ſimpliciter ex volūtate acceptantis. Dico ergo, quòd nulla eſt operatio noſtra etiam intēſiſſima, quæ ex natura ſua ſit acceptabilis ad vitam æternam, nec etiam quæ ſit diſpoſitio ad huiuſmodi acceptationem paſſiuam, ſed hic totum eſt à voluntate diuina, quòd enim operatio elicita à volūtate acceptetur ad vitam æternā, hoc eſt à ſolo Deo acceptante, & ſimiliter, quòd ſit diſpoſitio ad huiuſmodi acceptari eſt à ſolo Deo, & tūc dico, quòd quamuis operatio, quantum ad ſubſtantiam, & intenſionem ipſius ſit principaliter à voluntate, tamē quòd ipſa ſit diſpoſitio ad acceptari ad vitam æternam eſt principaliter à gratia, quia Deus diſpoſuit ab ęterno, ꝙ operatio, quæ procedit a voluntate principaliter quo ad ſubſtantiam, & intenſionem, & minus principaliter à gratia, ſit principaliter ab ipſa gratia, vt diſpoſitio.

Nulla eſt operatio noſtra, quæ ſit acceptabilis ad vitam æternam.

❧Ibi. Tamen gratia non habita ipſa non eſt ſufficiens ad ponendum gratiam in eſſe, & ita angelus non habet totale principium actiuum ad agendum talem actum, nec eſt principale partiale principium actiuum, in cuius poteſtate ſit producere reliquum principium actiuū partiale in eſſe, &c. Pro clariori intellectione eſt conſiderandum, quòd aliquid eſt principium partiale alicuius effectus, quod habet in virtute ſua, poſſe producere aliud principium partiale, & hoc, uel totaliter, uel partialiter, patet, quia intellectus agens eſt principium partiale intellectionis, puta lapidis, vt patet à Docto. in quolib. quæſt. 15. & poteſt ponere aliud principium partiale in eſſe partialiter tamen, puta partialiter cauſando ſpeciem intelligibilem lapidis (nam ſpecies intelligibilis pro ſtatu iſto cauſatur ab intellectu agēte, & a fantaſmate, licet principaliter ab intellectu agente, vt patet à Doctore in primo, diſtin. 3. q. 8.) quæ ſpecies intelligibilis erit principium partiale intellectionis abſtractiuæ ipſius lapidis, vt patet à Doctore in primo, diſtinct. 3. quæſt 6. 7. & 8. & in diſtinct. 17. & in ſecundo, diſtinct. 3. & in quolib. Et quod aliquod agens partiale poſſit totaliter ponere aliud principium partiale, patet, quia ſuſtinendo, ꝙ voluntas ſit cauſa totalis volitionis ſuæ, poteſt producere unam uolitionem ita intenſam, ad quam ſequitur habitus perfectus, cum habitus cauſetur ex frequentatis actibus, uel ſaltem ex uno ualde intenſo, & ſi eſt cauſa totalis talis actus, & actus ſit productiuus habitus in uirtute uoluntatis, ſequitur, ꝙ ipſa uoluntas ſit cauſa totalis illius habitus, quia quicquid eſt cauſa cauſæ, &c. Et tamen ille habitus poterit poſtea eſſe cauſa partialis alterius actus producti à uoluntate, ui à cauſa partiali, & principali, ut patet à Doctore in primo, diſtinctione 17. In propoſito autem uoluntas creata nullo iſtorum modorum poteſt cauſare gratiam, neque totaliter, neque partialiter, cum tantum immediatè creetur à Deo.

An volūtas ſit cauſa totalis volitionis.

❧Ibi. Et amouere impedimentum vſus ſui, & ſui comprincipij ad eliciendum actum, & effectum communem eorum. Nam impedimentum, quòd voluntas non eliciat actum meritorium eſt carētia ipſius gratiæ, quam carentiam non poteſt amouere à ſe, quia priuatio non poteſt tolli per quamcunque potentiam, niſi per habitum, cui opponitur. Si enim voluntas creata poſſet amouere carentiam gratiæ poſſet cauſare gratiam, quod eſt falſum, immò ipſa voluntas non poteſt ſuper carentiam ipſius gratiæ prius habitæ, vt clarè patet à Docto. in quarto, diſtin. 1. quæſt. 1. reſpondendo ad principalia argumenta, & diſt. 16. q. 2.

❧Ibi.

Dubium.

¶ Ibi. Sed hic eſt dubium, quia quod dictum eſt de principio actiuo, & ſi verum ſit comparando ad effectum principalẽ, qui eſt meritoriè agere ex gratia qua meritoriè velit: reſtat dubium de principio diſpoſitiuo, ſiue actiuo ad diſpoſitionem reſpectu principalis agentis, an ſcilicet habens voluntatem tanquam principale principium actiuum poſſit ſe diſponere ad gratiam, & ſi hoc videtur, quòd in poteſtate eius ſit benè velle, ſicut in poteſtate peccatoris viatoris, non plus enim poteſt peccator viator malus, niſi ſe diſponere, & tũc dabitur ſibi gratia à Deo qua benè poſtea agit. Vtrum autẽ viator poſſit habere aliquem motum attritionis ex puris naturalibus, exiſtente influentia generali, vel requiratur aliqua operatio ſpecialis, de hoc in quarto, diſtin. 14. quæſt. 2. Licet hoc declarandum non ſit præſentis ſpeculationis, nimia tamẽ diſcipulorum victus dilectione aliqua (ea qua potero) breuitate dicam.

An peccator poſſit ſe diſponere ad gratiam ex puris naturalibus.

Doct. enim 14. diſt. 4 q. 2. art. 2. ſic dicit, peccator in peccatis exiſtens eo modo, quo dictum eſt in præcedenti quæſt. art. 1. peccatum manere poſt actum poteſt ex naturalibus cum communi influentia conſiderare peccatum cómiſſum, vt offenſiuum Dei, &c. vide ibi, vult enim, quòd homo peccator ex puris naturalibus poteſt ſe diſponere ad gratiam, quia poteſt cognoſcere illud, vt offenſiuum Dei, quod videtur repugnare dictis ſuis, quia in prolo. quæſt. 1. probat, quòd homo ex puris naturalibus non poteſt cognoſcere finem vltimum ſuum, & hic dicit, quòd ex puris naturalibus poteſt cognoſcere peccatum, vt eſt impeditiuũ præmij. Similiter eſt cótra illud, quod dicit in illa quæſt. quarti, quòd in intellectu peccatoris poteſt eſſe duplex regula, vna naturalis, quæ dictat peccatũ eſſe deteſtandum, vt eſt vitium quoddam, & alia ſupernaturalis quæ dictat peccatum eſſe deteſtandũ, vt eſt offenſiuum Dei, & impeditiuum præmij, multis etiam alijs dictis repugnat quæ breuitatis cauſa omitto.

Reſponſio.

¶ Reſpondeo. Et dico nullam eſſe repugnantiã in dictis Doct. Nam Doct. expreſsè vult, quòd homo ex puris naturalibus nõ poſſit cognoſcere peccatum, vt offenſiuum Dei, & impeditiuũ præmij, & inductiuum ſupplicij, vt patet in loco prællegato quarti de regula ſupernaturali, hoc enim eſt reuelatum in ſacra ſcriptura, ſtante ergo reuelatione ſcripturæ ſacræ, & quòd peccator cognoſcat, vel ſcripturam, vel per prædicationem, quòd peccatum eſt deteſtabile ſub huiuſmodi cõditionibus, tunc ex ſuis puris naturalibus poteſt cõſiderare peccatum cum illis conditionibus, ita quòd non eſt neceſſe, quod talis conſideratio immediatè ſit à Deo, licet prima reuelatio immediatè fuerit à Deo. Exẽplum, quamuis ex puris naturalibus nõ poſſem cognoſcere Deum eſſe trinum, & vnum, facta tamen reuelatione mihi à Deo, vel mihi immediatè, vel alicui, cui firmiter credo poſſum poſtea bis, ter, quater conſiderare Deum eſſe trinum, & vnum, ita quòd talis conſideratio erit ex puris naturalibus meis, generali influentia concurrente, ſic dico de peccato, & ſicut homo ex puris naturalibus nõ poteſt ſe diſponere, quia ex puris naturalibus non poteſt cognoſcere peccatum ſub illis conditionibus, poteſt tamen ſe diſponere ex puris naturalibus, ſic intelligendo, quòd poſtquam credidit peccatũ eſſe deteſtandum ſub illis conditionibus poteſt ex puris naturalibus non tantũ conſiderare illud, ſed etiam deteſtari, & hoc eſt quod intendit Doct. ibi. Dico etiam, quod ex puris naturalibus non tantum poteſt conſiderare peccatum, vt dixi, ſed etiam ex puris naturalibus poteſt habere primam credulitatẽ credendo ſcripturæ ſacræ, vel alicui Doct. vt ſatis patet à Doct. in tertio, diſt. 23. de fide acquiſita, ſi tamẽ illud peccatum cum illis circumſtantiis non fuiſſet alicui reuelatum nunquam firmiter poſſet cognoſcere illud ſub illis circunſtantiis. Sed de iſta materia prolixè dicturus ſum in quarto, diſt. 14. quæſt. 2.

¶ Ibi. Sed ſuppoſito, quòd ſic negaret aliquis iſtã potentiam diſpoſitiuam ab angelo damnato, & diceret eã conuenire poſſe peccatori viatori. Sed huic videtur obuiare auctoritas Augu. ſupra allegata de fide ad Petrum cap. 5. quæ magis concedit poteſtatem angelo lapſo redeundi ad bonum ex puris naturalibus, quam homini lapſo, ergo ſi homo viator poteſt ex naturalibus ſuis habere iſtam potentiam diſpoſitiuam, multo magis angelus. Quantũ ad hoc poſſet pariformiter concedi de angelo lapſo, & homine lapſo, quia ſi homo peccator dum eſt in via poteſt ſe diſponere ex puris naturalibus ad gratiã, multo magis angelus poteſt ſe diſponere, dum eſt in via. Et ſi vterque eſſet in termino, ſi homo ex puris naturalibus poſſet ſe diſponere, multo magis angelus, ſed quare, nec homo, nec angelus, vt ſunt in termino poſſunt ſe diſponere hoc non eſt, quia ſimpliciter repugnat eis, ſed quia voluntas diuina determinauit nunquam cõcurrere ad actum attritionis ſufficienter diſponẽtem ad gratiam reſpectu eorum qui ſunt damnati, vt hic patebit in quarto, aliqualiter diſt. 44. quæſt. 2. & 49.

¶ Ibi. Secundum hoc ergo, quantum ad omnia membra de potentia, vt eſt principium, non videtur negandum ab angelis, poſſe meritoriè velle, niſi quia non habet principiũ merendi totale, nec principale partiale reſpectu volitionis bonæ, nec reſpectu gratiæ ſpecialis, quæ requiritur ad bonam volitionem, nec tamen eodem modo poteſt ipſe benè velle, quo viator peccator ſicut poſtea dicetur. Si autem intelligatur de potentia quæ eſt differentia entis, &c. Pro intellectione huius litteræ eſt notandum, quòd hæc potentia, quæ eſt differentia entis, accipitur pro poſſibili, ſicut dicimus, quòd ens diuiditur per ens in actu, & per ens poſſibile, ſiuè in potentia, & tale ens poſſibile poteſt comparari ad cauſam, quæ poteſt producere illud in actu, & dicitur poſſibile potentia propinqua, quando comparatur ad cauſam totalem diſpoſitam, & dicitur poſſibile potentia remota, quando comparatur ad cauſam partialem, quæ non poteſt producere illud, niſi ſit vnita alteri partiali, exẽplum, intellectio lapidis, antequam producatur in eſſe dicitur poſſibilis potentia propinqua, ſi comparatur ad intellectum habẽtem ſpeciem intelligibilem lapidis, ex quibus integratur vna cauſa totalis, dicitur verò poſſibilis potentia remota, vt comparatur ad intellectum non habentem ſpeciem intelligibilem lapidis qui intellectus eſt altera cauſa partialis. Sic dico in propoſito de actu meritorio, qui actus meritorius dicitur poſſibilis potentia propinqua, vt comparatur ad volũtatem gratia informatã, quæ integrant vnã cauſam totalem reſpectu actus meritorij, & dicitur poſſibilis potentia remota, vt comparatur ad voluntatem carentem gratia. Similiter aliquid poteſt dici poſſibile, vt comparatur ad potentiam paſſiuã receptiuã, & dicitur poſſibile potentia propinqua, quando receptiuum eſt diſpoſitum ad recipiendũ illud poſſibile verò potentia remota dicitur quando receptiuum eſt diſpoſitum, & ſic actus meritorius dicitur poſſibilis potentia propinqua vt comparatur ad receptiuum diſpoſitum quale eſt voluntas, informata charitate, non quòd charitas ſit ratio formalis recipiendi talem actum, ſicut quantitas eſt ratio formalis recipiendi colorem, ſed quia Deus determinauit nunquam actum meritorium ineſſe alicui voluntati, niſi vt informatæ charitate, ſed dicitur poſſibilis potentia remota, quando cõparatur

De potentia vt eſt differẽtia entis.

Quomodo actus meritorius dicatur poſſibilis.

paratur ad receptiuũ indiſpoſitum, cuiuſmodi eſt voluntas ſine charitate, & ſic patet iſta littera Doct.

¶ Ibi. Si intelligatur de potentia logica, quæ dicit modum compoſitionis formatæ ab intellectu, hoc modo impoſſibilitas poteſt eſſe in compoſitione vel ex repugnantia intrinſeca extremorum inter ſe, ſicut hic homo eſt irrationalis, vel poteſt eſſe repugnantia ex aliquo extrinſeco, ſicut ſi oculus eſſet in tenebris, & impoſſibile eſſet illud oppacum cauſans tenebram amoueri, impoſſibile eſſet talem oculum videre non ex repugnantia intrinſeca terminorum, quæ eſt oculi ad videre, ſed ex repugnantia alicuius extrinſeci ad alterum extremorum ſcilicet illius opaci ad videre.

¶ Ibi. Ad propoſitum ergo applicando dico quòd non eſt hic impoſſibilitas ex repugnantia intrinſeca terminorum, immò in ſubiecto non eſt repugnantia intrinſeca ad prædicatum, ſi qua ergo ſit impoſibilitas, erit ex repugnantia alicuius extrinſeci ad vnionem iſtorum extremorum, illud extrinſecum non poteſt eſſe, niſi cauſa, cuius actio requiritur ad hoc, vt extrema vniantur, talis cauſa, reſpectu vnionis gratiæ ad aliquod ſubiectum, non eſt nata eſſe alia, niſi ſolus Deus, tantum igitur erit impoſſibile angelum bene velle, vel gratiam habere quia impoſſibile eſt Deum ſibi gratiam dare, & hoc potentia ordinata. Et quod dicit hic de potentia Dei ordinata, & abſoluta, vide quæ diffuſe expoſui in primo. diſtinctione. 44. & tota iſta littera vſque ibi. (Aliud dubiũ eſt, ſi illa obſtinatio &c.) erit clara.

Dubium.

¶ Ibi. Aliud dubium eſt. Hic Doctor. mouet aliam difficultatem, videlicet, an obſtinatio volũtatis malę ſit à Deo vel ab ipſa voluntate mala, hæc littera eſt ſatis clara vſque ibi, tamen quia actus dum manet, habet quaſi continuè cauſam, quia eius eſſe eſt quaſi in continuo cauſari, ſicut Deus non poteſt eſſe cauſa mali, inquantum malum in prima electione ſui, ita nec in eſſe ſuo continuato, quod eſt continuè elici &c. Doctor. in iſta littera cum dicit, quòd ſicut actus malus non poteſt eſſe à Deo, ita nec continuatio illius, hoc ſic debet intelligi, quòd licet Deus ſit prima cauſa, puta amoris quo malus angelus amat ſe, cum talis amor ſit ens abſolutum, & etiam ſit cauſa quantum ad ſubſtantiam, & intenſionem illius amoris quantumcũque intendatur, & ſit cauſa continuationis, continue concauſando voluntati angeli mali, non tamen eſt cauſa nec effectiua, nec defectiua deformitatis fundatæ in tali amore, puta quòd dilectio ſic intenſa ordinetur ad angelum ſimpliciter propter ſeipſum, nam tunc eſt ibi carentia debiti finis, quãtum ergo ad hoc non eſt cauſa nec effectiua nec defectiua, nec quo ad eſſe, nec quo ad continuationem, vt infra patebit à Doct. diſtinctio. 37. &. 44. vel vltima. Et quod dicit Doct. hic quòd Deus eſt cauſa effectiua pœnæ ignis, de iſta pœna habet diffuſe videri in quarto diſtinctio. 44. q. 2. & diſtin. 46. Quod etiam dicit Doct. quòd Deus poteſt dici cauſa obſtinationis deſerendo, non dando ſcilicet ſibi gratiam, hoc eſt, quia Deus ordinauit nunquam dimittere peccatum, niſi dando gratiam, & hoc loquendo de peccato, ſcilicet de obligatione illa ad pœnam æternam, quæ poſt peccatum remanet in anima, vt patebit in quarto. diſtinctio. 14. q prima. Sed hæc obligatio non vocatur propriè obſtinatio, nam propriè obſtinatio reſpicit continuationẽ actus mali, & quòd poſſit reſilire à tali continuatione, non poteſt eſſe niſi ex ſpeciali gratia Dei, quia voluntas diuina determinauit non concurrere ad actum bonum reſpectu exiſtentis in termino damnationis, & ſic deſerit. Sed de iſta obſtinatione, vide

Quõ Deus dicatur cauſa obſtinationis.

Quid propriè ſit obſtinatio.

clarius in quarto. diſtin. 44. q. ſecunda, & diſtin. 49 q, quarta. arti. ſecundo.

¶ Ibi. Cum ergo arguitur, quòd ſi iſta ſcilicet obſtinatio eſt à voluntate ſola, ergo voluntas ſola poteſt in oppoſitum reſilire, ſcilicet ab illo obiecto in quod inordinate ſe inclinauit.

¶ Reſpondeo, quòd ad reſiliendum meritoriè requiritur aliud principium à voluntate, puta gratia, quam angelus malus non poteſt ex ſe habere, & Deus ſecundùm quod deſeruit ipſum, diſpoſuit ſibi eam non dare. Hic Doct. adhuc negat, quòd malus angelus ex ſe poſſit reſilire à peccato obſtinationis, & hoc meritoriè, poſito quòd talis obſtinatio ſit à volũtate mali angeli. Eſt aduertendum, ꝙ quando quis reſilit à peccato communiter meritoriè reſilit; actus enim, quo quis de congruo meretur liberari à peccato, eſt actus meritorius, vt patebit in quarto. diſtinctio. 22. Eſt etiam aduertendum, quòd ex determinatione diuinæ voluntatis damnatus, & per conſequens obſtinatus in peccato nec meritoriè, nec non meritoriè poteſt reſilire à peccato, vt patet in quarto. diſtinctio, 46. q. vltima. articu. ſecundo. Vltra eſt notandum, quòd obſtinatio in peccato in damnatis eſt principaliter à voluntate diuina ſic deſerente voluntatem in tali peccato vt habet videri in quarto, vbi ſupra.

Secũdus articulus.

IBI. Reſtat nunc videndum de bonitate morali, & malitia ſibi oppoſita. Hic Doct. primò recitat opi. Bonauenturæ libro ſecundo, diſtinctio ſeptima, articu. primo, quæſt. ſecunda, & tertia, qui dicit quòd angelus malus non poteſt habere volitionem moralem bonam, quia omnem deformat ex aliqua circunſtantia inordinata referendo illud inordinatè ad amorem ſui, ſimiliter habitus in eis eſt perfectè malus in eo, ideo perfectiſſimè inclinat in malum, nunquam ergo bene volunt propter primum, ſed ſemper male volunt propter ſecundùm, videlicet propter vehementem inclinationem in malum.

¶ Contra primum. Habent naturalia integra ſecundùm Diony. de diui. nomi. ergo eſt in eis naturalis inclinato ad bonum, ergo ſecundùm illam inclinationem poſſunt aliquid cõformiter velle, quia potentia, vt in natura ſua merè conſideratur, poteſt aliquem actum elicere conſonum inclinationi naturali, ergo poſſunt habere actum non malum, quia non eſt contrarium naturæ eorum.

Difficultas mirabilis.

¶ In iſta littera Doctor. occurrit aliqualis difficultas ſpecialiter circa hoc, quod dicit, quia inclinatio naturalis eſt ad bonum, ideo voluntas eliciẽs actum conformiter tali inclinationi habet volitionem illam non malam, nam in hoc videtur ſibi contradicere, quia in quarto, diſtinctio. 49. dicit quòd inclinatio naturalis eſt ad perfectionem, ad quam ordinatur ſummè intenſa, & per conſequens ſi natura aliqua ſummè inclinatur ad bonum ſibi commodum, voluntas eliciens conformiter tali inclinationi videtur mala, & ſimiliter volitio elicita. Præterea diſtinctio. 50. quarti dicit Doct. ꝙ appetitus naturalis eſt ad ſummam beatitudinem, & tamen volitio elicita conformiter erit mala, vt patet à Doctor. ibi. Præterea in hoc ſecundo. diſtinctio. 23. probat Doct. quòd ideo Deus non poteſt facere voluntatem creatam impeccabilem ex natura, quia appetitus naturalis poteſt eſſe ad ſummum commodum, ordinando illud ad ſe, & voluntas poteſt conformiter agere illi appetitui, & ſic peccare. Præterea in iſto ſecundo. diſtin. 6. q. ſecũda. dicit quòd voluntas, vt conformiter agit regulę naturali, hoc eſt inclinationi naturali non rectè agit, & tamẽ hic dicit, quòd actus elicitus cõformiter inclinationi naturali, non erit malus.

¶ Reſpondeo quòd ſi Doct.rectè intelligatur nulla apparebit contradictio.

¶ Nam Doc.in hoc loco intendit probare, quòd voluntas eliciens actum conformiter inclinationi naturali non peccat, ſic tamen intelligendo quòd inclinatio naturalis poteſt eſſe ad bonum.& voluntas abſolutè amans bonum non peccat, ſtando ergo in tali amore abſolutè, ille actus non eſt malus cõtrariè, cum verò voluntas refert bonum illud ad quod non debet referre, puta amando illud tantum in ordine ad ſe, tunc peccat, vel ſi ſit bonum infinitum, amando illud non propter ſe, amando ergo bonum abſolutè non peccat, immò ille actus eſt bonus ex genere, vt ſupra patet in præſenti quæſtio. & ſic intendit Doctor. hic, quòd ſi voluntas volens bonum abſolutè, ad quod naturalis appetitus valde inclinatur, actus conformiter elicitus non erit malus. Si dicatur naturalis appetitus inclinatur ad bonum tanquam ad ſumme bonum ſibi, ergo actus voluntatis conformiter elicitus tali appetitui erit malus.

¶ Dico quòd ſi voluntas vellet illud bonum eo modo, quo appetitus appetit, tunc peccaret, quia tunc referret illud poſitiue, ad quod referre non debet, ſed volendo bonum abſolutè ſiſtendo ibi, illa volitio non erit mala.

Contra D. Bonauenturam diſtinctione præſenti q 1.

¶ Et quòd Doct.ſic intelligat ſcilicet de actu non malo contrarie, patet in ſimili per tertiam rationem contra Bonauenturam in qua ſic dicit. Si nolunt (inquit) pœnam inquantum eſt leſiua naturæ ſiſtendo tantum in hoc abſque alia circunſtantia non videtur actus malus moraliter, quia ſicut poteſt amare naturam ſuam non male moraliter, ita poteſt odire contrarium ſibi, hoc idem patet per ſecundam rationem in qua dicit, habẽt (inquit) vermem, qui eſt remorſus de peccato eorum, remorſus iſte eſt aliqua diſplicentia, hæc diſplicentia non eſt actus malus moraliter, quia licet poſſet deformari per circunſtantiam inordinatam tamen ſiſtendo in hoc, quod eſt nolle ſe peccaſſe, non videtur eſſe formaliter malitia moralis, immò talis diſplicentia eſt ſaltem bona ex genere cum tranſeat ſuper obiectum conueniens actui ſecundùm dic tamen rationis vult ergo Doctor, quòd actus elicitus à voluntate conformiter appetitui naturali quòd non ſit malus moraliter, immò vt ſic ſemper erit bonus ex genere, licèt poſtea poſſit deformari circunſtantijs oppoſitis circunſtantijs requiſitis, ad actum perfectè moralem.

¶ Et vult Doct. hic quòd voluntas mali angeli poſſit abſolutè elicere actum circa bonũ, ad quod inclinatur eius naturalis appetitus, volendo illud abſolute, & ſic patet quomodo in dictis Doct.nulla ſit contradictio.

Scotus improbat aliud dictum contra D.Bona.

¶ Ibi.Contra ſecundũ.Hic Doct.improbat aliud dictum Bonauentu.videlicet ꝙ angeli mali ſemper male volunt propter habitum malum in termino. Et primo improbat hanc concluſionem, ꝙ ſemper male velint, & ratio clara eſt, & ſtat in hoc, angelus malus poteſt non velle aliquid, quia poteſt ſuſpendere actum volendi, ergo non ſemper male vult, conſequentia, patet, antecedens probatur per Auguſt. primo retrac.ca.ſecundo.Nihil eſt tam in poteſtate voluntatis, quàm ipſa voluntas, ideſt quàm actus eius, quia in poteſtate voluntatis, eſt velle, & nõ velle, vt patet intuenti. Et addit ꝙ ſi voluntas poteſt ſuſpendere potentiam inferiorem ab omni actu ſuo, multofortius poteſt ſuſpendere ſe ab actu ſuo. Et hæc ratio fuit declarata ſupra in primo.diſtin. prima.quæſtio quarta.

¶ Ibi. Præterea, quod etiam adducitur de habitu Hic Doct.probat duplici ratione, ꝙ habitus malus in angelis malis non facit eos de neceſſitate ſemper male agere, & iſtæ rationes ſunt ſatis claræ, aliqualiter tamen pro iunioribus expono litteram, cum dicit primo, quòd omnis habitus inclinat ad aliquem actum in eadem ſpecie, hoc debet intelligi de habitu acquiſito ex frequentatis actibus, vel ex vno valde intenſo, habitus enim acquiſitus ſemper inclinat ad ſimiles actus, ex quibus generatur.

¶ Aduerte etiam, quòd vnus habitus non poteſt generari ex actibus ſpecie diſtinctis, quia actus ſpecie diſtincti nati ſunt tantum generare habitus ſpecie diſtinctos.

¶ Nota etiam quòd Doct. intendit hìc de inclinatione poſitiuè, quæ inclinat ad aliquid proſequẽdum, non autem de inclinatione, quæ inclinat ad oppoſitum fugiendum, ſemper enim habitus, qui inclinat ad aliquid proſequendum, inclinat etiam ad oppoſitum fugiendum, vt patet à Doct.in quarto.diſtin.14.quæſt.ſecunda. Sequitur, ille ergo habitus qui ponitur cauſa peccandi, aut inclinat tantum ad actum ſuperbiendi, aut tantum ad actum odiendi, patet, quia non poteſt inclinare ad actus ſpecie diſtinctos cuiuſmodi ſunt actus odiendi, & actus ſuperbiendi, videtur ergo probabile, quòd angelus malus poſſit aliquando illum actum non habere, puta actum odiendi, patet, quia poteſt habere alium actum diſtinctè, & ex toto conatu, puta actum ſuperbiendi, & non poteſt ſimul habere duos actus perfectos, vt ſupra expoſui in primo. diſtinctione. 2. parte prima. Sequitur, ergo nullus vnus actus eſt, qui neceſſariò ſit perpetuus ex vehementi inclinatione ad ipſum, & per conſequens nec in communi neceſſariò ineſt actus malus ex habitu. Hæc conſequentia patet, quia ſi ponantur duo tantum habitus in angelo malo, quorum vnus ſumme inclinat ad actum ſuperbiendi, & alius ad actum odiendi, ſi angelus malus habeat actum ſuperbiendi perfectum, tunc non habebit actum odiendi, & per conſequens non vult ſemper male ex habitu, qui inclinat ad actum odiendi.

Nullus actus eſt neceſſario perpetuus.

¶ Et ſimiliter ſi habet actum odiendi perfectũ, tunc non habet actum ſuperbiendi, nec per conſequens ſemper vult male ex habitu ſuperbiendi, ergo nec ex habitu ſimpliciter ſemper vult male, quia da oppoſitum, ſi neceſſariò vult male ex habitu in communi, ergo neceſſariò vult male ex habitu in ſpeciali, patet conſequentia, quia quod neceſſariò determinat ſibi aliquod genus, neceſſariò determinat ſibi aliquàm ſpeciẽ, & vltimo aliquod indiuiduum.

¶ Hæc propoſitio patet à Doct.infra diſtinctione.12.ergo ſi angelus malus neceſſariò vult male ex habitu in communi, ergo neceſſariò vult male ex iſto habitu, cuius oppoſitum ſupra patuit.

¶ Ibi. Præterea ſecundo habitus non eſt ratio agendi potentiæ modo oppoſito proprio modo ipſius potentiæ, patet iſta propoſitio, quia modus agendi naturalis potentiæ non poteſt variari per quemcumque habitum, nullus enim habitus in intellectu poſſet facere intellectum agere non modo naturali, modus enim agendi intellectus eſt naturalis.

¶ Similiter modus agendi voluntatis eſt libere agere, ergo nullus habitus in voluntate quantumcunque intenſus poſſet facere voluntatem velle aliquid neceſſariò.

¶ Sequitur, quia cauſa ſecunda non determinat modum agendi cauſæ primæ, ſed econtra, hęc propoſitio patet.

¶ Sequitur, ergo ſi voluntas non habituata poſſit non neceſſariò velle hoc, & hoc eſt libertatis

in ea; ergo uoluntas habituata non neceſſariò uolet hoc.

Scotus reſpondet ſecundum intentionem propriam.

IBI. Quātū ergo ad iſtum articulum. Hic Doc. reſpondet ſecundum intentionem propriam ad illum articulū, in quo quærebatur de bonitate morali, & malitia oppoſita in angelo malo, & dicit aliquas concluſiones.

¶ Prima eſt iſta, quòd angelus malus non neceſſariò habet aliquem actum malum, loquēdo de actu determinato, puta de actu ſuperbiendi determinatè, uel de actu odiendi determinatè, & probat, quia ſi tantum habeat actum determinatum, ille inclinat ad certum actum, unum in ſpecie, & patet, quòd poteſt habere aliquem alium actum, puta actum odiendi; & pro tunc non habere actum ſuperbiendi, & per conſequens poteſt non habere quemcūque alium actum, ad quem habitus ſuperbiendi non inclinat, puta non habere actum amoris amicitiæ circa ſe immoderatum, vel amoris concupiſcentiæ inordinatum, & ſic patet quomodo nō neceſſariò uult aliquem actum malum determinatum, ponendo tantum unum habitum malum in angelo malo.

¶ Secunda concluſio eſt, quòd etiam ponendo plures habitus malos inclinantes ad diuerſos actus malos in ſpecie, adhuc non ſequitur, quòd angelus malus neceſſariò uelit actum malum determinatè, patet, quia certum eſt, quòd illi plures habitus non uehementiſſimè inclinant, patet, quia tunc angelus malus, uel nullum actum malum haberet, uel ſimul haberet tot actus malos ſpecie diſtinctos, quot eſſent habitus in eo ſpecie diſtincti, patet, quia ſi æquè inclinant, non eſt maior ratio de vno, quàm de alio.

¶ Sequitur ergo, quòd aliquis habitus in eo non uehementiſſimè inclinat, ſi ſic: ergo angelus malus, poterit non habere actum illius habitus, non uehementiſſimè inclinantis, ergo poteſt non habere actum cuiuſcunque alterius habitus.

¶ Tertia concluſio eſt de actu indeterminato, ſiuè uago, & eſt talis. Angelus malus non neceſſariò habet actum malum moraliter, quam concluſionē probat, quia aliquando poteſt habere volitionem non malam, malitia contraria bonitati morali, licet non habeat bonam, bonitate morali completa, quę eſt ex omnibus circumſtantiis, videtur enim probabile, quòd actum bonum ex genere poſſit habere, hoc eſt ſiſtendo ibi, non deformando per circumſtantias contrarias circumſtantiis bonæ volitionis.

¶ Quarta concluſio, nulla apparet impoſſibilitas, quin angelus malus poſſit habere completè bonum moraliter, hanc concluſionem aliter non probat, poſſet tamen probari ex ſupra habitis, quia in angelo malo ſunt naturalia lucidiſſima, & per conſequens in intellectu eius poteſt eſſe veriſſimum, & certiſſimum dictamen, & non repugnat uoluntati eius, poſſe elicere aliquem actum conformem tali dictamini. Et addit Doctor, mirum (inquit) videtur negare potentiam naturalem in natura illa excellente, ubi nō apparet aliquid, propter quod ſit neganda.

¶ Sexta concluſio, probabile eſt (inquit) quòd angeli mali ſecundum hanc potentiam, ſecundum quam poſſunt uelle bonum moraliter non exeant in actum propter vehementem malitiam, ſecundum quam magis probabile eſt, quòd agunt, quàm ſecundum partem naturalem, ſecundum quam poſſent in actus aliquo modo oppoſitos.

AD argumenta principalia. Primò arguit Doc. probando, quòd mali angeli non velint neceſſariò malè, & arguit auctoritate Iacobi ſecūdo. Dæmones credunt, & contremiſcunt.

Iacobi 2.

¶ Reſpondetur primò à Bonauentura vbi ſupra, quòd ille actus credendi in eis eſt malus, quia odiunt illud creditum.

¶ Contra hanc reſponſionem arguit Doct. dicit, quòd actus intellectus, vt præcedit actum volūtatis non deformatur ab actu voluntatis ſequente, patet, quia talis actus, vt præcedit non ſubeſt imperio voluntatis, nam nullus actus intellectus poteſt dici malus formaliter, niſi pro quanto imperatur à voluntate inordinatè ſe habente, vt infra patebit in iſto ſecundo, diſtinctione quadrageſimaſecunda. Angelus verò malus in illo priori poteſt aliquod verum concipere tam ſpeculabile, quàm agibile.

¶ Dat ergo Doct. aliam reſponſionem concedēdo, quòd habent aliquem actum bonum bonitate morali, diminutè tamen, quia non malum malitia contrariè, vt ſupra patuit.

¶ Secundò arguit Doct. ibi. Præterea in eis manet imago, & ex hoc arguit ſic, iſti actus, qui ſunt capere Deum, & participare ipſum videntur actus boni, ſed anima ideo imago Dei eſt, quo capax, & particeps eius eſſe poteſt, per Auguſt. 14. de Trinit. capit. octauo.

Imago dupliciter accipitur.

¶ Reſpondet Doctor, quòd angelum eſſe capacem, &c. ſonat in potentiam remotam, loquendo de potentia ad actum eo modo, quo ſupra expoſui, uel loquendo de potentia, quæ eſt principium, ſonat in principium paſſiuum, uel actiuum partiale diminutum, ut ſupra expoſui.

¶ Sed hæc reſponſio, licet euadat argumentum, quantum ad actum bonum meritorium, quia in angelis malis non eſt aliud principium partiale actus meritorij, ſcilicet gratia, vt ſupra patet, non tamen euadit de actu bono morali, quia imago ſecundum Doct. in primo, diſt. 3. quæſtio. vlt. non tantum ſonat potentiam, ſiuè principium, ſed etiam includit actum, & tunc in malis angelis erit imago Trinitatis, cum actu intelligunt Deum, & actu diligunt.

¶ Reſpondeo, quòd imago ſecundum Auguſt. aliquando accipitur pro ipſa anima includente tantum intellectum, & uoluntatem, quæ ſunt principia actuum ſecundorum, & talis imago eſt in dæmonibus, aliquando accipitur imago, ut includit tam actus primos, quàm ſecundos, vt expoſui in primo, diſtinctione tertia, quæſtione vltima. & talis imago imperfectè poteſt eſſe in dæmonibus, quia poſſunt cognoſcere Deum, & diminutè amare, puta amando, vt bonum commodum ſibi, non poſſunt ergo exire in actum perfectè moralem.

¶ Tertiò arguit Doctor auctoritate Dionyſ. de diui. nomi. in dæmonibus manēt naturalia integra, ergo, & liberum arbitrium integrum, ſed poſſe peccare uec eſt libertas, nec pars libertatis ſecundum Anſelmum de libero arbitrio, capit. decimo, liberum enim arbitrium eſt poteſtas ſeruandi rectitudinem propter ſe, ergo habent libertatem liberi arbitrij, quantum ad illud quod eſt per ſe, quod eſt bene velle.

In dæmonibus manent naturalia integra.

¶ Reſpondet Doctor ad hoc argumentum, & ratio ſtat in hoc, quòd aliud eſt loqui de potentia peccandi, quæ nominat principium productiuum, & aliud eſt loqui de poſſe peccare, quod dicit ordinem ad peccatum.

¶ Primo modo nominat intellectum, & voluntatem, quæ ſunt partes liberi arbitrij. & tale liberum arbitrium eſt principium effectiuum reſpectu actus ſubſtrati, & defectiuum reſpectu deformi-

tatis, vt infra patebit diſtinctione.37.ſecundo modo non eſt liberum arbitrium nec pars liberi arbitrij, quia talis ordo ad actum dicit tantum reſpectum, ſiuè relationem, quæ nullo modo pertinet ad liberum arbitrium, & ſic concedo quòd mali angeli habent liberum arbitrium, & tamen poſſunt peccare deficiendo à rectitudine danda actui.

Ordo ad peccatum multipliciter capitur.

¶ Hanc litteram declaro, cum. diſt. aliud eſt loqui poſſe peccare, aliud de potentia ad peccandũ, primum dicit ordinem ad actum diſſormem, & talis ordo poteſt multipliciter conſiderari, quia vel terminatur ad actum ſubſtratum deformitati & fundatur in libero arbitrio, & tunc talis ordo dicit relationem realem, aut terminatur ad ipſam deformitatem & fundatur in libero arbitrio, & tunc tantum dicit relationem rationis, patet, quia omnis relatio quæ terminatur ad non ens, eſt relatio rationis, vt infra patebit, diſtinctione quadrageſimaquarta. ſed deformitas eſt tantum priuatio rectitudinis quæ deberet ineſſe actui, vt infra patet diſtinctione trigeſimaquarta, trigeſimaſexta, & trigeſimaſeptima. Sequitur. Secundùm dicit rationem principij quo poteſt elici actus deformis, patet, quia dicit ipſum liberum arbitrium, quod eſt principium, quo poteſt elici actus deformis, ſic intelligendo quòd eſt principium quo, vt productiuo reſpectu actus ſubſtrati, & quo vt defectiuo reſpectu deformitatis inhærentis actui. Sequitur, primus ordo non eſt liberi arbitrij, nec aliquid eius, patet, quia talis ordo tantum dicit relationem vel realem, vel rationis. Sequitur, nec abſolutè aliquis ordo ad actum eſt aliquod principium actiuum, vel pars eius, patet, quia omne principium actiuum ſemper dicit entitatem abſolutam, nulla enim relatio poteſt poni de genere actiuorum, vt patet quinto phyſicorum textu commenti decimi. Sequitur, ſecundo modo dico quòd illud, quo illud poteſt peccare includit duo, quorum alterum eſt poſſe, aliud deficere, patet, quia potentia peccandi. vt eſt principiũ quo eſt productiua alicuius actus ſubſtrati, & vt ſic includit poſſe, & eſt defectiua deficiendo à rectitudine danda, & vt ſic includit deficere. Sequitur, & illud eſt eius poſſe, ideſt illud principim formale productiuum quo poteſt in ſubſtraſtum peccati, vocatur poſſe. Sequitur, quod poſſe, eſt per ſe libertatis arbitrii & potentiæ, patet, quia voluntas eſt principium productiuum quo homo vel angelus verè poteſt producere ſubſtratum peccati, & talis voluntas, vel eſt liberum arbitrium, vel ſaltem pars liberi arbitrij, dicitur etiam potentiã productiua. Sequitur, reliquum verò non eſt eius vnde liberum arbitrium, ſeſt vnde tale ſcilicet defectiuũ ideſt quòd ipſum deficere à rectitudine danda actui, nec eſt liberum arbitrium, nec pars liberi arbitrij inquantum liberum arbitriem, vel inquãtum pars, quia vt ſic dicitur potentia productiua, ſed bene deficere pertinet ad liberum arbitrium non in quantum liberum arbitrium eſt effectiuum, ſed inquantum eſt defectiuum ſupple inquantum deficità rectitudine danda actui. Sequitur, ita quòd ſicut in communi liberum arbitrium eſt quo, quis poteſt velle, & hoc accipiendo ita in communi, ſicut Anſel. accipit ſcilicet, vt conuenit Deo & beatis, ita liberum arbitrium hoc ſcilicet viatoris eſt quo quis poteſt velle defectibiliter. Dicit Docto. quòd accipiendo liberum arbitrium, vt tantum eſt commune Deo, & beatis, tunc eſt principium productiuum, quo tam Deus, & beati poſſunt abſolutè velle, accipiendo verò liberum arbitrium in particulari pro, vt conuenit viatoribus, tunc eſt, id quo viator, non tantum poteſt abſolutè velle, ſed etiam poteſt defectibiliter velle, quia eſt id, quo viator poteſt deficere à rectitudine danda. Sequitur, tamen quantum ad aliquid poteſt poni diſſimile, quia ad abſolutè velle tota entitas poſitiua liberi arbitrij, & ſola eſt principium ſupple productiuum, ad illam autem deformitatem in actu nihil poſitiuum in libero arbitrio eſt principium, patet, quia reſpectu non entis, nihil poteſt eſſe principium productiuum, quia principium productiuum, tantum reſpicit ens poſitiuum pro producto, ſed illa deformitas, quæ ineſt actui eſt ſimpliciter non ens, ergo. Sequitur, & tunc ad formam dico, quòd dato, quòd ibi ſit libertas arbitrij non ſequitur, niſi quòd eſt potentia, quæ poteſt in actum poſitiuum, qui actus eſt à potentia poſitiua, vnde poſitiuus, & per conſequens, vnde ad ipſum eſt liberum arbitrium non eſt peccatum, vult dicere quòd inquantum liberum arbitrium eſt potentia productiua actus poſitiui, vt ſic ad liberum arbitriũ non pertinet, quia peccatũ propriè reſpicit potentiam de fectiuam, & non vt poſitiue productiuam. Sequitur, tamen ex defectu concomitante illum actum poteſt eſſe peccatum, hoc clarum eſt ex ſupradictis. Sequitur, poteſt tamen concedi totum argumentum, ſcilicet quòd ipſi habent potentiam non peccandi, quia habent potentiam, quæ non eſt formaliter peccatum. Hic Doctor, dat aliam reſponſionem, & concedit, quòd angeli mali habent potentiam non peccandi, quia habent liberum arbitrium, quod non eſt formaliter peccatum, vt patet, ſiuè etiam accipiatur potentia vt dicit ordinem ad actum, talis potentia non eſt formaliter peccatum, ſiuè accipiatur potentia, vt nominat principium, ſiuè actiuum, ſiuè paſſiuum, talis potentia non eſt formaliter peccatum, patet, quia peccatum formaliter eſt ſola carentia rectitudinis debitę quæ deberet ineſſe actui, vt infra patebit in iſto ſecundo. diſtin.34. Sequitur, licet non habeant potentiam non peccandi, hoc eſt non eſſe in peccato, quomodo peccator dicitur eſſe in peccato poſtquàm tranſiuit actus, quem commiſit ideſt quòd loquendo de peccato, ſiue de obligatione ad pęnam æternam, quæ manet in anima poſt actum peccati, vt patet in quarto. diſtin. 14. q. prima. Nulla voluntas creata eſt potens ſe liberare à tali obligatione, ſolus enim Deus poteſt liberare ab huiuſmodi obligatione, vt patet à Doctor. in quarto. diſtinctione. 14. & .22.

Liberum arbitriũ cōſideratur duobus modis.

An ad liberum Arbitrium pertineat peccatum.

¶ Ibi. Et ſi arguas ſecundùm. Anſel. lib. arbitrium eſt poteſtas ſeruandi rectitudinem propter ſe, ideſt liberum arbitrium ex ſe ipſo poteſt ſeruare rectitudinem, ergo ex ſe ipſo habens rectitudinem poteſt ſeruare eam, & ſic non eſſe in peccato.

Anſelm. de libero Arbitrio c.10.

¶ Reſpondet Doct. ꝙ liberum arbitrium eſt poteſtas, quæ ex ſe poteſt ſeruare rectitudinem, quæ ſupple actui ineſt, & ſic debet exponi Anſel.

¶ Quarto arguit Doct. ibi. Præterea nullus intellectus eſt ita auerſus, qui poſſit intelligere aliquod verum, quia prima principia omni intellectui ſunt nota, ergo nulla voluntas eſt ita auerſa ab vltimo fine, quin poſſit velle vltimum finem, patet conſequẽtia per illud philoſophi ſecundo phiſico. tex. com. 89. & ſeptimo ethicorum. Sicut principium in ſpeculabilibus, ſic finis in moralibus. Probatur etiam aliter conſequentia, quia omnis malus eſt ignorans tertio ethicorum, ergo vbi non poteſt intellectus excecari circa obiectum vt intelligibile, ibi nec voluntas poterit obliquari circa idem obiectum vt appetibile, vel amabile.

Tertio ethicorum.c.12.

¶ Ad hoc argumerum reſpondet Doct. ad aliud de ſimili, dicit primo Doct. ꝙ illud argumentum, concluderet contra eos, qui dicunt intellectum eſſe

ſufficiens

ſufficiens motiuum voluntatis, quia ex quo talis intellectus per modum naturæ & de neceſſitate intelligit obiectum præſens, tunc de neceſſitate mouebit voluntatem ad volendum illud obiectum, ſi enim intellectus angeli mali rectè intelligeret aliquod principium practicum, vel concluſionem practicam, puta quòd ſummum bonum eſt ſummè diligibile, & per conſequens Deus eſt ſummè diligibilis, tunc de neceſſitate moueret voluntatem ad ſic diligendum. Et ſi iſti volunt euadere argumentum hoc, oportet eos dicere intellectum primi angeli nullum principium practicum rectè concipere, quod tamen eſt falſum, patet, quia ſicut principia ſpeculabilia ſunt vera ex terminis, ita principia operabilia. vt patet in queſtio. vltima. prolog. Ad illam ſimilitudinem philoſophi ſecundo phi. quomodo intelligatur reſponſum eſt ſupra à Doct. in primo. diſtin. prima. q. quarta. & in quarto diſtin. 49. vide ibi.

2. Phyſ. con-tex. 88.

¶ Ibi. Quomodo autem hoc ſit verum, quod dicitur tertio ethicorum. quòd omnis malus eſt ignorans. Dicit Doct. quòd hoc habet pertractari in alio loco, ſcilicet in iſto ſecundo diſtin. 22. & in tertio & in quarto. Sequitur ibi, poteſt tamen dici ad argumentum ſcilicet principale, quòd illud ſimile de intellectu & volũtate, nihil valet, quia intellectus poteſt cogi ad aſſentiendum, ita quòd non poteſt eſſe ita cecus apprehendens aliquos terminos, quin ex euidentia eorum poſſit concipere eorum veritatem complexionis compoſitæ ex eis. Et quomodo hoc. diffuſe expoſitũ eſt ſuper primo Doctoris diſtinctione tertia. q. quarta. Voluntas autem non cogitur ex bonitate obiecti, ideo poteſt eſſe ita auerſa, quòd quodcunque bonum ſibi oſtenſum non mouet ipſam ad amandum ipſum ſaltem ordinatè. Similis reſponſio de intellectu & voluntate data eſt à Doctore in primo. diſtin. prima. q. quarta. vbi Doct. dicit, quòd non eſt ſimile, de primo verò reſpectu intellectus, & de primo bono reſpectu voluntatis. Et quod dicit hîc Doct. quòd maximum bonum non mouet voluntatem ad amandum ſaltem ordinatè, videtur quaſi innuere, quòd ſaltem moueat volũtatem ad amandum abſolute, ſed hoc alias pertractabitur in materia de beatitudine.

¶ Quinto arguit Doct. ibi. Item ſi neceſſario male volunt & ſemper ſunt in actu volendi, ergo in infinitũ augent malitiã ſuã, & ſic in infinitũ creſceret pœna eorũ, quia augmẽto culpæ ex lege iuſtitiæ diuinę correſpondet augmentum pœne. Sequitur etiam aliud inconueniens, quòd pari ratione poſſet augeri charitas in infinitum in bonis, ſi in iſtis poſſet augeri malitia, & ſic boni nunquàm eſſent in termino beatitudininis, ſicut nec mali in termino malitię.

¶ Reſpondet Doct. ibi. Ad aliud dico, quòd habitu exiſtente perfecto vel in ſummo. &c. Iſta littera eſt ſatis clara, in qua tamen nota aliquas ſingulares propoſitiones, quarum prima eſt, quòd habitu exiſtente in ſummo actus ſequentes nõ augẽt ipſum habitũ ſed tm̃ procedũt ex habitu iã generato, ꝓcedũt tm̃ ex sũma pfctione habitus. Secũda, actus angeli boni non augent habitum charitatis eius, nec effectiuè, nec meritoriè, quia eſt in termino. Tertia, præmium ſubſtantiale in primo inſtanti, in quo aliquis eſt beatus, eſt determinatum, nec ex tũc creſcit, quia actus boni ſequentes non ſunt meritorij, licet ſint boni. Quarta propoſitio eſt. Angelo damnato in primo inſtanti ſuæ damnationis determinatur pęna, quæ non creſcit intenſiuè cum ſit in termino. Quinta propoſitio. Mali actus damnati quos continuè elicit non ſunt impuniti, quia includuntur in prima pœna ſibi determinata, & quilibet ſicut poſſet habere pœnam accidentalem, habet ſeipſum pro pœna iuxta illud Auguſti. Iuſſiſti domine, & ita, eſt vt pœna ſit ſibi omnis peccator. Sexta propoſitio, potiſſima & maxima pœna eſt priuatio maximi boni qualis eſt formaliter in actu malo malitia culpę peccatorem auertente. Septima, in damnato creſcet eius pęna in infinitum extenſiua, ſicut & malitia, neutrum tamen creſcet intenſiuè Octaua. Non omnis culpa eſt propriè demeritoria, quia ſola illa eſt demeritoria quæ à viatore elicitur, illa vero quæ elicitur à damnato magis propriè dicitur damnatoria. Decima propoſitio eſt de beato, boni actus beati includuntur in primo actu beatitudinis, cum procedant ex perfectione actus beatifici, & quantum ad accidentale præmium quilibet actu eſt ſibi præmium. Vndecima, præmium accidentale beati creſcet in infinitum, ſicut & actus boni creſcent in infinitum extenſiuè, neutrum tamen creſcet intenſiuè. Duodecima, actus beati non proprie dicuntur meritorij, ſed magis actus beatifici ex beatitudine procedentes.

Littera clara.

Non omnes culpa in demeritoria.

¶ Vltimo arguit Docto., ibi. Præterea nullũ violentum eſt perpetuum primo cœli. text. commenta. decimi quinti. & ſecundo cœli. text. commen. octaui. quia eſt contra inclinationem eius, cui ineſt, ſed malitia eſt contra naturam ſecundùm Damaſcenum.

¶ Reſpondet Doctor ibi. Ad aliud dico, quòd in agentibus mere naturalibus ceſſantibus impedimẽtis reditur ad diſpoſitionem naturalem, vt patet de aqua calefacta, quæ redit ad priorem frigiditatem ceſſante impedimento, quia principium frigiditatis eſt neceſſarium & eſt actiuum, per modum naturæ in ipſa aqua, ſed non ſic eſt de agente libero, vt patet in littera.

¶ Ibi. poteſt dici, quòd peccatum eſt contra naturam, hoc eſt contra illum actum, qui natus eſt elici concorditer & conformiter inclinationi naturali, ſed ex hoc non oportet quòd contrarietur voluntati ſecundùm ſe.

¶ Sed in iſto dicto Doctoris occurrit non parua difficultas. Si enim doctor intelligat, quòd quando voluntas elicit actum carentem iſta conformitate, ſcilicet quòd non eſt elicitus conformiter inclinationi naturali, illud eſt peccatum. Contra, & pono caſum voluntas mea ſecundùm inclinationem naturalem ſumme inclinatur ad ſummam beatitudinem poſſibilem creari, vt patet à Docto. in quarto, diſtinctione quinquageſima, & tamen voluntas vult beatitudinem actu elicito ſecundùm merita & non vult tantam beatitudinem quanta ab appetitu naturali appetitur, vt patet à Docto. in quarto. vbi ſupra. Dico ergo quòd peccatum dicitur contra naturam, quia eſt contra actum natum elici cõformiter naturali inclinationi accipiendo naturalem inclinationem pro dictamine naturali, & ſic omnis peccans elicit actum contra rectũ dictamen naturale rationis, vel ſi volumus dicere quòd ſit contra inclinationem naturalem, poteſt dici ſic, quòd natura magis inclinatur ad actum perfectum quàm imperfectum. actus autem perfectè circunſtantionatus eſt perfectior actu carente debitis circunſtantijs. Vel tertio poteſt dici, quòd ideo peccatum eſt contra naturam, quia dicit tantum carentiam & priuationem, natura autem inclinatur ad bonum abſoluiè & ad actum, quo attingit illud bonum, & ſic finis eſt &c.

Notandum difficultas.

Quare peccatum dicatur cõtra naturam.

Diſt. VIII. Quæſt. Vnica.

Vtrum Angelus poſſit aſſumere corpus, in quo exerceat opera vitæ.

Seraphicus Bona. 2. ſent. diſt. 8. q. 1.
Scotus 2. ſenten. diſt. 8. quæſt. 1.
D. Thomas prima parte ſummæ, q. 51. art. 3.
Riccardus 2 ſent. diſt. 8. quæſt. 5. & 6.
Durandus 2. ſent. diſtin. 8. quæſt. 2.

QVAERITVR circa diſtinctionem octauam à Doct. Vtrum angelus poſſit aſſumere corpus, in quo exerceat opera vitæ.

¶Ibi. In iſta quæſtione tria ſunt videnda. Primò, quid ſit angelum aſſumere corpus. Secundò, quale corpus aſſumit, ſcilicet an cœleſte, an elemẽtare, an mixtum. Tertiò, quas operationes poteſt exercere in corpore.

Quid ſit Angelum aſſumere corpus. ¶De primo dicit Doct. quòd angelum aſſumere corpus non eſt informare corpus, nec etiam hypoſtaticè ſibi vnire, ſed tantum eſſe intrinſecus motor corporis.

¶De primo patet, quia ſi angelus informaret corpus, tunc ex angelo, & corpore fieret compoſitum per ſe, quia ex per ſe actu, & per ſe potẽtia, vt patet 8. metaph. tex. comm. 15. & 16. hoc autem repugnat angelo poſſe informare corpus, vt probat Doctor. quæſt. 9. quoli. ſequeretur etiam compoſitum illud eſſe perfectius ipſo angelo, vt patet à Doct. in ſimili in quarto, diſtinct. 43.

¶De ſecũdo patet, quòd quando aſſumit corpus nõ vnit illud ſibi hypoſtaticè, nam vnire ſibi aliquid hypoſtaticè eſt terminare dependentiam illius naturæ, & ſuppoſitare illam in ſeipſo, vt patet à Doct. in tertio, diſt. 1. quæſt. 1. & quæſt. 19. quolib. eſt enim impoſſibile angelum propria virtute poſſe aſſumere aliquod corpus in vnitate ſuppoſiti, vt patet à Doct. in tertio, diſt. 1.

¶De tertio patet, quia ex hoc angelus aſſumit corpus, quia intrinſecè mouet illud, applicando ſe illi, ideo dicitur aſſumi, ideſt ad ſe ſumi, quia ad operationes proprias ſibi exercendas vtitur illo, ſicut inſtrumento.

Angelus nõ aſſumit corpus cœleſte. ¶De ſecundo principali dicit Doct. duas concluſiones, vnam negatiuam, aliam affirmatiuã. Negatiua eſt iſta, angelus non aſſumit corpus cœleſte, nec elementare, in quibus appareat, de cœleſti apparet, quia quando apparet nobis nõ aſſumit, nec Solem, nec Lunam, immo in tali corpore non poſſet exercere operationes, quas exercet, dum apparet nobis. De elementari patet. Tum quia corpus elementare non eſt viſibile, vt patet, ſed apparet in corpore viſibili. Tum etiam, quia apparet nobis in aliquibus accidentibus, quæ non ſunt nata ſuſcipi in corpore merè elementari, vt cum apparet nobis in corpore albo, uel rubeo, uel aliquo alio colore colorato.

¶Secunda concluſio affirmatiua eſt iſta, quòd angelus poteſt aſſumere corpus mixtum à natura generatum, & ſimiliter poteſt aſſumere corpus non à natura prius genitum, ſed ſtatim generandũ, prima pars concluſionis patet, quia poteſt aſſumere cadauer mortui, uel lapis, uel aliquid tale. Secunda pars patet de corpore imperfectè mixto, quod cõpleta operatione ſtatim diſparet, ut patet de Raphaele, & Samuele, Thobiæ 5. & 11. Et dicit Doct. quòd quãdo aſſumit tale corpus, quod ſubito diſparet completa operatione, ꝙ tale corpus videtur mixtũ propter accidentia, quæ apparent in corpore, puta colores, vel aliqua alia, quæ non poſſunt ineſſe, niſi corporibus mixtis, illud tamen non erit mixtum plena mixtione, patet, quia corpus tale ſubito videtur formari; perfectum autem mixtum non ita ſubito formatur, patet de homine, qui non eſt natus generari, niſi ſecundum determinatum proceſſum naturæ, & hoc in matrice. Nec poteſt dici, quòd angelus ſubito inducat illam formam in materia, puta formã corporis humani, quia nullus angelus poteſt inducere formam naturalem, ut eſt opinio communis tam philoſophorum, quàm theologorum, tantum enim elemẽta actiua, & paſſiua poteſt conuenienter ſimul adhibere, & corporibus cœleſtibus in ſitu cõuenienti approximare, vt inducatur forma particularis, qualis nata eſt à talibus agentibus particularibus induci, itaque corpus, quod ita quaſi ſubito formatur, & reſoluitur, eſt mixtum imperfecta mixtione, qualis poteſt induci ab agentibus naturalibus, quaſi ſubito facta approximatione elemẽtorum, ita quòd magis tale corpus aſſimilatur impreſſioni; quæ eſt imperfectè mixta, & ſignum huius eſt, quòd ſit imperfectè mixtum, quia quando diſparet, tale corpus non remanet aliquid talis corporis, in quod naturaliter eſſet immediatè reſolubile, corpus verò humanum, ſi eſt perfectè mixtum, non eſſet natum redire, niſi ad cadauer, ſed imperfectè mixtum ſtatim reſoluitur in elemẽta, ſicut ex eis ſtatim poſſunt generari propter eorum imperfectam mixtionem.

¶De tertio principali dicit aliquas concluſiones, quarum aliquæ ſunt affirmatiuæ, aliquæ negatiuæ.

¶Prima affirmatiua eſt hæc. Angelus poteſt cauſare motum localem in corpore aſſumpto, patet, quia poteſt mouere totum illud corpus, non mouendo partem poſt partem, poteſt etiam mouere illud corpus motu, qui uidetur progreſſiuus, ſed non erit propriè progreſſiuus, quia corpus moueri progreſſiuè eſt propriè moueri organicè, ibi enim in tali motu vna pars mouetur mota alia, & ideo angelus non propriè mouebit illud motu progreſſiuo, ſed alio motu, qui apparet progreſſiuus. *Angelus poteſt cauſare motum localem.*

¶Secunda concluſio affirmatiua eſt, ꝙ angelus poteſt mouere corpus aſſumptũ motu inſpirationis, & reſpirationis, & mouere palpebras, & manus, & ſimilia, nam omnes iſti motus ſunt motus locales. Et Doct. aſſignat rationem horum motuum per argumẽtum à minori, quia nõ eſt aliquod corpus ita imperfectũ in uniuerſo, quin habeat in uirtute ſua aliquod ubi, ut patet de graui reſpectu cẽtri, quod habet uirtutem mouẽdi ſe, ut ſupra patet in iſto ſecundo, diſt. 2. q. vlt. ergo à fortiori angelus poterit cauſare motum localem in corpore aſſumpto.

¶Prima concluſio negatiua eſt iſta. Angelus in corpore aſſumpto non poteſt cauſare aliquam operationem ſenſualem, puta nec uiſionẽ, nec auditionem, & huiuſmodi, patet, quia tales operationes nõ ſunt natæ recipi, niſi in compoſito ex organo ſaltem perfectè mixto, & ex anima, inquantũ habet potentiam perfectiuam illius organi, ut patuit in primo, diſt. 3. q. 6. ſed in corpore ſumpto ab angelo non eſt talis mixtio organi, nec anima perficiens ipſum organum, & ideo ſimpliciter in tali corpore compoſito, quod aſſumit, nulla eſt ſenſatio.

¶Secunda concluſio negatiua. Operationes, quę verè cõſiſtunt in verè agendo, cuiuſmodi ſunt operationes uegetatiuæ, ut generare, & huiuſmodi, non competunt illi compoſito aſſumpto, quia illę operationes natæ ſunt eſſe compoſiti animati, quale nõ eſt ibi, uel natæ ſunt eſſe corporis mixti, puta ſi caro generaret carnem, neutrum autem eſt ibi. De hoc habet videri in quarto, diſt. 13. & multo clarius diſtinct. 44. quæſt. 1.

¶Tertia

¶ Tertia concluſio negatiua. Cognitio quam videtur habere de particularibus factis audiendo, uel uidendo non eſt uera auditio, neque uiſio, ſed tantum intellectio, & illam intellectionem ſuam poteſt exprimere, formando verba, & mouendo linguam localiter, vt infra patebit diſtinctione vndecima.

Angelus nō poteſt cauſare veram nutritionē. ¶ Quarta concluſio negatiua. Angelus in corpore aſſumpto non poteſt cauſare ueram nutritionem, cum tale corpus ſit nutribile, ut patet, quia tantum corpus animatum poteſt nutriri, poteſt tamen cauſare in tali corpore comeſtionem, quæ nō eſt niſi diuiſio cibi per motum localem maxillarū, & traiectio eius in uentrem per motum localem, & tunc poteſt fieri exalatio, & reſolutio in humores, & elementa.

¶ Quinta concluſio negatiua. Angelus non poteſt augmentare corpus, quod aſſumit, loquendo de augmentatione propriè dicta, de qua Doctor. in quarto, diſtinctio.44. quæſtio. prima. quæ augmentatio fit per adgenerationem, ut infra patebit, uirtute tamen angeli in tali corpore poteſt eſſe uera iuxta poſitio, ſi ipſe uelit ſubito alia elementa, quæ poſſunt imperfectè miſceri ad talem imperfectam mixtionem apponere corpori ſuo, ut uideatur creſcere.

¶ Ibi. Et ſi dicas, ſi commeſtio non ſit operatio uitalis, ergo non valet argumentum ad probandum ueram Chriſti reſurrectionem de comeſtione eius cum diſcipulis.

Nota & bene. ¶ Reſpondet Doctor dupliciter. Primò, quòd ad probandum reſurrectionem Chriſti ſunt multa alia argumenta in Euangelio efficaciora, & ita talis comeſtio cum aliis bene probat Chriſti reſurrectionem, & ſi non per ſe tantum. Secundò dicit, quòd talis comeſtio erat ordinata ad ueram nutritionem, & non habet pro inconuenienti corpus glorioſum poſſe conuertere corpus nō glorioſum in ipſum, ſicut poſſe eſſe ſimul cum corpore non glorioſo, nec propter hoc eſt corruptibile, quia poteſt aliud conuertere in ſe, patet, quia poſſet Deus facere corpus glorioſum in minima quantitate, & illud augere per comeſtionem, nec tamen aliquid corrumperetur de nutrito, & aucto, in corporibus autem talibus aſſumptis non eſt nutritio, ſed tantum additio, vel appoſitio.

An Angelus poſſit generare. ¶ Ibi. Sed quantum ad generationem. Hic Doct. oſtendit quomodo angelus poſſit generare, & patet littera, quomodo dicuntur ſuccubi, & incubi. Argumenta principalia cum ſuis reſponſionibus, patent in littera.

Quæſtio Prima. Diſt. IX.

Vtrum Angelus ſuperior poſſit illuminare Angelum inferiorem.

Scotus 2. ſenten. diſt. 9. quæſt. 1.
D. Thomas prima parte ſummæ, q. 106. art. 4.
Riccardus 2. ſent. diſt. 9. quæſt. 2.
Franciſcus de Mayr. 2. ſent. diſt. 12. quæſt. 2.
Durandus 2. ſent. diſt in. 2. quæſt. 3.

CIRCA diſtinctionem nonam. Doc. quærit duo principaliter. primò quærit. Vtrū angelus ſuperior poſſit illuminare inferiorem. Secundò quærit de locutione angelorū, quia ſimilis eſt præcedenti quæſito. Vtrum vnus angelus poſſit intellectualiter loqui alteri angelo.

CIRCA iſtas quæſt. primò videndum eſt de locutione angelorum, vbi principaliter quatuor ſunt videnda. Primò, quomodo loquens cognoſcat illud, de quo loquitur. Secundò quomodo illud ab uno cognitū poſſit alium latere. Tertiò, quomodo fit ei palens, quando loquendo ei exprimit illud. Et quartò de illuminatione.

¶ Ibi. Quantum ad primum. Hic Doc. primò recitat opin. Henr. quolib. 2 q. 8. & quolib. 5. q. 15. qui Henr. dicit, quòd angelus cognoſcit ſingulare, non primo, nec per aliquam rationem propriam, ſed per uniuerſale concreatum ſuo intellectui, quod probat quadrupliciter, quæ probationes exponentur, ſoluendo illas.

Henr. quoli. 2. q. 8 & quolib 5. q. 15. Primus articulus. ¶ Ibi. Quantum ad iſtum articulum. Hic Doct. ponit modum cognoſcendi ſingulare ab angelo loquente ſm opi. Henr. vbi ſupra. Et quia hæc littera eſt aliqualiter difficilis, ideo expono eam ſecūdum opi. Henr. ſic dicentis, intellectus (inquit) angeli apprehendit formam per rationem vniuerſalis à ſuo habitu, ideſt ꝙ intellectus angeli apprehendit ipſam quiditatem vniuerſalem per rationem vniuerſalis; ideſt ꝙ apprehendit illam ſm rationem communē, & indifferentem, ſiuè indeterminatā à ſuo habitu. i. ꝙ habitus concreatus eſt angelo ratio formalis cognoſcēdi omnem quiditatem creatam aliam ab angelo, vt ſupra patet diſt. 3. q. 10. vbi recitatur opi. Hē. quolib. 5. q. 14. Sequitur in littera, ſed poſtquā ſuppoſitum habet eſſe in re, vel in imaginatione ſtatim apprehendit formā in illo ſub rōne vniuerſalis, &c. vult dicere. ꝙ qn̄ angelus apprehēdit aliquod ſingulare, puta Franciſcū. primò apprehendit humanitatem in ſe, & indifferentem, & ſi Frāciſcus habet eſſe in re extra, puta ꝙ actu exiſtat, vel tm̄ in imaginatione, puta in nobis, vel vt habet eſſe, puta reuelatū, vel vt habet eſſe tm̄ ſm quid in alio repreſentatiuo, tūc intellectus angeli cognoſcit ipſam humanitatem in Franciſco, ſub ratione in̄ indeterminata, & vniuerſali, & tertiò apprehendit ipſam deſignationē, ſiuè ſingularitatem, quæ tm̄ includit duplicem negationem additam naturæ, quia ipſe vult, ꝙ ſingularitas dicat tantum duplicem negationem. ſ. negationem diuiſionis in ſe, & negationem identitatis cum alio, vt patet ab ipſo Henr. quolib 5. q. 8. & 15. & ſic angelus apprehendit humanitatem, vt eſt ſub iſta duplici negatione, quod eſt diſtingui à quolibet alio, qd' non eſt Franciſcus, & non diuidi in plura, & cognoſcēdo ſic humanitatem ſub tali deſignatione, vel vt includit talem deſignationem, tūc cognoſcit ſingulare ſub ratione ſingularitatis. Et addit, ꝙ eſt ſimpliciter eadem cognitio, qua cognoſcit humanitatē in ſe, & qua cognoſcit humanitatem in Franciſco in vniuerſali, & qua cognoſcit ipſam humanitatē ſub tali vltimata deſignatione, ſic ꝙ tantum in ſe eſt vna cognitio, licet diuerſimodè determinata, quia primò determinatur ad quiditatem in ſe. Secundò ad quiditatem in ſuppoſitis, ſub ratione tamen vniuerſali, ita quòd tunc cognoſcitur Franciſcus, vt tātum eſt homo, & non, ut in ſe. Tertiò terminatur ad ipſam, vt ultimatē includit determinationem, ſiuè deſignationem, & ſic terminatur ad ſingulare ſub ratione ſingularitatis. Et dicit, quōd accidit intellectui angelico, quòd ipſam quiditatem apprehendat in ſingulari, ſicut etiam accidit ipſi quiditati, vt ſit in illo, quod eſt inferius.

An intellectus angelicus intelligat ſingulare. ¶ Ibi. Et ex hoc apparet, quomodo intellectus angelicus quaſi ſecundum lineam protenſam intelligit ſingulare. Nos enim dicimus, quòd in cognitione abſtractiua intellectus. Primò terminatur ad naturam, vt in ſingulari uago. Secundò ad naturam in ſe. Tertiò ad naturam in ſingulari ſignato, puta humanitatem in Franciſco, & ſic cognoſcit

ipſam in Franciſco ſecundum lineam reflexam, ſi enim cognoſceret ſecundum lineam rectam, ſiuè protenſam. Primò cognoſceret naturam in ſe. Secundò in ſingulari vago. Tertiò in ſingulari ſignato. Sed Henricus dicit hìc, ꝙ intellectus angeli cognoſcit ipſam naturam in ſingulari ſignato ſecundũ lineam rectam, ſiuè protenſam, vt patet in littera, quæ ſic exponitur, cum dicit, primò quidem eſſentia in habitu mouet, non ſub ratione obiecti, ſed ſub ratione alicuius inhærentis, ideſt quòd ipſa humanitas, gratia exempli, mouet intellectum angelicum, ſupplè cauſando cognitionem ſui in tali intellectu, non ſub ratione obiecti, ſed ſub ratione alicuius inhærentis, ideſt quòd ratio formalis cauſandi huiuſmodi cognitionem in intellectu angelico, eſt habitus concreatus angelo, in quo habitu relucet quiditas, puta humanitas, qui habitus formaliter inhæret intellectui angelico. Sequitur, terminat autem actum cognoſcendi ſub ratione cogniti, & non alicuius inhærentis, ideſt quòd ratio formalis terminandi huiuſmodi cognitionem eſt quiditas cognita, & non eſt aliquod inhærens intellectui, puta habitus qui inhæret, quia talis habitus non eſt ratio formalis terminandi cognitionẽ, qua cognoſcitur quiditas, ſed ipſa quiditas cognita eſt ratio formalis terminandi. Sequitur, & ita ab obiecto in habitum non eſt circumflexio propriè, ſed quaſi linea protenſa à puncto in punctum, deinde ab obiecto in vniuerſali cognito procedit intellectus ad vniuerſale in ſuppoſito ſub ratione ſingularis, & tandem ab eodem cognito in ſuppoſito ſub ratione vniuerſalis procedit ad cognoſcendum idẽ ſub ratione vniuerſalis, vult dicere, quòd ipſe intellectus angeli habet habitum, qui habitus eſt primò ratio formalis cauſandi cognitionem quiditatis. Secundò illa cognitio terminatur ad quiditatem ſub ratione vniuerſali. Tertiò à quiditate vniuerſali terminatur ad humanitatem in ſingulari ſub ratione vniuerſali, & quartò à quiditate in ſingulari ſub ratione vniuerſali terminatur ad quiditatem in ſingulari ſub ratione propria, ideſt vt includit vltimam determinationem, ſiuè deſignationem, & ſic patet quomodo cognoſcit ſingulare ſecundum lineam protenſam. Sequitur, ita quòd eſt quaſi linea recta ab obiecto in habitum à primo puncto ad ſingulare, quaſi ad vltimum punctum per duo puncta media, vult dicere, quòd primus punctus eſt motio ipſius obiecti in habitum, quod ſic debet intelligi, quòd primus punctus eſt motio ipſius habitus, in quo relucet obiectum, ita quòd talis habitus. Primò cauſat intellectionem. Secundò talis intellectio terminatur ad naturam ſub ratione vniuerſali, & tandem ad naturam ſub ratione ſingulari.

Secundus articulus. IBI. Et ex hoc etiam apparet ſecundum. Hìc Henricus declarat ſecundum articulum, quomodo intellectio alicuius ſingularis cogniti ab vno angelo poſſit latere alium angelum. Et tota iſta littera conſiſtit in hoc, quia Raphael eadem cognitione ſimpliciter, qua cognoſcit naturam humanam, abſolutè cognoſcit ipſam, vt in Antichriſto, & ſic cognoſcit Antichriſtum, ita quòd eſt eadem cognitio reſpectu naturæ humanæ, & reſpectu Antichriſti, ſed in tali cognitione poteſt eſſe alius, & alius reſpectus, quia alia, & alia determinatio, vt ſupra patet, licet ergo angelus Gabriel videat in angelo Raph. huiuſmodi cognitionem Antichriſti, non tamen ſequitur, quòd uideat illam ſub illo reſpectu, qua terminatur ad Antichriſtum, & ideo huiuſmodi cognitio ſub tali reſpectu poteſt latere angelum Gabrielẽ, & per conſequens ipſe Antichriſtus latere poteſt. Si dicatur, quòd ſi Gabriel videt huiuſmodi cognitionem, ergo videt ipſam, vt terminatur ad Antichriſtum, & ſic Antichriſtus non poſſet latere Gabrielẽ, & hoc eſt, quod intendit Henricus, & quia difficultas eſt percipere, quomodo eadem cognitio non uariata in ſe poſſit eſſe alterius, & alterius obiecti, puta naturæ humanæ, & Antichriſti, tamen ſub alio, & alio reſpectu Henri. hoc intendit oſtendere exemplo. Si in omnibus eſſet unus intellectus numero à cuiuſcunque fantaſmate abſtraheret uniuerſale, poſtquam haberet abſtractum illud, & in illo, à quo abſtraxit, illud intellexerit, ſi ſtante illo intellectu in alio incipit illud intelligere non nouo intellectu nouum uniuerſale perciperet, ſed ſolum antiquum, quod prius perceperat ſub antiquo reſpectu, modo perciperet ſub nouo reſpectu, ut in hoc fantaſmate, ſic eſt de intellectu angelico, quòd non innouando aliquid ſub conceptu uniuerſali, ſed renouando conceptum multotiens, concipiendo uniuerſale in diuerſis particularibus, concipitur hoc ſingulare, & illud, uult dicere, quòd talis cognitio, qua concipitur ipſum uniuerſale, nullo modo uariatur in ſe, ſed renouatur ſecũdum alium, & alium reſpectum multotiens, concipiendo uniuerſale, ideſt quòd concipiendo ipſam humanitatem in ſe habet unum reſpectum, & concipiendo eandem in Franciſco habet alium reſpectũ, & eandem in Ioanne habet alium, & ſic de aliis. *Nota hæc omnia, & benè.* Sequitur, & quia iſte uidet ſingulare, quod prius nõ uidit ſine omni innouatione conceptus, cum dicit ſine omni innouatione conceptus, ideſt quiditatis in ſe, quia ipſa quiditas, ut comparatur ad quodcunque ſingulare, nullo modo uariatur, cum nihil reale ſibi adueniat, quia ſingulare ſecundum iſtam nihil addit naturæ, ſupplè poſitiuum, ſed tantum duplicem negationem, ut dixi ſupra. Sequitur, ideo licet alius uideat in iſto formas uniuerſales, quæ ſunt rationes cognoſcendi particularia, per illas tamen non uidet particularia, quæ ille uidet, ſiuè exiſtentia, ſiuè reuelata, aut ſaltem ſi exiſtentia poſſet uidere per habitum ſuum, & per uniuerſalia relucentia in illo, non tamen reuelata, uult dicere, ꝙ licet Gabriel uideat iſtas quiditates in Raphaele, quæ ſunt rationes cognoſcendi particularia, per illas tamen non uidet particularia, quæ ipſe Raphael uidet, &c. ideſt ꝙ licet Gabriel uideat in Raphaele cognitionem, puta humanitatis, non tamen uidet ipſam cognitionem ſub illo reſpectu, quo terminatur ad humanitatem, vt in Franciſco, cum illa cognitio non ſit uariata in ſe, nec humanitas in quocunque ſit uariata, non ſequitur, ꝙ cognoſcat ipſam vt in Franciſco. Sequitur, nec etiam poſſet uidere, quòd ille uidet ſingularia illa, quia uidet ea ſine omni innouatione conceptus, ideſt quòd Gabriel uidendo huiuſmodi cognitionem in ſe, non ſequitur, ꝙ uideat Franciſcum, ad quem terminatur, nec etiã ſequitur, ꝙ uideat Raphaelẽ, uidere Franciſcum ſecundum talem cognitionem, quia non uideret Raphaelẽ ſub illo reſpectu, quo uteretur huiuſmodi cognitione, ut terminata ad Franciſcum. Sequitur, breuiter igitur, quantum ad iſtum articulum, ideo ponitur ſingulare intelligi ab illo, & latere aliũ, &c. vult dicere in ſententia, ꝙ ideo eſt neceſſaria locutio, uel quia ſingulare cognitum à Raphaele poteſt latere Gabrielẽ, uel quia actus, quo Raphael uidet ipſum ſingulare, poteſt latere ipſum Gabrielẽ, loquendo de actu ſub illo reſpectu, quo terminatur ad ſingulare, ut dixi ſupra.

Expoſitio litteræ. ¶ Expono tamen iſtam litteram aliqualiter, cum dicit, licet intellectio huius, & vniuerſale, quod eſt ratio intelligendi huic, pateat illi, non tamen patet ei conceptus huius, ut eſt de illo ſingulari, ideſt licet cognitio ſingularis, & ipſum uniuerſale, pateat Gabrieli

Gabrieli non tamen patet ei conceptus, ſiuè cognitio, ut eſt de illo ſingulari, ideſt ſub illo reſpectu, quo terminatur ad tale ſingulare. Sequitur, quia per hoc, ꝙ iſte utitur forma uniuerſali ad concipiẽdum ſingulare, nihil innouatur in intellectu iſtius, ideſt quamuis Gabriel utatur, puta humanitate ad concipiendum ſingulare, nihil innouatur in intellectu Gabrielis, ut ſupra expoſitum eſt, & ideo quia nihil innouatur, non ſequitur, quòd ſi uideat in Raphaele cognitionem ſingularis, quòd ex hoc uideat ipſum ſingulare. Sequitur, & ſi ſingulare non ſit exiſtens, non poteſt alius uidere, etiam ipſum cognitum per habitum ſuum, nec per habitum alterius. ideſt ꝙ ſi ſingulare cognitum à Raphaele non ſit actu exiſtens, tale ſingulare non poteſt uideri à Gabriele, neque per habitum inhærẽtem Gabrieli, neque per habitum inhærentem Raphaeli. Sequitur, ſi autem ſit exiſtens, & poſſit illud uidere per habitum ſuum proprium, non tamen poteſt uidere actus illius propter ſingulare cognitum, uel non cognitum, ideſt poſito, quòd Gabriel uideat ſingulare exiſtẽs cognitum à Raphaele, & hoc per habitum ſuum proprium, non tamen propter ſingulare cognitum, uel non cognitum poteſt uidere actus Raphaelis, quibus ſic, uel ſic cognoſcit tale ſingulare, quia (ut dixi ſupra) non poteſt uidere actum cognoſcẽdi in Raphaele ſub illo reſpectu, quo terminatur ad ſingulare. Sequitur, & ideo, uel eſt neceſſaria locutio propter ſingulare cognitum, quod latet, ſicut quando eſt ſingulare reuelatum non exiſtens, ut cum reuelatur alicui angelo aliquod ſingulare hominis fore naſciturum, tale ſingulare latet alterum angelum, & non poteſt illud cognoſcere, niſi uel ſit ſibi reuelatum à Deo, uel quòd audiat hoc ab alio angelo. Sequitur, uel propter ipſum actum cognoſcendi latentem alterum angelum, & hoc ſiuè de ſingulari reuelato, ſiuè naturaliter cognito, ideſt quòd ideo locutio eſt neceſſaria, quia licet Raphael cognoſcat ſingulare, ſiuè quia actu exiſtit, ſiuè quia ſibi reuelatum, non tamen cognoſcit actum cognoſcendi in Raphaele ſub illo reſpectu, quo Raphael cognoſcit ipſum ſingulare, ſiuè actu exiſtens, ſiuè reuelatum.

Tertius articulus. ¶ IBI. De tertio articulo, Henri. vbi ſupra exponit tertium articulum, videlicet, quomodo obiectũ particulare ab vno angelo cognitũ fiat notũ alteri angelo per locutionem, & dicit, quòd ſicut ſignata ſingularia à nobis cognita, nos alteri loquendo, exprimere non poſſumus, niſi exprimẽdo ſingularia vaga cum quibuſcũque proprietatibus, & accidentibus deſignantur, hoc patet, quia ſi cognoſco aliquod ſingulare ſub ratione propria, loquendo non exprimo illud ſub ratione propria ipſi audienti, ſed loquendo vtor ſingularibus vagis cum multis accidentibus, vt cum dico, Pontifex eſt talis ſtaturæ talis accidentis, & huiuſmodi. Sequitur, ſic nec poteſt vnus angelus ſub eadem ſignificatione, ſub qua ei reuelatum eſt alteri loquendo manifeſtare, patet, quia talis reuelatio fit cauſando in angelo cognitionem ſub tali reſpectu, quo terminatur ad tale ſingulare ſub ratione propria. Sequitur, ſed format alteri conceptum nouum realiter alium de ſingulari vago, patet ſecundum iſtum, quia nõ poteſt formare eundem conceptum, quem habet de ſingulari ſignato, ſed tantum nouum cõceptum de ſingulari vago. Sequitur, quem conceptum alius intellectus angelicus videt in intellectu angeli loquentis, quaſi legens in libro, quo ſupplẽ conceptu immutatur intellectus angeli videntis ad percipiẽdum illud, non tamen, vt eſt aliquid in ſe, ſed vt eſt aliquid latens, ſicut eſt in ſermone noſtro, vult dicere, quòd intellectus angeli audientis immutatur à conceptu illo nouo ad percipiendũ illud, ſcilicet obiectum, de quo loquitur, non vt eſt aliquid in ſe, ideſt quòd non percipit illud, de quo loquitur ſecundum rationem propriam, & ſecundum ſe, ſed vt eſt aliquid latens. Sequitur, vnde, & angelus format ſimilem cõceptum vagum in ſuo intellectu de illo particulari ſub ratione vniuerſalis, ideſt ꝙ poſtquam angelus loquens formauit nouum conceptũ de ſingulari vago in intellectu ſuo, intellectus angeli audiẽtis, & videntis illum conceptum vagum format ſimilem conceptum vagũ in ſuo intellectu de illo ſingulari vago, ideſt de illo ſingulari ſub ratione vniuerſalis. Sequitur, & per hoc ille dicitur audire, quia in angelo audire, & videre non differunt, ideſt quòd angelus, dum dicitur audire, cum format in ſe ſimilem conceptum vagum de illo ſingulari, &c. videndo enim in angelo loquente conceptum vagum de illo ſingulari, &c. per alium conceptum vagum in ſe formatũ illud videre dr̃ audire. Sequitur, & quia ille ſecũdus conceptus. ſ. nouus ab angelo loquẽte cauſatus non ordinatur, niſi ad videndum cõceptum occultum mentis, ideo non dicitur ꝓpriè intelligere, ſed loqui, ideſt quòd quando angelus loquẽs format conceptum vagũ de ſingulari vago, quamuis per illum cõceptum vagum dicatur verè intelligere ſingulare vagum, quia tñ ille cõceptus vagus ordinatur ad vidẽdum conceptum occultum mentis (qui conceptus occultus mẽtis eſt de ſingulari ſub ratione propria) ideo ꝓpriè dicitur loqui, & non propriè intelligere.

Quartus articulus illuminare contingit quadrupliciter. IBI. De quarto articulo. Hic Hẽr. declarat quomodo vnus angelus poteſt alium illuminare de aliqua re, & dicit, quòd illuminare contingit quadrupliciter, primò lumen infundendo ſicut Sol illuminat medium. Secundò luminoſum deferendo, ſicut deferens candelam illuminat domũ de nocte. Tertiò obſtaculum amouendo, ſicut aperiẽs feneſtram de die. Quartò aliquid faciendo, quo facto lumen recipiatur in receptiuo ſicut ſanãs oculum prius infirmum, & non capacem luminis. Primo modo illuminat Deus. Secũdo modo vnus angelus illuminat alium, & tertio, & quarto modo, & littera clara eſt, nec indiget aliqua expoſitione.

Improbatio primi articuli. CONTRA iſta. Hic Doct. arguit contra opi. Henri. & primò contra primum articulum expoſitum ab Henr. & primò contra hoc, quod dicit Her. quòd vniuerſale cognitum eſt perfecta ratio cognoſcendi ſingulare ſub ratione propria, & arguit ſic Doct. ſupponendo, quod probauit ſupra, diſt. 3. in quæſtio. de indiuiduatione, quòd ſingularitas dicit entitatem poſitiuam additam naturæ, & per conſequẽs natura ſingularizata nobilior eſt ſeipſa, vt præſcindit à ſingularitate, patet, qa ſingularitas eſt actus perficiens naturam, vt innuit Doct. in primo, di. 5. quæſt. 2. hoc ſuppoſito arguitur ſic. Imperfectius non poteſt eſſe ratio cognoſcendi perfectius, patet iſta, quia quod eſt ratio formalis cognoſcẽdi aliud, continet illud virtualiter, vt ſupra expoſui, diſtin. 3. quæſt. 10. huius ſecundi, & diſt. 3. quæſt. 1. & diſt. 8. quæſt. 1. primi, ſed natura, vt præſcindit à ſingularitate eſt imperfectior ſeipſa, vt ſingularizata, ergo, *Imperfectius non poteſt eſſe ratio cognoſcendi perfectius.* Præterea ex iſto medio arguit ſic, ſingulare habet propriam cognoſcibilitatẽ aliam à propria cognoſcibilitate naturæ, ergo vniuerſale cognitum nõ eſt perfecta ratio cognoſcendi ipſum ſingulare, antecedens probatur ſic, ſingulare habet aliam entitatẽ, & propriam ab entitate naturæ, vt ſupra patet di. 3. ergo propriam cognoſcibilitatẽ, patet conſequentia auctoritate philoſophi, ſecundo metaphyſ. tex. commen. quarto. Sicut vnumquodque ſe habet ad eſſe, ſcilicet ad entitatem, ſic ad cognoſcibilitatem.

¶ Ibi.

¶ Ibi. Præterea, vbi pluralitas numeralis concludit maiorem perfectionem, infinitas numeralis cōcludit infinitam perfectionem. Hic Doct. deducit Henri. ad hoc inconueniens, quòd ſi vniuerſale, ſiuè habitus ipſius vniuerſalis eſſet perfecta ratio cognoſcendi, vel repreſentandi omnia ſingularia, tale vniuerſale, vel talis habitus eſſet actu infinitus, qđ eſt inconueniens. Et deduco ſic rationem, ſupponēdo dictum Henr. quòd intellectus angeli per habitum ſibi concreatum cognoſcit non tantum vniuerſale, ſed etiam quodlibet ſingulare, vt ſupra patet, diſt. 3. quæſt. 11. ſiuè vltima, vult enim ipſe Hēr. quòd talis habitus concreatus ſit repreſentatiuus ipſius ſingularis, & per conſequens omnium ſingularium, cum ſingulare nihil addat naturæ vniuerſali poſitiuum, & quòd ſic ſit repreſentatiuus, patet ab Henr. quolib. 5. quæſt. 14. & vide quæ expoſui ſecūdum Henr. ſupra in iſto ſecundo, diſtin. 3. quæſt. 10.

Scotus contra Henricum.

Hoc ſuppoſito arguit ſic Doct. contra Henri. quòd ſi tale vniuerſale, vel habitus poſſet repreſentare infinita, eſſet actu infinitus, patet illud, quod eſt ratio formalis repreſentandi plura æquè perfectè ſimul, ſicut quodlibet ſeorſum, quorum quodlibet requirit ſpecialem rationem repreſentandi, erit maioris ꝑfectionis, & ſi ſit ratio repreſentandi infinita, erit infinitæ perfectionis. Hæc propoſitio ſupra patet in iſto ſecundo, diſt. 3. quæſt. 10. in primo, diſt. 2. parte 1. quæſt. 1. vbi probatum eſt eſſentiam diuinā eſſe formaliter infinitam ex hoc, quòd eſt ratio formalis repreſentandi infinita obiecta, &c. Sed habitus, uel uniuerſale eſt ratio formalis repreſentandi infinita ſingularia, quorum quodlibet, &c. quia quodlibet ſingulare dicit propriam entitatem, & perfectionem additam naturæ, & per conſequens habet propriam rationem repreſentandi, ergo talis habitus, vel vniuerſale erit formaliter infinitus.

¶ Sed fortè iſta ratio contra Henr. non concludit, niſi ſupponendo, quòd ſingulare dicat aliquam entitem poſitiuam additam naturæ, & quòd talis entitas poſitiua dicat perfectionē propriam naturæ additam. Si enim ſingulare tantum diceret duplicem negationem naturæ additā, vt vult Henr. ratio Doc. nihil concluderet contra ipſum. Et ideo Docto. in iſta ratione ſupponit, quod iam probatum eſt ſupra, diſt. 3. quæſt. 6. ꝙ ſingularitas dicat entitatem poſitiuam, &c.

¶ Ibi. Præterea ratio repreſentans vniformis in ſe, & intellectu non repreſentat difformiter aliquid. Hic Doct. quærit quomodo intellectus angeli cognoſcit Franciſcum actu exiſterē pro a. & actu non exiſtere pro b. ſi per rationem propriam ipſius ſingularis habetur intentum, quia ſingulare dicit propriam rationem cognoſcendi ſe, vt actu exiſtēs, ſi per rationem habitus, vel ipſius vniuerſalis, contra, quia talis habitus, vel vniuerſale eſt tantum repreſentatiuus per modum naturæ, vt patet, & per conſequens eſt ratio formalis repreſentandi ſemper vniformis, patet, quia agens naturale, & per modū naturæ ſemper vniformiter agit, niſi ſit impedimētum, & ſic ratio repreſentandi, per modum naturæ ſemper vniformiter repreſentat, tunc ſic. Franciſcus exiſtit pro tempore a. Franciſcus non exiſtit pro tempore b. vel ſic. Franciſcus poteſt exiſtere ꝓ tempore a. & poteſt non exiſtere pro tempore a. vt deductum eſt ſupra in primo, diſtin. 39. quæro tunc aut iſta ratio repreſentandi repreſentat vtrunque oppoſitum, ſcilicet Franciſcum exiſtere, & Franciſcum non exiſtere, ſed hoc nihil eſt, quia cognoſcere oppoſita ſimul eſt nihil cognoſcere, aut repreſentat alterum oppoſitum tantum, ergo non erit ratio cognoſcendi alterū oppoſitum, patet, ſequitur ergo, quòd ipſe habitus, vel vniuerſale non erit ratio repreſentandi, vel cognoſcendi omnia ſingularia ſaltem ſecundum omnem conditionem exiſtentiæ, vel non exiſtentiæ. Et quod dicit hic de ideis, quòd ſunt rationes vniformes repreſentandi, hæc dicit, quia repreſentant per modum naturæ, & per conſequens ideæ tantum ponuntur reſpectu neceſſariorum, & nullo modo reſpectu contingentium, vt probat Doct. in primo, diſtinct. 39. contra opinio. Bonauen.

Quomodo ponuntur ideæ.

Contra Henricum.

¶ Ibi. Præterea quarto. Hic Doct. arguit contra poſitionem Henr. ſpecialiter de ſingulari reuelato, poſito enim, & non conceſſo, quòd talis habitus repreſentaret naturam, & omnia ſingularia exiſtētia, & quòd ſit ratio cognoſcendi illa omnia ſingularia, tamen de ſingulari reuelato, puta, ꝙ Antichriſtus perſequeretur Chriſtianos, huiuſmodi habitus, vel vniuerſale non erit ratio cognoſcendi tale ſingulare ſic reuelatum, & ratio Doct. ſtat in hoc puncto, quia Henr. vult, quòd habitus non eſt ratio cognoſcendi ſingulare, niſi inquantum vniuerſale ſit partipatum à tali ſingulari, ergo prius erit ſingulare, & ſecūdo in iſto ſingulari participatur ipſum vniuerſaliter. Si ergo prius eſt ſingulare exiſtens, & ſecundo vniuerſale eſt participatum in illo, ſequitur, ꝙ ſingulare nō participat ipſum vniuerſale, niſi ipſum ſingulare ſit prius in ſe, vel in reuelatione, ergo prius reuelatur Antichriſtum perſequuturum Chriſtianos, quàm vniuerſale participetur in illo. Sed reuelari alicui eſt ipſum reuelatū cognoſcere, ergo prius cognoſcitur ſingulare reuelatum, quàm vniuerſale participetur in illo, ergo tale ſingulare reuelatū non cognoſcitur per habitū, quia habitus nō eſt ratio cognoſcēdi ſingulare, niſi inquantū vniuerſale eſt participatū ab illo, prius ergo vniuerſale participatur in ſingulari, quàm habitus ſit ratio cognoſcēdi illud ſingulare.

Quid ſit reuelari alicui.

Declaratio litteræ.

Declaro tamen hanc litteram, ibi, prius naturaliter ſingulare eſt in reuelatione, quàm habitus ſit ratio cognoſcendi illud, probat hanc propoſitionem parum infra, ibi, quia vniuerſale relucens in habitu ſupplè ſicut repreſentatum in repreſentatiuo non eſt ratio cognoſcēdi ſingulare, niſi per hoc, quòd vniuerſale eſt in ſingulari, vel exiſtente in ſe, vel in reuelatione, cum accipit, quòd vniuerſale relucens in habitu eſt ratio cognoſcendi, &c. debet ſic intelligi ſecundum Henr. quòd habitus, in quo relucet vniuerſale eſt ratio cognoſcendi, vel ſi etiam intelligatur, quòd ipſum vniuerſale relucens in habitu ſit ratio cognoſcendi, tunc habitus erit ſolum ratio repreſentandi, & vniuerſale ratio cognoſcendi, ſed melius videtur dicendum, ꝙ ſicut habitus ſm Henr. eſt ratio repreſentandi, ſic ratio cognoſcendi, vt ſupra, patet diſt. 3. quæſt. 11. Sequitur, prius ergo naturaliter ſingulare habet eſſe tale, vel tale, puta eſſe exiſtens, vel reuelatum, patet, quia ſecundum Henr. non datur natura habens minorem vnitatē vnitate numerali priorem ipſo ſingulari, immò ipſum vniuerſale eſt, poſterius ipſo ſingulari, ſiuè exiſtente, ſiuè reuelatio, quia tale vniuerſale eſt tantum abſtractum à ſingulari. Sequitur, & ita uniuerſale in eo ſupplè ſingulari abſtractum ab eo ſupplè ſingulari, quàm habitus ſit ratio cognoſcendi illud ſingulare, ideſt quòd prius ſingulare habet eſſe reuelatum, uel eſſe exiſtens, quàm habitus ſit ratio cognoſcendi illud, quia habitus non eſt ratio cognoſcendi ſingulare, niſi prius uniuerſale ſit participatum in illo, ergo in illo priori, in quo uniuerſale non intelligitur participatum in ſingulari, habitus non erit ratio cognoſcendi ipſum ſingulare. Sequitur, probatio primæ conſequentię, conſequentia fuit iſta, prius naturaliter ſingulare eſt in reuelatione, quàm habitus ſit ratio cognoſcendi illud,

lud, ergo prius naturaliter ſingulare cognoſcitur diſtinctè, quàm habitus ſit ratio cognoſcendi illud, probat hanc conſequentiam ſic, tale ſingulare habet prius eſſe reuelatum, quàm habitus ſit ratio cognoſcendi, &c. ergo ſingulare prius cognoſcitur, patet iſta conſequentia, quia ſingulare eſſe reuelatū alicui, eſt ipſum eſſe actu cognitum ab eo, cui fit reuelatio, probat diuiſiuè, quia eſſe reuelatum non eſt eſſe in intellectu reuelantis, quia hoc modo habet eſſe æternum, patet, quia ſingulare nobis reuelatum ab æterno fuit in Deo ſicut cognitum in cognoſcente, qui Deus reuelat illud in tempore, ſimiliter eſſe reuelatum non eſt eſſe aliqua exiſtentia alia à cognitione illius, cui fit reuelatio, vult dicere, ꝙ reuelatum alicui, vt in illo habet tantum eſſe cognitum, ſi enim, vt in illo ſic reuelatum diceret actualem exiſtentiam, tunc tale reuelatum fieret naturaliter cognitum cuilibet alij, ſicut ponit iſta opi. ꝙ de quolibet exiſtēte poteſt quilibet per habitum ſuum habere diſtinctam notitiam, & ſic patet iſta ratio.

Scotus deducit Henricum ad vnum inconueniens.

¶ Ibi. Præterea ex iſta poſitione. Hic Doct. deducit Henr. ad vnum notabile inconueniens, ſcilicet quòd angelus tunc poſſet cognoſcere quodlibet ſingulare quantumcūque diſtans, etiam ſi in infinitum diſtaret, quod eſt valde inconueniens, loquendo de cognitione intuitiua, de qua etiam Henr. intendit, quòd tale inconueniens ſequatur, patet, qa habitus per Henri. eſt ratio formalis cognoſcendi quodcūque ſingulare actu exiſtens, ergo ſi tale ſingulare in infinitum diſtaret, actu cognoſceretur, patet conſequentia, quia in quo eſt principium formale productiuum, non impeditū, perfectè approximatum paſſo optimè diſpoſito, & eſt productiuum per modū naturę, de neceſſitate ſequitur actio ſed habitus per Henr. eſt tale principium, & eſt formaliter in intellectu angeli perfectè diſpoſito ad recipiendum quamcūque intellectionem, ergo neceſſariò in illo intellectu cauſatur cognitio ſingularis exiſtentis quantumcunque diſtantis.

¶ Ibi. Præterea rationes ſuæ, quibus probat ſingulare non poſſe intelligi ab angelo, videtur procedere ex hoc, quòd imperfectionis eſt in intellectu cognoſcere ſingulare, ſed hoc eſt falſum, quia tūc intellectus diuinus non intelligeret ſingularia, iſte rationes Henr. patent ſupra in iſto ſecundo, diſtin. 3. quæſt. 11. ſiuè vltima.

Improbatio ſecundi articuli.

IBI. Contra ſecundum articulum. Hìc Doct. arguit contra Henr. quantum ad ſecundum articulū expoſitum ab Henr. & primò arguit ad rationē improbando ex dictis eius concluſionem quam tenet. Tenet enim ipſe Henr. vt ſupra, patet, quòd ſingulare cognitum ab vno angelo poteſt latere alium angelum, quia licet Gabriel videat cognitionem illius ſingularis in Raphaele, non tamen ex hoc ſequitur, quòd videat illud ſingulare, quia non videt illā cognitionem ſub illo reſpectu, quo terminatur ad tale ſingulare, vt ſupra patet. Nunc Doct. probat ex dictis Henr. quòd videndo talem cognitionem, vel habitum in Raphaele, quòd etiam videat ſingulare, &c. patet, quia Henr. ideo negat ſpeciem in beato, quia tunc vnus beatus videret eam naturaliter in intellectu alterius beati, & per cōſequens, videret naturaliter obiectū illud, qđ repreſentat illa ſpecies, quia ibi ſpecies eſſet ratio non tm̄ repreſentandi, ſed etiam intelligendi tale obiectū, ergo ita erit in propoſito, ſi habitus ſecundum Henr. eſt ratio naturaliter coggoſcendi ſingularia, cū vnus angelus videat illum habitum naturaliter in alio non poterit eum latere obiectum, quòd per iſtum habitum cognoſcit ille angelus.

¶ Ibi. Præterea, quando duo intelligibilia comparātur ad eūdem intellectum non alligatum virtuti fantaſticæ. Hic Doct. arguit per argumentum à fortiori ex dictis Henr. qa Henr. dicit, vt ſupra patet, exponendo tertium articulum, ꝙ angelus, puta Gabriel poteſt videre conceptum confuſum, ſiuè vagum in angelo Raphaele ordinatum ad cōceptū diſtinctum, puta alicuius reuelati, & tamen Gabriel non poteſt videre in Raphaele huiuſmodi cōceptū diſtinctum. Ex hoc arguit Doct. Minus videtur, ꝙ intellectus non alligatus virtuti fantaſticæ poſſit videre cōceptum confuſum ſingularis, quàm diſtinctum, patet, quia ens quanto perfectius, tanto eſt intelligibilius ab intellectu ſoluto, cum ergo conceptus diſtinctus ſit perfectior conceptu confuſo, & angelus per Henr. poteſt cognoſcere confuſum, ergo à fortiori poterit cognoſcendi diſtinctum, qui diſtinctus exprimitur à tali confuſo.

¶ Ibi. Præterea tertiò. Aut eſt vnus actus intelligendi omnium ſingularium, aut alius, & alius, &c. Hic Doct. improbat concluſionem Henr. ex dictis ipſius Henr. dicit enim Henr. vt patet in primo arti. quòd angelus eadem cognitione cognoſcit vniuerſale, & quodlibet ſingulare contentum ſub eo, hoc ſtante arguit ſic Doct. quia ſi ſic eſſet, tunc de neceſſitate ille actus eſſet ſimul omnium ſingularium, patet, quia non magis vnius, ꝗ alterius, & ille actus naturaliter præcedit actum voluntatis, & per conſequens, vt ſic præcedit erit neceſſariò omnium ſingularium, ergo ſi ille actus eſt omnium ſingularium ſimul, ſequitur, ꝙ nullum ſingulare poterit latere alium angelum videntem illum actum in alio angelo. Si dicatur, ꝙ alio, & alio actu videt aliud, & aliud ſingulare, quāuis hoc ſit contra Henr. qui vult, quòd tantum vno actu, tamen adhuc hoc ſtāte, ſequitur propoſitum, quia vnus angelus videns iſtum, & illum actum eſſe alium, & alium in intellectu alterius angeli poteſt diſtinctè videre, cuius obiecti eſt iſte actus, & ille, patet, quia actus intelligendi, neceſſariò eſt alicuius obiecti, & ſic non latebit eum ſingulare, cuius eſt talis, vel talis actus.

IBI. Contra tertium articulum. Nunc Doc. improbat Henri. quo ad tertium articulum, quia ipſe Henr. dicit, exponendo tertium articulum, quòd in angelo loquente ſunt duo conceptus de eodem obiecto, ſcilicet diſtinctus, & vagus, quod videtur omnino impoſſibile, ſcilicet quòd ego cognoſcam ſimul hominem diſtinctè, & confusè.

Improbatio tertij articuli.

¶ Ibi. Præterea ſuperfluum videtur ponere illum conceptum vagum in intellectu angeli, patet, nos enim exprimimus ſingulare determinatum nobis notum per ſingulare vagum, quia ſcimus nos non poſſe cauſare conceptum diſtinctum in intellectu illius, cui loquimur, & ſcimus ei notas eſſe cōditiones vniuerſales particularis vagi, &c. non ſic eſt de angelo, qui poteſt facere conceptum diſtinctū, &c.

¶ Ibi. Contra quartum articulum. Hic Doctor præcipuè arguit contra unum dictum Henrici in quarto articulo, dicit enim Henr. quòd angelus ſuperior poteſt cauſare aliquam diſpoſitionem in angelo inferiori, ad quam ſequetur reuelatio alicuius merè ſupernaturalis. Doct. arguit contra hoc, diſtinguēdo de ſupernaturali, nam quoddam eſt ſupernaturale, ad quod poteſt eſſe aliqua diſpoſitio ſecūdum curſum naturalem, ſicut creatio animæ intellectiuæ dicitur ſupernaturalis, & tamen ad ipſam corpus organicum ordinatur, ut quædam diſpoſitio, qua poſita, ſtatim creatur ipſa anima, & talis diſpoſitio cauſatur ab agente naturali. Similiter gratia gratum faciens eſt quid ſupernaturale, ad quod poteſt eſſe aliqua diſpoſitio ſecundum curſum naturæ, ut patet, quia ablutio cum verbis exprimentibus perſonas diuinas, & cum debita intētione eſt diſpoſitio ad gratiam gratum facientem, ut patet

Duplex eſt ſupernaturale.

patet à Doct.in quarto, diſtin.1.quæſt.4.hoc igitur ſupernaturale non dicitur merè ſupernaturale. Aliud eſt merè ſupernaturale, & eſt illud ad quod non eſt diſpoſitio præuia ſecundum curſum naturalem, vt eſt reuelatio alicuius futuri merè contingentis, quia non dantur communiter diſpoſitiones ſecundum curſum naturę, ad quas ſequatur talis reuelatio. Aduerte tamen, quòd reſpectu alicuius merè creabilis non datur aliqua diſpoſitio ex natura rei, ad quā poſitam neceſſitate abſoluta ſequitur tale ſupernaturale, ſed hoc tantum erit ex beneplacito voluntatis diuinæ, quia voluntas diuina determinauit animā creare, & infundere in eodem inſtanti, quo corpus fuerit perfectè organizatum, ad multa ergo ſupernaturalia voluntas diuina ordinauit multas diſpoſitiones, quibus ſecundum curſum naturæ poſitis ſequantur huiuſmodi ſupernaturalia, & quædam ſunt ſupernaturalia, ad quæ nullam diſpoſitionem præuiam ordinauit, vt qua poſita, ponantur huiuſmodi ſupernaturalia, cuiuſmodi eſt reuelatio merè contingentis.

¶ Ibi. Præterea ratio adducta ad illum articulum, &c. quæ ratio eſt talis, angelus inferior per naturalem influentiam angeli ſuperioris in ipſum reducibilis eſt in ſtatu ſuæ vltimæ pfectionis naturalis, vltima autem perfectio eius eſt opus vltimum, vltimum autem, & perfectiſſimum opus angeli eſt intelligere aliquid, vt opus diuinū ſupra oēm curſum intelligendi lumine intellectus naturalis. Dicit Doc. ꝙ hæc rō cōcluderet, ꝙ angelus ſuperior poſſet facere angelū inferiorē aliqd videre in verbo reuelatū, hęc.n.eſt pfectio vltimata intellectus intelligere verbū, multo magis, quàm intelligere aliquid aliud reuelatum vltra communē curſum intellectionis naturalis. Non enim aliquis angelus ſuperior poteſt illuminare angelum inferiorem, nec ad videndum verbum in ſe, nec ad videndum reuelata in ipſo verbo, quia tūc vltimata perfectio angeli inferioris dependeret ab aliquo alio, quàm à voluntate diuina, vt ab angelo ſic vidente, quod non tenetur.

Duæ difficultates circa opinio. Henrici.

¶ Ibi. Præterea contra totam illam opi.ſunt duo difficilia. Hic Doct.ſpecialiter mouet duas difficultates cōtra opin.Henr. prima eſt, quia ſi loqui ſit tātum exprimere conceptum, qui ab ipſo vidente in ipſo loquente videtur, vt in libro, quomodo loquitur vni angelo, quin ſimul loquatur aliis angelis, ſi ponātur præſentes, cum hoc expreſſum ab angelo loquente à quolibet angelo videri poſſit, ſi fiat præſens, & tamen communiter ſupponitur, quòd vni poſſit loqui, & non alij.

¶ Secūda difficultas eſt quomodo ſit poſſibile angelum loqui alij angelo, ſi loquendo nihil cauſat in audiente, ſed tantum in ſeipſo cauſet, tunc enim nō videt ratio, quare alius nunc magis intelligat, quàm prius, ſi nihil aliud fiet in eo. Et ſpecialiter videtur hoc abſurdum in illuminatione, conſtat enim primum angelum immediatè illuminari à Deo, & Deus illuminans nihil facit in ſe, ſed primum quod facit eſt in angelo illuminato, ergo, ita veriſimile eſt in aliis illuminatis, quòd illuminans non cauſat aliquid in ſe per hoc, quòd eſt illuminans, ſed primū cauſatum eſt in illuminato. Ex his patet clara improbatio. Henr.

Quid ſit angelum loqui alio angelo.

AD quæſtionem iſtam de locutione. Primò reſpondeo, quòd angelus loquitur angelo, cauſando in eo conceptum immediatè illius obiecti, de quo loquitur, & quomodo cauſet, infra magis patebit. Hic tamen probat duabus rationibus, quomodo vnus angelus poſſit in intellectu alterius angeli cauſare notitiam obiecti, de quo loquitur, ita ꝙ cauſans illam in audiente dicitur loqui, & alius angelus, vt recipiens illam dicitur audire, prima ergo ratio eſt talis, omnis loquēs intellectualiter cauſaret immediatè in eo, cui loquitur conceptum, ſiuè cognitionem illius obiecti, de quo loquitur ſi poſſet, ſed angelus hoc poteſt reſpectu alterius, ergo, maior, patet, quia loquens principaliter intendit exprimere conceptum intellectui illi, cui loquitur, modo agēs naturale ſtatim induceret, ſi poſſet, illud, quod principaliter intendit, minor probatur illud, quod ſufficiēter eſt in actu primo reſpectu alicuius effectus, videlicet, quod habet in ſe principiū formale productiuum nō impeditum reſpectu alicuius effectus poteſt illum cauſare in receptiuo proportionato approximato, ſed angelus habens notitiam habitualem alicuius obiecti, idest habens obiectum perfectè præſens, vel in ſe, vel in ſpecie intelligibili, vel per aliquam reuelationem, intellectus enim habēs obiectum ſic præſens in ratione intelligibilis, non vt actu intellectum dicitur habere memoriam de tali obiecto, vt in primo expoſitum eſt, diſt.2.parte 2.quæſt.vltima, & diſtin.6.habens ergo talem memoriam ſufficienter eſt in actu primo ad cauſandū intellectionem actualem illius obiecti, ergo poteſt illum effectum cauſare in quocunque receptiuo illius effectus, ſed intellectus alterius angeli non actu cōcipiētis talem actum diſtinctè eſt receptiuus talis intellectionis cauſatæ ab angelo loquente, & dicitur non concipientis prius, quia ſi actu conciperet, tūc eiuſdem obiecti non poſſet recipere aliam intellectionem. Sequitur in littera ibi, probatio maioris, ſcilicet huius, illud quod ſufficienter eſt in actu primo, &c. quia prima extrema proportionis actiui, & paſſiui ſunt vniuerſaliſſima abſtracta à quocunque actiuo, & quocunque paſſiuo, & iſta proportio ineſt particularibus ſub vtroque extremo per rationem communem, & per conſequens extremis. Hęc etiā propoſitio tractata eſt ſupra à Doct.in prolo.in quæſtio.de ſubiecto Theo.arti.1. & hæc propoſitio aliqualiter declaratur, quia ſi aliquod actiuum reſpiciat aliquod paſſiuum, ita quòd inter illa duo ſit proportio actiui ad paſſiuum, & paſſiui ad actiuū, ſcilicet quòd ſicut actiuum poteſt producerr effectum in paſſiuo tali, ita & paſſium tale ſit receptiuum illius effectus à tali actiuo, ſequitur, ꝙ quodlibet actiuum eiuſdem rationis cum primo actiuo poſſit verè agere in verè paſſiuum, & in quodlibet paſſiuum eiuſdem rationis, cum non ſit maior ratio de vno, quàm de alio, & ſic ſimiliter, ſicut aliqđ paſſiuum natum eſt pati ab aliquo actiuo, ita & quodlibet eiuſdem rationis natum eſt pati ab eodem actiuo, & ſimiliter natum eſt pati à quolibet actiuo eiuſdem rationis, ab actiuis ergo eiuſdē rationis abſtrahitur actiuum in communi, & à paſſiuis eiuſdem rationis abſtrahitur paſſiuum in communi, & ſic proportio actiui in communi ad paſſiuum in communi eſt inter extrema communia, & vniuerſaliſſima, probatur minor, videlicet iſta, ſed angelus habens notitiam habitualem, &c. ex quo.n. angelus habet actum primum cognoſcēdi a. ſequitur, quòd per illud poteſt facere intellectum ſuum in actu ſecūdo, cauſando in ſe intellectionem obiecti, & per conſequens ſequitur, quòd ſimilem intellectionem poſſit cauſare in intellectu alterius angeli paſſiuo, cum ſit eiuſdem rationis cum intellectu ſuo paſſiuo, & ſic patet, ſcilicet iſta ratio prima.

¶ In iſta littera occurrunt aliquæ difficultates, primo. Circa hoc quod dicit, intellectus angeli a. poteſt cauſare cognitionem b. in intellectu alterius angeli, puta c. hoc enim videtur dubium, quia ſi intellectus a. cauſat cognitionem b. in intellectu c. aut cauſat in ratione obiecti, aut in ratione potentiæ, non primò, quia tunc non loqueretur alteri angelo, quia intellectus ille in ratione obiecti tantum cauſaret *Difficultas notanda.*

cauſaret

cauſaret cognitionem ſui,& non cognitionem . b. Tum etiam, quia de neceſſitate naturæ,& abſolutè cauſaret cognitionem ſui,& ſic non eſſet in poteſtate eius loqui vni Angelo & non alteri, non ſecundo,quia Doct.in q.pen.prolo.artic.1. expreſsè comparat obiectum in ratione actiui ad potētiam in ratione paſſiui.

Dico breuiter,quòd verum eſt,quòd quando obiectum in communi in ratione actiui reſpicit potentiam in communi in ratione paſſiui, quodlibet per ſe contentum,quod eſt eiuſdem rationis in ratione actiui, reſpicit quamlibet potentiam per ſe contentam ſub potentia in ratione paſſiui, loquendo ſemper de cauſalitate competēte obiecto, quia obiectum concurrit tantum partialiter, vt patet à Doct.in 1.diſt.3.q.7. & licet potentia concurrat actiuè partialiter vt probat Doct. vbi ſupra, & 5.q. quolib. tamen obiectum reſpicit illam in ratione receptiui, quia cognitio talis tantum eſt nata recipi in potentia. Hæc autem propoſitio non tantum verificatur de cauſa partiali,ſed etiam de cauſa totali. Imò magis, nam memoria fœcunda in ratione actiui reſpicit intellectum poſſibilem in ratione paſſiui, ergo quælibet memoria fœcunda reſpicit quemlibet intellectum,ſcilicet proportionatum in ratione paſſiui, ſicut ergo intellectus Angeli cum ſpecie intelligibili obiecti. b. (quæ duo integrant memoriam fœcundam reſpectu intellectionis abſtractiuæ ipſius. b.) poteſt cauſare cognitionem b. in ſe, ita & in quolibet intellectu eiuſdē rationis.

Quomodo potentia concurrat actiuè partialiter.

SECVNDO occurrit dubium, circa illam propoſitionem, ꝙ prima extrema proportionis actiui,& paſſiui, &c. quia ex iſta propoſitione multa videntur ſequi inconuenientia.primo,quia voluntas in ratione actiui reſpicit ſe ipſam,in ratione paſſiui, patet, quia in ſe poteſt cauſare actū volendi,vel nolendi, vt probat Doct. in diſt.25.ſicut ergo poteſt cauſare in ſe actum volendi, ita ſimilem actū poteſt cauſare in qualibet voluntate eiuſdem rationis, & ſic ſicut in ſeipſa poteſt cauſare actum amoris erga Deum,ita poterit cauſare ſimilē actum in volūtate alterius,& ſic poterit facere voluntatem illam diligere Deum,patet, quia illa voluntas actu diligit Deum,quę actu habet amorem Dei in ſe, quod videtur valde inconueniens.

Nota,& bene.

¶ Secundò, ſequitur, quòd ante beatitudinem Angelorum dum eſſent in gratia vnus potuit facere alium mereri,patet, quia voluntas vnius Angeli informata chatitate potuit in ſe cauſare actū meritorium, ergo & ſimilem potuit cauſare in voluntate alterius Angeli, cum ſit eiuſdem rationis in ratione receptiui,& per conſequens potuit facere alium Angelū mereri beatitudinē quod non vr̄.

¶ Tertiò, ſequitur quòd vna voluntas poterit facere peccare aliam voluntatem,probatur, quia in ſe potuit elicere actum peccati, puta actum deformem,ergo & ſimilem potuit cauſare in voluntate alterius Angeli, & ſic vnus Angelus potuit facere peccare alium Angelum.

¶ Quartò,ſequitur,quòd eadem voluntas poterit ſimul,& ſemel diligere. a. & odire. a. quæ ſunt repugnantia, probatur, ponendo talem caſum, ꝙ voluntas vnius Angeli actu diligat alium Angelū dilectione vt octo, & vnus alius Angelus eliciat actum odij vt octo circa illum Angelum, tunc arguo ſic,Angelus poteſt cauſare in ſe actum odij circa illum alium Angelum,ergo & ſimilem actū poterit cauſare in voluntate alterius Angeli prius diligentis illum alium Angelum,& ſic in eadem voluntate ſimul,& ſemul erunt actus odij,vt octo & actus amoris, vt octo reſpectu eiuſdem obiecti, quod eſt impoſſibile.

¶ Quintò, ſequitur ꝙ intellectus vnius Angeli & ſit. a. poſſit cauſare viſionē Dei in intellectu alterius Angeli & ſit.b.ponendoꝙ b.actu nō videat Deum,& ſimiliter voluntas.a.poterit cauſare fruitionem perfectā in voluntate. b. prius nō fruente, vel ſi voluntas,b.fruatur tm̄, vt quattuor & ſit imperfectior voluntate.a.tunc voluntas.a.poterit cauſare fruitionem, vt octo in voluntate alterius,ſi ipſa fruatur, vt octo patēt iſta omnia, q̄a Doct. vult, ꝙ intellectus beati ſit cauſa actiua viſionis,ſaltem partialis, & ſimiliter voluntas eius ſit cauſa actiua partialis reſpectu fruitionis, ergo ſicut illā poteſt cauſare in ſe ipſa partialiter, ita & in qualibet voluntate eiuſdē rationis. Et multa alia incōuenientia poſſunt adduci,quæ ne ſim tedio legenti omitto.

¶ Reſpondeo, ꝙ propoſitio Doct. eſt manifeſtè vera,nec inconuenientia adducta valent contra illam propoſitionem,cū facillimè ſolui poſſint ſtante propoſitione illa.Ad primum ergo inconueniēs, dico,ꝙ nullum eſt inconueniens,cōcedo enim voluntatem poſſe recipere ab alia voluntate actū amoris Dei,quo voluntas illa formaliter amat Deū, ſed actus ille nō dicetur in poteſtate amantis cum tantum ſe habeat in potentia receptiua, vt patet à Doct.in 1.diſt.17.

¶ Ad ſecundū concedo,quòd actus,qui dr̄ meritorius pōt cauſari in alia voluntate, & ſimiliter actus deformis,& tn̄ volūtas recipiens hmōi actus nec meretur, nec peccat, q̄a actus meritorius,quo aliqua voluntas meretur,eſt in ptāte eius ſic, quòd ab ipſa liberè eliciatur, vt patet à Doct.in 1.diſ.17. non eīm aliqua voluntas meretur in eo,qd̄ euitare non pōt, q̄a ſi volūtas vnius Angeli cauſet actū in voluntate imperfectiore alterius Angeli, ſic ſe hēt in potentia receptiua, quòd nō pōt nō recipere illum actū, ſimiliter dico ad aliud inconueniens de pctō,quòd q̄uis recipiat actū de formē, non tn̄ ex hoc dr̄ peccare,q̄a peccare ſemp eſt in ptāte peccātis, ſic ꝙ eſt ī facultate ſua elicere actū deformem, vel non deformem, vt ꝑ Aug. patet & cōiter.Doct.

¶ Ad aliud incōueniens de actu amoris,& actu odij, dico quòd nihil cōcludit cōtra propoſitionē Doct.cū ipſe dicat, quòd talis potētia actiua poſſit agere in paſſum ſibi proportionatū & diſpoſitum, modo ſi voluntas aliqua actu hēat actū amoris, vt octo ſtāte illo actu amoris,à nulla volūtate poterit recipere actū odij,propter incōpoſſibilitatē actuū, ſicut ēt ſuperficies aliqua,q̄uis ſit receptiua caliditatis, vt octo,& ēt frigiditatis, vt octo ab agente naturali, tn̄ vt eſt actu ſub frigiditate, vt octo à nullo pōt recipere caliditatē, vt octo ꝓpter incōpoſſibilitatē formarū,quæ & ſi nō repugnēt ſuꝑficiei, sūt tn̄ adinuicē repugnātes,& incōpoſſibiles ex ſuis rationib⁹ formalib⁹,& nō ex rōne ſubiecti,q̄a q̄cūq; repugnāt ſuis rōnib⁹ formalib⁹ repugnāt, vt patet à Doct.i 1.d.2.par.1.q.1.& ī 3.d.1.q.1.& alibi ſępe.

¶ Ad vltimū incōueniēs de viſione,& fruitione, Dico breuiter, ꝙ ſi intellectus Angeli, vt habens præſens obiectum beatificū,ita ꝙ tale obiectū concurreret de neceſſitate in ratione obiecti viſibilis, quòd poſſet cauſare viſionem ipſius obiecti in quocunq; intellectu eiuſdem rationis ſibi proportionato, & diſpoſito. Et fortè eſſet difficile eis ſoluere hanc rationem,qui dicunt, quòd eſſentia diuina in ratione obiecti viſibilis cauſat viſionem, ſi intelligant, quòd tantum partialiter, nobis autem non eſt difficultas, quia tenemus, quòd talis viſio, licet partialiter cauſetur ab intellectu beati, principaliter tamen cauſatur à voluntate Dei, & ideo, ipſa non concurrente,intellectus Angeli non poſſet cāre illā viſionē in ītellectu alterius Angeli.ſi tn̄ ipſa cōcurreret nō apparet incōpoſſibilitas,

Nota,& bene.

quia

quin partialiter, licet minus principaliter poſſet illam cauſare, ſicut in ſeipſo, ita & in intellectu alterius, per idem dico ad illud de fruitione, quia fruitio principaliter cauſat̃ à voluntate diuina, & minus principaliter à voluntate angeli, & ideo voluntate diuina non concurrente, nõ poſſet cauſare fruitionem in voluntate alterius angeli, quia quando aliquis effectus dependet à duabus cauſis partialibus vnam totalem integrantibus, ab vna ſola eſſe non poteſt, & p̃cipue à minus principali, vt patet à Doc. q. 14. quoli. & alibi ſępe, ſi verò voluntas diuina cõcurreret, tunc ſicut poteſt cauſare fruitionem in ſeipſo, ita & in voluntate alterius, & ſic patet reſponſio ad omnes iſtas inſtantias.

¶ Ibi inſtatur contra rationem. Hic Doct. non inſtat contra maiorem primę rationis, nec cõtra probationem eius, quia, tam maior quàm probatio eius intelligitur de actiuo & paſſiuo amoto omni impedimento, quod tunc dicitur in potentia propinqua, vt patet per philoſophum. 9. meta. tex. com. 10. quoniam (inquit) poſſibile aliquid poſſibile, & quãdo, & quomodo, & quęcunque alia neceſſe adeſſe in diffinitione, ſupple potentiæ actiuę, & paſſiuę, & ſubdit. Tales potentias ſcilicet irrationales neceſſe eſt, vt poſſint quando paſſiuum, & actiuum appropinquant, hoc quidem facere, illud verò pati, & ſoluit difficultatem, quę poſſet occurrere, ſcilicet ꝙ iſtę potentię rationales poſſe impediri hoc excludit dicens Nullo namque exteriorum prohibente adiungere &c. vide textum. t. c. 2. & t. com. 10. requiritur ergo remotio omnis impedimenti. Et ſic Doct. concedit abſolutè, quòd vnus angelus abſolutè poſſit intellectualiter loqui alij angelo, ſed non ſequitur, quòd poſſit loqui angelo diſtanti, non enim poteſt diſtans agere in diſtans, niſi prius agat in medium, ſed medium non eſt receptiuum locutionis angeli nec auditiuum angeli loquentis.

Scotus ſoluit difficultatem.

¶ Ibi. Confirmatur iſtud per Ariſto. ſecundo de anima text. com. 74. vbi vult, quòd ſi eſſet vacuum nihil videretur, quia ſpecies viſibilis non poſſet pertingere ad oculum. Nõ (inquit) bene hoc Democritus opinatus, ꝙ ſi eſſet vacuum ꝙ medium ſupple ſi eſſet vacuum proſpici vtique certè, & ſi formica eſſet in cœlo, hoc enim impoſſibile. patiente enim aliquid ſenſitiuo fit ipſi videre, ideſt ſecundùm aliã tranſlationem viſus non fit, niſi quando ſenſus patitur aliqua paſſione, ſequitur, ab ipſo igitur qui videtur colore impoſſibile, relinquitur autem quòd à medio ideſt, ſecundùm aliam trãſlationem, ſed impoſſibile eſt, vt viſus patiatur à colore, remanet igitur vt patiatur à medio, ſequitur, quare neceſſe eſt eſſe medium, vacuo autem facto, non aliquid certè, licet omnino nihil videbitur, ideſt ſecundùm aliam litteram, vnde neceſſe eſt, vt aliquid ſit in medio, ſi autem fuerit vacuum non tamen viſio non erit vera, ſed nihil omnino videbitur, hæc ibi, oporteret ergo angelum loquentẽ alteri angelo diſtanti prius habere actionem in medium, quàm in angelũ, cui loquitur.

Q̃uo mouẽs & motum ſint ſimul.

¶ Ibi. Item vult philoſophus ſeptimo phi. tex. cõ. 8. & c. 9. quòd mouens, & motum ſint ſimul, & hoc loquẽdo de moto immediato, quod oportet prius moueri à mouente quàm moueatur motum medium. Sed ſi (inquit Ariſt.) quod mouetur primum ſecũdùm locum, & corporalem motum eſt neceſſe eſt tangi, & continuum eſſe mouenti, ſicut videmus in omnibus hoc contingere, hæc ille in textu. 8. cum ergo angelus loquens non ſit ſimul cum angelo audiente, & diſtante, oportet quòd prius agat in medium, cui ſit ſimul, & poſteą in angelum, ſed medium non eſt capax talis locutionis, ergo.

¶ Ibi. Ad iſta excludenda. Hic Doct. in iſta littera intendit probare, quòd angelus verè poſſit loqui alteri angelo, etiam diſtanti, cauſando in eo aliquam intellectionem. Expono tamen iſtam litteram propter iuniores, quamuis in ſe ſit ſatis facilis, cum dicit ſi non eſſet prioritas naturæ actionis in medium ad actionem in termino, actio in terminum nõ dependeret ab actione in medium, patet per exemplum, ſi ponatur ignis diſtans à ligno per ſpatium decem cubitorum, ille ignis non poſſet immediatè calefacere illud lignum niſi prius calefaciat partem propinquam medij puta aeris, quæ calefacta calefacit aliam, & ſi illa calefacta ſit tantę virtutis, quanta eſt prima pars calefacta, ita perfectè calefaciet aliam partem, & ſic de alijs, vt patet à Doct. in ſecundo. d. ſecunda. q. 12. reſpondendo ad ſecundùm argumentum principale, & ſic patet quomodo ignis non poteſt immediatè calefacere lignum, quia neceſſariò, & prius natura calefacit medium, vt ſic calefactio ligni vt poſterius natura dependet neceſſariò à calefactione medij vt priore natura, ſi ergo calefactio ligni non eſſet poſterior natura calefactione medij, tunc ignis ęquè immediatè poſſet calefacere lignũ, ſicut, & ipſum medium, quia cauſa efficiens duorũ effectuum, quorum neutrum eſt prius altero, poteſt vtrunque ſine altero cauſare. Sed in propoſito non eſt talis prioritas, ſcilicet, quòd intellectio angeli cauſata ab alio angelo dependeat, vt poſterior natura ab alia intellectione prius cauſata, & recepta in medio, & quòd ſic non dependeat probat ibi, actio in medium non præcedit naturaliter actionem in terminum, niſi duplici de cauſa, aut quia eſt eiuſdẽ rationis medium, & terminus, vt cum aer bicubitalis caleſit, extrema pars illius aeris non immediatè caleſit, ſed poſterius natura caleſit, quia prius naturaliter pars propinqua igni caleſit, quia ergo terminus & medium ſunt eiuſdem rationis terminus aeris non poteſt calefieri, niſi prius medium inter ipſum, & agens calefiat, ſimiliter lignum eſt eiuſdẽ rationis cum aere, & hoc in ratione receptiui, quia ita aer eſt receptiuus caloris ſicut, & lignum, & ideo ignis non poteſt immediatè calefacere lignum inter quod, & ipſum ignem cadit aer, niſi prius calefacit aerem. Sequitur, aut ſi eſt alterius rationis, ſcilicet ipſum medium à termino, ita quòd terminus in ratione receptiui ſit alterius rationis à medio receptiuo, ſicut patet de materia prima, quæ eſt immediatè receptiua formę ſubſtantialis, & de medio inter ipſam, & agens, puta aliquod quantum, quod ſãtum eſt receptiuum accidentis, puta caloris &c. tũc agens habet duas formas actiuas, quarum vna eſt prior naturaliter reliqua, & ſecundùm illam formam, quæ eſt prior actiua natum eſt agere in medium, & ſecundùm aliam in terminum, vt patet de igne corrumpente lignum frigidum, prius enim ſecundùm formam caloris diſponit lignum, & poſterius ſecundùm ſuam formam ſubſtantialem inducit formam ſubſtantialem ignis in materiam ligni. Dat etiam Doct. alia exempla de medio, quod eſt eiuſdem rationis cum termino vt cum ſol illuminat partes medij, quia pars poſterior non poteſt immediatè illuminari, niſi pars propinquior prius natura illuminetur. Et exemplum quãdo medium eſt alterius rationis à termino, eſt quando ſol generat mineram in viſceribus terræ, vel vermem in terra, & illuminat medium interpoſitum, nam ſecundùm formam ſuam ſubſtantialem generat minerã in viſceribus terræ, ita quòd ſubſtantia ſolis eſt ratio generandi, & ſecundùm aliam formam puta lucem illuminat medium, & ſic generatio vermis eſt poſterior illuminatione medij, quia ſol non

Expoſitio littera,

Q̃ue ignis nõ poteſt calefacere lignum.

Scotus dat aliud exẽplum de medio. & eſt, quando mediũ eſt alterius naturæ ab extremis.

poſſet

poſſet generare vermem, niſi medio prius illuminato. Et ſi dicatur, ꝙ ſubſtantia ſolis eſt ratio formalis generandi vermem, & illuminandi medium, dico, quòd quamuis hoc non ſit fortè verum, adhuc ſubſtantia ſolis erit ratio generandi prius vnũ, quàm aliud, tamẽ quicquid ſit de hoc aliàs. Sequitur ibi, excluſa vtraque earum cauſarum, ſcilicet quòd nec medium ſit receptiuum eiuſdem rationis cum termino, nec agens habeat aliam formam actiuã realiter, vel virtualiter (dicit virtualiter propter ſubſtãtiam aliquam, quæ poteſt eſſe ratio formalis producendi plura alterius rationis, ſic tamẽ, quòd ſit ratio formalis prius producendi vnum, quàm aliud) per quam ſit natum agere in mediũ actione alterius rationis ab actione in terminum, nullo modo præcedit actio in medium actionem naturalem in terminum. Et ita eſt in propoſito, mediũ enim corporale, quod eſt inter angelos diſtantes neque eſt natum recipere actionem eiuſdẽ rationis cum angelo diſtante audiente, vt patet, qa angelũ audire eſt recipere intellectionem de obiecto reuelato ab angelo loquente, quæ intellectio in nullo corpore immediatè recipi poteſt, nec ſimiliter aliam alterius rationis priorem illa, quia angelus loquens nec habet formam virtualiter, nec formaliter actiuam actionis prioris ad illam, quæ eſt locutio, ideſt ꝙ talis operatio, ſiuè cauſatio nouæ intellectionis in alio angelo nõ neceſſariò præſupponit cauſationem alicuius alterius rationis, patet, quia cum angelus habeat obiectum præſens in ſe, vel in ſpecie intelligibili, vel aliquo alio modo, ſicut immediatè poteſt cauſare notitiam illius obiecti in ſe, ita & in quolibet intellectu poteſt ſimilem cauſare, qui ſit eiuſdem rationis, & ſic poterit cauſare illam in intellectu angeli diſtantis.

Quid ſit angelum audire.

¶ Ibi. Confirmatur iſtud vltimum tripliciter, ſcilicet quòd angelus loquens poſſit cauſare nouam intellectionem de aliquo obiecto ſibi reuelato in intellectu alterius angeli diſtantis. Et primò ꝓbat ponendo vnum impoſſibile, ſcilicet quòd Deus nõ eſſet vbique ſecundum eſſentiam, eſſet tamen omnipotens ſicut dictum eſt in primo, diſt. 37. & tunc poſſet immediatè cauſare aliquid alicubi, vbi tamẽ non eſſet pręſens per eſſentiam, nec tamen ageret in medium actione eiuſdem rationis nec alterius, qa cauſatum eſſet immediatè ab eo.

¶ Ibi. Secundò ſi non admittatur iſta poſitio impoſſibilis, remota impoſſibili poſitione ſatis habebitur propoſitũ, quia Sol immediatè cauſat vermem, vel aliam ſubſtantiam generabilem, & corruptibilem, & tamen actione illius rationis, ſcilicet generationis non agit in medium nec actione alterius rationis ſupple agit in medium, niſi quia Sol habet aliam formam actiuam, ſcilicet qualitatem, per quã natus eſt agere prius aliquo modo in medium, quam per ſuam formam ſubſtantialem, ſicut alteratio præcedit generationem.

Quomodo ſol immediatè cauſet vermẽ, vel aliam ſubſtãtiam generabilẽ, & corruptibilem.

¶ Ibi, prætereà tertiò. Hic Doct. adducit aliud exemplũ, quo manifeſtè probat, quòd non eſt neceſſe virtutem actiuam eſſe præſentem paſſo, nec ꝑ eſſentiam, nec per contactum corporalem, & ſic ſi virtus corporalis poteſt ſic agere indiſtans, multo fortius virtus angelica poterit cauſare intellectionẽ obiecti in intellectu alterius angeli diſtãtis, & quòd virtus corporalis ſic poſſit, patet, quia corpus generans, puta ignis generat corpus naturale, ſcilicet cõpoſitum ex materia, & forma, quod eſt ſubiectũ ſuperficiei, & tamẽ non eſt immediatè præſens receptiuo formæ ſubſtantialis, niſi tantum ſecundum ſuperficiem, vt cum ignis agit in ligno, tam ignis, quàm lignum ſunt ſimiliter tantum quo ad ſuperficiem, vel ſe tangunt tantum quo ad ſuperficiem, & quòd agat prius in medium inter ipſum, & illud, cui eſt ſic præſens non requiritur abſolutè ad hoc, quòd agat in illud, ſed hoc eſt, quia medium eſt capax actionis eiuſdem rationis cum termino, vt patet de aere calefacto, nam calefectio quę eſt terminus calefactionis actiuæ eſt ſimpliciter eiuſdẽ rationis cum calefactione recepta in alijs partibus aeris.

Exemplum.

¶ Ibi. Poſt hæc tria aptius exemplum ad propoſitum eſt de actu cognoſcendi, quia cognitio intuitiua viſionis, quæ eſt actio immanens non eſt eiuſdẽ rationis in medio cum illa, quæ eſt in organo, patet, quia actio, quæ recipitur in medio eſt tantum ſpecies ipſius viſibilis, receptum aũt in organo tanquã in receptiuo remoto eſt viſio, & licet prius cauſetur ſpecies viſibilis in medio, quàm cauſetur viſio in organo, hoc eſt, quia viſibile natum eſt gignere, & ſpeciem, & viſionem ſicut duos effectus ordinatos nec receptum in medio eſt cauſa recepti in termino, ideſt ſicut effectus prior illo comparando illã ad eandem cauſam. Et quod dicit de organo, ꝙ eſt receptiuum remotum, patet, quia potẽtia viſiua, quę eſt, quod conſtitutum ex anima, & tali organo ſic mixto, vt patet in primo, diſt. 3. quæſt. 6. eſt immediatum receptiuum viſionis, organum verò remotum receptiuũ, ſicut etiam dicimus in nobis, quòd intellectio immediatè recipitur in intellectu, & remotè in ipſo operante. Quod etiam dicit, quòd ſpecies ſenſibilis in medio non eſt cauſa viſionis receptę in organo, hoc fortè dicit, quia ſenſibile extra eſt cauſa vtriuſque. Si tamen teneatur, quòd adhuc ſpecies ſenſibilis ſit cauſa viſionis, vt etiam videtur tenere Doct. in primo, diſt. 3. quæſt. 4. debet intelligi de ſpecie exiſtente in organo, quæ vna cũ ſenſitiua integrant viſionem, illa tamen viſio, abſente viſibili, eſſet valde imperfecta, vt tenet Doct. vbi ſupra, melius eſt igitur dicere, quòd tam viſio, quàm ſpecies ſenſibilis immediatè cauſetur à viſibili, differenter tamen, quia uiſio tantum partialiter cauſatur à uiſibili, ut uidetur tenere Doctor. in primo, diſtinctio. 3. quæſtio. 7. ſpecies autem ſenſibilis immediatè cauſatur à ſenſibili potentia, ſenſitiua non concurrente, ut Doctor videtur tenere in quolib. quæſtio. 15.

Vbi intellectio immediatè recipiatur.

¶ Ibi. Per hoc patet ad inſtantiam de ſecundo de anima. Hìc Doctor ſoluit inſtantias prius factas, exponendo prius auctoritates philoſophi dicẽs ad primam, quòd non eſt de ratione uiſibili adhuc ut cauſet aliquid in termino, quòd aliquid cauſet in medio eiuſdem rationis, uel alterius rationis cum cauſato in termino, ſed quia ſpecies ſenſibilis eſt effectus prior uiſione, quę prius recipitur in medio, quàm recipiatur in organo, ideo ponitur prius cauſari in medio ipſa ſpecies, quàm in organo.

Secundo de anima. contex. 74.

¶ Et per idem, ad illud ſeptimo phyſicor. quòd verum eſt, quòd agens eſt immediatum paſſo, & hoc immediatione correſpondente tactui mathematico, quando medium eſt receptiuum actionis eiuſdem rationis, uel alterius rationis, reſpectu cuius agens habet formam, uel immediatione correſpondente tactui uirtuali, quia ita eſt agens præſens diſtanti mathematicè ad effectum cauſandum in eo, ſicut ſi eſſet præſens ſibi ſecundum ſuam eſſentiam, & hoc modo eſſe præſens per potentiam ſuam, & ſic, non quòd potentia ſua ſit ibi, ſed quòd potentia ſua poſſit cauſare ibi effectum, ac ſi eſſet ibi, licet nec ipſum, nec potentia ſua ſit ibi.

Septimo phyſic. cotex 9.

¶ Ibi. Sed cõtra hoc obijcitur. Hic Doct. facit vnã inſtantiam contra illud, qd dixit prius. ſ. quòd diſtãtia localis non impediat locutionem, quia ſi ſic tũc ſequeretur, quòd unus angelus poſſet loqui alteri angelo quantumcunque diſtanti, quod nõ videtur.

¶ Reſpon-

Quæſtio 3.

¶ Reſpondet Doctor in reportatis, quòd nimiâ diſtantia impedit angeli locutionem, ſed in quanta diſtantia determinatè loqui poſſit uia naturali, ne ſcitur, ſicut etiam ſupra patuit diſt.2.quæſt.5.de loco angeli, uidelicet quantum locum ſimul occupare poſſit.

Angeli ſuperiores loquentes ſe habent per modum excitantis. Inferiores verò ad ſuperiores ſe habent per modum manifeſtantis.

¶ Ibi. Secundò principaliter ad ſolutionem arguo ſic. Hæc eſt ſecunda ratio, quam facit Doct.: probando, quòd vnus angelus poſſit intellectualiter loqui alteri angelo, & in iſta ratione præſupponit unum ſupra declaratum, diſtin.3.quæſt.9. quomodo angelus cognoſcit ſe per eſſentiã, ideſt quòd eſſentia ſua eſt ratio formalis cauſandi cognitionẽ intuitiuam in ratione obiecti intelligibilis, vt ibi expoſui. Ex hoc infert propoſitum, quia ſi angelus inferior poſſit cognoſcere ſe intuitiuè per eſſentiã ſuam, à fortiori angelus ſuperior cognoſcere poterit illum inferiorem intuitiuè per eſſentiam illius inferioris, cum ſuperior ſit maioris uirtutis, & patet, quia omne obiectum intuitiuè cognoſcibile ab inferiori, eſt etiã intuitiuè cognoſcibile à ſuperiori: cum ergo angelus inferior poſſit cauſare cognitionem ſuam intuitiuam in ſe per eſſentiam ſuam, ſequitur, quòd idem poterit cauſare in quemcunque intellectum eiuſdem intellectionis receptiuum, dato quòd angelus inferior diſtet à ſuperiori, & tamẽ non eſt neceſſe, quòd illa cognitio recipiatur in medio. Ergo à ſimili, ſi in angelo ponatur aliquid actu intelligibile, natum gignere aliquam cognitionem, licet non intuitiuam in quolibet intellectu paſſiuo, & receptiuo, poteſt illud actu intelligibile gignere ſuam notitiam, ſed intellectus angeli diſtantis eſt receptiuus talis notitiæ, igitur illud intelligibile actu in intellectu angeli exiſtens poteſt cauſare in intellectu angeli diſtantis notitiam actualem ſui, nihil tamen cauſando in medio.

Quæſtio Secunda.

Vtrum Angelus poſſit loqui vni, & non alteri.

Seraphicus Bona.2.ſent.diſt.3.q.1.art.3.
Scotus 2.ſenten.diſt.9.quæſt.2.
D.Thomas prima parte ſummæ, q.1007.art.1.
Riccardus 2.ſent.diſt.9.quæſt.1.
Franciſcus de Mayr.2 ſent.diſt.9.10.& 11.q.1.

Lingua Angelorum nil aliud eſt, niſi aliqua virtus naturalis expreſſiua propriorum conceptuum hanc linguam habent etiam Angeli inferiores, & ſuperiores, qua poſſunt omnes loqui.

IBI. Ad vlteriorem autem declarationem propoſiti reſtant duo intelligenda. Primo, quid gignatur in intellectu audientis ab angelo loquente. Secundò, qualiter angelus poteſt loqui uni, & non alteri, ſi ſint æquè præſentes.

¶ De primo dico, quòd poteſt cauſare actum tantum, ita quòd non ſpeciem. Secundò poteſt ſimul cauſare actum, & ſpeciem. Tertiò poteſt cauſare ſpeciem tantum.

¶ Ibi. Probatio primi. Hic Doctor intendit probare, quòd angelus, puta a. poteſt cauſare in angelo, puta b. actum cognoſcendi reſpectu alicuius obiecti, non cauſando ſpeciem, patet, quia ſi angelus b. prius nouerit obiectum c. habitualiter, puta quòd habeat ſpeciem intelligibilem illius, per quã dicitur c. habitualiter notum, quia ſicut habens habitum promptè agit, ita habẽs ſpeciem intelligibilem obiecti, ſtatim poteſt intelligere illud cũ uult, ſi igitur c. ſit habitualiter notum a.b. & ſimiliter ſit habitualiter, & actualiter notum ab a. tũc a. poterit cauſare in intellectu b. actualem notitiam c. prius habitualiter noti a. b. & tunc non cauſabit ſpeciem intelligibilem in b. quia tunc in ipſo b. eſſent duæ ſpecies intelligibiles reſpectu eiuſdẽ obiecti, quod non videtur.

¶ Ibi. Similiter locutiones, vt plurimum ſunt de complexis pertinentibus ad actualem exiſtentiam rerum. Hic Doctor probat, quòd etiam poſito, quòd angelus b. habeat ſpecies intelligibiles omniũ ſimplicium, & actu cognoſcat illa, & ſimiliter propoſitiones neceſſarias conſtitutas ex ſimplicibus, ſiuè illæ propoſitiones ſint mediatè, uel immediatè, adhuc angelus a. poterit loqui angelo b. & ipſum illuminare de multis ignotis, patet, quia complexiones, quæ includunt actualem exiſtentiam extremorum, & eorum unionem, cum ſint merè contingentes, non cognoſcuntur per ſpecies intelligibiles extremorum, patet, non enim habens ſpeciem intelligibilẽ albedinis, & ſpeciem intelligibilem hominis, ex hoc ſequitur, quòd poſſit actu cognoſcere hominem eſſe album, & per conſequens unus angelus poteſt loqui alteri angelo, illuminando ipſum de multis concluſionibus contingentibus, loquendo enim communiter fit tantum de complexionibus cõtingentibus, & nõ de terminis ſimplicibus, cum reſpectu illorum habeat ſpecies intelligibiles cõcreatas, per quas actu poteſt cognoſcere omnes complexiones neceſſarias. De illis contingentibus patet, quòd unus angelus poteſt cauſare in alio angelo cognitionem alicuius talis complexi ſine cauſatione alicuius ſpeciei.

¶ Ibi. Secundum probo. Hic Doct. probat quomodo angelus loquens poſſit cauſare ſpeciem intelligibilem in intellectu alterius angeli audientis, & ſimul actum intelligendi reſpectu obiecti, cuius eſt ſpecies intelligibilis, quæ probatio eſt ſatis clara in littera, quam tamen litteram aliqualiter declaro.

¶ Supponit enim primò, quòd angelus audiens non habeat cognitionem obiecti c. nec habet ſpeciem intelligibilem illius, & ſic carens utroque eſt utriuſque receptiuus, & ſi illis non careret, non eſſet audiens, quia audire eſt actu recipere notitiã obiecti ignoti ab alio loquente. Probat modo, ꝙ poſſit gignere in audiente ſpeciem intelligibilem c. & actũ intelligendi de ſpecie intelligibili, patet, quia ipſa poteſt gignere ſpeciem intelligibilẽ eiuſdem rationis, ſicut ſpecies rei ſenſibilis in medio poteſt gignere ſpeciem ſenſibilem eiuſdem rationis, puta in alia parte medij. Et hoc ſic debet intelligi, quia ſi ſenſibile exiſtens in medio illuminato, puta aliquis color poteſt immediatè gignere in medio illuminato ſpeciem ſenſibilem, quæ recipitur in parte propinquiore ipſi colori, tunc illa ſpecies immediatè gignet aliam in parte propinquiore ſibi, & illa alia, ſi ſit ęquè perfecta, ſicut prima immediatè gignet aliam æquè perfectã, ſi verò ſit imperfectior, prima gignet aliam imperfectiorem, & in hoc pariformiter eſt dicendum, ſicut dicit Doct. in iſto ſecundo, diſtinct.2.quæſt.vlt. reſpondendo ad ſecundum argumentum principale, & ſic tãdem illa ſpecies ſenſibilis, quæ eſt ꝓpinquiſſima organo, gignet aliam eiuſdem rationis in ipſo organo. Et ſic patet, quomodo illæ ſpecies ſenſibiles non ſe habent, ſicut effectus ordinati eiuſdem cauſæ, ſed ſicut effectus ordinati alterius, & alterius cauſæ. Et ex hoc infert Doc. quòd ſi vna ſpecies ſenſibilis exiſtens in medio poteſt aliam eiuſdem rationis cauſare in parte propinquiori eiuſdẽ medij; à fortiori ſpecies intelligibilis exiſtens in intellectu angeli a. poterit aliã eiuſdem rationis cauſare in intellectu angeli b. cum ſit capax illius. De actu patet, quia illa ſpecies, quę eſt in loquente principium cognoſcendi illius, cuius

Nota & benè.

eſt,

eſt, poteſt etiam eſſe ratio producendi actualem intellectionem illius obiecti in intellectu alio capace, ideſt ꝙ angelus a. habens ſpeciem intelligibilem c. ſicut illa ſpecies intelligibilis eſt ratio formalis producendi (partialiter tamen) actualem notitiam ipſius c. in intellectu angeli a. concurrente ipſo intellectu, vt alia cauſa partiali, & principali, ita eadem ſpecies, vt exiſtens in intellectu angeli a. erit ratio formalis partialiter cauſandi, cōcurrente intellectu angeli a. vt cauſa principali notitiam actualem c. in intellectu angeli b. cum ſit receptiuus eiuſdem rationis cum intellectu angeli a.

Difficultas pulchra.

OCCVRRIT aliqualis difficultas, primo in hoc, quod dicit ſpeciem intelligibilem poſſe cauſare ſpeciem intelligibilē eiuſdem rationis, quia ſi ſic tunc intellectus angeli habens ſpeciem intelligibilē deitatis (de qua ſupra dictum eſt diſt. 3. q. 10.) poſſet cauſare ſpeciem intelligibilem deitatis in alio angelo, ſi non fuiſſet prius cauſata in eo, & ſic ille alius angelus merè naturaliter poſſet cognoſcere deitatem ſub ratione propria, ꝙ tamen negat Doct. vbi ſupra, & q. 14. quolib. Et licet Doct. in diſt. 3. huius ſecundi q. 10. dicat, ꝙ talis cognitio poſſit dici naturalis, quia naturaliter, elicita tamen dicitur ſupernaturalis, quia principium partiale elicitiuū eſt ſupernaturaliter datum, iſta autem ſpecies intelligibilis deitatis cauſata ab alia ſpecie intelligibili, nullo modo dicitur ſupernaturalis.

¶Secundò ex hoc vr̄ ſeq, ꝙ angelus poſſit cauſare ſpeciē intelligibilē deitatis, puta in anima dānata, cū ſit capax illius, & ſic mediate illa diſtinctè poterit cognoſcere deitatē, & ſic hr̄e maiorē beatitudinem naturalem, quàm philoſophus aliquis potuiſſet hr̄e.

¶Tertiò occurrit difficultas, q̄a ſi angelus habēs ſpeciem intelligibilem, puta deitatis, poteſt in intellectu alterius nō impedito cauſare diſtinctā notitiā deitatis. Sequitur, ꝙ poſſit ſimilem cauſare in angelo intuitiuè vidente deitatem, & ſic in eodem intellectu angeli erunt ſimul cognitio intuitiua, & abſtractiua eiuſdem obiecti. Et ſimiliter ſequitur, ꝙ in intellectu ſuo poſſit cauſare notitiam abſtractiuā deitatis, & ſic ſimul cognoſcit deitatem abſtractiuè, & intuitiuè, quod eſt impoſſibile.

¶Quartò, ſi vna ſpecies poteſt cauſare aliā in intellectu alterius angeli, ſequitur, ꝙ poterit aliā cauſare in intellectu, in quo eſt, cum ſit receptiuus eiuſdem rationis, nec valet dicere, ꝙ duæ ſpecies intelligibiles eiuſdem rationis non poſſunt eſſe in eodē intellectu, quia ipſe expreſsè cōcedit in quinto metaph. ꝙ duæ ſpecies ſenſibiles eiuſdem rationis etiam, & plures poſſunt eſſe in eodem puncto medij, & ſimiliter concedit, ꝙ duæ intellectiones eiuſdem rationis poſſunt eſſe in eodem intellectu. Si igitur vna ſpecies poteſt cauſare aliam in intellectu, in quo eſt, & illa alia poterit cauſare aliam, & ſic actu erunt infinitæ ſpecies intelligibiles, probatur, quia prima cauſat ſecundam in inſtanti, cum nullo modo ſit per motum cauſabilis, & illa ſecunda erit æquè perfecta cum prima, quia eiuſdem rationis, & per modum naturæ producit, igitur in eodem inſtanti, quo illa ſecunda eſt producta, illa ſecunda, cum ſit æquè perfecta, producet tertiam æquè perfectam, & tertia quartam, & ſic in infinitum.

¶Quintò, ſi ſpecies intelligibilis exiſtens in intellectu angeli a. cauſat ſpeciem intelligibilem in intellectu angeli b. aut eſt cauſa totalis, aut partialis, non partialis, quia nec ſpecies ſenſibilis exiſtēs in medio eſt tm̄ cauſa partialis alterius ſpeciei ſēſibilis, immò totalis, non ſecundo, quia tunc ſi intellectus angeli fieret præſens alteri intellectui, nō habenti ſpeciem intelligibilē, ſtatim cauſaret illam in illo intellectu, & ſic ſtatim poſſet habere notitiam illius obiecti, & ſic non eſſet neceſſaria locutio. Et ſimiliter cum fieret præſens animæ beatæ, prius non habenti ſpeciem intelligibilem deitatis, ſtatim cauſaretur in ea ſpecies intelligibilis ipſius deitatis, & ſic ſimul poſſet habere notitiam intuitiuam, & abſtractiuā deitatis. Nec valet dicere, ꝙ angelus non habeat ſpeciem intelligibilem deitatis, cum ſit contra Doct. qui vult in primo, diſtin. 3. quæſt. 6. quòd ſpecies intelligibiles ſint indelebiles, & hoc etiam uidetur uelle in quarto, diſtin. 45. cum ergo habuerint ſpecies intelligibiles ante ſuam beatitudinē ipſius deitatis, ut ſupra patet diſt. 3. quæſt. 10. ſequitur, quòd nunc habeant eas.

Soluuntur difficultates.

¶Reſpondeo ad primam difficultatem, ꝙ nō haberem pro inconuenienti, ꝙ poſſet angelus cauſare in alio angelo, non prius beato, nec habente aliam; Et cum infertur, ergo poſſet merè naturaliter intelligere deitatē. Dico, ꝙ merè naturaliter poteſt capi dupliciter. Vno modo, quòd ex ſuis puris naturalibus poſſit habere illam cognitionem diſtinctam deitatis, uel ex puris naturalibus alterius, & hoc modo non poſſet, quia non poſſet intelligere, niſi habere ſpeciem creatam ab angelo alio. & ille alius angelus cum tota ſua uirtute non poſſet cauſare ſpeciem intelligibilem deitatis in alio angelo, non concurrente ſpecie ſupernaturaliter creata. Alio modo poteſt intelligi naturale, quia habet in ſe principium naturaliter acquiſitum, & hoc modo concedo, quòd angelus habens ſpeciem ſupernaturalem deitatis, poteſt cauſare aliam merè naturaliter. ſicut habens potentiam uiſiuam merè ſupernaturaliter poteſt cauſare uiſionem naturaliter, ut patet à Doct. in primo.

Merè naturaliter poteſt capi dupliciter.

¶Ad ſecūdam difficultatem dico, ꝙ nō repugnat angelo poſſe cauſare talem ſpeciem intelligibilem in anima dānata, nec ſimiliter repugnat intellectui damnato poſſe recipere talem ſpeciem. Si tamen de facto non poteſt producere, hoc eſt à cauſa extrinſeca prohibente, & nullo modo cooperante ad talem cauſationem, quia voluntas diuina ex ſua iuſta determinatione videtur determinaſſe intellectū damnati huiuſmodi ſpecie non informari. Dato etiam, quòd talis ſpecies eſſet cauſata in intellectu, vel anima damnati, adhuc non ſequitur cognitio diſtincta deitatis in ipſo, quia & ſi talis intellectus cum tali ſpecie intelligibili ſit cauſa perfecta producendi diſtinctam cognitionem deitatis abſtractiuā, tamen talis cognitio non poteſt ſequi, niſi uoluntate diuina cooperante.

¶Ad tertiam difficultatem dico primò, ꝙ ſtante notitia intuitiua deitatis in intellectu angeli, alius angelus adhuc non poterit cauſare ſpeciem intelligibilem deitatis in tali intellectu. Et cum infertur, quòd talis intellectus ſimul poterit cognoſcere deitatem intuitiuè, & abſtractiuè. Negatur, quia ſtante notitia intuitiua deitatis in aliquo intellectu nō poteſt notitia diſtincta abſtractiua deitatis cauſari propter rationes formales adinuicem repugnātes, quia notitia intuitiua terminatur ad rem exiſtentē, & præſentem, inquantum exiſtens, & in ſe perfectè præſens. Abſtractiua verò, licet poſſit eſſe exiſtentis, non tamen terminatur ad exiſtens, vt exiſtens, vt patet à Doct. in pluribus locis. Et ſic poſſet ſtare talis ſpecies intelligibilis deitatis ſine actuali cognitione illius abſtractiua. Sicut etiam dicit Doct. in tertio, diſt. 31. ꝙ non repugnat intellectui beato habere habitum fidei, repugnat tamen ſibi actus credendi, qui non poteſt ſtare cum clara viſione Dei. Nec ſimiliter uoluntati beati repugnat habitus fidei, licet ſibi repugnat actus ſperandi, qui nullo modo poteſt ſtare cum actu perfectæ fruitionis, ſic erit in propoſito de ſpecie intelligibili.

Actus credēdi nō poteſt ſtare cum clara viſione Dei.

¶Dico ſecundò, quòd adhuc non reputo impoſſibile cognitionem deitatis abſtractiuam in ſe abſoluté ſumptam ſimul poſſe eſſe cum viſione, quia ex hoc non ſequitur: ergo talis intellectus ſimul cognoſcit Deum intuitiuè, & abſtractiuè, quia vltra illud abſolutum in cognitione requiritur, ꝙ actu terminetur ad Deum, de quo ſatis patebit in quoli. quæſt.14.artic.3.

¶Ad quartam difficultatem. Dico breuiter, ꝙ non poteſt ſpecies intelligibilis alicuius obiecti exiſtens in aliquo intellectu cauſare aliam eiuſdẽ obiecti in eodem intellectu, quia tunc notitia abſtractiua illius obiecti ſimul dependeret, quodammodo à duabus cauſis totalibus, & ſic poſſet eſſe, & non eſſe, nam intellectus habens vnam ſpeciem intelligibilem alicuius obiecti, ſi non eſt impeditus, neceſſariò cauſat actum intelligẽdi illius obiecti, cum ſit vna cauſa totalis, & ex alia parte circumſcripta alia ſpecie intelligibili, talis actus non poterit cauſari, patet, quia deficiente vna cauſa partiali, altera cauſa partialis cauſare non poteſt. Et dixi de alia, & alia ſpecie reſpectu vnius, & eiuſdem obiecti.

Quomodo poſſunt iſta ſpecies de nouo adepta eſſe in angelis, cum non habeāt phātaſias. Reſpondeo, quòd ordo requiſitus ad cauſandas ſpecies intelligibiles eſt iſte. Res creata transferuntur ab eſſe ſenſibili materiale ad eſſe phantaſiabile, à quo poſtea tranſeũt ad eſſe intelligibile, & tunc fit ſpecies intelligibilis, iſte ordo aſſignatur quo ad intellectum humanum, qui ordo non eſt neceſſarius ad intellectum angelicum, neque ex parte obiecti, neque ex parte potentia.

¶Et cum infertur, quòd duæ ſpecies ſenſibiles in eodem puncto poſſunt eſſe, cõcedo de duabus ſpeciebus eiuſdem rationis, ſed tamen alterius, & alterius obiecti ſaltem numero diſtincti, hoc idem dico de duabus intellectionibus eiuſdem rationis in intellectu. Non eſt igitur ratio, quòd non poſſint eſſe ſimul, quia adinuicem ſimul repugnant, cum non ſint formæ adinuicem repugnantes, ſed quia idem obiectum numero in eodem intellectu haberet duo perfectè repreſentatiua, quorũ quodlibet eſſet ſufficiens, & ſic idem actus intelligendi numero ſimul dependeret à duabus cauſis totalibus modo præexpoſito.

¶Ad quintam difficultatem poſſet dari vtrumq; membrum, videlicet, quòd ſit cauſa totalis alterius ſpeciei intelligibilis, ſicut etiam ponitur ſpecies ſenſibilis. Sed melius videtur dicendum, quòd ſit cauſa partialis, & intellectus agens in angelo alia cauſa partialis, nec eſt ſimile de ſpecie ſenſibili, & intelligibili, quia ſicut prima ſpecies ſenſibilis ab obiecto ſenſibili, vt à totali cauſa immediatè cauſatur, ita videtur, quòd illa ſpecies ſenſibilis, vt totalis cauſa immediata cauſat aliam ſpeciem ſenſibilem. Sed non eſt ſic de ſpecie intelligibili, nam ſpecies intelligibilis in nobis cauſatur ab intellectu agente, & à fantaſmate, & ſic videtur, quòd illa ſpecies cauſata, concurrente intellectu agente, ſuppleat vicem fantaſmatis in cauſando aliam eiuſdem rationis. Sic videtur dicendum de ſpecie intelligibili in angelo, quòd cauſetur ab obiecto, & ab intellectu agente, vt etiam videtur tenere Doct. in iſto ſecundo, di.3. quæſt.11. & illa ſpecies cauſata erit partialis cauſa cauſandi aliam, ſupplendo partialiter vicem obiecti, & concurrente intellectu agente angeli.

¶Vltra iſtas difficultates quædam alia parua occurrit, videlicet, quòd ſi ſpecies intelligibilis poteſt cauſare aliã, puta ſpecies intelligibilis lapidis poſſit cauſare aliam, an illa ſecunda ſit perfectior prima. Dico, quòd ſi illa prima eſſet cauſata ab intellectu agente, & fantaſmate, quòd ſecunda eſſet perfectior, quia cauſæ ſunt perfectiores, & agũt per modum naturæ, ſpecies enim intelligibilis eſt multò perfectior fantaſmate, igitur perfectiorem ſpeciem intelligibilem partialiter cauſabit. Sed an ſit eiuſdem rationis ſecunda cum prima, loquendo de prima cauſata cum fantaſmate, videtur, quòd non, quia principium partiale reſpectu ſpeciei ſecundæ intelligibilis eſt alterius rationis à fantaſmate, vt patet. Dico conformiter dictis Doct. in iſto ſecundo, diſt.1. quæſt. vlt. de potentia intellectiua animæ, & angeli, vide ibi quæ notaui.

¶Ibi. Tertium probo. Hìc Doctor probat, quomodo vnus angelus poteſt cauſare in intellectu alterius angeli ſpeciem intelligibilem tantum alicuius obiecti, non cauſando actum intelligendi eiuſdem, & hoc probat, quia minor virtus actiua non poteſt maiorem virtutem impedire à ſua actione, hoc patet, & per conſequens ſi ſuperior conſideret aliquid in genere proprio, puta a. inferior volens loqui ſibi de b. non poterit impedire actualem intellectionem, igitur tunc inferior non cauſabit intellectionem actualem ipſius b. quia non poſſunt duæ ineſſe ſibi ſimul, & aliquid cauſabit quantum poterit, quia vult conceptum ſuum alij communicare quantum poteſt, igitur cauſabit ſpeciem illius b. ſi non præhabeatur in intellectu ſuperioris. Ex eadem etiam maiore, quæ prius, ſcilicet maior virtus, &c. iſta minore, quòd ſcilicet ſuperior, & inferior poſſunt ſimul loqui eidem, ſequitur, quòd ſuperior faciet iſtum actu intelligere illud, de quo vult loqui, inferior autem non, quia tunc eſſent in ipſo audiente duæ intellectiones eiuſdem obiecti, ſed tantum faciet aliquid compoſſibile cum intellectione ſua. ſ. ſpeciem illius, de quo vult loqui in iſtis duobus caſibus, ita poteſt loquens gignere ſpeciem, quòd nullum poteſt tunc gignere actum. Dato etiam, quòd nullum ſit impedimentum ex parte audientis, puta quòd nõ habeat nec ſpeciem, nec actum obiecti, de quo alius angelus vult loqui, adhuc loquens, ex quo voluntariè cauſat, poteſt cauſare vnum, & non alterum, ſcilicet prius, non cauſando poſterius, ex quo ſe non neceſſariò concomitantur, & in illo vltimo membro loquens loquitur, & tamen audiens non audit perfectè, quia auditio eſt aliqua intellectio actualis illius, quod exprimitur à loquente, & eſt ſimile, ſicut ſi homo loqueretur homini diſtracto per ſtudium, in cuius aure acciperetur ſpecies ſoni, & tamen non audiret, id eſt non conciperet illud diſtinctè ſub ratione ſigni, nec haberet intellectionem de illo expreſſo, ſed tantum iſta ſpecies ſoni gigneret in memoria, vel fantaſia aliam ſpeciem remanentem, & poſſet poſtea rediens à diſtractione conſiderare illud, cuius eſt ſignum, & ita locutio præcedens eſſet ſibi occaſio intellectionis illius, etiam licet prius per eã nihil diſtinctè audiſſet, ſed in aliis duobus primis membris, in quibus intellectio actualis exprimitur à loquente, quando aliquis loquitur, tunc ille, cui loquitur, audit, quæ auditio intellectio quædam eſt: hæc Doctor.

IN iſtis verbis Doctor, vt clarius intelligantur, aliquas difficultates tango. *Ingenioſa difficultas.*

¶Prima eſt in hoc, quod dicit, angelum inferiorem non poſſe impedire angelum ſuperiorem ab actuali intellectione alicuius obiecti. Et pono talem caſum, quòd angelus ſuperior, qui dicatur a. *Caſus.* abſtractiuè cognoſcat lapidem per ſpeciem intelligibilem illius, & angelus inferior habeat ſpeciem intelligibilem ſupremi angeli, & perfectam quantum habere poteſt, quod eſt poſſibile, vt ſupra patuit diſtinct.3. quæſt. vltima. quomodo vnus angelus, & ſe, & alium poſſit intelligere abractiuè, & ſit ille angelus inferior b,

¶Pono etiam, quòd in angelo ſuperiori non ſit ſpecies ſupremi angeli, quod eſt poſſibile.

¶Hoc poſito pono, quòd intellectus angeli inferioris ſit virtutis, vt quatuor, & ſpecies intelligibilis ſupremi angeli ſit, vt tria, & intellectus ſuperioris angeli ſit, vt quinque, & ſpecies lapidis ſit tantum, vt vnum. Hæc omnia ſunt poſſibilia ſtante illo caſu infero propoſitum, videlicet, ꝙ angelus inferior poſſit impedire angelum ſupe-

ſuperiorem ab actuali notitia lapidis, quia quando tantum duæ cauſæ partiales integrantes unam totalem, quarum una eſt uirtutis, ut quatuor, & alia vt tria eſt perfectior alia totali integrata ex duabus partialibus, quarum vna ſit, vt quinque, & alia vt vnum, cum igitur angelus inferior cū ſpecie intelligibili ſupremi angeli ſit virtutis, vt 7. & angelus ſuperior cum ſpecie lapidis ſit tantum virtutis, vt ſex, ſequitur, ꝙ angelus inferior poterit cauſare actualem cognitionem ſupremi angeli in intellectū angeli ſuperioris, & ſic impedire eū ab actuali conſideratione lapidis. Ex alia etiam parte poteſt impedire eum, cauſando in eo ſpeciem intelligibilem ſupremi angeli, & tūc intellectus ſuperioris angeli cū illa ſpecie intelligibili, neceſſariò intelliget angelum ſupremum, cum ille intellectus ſit merè naturalis, & quando ſpecies intelligibilis eſt perfectior & efficacior, tūc intellectus prius intelligit obiectū cuius eſt illa ſpecies, vt patet a Doc. in primo. d. 3. q. 6. & ſic tunc angelus ſuperior impeditur ab actuali cognitione lapidis per angelum inferiorem.

Nota hec omnia, & benè.

¶Secundo ad idē arguitur ponēdo talem caſum ꝙ angelus ſuperior intelligat lapidē, ſiuè intuitiuè, ſiuè abſtractiuè nō curo, & angelus inferior habeat perfectè præſentem angelum ſupremū ſic, ꝙ ipſum intelligat intuitiuè, & non intelligatur ab angelo ſuperiori, tunc intellectus inferioris, vt habens perfectam memoriam angeli ſupremi actu poterit cauſare notitiam intuitiuam ſupremi angeli in intellectu ſuperioris, & tunc impediet eum ab actuali cōſideratione lapidis, patet quia exiſtentia angeli ſupremi in ratione obiecti intelligibilis eſt perfectior intellectu angeli ſuperioris, & eſt cauſa partialis cognitionis intuitiuę, quæ vnitur alteri cauſæ partiali, ſcilicet, intellectui angeli inferioris.

Alia difficultas.

¶Præterea occurrit alia difficultas, quæ elicitur ex verbis Doc. videtur. n. ipſe innuere, ꝙ angelus ſuperior poſſit impedire angelū inferiorem ab actione ſua, cum. n. dicit, ꝙ virtus inferior nō poteſt impedire ſuperiorē, videtur inferre, quod ſi eſſet virtus ſuperior poſſet inferiorē impedire, quod etiam expreſsè tenet in præſenti. q. Ex hoc ſequuntur nōnulla inconuenientia. Primum, quòd tunc angelus ſuperior poſſet impedire inferiorē a quacunq; actuali intellectione, & ſic ſi inferior actu vellet cōſiderare aliū angelū, ſuperior poſſit impedire illū actu cauſando in eo perfectam notitiam, puta lapidis, & ſic angelus inferior non poſſet ad libitum conſiderare quæ vellet, quia ſuperior poſſet ſemper eum impedire ſi vellet, quod eſt valde inconueniens. Secundum inconueniens, quia ſi virtus ſuperior poteſt impedire inferiorem, ſequitur, quòd voluntas angeli ſuperioris poterit impedire voluntatem angeli inferioris ne amet ſicut vult, ſuppponēdo, quòd voluntas angeli inferioris non poſſit ſimul habere duos actus perfectos, vt tenet Doc. in primo. d. 17. & alibi, tunc ſi angelus inferior actu amat alium angelum amore perfecto. & voluntas angeli ſuperioris poteſt cauſare in eo amorē perfectū alicuius hominis, ergo tunc voluntas angeli inferioris impediretur ab amore, quem habuit ad alium angelum. Et vltra ſequeretur, ꝙ voluntas angeli inferioris non poſſet ad libitum amare quem vellet, quia ſemper impediretur a voluntate angeli ſuperioris. Sequeretur etiam, ꝙ non eſſet ſimpliciter in poteſtate eius amare, & non amare quem vellet, quia ſi poteſt impediri a voluntate ſuperioris, tunc tantum amabit quantum placuerit ſuperiori, quæ omnia videntur abſurda, immò poſſet impediri ab amore angeli ſupremi, quia angelus ſuperior pro tunc poſſet in eo cauſare perfectum amorem alicuius hominis.

Tertia difficultas.

¶Tertia difficultas eſt in hoc quod dicit, quòd vna ſpecies ſenſibilis, poteſt aliam cauſare in fantaſia, quia tunc quæro, ſi illa cauſata in fantaſia, ſit eiuſdem rationis concauſante, vel alterius, non ſecundo, quia tunc non eſſet repreſentatiua eiuſdem obiecti, non primo, quia tunc virtus fantaſtica per illam non poſſet cognoſcere obiectū cuius eſt abſtractiuè patet, quia per primam tantum cognoſcitur obiectum, vt eſt præſens in ſe.

Solutio difficultatum.

¶Reſpondeo ad has difficultates, & primò ad primam concedendo caſum eſſe poſſibilem, ſed cum ex tali caſu infertur, quòd angelus ſuperior poteſt impediri ab actuali intellectione lapidis negaē hoc poſſe ſequi, & cum dr̄ cauſa totalis inferior eſt perfectior. Dico primo, quòd nulla ſpecies intelligibilis poteſt ita intendi, vt aliquo modo poſſit ſupplere pfectionē potentię intellectiuę, vt patet a Doc. in primo. d. 3. q. 8. cum igitur intellectus angeli ſuperioris ſit cauſa partialis intellectionis multo perfectior intellectu angeli inferioris, & a nulla ſpecie intelligibili poteſt ſuppleri illa perfectio, quæ pertinet ad potentiam intellectiuā angeli inferioris ſequitur, quòd angelus inferior non poteſt tunc impedire intellectum angeli ſuperioris.

¶Dico ſecundo, quòd ēt poſito, & non conceſſo, quòd intellectus angeli inferioris, q dicaē. a. vt hn̄s talem ſpeciem intelligibilē ſit perfectior cauſa intellectu angeli ſuperioris, qui dicatur. b. hn̄te ſpeciē intelligibilē lapidis, adhuc non ſequitur, quòd poſſit impedire eum, quia. b. habet voluntatē eſſentialiter perfectiorem voluntate. a. & per conſequens voluntas. b, ſic poteſt firmare intellectum in actuali cognitione lapidis, vt a nulla voluntate inferiori auerti poſſit, & conuerti ad aliud obiectum. Sicut ēt poſita in intellectu meo ſpecie perfectiſsima alicuius obiecti, quæ vnà cum intellectu agit ſm̄ vltimum potentiæ ſuæ, tn̄ voluntas mea poteſt auertere intellectum a tali obiecto per talem ſpeciem præſentem, & cōuertere ad aliud obiectum imperfectius, & imperfectiori modo p̄ſens. Sic ēt voluntas mea poteſt illum intellectum ſumere in actuali conſideratione talis obiecti imperfecti, quod per nullam ſpeciem intelligibilem quantumcunque intenſam poteſt auerti, & cōuerti ad obiectum cuius eſt ſpecies ita perfecta. Sic dico in propoſito, quòd intellectus b. nullo modo poteſt impediri à conſideratione lapidis, ſtante imperio voluntatis b.

¶Et cum dicit, quòd ſi intellectus b. careat ſpecie ſupremi angeli, quòd intellectus a. habens talem ſpeciem, poteſt ſimilem cauſare in intellectu b. concedo, & in iſto caſu non poteſt impediri ab aliqua voluntate creata, quia & ſi uoluntas poſſit imperare intellectui, auertendo illum à conſideratione alicuius obiecti, & conuertendo ad conſiderationem alterius, ſimiliter poſſet firmare illum in actuali conſideratione, non tamen poteſt eum impedire, quin recipiat ſpeciem intelligibilem, ſtante debita approximatione, cum hoc nullo modo ſit in poteſtate eius, & ſic concedo caſum illum.

¶Et cum infertur, quòd ex hoc poſſit illum impedire, negat, & cum probatur, quia intellectus b. habens ſpeciem ſupremi angeli eſt perfectior cauſa, & naturalis, ideſt agens per modum naturæ, quàm id me intellectus, ut habens ſpeciem lapidis, concedo, & cum infertur, igitur tunc de neceſſitate intelligit ſupremum angelum, & ſic impeditur à conſideratione lapidis, negatur, quia ultra perfectionem cauſæ requiritur, quòd uoluntas b. non firmet intellectum b. in actuali conſideratione lapidis, vt ſupra dixi.

Reſpōſio ad ſecundā difficultatem.

¶Ad ſecundam difficultatem principalem, concedo caſum illum, & cū infertur, quòd ex hoc po-

teſt impedire. Dico primo quòd per poſſibile vel impoſſibile circunſcripta voluntate.b.quòd intellectus.a. vt habens perfectè præſens in ratione obiecti intelligibilis eſſentiam ſupremi angeli,quòd tūc non cauſabit fortè de neceſſitate naturæ cognitionem intuitiuam ſupremi angeli in intellectu.b.quia eſſentia ſupremi angeli vt abſolutè conſiderata in ratione obiecti intelligibilis non videtur poſſe ſupplere perfectionem intellectus.b. in ratione potentię,& ſic intellectus.b.poteſt continuare intellectionem lapidis, quod à nullo intellectu inferiore habente præſens obiectum quantumcunque perfectum poterit impediri. Et quamuis Doct. in primo diſtinctio.3. q.8. videatur dicere, quòd obiectum perfectius potentia concurrat ad intellectionem vt principalior cauſa,non tamen diceret Doct. quòd obiectum creatum, etiam perfectiſſimum poſſet ſupplere perfectionem agendi pertinentem ad intellectū in ratione potētiæ, quia tūc ſequeretur, ꝙ obiectum tantum poſſet intendi, quod per ſe vt totalis cauſa poſſet cauſare intellectionem,cuius oppoſitum tenet Doct.vbi ſupra.Si etiam concedatur quòd.a. vt habens pręſentiam ſupremi angeli,poſſit impedire intellectum. b. circunſcripta voluntate.b.tamen ipſa non circunſcripta, ſic poſſet firmare intellectum.b.in actuali conſideratione lapidis, quòd a nullo intellectu inferiori habente quodcūque obiectum creatum perfectè præſens impediri poſſet,propter rationem ſuperius dictam.

Reſpōſio ad difficultatē. ¶ Ad aliam difficultatem quæ in ordine eſt ſecūda principalis,qua probatur, quòd ſi angelus ſuperior poſſet impedire &c. ꝙ tunc poſſet eum impedire à quacumq; intellectione. Dico primò ꝙ fortè nec voluntas.b.quæ eſt angeli ſuperioris,nec ſimiliter intellectus.b.poſſet impedire intellectum.a.ſcilicet angeli inferioris, & hoc ſtante imperio voluntatis.a.quo firmatur intellectus à.in actuali cōſideratione alicuius,quia nulla voluntas creata videtur immediatè poſſe habere poteſtatem ſuper aliā voluntatem.Dico ſecundò & magis ad propoſitum ꝙ intellectus. b. concurrente voluntate ipſius, poteſt impedire intellectum.a.à quacumq; cognitione data,& conuertere eum ad cognitionem alterius.& cōcedo,ꝙ ſicut voluntas,b.poteſt cauſare aliquē actū in ſe, quo imperat intellectui auertendo illum à cōſideratione obiecti, & cōuertēdo ad cōſideratione alterius obiecti,ita pōt ſimilē actū cauſare in voluntate.a.patet,qa volūtas eſt receptiuū eiuſdē rationis cum voluntate b.Pono ergo ꝙ voluntas.a. imperet mediante actu ſuo intellectui, vt actu conſideret lapidem,& voluntas.b.producat aliquem actū in voluntate.a.qui ſit imparatiuus reſpectu cognitionis hominis,quo voluntas.b.formaliter imperet intellectui.a , vt actu conſideret hominem, & quia iſte actus ſecundus videtur incompoſſibilis primo elicito à voluntate.a.ſequitur ꝙ primus deſinat eſſe , quo deſinente per alium actum, quo intellectus cōuertitur ad conſiderationem hominis,ſtatim impeditur ab actuali conſideratione lapidis, niſi fortè dicatur ꝙ,& ſi voluntas.b.poſſit cauſare in voluntate. a. quemcunque ſimilem actum, quem in ſe cauſare poteſt,tamen vt dicatur actus imperatiuus requiritur ꝙ ſit elicitus à voluntate imperante, & ſic ſequitur, quòd ille actus ſecundus in voluntate.a.cū non ſit ab ipſa voluntate.a. non poſſit dici imperatiuus,ſiuè non poſſit eſſe actus,quo voluntas. a.imperat intellectui ſuo.

Cōſidera bene hæc omnia bene maſticando.

¶ Tertio poteſt dici quòd voluntas.b.ſicut poteſt imperare intellectui ſuo, firmando intellectum vel auertendo,vel conuertendo ad obiectum, ita uidetur ꝙ poſſit imperare intellectui inferiori , ſcilicet ipſum firmando in aliqua actuali intellectione , vel auertendo ab illa,& conuertendo ad aliud , quia ſi poteſt imperare intellectui ſuo uidetur etiam quòd poſſit imperare per actum ſuum cuilibet alteri intellectui eiuſdem rationis.

¶ Sed nunc uideretur ſequi,ꝙ ſicut uoluntas ſuperior poteſt ſibimet imperare ad eliciendum aliquem actum.,ita poſſit imperare uoluntati inferiori ad eliciendum actum,& tunc non eſſet in poteſtate ſua elicere actum uel non elicere,quod uidetur inconueniens.

¶ Sed diceretur ꝙ non eſt ſimile de intellectu, & uoluntate, quia imperando intellectui,non dicitur concurrere actiuè ad intellectionem , ita ꝙ talis intellectio ſit producta ab intellectu,& uoluntate,ſed tātum dicitur imperare intellectui ex hoc, ꝙ poteſt ipſum firmare in obiecto cognito, & quia intellectus agit de neceſſitate naturæ, de neceſsitate ſequitur intellectio,poteſt etiam eum impedire auertendo à tali obiecto,& conuertendo ad aliud,ſed ſi imperaret uoluntati alterius,tūc nō eſſet in poteſtate inferioris elicere actū uel nō elicere,ſtāte tali imperior uoluntatis ſuperioris,puta ſi uoluntas ſuperior imperat uolūtati īferiori ut eliciat actū amoris erga Deū tūc ſtāte tali imperio,uolūtas īferior nō poſſet nō elicere. Dico ergo breuiter cōcedēdo,ꝙ angelus ſuperior poſsit impedire inferiorē ab actuali cognitione, & ꝙ in duobus poteſt impedire inferiorē ab actuali cognitione , & ꝙ in duobus poteſt impedire.Primo ſi uolūtas inferioris circūſcribatur quo ad actū imperatiuum reſpectu ſui intellectus, ꝙ intellectus ſuperior hñs ſpeciē intelligibilē, puta lapidis, uel habens ipsū lapidē in ſua pſentia ī rōne obiecti intelligibilis, pōt cauſare actualē notitiā , & pfectā ipſius lapidis,& ſic eum impedire à conſideratione alteri⁹ obiecti.Secūdo pōt eū impedire,impediēdo actū imperatiuū volūtatis,nō cauſando in ea actū imperatiuū oppoſitū, ſed cauſando in ea abſolutè aliū actū perfectū,puta ponēdo talē caſum, ꝙ intellectus angeli inferioris per imperiū uolūtatis intelligat lapidē,& ſic uolūtas illa habet unū actū elicitū perfectū quo ſic imperat, & pono ꝙ uolūtas angeli ſuperioris cauſet actū perfectū in uolūtate inferiori,puta amorē perfectū alterius angeli,cū ergo duo actus perfecti ſimul nō poſsint eſſe in eadē uolūtate,ſequitur ꝙ ſtāte ſecūdo primus deſinit eſſe, & ſic uolūtas ſuperior poterit imperare intellectui ſuo vt cauſet notitiā talis angeli in intellectu inferioris angeli,& ſic his duobus modis ſuperior poſſet impedire inferiorem. Et cū dicitur hoc eſſe inconueniens,quia tunc angelus inferior nō poſſet intelligere quęcumq; uellet ad libitū.Dico ꝙ aliud eſt loqui de facto,& aliud de poſsibili,de facto eñ ex determinatione diuinæ uoluntatis communiter non impeditur de poſsibili uerò , Dico quòd poſſet impedire,cum non repugnet uirtuti ſuperiori poſſe impedire inferiorem.

Quō voluntas imperet intellectui.

¶ Ad aliud inconueniēs, quod uidetur ſequi ex iſta ſecunda difficultate principali ſcilicet ꝙ tūc uolūtas inferior poſsit impediri ab actibus ſuis.Dico breuiter ꝙ & ſi de facto,& de cōi lege ex determinatione diuinæ uolūtatis nō impediat, attētа tñ perfectione uolūtatis ſuperioris ſibi nō repugnat poſſe impedire inferiorē, & ſic ſuperiorē poſſe facere inferiorē nō amare puta hoīem,ēt ſi ipſe uellet, & cōcedo ꝙ nō eſt in ptāte ſua ad libitū amare quē uellet. Si dicatur ꝙ tūc uolūtas inferioris non eſſet libera, nec haberet in ptāte ſua actus ſuos ſi non poſſet ad libitū ſuū amare. Dico ꝙ aliud eſt impedire uoluntatē per aliquē actū incōpoſsibilem actui eliciēdo, & aliud eſt poſſe impedire uoluntatē ut immediatè poſsit elicere actum nullo actu incompoſsibili actui eliciendo prius expoſito , primo modo poteſt

Virtus ſuperior poteſt impedire inferiorem.

Aliud eſt impedire volūtatem , & poſſe impedire voluntatem.

poteſt impedire, ſed non ſecundo modo, ꝙ declaro per exemplum ſit voluntas ſuperior b. & inferior a. pono, ꝙ b. producat actũ perfectum, puta volitionem perfectam reſpectu alicuius obiecti in voluntate a. tunc ſtante illo actu a. non poteſt elicere actũ amoris erga tale obiectum, quia ille actus eſt incompoſſibilis primo, & tamen non ſequitur, quin a. abſolutè poſſit amare, & non amare tale obiectum. Sicut etiam ſi eadem voluntas nolit Franciſcum eſſe, ſtante tali volitione nõ poteſt ipſum velle eſſe, quia iſta volitio eſt incompoſſibilis primæ, & tamen ex hoc non ſequitur, quin abſolutè poſſit velle Franciſcum, & non velle. Similiter b. cauſet in a. actũ perfectum amoris erga hominem a. non poterit elicere actum perfectum amoris erga angelũ, & hoc ſtãte primo actu, quia non poſſunt eſſe duo actus perfecti in eadem voluntate, vt dicit Doc. in primo, diſtin. 17. niſi fortè dicatur, ꝙ duo actus perfecti, puta duo amores, ſiuè eiuſdem rationis, ſiuè alterius nõ poſſint ſimul elici ab eadẽ voluntate, tñ, vt conſideratur in ratione receptiui, poteſt ſimul recipere plures actus pfectos, qui ex ſuis rationibus formalibus non ſint incompoſſibiles, ſicut amor, & odiũ reſpectu eiuſdem obiecti, & fortè, primo modo intelligit Doc. & nõ ſecundo modo, quia in tertio, diſtin. 14. videtur quaſi velle, quòd in intellectu animæ Chriſti poſſint ſimul eſſe infinitæ intellectiones infinitorum obiectorum, ſed quòd ſimul, & æquè perfectè poſſint elici à tali intellectu abſolutè negat.

¶Ad vltimã diffi. dico breuiter, ꝙ ſpecies cauſata in fantaſia ab alia ſpecie, vt à cauſa totali eſt eiuſdem rationis cũ illa, quãuis illa cauſata etiã poſſit cõcurrere ad actum virtutis fantaſticæ, obiecto cuius eſt talis ſpecies nõ præſente, quia virtus fantaſtica, quæ eſt altera cauſa partialis ex ſua ratione, ita poteſt in obiectũ abſens, ſicut præſens, dummodo habeat ſpeciẽ illius. Sed tunc occurrit difficultas ſpeciei intelligibilis, & de fantaſmate, an ſint eiuſdẽ rõnis, vel alterius. de hoc aliàs, ne impediaꝛ principalis intentio.

Quid ſit actus intelligendi. ¶Ibi. Sed qualis actus intelligendi eſt iſte, qui dꝛ auditio. Hic Doc. intendit declarare qualis ſit actus intelligendi, qui dꝛ auditio. Dicit, ꝙ angelus poteſt quadrupliciter intelligere, & pro clariori intelligentia angelus loquens dicatur a. & angelus audiens dicatur b: & obiectum, de quo fit locutio, dicatur c. b. poteſt intelligere intuitiuè a. in ſe, vt ſupplè eſt perfectè præſens intellectui b. ſecundò intuitiuè in intellectu a. ſupple, vt c. eſt in ſe præſens intellectui a. cognoſcente illud intuitiuè. tertio b. poteſt cognoſcere c. abſtractiuè per ſpeciem habitualem cõcreatam, de qua ſupra diſt. 3. q. 10. vel acquiſitam, de qua ſupra diſt. 3. q. 11. & dicit Doct. ꝙ nulla iſtarum intellectionũ eſt auditio, quia nulla eſt per ſe expreſſa ab intelligente, inquantum intelligens eſt, immò accidit, ꝙ obiectum mouens ſit intelligẽs æque enim moueret, ſi non eſſet intelligens, & in omnibus iſtis, ſi aliquis intellectus cauſat, eſt intellectus ipſius intelligentis, & nõ alterius, & ipſum obiectũ cõcurrit ibi cũ intellectu, vt cauſa partialis, vt patet in primo di. 3. q. 7. & 8. & in quolib. q. 15. quarto modo b. põt intelligere c. ita ꝙ intellectio fiat in eo per intellectum a. exprimentem, & intellectus b. nulla habeat cauſalitatem reſpectu actus, ſed tantum ſit paſſiuus, iſta autem ſola cognitio eſt auditio, & eſt expreſſa ab intelligente, inquantum intelligens eſt.

Dubium. ¶Sed occurrit aliqualis difficultas in hoc, ꝙ dicit, ꝙ intellectus b. poteſt intuitiuè videre c. in intellectu a. quia aut hoc eſt, quia ipſe intellectus a. eſt ratio repreſentandi ipſum ſub ratione propria. Sed hoc non vꝛ, quia quod eſt talis ratio repreſentandi, continet ipſum virtualiter ſm totam ſuam entitatẽ, vt patet à Doct. in primo, diſt. 3. q. 1. & diſt. 8. q. 1. & in ſecundo, diſt. 3. q. 10. & q. 14. quolib. art. 2. & diſt. præſenti. ſed intellectus a. non poteſt ſic continere aliquod abſolutum aliud à ſe, vt ſupra oſtenſum eſt diſt. 3. q. 10. igitur intellectus b. non poteſt intuitiuè intelligere c. vt in intellectu a.

¶Secundò dubitatur, quomodo intellectus b. poteſt intuitiuè intelligere c. in intellectu a. qa ex quo Doc in iſto ſecundo, di. 3. q. vlt. vult expreſsè, quòd intellectus creatus non poſſit cognoſcere intuitiuè in verbo, ſed tantum cognoſcit in proprio genere, vbi ſic dicit paulo ante reſponſionem principalium rationum. Nõ (inquit) cognoſcens exiſtentiam alicuius cognoſcit ipſam intuitiuè, quia poteſt ipſam cognoſcere abſtractiuè, nam cognitionem intuitiuã ſingularium non poteſt habere in verbo, vbi tamen cognitionem exiſtentiæ habet, & ideo ad cognitionem intuitiuam rei neceſſariò concurrit obiectum reale, vel ipſa res, vt pñs, hæc ille: ſi igitur intellectus angeli non poteſt cognoſcere lapidem ſingularem intuitiuè in verbo, multo minus, poterit cognoſcere intuitiuè in intellectu alterius angeli.

¶Dico, ꝙ Doc. ſupra non contradicit, quia hoc, quod dicit hic, ſic, debet intelligi, ꝙ quando intellectus ibi cognoſcit intuitiuè c. in intellectu a. ſi talis cognitio ſit perfectè præſens intellectui b. partialiter poteſt cauſare in intellectu b. cognitionem ſui intuitiuam, & alia cauſa partialis eſt intellectus, b. & tunc habita cognitione intuitiua de cognitione intuitiua c. exiſtente in intellectu a. tunc per illam cognitionem intuitiuam reſpectu alterius cognitionis intuitiuè exiſtẽtem intellectu b. poterit perfectè cognoſcere cognitionem intuitiuam c. exiſtentem in intellectu a. & quia illa terminatur ad c. exiſtens, inquantum exiſtens, & in propria pręſentialitate, cõſequenter intellectus b. poterit intuitiuè cognoſcere c. in intellectu a. ita ꝙ ſciet illam notitiam c. eſſe notitiam intuitiuam c. Dubium tñ eſt, ſi c. nõ eſſet actu exiſtens, & talis notitia intuitiua actu exiſteret in a. an intellectus b. cognoſcendo illam intuitiuè, cognoſceret c. intuitiuè. Dico, ꝙ fortè caſus non eſt poſſibilis, quia de ratione cognitionis intuitiuæ eſt, ꝙ ſit reſpectu obiecti exiſtentis in ſe, & præſentis. *Reſponſio.*

Dubium. Sed adhuc remanet difficultas, quia non videtur, ꝙ ſi intellectus b. cognoſcit intuitiuè cognitionem c. intuitiuam, ꝙ ex hoc cognoſcat ipſum c. intuitiuè, quia Doc. in quolib. q. 14. artic. 3. expreſsè tenet, ꝙ quis videat actum beatificum in ſe, & ꝙ tamen nõ videat obiectum beatificum, quia talis actus dicit relationem realem ad obiectum beatificum, quæ non cognoſcitur non præcognito termino.

Reſponſio. ¶Dico concedendo, quòd ex tali cognitione nõ ſequitur neceſſariò cognitio intuitiua c. ſed bene dico, quòd communiter cognoſcens aliquam notitiam intuitiuam alicuius obiecti, ex conſequenti intuitiuè cognoſcit illud obiectum.

¶Sed tũc qritur, à quo cauſaꝛ illa cognitio intuitiua talis obiecti, non à notitia intuitiua exiſtente in intellectu a. quia tunc virtualiter cõtineret entitatẽ obiecti, non ab intellectu a. & obiecto, quia tũc talis cognitio eſſet auditio propriè ſumpta. Dico, ꝙ talis cognitio intuitiua c. eſſet immediatè ab ipſo c. pñſente, & ab intellectu b. Si dicatur, ꝙ tunc nõ intelligeret c. intuitiuè in intellectu a. Dico, ꝙ ex hoc intelligit intuitiuè in intellectu a. quia dum videt notitiam intuitiuam c. in intellectu a. ſcit ipſum c. eſſe perfectè præſens in intellectu a. ideo ex tali notitia intuitiua poteſt inueſtigare c. in ſe. Poteſt etiam dici breuius, & fortè magis ad intentionẽ literæ, ꝙ intellectus b. vt cõuertit ſe ad intellectum a. intuitiuè videt illa, q̃ ſunt pñſentia in ꝓpria exiſtẽtia intuitiuè a. ita ꝙ talis intellectio intuitiuæ immediatè cauſatur ab obiecto pręſente intellectiuæ a. & ab intellectu b.

prout ſe conuertit ad intellectum a.& ſic per talem conuerſionem habet obiectum in ſe præſens.

Nota & bene. ¶ Dico etiam, quòd intellectus a. habens c. in ſe præſens, poteſt partialiter mouere intellectum b. ad cognitionem ſui intuitiuam, & alia cauſa partialis erit intellectus b. & ſic intellectus b. poterit perfectè intuitiuè cognoſcere intellectum a. ac per conſequens poterit perfectè cognoſcere cognitionem intuitiuam, quam habet intellectus a. de c. & ſic tandem poterit cognoſcere ipſum c. intuitiuè, & ſic patet reſponſio ad difficultatem.

¶ Ibi. Patet ergo differentia auditionis ab illa triplici cognitione, quæ cõmuniter poteſt dici viſio, quia in auditione, intellectus audientis tantum eſt paſſiuus, & quicquid eſt in eo, ita quòd ſi habet ſpeciem habitualem ipſius auditi, illa ſpecies etiam nõ agit ad auditionem. Vult dicere Doct. quòd tunc ille actus dicitur auditio in intellectu b. quando ipſe intellectus b. merè ſe habet paſſiuè reſpectu illius actus, ita quòd nullo modo concurrit actiuè, nec ipſe intellectus b. nec aliquid exiſtens in eo, & ideo poſito, quòd haberet ſpeciem habitualem, ſiuè intelligibilem c. de quo a. intendit loqui, ſiuè ſpecies intelligibilis, ut exiſtens in intellectu b. concurrat actiuè ad illum actum, talis actus nullo modo diceretur auditio: ad hoc igitur, ut dicatur auditio, requiritur, quòd intellectus b. nullo modo ſe habeat actiuè, nec aliquid exiſtens in eo, ſed tantũ paſſiuè. Sequitur. Quicquid etiam eſt ſibi præſens, vt eſt ſibi præſens, nihil agit ad eam ſupplè auditionem. Vult dicere, quòd ſi c. eſſet in ſe perfectè præſens intellectui b. ſi concurreret ad cognitionem ſui, illa cognitio in intellectu b. non diceretur auditio: ad hoc ergo, ut dicatur auditio, requiritur, vt ſit tantum ab intellectu loquente, & ab obiecto præſente ipſi loquenti, ut prius tamen intellecto. Sequitur. Solummodo igitur intellectus loquentis, uel quæ ſunt in ipſo, vt in ipſo, uel præſentia ſibi, ut ſibi ſunt actiua reſpectu auditionis, patet, quia intellectus a. habens in ſe ſpeciem intelligibilem c. iſta duo poſſunt cauſare cognitionem abſtractiuam c. in intellectu b. & talis cognitio cauſata dicitur propriè cognitio, ſimiliter intellectus a. habet in ſe perfectè c. in propria exiſtentia c. perfectè præſens, & intellectus a. poſſunt cauſare cognitionem intuitiuam in intellectu b. & talis cognitio intuitiua in intellectu b. eſt auditio, & talis cauſatio eſt locutio,

Põdera hęc omnia. Sequitur, & hoc nõ, vt proximi effectus, nam prius cauſant iſta præſentia loquenti intellectionẽ actualem in loquẽte, quàm cauſant illam auditionem in audiente. Dicit, ꝙ effectus immediatus, & præcedẽs auditionem, quæ habetur de ſe, eſt cognitio intuitiua, vel abſtractiua c. in intellectu loquentis, puta a. quæ habita poſtea intellectus a. cum c. in ſe præſente, vel in ſpecie intelligibili cauſat intellectionem in intellectu b. & talis cognitio ẽ poſterior, & effectus remotior. Itẽ nota, ꝙ licet ad cauſationem talis cognitionis concurrat intellectus loquentis, & obiectum in ſe, vel in ſpecie intelligibili, tamen ſolus intellectus loquentis loquitur, & nullo modo obiectum, quia ipſe ſolus exprimit, inquantum intelligens, licet tamen partialiter.

¶ Ibi. Ex hoc patet, quomodo voluntas loquentis faciat ad ipſam locutionem. Hic Doct. intẽdit probare, quomodo loquens voluntariè loquitur, quia habita prima cognitione c. in a. loquente, voluntas ipſius a. poteſt copulare intellectum a. ad c. cognitũ ita ꝙ imperio ſuo firmat eum in tali cognitione, vt ſupra patet in primo, diſt. 6. & 27. & magis patebit in iſto ſecundo, d. 42. ſtante igitur cognitione c. in a. loquente, voluntas poteſt imperare intellectui a. vt utatur ſpecie intelligibili a. ad cauſandam cognitionem abſtractiuam c. in intellectu b. hoc idem dico in cognitione intuitiua c. & hoc modo volũtas imperat talem locutionem, quia habita prima cognitione c. in intellectu a. loquente, poteſt poſtea imperare intellectui ſuo, vt ſimilem cognitionem cauſet in intellectu b. & hoc eſt ꝙ dicit. Sequitur ibi parũ infra, ſi enim effectus prior, ſine quo non cauſatur, poſterior, eſt in poteſtate alicuius, ſi prior nõ ſit, nec poſterior erit, vult dicere Doct. ꝙ ſi voluntas a. non poteſt habere effectũ priorem in poteſtate ſua, ſine quo non poteſt haberi prior, nec poſteriorẽ poterit habere in poteſtate ſua, igitur ſi poterit habere priorem in poteſtate ſua, multo fortius poſteriorem, effectus autem prior eſt cognitio c. in a. loquente, effectus verò poſterior eſt cognitio ipſius c. in b. audiente, cauſata ab a. loquente.

¶ Sed videtur hic occurrere aliquod dubium in hoc, quod dicit Doc. ꝙ voluntas habet in poteſtate ſua primum effectum, puta primã cognitionem c. quia in hoc vr̃ contradicere, & dictis Aug. & dictis ſuis. De primo patet 15. de Trin. vbi vult Aug. ꝙ voluntas non poteſt habere aliquem actum elicitum, neque imperatum, niſi circa præcognitum. De ſecundo etiam patet, quia Doct. vult expreſsè in primo, diſt. 3. q. vlt. & diſt. 6. & 27. quòd voluntas non poteſt habere actum, niſi circa præcognitum. *Dubium.*

¶ Dico breuiter, ꝙ Doc. non contradicit ſibi, nec dictis Aug. Nam qñ dicit hic, ꝙ voluntas habet in poteſtate ſua effectum primum. ſ. primam cognitionem c. nõ debet intelligi quantum ad cauſationem eius primam, ſed quantum ad continuationem ipſius, ſiuè copulationem, ita ꝙ habita cognitione c. in intellectu a. voluntas imperio ſuo poteſt continuare illam, imperãdo ſupplè intellectui, vt ſ. ſtet in tali cognitione, & hæc eſt mens expreſſa Doc. in locis præallegatis, & præcipuè in iſto ſecundo, di. 42. & tunc ſic continuando, vel imperando dr̃ habere in poteſtate ſua effectum primum, quia intellectum continuare intellectionem, eſt ipſam continuè cauſare, vt patet à Doc. in primo, diſt. 3. q. 9. & in iſto ſecundo, diſt. 7. Dico vltra, quòd non ſolum ipſa voluntas imperio ſuo poteſt imperare intellectui ſuo, vt continuet intellectionem c. in ſe, ſed etiam poteſt imperare intellectui ſuo, vt cõtinuet cognitionẽ c. in intellectu b. & ſic poteſt imperare, vt continuet locutionem per horam, vel per plus in intellectu audientis, & ſtante tali continuatione locutionis, ſtat continua auditio in intellectu audientis. Dico ẽt, ꝙ voluntas habet in poteſtate ſua primã cognitionẽ c. quo ad hoc, quia poteſt auertere intellectum ſuum à cognitione c. ſed de hoc magis infra patebit d. 42. *Reſponſio.*

¶ Ibi. Ex hoc ẽt apparet aliud, quomodo ſ. actualis intellectio in ipſo loquente non eſt ratio agendi ſibi, inquantum loquitur, ſed aliquid pertinens ad memoriam loquentis. Hic Doc. probat, ꝙ intellectio actualis, qua intellectus a. intelligit c. non eſt ratio formalis cauſandi intellectionẽ c. in intellectu b. qua cognoſcat c. & qua dr̃ audire, ſed ratio formalis producendi eſt ipſa memoria, puta ipſe intellectus a. cum obiecto, & ipſa memoria, q̃ eſt in intellectu a. primò producit cognitionẽ c. in intellectu a. & poſt producit cognitionem eiuſdẽ obiecti in intellectu b. ita ꝙ ipſa memoria habet iſtos duos effectus ordinatos, ſic quòd per prius producit cognitionẽ obiecti in loquẽte, & per poſterius in audiẽte.

¶ Ibi. Patet etiam tertiò quid ſit ordo auditionis ad intellectionem, quæ eſt viſio. Hic Doc. ponit differentiam inter auditionem, & viſionem, ſiuè ſit viſio intuitiua, ſiuè ſit abſtractiua, & dicit, ꝙ tunc eſt neceſſaria auditio, vel locutio, quando audiens non habuit prius notitiam obiecti, de quo angelus vult loqui, puta ſi angelus a. vult loqui b. de obiecto c. *Quid ſit ordo auditionis.*

ſi b.

ſi b. prius habeat notitiam de c. quamuis a. poſſit cauſare notitiam. c. in b. tamen illa notitia non eſt neceſſaria locutioni, quia locutio neceſſaria, ſiue auditio neceſſaria, eſt precisè de aliquo obiecto particulari non prius noto. Et ſic dicit Doct. quando Gabriel nouit aliquid in genere proprio, vel reuelatum, quod non nouit Michael in particulari poteſt ille in intellectu ipſius cauſare conceptum, qui propriè dicitur auditio, quo cauſato poteſt Michael conuertere ſe ad intellectum Gabr. videndum, & in eo videbitur illa intellectio, quā Gabr. habet, & etiam in iſta intellectione videbitur aliquo modo obiectum ipſius intellectionis, & ſi illud obiectum non poſſet vlterius videri nec in ſe, nec in verbo. vltima perfectio, quam poteſt Gabr. habere eſt videre in intellectu Gabr.

Quid ſit cō- ceptus.

Difficultates.

IN HAC tamen littera occurrunt aliæ, difficultates. Primò in hoc quod dicit, quòd habita cognitione de obiecto poteſt ſe conuertere ad intellectum Angeli loquentis, & videre ibi intellectionem, quam habet de illo obiecto. Quæro primo quomodo conuertitur ad intellectum loquentis, & intellectus audientis dicatur. b. & loquentis. a. ſi. b. conuertitur ad a. hoc non eſt niſi cognoſcendo ipſum. a. tunc quæro à quo cauſatur talis notitia. Dico breuiter, quòd cauſatur a. b. in ratione potentiæ intellectiuę, partialiter tamen & ab ipſo. a. non in ratione potentiæ intellectiuę, ſed in ratione obiecti intelligibilis, & tunc propriè conuertitur ab. a. & non econtra, quia conuerti ad obiectum eſt potentiæ, & non econtra, quia non dicimus obiectum conuerti ad potentiam, & ſic. b. mediante illa notitia cauſata cognoſcit. a. in ſe. ſi eſt præſens in ſe, vel in aliquo repræſentatiuo, ſi tantum eſt præſens in ſpecie intelligibili. Secundo quæritur, an. b. cognoſcat intellectionem in a. quā, a. habet de obiecto. c. Dicit Doct. quòd ſic, & tunc quæro, an eadem cognitione qua. b. cognoſcit. a. cognoſcat illam cognitionem, quæ dicatur. d. an alia cognitione. non eadem, quia vna & eadem cognitio numero non videtur poſſe eſſe plurium obiectorum ſpecie diſtinctorum. Si ſecundo, ſcilicet alia. quæro à quo eſt cauſata, aut eſt cauſata partialiter ab intellectu. a. in ratione obiecti, & hoc non, quia tunc. a. contineret. d, ſecundum totam entitatem, quod non eſt verum, quòd autem contineret ſupra patet à Doct. in primo. diſtinct. 3. quæſt. 1. & in iſto ſecundo diſtin. 3. aut ipſa notitia quæ habetur de. d. cauſatur partialiter ab ipſo d. & hoc non videtur, quia tunc talis notitia cauſata eſſet tantum ſimilitudo ipſius. b. & ſic per ipſam non poſſet cognoſcere obiectum. c. aut eſt cauſata ab obiecto. c. in ratione obiecti. ergo tantum erit repræſentatiua obiecti. c. & ſic per illam non cognoſcet. d.

Reſponſio. ¶ Reſpondeo, quòd talis cognitio quæ eſt reſpectu. a. non eſſet reſpectu. d. quia pro ſtatu iſto diſtinctorum obiectorum ſunt diſtinctę intellectiones, & ſic concedo, quòd eadem cognitione qua. b. cognoſcit. a. non cognoſcat. d. ſed alia & alia. & cū quæritur à quo eſt cauſata illa alia.

¶ Dico breuiter, quòd eſt cauſata ab intellectu. b. & ab ipſo. d. & concedo, quòd talis notitia eſt præcisè repræſentatiua ipſius. d. poſſet etiam concedi, quòd eſſet cauſata ab intellectu. b. & ab obiecto. c. cuius eſt talis intellectio, quæ dicitur. d. quia. c. continet virtualiter, & ſic adæquatè, partialiter tamen à nulla creatura poſſet cauſari. Et cum infertur, quòd tunc talis notitia eſſet tantum ſimilitudo obiecti. c.

¶ Dico, quòd hoc eſſet verum ſi illam notitiam cauſaret reſpectu ſui abſolute, ſed quando cauſat notitiam alicuius virtualiter contenti, tunc talis notitia eſt præcisè ſimilitudo illius obiecti contenti, & non eſſet ſimilitudo obiecti virtualiter continentis.

Dubium. ¶ Secundo dubitatur in hoc quod dicit, quòd cognita illa notitia obiecti, per illam aliqualiter cognoſcitur obiectum, & tunc quæro, aut intellectus. b. cognoſcit obiectum. c. mediante notitia. d. actu exiſtente in intellectu. a. aut mediante alia. ſi primo modo. ſequitur, quòd intellectus. b. non intelligit formaliter obiectum. c. patet, quia formaliter intelligere aliquid eſt formaliter in ſe habere intellectionem illius, vt patet à Doct. in 1. diſt. 3. quæſt. 7. & hoc eſt quod di. Ariſt. 3. de Anima, quod intelligere eſt quoddam pati ſi alia cognitione à cognitione. d. cognoſcit. c. quæro tunc à quo ſit cauſata ſi a. c. ergo per. d. non cognoſcit. c. cuius oppoſitum dicit.

Reſponſio ¶ Dico breuiter, quòd intellectus. b. cognoſcit. c. per. d. & cum dicitur, quòd non cognoſcit formaliter dico, quòd aliquid cognoſcere formaliter poteſt intelligi, aut mediatè aut immediatè, ſi immediatè dico, quòd omne cognitum immediatè ab aliquo intellectu eſt formaliter cognitum per cognitionem ſibi inexiſtentem, cognitum vero mediatè quidem, quod eſt per notitiam, quæ mediat inter obiectum, & aliam cognitionem, poteſt cognoſci per cognitionem non formaliter inexiſtentem cognoſcenti, & ſic concedo, quòd intellectus. b. cognoſcit. c. mediante notitia. c. quæ formaliter non inexiſtit intellectui. b. ſed alteri intellectui nō poſſet tamen cognoſcere. c. mediante. d. niſi haberet formaliter notitiam ſibi inexiſtētem de ipſo. d. Dico ergo cognoſcit. c. per d. quia. d. eſt ſimilitudo ipſius. c. & ſic cognoſcendo. d. ex conſequenti cognoſcit. c.

Dubium. ¶ Tertio dubitatur in hoc quod dicit, ſcilicet, ſi illud obiectum non poſſet vlterius videri, nec in ſe, nec in verbo vltima perfectio, quam poteſt Michael de hoc cognito habere, eſt videre illud in intellectu Gabrielis, &c. nam ſi intellectus. b. cognoſcit. c. ex hoc, ꝙ cognoſcit. d. in intellectu. a. modo præexpoſito videtur ſequi, ꝙ talis cognitio, qua cognoſcit. d. nō ſit auditio, nec ſimiliter. d. ſit auditio, nec locutio patet, quia loquens de. c. cauſat cognitionem. c. in audiente, vt intelligēs ipſum. c. vt ſupra patet, ſed notitia, qua. b. cognoſcit. d. nō eſt cauſata ab ipſo. a. ſed tantum ab intellectu. b. & ab ipſo. d. ergo non eſt auditio, nec locutio, nec ſimilr. d. eſt auditio, quia actus q dr̄ auditio recipitur ī intellectu audiente, modo. d. eſt tm̄ in ipſo loquēte.

Reſponſio. ¶ Reſpondeo, ꝙ nec. d. nec cognitio, quā habet. b. de. d. dr̄ propriè locutio, ſiue auditio, ſed tm̄ prima cognitio, quæ eſt de obiecto, quæ immediatè cauſatur ab intellectu. a. qui hēt notitiā obiecti reuelati, & talis notitia de obiecto reuelato dr̄ ꝓpriè auditio. nā habita illa in intellectu. b. tunc. b. conuertitur ad intellectū. a. & poſt ad notitiā. d. qua habita per illa vltimate cognoſcit. c. qđ eſt obiectū reuelatū ipſi. a. ¶ Ibi. Sic ergo inquantum auditio ordinatur ad cognitionem habēdā alicuius incogniti ipſa præcedit oēm viſionem tam rei in ſe, q̄ rei in intellectu alterius videntis, quàm etiā rei per ſpeciem habitualē, quia actus, qui dicitur auditio in intellectu audientis eſt prior cognitione intuitiua obiecti ī ſe, & cognitione intuitiua obiecti viſi in intellectu loquentis, & ſimiliter prior viſione abſtractiua, quæ habetur de obiecto per ſpeciem habitualem, ſiue intelligibilem, nulla enim iſtarū viſionum, vt ſupra patet poteſt dici auditio, quia auditio eſt cognitio expreſſa ab intellectu loquente inquantum intelligens, vt ſupra dixi.

¶ Sequitur ibi, dicitur etiam auditio differre ab omni uiſione, quantum ad certitudinem, quæ differentia fortè poteſt concludi ex ratione effectuum ordinatorum, quorum poſterior eſt perfectior, hoc patet, quia cognitio, quæ exprimitur de obiecto ab angelo cognoſcente, ut cognoſcens eſt, uidetur perfectior cognitione illa, quæ primò habetur in intellectu angeli loquentis, primò enim audiens recipit cognitionem ab angelo loquẽte de c. & habita illa conuertit ſe ad intellectum angeli loquentis, cognoſcendo illum in ſe, & poſt conuertit ſe ad cognoſcendum notitiam exiſtentem in angelo loquente, quæ immediatè repreſentat obiectum,& ſic talis cognitio uidetur certior prima.

Dubium. ¶Sed tũc occurrit dubium, quia ſi prima cognitio, quæ exprimitur ab angelo loquente de obiecto c. dicitur auditio, certum eſt, quòd per illam intellectus audientis cognoſcit c. cum talis cognitio ſit ſimilitudo ipſius c. patet, quia notitia habita in intellectu loquente de obiecto, de quo uult loqui, eſt eiuſdem rationis cum notitia cauſata in intellectu audiẽte, cum ſit ſimpliciter de eodem obiecto, & ſic ita erit ſimilitudo obiecti, ſicut illa angeli loquentis.

¶Si igitur per illam primam cognitionem, quæ dicitur auditio, cognoſcit obiectum, ad quid ponitur talis conuerſio intellectus.

Reſponſio. ¶Dico, quòd quamuis per illam fortè, ita perfectè cognoſcit obiectum, ſicut per illam, quæ exiſtit in loquente, tamen audiens dicitur perfectius audire, quia non ſolum cognoſcit obiectum, de quo loquens loquitur, ſed cum hoc etiam cognoſcit intellectum loquentis,& intellectionem quam habet intellectus loquentis de obiecto, de quo loquitur, & ſic hæc uidetur ultima perfectio ipſius audientis, quòd habito actu, qui dicitur auditio, propriè etiam conuertat ſe ad loquentem, cognoſcendum illum, & cognoſcendo actum, per quem loquens cognoſcit obiectum, de quo loquitur, & ſic cognoſcendo illum actum, ex conſequenti cognoſcit obiectum, de quo loquens loquitur, licet prius cognouerit ipſum per actum, qui propriè dicitur auditio.

DE ſecundo principali.ſ.quomodo poteſt loqui vni, & non alteri. Hic Doct. in iſta littera intendit principaliter declarare, quomodo vnus angelus poſſit loqui vni angelo, & non alteri, quamuis ſint præſentes, & in ęquali diſtantia, dicit, quòd ſicut in poteſtate angeli eſt quantũ ad primam intellectionem vti hac ſpecie in memoria, vel illa ad illam intellectionem actualem iſtius, vel illius, ita ſi haberet plures intelligentias, eſſet in poteſtate eius, quòd notitia gigneretur in iſta intelligentia, vel illa, non enim magis determinatur paſſiuũ naturale ad patiendũ, quàm actiuum naturale ad agendum, ſicut ergo illud actiuum, quod de ſe ſubeſt voluntati poteſt ex ſe agere, & non agere propter eius imperiũ, ita poteſt illud actiuum determinari ad agendum in hoc paſſiuum, & non in illud, ſicut fieret determinatio ad intelligentias intrinſecas ipſi angelo, ſi ſint plures, ſicut poteſt fieri determinatio ad intellectum hunc, vel illũ extrinſecum, qui quo ad hoc ſunt paſſiua eiuſdem rationis cũ illo paſſiuo intrinſeco, in quod ageret actiuum intrinſecum per imperium voluntatis. Vult dicere Doct. in iſta littera, quòd ſicut angelus habens plures ſpecies intelligibiles imperio voluntatis poteſt vti vna ad primam cognitionem alicuius obiecti, non vtendo alia. Sic etiam angelus habens plures intelligentias præſentes, ideſt plures intellectus angelicos poteſt in vno gignere intellectionem alicuius obiecti nõ gignendo in alio, & patet, qa ſi angelus haberet in ſe plures intelligentias intrinſecas.i. plures potentias intellectiuas poſſet in vna cauſare cognitionem alicuius obiecti non cauſando in alia, ſic etiam quando habet plures intelligentias extrinſecas præſentes poterit in vna cauſare cognitionẽ vnius obiecti, nõ cauſando in aliam, patet, quia illæ intelligentiæ, ſiuẽ potentiæ intellectiuę ſunt paſſiua eiuſdem rationis, & ſic patet, quomodo intellectus angeli actiuus, vt ſubeſt imperio voluntatis ſuæ non eſt magis determinatus ad vnum paſſiuum, quàm ad aliud, ex ſe enim eſt indeterminatus reſpectu oĩs paſſiui eiuſdẽ rationis, ſed imperio voluntatis poteſt determinari ad cauſandum intellectionem in vno paſſiuo, & non in alio, & in alio, & hoc eſt quod dicit ſententialiter. Sequitur ibi. Ex hoc ſequitur correlarium, ꝙ tot ſunt locutiones quot audientes, quia quãtũcunque ſunt præſentes, vel vnus propinquior, alius remotior, ſicut memoria non gigneret in intelligẽtia Michaelis, niſi ex imperio voluntatis ſuæ, ita nõ gignit in intellectu vnius, & non alterius, niſi ex determinatione ipſius loquentis.

¶ Sequitur. Sed tunc eſt dubium quot poteſt ſimul loqui, quia agens naturale nõ poteſt quodcũque effectus adęquatos ſimul habere, & ita vna gignitio non ſufficit ad hoc, vt plures audiant, quia vna gignitio eſt vnius intellectionis in vno, quam ille ſolus audit. *Dubium.*

¶Reſponſionẽ quære. Reſpondet magiſter Mauritius ſic dicẽs. Poteſt dici, ſicut haberi poteſt ex reportatis, quod non poteſt loqui infinitis, qa agens finitum,& limitatum non poteſt habere actionem, vel actiones infinitas. Si autem loqueretur infinitis, cum cuilibet correſpõdeat propria intellectio, cauſaret infinitas intellectiones. Si autem quæras, quot igitur angelis poteſt loqui. Dico, quòd hoc ſolus Deus fortè nouit, poſſet ex dictis probabiliter ſuſtineri, quòd tantum vni poſſet loqui, ſed refert an de eodem aut diuerſis loquitur, de diſtantia etiam, & imperio voluntatis, & an ſuperiori, an inferiori loquatur, ponderentur. *Reſpõſio domini Mauritij, vide ex reportatis q.3.*

IN iſta littera inſurgunt aliqua dubia. Primum in hoc quod dicit, quòd voluntas angeli, ſiuẽ quòd in poteſtate angeli eſt quantum ad primam intellectionem vti hac ſpecie in memoria, vel illa ad illam intellectionem intellectualem iſtius, vel illius, quia ſi hoc eſſet verum, tunc voluntas angeli poſſet imperare primam intellectionem, quod eſt contra Doct. in primo, diſt.3.quæſt.6. Et vltra ſequeretur, quòd voluntas poſſet imperare aliquem actũ circa aliquod obiectum non præcognitum, quod eſt cõtra Doct. in primo, vbi ſupra, & diſt.6.& 27. eiuſdem primi. *Dubia.*

¶Reſpondeo, quòd Doct. hic non loquitur abſolutè de prima intellectione obiecti, quia voluntas ante omnem cognitionem obiecti poſſet illam imperare, ſed bene prima intellectio eſt in poteſtate voluntatis, quo ad eius continuationem, vt ſupra dixi, vel etiam poteſt dici, ꝙ ſi intellectus fiat præſens voluntati, vt cognitus habẽs plures ſpecies intelligiles præſentes illi voluntati, ꝙ poteſt imperare intellectui, vt vna vtatur, non vtendo alia, ſed hoc non eſt, ita ad mentem Doctoris, quia voluntas nõ poſſet imperare intellectui intelligibili, niſi illa ſit præſens voluntati, vt cognita, & ſic oportet obiectũ eſſe prius cognitum, quia ſpecies intelligibilis poſterius cognoſcitur, quàm obiectum. Sed an volũtas poſſet ſic imperare, vt intellectus vtatur ſic, vel ſic aliqua ſpecie quo ad primam intellectionẽ obiecti. Hæc difficultas vſque ad 42. diſt. huius. *Reſponſio.*

¶ Secundum dubium eſt ibi, quia dicit Doct. ꝙ angelus poteſt ſimul pluribus loqui, quod eſt valde difficile tam ex parte intellectus loquẽtis, quàm ex parte *Dubium ſecundum.*

parte obiecti cognari. Ex parte intellectus loquētis ſic dubitatur, quia ſi intellectus loquentis loquēdo de obiecto reuelato, ad cuius cognitionem non cōcurrit obiectum reuelatum, ſed tantum ipſe intellectus, & tūc ſi ſimul poteſt loqui etiā angelis, tunc ſimul poterit cauſare decem intellectiones eiuſdem rationis, & tunc aut cauſabit illas ſimul æquè perfectè, ſicut quamlibet ſeorſum, aut non æquè perfectè. Si primò, ergo ſimul poterit cauſare infinitas, ut deduxi in primo, diſt.2.quæſt.1. Si ſecundò, ergo non poterit ita perfectè loqui uni, ſicut alteri, quod videtur inconueniens, ſi etiam non loquatur de obiecto non reuelato, quod partialiter cōcurrit ad intellectionē, adhuc inſto de intellectu, vt eſt alia cauſa partialis, ſi enim intellectus loquentis partialiter ſimul poteſt producere decem intellectiones eiuſdem rationis, æquè perfectè has ſimul decē ſicut quamlibet ſeorſum ſumptam, ex hoc videtur, ꝙ infinitas poſſet ſimul ꝓducere, licet partialiter, & angelis ſic infinitis poſſet ſimul loq, ſi eſſent pñtes, & ꝙ hoc ſequatur, patet in ſimili de duobus corporibus, quæ ſi ſimul poſſent eſſe in eodem loco propter penetrationem dimenſionum, ergo, & infinita corpora ſimul poſſunt eſſe in eodē loco, vt patet per Ariſtot. quarto phyſic. Similiter ſi idem corpus ſimul poſſet eſſe in duobus locis quantum eſt ex ſe poſſet eſſe, & in infinitis locis, vt concedit Doct. in quarto, diſt.10.quæſt.2. Tum etiam, quia ſi angelus poſſet cauſare plures intellectiones adæquatas in pluribus angelis, eadem ratione plures poterit cauſare in intellectu ſuo adæquatas, maximè ſi illę plures ſint diuerſarum rationum, patet conſequentia, quia intellectus loquens non poteſt cauſare cognitionē alicuius obiecti ī intellectu alterius, niſi prius cauſet cognitionem eiuſdem in ſe, vt ſupra patet, ergo ſi poteſt cauſare plures intellectiones diuerſarum rationū in pluribus angelis, à fortiori poterit cauſare intellectu ſuo, & ſic poterit ſimul habere diſtinctas cognitiones adęquatas, ꝙ videtur inconueniens, vt etiam contra Doct. ſ. ꝙ intellectus creatus ęquè pfectè intelligat plura ſicut quodlibet ſeorſū.

Quarto phyſic. ſtex.76.

¶Præterea quæro qd Doct. intelligat, quādo dicit quòd poteſt ſimul cauſare diſtinctas cognitiones adęquatas in diſtinctis Angelis, aut intelligit de adæquatione intenſiua, aut extenſiua, non ſecūdo modo, vt patet in littera ſua, nō etiam primo modo, quia cum intellectus, & obiectum præſens ſit cauſa naturalis, & agat ſecundum vltimum virtutis ſuæ, & producat effectum perfectiorem, quē poteſt producere, vt patet in primo, diſt.3.quæſt.2. tūc quando cauſat vnam intellectionem in vno angelo, cauſat ſecundum totam virtutem ſuam, ergo producit illam perfectam quantū poteſt, ergo ſi ſimul poteſt producere aliam ęqualis perfectionis, oportet, quòd ſit ſecundum maiorem virtutem, vt patet à Doct. in primo, diſt.2.quæſt.1. & in iſto ſecundo, diſt.3.quæſt.10. Si verò cauſat aliam intellectionem ſecundum maiorē virtutem, ſequuntur duo inconuenientia. Primum, ꝙ nō cauſabit primam ſm totam virtutem ſuam. Secundum, quòd ſecunda intellectio erit perfectior prima, quia maiori virtute producta, & ſic iſtæ intellectiones non erunt adæquatę, cum una ſit perfectior alia. Similiter cū ad huiuſmodi intellectiones, ſi ſint abſtractiuæ, cōcurrat ſpecies intelligibilis obiecti, de quo loquitur, & illa ſpecies intelligibilis eſt cauſa partialis intellectionis, & tu dicis, quòd ipſe intellectus cum ſpecie intelligibili producit intellectionem obiecti, de quo loquitur in intellectu alterius angeli, vt ſupra patet.

Adæquatio duplex.

Duo inconuenientia. Primum. Secundum.

¶Et tunc quæro, an ſpecies intelligibilis agat ad intellectionem primam reſpectu angeli, & ſecundum totam uirtutem ſuam, quod uerum eſt remoto omni impedimento, ergo producit intellectionem perfectam quantum poteſt, & ſi ſimul poteſt producere aliam æque perfectam, tunc augmentabitur uirtus illius, quod uidetur inconueniens. Si tu dicis, quòd reſpectu vnius intellectionis ſimul concurrit cum intellectu loquentis ſecundum totā uirtutem ſuam, ſed quando angelus loquens loquitur alteri angelo, ipſe ſolus cauſat cognitionē obiecti, de quo loquitur. Sed hoc eſt falſum, quia ut alias expoſui. ſ. in primo, diſt.3.q.1. & in iſto ſecundo, diſtinct.3.quæſt.10. nihil poteſt cauſare cognitionem alicuius obiecti, niſi contineat illud ſecundum totā ſuam entitatem uirtualiter, uel eminenter.

¶Præterea. Iſta memoria in angelo loquēte, quæ eſt perfecta, & non impedita, quæ agit ſecundum totam ſuam uirtutem, ſi ſimul poteſt producere duas intellectiones æquè perfectas in duobus angelis, tunc duæ intellectiones erūt una, patet per Doctorem in primo, per argumentum, diſtinctione 8. quæſt. vlt. vbi dicit, ſi Deus ageret de neceſſitate ad extra, cum ſit uirtutis infinitæ, ſimul produceret infinitos effectus. Et addit dicens. Immo infiniti effectus eſſent tantum unus effectus infinitus. Sic arguo in ſimili.

¶Tertia difficultas eſt in hoc, quod dicit, ꝙ unus angelus poteſt ſimul loqui pluribus angelis.

Tertia difficultas.

¶Quæritur modo, an plures angeli, qui ſint eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ poſſint ſimul loqui uni angelo, & hoc de eodem obiecto, uel de diuerſis, ita quòd unus loquatur de eodem obiecto, & alius de alio, & non de eodem obiecto, quia tunc angelus audiens ſimul poſſet recipere plures intellectiones eiuſdem obiecti, quod uidetur inconueniens, & contra Doctorem ſupra, qui probat, quòd angelus loquens poteſt cauſare actum tantum in angelo audiente, niſi angelus audiens præhabeat cognitionē illius obiecti. Non de diuerſis obiectis, quia pono caſum, quòd ſint decem angeli eiuſdem ſpeciei, & loquantur de decem obiectis ſolum numero diſtinctis, tunc cauſabunt ſimul decē intellectiones ęquè perfectas in eodem intellectu audiente, quod videtur inconueniens. Tum quia ſi poteſt ſimul habere decem. Sequitur, quòd decem intellectionibus cognoſcat idem obiectum, quod videtur inconueniens. Tum etiam, quia ſi ſimul poteſt recipere decem eiuſdem rationis. Sequitur, quòd etiam infinitas.

¶Reſpondeo ad illa dubia. Et pro maiori intelligentia ſuppono aliqua.

Reſpōſio duplex eſt repugnantia.

¶Primò, quòd duplex eſt repugnantia quædam ſimpliciter, & tale repugnans per nullam potētiam eſt poſſibile. Secunda eſt tantum reſpectu agentis naturalis, & reſpectu talis agentis, quod eſt ſic repugnans fieri, eſt impoſſibile fieri.

¶Secūdò ſuppono, quòd uirtus, quæ poteſt producere plures effectus ſimul eiuſdem rationis, quorum unus natus eſt eſſe pars alterius, ut patet in intenſione formarum, poteſt producere unum effectum intenſum tantæ perfectionis, quantæ ſunt ibi plures, dummodo paſſum ſit receptiuum, & unus nō repugnat alteri, quod dico, quia quamuis Deus in diſtinctis paſſis in infinitū poſſit producere infinitas albedines, non tamen ſequitur, quòd poſſit producere unum indiuiduum album intenſiue infinitum, quia aliquis gradus intenſionis repugnat albedini ſic intenſæ, ut patebit in tertio, diſtinct.13. Vbi ergo unus effectus non repugnat alteri, intendendo illum, ſimul poteſt producere effectum intenſum ex omnibus illis, & ſic ſi unus angelus reſpectu eiuſdem obiecti poteſt ſimul producere mille intellectiones, quarum quælibet circa perfectionē ſit, vt

ſit, vt quatuor, & æquè perfectè poſſit producere mille ſicut unam, ſequitur, quod poterit producere unam intellectionem perfectionis includentis perfectionem mille albedinum.

¶Tertiò ſuppono, quòd ſi aliqua uirtus requirat, quòd ſit tantæ perfectionis ad hoc, ut poſſit producere unum effectum, de neceſſitate requirit maiorẽ perfectionem ad hoc, ut poſſit producere alium effectum eiuſdem rationis æquè perfectè, hoc patet, quia ſi uirtus, ut quatuor, reſpectu ponderis, ut quatuor, ad hoc, ut talis uirtus poſſit ſimul portare aliud põdus, ut quatuor eiuſdem rationis requirit maiorem perfectionem, & maiorem uirtutem, ſic ergo in propoſito, & ſic ſequitur, quòd ſi aliqua cauſa ſimul poteſt producere duos effectus eiuſdẽ rationis æquè perfectè, ſicut quemlibet ſeorſum, erit de neceſſitate maioris perfectionis.

¶Et ex hoc concludo, quòd nulla uirtus creata æquè perfectè poteſt producere duos effectus eiuſdem rationis ſimul, ſicut quemlibet ſeorſum, quin de neceſſitate ſit maioris uirtutis, immo ſic dico, quòd nulla eſt cauſa creata quantumcunque perfecta, quæ ſimul poſſit producere duos effectus eiuſdem rationis, ſicut quemlibet ſeorſum, & ſic nullus intellectus creatus ſimul poteſt producere duas intellectiones eiuſdem obiecti æquè perfectè ſimul, ſicut quamlibet ſeorſum.

Lychetus declarat mẽtem Doctoris. ¶Dico ergo ad mentem Doct. quòd non eſt uirtus creata, quæ ſimul poſſit ꝑducere duos effectus æquè intenſos, & æquè perfectè, ſicut quemlibet ſeorſum, quod patet, quia quãdo producit unum, ſi eſt uirtus naturalis, producit illum ſecundum totam uirtutem ſuam, ergo ſi ſimul producit alium æquè intenſum, requiritur uirtus dupla, aliter primus non fuiſſet productus ſecundum totam uirtutem ſuam, & hoc eſt quod dicit Doct. in primo, diſtinct. 8. quæſt. vlt. quòd ſi uirtus formaliter infinita ageret de neceſſitate naturæ, tunc produceret unum effectum, qui eſſet formaliter infinitus. Et quando dicit hic in littera, quòd poteſt ſimul loqui pluribus angelis, ita quòd ſimul poteſt habere plures effectus adæquatos, puta ſimul cauſando plures intellectiones adæquatas eiuſdem obiecti, ſic debet intelligi, quòd ſint adæquatæ intenſiuè, ita quòd intenſiores non poteſt producere, & extenſiuè, ita tot quòd non plures. Et cum dicitur. Si producit primum ſecundum totam uirtutem ſuam: ergo nõ poteſt producere ſecũdum æquè perfectum. Dico, quòd ſi paſſa, puta decem angeli ſint æquè diſpoſita ſimul, ſicut quodlibet ſeorſum reſpectu angeli loquentis, talis caſus poſitus, uel erit impoſſibilis, ꝙ magis credo, & ſi non ſunt æquè diſpoſita, ſed unũ paſſum ſit magis diſpoſitum alio, tunc in magis diſpoſito cauſabit perfectiorem intellectionem, & in minus diſpoſito imperfectiorem. Si dicatur, quòd ſaltem unus illorum erit diſpoſitus ad recipiendum cognitionem intenſiuam, ſicut angelus loquẽs poteſt cauſare, & alius non ſit ita diſpoſitus, & ſic de aliis: ergo ſimul poterit producere unã intellectionem perfectiſſimam in angelo perfectiſſimè diſpoſito, quia ſecundum totam uirtutem ſuam, & aliam in angelo minus diſpoſito, & ſic requiritur maior uirtus in angelo loquente, quod patet. Si enim aliqua uirtus ſit adæquata ad portandum onus centum librarum, ſimul non poterit portare aliud onus duarum librarum, aliter non portaret pondus centum librarum ſecundum totam uirtutem ſuam.

Caſus eſt impoſſibilis. ¶Dico, quòd hic caſus eſt impoſſibilis, uel ſi eſt poſſibilis. Dico, quòd tantum producit intellectionem intenſiſſimè in angelo diſpoſito perfectè, & in angelo minus diſpoſito nullam ſimul producit, uel ſi caſus primus, puta quòd decem angeli ſint ſimul æquè diſpoſiti, ſicut quilibet ſeorſum ſit poſſibilis. Dico, quod tantum unam intellectionem intenſiſſimè producet, quæ tantum in uno illorum recipietur, uel nullam producet, & ſi tantum producet unam, ſtante æquali diſpoſitione omnium, non eſt maior ratio, quod in uno recipiatur, quam in alio. Dico, quòd quamuis non ſit maior ratio in uno, quam in alio, tamẽ ſi aliquam intellectionem producet, tantum in uno illorum unam producet, & quis ſit ille Deus nouit. Si dicatur, quòd virtus creata quanto nobilior, tanto ſimul poteſt producere plura. Dico, quòd uirtus creata nobilior nõ eſt ad impoſſibile, ſed tantum ad poſſibile, ſi ergo uirtus maior comparetur ad minorem reſpectu effectus eiuſdem rationis.

¶Dico, quòd maior intenſiorem effectum producet, quàm minor, ſi comparatur ad effectus diuerſarum rationum. Dico, quòd maior ad plura poteſt ſe extendere, quàm uirtus inferior, ut patet de ſole, & de igne. Quando igitur Doct. dicit, quòd poteſt ſimul habere plures effectus adæquatos, debet ſic intelligi, quòd ſi producat tantum decem effectus extenſiuè, & non plures ſimul illi effectus, uel erunt æquales in ſe, poſito, quòd decem angeli ſint diſpoſiti tantum, ut duo, ita quòd quilibet ſit æquè diſpoſitus, ut duo, non loquendo de ultima diſpoſitione, & perfectiſſima, tũc dico, quòd ſimul cauſabit decem intellectiones æquè perfectas. *Opinio Doctoris.*

¶Si dicatur, producit primam ſecundum totam uirtutem ſuam.

¶Dico, quòd tantum producit, quãtum paſſum natum eſt recipere.

¶Et ſi dicatur, quòd talis uirtus agit ſecundum ultimum potentiæ ſuæ.

¶Dico, quòd reſpectu unius intellectionis non agit ſecundum totam uirtutem ſuam, immo uirtus illa, ut ſimul eſt ad plures effectus, ſic eſt ſecũdum totam uirtutem ſuam ad illos, quòd ſecundum totam uirtutem ſuam unum illorum non producet, ſi verò non ſunt æquales in perfectione, ſed una intellectio perfectior, & alia minus perfecta, ſic debet intelligi, ꝙ ſimul producit illos effectus ſibi adæquatos, quòd perfectiores non poſſet producere, ita quòd iſta adæquatio reſpicit potentiam producentem, & non perfectionem æqualem effectuum. *Reſponſio primæ dubitationis.*

¶Et ex his patet reſpõſio ad primam dubitationem, quia ſi poſſet producere duas intellectiones eiuſdem rationis ſecundum totam virtutem ſuã, ita perfectè ſimul ſicut quamlibet ſeorſum, non repugnaret producere infinitas, quod patet ex iſto, quia ad productionem duarum perfectionum requiritur maior perfectio, ita quòd illa perfectio maior ſit, vt octo, & poſſit producere duas æquè perfectè ſicut quamlibet ſeorſum ſumptam, & vnam producit ſecundum totam virtutem ſuam, & ita perfectè ſicut duas, hoc idem poteſt ſequi de tertia, & ſic vſque in infinitum, vt patet intuenti. Sed quia Doct. dicit, quòd poteſt habere plures effectus adæquatos modo præexpoſito, ergo, & infinitos, ita quòd vnus ſit perfectior, & alius imperfectior, vel ſint æquales in perfectione, & ſic ſtaret argumentum de duobus corporibus. Et hoc probatur, quia ſi conceditur, quòd habẽs in virtute ſua infinitas ſpecies poteſt illas ſimul producere, & hoc quantum eſt ex parte habentis talem virtutem, vt clarè patet à Doct. in primo, diſt. 2. quæſt. 1. par. 1. Et licet ſit ſimpliciter repugnantia, & manifeſta incompoſſibilitas ex parte ſpecierum, vt ſcilicet ſimul poſſint eſſe infinitæ, ſpecies actu, vt ſubtiliter probatur à Doct. in ſecundo metaphyſ. ſuæ in quæſtionibus de infinito, non tamen eſſet talis repugnantia ex parte con-

Duo contraria poſſunt eſſe ſimul ex parte Dei.

re continentis virtualiter infinitas ſpecies, vt patet de duobus contrarijs, quæ licet adinuicē repugnēt, poſſe eſſe ſimul in eodem ſubiecto, tamen non eſt repugnantia ex parte Dei. Sic dico in propoſito de cōtinente virtualiter plures effectus eiuſdem rationis. Dico, ꝙ licet poſſit habere ſimul plures adæquatos virtuti ſuæ, non tamen infinitos, vt patet in exēplo, nam ſi ſit aliqua virtus, vt centū, potens ferre centum pondera, illa virtus ſi numeraliter poteſt ferre centum pondera, quòd non plura ſimul, ita quòd tanta virtus correſpondet tanto ponderi, & maior maiori, &c. Et ſic dico, quòd nulla virtus naturalis eſt, quæ poſſit facere duo corpora eſſe ſimul in eodē loco. Sed ſola virtus diuina, quæ ſicut poteſt facere duo corpora eſſe ſimul in eodem loco, ita & infinita, & ſicut poteſt facere idem corpus eſſe in pluribus locis, ita & in infinitis, vt patet à Doct. in quarto, diſt. 10. quæſt. 3.

¶ Si dicatur, quòd licet virtus creata non poſſit ſimul producere plures effectus diuerſarum perfectionum, ſiuè infinitos, ſaltem poteſt producere effectus eiuſdē rationis infinitos, & hoc ſimul, & hoc eſt quod dicit Franciſcus de Mayr. in primo, diſt. 2. quod argumentum Scoti non concludit de effectibus eiuſdem rationis, quia virtus creata, puta homo, vel ignis, licet adhuc ſimul non producat infinitos effectus eiuſdem rationis, tamen poteſt producere quantum eſt ex parte ſua, & tamē talis cauſa nō eſt formaliter infinita, quia vnus effectus eiuſdem rationis ad ſui productionem nō requirit minorem virtutem in cauſa producente, quàm alius, effectus verò alterius rationis requirit maiorē perfectionē in cauſa, quàm alius alterius rationis, patet, quia vna ſpecies eſt perfectior alia, & ſic quodlibet indiuiduum vnius ſpeciei eſt eſſentia perfectior quodlibet indiuiduo alterius ſpeciei perfectioris, ſi igitur aliqua cauſa haberet in virtute ſua, poſſe producere infinitas ſpecies, illa eſſet formaliter infinita.

¶Dico, quòd cauſa quæ poteſt producere infinitas ſpecies, dicitur formaliter infinita duplici ratione, quia ex quo habet in virtute ſua, poſſe producere infinitas, etiā ſucceſſiuè, erit formaliter infinita, patet, quia ſi a. requirit perfectionem, vt vnum ad producendum vnam ſpeciem, maiorem perfectionem requirit ad producendum aliam, igitur cum

8. metaphyſ. contex. 10.

ſpecies ſint ſicut numeri. 8. metaph. Sequitur, quòd habens in virtute ſua poſſe ſucceſſiuè producere infinitas ſpecies, ſequitur, ꝙ illud ſit formaliter infinitum, eſſet etiam infinitum ex hoc ſi ſimul poſſet producere infinitas, quia (vt ſupra dixi) poſſe producere infinitos effectus æquè perfectos, ita perfectè ſimul, ſicut quēlibet ſeorſum, eſt maioris perfectionis, à fortiori ſi ſimul poteſt producere effectus diuerſarum ſpecierū æquè perfectè ſimul ſicut quēlibet ſeorſum. Dico igitur, quòd cauſa, quę ſimul poteſt p̄ducere infinitos effectus eiuſdē ſpeciei æquè perfectę, ſicut quemlibet ſeorſum eſt formaliter infinita, quia licet vnus effectus ſeorſum ſumptus nō requirat maiorem perfectionem in cauſa, quàm alius eiuſdē rationis, tamen ſimul ſumpti requirūt maiorem perfectionem, cum non poſſint ęquè perfectè produci, ſicut quilibet ſeorſum, niſi maior perfectio requiratur in cauſa, & ſi infiniti poſſent ſimul produci, infinita perfectio arguitur in cauſa.

Quomodo Sol concurrat ut cauſa cum cauſis ſecundis.

¶ Si dicatur. Nonne Sol concurrit, vt cauſa cum cauſis ſecundis in iſtis inferioribus, dico, quòd ſic, nonne in eodem inſtanti plures cauſæ ſecundę producunt plures effectus eiuſdem rationis, ſiuè ſpeciei. Dico, ꝙ ſic, igitur Sol concurrit ad omnes iſtos effectus eiuſdem ſpeciei, admittitur. Sed dico, quòd non concurrit æquè perfectè ad duos, & ſecundum totam virtutem ſuam, ſicut ad quemlibet ſeorſum ſumptam, & ſicut dico de effectibus eiuſdem rationis, ita dico de effectibus diuerſarum rationum.

¶Si dicatur. Videtur, quòd ſi intellectus noſter nō poſſit habere duas intellectiones ęquè perfectas modo pręexpoſito, igitur tūc intellectus beati perfectè intelligit eſſentiam, & ſemper, ꝙ nunquā poſſet perfectè intelligere alium angelum, quantum eſt intelligibilis.

¶Dico, quòd poſito, quòd vnus angelus intenſiſſimè cognoſceret eſſentiam diuinam, ita quòd toto conatu, & tota virtute, ſua, vt cauſa tamen partialis cauſaret huiuſmodi cognitionem, tunc nō ęquè perfectè, & æquè intense cognoſceret alium angelum, cauſando cognitionem illius, licet tamen perfectè cognoſceret illum, quātum eſt cognoſcibilis, ita quòd talis cognitio attingeret totam eſſentiam angeli, non tamen illa cognitio eſſet elicita ſecundum totam virtutem, & totum conatum, ita quòd ipſa cognitio ſit æquè perfectè elicita ab angelo ſimul cum cognitione eſſentiæ diuinæ, ſicut elici poſſet, vt ſeorſum ſumpta, & ſine cognitione eſſentiæ diuinæ.

¶Secundò dico, ꝙ talis cognitio eſſentiæ diuinæ eliciatur intēſiſſimè, hoc tamen eſſet principaliter à voluntate diuina, & non à conatu angeli, patet, quia quilibet intellectus beati, loquendo de intellectu eiuſdem ſpeciei toto ſuo conatu videt eſſentiā diuinam, tamen viſio vnius eſt perfectior, & intenſior, quàm viſio alterius, & hoc erit ratione voluntatis diuinæ efficacius concurrentis cum intellectu vnius, quàm cum intellectu alterius.

Dubium.

¶Sed eſt difficultas, loquendo tantum de conatu angeli, an ſcilicet toto conatu ſuo æquè perfectè poſſit intelligere Deum, & alium angelum ſimul, ſicut quemlibet ſeorſum. Dico quòd non, quod patet per ſuperius dicta.

¶Si dicatur. Si intelligendo Deum ſecundùm totum ſuum conatum, ſiuè ſecundùm totam ſuam virtutem, an poſſit cauſare intellectionem alterius angeli, licet non ſecundùm totum ſuum conatum, videtur, quòd non, quia ſi ſecundùm totam ſuam virtutem cauſat intellectionem Dei, partialiter tamen. Si cauſat partialiter intellectionem alterius angeli, tunc videtur, quòd ſecundum maiorem virtutem. Dico quòd ſic, & non ſequitur inconueniens, ſicut in præcedenti, quia perfectio viſionis diuinæ erit principaliter à voluntate diuina, & ſic non ſequitur, quòd requiratur maior virtus.

Reſpōſio ad primam difficultatem.

¶Ex his ergo patet reſponſio ad primam difficultatem, & concedo primò, quòd non poſſet cauſare duas intellectiones ſic adæquatas, ita quòd nō æquè perfectè ſimul, ſicut quamlibet ſeorſum.

¶ Deinde concedo, quòd quando cauſat unam intellectionem ſimul cum alia, non cauſat illam ſecundùm totam ſuam virtutem abſolutè, quia tunc forte non poſſet cauſare aliam, & idem dico de ſpecie intelligibili, ſiuè de obiecto, ſicut dixi de intellectu, ſequentia ex his clara ſunt.

Reſpōſio ad ſecundam difficultatē.

¶Ad ſecundā difficultatem, an plures angeli poſſent ſimul loqui vni angelo, cauſando cognitionē, puta lapidis. Dico vt ſupra, quòd ſi angelus audiens eſſet ęquè proportionatus, & æquè diſpoſitus reſpectu decem angelorum loquentium, ſic ſimul reſpectu omniū, ſicut reſpectu cuiuslibet ſeorſum ſumpti. Dico, ꝙ vel nullam intellectionem cauſabunt, vel ſi aliquam erit tantum ab vno angelo, quē Deus nouit, cauſare autem plures poſſe non videtur, quia tunc intellectus audiens, ſimul haberet plures intellectiones eiuſdem obiecti, quod non eſt dicendum, & etiam hoc Doc. negat ſupra, quòd quando ange-

lus

lus loquens loquitur alteri angelo habenti cognitionem obiecti, de quo loquitur, tunc nõ cauſat cognitionem, ſed tantum ſpeciem intelligibilẽ, ſi non præhabeat. Si verò decẽ angeli loquentes loquuntur vni angelo de decem obiectis diuerſis, an ſimul poſſint cauſare cognitionem illorum. Dico ꝙ ſic: ergo angelus audiens ſimul intelligit decẽ obiecta? Dico quòd non habeo hoc pro inconuenienti, nõ tamen intelliget quęlibet ſimul ſumpta, ſicut quodlibet ſeorſum poſſet intelligere, & hoc, quòd licet decem angeli cum decẽ ſpeciebus intelligibilibus, ſic ſe haberent, quòd vnuſquiſque poſſet cauſare cõgnitionem ſui obiecti perfectiſſimè, tamen nõ poſſet illam cauſare, niſi in ſubiecto apto nato recipere, ſed angelus audiens non poteſt ſic diſponi, vt ſimul recipiat decem intellectiones decem obiectorum æque perfectas ſimul, ſicut quamlibet ſeorſum ſumptam, & ſic patet difficultas.

Gregorius Ariminẽſis inſtat cõtra Doctorem.

CONTRA aliqua dicta Doct. inſtat Grego. de Arimino in ſecundo, diſt. 9. q. 2. Et primò inſtat contra illud quod dicit Doc. ſ. quòd vnus angelus poteſt videre intuitiuè a. in intellectu alterius angeli cognoſcentis a. ſed vt clarius intelligatur, contra quid arguit Grego. ſub breuitate ipſe Greg. recitat opinionem Doct. quam, vt clarius intelligantur rationes ſuæ, recito, & incipit ibi alius modus dicendi eſt, quòd vnus angelus loquitur alteri, cauſando in eo intellectionem eiuſdem obiecti, quod ipſe intelligit. Vbi aduertendum, quòd ſecundum iſtum verbum præter viſionem, qua angelus videt in verbo aliquod obiectum, adhuc poteſt quadrupliciter cognoſcere illud, verbi gratia a. quatuor modis alijs poteſt videre intuitiuè. ſ. in ſeipſo a. & iterum intuitiuè, vt in intellectu alterius angeli cognoſcentis, etiam abſtractiuè per ſpeciem habitualiter concreatam, vel acquiſitam, & nulla iſtarum intellectionũ eſt auditio, quia nulla eſt per ſe expreſſa ab intelligente, inquantum intelligens eſt, immò accidit ei, ꝙ obiectum ſit intelligens, æquè enim moueret ſi nõ eſſet intelligens, & in omnibus iſtis ſi aliquis intellectus cauſet, eſt intellectus ipſius intelligentis non alterius, & ipſum obiectum concurrit ibi cum intellectu, vt cauſa partialis.

¶ Quarto modo poteſt iſte cognoſcere a. ita ꝙ intellectio fiat in eo per intellectum alium exprimentem, & intellectus iſtius nullam cauſalitatem habeat reſpectu actus, ſed tantum erit paſſiuus, & illa ſola cognitio eſt auditio, & eſt expreſſa ab intelligente, inquantũ eſt intelligens, ita quòd ſolummodo intellectus loquentis, vel quæ ſunt in ipſo, vt in ipſo, vel præſentia ſibi, vt ſibi ſunt actiua reſpectu auditionis, & hoc non, vt proximi effectus, nam iſta præſentia loquẽti prius cauſant intellectionem actualẽ in loquente, quàm cauſent iſtã auditionem in loquente, ipſa tamen intellectio loquentis non eſt in loquente ratio agendi inquantum loquitur, ſed aliquid pertinet ad memoriam loquentis, quòd autẽ angelus poſſit cauſare intellectionẽ ipſius a. in alio angelo, probatur, quia quod eſt ſufficienter in actu primo reſpectu alicuius effectus poteſt illum cauſare in quocunque receptiuo illius effectus, ſed angelus habens notitiam actualem alicuius obiecti, verbi gratia a. eſt ſufficienter in actu primo ad cauſandum intellectionem actualem ipſius a. igitur poteſt illam cauſare in quocũque receptiuo illius, ſed intellectus alterius angeli eſt receptiuus eius, cũ ſit eiuſdem rationis cũ illo intellectu, igitur, &c. Probatio maioris, q͂a prima extrema ꝓportionis actiui, & paſſiui ſunt vniuerſaliſſima abſtracta à quocunque actiuo, & paſſiuo, quia iſta proportio ineſt particularibus per rationem communem, & ideo extremis. Minor probatur, quia angelus habens in ſe actum primum cognoſcendi a. & ſpeciẽ, & quęcunque ponuntur neceſſaria ad cognitionem, per id quod habet poteſt facere intellectum ſuum in actu ſecundo, cauſando in ſe intellectionem a. ſicut effectum.

¶ Contra hæc, quia continet aliqua falſa. Primũ eſt, quòd vnus angelus poteſt videre intuitiuè a. in intellectu alterius angeli cognoſcẽtis a. ſi enim hoc eſſet verum, hoc eſſet, quia videndo cognitionem alterius angeli cognoſcentis a. per illam intuitiuam videret a. patet, quia non poteſt videre a. in intellectu alterius angeli, niſi vel videndo per ſpeciẽ, quá alter angelus habet de a. vel videndo formaliter per cognitionem eandem, qua alter angelus videt a. vel videndo ipſam cognitionem, qua alter videt a. & per illam ſic viſam videndo a. primum non poteſt dici, quia cognitio per ſpeciem ſecundum eum eſt abſtractiua, nec minus ea, quæ eſſet per ſpeciem exiſtentẽ in alio intellectu, quàm quæ eſt per exiſtentẽ in ſuo, nec ſecundũ dici poteſt, quia non eſt poſſibile naturaliter, quòd duo eadem cognitione numero formaliter intelligant, ſicut impoſſibile eſt naturaliter, quòd vna cognitio numero ſimul informet duos intellectus, relinquitur ergo tertium, & ſic patet conſequentia. Sed quòd conſequens ſit falſum probo. Tum quia ſequitur, quòd angelus videns viſionem ſuam, qua videt Deum intuitiuè, videret etiam illa viſione reflexa Deum intuitiuè, & per conſequens illa viſio de creatura, ſiuè habens creaturam pro obiecto eſſet beatifica. Tum quia tũc duę viſiones beatificæ eſſent in eo. Tũ tertiò, quia ſecundum dicta ſua angelus poſſet cauſare in diabolo viſionẽ prædictæ ſuæ viſionis primæ, cum ſit ſufficienter in actu primo ad cauſandum in ſeipſo viſionem prædictæ viſionis. Tum etiam ipſamet viſio Dei ſimul cùm intellectu vidẽtis in dicto intellectu cauſaret viſionem ſui reflexam, igitur illud poterit cum intellectu diaboli in ipſo intellectu diaboli. Et vtraque conſequentia patet per rationẽ ſuã, eo autem poſito, diabolus videbit Deum intuitiuè, & hæc omnia ſunt falſa: igitur, &c.

¶ Præterea probatum fuit in primo, diſt. 3. quòd nulla notitia habita de re per aliquod medium cognitum eſt intuitiua.

¶ Secundò contra illud, quod ponit angelum ſic in alio poſſe cauſare notitiam, quia ſequitur ſecundum hoc, quòd etiam in ſeipſo cauſare poterit talẽ auditionem de a. cum eius intellectus ſit per eum eiuſdẽ rationis cũ intellectu alterius, in qua poteſt auditionem de a. cauſare, & ſic ſimul, & ſemel haberet duas notitias de a. vnam, quæ non eſt auditio, per quã ipſe intelligit a. quando cauſat auditionem in alio, quæ ſecundum eum ibidẽ eſt effectus prior, ſine quo auditio cauſari non poteſt, & aliam, quæ eſt auditio. Sed hoc eſt cõtra eũ. Primò, quia ſecũdum ipſum intellectus audientis ſe habet merè paſſiuè reſpectu auditionis, igitur iſte ſe haberet merè paſſiuè ad ipſam, quod contradicit iã dicto. Tũ q͂a, vt patet in quarta ratione ipſius recitata in pręſenti quęſt. contra aliam opinionem, impoſſibile eſt ſecundum eum in intellectu eſſe duos actus perfectos ſimul, ſed ponatur, quòd illa auditio ſit tam perfecta quantũ poſſet in alio cauſare, quod oportet dicere eſſe poſſibile per rationem ſuam, ſequitur propoſitum.

¶ Tertiò ſequitur, quòd aliquis poterit habere diſtinctam notitiam in particulari, & determinatè de aliquo non exiſtente, eſto, quòd nullam habeat propriam ſpeciem illius, aut nunquam nouerit illum intuitiuè, quòd non videtur poſſibile.

¶ Præterea. Qualis notitia eſſet illa non abſtractiua, quia talis eſt mediante ſpecie, etiam ſecundum eum,

eum, non intuitiua, quia illa non eſt exiſtentis, conſequentia probaiur, ponatur enim, quòd aliquod ſingulare præteritum quidam angelus non nouerit, quod tamen alius nouit, & habet ſpeciem eius, & poteſt determinatè, & diſtinctè recordari de ipſo, iſte qui ſic poteſt recordari, & eſt ſufficienter in actu primo ad faciendum ſe in actu ſecundo recordationis, poterit in illo alio cauſare, etiam ſimilem recordationem ſecundum dicta iſta, & ſic etiam aliquis recordabitur eius, quod nunquam nouit, quod videtur repugnantiam includere.

¶Præterea. Si vnus angelus haberet ſcientiã vnius concluſionis, & non poteſt cognoſci, niſi per alias cognitiones priores, ſicut poſſibile eſt, vt in vna quæſtione ſupra oſtenſum eſt, & eſſet ſufficienter in actu primo reſpectu actualis conſiderationis, & ſcientiæ prædictæ concluſionis, poterit huiuſmodi notitiam cauſare in alio, qui nũquam concluſiones priores nouit, poſito quòd ita fuerit, ſicut ita poſſibile eſt, vt poteſt patere ex dictis in eadem quæſtione, & ſic aliquis cognoſceret ſcientificè aliquam cõcluſionem, qui tamen non cognoſceret nec actu, nec habitu principia illius, quod etiam non eſt poſſibile.

¶Præterea ſecundum iſtam uiam uidetur, quòd una creatura poſſit habere primam infuſionem ab alia creatura, & naturaliter, quod non libenter ego concederem.

¶Tertiò contra modum dicendi in ſe, nam per iſtum modum locutionis, ſi in cetu multorum angelorũ vnus vni ſpecialiter loqueretur, neſcire poſſet audiens quis eſſet qui loqueretur, ſuppoſito, ꝙ illa locutio eſſet de re alijs actualiter nota. Iſtud declaratur ſecundum dicta iſtorum. Volunt enim ꝙ in poteſtate, & ſponte angeli actualiter aliquid cognoſcentis, ſi cauſaret cognitionem illius obiecti in alio, vnde poteſt, ita loqui vni, quòd non alteri, & non loqui, ſicut placet ſibi, igitur angelus recipiẽs in ſe auditionem videns aliòs angelos, & notitias, & ſpecies, & alia per quæ ſunt in actu primò reſpectu auditionis, ſi aliqua alia ſunt, quorum quilibet poteſt eiuſdem auditionem cauſare, non poteſt determinatè ſcire quis illam cauſauerit, ac per hoc nec quis ſibi locutus ſit.

¶Præterea. Iſta via dat modum, qua vnus angelus poſſit loqui angelo alterius ſpeciei, ac etiam animæ humanæ ſeparatæ. Conſtat autem, quòd angeli loquuntur angelis alterius ſpeciei, & dæmonibus, & animabus. Ratio in oppoſitũ non eſt efficax, nã maior ſic abſolutè ſumpta eſt falſa, & multas hẽt inſtãtias, ſicut ex dictis pſit videri, & ꝑterea in nobis hẽt inſtantias, nã vnus homo eſt ſufficienter in actu primo ad cauſandum in ſuo intellectu intellectionem ſecundum aliquem habitum, quem habet, nec tamẽ poteſt ſimilẽ cauſare in intellectu alterius hominis.

Ratio Gregorij non eſt efficax.

¶ Item poteſt in voluntate ſua cauſare volitionẽ, & non in voluntate alterius, quod etiam de angelis verum eſt, ita poteſt inſtari de alijs interioribus hominis potentiis, oporteret igitur, quòd intelligeretur maior illa de illis receptiuis, quæ ſic ſe habent, quòd ſunt eiuſdem rationis, & eodem modo comparantur, ſeu ſe habent ad illud, quod eſt in actu primo reſpectu illius effectus, & ſecundum illum intellectum, minor patenter erit falſa, nam ad angelum habentem notitiam actualem, & ſpeciem alicuius obiecti, non eodem modo ſe habet intellectus alterius angeli, ſicut intellectus proprius, patet, nec eodem modo ſe habet ad notitiam, & ſpeciem huius, nam hic informatur per iſtas, ille non.

Omnes Angeli nõ ſunt eiuſdem ſpeciei.

¶ Præterea ſicut tactum eſt, non omnes angeli ſunt eiuſdem ſpeciei, & ideo minor, cum debeat eſſe vniuerſalis, etiam eſſet defectuoſa.

¶Dico igitur, quòd cum angelus non videat cogitationes alterius, nec appareat bene dici poſſe, ꝙ non per modum obiecti, ſed per modum agentis extrinſeci cauſæ liberæ, effectiuè cauſet immediatè cognitionem in mente alterius, cum tam primũ, quàm ſecundum videatur eſſe proprium Deo, nec ideo iuxta primam opinionem, nec iuſta ſecundam loquuntur adinuicem, loquuntur tamen ſecũdum, quòd per ſcripturam certi ſumus. Sed qualiter eſt nobis ignotum. Poteſt tamen dici, quòd ſicut quia homo alterins hominis cogitationẽ videre non poteſt immediatè, in ſeipſis formant exterius voces, vel intuitus, aut ſcripturas, & ſi aliqua ſigna ſint, quibus quod corde quis cogitat in alterius deducit notitiam. Sic ipſi angeli volentes adinuicem manifeſtare, quæ ſecretis cogitationibus cõcipiunt, formant in ſeipſis quædam intellectualia ſigna, & ſpirituales, vt ita dicam ſermones, & loquelas, per quæ ſpiritualiter audita ab aliis cognoſcitur quid cogitant, ita quòd ſicut in nobis eſt duplex locutio. Vna, quæ eſt primum ſignum rei immediatę, & hoc nullius eſt linguæ earum, quæ diſtinguuntur ſecundum diuerſitatem gẽtium humanarum iuxta ſententiam Auguſt. ſupra tactam, & hanc locutionem ſolus Deus audit. Alia quæ eſt ſecundarium ſignum, & priori in idem ſignificandum ſubordinatum, & ex hoc quodammodo priori ſignum, & hanc etiam alij audiunt. Sic in mentibus angelorũ eſt duplex locutio. Prima, quæ eſt ſignum primũ, & immediatum rei, & hæc eſt cogitatio Deo, & ſibi tantum nota. Alia eſt ſignum ſecundarium, & ſubordinatum illi in ſignificando, quàm aliæ ſpirituales creaturæ intelligibiliter audiunt, & per ea quid per primam dicatur, concipiunt, & hãc puto Apoſtolum vocaſſe linguam eorum angelorum primæ ad Corinth. 13.

In mẽtibus angelorum duplex locutio.

¶Ad hoc facit glo. ſupra allegata, quæ dicit, quòd angeli præpoſiti ſignificant minoribus quibuſdam nutibus, aut ſignis, ſecundum hunc modum poteſt angelus vni determinatè dirigere ſermonem ſuum, & omni modo quo nos, & longe plus atque perfectius diſtinctè, & variè loqui, vt ſibi placet, & alius poteſt determinatè ſcire, quis loquitur hic. ſ. in quo intuetur huiuſmodi ſigna, in eis enim audire intelligere eſt.

¶ Si quæratur. Vtrum vni poſſit aliquis ſic loqui, quòd alius, cui non loquitur non audiat, dictum eſt, ꝙ non, ſi alius ſit in debita propinquitate ad audiendum, & ad hoc ſit attentus, niſi Deus tunc eũ prohibeat audire non coagendo ad audiendum, & eſt ſimile, ſicut cum aliquis noſtrũ inter multos cõſtitutus nõ poteſt localiter loqui vni, quin audiatur ab alijs. Sed contra modum iſtum diceretur, quòd qua ratione vnus angelus poteſt videre huiuſmodi ſigna in mente alterius angeli, eadem ratione videtur, quòd poſſit videre cogitationes eiuſdem in eadem mente exiſtentes, & ſibi propinquas ęqualiter, & per conſequens ſuperfluunt huiuſmodi ſigna.

Dubium.

¶ Reſpondeo, ꝙ propinquitas æqualis, & vnitas obiecti nihil facit ad hoc, nam iſtis non obſtantibus vnum eſt ab alijs intuitiuè intelligibile, & nõ aliud. Exemplum conſtat, quòd in eadem materia eſt forma ſubſtantialis colorati, & color eiuſdem, & vtrũque æquè propinquum eſt videnti, non enim eſt ibi aliquis ordo, aut aliqua mediatio ſitualis, & bene ſic ſentimus colorem, per intellectum ipſum intuitiuè intelligimus, ꝙ nec formam ſubſtantialem, nec etiã materiã ſentimus, aut intelligimus intuitiuè, quãuis alio modo illas intelligere poſſumus, in mente etiam ſimul habet quis habitum infuſum, & intellectionem actualem, & hanc intelligit intuitiuè, il-

Reſponſio.

lam

lam non. Sic igitur dico de modo locutionis angelicæ, vtrum autem ita ſit ignoro. Apparet tamẽ mihi ſic eſſe poſſibile, cum, & nos etiam inde taliter tales locutiones poſſumus formare ſimiles locutionibus formalibus localibus, ſicut poteſt quilibet in ſeipſo aduertere.

¶Ad argumentum ipſius reſpondeo, negando antecedens ad probationem dicendum, quòd cogitationes non immediatè in ſeipſis audiuntur intellectualiter, ſeu videntur, ſed mediantibus intellectualibus ſignis immediatè viſis, ſicut dictum eſt, hæc Grego.

Soluuntur obiectiones Gregorij Ariminenſis.

RESPONDEO ad omnes obiectiones Greg. Et primò ad illam de intuitiua cognitione, & concedo, quòd vnus angelus non cognoſcit intuitiuè aliquod obiectum in intellectu alterius angeli per aliquam ſpeciẽ intelligibilem, quia talis cognitio eſſet tantum abſtractiua. Et concedo, quòd quando angelus b. videt intuitiuè obiectum c. in intellectu angeli a. quòd videt formaliter per eandem cognitionem, qua a. videt c. ſic intelligẽdo, ꝙ b. videt cognitionem intuitiuam in a. & ſic per illam intuitiuã viſam in a. b. ex conſequenti videt intuitiuè c. intelligendo tamen ſicut expoſui, prius reſpondendo ad difficultatẽ quam fecit contra hoc dictum. Doc. Et cum dicit hoc eſſe falſum, quia tunc angelus vidẽs viſionem ſuam, qua videt Deum intuitiuè, videret etiam illa viſione reflexa Deum intuitiuè, & per conſequens alia viſio de creatura, ſiuè habens creaturam pro obiecto eſſet beatifica. Dico primò, ꝙ hoc non videtur eſſe inconueniens, & concedo, ꝙ per viſionem reflexam poteſt conſequenter videre Deum in ſe, intelligendo, ſicut ſupra expoſui, & nõ ſequitur, ꝙ tunc eſſet viſio beatifica reſpectu creaturæ, quia illa viſio reflexa, quæ immediatè terminatur ad primam intuitiuam, non igitur beatifica, nec concedo, quòd per viſionem illam reflexã poſſit videri Deus in ſe, ſed per illam reflexã poteſt videri prima viſio, per quam primam videtur Deus in ſe, & ſic ſola illa prima dicitur beatifica. Dico ſecundò, licet non ita ad propoſitum, quòd viſio reflexa poteſt dici beatifica ex hoc ſolo, quòd terminatur ad viſionem beatificam, nõ ex hoc, quòd immediatè terminetur ad obiectum beatificum, & ſic concedo, quòd iſto modo poſſent eſſe duæ viſiones beatificę in eodem intellectu, quarũ vna immediatè terminetur ad obiectum beatificum, quæ propriè dicitur beatifica, & alia terminetur ad viſionem illam beatificam propriè dictam, quæ tamẽ dicitur beatifica impropriè, eſſet bene inconueniens, ſi darentur duæ beatificę, & ęquè immediatè terminatę ad obiectum beatificum.

Quomodo viſio reflexa poſſit dici beatifica.

¶Et cum vltra infert, quòd ſecundum dicta Docto. iſte angelus poſſit cauſare in diabolo viſionem prædictæ viſionis primæ. Dico, quòd licet prima facie videatur inconueniens intellectui nõ multum eleuato, nullum tamen videtur ſequi inconueniẽs, vt ſupra expoſui, non enim repugnat angelo non poſſe cauſare ſimilem viſionem, quam habet in intellectu cuiuslibet alterius ſibi proportionato, cum ſint paſſiua eiuſdem rationis. De facto tamen non cauſaret, quia voluntas diuina diſpoſuit nullo modo concurrere ad hoc. Et poſito et, ꝙ de facto cauſaret, adhuc non ſequeretur diabolum videre Deũ in ſe, quia licet per viſionem cauſatam in ipſo videret illam in angelo, non tamen ſequitur, ꝙ videret illam ſub illa ratione, qua terminatur ad Deum in ſe, vt ſupra dixi, & ſic non ſequitur, quòd viſione illa videret Deum in ſe. Et ſic patet ad iſtam primã inſtantiam, quæ contra dictum Doct. non tangit difficultatem, quæ tangi poſſet, vt patet ſupra.

¶Ad ſecundam inſtantiam contra aliud dictum Doct. de angelo cauſante notitiam obiecti in intellectu alterius angeli, cum dicit, quòd tunc angelus loquens alteri angelo, poſſet cauſare auditionem in ſeipſo de obiecto prius cognito, negatur abſolutè, & cum probatur, quia intellectus angeli loquentis eſt eiuſdem rationis cum intellectu angeli audientis, conceditur; ſed poſtea negatur, quòd ſicut loquens poteſt cauſare auditionem in alio intellectu de alio obiecto non actu cognito ab illo intellectu, ita eandem poteſt cauſare in ſeipſo, negatur ſimilitudo, quia intellectus, vt habẽs cognitionem huius obiecti, non poteſt ſimul habere aliam de eodem obiecto, ſtante illa prima, propter cauſam ſupra aſſignatam, & ex hoc patet ad illa, quæ ſequuntur, procedunt enim ex falſo intellectu dicti Doct.

¶Ad aliud, quod dicit contra eandem concluſionem, quòd aliquis poterit habere diſtinctam notitiam in particulari, & determinatè de aliquo non exiſtente, eſto, ꝙ nullam habeat ſpeciem propriam illius, aut nunquam nouerit illum intuitiuè, quod non videtur poſſibile naturaliter. Dico abſolutè, quòd hoc eſt ſimpliciter poſſibile, ſpecies enim intelligibilis tantum partialiter cõcurrit ad notitiam abſtractiuam, vt patet à Doctore in primo, diſtin. 3. quæſt. 6. 7. & 8. & diſtin. 17. & alibi ſæpe. licet ergò in intellectu audientis non ſit aliqua ſpecies intelligibilis reſpectu illius obiecti, de quo habet notitiam abſtractiuam ab angelo loquente, ſufficit tamẽ ſpecies intelligibilis eiuſdem obiecti in intellectu loquentis, quæ vna cum intellectu loquentis integrat vnam cauſam totalẽ reſpectu notitiæ abſtractiuæ, quę totalis cauſa eſt ratio cauſandi notitiam abſtractiuam in quocunque paſſo receptiuo eiuſdem rationis, vt ſupra patuit. Et quòd habet pro inconuenienti, quòd non detur in aliquo notitia abſtractiua obiecti, de quo non prius habuerit notitiam intuitiuam.

Quomodo ſpecies intelligibilis concurrat ad ſpeciem abſtractiuam.

¶Dico primò, quòd non eſt neceſſe in cognoſcẽte aliquid abſtractiuè, quòd prius cognouerit illud intuitiuè, vt ſupra expoſui in quæſtio. 3. prolo. improbando opin. Greg. de obiecto ſcientiæ.

¶Dico ſecundò, ꝙ etiam poſito, ꝙ non poſſit habere notitiam abſtractiuam de aliquo obiecto, non præhabita notitia intuitiua eiuſdem, tunc cõcedo, quòd angelus loquens non poſſet cauſare in audiẽte notitiam abſtractiuam, niſi angelus loquẽs prius habuerit intuitiuam eiuſdem obiecti, non enim poſſet cauſare aliam abſtractiuam de obiecto, niſi prius cognouerit illud abſtractiuè, poſito ergo, ꝙ intuitiua requiratur reſpectu primæ abſtractiuæ, non tamen ſequitur, quòd requiratur reſpectu ſecundæ cauſæ in audiente, ſicut nec etiam ſecũdum eum in cognitione abſtractiua reflexa requiritur immediatè intuitiua, ſed ſi requiritur, præciſè requiritur reſpectu primæ.

Quomodo Lychetus tuetur opinionẽ Scoti.

¶Ad aliud contra eandem concluſionem, patet ſupra, quòd talis notitia cauſata in audiẽte de obiecto partialiter reuelato eſſet abſtractiua, & cũ dicit, quòd illa eſt per ſpeciem intelligibilem ſecundũ Doct. Dico primò, quòd ſufficit, ꝙ ſit per ſpeciem intelligibilem exiſtentem in loquente. Dico ſecundò, quòd non bene percipit Doct. Non enim Doc. dicit, quòd cognitio abſtractiua ſit præciſè per ſpeciem intelligibilem, immò ipſe vocat notitiam abſtractiuam quamcunque, quæ non eſt de obiecto exiſtente, & præſente in ſe. Et quod dicit, quòd tũc angelus loquens qui recordatur de aliquo obiecto præterito, vt præterito poſſit in aliquo alio angelo cauſare ſimilem recordationem, & ſic poterit recordari de aliquo, quod nunquam nouit. Dico, ꝙ aliud eſt dicere angelum poſſe cauſare diſtinctã notitiam in angelo de obiecto non prius noto, &

aliud

aliud eſt de actu recordationis, quia recordatio ſemper eſt de obiecto, vt prius cognito, poſſet enim prius cauſare in audiēte notitiam de tali obiecto præterito, vt præterito, ſed tunc per talem notitiam non recordaretur, quia recordari eſt per actū proprium ipſius recordantis, vt clarius patebit in quarto, diſt. 45.

¶ Ad aliud contra eandem concluſionem, cum dicit, quòd tunc vnus angelus poſſet cauſare notitiam concluſionis ſcientificam in angelo audiente, qui prius non cognouerit illam concluſionem ſciētifice, nec per principia illius concluſionis. Dico, quòd aliud eſt cauſare notitiam alicuius concluſionis abſolutè, puta huius, homo eſt riſibilis, qua actu cognoſcit hominem eſſe riſibilē, & aliud eſt cauſare notitiam euidentem ex euidentiam principiorum. Hoc præmiſſo dico, quòd poteſt cauſare notitiam primo modo, ſed talis notitia non dicitur ſciētifica, ſicut ſi Deus immediatè cauſaret in me notitiam huius, homo eſt riſibilis, nō diceretur ſciētifica, ſed tantum reuelata. Secundo modo nō poſſet cauſare non præhabita in ipſo audiente notitia ipſorum principiorum, poſſet tamen cauſare notitiam terminorum proportionis immediatę, & ex conſequenti poſſet cauſare notitiam principiorum, ad quam ſequeretur euidens notitia quæ diceretur notitia ſcientifica.

¶ Ad illa quæ obiicit contra modū dicendi Doc. de locutione angelorum, cum dicit primò, quòd per iſtum modum locutionis, ſi in cetu multorum angelorum vnus vni ſpecialiter loqueretur nō poſſet ſcire audiens quis eſſet, qui loqueretur, ſuppoſito, ꝙ illa locutio eſſet de re alijs actualiter nota, &c. Dico, ꝙ oporteret eum ſubtilius vidiſſe Doct. poſitionem, quia iſta non diceret. Dixit enim Doct. ſupra, ꝙ vltima perfectio in audiente eſt, quòd habita prima notitia de obiecto, de quo loquens loquitur, quæ propriè dicitur auditio, tunc audiens cōuertit ſe ad intellectum loquentem, & ad notitiam quam habet loquēs de obiecto, & tandem ad obiectum de quo loquens loquitur, & ſic tandem cognoſcit angelum loquentē, non enim diceret Doc. ꝙ ex ſola auditione angelus audiens cognoſceret angelum loquentem. Dico ſecundò, quòd ſemper audiens cognoſcit ipſum loquentem, quia angelus qui loquitur ſponte vni, & non alteri, vult etiam, ꝙ non ſolum audiens cognoſcat obiectum, de quo loquitur, ſed etiam cognoſcat angelum loquentem.

Gregorius non rectè vidit opinionē Scoti.

¶ Ad illud quod dicit, ꝙ Doct. non dat modum quo vnus angelus poſſit loqui angelo alterius ſpeciei, ac etiam animæ ſeparatæ. Dico abſolutè, quòd non eſt neceſſe aſſignare alium, & alium modum, quia cū omnes intellectus creari ſint receptiui eiuſdem rationis, erit idem ſimpliciter loquēdi reſpectu omnium. Et quantū ad hoc non aſſignatur alius & alius modus loquendi, licet inter angelum ſuperiorem, & inferiorem poſſint eſſe aliæ differentiæ, puta, ꝙ ſuperior non poſſit impediri ab inferiori, quando loquitur ei, vt ſupra dixi.

Differentia inter angelum ſuperiorem, & inferiorem.

¶ Ad illas inſtantias contra illam propoſitionem Doct. ſ. quod eſt ſufficienter in actu primo reſpectu alicuius effectus, poteſt illū cauſare in quocunque receptiuo illius effectus, cum dicit, quòd vnus homo eſt ſufficienter in actu primo ad cauſandum in ſuo intellectu intellectionem ſecundum aliquē habitum quem habet, nec tamen poteſt ſimilem cauſare in intellectu alterius hominis. Reſpondeo, ꝙ alius intellectus, & ſi ex natura ſua ſit receptiuus intellectionis cauſatæ ab alio intellectu, tñ pro ſtatu iſto non eſt in debita approximatione, & diſpoſitione, nec ſimiliter intellectus eſt ꝓ ſtatu iſto ſic proximus, & debitè diſpoſitus, vt poſſit immediatè cauſare aliquam intellectionem in alio intellectu, nā intellectus pro ſtatu iſto eſt tantū natus moueri à ſenſibilibus, immò nec angelus poſſet immediatè mouere intellectum noſtrum pro ſtatu iſto, cauſando in eo cognitionem alicuius intelligibilis, vt infra, patet diſt. 11.

¶ Et cum dicit etiā, ꝙ tunc poſſet cauſare volitionem in voluntate alterius, quod videtur inconueniens. Dico, quòd nullum apparet inconueniens ex his, quæ dixi ſupra mouendo inſtantias contra illā propoſitionem Doc. quando extrema alicuius propoſitionis, &c.

¶ Et cum dicit, quòd propoſitio Doct. debet intelligi de illis receptiuis quæ ſunt eiuſdem rationis, quæ eodem modo ſe habeant ad illud quod eſt in actu primo reſpectu illius effectus, tunc mi. eſt falſa. Dico, quòd propoſitio Doct. non plenè intelligitur, non enim ad hoc, vt intellectus percipiat intellectionem, aliquid aliud requiritur, quàm ipſa potentia receptiua, cum ipſa ſola ſit ſimpliciter ratio recipiendi tam ſpeciem intelligibilem, quàm actum intelligendi, non enim requiritur ſpecies intelligibilis cum intellectu poſſibili, inquātum receptiuus eſt. Tum quia ex ſe eſt perfectè diſpoſitus ad recipiendum. Tum quia ſi neceſſariò requireretur, ex hoc ſolo requireretur, vt eſſet ratio recipiendi, & ſi ſic, tunc voluntas diuina non poſſet immediatè cauſare cognitionem abſtractiuam lapidis in aliquo intellectu non habente ſpeciem intelligibilem lapidis, quod eſt inconueniens. Tum etiam, qa ſi poneretur, vt ratio recipiendi actum intelligendi talis actus immediatè reciperetur in ſpecie, & ſic talis ſpecies æquè formaliter intelligeret, quod eſt falſum. Cætera ſequentia ipſius Grego. ex his quæ dixi ſupra, patet nihil concludere contra Doct.

Gregorius nihil concludit contra Doctorem.

OCHAM in ſecundo, quæſt. 20. multa contra Doct. poſitionē dicit. Et primò contra illud quod dicit Doct. quod vnus angelus poteſt loqui vni angelo, & non alteri. Et reſpondet ad vnam obiectionem quam facit Ocham contra ſeipſum. ſ. quòd; illud quod dicit, quòd vnus angelus nihil cauſat in alio angelo, niſi per modum obiecti cauſet, ſiuè loquendo de actibus intellectus, ſiuè voluntatis. Dicit ergo ſic. Si vnus agat in alium tantum per modum obiecti, ergo vnus angelus nō poteſt aliquid ab alio occultare, & per cōſequens quicquid ſuperior poteſt intelligere, & inferior, quod eſt falſum. Reſpōdeo non eſt in poteſtate angeli aliquid occultare, & aliquid oſtendere, cum tantum agat per modum obiecti, non tantum quantum ad ſuam eſſentiā, ſed etiam quantum ad omnem actum, tam intellectus, quàm voluntatis, ſed dicitur vnū occultare, & aliud non, quando Deus coagit ſecum ad vnum actū, & non ad alium, puta, Deus vult coagere, & coagit in intellectu vnius angeli ad vidēdum actum vnius angeli, & non alterius angeli, & aliter non poteſt occultare.

Ocham contra Doctorē.

¶ Sed tunc eſt dubium quod angelus bonus facit cuſtodiendo, & malus exercendo. *Dubium.*

¶ Reſpondeo, angelus bonus inſtigat ad bonum homines, offerendo, & approximando ſenſibilia interiora ad exteriora, mouendo etiam malum, & hoc tam ſenſibilia interiora, quàm exteriora. *Reſponſio.*

TERTIO videndum eſt, quomodo vnus angelus loquitur alteri. Et hæc eſt opin. Ioan. ꝙ vnus angelus poteſt cauſare in alio conceptum ſuum, vel ſpeciem, vel actum, & probat per multas rationes. Quære in Ioan.

Opinio Ioānis.

¶ Sed contra dicta ſua, primò contra primam rationem, quod non videtur concludere, quia accipio maiorem ſuam. Et arguo ſic. Quando aliquid ſufficienter eſt in actu primo, poteſt cauſare ſufficiēter

ter actum ſecundum, cæteris paribus, ſed voluntas angeli ſuperioris volens cauſare volitionem in voluntate angeli inferioris eſt ſufficienter in actu primo reſpectu illius volitionis, & voluntas angeli inferioris eſt ſufficiens receptiuum, & approximatū, ergo poteſt cauſare volitionem in voluntate angeli inferioris, quod eſt falſum, ergo &c. Si dicas, quòd voluntas eſt libera, & ideo in ſua poteſtate eſt, quòd in ea cauſetur, vel non, ſaltem à quocunque agente creato, ſed ſic non eſt de intellectu. Contra. Angelus inferior nō poteſt impedire volitionē ſuperioris, quin angelus ſuperior velit cauſare in alio, quia virtus minor non impedit maiorem ab actione ſua naturali, vel libera, ergo ſimiliter angelus ſuperior poteſt cauſare talem in omni paſſiuo receptiuo, ſed huiuſmodi eſt voluntas angeli inferioris, item ſi ſic ſequitur, quòd voluntas poſſet amare incognitum, quia volitio angeli ſuperioris ſufficit ad cauſandum cognitionē in inferiori, quia illud quod eſt in actu primo, &c. Cum igitur intellectus, & voluntas angeli ſuperioris poſſint ſufficienter cauſare volitionē in angelo inferiori, & per conſequens poſſent etiā ſufficienter facere in actu primo abſque hoc, quòd angelus inferior cognoſcat ſuperiorem, vel aliquid in eo, & talis voluntas angeli ſuperioris poteſt cauſare volitionem in voluntate angeli inferioris, quæ fortè reſpectu angeli ſuperioris ignota, tunc ſequitur, quòd angelus inferior amat incognitum, quia amat, vel vult angelum ſuperiorem quem non cognoſcit.

Angelus inferior non poteſt impedire ſuperioris volitionem.

¶ Item tunc angelus in quo cauſatur intellectio, poſſet tunc intelligere ſine ſpecie, ex quo intellectio eſt ſufficiens ad producendum intellectionē in angelo inferiori, quia per eā eſt angelus ſuperior ſufficienter in actu primo ſecundum eum, & per conſequens poteſt ſufficienter cauſare intellectionem in angelo inferiori abſque hoc, quòd in angelo inferiori præcedat ſpecies, quod eſt contra eum, quia cognitio ſaltem abſtractiua eſt per ſpeciem.

¶ Si dicas, quòd ſpecies, & actus intelligendi ſunt effectus ordinati, ita quòd primò cauſatur ſpecies in intellectu, & poſt actus intelligendi.

Conſidera bene hæc omnia.

¶ Contra. Species ſi ponatur eſt cauſa cognitionis, ergo actus intelligendi nō eſt cauſa ſpeciei, aliter eſſet proceſſus in infinitum, quia vna cognitio cauſaret vnā ſpeciem, & illa ſpecies aliam cognitionem, & ſic in infinitum.

¶ Item ſi angelus poſſet ſic cauſare intellectionē in angelo, &c. tunc ſequitur, quòd aliquis, qui poteſt diſcurrere, poteſt cognoſcere cōcluſionē ignotam ſine experientia, vel diſcurſu, qui procedit ex principijs per ſe notis, conſequens eſt falſum, ergo, & antecedens, conſequentia patet, quia angelus loquens poteſt cognoſcere totum diſcurſum per quē deducitur concluſio, & poteſt facere ſtatim angelū audientem in eodem actu, in quo ipſe erat in fine diſcurſus, cauſando in angelo inferiori cognitionē concluſionis, quam habet in fine diſcurſus non dādo cognitionem principiorum, quia per cognitionē reſpectu concluſionis eſt ſufficienter in actu primo per eum, ergo, &c. Sic ergo videtur, quòd ratio prima non probat, ſaltem quòd angelus totaliter producat intellectionem talem in alio angelo.

¶ Item contra quod ponit angelum audientem nihil agere in intellectione ſibi impreſſa ab alio, quia intellectus eſt cauſa actiua, vel eſſe poteſt reſpectu cognitionis alterius angeli, ergò eodem modo reſpectu intellectionis ſui ipſius.

¶ Item quando aliquid poteſt eſſe cauſa partialis, & totalis reſpectu alicuius effectus ſi in eius poteſtate nō eſt, qn̄ eſt cauſa partialis, niſi alia cauſa partialis ſecū cōcurrat, non erit in eius poteſtate, qn̄ eſt cauſa totalis, nec poteſt impedire aliam cauſam ſecum cauſare. Exemplum, ignis, & Sol ſunt cauſæ partiales caloris, & non eſt in poteſtate ignis, quòd Sol cauſet, vel non, quando eſt cauſa partialis caloris, & ſi eſſet cauſa totalis caloris, adhuc non eſſet in poteſtate ſua ſolem impedire à cauſatione, ſi eſſent æquè approximatę. Sed angelus loquens alteri poteſt eſſe cauſa partialis reſpectu intellectionis in alio angelo, quia poteſt eſſe obiectum intellectus alterius angeli concurrentis ad cauſandum intellectionem, & poteſt eſſe cauſa totalis per ſe. Sed quādo eſt cauſa partialis in ratione obiecti nō eſt in eius poteſtate, quòd alius angelus ſecum cauſet, vel nō, nec poteſt impedire, ergo eodem modo, quādo eſt cauſa totalis in actu locutionis, non eſt in eius poteſtate, quòd alius angelus ſecum locutionē cauſet, & per conſequens angelus cui loquitur non tantum audit paſſiuè, ſed etiam actiuè.

¶ Ideo dico, quòd vnus angelus nihil poteſt cauſare in alio, niſi per modum obiecti, & iſto modo poteſt vnus angelus, cui aliqua ſunt nota illa alteri manifeſtare.

Contra opinionem Ioānis

QVANTVM ad dubium de ſolutione Ioā. quantum ad locutionem angelorum ſuppoſito, ꝙ vnus angelus non poſſit cauſare notitiam actualem in alio angelo de aliquo obiecto ſibi habitualiter noto, niſi prius cauſaret notitiam actualem eiuſdē obiecti in ſeipſo, & hoc videtur rationabile, quia angelus vnus nihil poteſt cauſare in alio angelo, niſi per modum obiecti, ſi ergo vnus angelus cauſaret notitiam actualem de aliquo obiecto cōplexo, vel incōplexo non curo in intellectu alterius angeli, vel aliqd in vno angelo cauſaret, ſi cauſaret in alio, ſicut cauſa totalis, ſicut ponit Io. aut illud cauſans effectiuè eſſet ſola eſſentia angeli, vel eſſentia, ſiuè intellect⁹ vnius angeli cū habitu informāte, vel obiectū aliud habitualiter notū vni, & nō alteri cauſaret cognitionē actualem in angelo nō habente talem notitiam habitualē, nec primū, nec ſecundū poteſt dari, quia ſiuè eſſentia vnius angeli perfectè cauſet cognitionē in alio angelo, ſiuè eſſentia concurrens cum habitu, cum vtrunque cauſet ſolum effectum ſuum in alio angelo per modū obiecti nunquam poteſt cauſare in alio niſi notitiam illius rei, quæ eſt obiectnm, & non alterius rei, quæ non eſt obiectum alterius cognitionis, & ideo tā intellectus vnius angeli, quàm habitus informās eum poteſt cauſare notitiā actualem intuitiuam ipſius in alio angelo abſque hoc, ꝙ cauſet aliquam notitiam actualem in ſeipſo intuitiuam, vel abſtractiuam, vel anihilatiuam, ſicut poteſt eſſe obiectū cognitionis alterius angeli abſque hoc, ꝙ ſit obiectum cognitionis ſuæ, ſed per hoc nunquam cauſabit cognitionem actualē in alio de aliquo obiecto ſibi habitualiter noto. Si ponatur tertium, quòd obiectum habitualiter notum vni, & nō alteri cauſet actualem cognitionem in angelo illo cui non eſt habitualiter notum, nō cauſando notitiam in illo, cui eſt habitualiter notum, hoc eſt merè poſſibile, ſed tunc angelus vnus non cauſet illam notitiam in alio, immò nihilominus cauſaretur, ſi deſtrueretur alius angelus, quære rationem pro iſta concluſione, vt prius.

Nota & benè.

¶ Ad rationem Ioan. de locutione angelorū quādo dicit, quòd agens ſufficienter approximatū paſſo, &c. Dico, quòd hic deficit vna cauſa partialis requiſita ad hoc, quòd vnus cauſet notitiam actualem de aliquo obiecto, ſic habitualiter noto in intellectu alterius angeli, & hæc eſt notitia actualis, quæ neceſſariò requirit naturaliter, loquēdo in angelo loquente de obiecto ſibi habitualiter noto, ſiuè illud obiectum ſit quoddam complexum, ſiuè incōplexum ad hoc, vt cauſet notitiam actualē in alio angelo

gelo

gelo de eodem obiecto habitualiter noto, quia nec eſſentia primi angeli per ſe, & hoc ſufficit, nec eſſentia cum habitu angelũ informante, quia iſta ex quo ſunt incomplexa intuitiuè cognita nunquã poſſunt ducere in cognitionem ſaltem incomplexam alterius rei, ſed poſito, quòd angelus habitualiter cognoſcens aliquod obiectum, conſideret illud obiectum ſecundum inclinationem habitus, poſita tali intellectione, qua conſiderat obiectum illud habitualiter cognitum, poteſt angelus approximatus videre illam intellectionem, ſiuè illa intellectio, quæ eſt obiectum ſit intuitiua, vel abſtractiua nõ curo, & poſtquam angelus videt illam intellectionẽ, poteſt aliquo modo deuenire in cognitionem obiecti illius intellectionis, quod obiectũ eſt modo actualiter cognitum, & prius habitualiter, & ſic patet, ꝙ quando primus angelus cognoſcit aliquod obiectum ſolum habitualiter nõ poteſt cauſare cognitionem illius obiecti in ſeipſo, quia cognitio illius obiecti, quod eſt in ſeipſo, eſt cauſa partialis mediata, vel immediata cognitionis in alio de eodem obiecto.

Soluuntur obiectiones Ocham. RESPONDEO ad obiectiones Ochã cum primò dicit, quòd nõ eſt in poteſtate angeli aliquid occultare, & aliquid oſtendere, cum tãtum agat per modum obiecti. Dico, ꝙ hoc eſſet imperfectionis in angelo, ſi nõ eſſet in poteſtate eius reuelare vnum obiectum alteri angelo, non reuelando aliud, & ſic loqui de vno, & non de alio. Sequeretur etiam, ꝙ ſi plures angeli præſentes eſſent angelo loquẽti, quòd non eſſet in poteſtate eius loqui vni, & non alteri, ſi tamen loqueretur per modum obiecti. Poſſent etiã adduci multæ aliæ rationes ex dictis Doct. quibus euidenter probari poſſet, ꝙ ſi tãtum angelus loqueretur per modum obiecti. ſ. cauſando actum in intellectu audientis præcisè per modum obiecti, ꝙ tunc propriè nõ eſſet locutio, quas tamen rationes breuitatis cauſa omitto, nec ſunt multum neceſſariȩ ad propoſitum principale.

¶Ad aliud, quod videtur ſibi inconueniens. ſ. ꝙ tunc uoluntas ſuperioris poſſet cauſare uolitionem in uoluntate angeli inferioris. Dico abſolutè, quòd hoc non reputo eſſe inconueniens, vt prolixè ſupra expoſui, quomodo una uolũtas poteſt cauſare actũ uolendi, & nolendi in alia uoluntate, & concedo, ꝙ angelus inferior nõ poteſt impedire uolitionem ſuperioris, qui angelus ſuperior uelit cauſare uolitionem in alio, & quomodo poſſit ſic impedire, ſupra expoſui. Et cum ultra infertur, ꝙ ſi uolitio poſſet cauſari in aliqua uoluntate ab alia uoluntate, ꝙ tunc talis uoluntas poſſet amare incognitum, dictum eſt ſupra, quomodo intelligitur amare cognitum, & amare incognitũ, nec oportet hìc multum inſiſtere, quia circa hãc materiam de uoluntate efficaciores difficultates adduxi, ex quarum ſolutione non tantum iſtæ inſtantiæ, ſed quæcunque aliæ circa illam materiam facillimè ſolui poſſunt.

¶Ad illud, cum dicit, quòd tunc angelus poſſit aliquid cognoſcere abſtractiuè nulla ſpecie intelligibili exiſtente in eo, patet reſponſio ex his, quæ dixi, reſpondendo ad ſimilem rationem, quam facit Greg. & cum adducit illam inſtantiam, ꝙ ſpecies, & actus intelligẽdi ſunt effectus ordinati, ita ꝙ primo cauſatur ſpecies in intellectu, & poſt actus intelligẽdi, hoc eſt ſimpliciter uerum, loquẽdo de ſimpliciter prima cognitione abſtractiua, qualis eſt in angelo loquente, & cum arguit contra hoc, ſi ſpecieȩ ponatur eſſe cauſa cognitionis: ergo actus intelligendi non eſt cauſa ſpeciei, verum dicit, quantum ad eſſe primum ſpeciei, ſed quantum ad intenſionem eius, dico, ꝙ per plures actus intelligendi poteſt intendi talis ſpecies, vt patet à Doct. in primo, diſtin. 3. q. 6. & ſic concedo, ꝙ ante ſpéciem intelligibilem in intellectu angeli loquentis non habetur intellectio abſtractiua, ſed habita illa ſupplè notitia abſtractiua ſpecies intelligibilis intendi poteſt, vt no. Doct. in primo, diſt. 3.

¶Ad illud, quod dicit de diſcurſu, concedo, ꝙ angelus loquẽs poteſt immediatè cauſare notitiam huius cõcluſionis, homo eſt riſibilis: & cum infertur, quòd tunc angelus audiens haberet notitiam talis concluſionis, non prȩhabita notitia principiorum, dico, quòd aliud eſt cauſare cognitionẽ concluſionis abſolutè, & aliud eſt ipſam cauſare, ut euidentem ex principiis, primo modo poteſt eam cauſare, non præhabita cognitione principiorum in audiente, ſed non ſecundo modo, & cõcedo, quòd angelus loquens poteſt cognoſcere iſtam, homo eſt riſibilis per diſcurſum, ita quòd talis notitia erit ſibi ſcientifica, & euidens per applicationem principiorum, qua habita poteſt illam cauſare in audiente, & hoc dupliciter. *Doctrina ſingularis.*

Primò, cauſando notitiam principiorum, & deinde notitiam concluſionis.

Secundò prȩcisè poteſt cauſare notitiam concluſionis, non cauſando notitiam principiorum, primo modo angelo audienti erit notitia ſcientifica, & euidens per diſcurſum ſyllogiſticum, ſecundo modo erit tantum notitia concluſionis abſolutè, & non dicetur ſcientifica.

¶Ad aliud, cum dicit, quòd intellectus angeli audientis in recipiendo notitiam ab angelo loquẽte, ꝙ actiuè ſe habet reſpectu illius, patet ſupra, quomodo tantum paſſiuè ſe habet, & ex his quæ dixi ſupra, patet facillima ſolutio ad omnes inſtantias Ocham, nec oportet hìc multum immorari.

Diſt. IX. Quæſtio Prima.

AD ALIAM quæſtionem de illuminatione. Hìc Doctor reſpondet ad primam quæſtionem huius diſtinctionis, quæ erat. An angelus ſuperior poſſit illuminare inferiorem, & dicit, quòd illuminatio in angelo eſt quædam locutio de vero perfectiua in eſſe ſecundo, ideſt quòd talis illuminatio eſt notitia de aliquo vero cauſata ab angelo illuminante, ſiuè loquente, quæ perficit intellectum audientem in actu ſecundo, cũ ſit quædam operatio perfectiua adueniens intellectui audienti. Sequitur; ſicut enim non omnis intellectio eſt ſimpliciter perfectio angelici intellectus, ſed viſio verbi, & non viſio quiditatum, ſiuè per ſpecies habituales, ſiuè intuitiuè. Vult dicere Doct. quòd aliqua cognitio eſt ſimpliciter perfectio angelici intellectus, & talis cognitio eſt cognitio, qua cognoſcit eſſentiam diuinam intuitiuè, quia in tali obiecto perfectè quietatur intellectus obiectiuè, & ſimiliter formaliter in tali cognitione perfectè quietatur, vt patet in primo, diſtinct. 1. quæſtio. 1. & in quarto, diſtinc. 49. cognitio verò quiditatum, ſiuè abſtractiua, ſiuè intuitiua non eſt perfectio ſimpliciter intellectus, quia talia obiecta ſic cognita poſſunt dici entia ſecundum quid, & perfectiones in eſſe ſecundum quid, & ſimiliter eorum cognito reſpectu eſſentiæ diuinæ, & cognitionis eiuſdem. Sequitur. Sic nec omnis cognitio ſingularium alia à viſione verbi, & à cognitione quiditatũ ȩquè perficit intellectũ angelicum, quaſi ſecũdariò, ſed viſio veri reuelati perficit in eſſe ſecundo, non autem ſic cognitio ſingularis in genere proprio, vult dicere, quòd cognitio alicuius ſingularis in proprio genere non dicitur ſimpliciter perfectiua intellectus cognoſcẽtis, cũ naturaliter poſſit cognoſcere illud, ſed *Quæ ſit illuminatio.*

cognitio perfectiua intellectus eſt cognitio alicuius reuelati, ad qd intellectus virtute ſua attingere nõ poteſt. Sequitur. Dico tunc, quòd angelus ſuperior, cui ſecundum communem curſum reuelatur primò aliquod particulare cauſat in inferiori conceptum quendam de illo reuelato, qui dicitur auditio, & hoc cauſare quod eſt quoddam ſpeciale loqui eſt illuminare, ideſt ꝙ angelus ſuperior poteſt cauſare in inferiori aliquam cognitionem alicuius ſibi reuelati, puta miſterium incarnationis fuit reuelatũ angelo ſuperiori, & tale potuit reuelare angelo inferiori, & talis locutio eſt ſpecialis, quia eſt præcisè de vero reuelato, angelus enim poteſt loqui alteri angelo, non tantum de vero reuelato, ſed etiam de obiectis quæ nouit, vel intuitiuè, vel abſtractiuè per ſpeciem habitualem, vt ſupra patuit, illuminatio verò eſt præcisè locutio, de aliquo vero ſingulari ſimpliciter reuelato.

Difficultas. ¶ Sed occurrit aliqualis difficultas in hoc, quod dicit, quòd angelus ſuperior poteſt illuminare inferiorem, de aliquo vero illuminato, puta de iſto, ꝙ filius Dei erat incarnandus cum talis illuminatio ſit ſpecialis locutio, & ſic loqui de tali vero, eſt cauſare notitiã talis veri in intellectu angeli inferioris, quomodo talem notitiam poſſit cauſare, cum omnis notitia cauſatur ab obiecto, & potentia, vt patet à Doct. in primo, diſtin. 3. q. 7. & 8. & hoc formaliter, vel virtualiter, vel eſſentialiter, ideſt quòd omnis cognitio alicuius obiecti, vel formaliter cauſatur à tali obiecto, vel ab aliquo includente virtualiter tale obiectum, vel ab aliquo includente ipſum eſſentialiter, vt ſupra expoſui in primo, diſt. 3. quæſt. 3. modo tale reuelatũ, cũ non habeat eſſe in intellectu angeli ſuperioris, nec per ſe exiſtens, nec per ſpeciem intelligibilem, quia tunc non videretur reuelatum, nec virtualiter, nec eſſentialiter includitur in alio qđ concurrat actu cum intellectu angeli ſuperioris ad cauſandũ partialiter notitiam talis reuelati, & hoc in ratione obiecti intelligibilis, videtur dubiũ, quomodo talis illuminatio fieri poſſit. Si dicatur, quòd angelus ſuperior ſit cauſa ſufficiẽs reſpectu talis cognitionis. Contra, quia continens virtualiter notitiam alicuius obiecti virtualiter continet tale obiectum ſecundum totam entitatem, vt patet à Doct. in primo, diſt. 3. quæſt. 1. & diſt. 8. quæſt. 1. & in ſecũdo, diſt. 3. quæſt. 10. & in quolib. quæſt. 14. artic. 2. & vide quæ expoſui in iſto ſecundo, diſtin. 3. quæſt. 10. Sed angelus ſuperior non continet virtualiter tale obiectum reuelatum, vt patet. Si dicatur, quòd habita cognitione incarnationis poteſt poſtea ex ſe cauſare ſimilem cognitionem in alio angelo. Contra, quia pono caſum, quòd intellectus angeli ſuperioris nunc intelligat lapidem per ſpeciem intelligibilem, certum eſt, quòd cras non poterit cauſare cognitionem lapidis ex ſe, niſi habeat aliquod ſupplens vicem obiecti, quod partialiter concurrat cũ tali intellectu, ſic videtur dicendum in propoſito.

Qui illuminant, ſunt tres, Deus, tres Hyerarchiæ, & Angeli.

Deus illuminat per luminis infuſionem.

¶ Dico primò, quòd ſolus intellectus angeli ſuperioris non poteſt cauſare ex ſe cognitionem talis reuelati, ita quòd nihil aliud ab ipſo concurrat effectiuè. Sed quomodo cauſabitur, reſpondeo dupliciter. Primò, quòd quando Deus reuelat angelo ſuperiori, cauſat cognitionem illius reuelati in tali intellectu, tunc ſtante tali cognitione, poteſt ipſe angelus cum cognitione illa, vt cauſa partialis cauſare cognitionem in intellectu inferioris, & hoc in ratione obiecti intelligibilis, ita ꝙ talis cognitio cauſata in intellectu inferioris, primò terminatur ad cognitionem exiſtentem in intellectu ſuperioris, & ſic poterit perfectè cognoſcere illam, & tandem per illam poterit cognoſcere tale reuelatum, & ſic videtur ſequi, quòd angelus inferior non poſſit cognoſcere illud reuelatum, niſi prius conuertat ſe ad intellectum angeli loquentis, & ad notitiam quam habet de ipſo reuelato.

¶ Secundò poteſt dici, quòd ſi cognitio illius reuelati non maneat in intellectu ſuperioris, quia cognitio tandiu eſt, quandiu cauſatur, ſiuè continuatur, vt patet à Doct. in primo, diſt. 3. quæſt. vlt. & in iſto ſecundo, diſtinct. 2. quæſt 4. & quæſt. 13. quolib. tunc uirtute intellectus, & talis cognitionis poterit cauſari, uel derelinqui aliqua ſpecies intelligibilis perfectè repreſentans huiuſmodi cognitionem, & hoc prolixè patebit in quarto, diſtinctio. 45. & tunc intellectus angeli ſuperioris cum tali ſpecie intelligibili ſupplente uicem obiecti, poterit cauſare cognitionem in intellectu angeli inferioris, quæ cognitio terminabitur ad cognitionem obiecti reuelati exiſtentem in intellectu angeli ſuperioris, quia non poſſet loqui de tali reuelatione, niſi ut actu cognoſcens, ut ſupra patet, & ſic poterit cognoſcere illam, & per illam poterit tandem cognoſcere ipſum reuelatum.

¶ Sed tũc uidetur difficile, quia non uidetur neceſſe, quòd intellectus, cui immediatè reuelatur aliquod uerum, ꝙ ſe conuertat prius ad intellectum reuelantẽ, ad hoc, vt poſſit cognoſcere tale reuelatũ.

¶ Reſpondeo primò, quòd fortè non eſſet inconueniens ponere talem intellectionem, quæ eſt in angelo reuelante, poſſe partialiter cauſare notitiam talis reuelati, vt præcisè habet eſſe reuelatum, quia licet prima cognitio illius reuelati, quæ habetur in intellectu reuelante, non poſſit haberi, niſi uirtute continentis tale reuelatum, tamen habita illa, non videtur fortè inconueniens, quòd poſſit alia cauſari ſimilis illæ primæ, per quam immediatè cognoſcat tale reuelatum, & ſic poſſet concedi, quòd talis cognitio partialiter cauſans, uirtualiter contineat obiectum reuelatum ſub illa ratione, qua eſt reuelatum, licet non abſolutè contineat.

¶ Dico ſecundò, quòd ex quo ſecunda cognitio in intellectu audiente eſt eiuſdem rationis, cum illa alia, & præcisè cauſata partialiter à notitia eiuſdem reuelati, quod poterit immediatè terminari ad ipſum reuelatum. Secundò principaliter poteſt ſecundum aliquos dici, quòd angelus ſuperior ſufficienter poſſit illuminare angelum inferiorem, de uero reuelato, nullo alio concurrente in ratione obiecti intelligibilis. Reſponſio tamen prima videtur magis ad propoſitum.

¶ Ibi. Sed eſt dubium, utrum ſuperior illuminans poſſit facere inferiorem aliquid uidere in uerbo. Et an inferior poſſit illuminare ſuperiorem.

¶ Ad primum videtur, quòd ſicut cognitio uerbi eſt merè ſupernaturalis, ita quòd non ſubeſt cauſalitati alicuius cauſæ cauſatæ, ſic nec etiam uiſio alicuius in uerbo, tamen ſuperior modo prædicto, illuminando inferiorem, poteſt diſpoſitiuè agere, ut uideat aliquid in uerbo, nam illa auditio diſponit, ut audiens conuertat ſe ad intellectum loquentis, & ibi uideat illud, de quo loquens loquitur, & iſta uiſio eſt aliquo modo perfectior illa auditione, & ulterius diſponit ad hoc, ut angelus uidens prius in angelo, uideat idẽ in uerbo, quia ſi deſideret illud, quod ibi uidet, ſicut in ſpeculo imperfecto uidere in ſpeculo perfecto uidebit gaudens, & ſic perfectè illuminatur perfectius quidem à uerbo, diſpoſitiuè tamen ab angelo ſuperiore. *Sequitur expoſitio literæ.*

¶ Ad ſecundum dubium dico, ꝙ Deus de potentia ſua abſoluta poteſt aliquid reuelare angelo inferiori, quod non eſſet reuelatum, uel notum ſuperiori, & tunc ille inferior poſſet loqui aliquo modo ſuperiori de hoc, quod ſuperior ignoraret, & illa locutio eſſet aliquo modo illuminatio, tamen non

non poteſt habere tantam efficaciam ſuper intellectum ſuperioris, ſicut [illegible] intellectum inferioris, & ideo non poſſet iſte neceſſario facere ſuperiorem audire, ſicut econtra, quia ſi ſuperior conſideret aliquid in genere proprio, iſte inferior non faceret ipſum audire ſimpliciter, ſuperior autẽ poteſt ſimpliciter facere inferiorem audire, & poteſt impedire intellectionem eius de aliquo intelligibili de facto tamen ueriſimile eſt, quòd Deus ordinate diſtribuat ſuas illuminationes, ſicut diſtribuit angelos in ordinibus ſuis: primo quidem ſuperioribus, deinde inferioribus.

Difficultas cum ſuis ſolutionibus. IN iſta littera occurrunt aliquæ difficultates. Prima in hoc, quòd cognitio uerbi eſt mere ſupernaturalis, ita ꝙ non ſubeſt cauſalitati alicuius cauſæ creatæ, quia quæro, aut Doct. in iſta littera abſolutè intelligit, ꝙ uiſio ipſius uerbi in ſe a nulla cauſa creata poteſt cauſari, ut à cauſa totali, aut intelligit, quòd intellectus habens uiſionem uerbi in ſe, non poſſit ſimilem cauſare in intellectu alterius. Primo modo non eſt ad propoſitum litteræ, ut patet. Si ſecundo modo intelligit. Contra, quia intellectus habens huiuſmodi uiſionem, poteſt cauſare ſimilẽ uiſionem in intellectu alterius angeli, & talis uiſio cauſata uidetur poſſe terminari ad uerbum in ſe, ſicut & prima. Et præterea intellectus habens uiſionem cauſatam ab illa prima, poteſt ſe conuertere ad illam primam, & tandem uidere obiectũ uiſionis primæ, ſicut & Doct. dixit ſupra, ꝙ ultima perfectio intellectus audientis, quod habita cognitione, quæ dicitur auditio, poteſt ſe conuertere ad intellectum loquentis, ut ad notitiam obiecti, de quo loquens loquitur, & tandem per illã ad obiectum, de quo loquitur, ſic erit in propoſito. Præterea hoc uidetur eſſe contra illud, quod ſupra dixit, videlicet, ꝙ intellectus angeli poteſt videre in intellectu alterius aliquid intuitiue, ergo ſimiliter videtur ſequi, ꝙ ſi unus angelus uidet uerbum intuitiuè, quòd illud idem poterit uidere intellectus alterius angeli in intellectu ipſius uidentis.

Reſponſio. ¶ Reſpondeo, quòd intelligendo litteram primo modo, adhuc ſtat propoſitum litteræ, quia ſicut nullus intellectus creatus poteſt cauſare uiſionem uerbi, ita nec uiſionem lapidis, ut in uerbo. Loquendo tamen de alio ſenſu, qui magis uidetur ad propoſitum litteræ. Dico primò, quod conceſſo unum angelum poſſe cauſare ſimilem uiſionem, quam in ſe habet de uerbo, illa tamen uiſio cauſata non erit uiſio uerbi, ſed erit uiſio alicuius creaturæ. ſ. illius uiſionis primæ, ut ſupra patuit, & ſic nõ ſequitur, ꝙ per illam uideat uerbum in ſe. Et cum dicitur, quòd habita illa uiſione poteſt ſe conuertere ad uiſionem primam, conceditur. Et cum infertur, quòd uiſa illa prima poteſt uidere uerbum in ſe, negatur, quia uidendo illam, uidet in ratione obiecti uiſibilis, ſi enim debeat videre uerbum in ſe, oportet habere uiſionem, quæ immediate terminetur ad uerbum in ſe, & patet, quia nec angelus reflectens ſe ſuper uiſionem, quam habet de uerbo ex tali uiſione reflexa præciſè cognoſcit primam uiſionem. Et cum dicit Doct. q. audiens [illegible] conuerti [illegible] ſe, &c. uidet obiectum, &c. non dicit Doc. quod cognoſcendo cognitionem, quæ immediate terminatur ad obiectum, cognoſcat illud obiectum, ſed bene per illam cognitionem habitam poterit poſtea [illegible] obiectum, cuius eſt talis cognitio, & tandem per aliquam aliam cognitionem [illegible] illud. Dico etiam, quod [illegible] cognoſcere cognitionem aliquam abſolutè, & [illegible] cognoſcere ipſam ſub illa ratione, qua terminatur [illegible] obiectum, [illegible] relationem realem ad obiectum, & ſic [illegible], inquantum exiſtens, ut dicit Doct.

in quo[illegible] quæſt. decimaquarta, [illegible].

¶ Concedo igitur, quod angelus uidens uerbum in ſe, poteſt cauſare in intellectu alterius angeli ſimilem uiſionem, quæ terminetur ad uiſionem, quam habet, ut ad realem entitatem abſolutam, ſed non poteſt cauſare illam, ut terminetur ad uiſionem, quam habet ſub illa ratione, qua terminatur ad uerbum in ſe, quia cognitio talis relationis præcisè dependet ab illa prima notitia, & ab ipſo uerbo in ſe, tanquam à fundamento, & termino, & ſic uiſio uerbi non poterit cauſari in aliquo intellectu ab alio angelo, etiam uidente in ſe uerbum.

¶ Dico tertiò, quòd poſito, quòd ſimilis uiſio poſſet cauſari in alio angelo, non tamen ſequitur, quòd ille alius angelus per illam uiſionem cauſatam, nec per aliam, cuius eſt talis uiſio cauſata, poſſit cognoſcere uerbum in ſe, quia ultra hæc omnia requiritur præſentia uerbi in ſe, quia præſentia nulli creaturæ quantumcunque perfectæ ſubeſt, & ultra etiam poſita tali præſentia in ratione obiecti intelligibilis, adhuc requiritur, quod uoluntas diuina uelit concurrere ad uiſionem uerbi in ſe, ſupplendo uicem talis obiecti in ſe, quæ omnia à ſola uoluntate dependent, & ex his patet, quòd etiam loquendo ſecundum illum ſenſum, qui magis uidetur ad propoſitum litteræ, quod uiſio uerbi nullo modo ſubeſt cauſalitati cuiuſcunque cauſæ ſecundæ.

Difficultas ¶ Sacunda difficultas eſt ibi, quòd nulla uiſio alicuius creaturæ in uerbo ſubeſt cauſalitati creatæ. Pono enim, quod nullus angelus uideat in uerbo, lapidem, tunc uidetur, quod poſſit cauſare cognitionem lapidis, ut in uerbo, patet, quia angelus habens lapidem perfectè præſentem in uerbo, poteſt immediate cauſare uiſionem ipſius lapidis, concurrente ipſo lapide, ut alia cauſa partiali, quæ uiſio immediate terminabitur ad lapidem, ut in uerbo.

¶ Dico, quòd habere lapidem præſentem, ut in uerbo, eſt ipſum habere præſentem præcise uirtute ipſius uerbi, uel uirtute perfectè ſupplentis uicẽ ipſius uerbi, & ſic ipſe lapis præcisè ſit præſens illi intellectui, ut in uerbo, a uoluntate diuina, & ſic talis præſentia per nullum creatum haberi poteſt. Similiter dico, quod uidere lapidem, ut in uerbo, talis uiſio mere dependet, ſaltem ut à mota cauſa partiali ab ipſo uerbo, uel ab aliquo perfectè ſupplente uicem uerbi, cuiuſmodi eſt uoluntas diuina, licet ergo unus angelus poſſet cauſare notitiam lapidis in ſe exiſtentis, & in proprio genere, ſic quod concurrat partialiter ad huiuſmodi notitiam, eſt tamen ſimpliciter impoſſibile, quòd poſſit cauſare notitiam intuitiuam lapidis, ut in uerbo ſic quod per illam uideatur lapis in uerbo, præſentia etiam lapidis, ut in uerbo, ratione obiecti intelligibilis reſpectu intellectus creati [illegible] dependet à uoluntate diuina, & ſic [illegible] ſolutio difficultatis. Poſſent adduci aliquæ aliæ difficultates, quas breuitatis cauſa, ne legentibus tædio ſim, omitto.

AD argumenta principalia primæ quæſtionis nunc ſoluẽda ſunt argumenta principalia quæſtioni primæ.

¶ Primò arguit Doctor, probando, quòd angelus ſuperior non poſſet illuminare inferiorem, quia illuminare, uel eſt lumen cauſare, uel lumen [illegible] intendere, ſed angelus ſuperior non poteſt cauſare lumen in alio angelo, quia illud non eſt cauſabile, niſi per [illegible], nec etiam poteſt intendere quia [illegible], & intenditur ſecundum [illegible] ſuperiorum, ſecundo etiam [illegible].

¶Reſpondet Doctor, quòd poteſt cauſare illam auditionem, idest uiſionem per eſſentiam in eſſe ſecundo, & tamen non ſequitur, quod creet eam, quia creatio eſt actio non concurrente alia cauſa alicuius generis, niſi tantum primo efficiente, & primo fine, licet enim illius auditionis nihil præfuerit, non tamen dicitur creari, quia aliquam cauſam poſſe creare ultra hoc, quod producit effectum de nihilo ſui, excludit etiam omnem aliam cauſalitatem, modo angelus ſuperior non poteſt excludere cauſam primam, nec etiam poteſt excludere cauſam materialem, quia non immediate poteſt cauſare, niſi præſuppoſita materia, ſiue receptiuo, & quod tale ſic præſupponens non dicatur creare, patebit infra diſtinctio. 18. & in quarto, diſtinct. 1. quæſtio. 1.

¶Secundo principaliter arguit ſic. Omnis mutatio eſt inter oppoſita, ergo omne illud, quod illuminatur, prius fuit tenebroſum, in angelis autem beatis non eſt aliqua tenebra.

Nullus Angelus poteſt illuminare alium angelum de verbo, nec de his, quæ ſunt in verbo, quia eſt ſupernaturalis illa notitia.

¶Ad ſecundum dico, quòd viſio in verbo eſt perfectiſſima illuminatio, & ideo intellectus habens illam dicitur perfectè luminoſus, vel illuminatus, quantumcunque non habeat illam cognitionem, quæ reſpectu iſtius dicitur ſe habere ad lumen, ſicut tenebra, & ideo nec carentia cuiuslibet alterius intellectionis in habente iſtam dicitur facere intellectum tenebroſum, poteſt tamen concedi, quòd ſicut in potentia ſunt ad aliquid, quod eſt lumen, ita ſunt in potentia ad aliquid quod eſt tenebroſum, idest quod ſicut angeli ſunt in potentia ad notitiam lapidis, quæ dicitur lumen, ita ſunt in potentia ad carentiam ipſius, quæ carentia dicitur tenebra, & hoc non eſt inconueniens.

¶Vltimò arguit ſic. Angelus ſuperior eſt lumen ſuperius reſpectu inferioris, ſed in corporibus maius lumē offuſcat minus lumen, vel ſaltem impedit effectum illius: ergo à ſimili angelus ſuperior impedit inferiorem ab operatione: ergo non perficit eum ipſum illuminando.

¶Reſpondet Doctor, quòd loquendo de lumine corporali, quantum ad aliquid eſt falſum, quia Sol non impedit ſtellas multiplicare radios ſuos ad ſuperficiem terræ, quod patet, quia exiſtens in profundo putei in meridie videt ſtellas, nō enim ad oculos eius pertingerent radij, niſi prius attingerent ad ſuperficiem medij illuminati, ipſe tamen Sol illuminatiua minora impedit ab aliqua actione, ſcilicet ab illa, quam haberent in viſu, quia non poſſunt uideri in præſentia Solis, & ratio eſt, quia excedens ſenſibile prius agit in uiſum excellenter, ita quòd actuat ipſum ſecundùm totam capacitatē, & forte aliquo modo immutat cum dolore, ſecundum Alacēm, primo perſpectiuæ, ſed ad hoc non eſt ſimile de lumine intelligibili, ſicut patet per Ariſtot. tertio de anima, tex. commē. 7. nam poſt excellentia intelligibilia non minus intelligimus alia, ſed magis, ſed poſt excellentia ſenſibilia minus percipimus alia ſenſibilia, quia potentia, uel organum debilitatur.

Solutio argumentorum principalium.

NVNC ſoluenda ſunt argumenta principalia quæſtionis ſecundæ, quæ eſt de locutione angelorum.

¶Primò enim arguit ſic Doctor, probādo, quòd vnus angelus non loquatur alteri. Et prima ratio ſtat in hoc, quia ſi angelus a. poſſit videre intuitiue eſſentiam angeli b à fortiori & omnem intellectionem exiſtentem in eo, & per conſequens non eſt neceſſaria locutio.

¶Doctor antequam reſpondeat, præmittit reſponſionem aliquorum, qui dicunt, quòd licet angelus audiens uideat eſſentiam angeli loquentis, nō tamen ſequitur, quòd uideat intellectionem illius obiecti, de quo loquens uult loqui, quia ipſe loquēs poteſt occultare per uoluntatem ſuam ipſam intellectionem, uel non occultare, & iſtud non occultare eſt loqui.

¶Tunc Doctor improbat hanc reſponſionem tripliciter.

¶Primò, quia ſi eſſentia angeli loquentis eſt perfectè præſens intellectui audientis, & per conſequens etiam erit perfectè præſens intellectio obiecti, de quo loquens uult loqui, & ſic de neceſſitate in intellectu audientis cauſatur, uel intellectio intuitiua obiecti, ſi obiectum eſt in ſe præſens, vel ſi eſt præſens per ſpeciem intelligibilem, neceſſariò cauſatur cognitio abſtractiua talis obiecti, uel neutro modo ſit præſens, ſed tantum intellectio loquentis ſit perfectè præſens intellectui audientis, tunc à tali intellectu audientis, & à tali notitia præſente, vel cauſatur notitia obiecti, uel ſaltem cauſatur notitia illius notitiæ primæ, ſicut dixi ſupra, ſicut etiam ſi obiectum eſt præſens, uel ſpecies intelligibilis, quia actiuo naturali, & paſſiuo debitè approximatis, & non impeditis de neceſſitate ſequitur actio, ut ſupra patet quæſtione prima prolo. ergo ſi eſſentia unius angeli erit perfectè præſens in ratione obiecti intellectui alterius angeli, qui dicatur a. ſequitur, quòd etiam intellectio obiecti fundata in alio angelo, qui dicatur b. erit perfectè præſens ipſi a. in ratione motiui, cum ſit uerum ens reale, & abſolutum, ut patet à Doctore, quæſtio 13. quolibetorum. & per conſequens ipſa intellectio, ut cauſa partialis, cauſabit in intellectu a. intellectionem ſui, uel obiecti concurrente intellectu a. ut alia cauſa magis principalis, nam ſtante tali præſentia utriuſque nō poteſt impediri, quin cauſetur talis intellectio in intellectu a. quia ſtante approximatione agentis naturalis, & paſſi, & debita approximatione a nullo agente creato poteſt impediri actio, vt Doct. oſtendit in quarto, diſtinctio. 49. & ſic non erit in poteſtate angeli loquentis, ſtante præſentia talis intellectionis, quòd angelus a. non uideat talem intellectionem.

¶Secundò improbatur illa ratio ibi, nec videtur maior ratio, quare per voluntatem huius, &c. Dicit Doctor, quòd ſi eſſentia b. per actum voluntatis poteſt occultare talem intellectionem, quare etiam non poſſit occultare eſſentiam propriam, cum illa ſit intimior, nō uidetur ratio, ſi enim aliquod corpus ſit perfectè præſens potentiæ uiſiuæ, nullo modo impeditæ, ita quod ſecundum ſe totum ſit perfectè præſens, & in tali corpore ſit aliquis color perfectiſſimus, ſi uolunt exiſtens in tali corpore, ut eſt perfectè præſens potentiæ uiſiuæ, non poteſt ipſum occultare, ſequitur, quod nec etiam poterit occultare colorem exiſtentem in corpore. *Pōderra huius omnia.*

¶Tertia ratio eſt ibi. Quare etiam alius angelus, cui uult occultare intellectionem ſuam, non poteſt uidere illam uolitionem, ſi ponatur illa occultans: ergo per aliam uolitionem, & ſic in infinitum dicit Doct. poſito, quòd a. non uideat cognitionem obiecti, de quo b. uult loqui, quia b. poteſt ipſum occultare per aliquam uolitionem, quæ dicitur c.

¶Quæro, an a. uideat b. uideat perfectè c. ſic habeat intentum, quia uidendo talem uolitionem tendit in tam ad intellectionem, uidebit etiā ipſam intellectionem, ſi non, igitur ipſa uolitio occultabitur per aliam uolitionem, & ſic uel erit proceſſus in infinitum in uolitionibus, uel ſtandum eſt ad unam, quam ſic occultatiua, uidebitur etiam cognitio occultata.

¶Si dicatur, vt dicit quidā Doc. quòd nō ſequitur, quòd ſi videam occultatiuum, quòd uideam etiam occultatum, & po-

Exemplum. & ponit exemplum, quia videtur, ſequitur, q; ſi uideo capſam, q; videam contenta in illa, ſed hoc exẽplum nõ eſt ad propoſitum, quia nulli dubium eſt, quòd ſi videam tantum in ſuperficie, quòd non videam contenta, ſi tamen viderem ipſam perfectè intus, & extra, viderem etiam contenta in illa. Hic autem in propoſito, cum eſſentia angeli ſit omnino indiuiſibilis, quia eſt præſens alicui, & ſecundum ſe totam perfectè præſens, & ſic videns ipſam videt perfectè intus, & extra, licet non ſit ibi intus, & extra, cum ſit omnino indiuiſibilis. & ſic ipſa viſa poterit videri omne contentum in illa.

¶Ibi. Et ideo ſic concedatur, quòd cognitio huius angeli eſt præſens alij, ſicut eſſentia ſua, tamẽ locutio poteſt eſſe, qua exprimitur iſta cognitio. &c. In iſta littera dicit Doct. tria. Primum poſito, q; a. poſſit videre b. & cognitionem exiſtẽtem in illo, tamen locutio eſt adhuc neceſſaria, quia ſi a. videret ipſam cognitionem in ſe, tunc haberet cognitionẽ de illa partialiter cauſata ab illa in intellectu a. & talis cognitio eſt auditio, quia ſine expreſſione nõ cognoſceretur cognitio illa, quæ eſt auditio, requiritur ergo, quòd talis notitia, quæ eſt auditio exprimatur a. loquentem, inquantum intelligens, vt ſupra patet.

¶Ibi. Et ſi dicas, quòd tunc ſaltem poteſt fruſtra loqui, ex quo poſſet illud eſſe manifeſtum, de quo vult loqui ſine locutione.

¶Dicit Doct. & hoc erit ſecundum notandum in illa littera poſito, quòd a. prius cognouerit antechriſtum fore, & poſtea hoc verũ reuelatur b. adhuc b. poteſt loqui ipſi a. de tali verò ſibi reuelato, nec tamen ſequitur, q; talis locutio ſit fruſtra, quia locutio eſt principaliter ad hoc, vt loquens liberaliter exprimat audienti, & tunc talis notitia eſſet perfectio cõmunicata à a. b. liberaliter, adhuc enim potiſſimè eſt locutio in intelligentibus, vt liberaliter, & liberè cõmunicant ſibi inuicem conceptus ſuos. Si enim cogitatio huius videretur in b. tunc b. non communicat liberaliter conceptum ſuum alteri. Si enim ſe haberet b. in iſta viſione ſicut non intelligẽs, & non volens, cum illa cogitatio ſit naturaliter viſibilis, modo naturaliter actiuum, & motiuũ ad ſui viſionem ſimili modo agerent ſi non eſſet in intelligente, & volente.

Ad quid locutio.

¶Tertium dictum eſt ibi. Similiter etiam auditio quando præcedit, excitat ad intellectionem viſionis angeli loquentis, ita quòd licet illa viſio poſſet eſſe ſine excitatione, non tamen communiter eſt ſine ea, vt ſupra patuit, quia habita notitia quæ dicitur auditio, excitatur intellectus audientis, vt cõuertat ſe ad intellectum loquentis, & ad viſionẽ exiſtentem in eo, vt ſupra dictum eſt.

¶Si dicatur. Si b. vult loqui a. puta de obiecto c. & a. habeat notitiam actualẽ obiecti c. tunc quæro, aut b. ſcit hoc aut non, ſi primo ad quid ergo b. vult loqui a. cum ipſum a. non poſſit audire, quia ſtante cognitione de obiecto c. aliam non poteſt recipere, vt ſupra patuit, quid ergo cauſabitur in a. Si nihil, ergo b. non loquitur ipſi a. quia b. loqui a. eſt cauſare in a. cognitionem obiecti de quo loquitur, vt ſupra patet.

¶Si ſecundò non videtur, quòd angelus loquens ignoret, & poſito etiam, quòd ignoret, adhuc non poterit loqui, quia ſtante cognitione de c. nullam aliam recipere poteſt de ipſo c. Dico, quòd loqui cõtingit dupliciter, vno modo propriè, quod eſt cauſare cognitionem in audiẽte illius obiecti de quo loquitur, & hoc modo b. nõ loqueretur ipſi a. ſi a. haberet actualem cognitionem de tali obiecto. Alio modo poteſt ex parte ſua facere ſe præſentẽ audienti, & ex parte ſua velle oſtendere omne ſibi reuelatum, quamuis nihil cauſet in audiente cũm nõ poſſit recipere ſtante perfecta notitia obiecti in ipſo audiente, & hoc modo ſancti loquuntur Deo, & tamen non poſſunt aliquid ſibi facere manifeſtius, quàm prius, nec etiam aliud, vel alio modo manifeſtum, quàm prius. Sed tantum ex liberalitate velle hoc eſſe patens Deo, beati appetunt omnino quantum poſſunt, ita quòd ſi poſſent in eo cauſare conceptum illum cauſarent, & hoc eſt loqui Deo.

Loqui cõtingit dupliciter.

¶Secundò principaliter arguit Doct. ibi ſecũdo, ſi angelus poſſet loqui, ita poſſet loqui alicui diſtãti, ſicut præſenti, & tunc ſequerentur duo inconuenientia.

¶Primum, quòd ſi loqueretur diſtanti, q; prius immutaretur medium, &c.

¶Secundum, quòd oporteret eum loqui omnibus angelis æquè præſentibus. Iſta ratio cum ſua reſponſione patet ex ſupra dictis.

¶Tertiò principaliter arguit, quia videretur talis locutio ſuperflua, patet, quia habẽt ſpecies cõcreatas omnium rerum, igitur per illas poſſunt intelligere omnia. Et quòd non habeant ſpecies acquiſitas probatur multipliciter.

Contra Henricũ negantem ſpecies concreatas.

¶Primò, quia ſi poſſent intelligere per ſpecies acquiſitas, ergo haberent intellectum agentem, per quẽ potentia intelligibile, fieret in eis actu intelligibile, quod videtur falſum. Similiter nõ videtur in eis eſſe intellectus poſſibilis, quia intellectus eorum non eſt aliquando in actu, & aliquando in potentia ad actum primum, igitur non videtur in eis intellectus agens, quia agens ponitur reſpectu poſſibilis.

¶Secundò, quia ſi acciperẽt ſpeciem intelligibilem, puta à corpore, ergo dependerẽt à corpore in operando. Confirmatur, propter hoc enim anima intelligendo dependet à corpore, quia vnitur corpori, & hoc eſt ratione eius vnionis cum corpore, quia recipit perfectionem ſuam a corpore.

Anima dependet à corpore.

¶Tertiò, quia ab extremo ad extremum non tranſitur, niſi per medium, ſed eſſe imaginabile eſt medium inter eſſe ſenſibile, & eſſe actu intelligibile, cum ergo angelus non habeat fantaſiam, igitur.

¶Quartò, quia corpora cœleſtia habent ſuã perfectionem ſibi concreatam, ergo, & angeli, & ſic nihil recipiunt à rebus.

¶Quintò, quia ſi poſſunt habere ſpecies acquiſitas, ergo obiectum extra ad gignitionem illius ſpeciei, & intellectus angeli coageret illi, ſed hoc eſt falſum, quia agentia diuerſa genere non poſſunt producere eundem effectum, probatur, quia aut producunt, inquantum diuerſa genera, aut non, ſi primò igitur correſpondet eis in effectu aliqua diuerſitas proportionabilis, & ſic effectus non eſſet ſimplex, & homogeneus. Si ſecundò, igitur ſine tali diſtinctione poſſet eſſe virtus ita intenſa, quòd alterum coagentium ſufficeret ad talem actionem producendam, patet, quia ubi accidit diſtinctio in duobus mouentibus, poteſt uirtus in uno ita intendi, quòd poteſt ſupplere vicem vtriuſque, ergo obiectum corporale poſſet ita intendi in actione ſua, quòd ipſum ſolum, poſſet gignere illam ſpeciem in intellectu angeli, ſed hoc eſt falſum. Tum quia agens eſt præſtantius patiente, ſecundum Auguſt. 12. ſuper Geneſim, quia nullum corpus agit in ſpiritum.

¶Sextò, ſimile cognoſcitur per ſuum ſimile, ſi igitur ſingulare gigneret ſpeciem ſuam in intellectũ angeli, ergo intellectus aſſimilatus per illam ſpeciẽ cognoſceret ſingulare per rationem propriam, quod eſt abſurdum.

¶ Reſpondet Doctor ad tertium argumentum principale. Et primò reſpondet ad argumentum in ſe. Et ſecundò reſpondet ad omnes inſtantias de ſpecie intelligibili.

¶ Quantum ad primum. Dicit primò in iſta littera, ꝙ ſi ſpecies quiditatum non eſſent concreatæ angelo, poſſet eas acquirere, & ex hoc nullum eſſet inconueniens, immò hoc eſſet perfectionis ſupplentis imperfectionem, perfectionis enim eſt in potentia ordinata ad cognoſcendũ plura obiecta abſtractiuè, quòd in ſe poſſit habere principium productiuũ talis notitiæ, & perfectionis eſt, quòd habeat virtutem actiuam acquirendi tale principium productiuum, cuiuſmodi eſt ſpecies intelligibilis, vt ſupra patuit in primo, diſtinctio.3.quæſtio.7. & 8. & diſtinct. 17.

¶ Secundò dicit. ꝙ etiam dato, ꝙ habuerint ſpecies concreatas omnium quiditatum, non oportet tamen dicere, ꝙ habuerint ſpecies concreatas omnium ſingularium, ſed illas poſſunt acquirere, vt ſupra prolixè expoſitum eſt diſt.3. quæſt.vlt. Nõ enim eſt veriſimile, quòd poſſibile eſſet aliquod ſingulare fieri, cuius non poſſet angelus habere notitiam diſtinctam, & tamẽ ſi mundus duraret in infinitũ, eſſent infinita ſingularia, quorum quodlibet poſſet angelus diſtinctè cognoſcere, & tamen non haberet ſimul infinitas ſpecies concreatas, quia tũc daretur infinitum in actu: ergo poſſet ſpeciem aliquam de nouo acquirere.

¶ Tertiò dicit, ꝙ etiam poſito, quòd haberet ſpecies concreatas tam quiditatum, quàm omnium ſingulariũ, adhuc poſſet acquirere notitiam intuitiuam ſingularium in proprio genere, quia nõ habetur de ipſo ſingulari, niſi vt actu exiſtẽte, & pręſente.

¶ Quartò dicit, quòd vltra omnia iſta, adhuc eſſet neceſſaria locutio de complexis contingẽtibus, quia licet extrema poſſint cognoſci per ſpecies innatas, vel etiam intuitiuè, adhuc requiritur cognitio de complexione extremorum, ſiuè de vnione eorũ, quæ vnio non eſt ex ratione formali terminorum, ſed à cauſa extra vniente talia extrema, vt ſupra patet in prolo. quæſt.3. & in primo, diſt.39.

¶ Quantum ad ſecundum principale reſpondendum eſt ad illas rationes, quæ probant, quòd angeli non poſſunt acquirere ſpeciem intelligibilem de nouo. Ad primam concedit, ꝙ habet intellectum agẽtem, & poſſibilem, & obiectum ſuum primum, ſiuè adęquatum nõ eſt eſſentia angeli, ſed totum ens cõprehendẽs ſub ſe ſpecies intelligibiles, & ſenſibiles, & hoc loquendo de obiecto, non terminatiuè, ſed de obiecto motiuo, quia quodcunque ens natum cauſare cognitionem ſui in aliquo intellectu natum eſt mouere intellectum angelicum ad ſui cognitionem. Similiter ſi tale obiectum non ſit ſufficiens ad cauſandum cognitionem ſui, ſed poteſt cauſari ab aliquo continente ipſum virtualiter, vel eſſentialiter, tale cõtinens poterit mouere intellectum angelicum ad cognitionem tam virtualiter, quàm eſſentialiter contentorum in eo. Et addit Doct. quòd licet eſſentia ſua ſit actu intelligibilis, non tamen ſingulare ſenſibile, loquendo de intelligibili intellectione abſtractiua, tali quali cognoſcitur vniuerſale. Vult dicere, quòd licet eſſentia angeli ſit perfectè præſens intellectui ſuo in ratione obiecti intelligibilis, & hoc eſt eſſe actu intelligibile, loquendo de intellectione intuitiua, quia vt eſt ſic perfectè præſens in ſe poteſt mouere intellectum ad ſui notitiam intuitiuam, poteſt etiam eſſe actu intelligibilis abſtractiuè, quia poteſt eſſe perfectè præſens intellectui ſuo in aliqua ſpecie intelligibili, vt etiam patet diſtinct.3. quæſtio. vltima. & vt ſic præſens habet rationem obiecti intelligibilis abſtractiuè, quamuis ergo ſic ſit actu intelligibilis, non tamen ſingulare ſenſibile, & ſupplè ſic actu intelligibile, ſingulare enim ſenſibile, vt eſt in ſe præſens intellectui angelico in ratione obiecti intelligibilis, tunc eſt actu intelligibile intuitiuè, quia ſtatim poteſt ſequi cognitio intuitiua, cum vt ſic ſit principium productiuum notitiæ intuitiuæ, vnà cum intellectu angeli. Si verò non ſit in ſe præſens, non erit actu intelligibile abſtractiuè, niſi per ſpeciem intelligibilem, qua habita ſtatim poteſt cauſari cognitio abſtractiua, quia ipſa cum intellectu ſunt perfectum principium productiuum talis notitiæ. Et cum dicit, tali quali cognoſcitur vniuerſale. Non vult dicere, quòd mediante illa ſpecie intelligibili cognoſcat præciſè ſingulare ſub ratione vniuerſali, immò per illam cognoſcit ipſum diſtinctè ſub ratione propria, vt oſtenſum eſt ſupra diſtinctione tertia, quæſtione vltima. Sed vult dicere, quòd talis notitia abſtractiua eſt ſimilis illi, quæ habetur de uniuerſali, quia ſicut illa, quæ eſt de uniuerſali, non requirit præſentiam obiecti in ſe, ſed tantum in ſpecie intelligibili, ita iſta non requirit præſentiam ſingularis in ſe, ſed tantum in ſpecie intelligibili.

Angelus perfectius cognoſcit ſe per eſſentiam, et per habitum ſcientialem quàm per eſſentiam ſolam.

¶ Ibi. Cum etiam probatur de intellectu poſſibili, quod non eſt in potentia ad actum primum, puta ad ſpeciem intelligibilem, quæ dicitur actus primus reſpectu notitiæ abſtractiuæ partialiter cauſatæ ab illa.

¶ Dicit, quòd poſito, quòd intellectus angeli haberet omnes ſpecies concreatas, adhuc talis intellectus eſſet verè receptiuus illarum, quia non eſt de ratione receptiui, quòd ſit prius de ratione recepti, ſufficit enim, quòd ſit prius natura, eſt tamen de ratione receptiui, loquendo propriè de receptiuo, quòd ſit recepti perfectibile, ſiuè actuabile, & ſemper inter recipiens propriè, & receptum eſt realis diſtinctio, ideo non concedimus propriè ſubiectum recipere paſſionem, cum ſit eadem realiter, ſed quaſi recipere.

¶ Ibi. Sequitur eodem etiam modo ex alia parte, dato, quòd angelus non indigeret abſtrahere aliquas ſpecies, ſed haberet omnes tales concreatas, non minus haberet potentiam abſtrahendi, quia potentia actiua, quæ eſt perfectionis in natura inferiori, non debet negari à natura ſuperiori, licet cauſa ſuperior præuenerit actionem inferioris illius potentiæ actiuæ, ſicut non negaretur in nobis intellectus agens, dato, quòd agens noſter non poſſet habere actum aliquem abſtrahendi, non ratione ſui, ſed quia præueniretur ab aliquo agente ſuperiori producente effectum, qui poſſet per eam produci.

Intellectus angelicus eſt receptiuus ſpecierum intelligibilium.

¶ Ad ſecundam probationem de ſpecie. Dicit Doctor, quòd aliud eſt dependere à corpore, ut ab obiecto in operando, & aliud eſt dependere à corpore, puta ab organo in operando, primo modo non eſt inconueniens angelum dependere à corpore, quia angelus non habet in ſe eminenter, & per uirtualem cõtinentiam totam perfectionem obiectorum corporalium, immò nec alicuius corporis, & ideo ex ſe ſolo non poteſt cauſare notitiam, nec intuitiuam, nec abſtractiuam alicuius rei corporalis, nec ſimiliter ſpeciem intelligibilem, quia ſi aliquis iſtorum poſſet cauſare, tunc perfectè virtualiter contineret totam entitatem talis rei corporalis, ut ſupra expoſui diſtinctione tertia, quæſtione decima. & ſimiliter in primo, diſtinctione 3. quæſtione prima. & ideo non eſt mirum, ſi in intelligendo rem corporalem, cuius non habet ſpeciem concreatam dependeat à tali re corporali, & obiecto, eſſet bene inconueniens, ſi dependeret ab aliqua

Quomodo Angelus dependeat à corpore.

aliqua potentia organica, ſic quòd non poſſit cognoſcere aliquod corporale, niſi prius tale corporale fuerit fantaſiatum, ſiuè imaginatum à uirtute fantaſtica. Et cum dicitur de unione animæ ad corpus.

Quomodo anima vniatur corpori. ¶Dicit Doct. ꝙ anima non tantū unitur corpori, ut operetur circa corpus, ut obiectum, ſed unitur, ut totum compoſitum ſit, cuius ipſa eſt pars, ita ꝙ totum operans habet corpus non tantum pro obiecto, ſed pro parte operationis, non ſic autem angelus, & ratio eſt, quia operatio attribuitur toti cōpoſito, & non ſolum ipſi animæ, compoſitū enim per ſe intelligit, vt patet à Docto. in quarto, diſt. 44. quæſt. 1. & in primo, diſt. 3. q. 6.

An ſingulare poſſit intelligi. ¶Ad tertiam. Hic ſoluit tertiam rationem, & ſolutio ſtat in hoc, ꝙ ſi ſingulare ſub ratione ſingularitatis non poſſit intelligi, concluderetur, ꝙ Deus non poſſet ſingulare intelligere, quia non poſſet habere obiectum in eſſe imaginabili. Dico ergo, ꝙ illud, quod eſt medium agenti inferiori, non erit medium agenti ſupeaiori, vt patuit diſt. 2. quæſt. vlt. huius. & ſic erit in propoſito, quia intellectus agēs perfectior, poteſt ſtatim vnà cum obiecto ſenſibili cauſare ſpeciem intelligibilem, in qua res habeat eſſe, vt actu intelligibilis, licet uirtus imperfectior requirat eſſe imaginabile, ſicut diſpoſitionem mediam ad eſſe intelligibile, & hoc non conuenit tali virtuti, & imperfectiori ex natura potentiæ, nec etiam ex hoc, quòd eſt in corpore, quia ſeparata poteſt intelligere immediatè rem corporalem, & ſimiliter ut unita corpori glorioſo, ſed hoc conuenit ei præcisè, ut eſt in corpore pro ſtatu iſto, quia Deus ſic ſtatuit, ut nihil immediatè intelligat, niſi prius fuerit imaginatum, ſiuè fantaſiatum, & hoc loquendo de obiecto, ꝙ primò mouet potentiam, ut patet à Doct. in primo, diſt. 3. q. 3.

¶Ibi. Aliter poſſet reſponderi, dicendo, quòd eſſe imaginabile non eſt medium in propoſito, ſed extremum, quia duo extrema ſunt hic intelligibile in actu, & non intelligibile in actu. Doct. dicit, quòd reſpectu cuiuſcunque obiecti tam ſenſibilis, quam imaginabilis, dantur ſimpliciter duo extrema. ſ. aut eſt intelligibile in actu, ſupple in potentia propinqua, quæ tunc eſt reſpectu notitiæ intuitiuæ, quando eſt in ſe pręſens, & reſpectu abſtractiuæ, quando eſt in aliqua ſpecie intelligibili præſens, aut non eſt intelligibile in actu, ꝙ tunc eſt, quando nullo iſtorū modorum eſt præſens intellectui, idem igitur ſenſibile, vt eſt præſens intellectui aliquo iſtorum modorum dicitur actu intelligibile, vt verò nullo iſtorum modorum eſt præſens, dicitur non actu intelligibile, & ſic iſta dicuntur extrema, ꝙ modo idem ſenſibile prius ſit imaginabile, ſiuè prius ſit in imaginatione, quàm ſit actu intelligibile, accidit ſibi, non eſt enim hoc ex natura ſua, ſed tunc accidit, quando comparatur intellectui exiſtenti in corpore pro ſtatu iſto, qui intellectus non poteſt immediatè moueri ab aliquo ſenſibili, niſi prius tale ſenſibile fuerit ſine aliquo ſenſu exteriori, & prius in uirtute fantaſtica, & ſi intellectus eſt ſeparatus, idem ſenſibile immediatè moueret talem intellectum. *Quomodo intellectus moueatur à ſenſibili.*

¶Sic dico in propoſito de quacunque re, quę nata eſt percipi ab aliquo ſenſu exteriori, & à uirtute fantaſtica poteſt immediatè mouere intellectum angeli, & non eſt neceſſe, ꝙ prius percipiatur ab aliquo ſenſu exteriori, nec interiori, quia hoc ſibi præcisè conuenit. ut comparatur ad potētiam exiſtentem in corpore corruptibili, & hoc eſt, quod intendit Doct. in illa littera, & ſimilis reſponſio data eſt ſupra diſt. 3 q. vlt.

¶Ad quartum dico, quòd illa congruentia de corporibus cœleſtibus non concludit, nam ſi qualitates illæ non eſſent concreatæ corpori cœleſti, cum nihil ſit datum ei, unde poſſet illas qualitates acquirere, ſemper eſſet non perfectum, comparando ad ſe, & ad omnem cauſam naturalem, quia nulla cauſa naturalis poteſt illas qualitates producere in corpore illo, uniuerſaliter autem omnem perfectionem, quam non poteſt natura ſupplere, ſupplet Deus immediatè, non ſic autem eſt in propoſito, quia angelus habet, unde cum aliis cauſis naturalibus cooperantibus poſſit talem perfectionem acquirere, ſcilicet omnium rerum cognitione, dato quòd ſibi non eſſent concreatæ ſpecies, poſſet enim cuiuſcunque obiecti ex naturali uirtute intellectus, & obiecti habere intellectionem, nā actione intellectus, & obiecti, ut cauſarum partialium poteſt habere ſpeciem quiditatis cuiuſcunque obiecti, & poſtea uti illa ſpecie ad intellectionem abſtractiuam. *Deus ſupplet immediatè omnē perfectionē.*

¶Ibi. Et cum poſtea accipitur, quòd tunc obiectum ageret ad intellectionem angeli. Concedo, quòd agit partialiter, & eodem modo, ſicut dictū eſt in primo, diſt. 3. quæſt. 7. de ſenſibili reſpectu intellectus coniuncti.

¶Ibi. Et cum accipitur, ut duo diuerſa genera non poſſunt eſſe cauſa unius effectus, dicit hoc eſſe vniuerſaliter falſum, nam eſſentialis ordo cauſarum nō eſt indiuiduorum eiuſdem ſpeciei, ut patet per Auicennam ſexto metaphyſicorum. Non enim unum indiuiduum agit in uirtute alterius indiuidui alterius ſpeciei, ſic quòd in agendo dependeat ab illo, quia tunc unum eſſet eſſentialiter prius alio, quod etiam eſt contra Ariſtot. tertio metaphyſicorum. tex. commento vndecimo. Non eſt, (inquit) hoc prius, illud poſterius, & vide expoſitionem, quam feci ſupra diſtinctione tertia, quæſtio. prima.

An duo indiuidua poſſint cōcurrere ad eundē effectum. ¶Et nota, quòd Doctor non negat, quòd duo indiuidua eiuſdem ſpeciei poſſint conuenire ad eundem effectum, ut patet in primo, diſtinctione tertia, quæſtione octaua. Negat tamen, quòd duo indiuidua eiuſdem ſpeciei poſſint producere eundem effectum ſic, quòd eſſentialiter dependeat ab alio in producendo, uel ſi ſunt duæ cauſæ partiales, negat, quòd ſic ſe habeant, quòd una concurrat de neceſſitate, ut perfectior eſſentialiter cū alia ſic, quòd una per quamcunque intenſionem poſſet ſupplere cauſalitatem alterius, ut patet de obiecto, & potentia, ſed quando una partialis per intenſiorem uirtutem poteſt ſupplere cauſalitatem alterius partialis, concedit, quòd tunc duo indiuidua eiuſdem ſpeciei, quorum neutrum ſit ſufficiens ad producendum effectum, ſed ut ſunt ſimul, poſſunt producere eundem effectum, ut patet de duobus trahentibus nauem.

Nota & benè. ¶Sequitur, neque ordo eſſentialis cauſarum eſt diuerſarum ſpecie: talia enim ſunt contraria, uel media, quæ non ordinantur eſſentialiter ad cauſandum: idem uult dicere Doctor, quòd ſpecies diuerſæ ſub eodem genere immediatè contentæ non ponuntur cauſæ reſpectu eiuſdem effectus, ut patet de contrariis, & de ſpeciebus intermediis, quæ nunquam uniuntur adinuicem ad producendum aliquem unum effectum, & non intelligit hic Doctor de diuerſis ſpeciebus ſub diuerſis generibus contentis ſubalternis, patet, quia Sol præcisè continetur ſub corpore, & homo immediatè continetur ſub animali, & tamen Sol & homo concurrunt ad eundem effectum, ut cauſæ eſſentialiter ordinatæ, & hoc eſt quod dicit Doct. ibi. ergo omnes cauſæ efficientes diuerſæ eſſentialiter ordinatæ ſunt diuerſæ genere.

¶ Ibi. Et cum probatur vlterius, quia aut requirunt inquantum altera genere aut inquantum eadẽ genere. Dicit, quòd vtrumque membrum poteſt dari, & ſi detur, quòd requirantur inquantũ diuerſa genere non ſequitur quin effectus ſit ſimplex, vt patet de eodem effectu cauſato à cauſis eſſentialiter ordinatis quæ ſemper differunt genere, nam idem calor poteſt gigni à corpore cœleſti, & igne, quæ differunt genere phyſico, licet fortè non differant genere logico, cum vtrumque ſit ſpecies corporis eiuſdem prædicamenti, genus autem phyſicum eſt materia tranſmutabilis, illa enim dicuntur eadẽ genere phyſico, quæ communicant in eadem materia tranſmutabili, cuiuſmodi ſunt generabilia, & corruptibilia, quia ergo corpus cœleſte non communicat cum aliquo generabili in materia trãſmutabili, ideo ab omni generabili differt genere phyſico, poſito etiam, quòd in corpore cœleſti ſit materia eiuſdem rationis cum materia generabilium, & talis materia quantum eſt ex ſe eſt verè tranſmutabilis ab vna forma in aliam, vt infra patebit di. 14. & in 8. metaph. ſuæ, quia tamen à nullo agente naturali talis materia eſt tranſmutabilis, cum corpora cœleſtia non poſſint corrumpi ab agente naturali, ideo ponimus corpus cæleſte non communicare in materiam cum generabilibus, vt talis materia præciſè comparatur ad agens naturale, quia tamen philoſophus negat materiam in corporibus cœleſtibus, vt patet. 8. metaph. ideo negaret expreſsè corpus cœleſte, poſſe quouiſmodo cõmunicare cum materia generabilium, patet etiam de diuerſis genere logico, nã calor poteſt generari à ſubiecto, & à qualitate, quæ differunt genere generaliſſimo, & ꝙ poſſit generari à ſubſtantia, ſupra patet à Doc. in primo, diſt. 2. par. 2. quæſt. 3. & magis in quarto, diſt. 12. & tamen ille calor cauſatus eſt ſimplex, & non compoſitus ex rebus diuerſis genere. Sequitur ibi, ſic hoc eſt vniuerſaliter falſum, ꝙ effectus ordinati ab aliqua cauſa requirant duas naturas in effectu, quarum vna ſit cauſata à ſuperiori, & alia ab inferiori, ideſt quòd effectus, qui ꝓducitur à duabus cauſis, inter quas eſt ordo eſſentialis non includit neceſſariò duas naturas conſtituentes eum, ſic ꝙ vna ſit à cauſa ſuperiori, & alia à cauſa inferiori, quia talis effectus non eſſet à duabus eſſentialiter ordinatis, patet, quia vna natura eſſet præciſè ab vno, & alia prçciſè ab alio, effectus enim productus à duobus eſſentialiter ordinatis eſt ſecundum eſſe ſuũ ab vtroque productus, licet perfectius ab vno, quàm ab alio.

Quid ſit genus phyſicũ.

Corpora cœleſtia non poſſunt corrumpi ab agente naturali.

¶ Ibi. Si autem detur aliud membrum, quòd nõ requirantur, inquantum altera genere, nõ ſequitur, quòd tunc tantum poſſet vnum intendi, quòd ſufficeret ad agendum, aliqua enim perfectio cauſalitatis requiritur in duobus, quæ perfectio nõ poteſt eſſe in altero eorum quantumcunque intenſa, exẽplum de mare, & fœmina reſpectu eiuſdem prolis, patet etiã de duobus intellectibus eiuſdem ſpeciei concurrentibus ad eandem intellectionem, quorũ vnus cõcurrit, vt potentia, & alius, vt obiectum intelligibile, quia vnus eorum non poteſt ita intendi, quòd poſſit ſupplere vicem alterius, vt patet à Doc. in primo, diſt. 3. q. 8. & diſt. 17.

¶ Ibi. Sed non curando de conſequentiis, quæ non valent ad veritatem ſupplè factis contra illa membra, videlicet, ꝙ nec inquantum diuerſa genere, nec inquantum eadem genere, quæ conſequenter, vt ſupra patuit, nihil valent. Dicit Doct. quòd non requiruntur per ſe, inquantum diuerſa genere diuerſitate abſoluta, bene enim requiruntur duæ cauſalitates ad intellectionem, quarum vna ſit ex parte intellectus, & alia ex parte obiecti, & iſtæ duæ cauſalitates poſſunt concurrere in vna natura, ſicut quando intellectus intelligit ſe, nam altera cauſalitas eſt cõmunis toti enti, illa. ſ. quæ eſt ex parte obiecti, reliqua autem eſt determinata ad naturam intellectualem, & ſic in natura intellectuali cõcurrit iſta cauſalitas communis cum illa ſpeciali, non ergo requiruntur per ſe ad cauſandum, inquantum differentes genere diuerſitate abſoluta. Hic aduerte, ꝙ quando idem intellectus intelligit ſe inter ipſum intelligentẽ, & intellectum in ratione obiecti, nulla eſt diſtinctio ex natura rei, talis enim intellectio qua intelligit ſe, poteſt immediatè cauſari à Deo, & ſic recipiendo illam ſeipſum intelligeret, quia intelligere formaliter eſt quoddam pati, vt expoſitum eſt in primo, diſt. 3. quæſt. 7. ſed ad hunc ſenſum nõ loquitur Doct. Sed loquitur de eodem intellectu cauſante intellectionem ſui in ſeipſo, ita ꝙ idem intellectus numero partialiter concurrit ad intellectionem ſui in ratione potentiæ intellectiuç, idem etiam reſpectu eiuſdem intellectionis partialiter cõcurrit in ratione obiecti intelligibilis, non ꝙ detur ibi duæ cauſæ partiales præter omne opus intellectus, cum ibi nulla ſit diſtinctio, ſed datur iſta diſtinctio ex alia, & alia comparatione, quia idem vt cõſideratum ſub ratione magis communi differt à ſeipſo, vt conſideratur ſub ratione magis ſpeciali, & ſic idem intellectus numero, vt præciſè conſideratur in ratione obiecti intelligibilis, cõſideratur ſub ratione communi, quia eſſe per ſe intelligibile conuenit omni enti, & loquitur hic Doct. de obiecto intelligibili motiuo, quod partialiter concurrit ad intellectionẽ, & hoc modo omne ens habet rationem obiecti intelligibilis, vel in ſe formaliter, vel ſaltem continetur in aliquo eſſentialiter, vel virtualiter, quod poteſt ſupplere vicem talis obiecti, cauſando partialiter notitiam eius, vt prolixè expoſui in primo, diſtin, 3. quæſt. 3. Sic ergo vt idem intellectus conſideratur in ratione obiecti intelligibilis, & partialiter motiui conſideratur ſub ratione communi omni enti, vt verò conſideratur in ratione potentiæ intellectiuæ partialiter concurrentis ad intellectionem, conſideratur in ratione ſpeciali, & non communi omni enti, ſed tantum ſubſtantiis intellectiuis. In re tamen idem intellectus numero eſt totalis cauſa intellectionis ſuæ, & idẽ eſt totalis cauſa receptiua, licet vt præſens ſibi in ratione obiecti intelligibilis conſideretur in ratione communi, & vt potentia intellectiua conſideretur ſub ratione ſpeciali.

Quid ſit intelligere formaliter.

Omne ens habet rationem intelligibilis.

¶ Sequitur. Non ergo requiruntur per ſe ad cauſandum, inquantum differentes genere diuerſitate abſoluta, ſupplè inquantum ſunt naturæ abſolutæ genere diſtinctæ, quia idem intellectus numero in ratione obiecti, & in ratione potentiæ concurrit, vt duæ cauſæ partiales ad eandem intellectionem modo præexpoſito.

¶ Sequitur, Et concedo, non propter argumentũ in ſe, quia ſecundum veritatem in ſe poteſt concurrere vtraque cauſalitas, nam vbi eſt illa entitas, quã conſequitur cauſalitas obiecti. Idem poteſt eſſe totalis cauſa ſecundum utranque cauſalitatem reſpectu intellectionis, ideſt quòd idem intellectus numero reſpectu intellectionis ſuç, qua ſeipſum intelligit ex natura rei, quæ eſt totalis cauſa, vt obiectum intelligibile, & idem ex natura rei eſt totalis cauſa, vt potentia intellectiua, licet poſſint dici alia, & alia cauſa partialis ſecundum aliam, & aliam conſiderationem, vt ſupra dixi.

¶ Ibi. Sed adhuc obiicitur, quia licet diuerſa genere poſſint cauſare idem, non tamen ſic diuerſa genere, vt intelligibile, & ſenſibile, aut ſaltem non poſſunt ita cauſare, quin vnum agat in virtute alterius,

& ita

& ita uel obiectum ageret in uirtute intellectus, uel econtra, & non erunt duæ cauſæ agentes ad effectũ ex quo Doctor dicit, quòd ſi arguitur ex ratione diuerſitatis genere, ſic quòd ſit medium in arguendo diuerſitas genere, & iſtud medium applices ad ſenſibile, & intelligibile, quaſi ipſa maximè genere diſtent, & ex hoc ab ei non poſſit cauſari idem.

Dicit, quòd in hoc argumento receditur à medio, quia ſenſibile, & intelligibile non tantum differunt genere, quòd non poſſit idem fieri ab eis, quia ſunt eiuſdem generis generaliſſimi. ſ. ſubſtãtia ſenſibilis, & ſubſtantia intelligibilis, & tamen à ſubſtantia, & accidente aliquid poteſt cauſari, vt ignis, & calor, multo magis à ſubſtantia intellectuali, & à ſubſtantia ſenſibili poterit cauſari eadem intellectio.

Quomodo differãt ſenſibile, & intelligibile.

¶Sequitur. Talis autem actio eſt immutare intellectum, & ideo accidit ſenſibili illa differentia generis, quam habet ad intelligibile, inquantum ſenſibili conuenit immutare intellectum, ideſt quòd accidit ſenſibili, vt immutat intellectum, vt ſit diuerſum genere ab intelligibili, non enim dicimus, ꝙ ideo ſenſibile immutet intellectum, quia ſenſibile nõ eſt intelligibile, & quia differt ab intelligibili, immo ſi ſenſibile eſſet intelligibile, & non differret genere ab intelligibili, adhuc immutaret intellectum, & ita accidit ſibi differentia generis in hoc, ꝙ immutat, immo immutat in eo, quòd ens, & vt ſic conuenit cum intelligibili, nec ſenſibile, intantum poteſt differre genere ab intelligibili, vt ſit in genere diſperato, ideſt in genere non intelligibili, quia cum ſit ens, neceſſariò eſt intelligibile, & patet, quia ſi ſenſus poteſt cognoſcere ſenſibile, multo magis intellectus poteſt illud intelligere, quicquid enim poteſt uirtus inferior per ſe, & nõ primò, hoc poteſt ſuperior virtus, & primò. Concedit igitur Doct. quòd ſenſibile eſt etiam intelligibile. Et cum arguitur, ſi eſt ſenſibile, igitur non eſt intelligibile, negatur conſequentia, quia tam ratio intelligibilitatis, quàm ſenſibilitatis concurrit in eodem, in eo enim, ꝙ color eſt uiſibilis, in eo, quòd ens eſt, eſt intelligibilis, intellectus enim intelligit albedinem, & ſub ratione coloris, & albedinis, & entis, & ita neganda eſt illa propoſitio. ſ. quòd illa diuerſa genere ſupplè ſenſibile, & intelligibile non poſſunt cauſare eandem intellectionem, ut ſupra patuit.

Senſibile eſt etiam intelligibile.

¶Ibi. Et cum addis, quòd unum agit in uirtute alterius. Dico, quòd a. agere in uirtute b. poteſt intelligi, vel quòd a. recipiat à b. formam qua agat, vel quòd habita forma recipiat ab ipſo actionem, uel motum ad actionem. Secundo modo efficiens non agit in uirtute alterius, nam ignis habens formam actiuam, qua agit, non accipit actionẽ calefaciendi à Sole, tantum igitur dicitur ibi inferius agere in virtute agentis ſuperioris, quia formam illã aliquo modo accipit à ſuperiori.

¶Aduerte tamen, quòd ultra formam præceptã à ſuperiori, qua poſſit agere, ad hoc, ut agat in uirtute ſuperioris, requiritur, quòd in agendo depẽdeat à ſuperiori, de quo vide Doct. in quarto, diſtinct. 1. quæſt. 1. & videas, quæ dixi ſuper primo Doct. diſtin. 2. quæſt. 1. reſpõdendo ad obiectiones Ocham, quas facit contra Doct. de ordine eſſentiali cauſarũ. Quamuis igitur Doct. hic hoc expreſsè non dicat, alibi tamen (vt dixi) expreſsè dicit. Sequitur. Sic agentia naturalia ordinata habent formas ſuas ordinatè, ita quòd elementum accipit formam ſuam aliquo modo à corpore cœleſti, vt à ſuperiori agente, quod tamen bene nota, quia fortè elementum, vt elementum eſt in ſe, non recipit formam elementarem à corporibus cœleſtibus, niſi fortè ſecũdum partes, quia vt ſic ſunt generabilia, & corruptibilia, ſed de hoc alias erit ſermo.

†Sequitur. In propoſito autem, nec actum primum, nec ſecundum accipit una cauſa partialis ab alia, & ideo neutro modo in propoſito dicitur una cauſa agere in uirtute alterius, nec etiam hoc eſt de ratione cauſarum ordinatarum, quod vna agat in uirtute alterius, ſed ſufficit, quòd una principalius agat, quàm alia, quod tamen intellige de cauſis partialibus reſpectu eiuſdem effectus, vt patet à Doct. in primo, diſt. 3. quæſt. 8. ſed non de cauſis totalibus eſſentialiter ordinatis, quia tunc neceſſe eſt vnam agere in uirtute alterius, vt patet à Doct. in primo, diſtinct. 2. quæſt. 1. diſtinct. 2. quæſt. 8. & in quarto. diſt. 1. queſt. 1.

¶Ibi. Ad Auguſt. 12. ſuper Geneſ. patet reſponſio hic, & in quarto, diſtinct. 44. quæſtio. 2. & in primo, diſtin. 3. quæſt. 7. & vide quæ ibi expoſui in primo.

Angeli cognoſcunt ſingularia, vt ſingularia ſunt exiſtentia, non tamen per ſpecies innatas ſed per nouas ſpecies.

¶Ibi. Ad ultimum arguitur, quòd ſimile cognoſcitur per ſuum ſimile. Dicit, quòd in angelo non concludit inconueniens, quia angelus poteſt habere tam cognitionem abſtractiuam, quàm intuitiuã de ſingulari ſecundum propriam rationem, vt prolixè patuit ſupra diſtinctio. 3. huius quæſtio. 11. ſiuè vltimæ.

¶Ibi. Sed ſi arguatur de intellectu noſtro, quòd fantaſma in nobis, quod eſt obiecti ſingularis, gignit ſpeciem intelligibilẽ, ſupplè in intellectu poſſibili, igitur reducit intellectum poſſibilem ad actũ reſpectu ſingularis, ideſt quòd talis ſpecies intelligibilis, vnà cum intellectu cauſabit cognitionem ſingularis ſub ratione propria, quod eſt falſum. Dico, quòd talis ſpecies intelligibilis, quia principalius eſt ab intellectu agente, quàm à fantaſmate, qd patet à Doct. in primo, diſtinct. 3. quæſtio. 8. ideo ab ipſo habet, quòd repreſentet obiectum primò ſub ratione communi, & de hoc uide quæ dicit Doct. in primo, diſtinc. 3. quæſt. 6. & vide quæ ibi expoſui. Declaro tamen, cum dicit, in illatione eſt fallacia conſequentis, quia non ſequitur fantaſma gignit ſpeciem ſibi ſimilem, & repreſentatiuam obiecti ſimilitudine naturali, igitur & ſimilitudine indeterminationis, ideſt quòd ſicut fantaſma naturaliter repreſentat, ita ſpecies intelligibilis naturaliter repreſentat, non tamen ſi fantaſma naturaliter repreſentat ſingulare, ita ſpecies intelligibilis repreſentat naturaliter obiectum ſingulare, negatur conſequentia, quia ſpecies intelligibilis repreſentat primò ſub ratione vniuerſalis, & ideo non eſt ſimilitudo inter illa, ſcilicet determinationis, & indeterminationis, indeterminatio enim in repreſentando in ſpecie intelligibili, eſt principaliter ab intellectu agente, vt dixi ſupra.

NVNC Doct. reſpondet ad argumenta facta ab Henr. quibus probat, quòd angelus non cognoſcat ſingulare primò, nec per aliquam rationẽ propriam, ſed per vniuerſale concreatum ſuo intellectui, hoc eſt per ſpeciem intelligibilem concreatã, quæ eſt repreſentatiua vniuerſalis, & hoc probat quadrupliciter. Primò, quia ſingulare nihil addit ſuper naturam vniuerſalem, niſi tantum duplicem negationem, de qua ſupra dictum eſt di. 3. quæſt. 2. igitur ſingulare nihil addit ad cognitionem, quia ſicut res ſe habet ad eſſe, ita ad cognitionem, ſecũdo metaph. tex commen. 4. Quare (inquit) vnumquodque ſicut ſe habet, vt ſit, ita & ad veritatem, & ibi. Cõm. quanto magis aliquid fuerit perfectum in eſſe, tanto magis erit perfectum in eſſendo verũ, hęc ille in fine commen. 4.

Angeli habent notitiã de quiditatibus, ac differentijs eſſentialibus per ſpecies congenitas, quod verò ſint talia ſingularia, vt ſingularia, & ſint hic, vel illic nõ habent congenitas.

¶Reſpondet Doct. ad hoc negando minorem, videlicet, quòd ſingulare non dicat aliquid poſitiuum, vt ſupra patet, diſtin. 4. quæſt. 2. & 6. & quæſt. vltima.

¶Secundò principaliter arguit, quia ſi angelus poſſit

poſſit cognoſcere ſingulare ſub ratione propria, tūc poſſet mouere intellectū angeli ſub ratione ſingularitatis, quod eſt falſum, quia quæ ſunt per ſe obiecta, & non primò, non mouent niſi per rationē eorū, quæ ſunt per ſe, & primò obiecta, ſicut magnitudo, & figura non mouent viſum, niſi ſimul cum calore, ſunt enim obiecta per ſe viſus, ſed non primò, vt patet ſecundo de anima.tex.commen.63.& magis.tex.commen.64.vbi ſic habetur. Communia autem, motus, quies numerus, figura, magnitudo, huiuſmodi autem nullius, vt propriè, ſed omnibus communia per ſe qui dem igitur ſunt ſenſibilia hoc hæc ille. De proprijs autem ſenſibilibus quæ dicūtur primò ſentiri, patet tex.comment.63.vide ibi. Non percipitur igitur obiectum per ſe, niſi per rationem illius, quod eſt primò, & per ſe obiectum, ſingulare autem non eſt primum obiectum intellectus, quia tale eſt vniuerſale, & per conſequens non cognoſcitur ſingulare, niſi per rationem vniuerſalis.

¶ Reſpondet Doct. quòd æquiuocat de obiecto primo, & per ſe. Vno enim modo dicitur obiectū primum quod habet per ſe rationem mouendi potentiam, & illud dicitur per ſe tantū, quod non habet, quod moueat per ſe, ſed tantum cum alio mouet, & hoc modo loquitur philoſophus ſecundo de anim. de ſenſibili primo quale eſt ſenſibile propriū, vt patet tex.comm.63. Dico (inquit) proprium ſupple ſenſibile, quod non contingit altero ſenſu ſentiri, & circa quod non contingit errare, vt viſus caloris, auditus ſoni. hęc ille. Et de ſenſibili per ſe quale eſt ſenſibile commune loquitur tex.commen.64. Alio modo dicitur quandoque obiectum primum adæquatum potentiæ, vel actui, & contentum ſub primo adæquatæ potentiæ, vel dicitur per ſe obiectum, de quo prolixè dictum eſt in primo, diſt.3. quæſt.3.& quòd dicit de adæquato potentiæ, vel actui dicitur adæquatum potentiæ quando potentia nō poteſt niſi in illo, vel in cōtento dicitur adæquatum actui, quia actus potentiæ non poteſt elici, niſi circa tale obiectum, & circa contenta in eo. Sequitur. Incluſum autē in primo adæquato actui, ideſt contentum ſub adæquato dicitur obiectū per ſe actus, & hoc modo tale obiectū per ſe p entiatē propriam poteſt immediatè mouere intellectum partialiter cauſando notitiam ſui. Sequitur ibi. Cū autem accipitur, quòd vniuerſale eſt primum obiectum intellectus angeli, falſum eſt de primo obiecto, ideſt adæquatè loquendo de vniuerſali, inquantum vniuerſale eſt, quia licet illud cui accidit vniuerſalitas, vt ens ſit hoc modo primum obiectum. Vult Doct. quòd ſi accipiatur vniuerſale, ſub illa ratiōne formali, qua dicitur vniuerſale, puta prō iſta ſecunda intentione applicata, vel pro indifferentia actuali ad omnia inferiora, vel proratione illa quæ actu cōmunicatur pluribus, de quibus prolixè expoſui in iſto ſecundo, diſt.3.quæſt.1. tale vniuerſale nō poteſt poni adæquatum obiectum intellectus, quia vt ſic eſt tantum quædam relatio rationis. Sequitur. Tamen ipſum æquè ſaluatur in ſingulari, ſicut in vniuerſali, ideſt quòd ſi accipiatur vniuerſale pro ente, cui accidit talis vniuerſalitas, illud eſt adæquatum obiectum, vt ſupra patuit in primo, diſt.3. quæſt.3.& tale ens æquè ſaluatur in natura ſingulari & in natura vniuerſali, & ſic ſequitur, quòd ſicut ens, quòd eſt homo, ſub ratione propria poteſt mouere intellectum ad ſui cognitionem, ſic ens quod eſt ſortes, poteſt immediatè mouere intellectū ſub ratione propria ad ſui cognitionem. Sequitur. Similiter vniuerſale non eſt primum illo modo, quo loquitur philoſophus ſecundo de anima.tex.commen.63. nec ſingulare per ſe illo modo, ſicut ſenſibile commune reſpectu ſenſus, quia eandem rationem motiuam includit ſingulare, quā includit vniuerſale, ideſt quòd ſicut vniuerſale per ſe immediatè poteſt mouere intellectum, & non, vt coniunctū alteri, ita & ſingulare immediatè poteſt mouere nō vt alteri coniunctum.

¶ Tertiò principaliter arguit Henr. & ratio ſtat in hoc, quòd obiectum debet eſſe proportionatū potentiæ cuius eſt, cum ergo ſingulare ſit vltimatè determinatum, ſequitur, quòd intellectus erit determinatus, vel ex ſua natura, vel per ſpeciē, quā recipit à ſingulari.

¶ Reſpondet Doct. ad tertium, quòd proportionalitas nō ſemper includit ſimilitudinem, ſed multotiens diſſimilitudinem, de qua proportionalitate dictum eſt à Doct. in primo, diſt.1.quæſt.1.& vide quæ ibi expoſui, & ſimiliter diſtin.3.quæſt.5.& q.3. contra Tho. patet, etiam per multa exempla, quia agēs eſt proportionale paſſo, quia agens eſt in actu, & paſſum in potentia receptiua, & materia eſt proportionalis formę in quibus omnibus concluditur diſſimilitudo, ita in propoſito oportet potentiam proportionari obiecto, non autem aſſimulari, quia nec ſi eſt infinitum obiectum oportet potentiā eſſe infinitam, quia intellectus finitus cognoſcit finitè, ſ. cognitione in ſe finita infinitum, vt infinitum, accipiēdo infinitum intenſiuè, quia fortè non cognoſcit infinitum extenſiuè, & poſito, quòd cognoſcat, tamen non cognoſceret illud ſecundum modū ſuæ infinitatis, ſcilicet cognoſcendo vnum poſt aliud, & hoc loquendo de intellectu diuino, licet intellectus creatus poſſit cognoſcere vnum poſt aliud, ſucceſſiuè tñ. Sequitur, neque oportet potētiam eſſe determinatam, ideſt finitam, ſi obiectum ſit finitum, qa intellectus infinitus infinitè cognoſcit finitum, vt finitum ſupple cognitione formaliter infinita, quādo igitur, accipitur potentiam eſſe determinatam, quia obiectum eſt determinatum, ſi intelligatur, ꝙ oportet eam ſic eſſe determinati obiecti puta huius obiecti, quòd non illius, & ſic eſt verum, vt patet de potētia viſiua quę ſic eſt determinati obiecti, puta caloris, quòd non ſoni. Sequitur, & tunc cum in minore accipitur, quòd intellectus angeli non poteſt eſſe determinatus. ſ. reſpectu obiecti determinati, falſum eſt, & concedo, ꝙ poteſt ſic eſſe determinatus, & ex natura ſua, & per ſpeciem, quia ſine ſpecie poteſt cognoſcere ſingulare intuitiuè ſub propria ratione, & etiam per ſpeciem intelligibilē abſtractiuè. Et cum concludit contra primum membrum, quia tunc eſſet magis intellectus angeli determinatus, quàm intellectus noſter. Et cōtra ſecūdum, quia tunc eſſet magis determinabilis intellectus, quàm ſenſus noſter, dicit, quòd iſta determinatio non eſt intrinſeca potentię, nec per naturā nec per ſpeciem, ſed eſt ad determinatum obiectum, & hoc modo intellectus diuinus eſt ad determinatum ſingulare. Sed ex hoc non ſequitur, ꝙ ſit limitatior, quia iſta determinatio non eſt limitationis, ſed perfectionis, omnino enim intellectus eſt determinatus ad obiectum omnino determinatiſſimè cognoſcendum.

Reſponſio Scoti.

Quomodo intellectus finitus cognoſcat infinita.

¶ Ibi. Et ſi obijciatur, quòd magis paſſiuus eſſet intellectus angelicus, quàm noſter, quia à pluribus obiectis. Reſponſionem quære. Additur à quibuſdam reſponſio, concedēdo intellectum angelicum, cum ſit magis actiuus, & operatiuus, eſſe etiam magis paſſiuum, vel poteſt dici, quòd eſſe magis paſſiuum à pluribus paſſione perfectiua eſt perfectionis ſupplentis tamen imperfectionem.

¶ Quarto arguit, quia tūc poſſet in angelo acquiri ſcientia præter ſcientiam vniuerſalium ſuorum, quod eſt contra Ariſtot.7.metaph.tex.commen.53.

vbi

vbi vult, quòd non eſt alius habitus ſcientialis vniuerſalium, & ſingularium, vide textum cum commento.

¶ Ibi. Ad quartum dico, quòd habitus, vel non poteſt eſſe in intellectu angelico accipiendo habitū pro illa qualitate conſequente actus, quę diſtinguitur contra primum actum per quem res eſt pręſens ſub ratione actu intelligibilis, & hoc ſi ille intellectus de ſe eſſet ſucceſſiuè habilitatus, vel ſi ille intellectus eſt capax, & nō eſſet talis habitus concreatus ſibi, tunc concedo, quòd poſſit generare in ſe talem habitum ex actibus, ſicut dictum eſt diſtin.3. huius ſecundi. ad ſimile argumentum de generatione habitus in intellectu angelico.

Singulare non habet proprias paſſiones.

¶ Ibi. Et cum adducitur Ariſt. qui vult, ꝙ non ſit alius habitus vniuerſalium, quam ſingularium. Dico ſicut dictum eſt in quæſt. vlti. de indiuiduatione, quòd ſingulare non habet proprias paſſiones, quæ ſint de ipſo ſcibiles, & ideo nec de ipſo eſt propria ſcientia, & ita nec habitus aliquis loquendo de illo habitu quo ſcibilia ſunt præſentia intellectui, quæ apud philoſophum dicuntur propria ſcibilia, ſcilicet cōtinētia paſſiones demoſtratas de eis, vt ſubiectis, tamen habitus qui eſt facilitas cōſiderandi derelicta ex actibus bene poteſt eſſe alius de ſingulari, ꝙ vniuerſali, poteſt enim intellectus diſtinctè cognitiuus ſingularis hoc modo conſiderare frequenter, & nō frequenter conſiderare illam naturā in vniuerſali, & in illo fieret qualitas habilitans ad actus conſimiles conſiderandi hoc, non autem vniuerſaliter inclinans ad conſiderandum naturam in vniuerſali, & ſi igitur ſit alius habitus ſequens actus magis ſingularis, quàm vniuerſalis qui, ſcilicet eſt qualitas habilitans ad conſiderandum reſpectu obiecti non tamen eſt alius habitus eſſentialis eo modo quo philoſophus loquitur ibi de habitu eſſentiali. Et ſic finis.

Diſt. X. Quæſtio Vnica.

Vtrum omnes Angeli mittantur.

Seraphicus Bona. 2. ſent. diſt. 10. q. 2. ar. 1.
Scotus 2. ſent. diſt. 10. quæſt. vnica.
D. Thomas prima parte ſummæ. quæſtio. 112. artic. 2.
Riccardus 2. ſent. diſt. 10. quæſt. 1.
Durandus 2. ſent. diſt. 10. quæſt. 1.

Omnes Angeli ſunt miſſiues, & mittuntur à Deo. quia omnes, vel mittuntur ad intra, vt Angeli ſuperiores ad inferiores, vel à dextra, vt in mundum ad cuſtodiā.

CIRCA diſt. 10. quærit Doct. Vtrum omnes angeli mittantur. Hæc quæſt. eſt ſatis facilis nec indiget aliqua expoſitione, & ſi quid difficultatis eſt in iſta quæſt. ex his quæ dicta ſunt ſupra diſt. 9. & diſt. 2. quæſt. 9. faciliter patere poteſt. Dicit tamen Doct. quòd auctoritas apoſtoli ad Hæbr. 1. quæ dicit, ꝙ omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus concedēda eſt loquēdo de miſſione intra, & extra. De miſſione intra, patet, quia de communi lege ſuperiores mittuntur ad inferiores, quibus ſuperioribus maiora Dei miſteria reuelantur, inferiores verò mittuntur exterius ad illa reuelata nūciādo hominibus, & ita non oēs mittuntur extra. Sed quomodo inferiores poſſint illuminare homines de his reuelationibus dicetur in diſt. ſequenti.

¶ Ibi. Videtur tamen, quòd ſupremis, vel aliqui de ſupremis mittantur ad extra, nam incarnationē neſcierunt multi angeli ante tempus incarnationis, vel paſſionis Ieſu Chriſti ſicut patet per illud Iſaiæ. 63. vbi quæritur in perſona inferiorum, quis eſt iſte qui venit de edom tinctis veſtibus, &c. apparet etiā per Apoſtolum Eph. 3. vt innoteſcat principibus, & poteſtatibus ſeculi. Vbi glo. Hieron. angelicas poteſtates, vel dignitates perfectum dicit miſteriū incarnationis ad plenum neſciſſe donec completa eſſet paſſio Chriſti, & Apoſtolorū prædicatio fuiſſet gentibus dilatata, quod tamen vſque tunc non latuit maiores ſecundum glo. Aug. ibidem dicit, cōſtat autem, quòd angelum miſſum ad Beatam Virginem ad hoc nunciandum non latuit ergo ille cui hoc patuit erat de ſuperioribus, & non de infimis quos latuit illud ſacrum myſterium.

¶ Ad auctoritatem Danielis. 7. milia miliū miniſtrabant ei, & decies centena milia aſſiſtebant ei, igitur illi non mittuntur, concedit, quòd cōmuniter non mittuntur, & ideo diſtinctio quam ponit Daniel inter illos. ſ. hij miniſtrabant, & hij aſſiſtebant ei intelligenda eſt communiter, ſcilicet milia miliū aſſiſtunt ei communiter qui communiter non mittuntur, & decies centena milia miniſtrabant ei cōmuniter.

¶ Auctoritas Apoſtoli concedenda eſt abſolutè, quia omnes ſpiritus ſunt miniſtri Dei, quia mittūtur, vel ad intra, vel extra:

Diſt. XI. Quæſtio Vnica.

Vtrum Angelus cuſtodiens poſsit effectiue aliquid cauſare in intellectu hominis cuſtoditi.

Scotus 2. ſent. diſt. 11. quæſt. vnica.
Aegidius quolib. 6. queſt. 16.

CIRCA diſt. 11. magiſter tractat de cuſtodia hominū ab angelis. Quærit Doct. Vtrum angelus cuſtodiēs poſſit effectiuè aliquid cauſare in intellectu hominis cuſtoditi. Hìc eſt opi. Auicen. 6. naturalium par. 5. cap. 6. quòd ſuperior intelligētia eſt cauſa inferioris quantum ad eſſe, & quantum ad cognitionē, & ſic deſcendendo à ſuprema intelligentia, & tandē intelligentia quædam ſeparata ſuperior anima intellectiua cauſat in ipſa notitiam actualē, & ſuam ſpeciem, & intelligit per conuerſionem intellectualem actualem ad illam intelligentiā, vult igitur dicere, ꝙ ſpecies rerum fluunt ab intelligentia ſeparata ſuperiori ad notitiam naturalem hominum habendam, ita quòd ſecundum eum naturale eſt intellectui noſtro conuerti ad intelligentiam ſeparatā ad hoc, quòd intelligat, quod ſi verum ſit, patet in primo, Doct. diſt. 3. quæſt. 3.

Contra Auicennam.

¶ Ibi. Contra opi. Auicen. arguitur, quòd tunc fruſtra anima vniretur corpori, quia propter nullā perfectionē ipſius animæ vnitæ, non enim propter perfectionem ipſius in ſe, quia forma non eſt propter materiam, ſed econtra, vt patet ſecundo phyſicor. tex. cōm. 23. nec propter perfectionem ipſius in operando, quia non vnita poſſet habere ſpeciem ab intelligentia ſicut vnita, & hæc eſt ratio Thom. 1. par. ſummæ. q. 74. artic. 5. vide ibi.

¶ Ibi. iſta ratio videtur peccare, quia videtur cōcludere, quòd fruſtra vniretur anima beata corpori, quia non propter perfectionem aliquam neceſſariā ad ſuam operationem habet in qua nihil recipit a corpore. Dicit enim ſic Tho. vbi ſupra. Maximè autem videtur corpus eſſe neceſſarium animæ intellectiuę ad eius propriam operationem quæ eſt intelligere, quia ſecundum eſſe ſuum à corpore nō dependet. Si autem anima ſpecies intelligibiles ſecūdum ſuam naturam apta nata eſſet recipere p influentiam

fluentiam aliquorum ſeparatorum principiorũ iã-tum, & non acciperet eas ex ſenſibus non indigeret corpore ad intelligendũ. Vnde fruſtra corpori vniretur. Et parũ infra. Si inquit in natura animæ eſt, vt intelligat per ſpecies ab intelligentia agente efluxas, ſequeretur, quòd quæcũque animæ poſſint ſe conuertere ad intelligentiã agentem ex inclinatione ſuæ naturæ, & ſic cæcus natus poſſet habere ſciẽtiam de coloribus, quod eſt manifeſtè falſum, &c.

¶ Ibi. Præterea ſecundum aliquos anima intelligit inquantum eſt ſupra corpus, ergo nõ conuenit ſibi intelligere, inquãtum vnitur corpori, ergo nec vnitur per ſe propter aliquam perfectionẽ, quæ ſit quaſi neceſſaria propter operationem eius, vt propter intelligere, & hæc eſt opi. Tho. ſcilicet ꝙ poſſit intelligere, vt ſupra corpus, vide in prima parte. 1. q. 89. arti. 1. & quæ ſic, vt animæ, igitur ſecundum illum modum eſſendi, quo corpori eſt vnita, cõpetit modus intelligendi per cõuerſionem ad fantaſmata corporum, quæ in corporeis organis ſunt, cum autem fuerit à corpore ſeparata, cõpetit ei modus intelligendi per conuerſionem ad ea quæ ſunt intelligibilia ſimpliciter, ſicut, & alijs ſubiectis ſeparatis, &c.

¶ Ibi. Aliter improbatur dicta poſitio. Hic Doc. ſpecialiter improbat opi. Auicen. auctoritatibus, & ratione, & intendit probare, quòd ſpecies intelligibiles non imprimuntur in anima ab intelligentijs, quia omnis noſtra cognitio oritur à ſenſu primo, & ſecundo poſteriorũ, & primo metaph. in prœ. & ſecundo phyſicorum. Cæcus enim natus nõ poteſt habere perfectam notitiam de coloribus. Vnde ſecundo phyſicorum tex. commen. 6. ſecundũ trãſlationem arabicã, poſſibile enim eſt, vt aliquis deducat ratione diſpoſitionem colorũ, qui eſt cæcus natura, & ſic ſermo eius qui talem habet diſpoſitionem eſt de nominibus, & nihil intelligit omnino: hoc ille, & vide ibi Commentatorem. Omnes autem iſtæ auctoritates eſſent falſæ, ſi ſpecies illæ intelligibiles imprimerentur in anima ab ipſa intelligentia.

Primo, & ſecundo poſte. contex. 33. & in ſecundo, cõtex. 27.

¶ Ibi. Præterea ſi nulla, &c. Per hanc rationem intendit probare Doctor neceſſitatem ſpeciei intelligibilis, & hæc ratio magis patet ex his, quæ dicta ſunt in primo, diſt. 3. quæſt. 6. Hanc tamen aliqualiter declaro diſtinctionem, ſi nullam remaneret notitia habitualis non manente actu intelligendi. Hic accipit notitiam habitualem non pro habitu cauſato ex frequentatis actibus, ſed accipit ſpeciem intelligibilem reſpectu cognitionis abſtractiuæ, de qua eſt præſens ſermo, & dicitur cognitio habitualis; quia per ipſam intellectus eſt in actu primo, & in potentia accidentali ad intelligendum abſtractiue, ſicut enim intellectus habens habitũ, per ipſum ſponte, & faciliter poteſt operari, ita habens ſpeciẽ intelligibilem, quæ eſt partialis cauſa cognitionis abſtractiuæ, ſtatim per illam, vt concauſantem poteſt obiectum actu intelligere, vt expoſui in primo, diſtinct. 3. quæſt. 6. & 7. Sequitur ibi, ſequeretur, ꝙ ſemper eſſet intellectus æquè in potentia eſſentiali ad intelligendum. Hic accipit potentiam eſſentialem pro potentia remota ab agente, & potentiam accidentalem pro potentia propinqua ad agendũ, vt expoſui in primo, diſt. 3. quæſt. 6. & in iſto ſecundo, diſt. 2. quæſt. 10. vide ibi. Intellectus enim per ſpeciem intelligibilem eſt in potentia accidentali, ſiuè propinqua ad intelligendum, & ſine tali ſpecie eſt tantum in potentia eſſentiali, ſiuè remota ad intelligendum. Sequitur, licet enim ex actibus generetur aliqua habilitas ad faciliter conuertendum intellectum ad intelligendum, quia tamen nunquã haberetur forma, quæ poſſet intelligere, quæ eſt actus primus faciens ipſum eſſe in potentia accidẽtali. Nota tamen duo in iſta littera.

¶ Primum, quòd nullus habitus quãtumcunque intenſus, facit intellectum in potentia accidẽtali ad intelligendum, poſito enim, quòd habitus concurrat actiuè ad actum, ut uidetur tenere Doctor in primo, diſt. 17. tamen ſi ſolus poneretur ſine præſentia obiecti, uel in ſe, uel in ſpecie intelligibili, nunquam intellectus per talem habitum poſſet habere aliquam intellectionem, quia tunc deficeret alia cauſa partialis, quæ eſt ex parte obiecti, ſi enim intellectus poſſet intelligere obiectum per aliquem habitum non concurrente obiecto, ſequeretur, ꝙ ſi Deus crearet in aliquo intellectu aliquem habitũ ſcientificum, quòd talis intellectus mediante tali habitu poſſet cauſare notitiam actualem, quod uidetur inconueniens, ſi igitur habitus ponitur, ut cauſa partialis actus, non ponitur, vt neceſſariò ſimpliciter ad actum, quia intellectus habẽs obiectum præſens ſine tali habitu poſſet cauſare actum intelligendi, ſed ſi requiritur, requiritur vt actus ſit perfectior, quia actus, qui cauſatur à potẽtia habituata agente æquali conatu eſt perfectior illo, qui cauſatur à ſola potentia, vt notat Doct. in primo, diſtinct. 17. actus enim intellectus, puta cognitio abſtractiua, quæ eſt ab intellectu, & à ſpecie intelligibili, & ab habitu eſt perfectior, licet per habitum non fiat intellectus ſimpliciter in actu primo ad cauſandum actum intelligendi, ſed per ſpeciem intelligibilem.

Doctrina ſingularis.

¶ Secundò dicit, quòd intellectus reſpectu cognitionis abſtractiuæ per ſolam ſpeciem intelligibilem eſt in actu primo, & in potentia accidentali, ſiuè propinqua ad intelligendum.

¶ Sequitur, licet enim intellectus habens illum habitum acquiſitum ſequentem actus poſſet facilius acquirere illam formam, quàm alius non habens eum.

¶ Hic aduerte, quòd ex hoc non debet concedi, quòd aliquis poſſit habere aliquem habitum cauſatum ex cognitionibus abſtractiuis reſpectu alicuius obiecti ſine ſpecie intelligibili, cum nullus actus poſſit haberi ſine illa, ſic poſito, quòd eſſet poſſibilis, tunc ſequitur, quòd dicit Doct. Vel debet intelligi, quòd habens habitum cauſatum ex cognitionibus intuitiuis (quia multi, vt Ocham, & Gregorius de Arim. & alij volunt, ꝙ non poſſit haberi cognitio abſtractiua de aliquo obiecto, niſi prius habeatur intuitiua de eiuſdem, licet hoc non ſit ad mentem Doct.) ſit magis diſpoſitus ad habẽdum ſpeciem intelligibilem de illo obiecto, quàm alius intellectus non habens huiuſmodi notitias intuitiuas de obiecto.

AD quæſtionem igitur reſpondeo. Hic Doct. duo principaliter tangit. Primò, quod non poſſit angelus effectiuè cauſare in intellectu hominis cuſtoditi. Secundò quod poſſit.

¶ De primo dicit, ꝙ nullam intellectionẽ actualem, nec ſpeciem intelligibilem poteſt angelus cauſare in intellectu noſtro, ut totalis cauſa, ratio autem non eſt ex aliqua impotentia ex parte angeli, quia ſufficienter eſt in actu primo, & poteſt cauſare in alio angelo actum ſecundum.

Nota & benè.

¶ Sed ratio eſt ex intellectu noſtro, qui pro ſtatu iſto eſt paſſiuum determinatum ad determinatum actiuum, vt ad fantaſma, & intellectum agentem. Sic tamen intelligendo, quòd à fantaſmate, ut à partiali cauſa cauſatur ſpecies intelligibilis, & ab intellectu agente, ut ab alia cauſa partiali, ut patet à Doct. in primo, diſtin. 3. quæſt. 8. Sed ut intellectus poſſibilis comparatur ad actualem intellectionem nihil recipit à fantaſmate, ſed tantum ab intel-

lectu,

[illegible], & [illegible] ſpecie intelligibili, & ſic ſine ſimapro [illegible] debet intelligi concurrere reſpectu ſpeciei intelligibilis, & ſic intellectus [illegible] quæ [illegible] ad ſpeciem intelligibilem ſicut dicit Ariſt. [illegible] 3. [illegible] in [illegible] Quia [illegible] ſentit, nihil adiſcit, & [illegible] ſpeculatur vider it, neceſſario videt [illegible] imaginem aliquam, imagines enim ſimiles ſunt ſenſibilibus, ſed ſine materia, hæc ibi Commentator. [illegible] intellectus quieſcit in [illegible] videt aliquid. & intellexerit [illegible], non [illegible], niſi [illegible] cum [illegible] ſunt aliqua ſenſibilia intellecta, [illegible] apud abſentiã ſenſibilium, ſed ſunt ſenſibilia nõ materialia, hæc ille, & ſic patet quomodo intellectus pro ſtatu iſto nihil intelligit, niſi prius motus fuerit ab aliquo [illegible], recipiendo ſpeciem intelligibilem ſpecialem ab illo. Sed quare non intelligit immediate aliquid [illegible] patuit ſupra in primo, di. 3. quæſt. 3. ex [illegible] potentiarum &c.

Quare intellectus non intelligit immediate aliquid ſenſibile.

¶ Ibi. Ex [illegible] quoddam corollarium. ſ. quod [illegible] non poteſt aliquem [illegible] rapere ad intellectualem viſionem, [illegible] vere intelligibilis. [illegible] omnis raptus [illegible] eſt [illegible] imaginarium, qui [illegible] abſtractione ab omnibus [illegible] intellectionis, quæ [illegible] datur [illegible] intellectualiter videre, & concomitantur [illegible] imaginationem alicuius rei [illegible] intellectio, ſed nulla eſt ibi intellectio actualis mere intelligibilis, nõ imaginabilis. Ita etiam omnis raptus ad quem poteſt homo ſeipſum diſponere in hac vita per [illegible] non eſt ad aliquam viſionẽ mere intellectualem, puta alicuius ſubſtantiæ ſeparatæ, ſed imaginariam, & intellectionem concomitantem illa imaginariam, licet forte talis quietatio in homine ab omnibus extrinſecis per talem viſionẽ quandoque diſponat, vt Deus animum ſic tranquillum rapiat ad viſionem mere intellectualem.

Pulcherrima doctrina.

¶ Ibi. Deſecundo, [illegible] quod poſſit angelus facere in intellectu propter [illegible] Sanctorum præcipuè Dionyſij [illegible] cœleſtis hier. dicit. Reuelationes fiunt hominibus per angelos manifeſtum eſt, quod angelus poteſt docere hominem, ſicut homo facit, ſed perfectius.

CIRCA prædicta occurrunt [illegible] difficultates. Prima ibi, quod angelus [illegible] primo ſui [illegible]. Hic [illegible] Doct. dicere, quod angelus [illegible] poteſt eſſe cauſa [illegible] intellectionis [illegible] noſtri, [illegible] abſolute intelligendo. [illegible] pluribus [illegible] quia [illegible] 3. quæſt. [illegible] probat, quod [illegible] ab [illegible], & intellectu cauſatur [illegible] ſpecialiter [illegible] experitur [illegible], quod [illegible] cognitionem [illegible] continet [illegible]. [illegible] quod intellectus angeli [illegible] intelligibili [illegible], de quo loquitur, cauſat cogitationem illius [illegible].

An Angelus poſſit eſſe [illegible] deationis.

¶ [illegible] intelligi [illegible] angelus poteſt cauſare [illegible] poteſt [illegible] intellectu [illegible] proportionem, & [illegible] poteſt cauſare [illegible] obiectum [illegible] continet [illegible] recipiendi [illegible] cauſare [illegible] diſpoſitiue, & proportionato. [illegible] angelus non continet [illegible] obiectũ [illegible] cauſa [illegible] cognitionis illius, nec reſpectu [illegible] intellectus [illegible]. Non intendit ergo Doc. abſolutè, quod intellectus angeli poſſit eſſe cauſa [illegible] reſpectu [illegible] cauſandæ in intellectu humano.

¶ [illegible] quæritur quomodo angelus poteſt docere hominem de aliquo ignoto, & dicit Doct. quod [illegible] modo quo homo docet alium hominem, [illegible] angelus, perfectius tamen, [illegible] patet, quia ſicut homo poteſt docere alium hominem, [illegible] do terminos prius notos [illegible] homini, [illegible] homo, qui dicatur [illegible] cognoſcit hominem [illegible] animal rationale & riſibilitatem, [illegible] eſſe riſibilem, [illegible] homo docens proponit ſibi illã animal rationale eſt riſibile, [illegible] in ſe cognitionem, in qua cognoſcit iſtã propoſitionẽ, animal rationale eſt riſibile, & quod huic [illegible] propoſuit ſibi aliam, homo eſt animal rationale, tunc cauſat in ſe cognitionem [illegible] propter præmiſſas, docens ergo nihil cauſat in intellectu [illegible], ſed tãtum [illegible] terminos prius notos [illegible] & ſimul a. cauſat in ſe cognitionem [illegible], [illegible] propter præmiſſas, docens ergo nihil cauſat in intellectu [illegible] proponit terminos prius notos ab a. [illegible] cognitionem [illegible] perfectius, quia perfectiori, & clariori modo poteſt proponere.

Quomodo Angelus poſſit docere hominem de aliquo ignoto.

¶ Sed eſt difficultas de aliquo [illegible] non ſunt nota ab ipſo, qui eſt docendus, an ipſe angelus poſſit illum docere. Dico, quod immediate non poteſt cauſare cognitionem terminorum in intellectu humano, ſed ipſos [illegible] ſenſibiles immediate vel immediate ordinare poteſt [illegible] intellectui, ita quod prius [illegible] cauſat deinde intellectui, exemplum, ſi [illegible], puta [illegible] colorem, [illegible] angelus poteſt [illegible] extrinſecus [illegible], & deinde [illegible] tunc, [illegible] color prius [illegible] extrinſecus cauſet viſionem [illegible], & ſpeciem [illegible] cauſata, deinde cauſatur [illegible] ſenſibilis [illegible] colore [illegible] quæ [illegible] phantaſma, tunc ipſum phantaſma, [illegible] ſpeciem intelligibilem ipſius coloris, & angelus poteſt [illegible] concurrere ad [illegible] ſpeciei intelligibilis, vt patet ſupra [illegible]. Hoc ergo modo poteſt docere hominem de terminis prius ignotis, quibus terminis [illegible], ipſe angelus poteſt ordinare proponere [illegible] vel diuidendo, & ſic docere hominem de principijs, & concluſionibus modo prædicto, ſed de terminis, & complexionibus, quæ nullo modo cadunt ſub ſenſu, nec formantur [illegible] nec poſſunt cadere, [illegible] propoſitione. Deus eſt trinus, & vnus, poteſt docere hominem, & [illegible] dicit [illegible] de quibus [illegible] intelligibilis. Dico, quod [illegible] angelus poteſt reuelare intellectui humano [illegible] aliquod [illegible], quomodo ergo reuelauit Deus eſt trinus, & vnus [illegible], quod proponit huiuſmodi [illegible] perfectiori, quam alius homo proponere. Nã intellectus humanus [illegible] poteſt [illegible] omnes conceptus, qui poſſunt [illegible] a ſenſibilibus, vt ens, vnum, bonum, & ſimiliter [illegible] patet in primo, dis. 3. quæſt. 1. [illegible] & deinde [illegible] poteſt [illegible] & poteſt [illegible] ens primum, & ſimiliter poteſt conſiderare Trinum, quia Trinum [illegible] a numero, & continet

Dubium.

Reſponſio.

Nota & bene.

contra-

conſiderat [illegible] perſonam, & [illegible] ocere iſtam, tres perſonas, & huiuſmodi. Poteſt ergo aliquis prædictorum [illegible] docere, & demonſtrare aliqui, quòd eſt aliquòd primum ens, quod eſt vnum in ſe, & ſingulariſſimum, & idem in tribus perſonis, & ſic audiens [illegible] ſuæ voluntatis poteſt aſſentire huic, ita q poteſt in ſe cauſare aſſenſum, quo aſſentiat huic. Sic angelus poteſt docere hominem de iſta propoſitione, q Deus eſt trinus, & vnus, licet perfectius, & clarius, & hoc eſt, quod dicit Doctor in prolo.q.1. q reuelatio de communi lege non fit, niſi de complexis, quorum termini poſſunt haberi via naturali, & virtute [illegible].

Ecce quomodo Lychetus veſte ſoluit omnia argumenta.

¶ Si dicatur, ergo homo naturaliter poteſt cognoſcere illam, Deus eſt trinus, & vnus, cauſando in ſe cognitionem illius, ſi angelus nihil aliud facit, niſi proponendo, vt dixi ſupra. Dico, ſicut dicetur in tertio, [illegible].23.& 14.quæſt. quolib. de fide acquiſita, q aliquis poteſt credere articulis fidei ex puris naturalibus, ſed vel eſt, q niſi iſti articuli fuiſſent prius reuelati homini, qui poſtea docet illos, nunquam aliquis homo ex puris naturalibus acquirere [illegible], & ſimiliter, ſi Deus non reuelaſſet iſta, Deus eſt trinus, & vnus alicui angelo, immediatè cauſando cognitionem illius in illo, tota natura angelica ex ſuis puris naturalibus non potuiſſet attingere huiuſmodi cognitionem, vt patet a Doct. ſupra in hoc ſecundo, di. 3. & quæſt. 14. quolib. Si dicatur, q Doct. videtur ſibi contradicere, quia hic dicit, quòd reuelatio primo fit angelo ſuperiori, & ſuperior reuelat inferiori, & ſic deinceps, & inferior reuelat homini. Et tamen in prolo. q. 1. dicit, q [illegible] diuina aliqn ſupplet vicem obiecti imperfecti, puta q reuelat alicui hanc ppoſitione, Deus eſt trinus, & vnus, & ibi Doct. declarat, quomodo voluntas diuina ſupplet vicem obiecti ſupernaturaliter reſpectu intellectus noſtri. Dico, q nulla eſt contradictio, quia ſi loquamur de lege commune, & de ordine præfixo à diuina uoluntate, quæ ſupplet vicem obiecti ſupernaturaliter mediate, vel immediatè, quia niſi ipſa voluntas diuina primo reuelaret alicui angelo, qui poſtea reuelaret aliis, tota natura [illegible] ex ſua natura non poſſet cognoſcere illud obiectum ſupernaturale de communi lege, reſpectu verò intellectus noſtri ſupplet vicem obiecti ſupernaturalis, mediate tamen, quia mediante angelo, qui prius reuelat. Dico etiam, quòd ipſa poteſt immediatè reuelare, [illegible] voluntas diuina [illegible] ſupra omnem ordinem, & non ſit ſic alligata ordini præfixo, quin [illegible], vt patet ſupra in iſto ſecundo, dist. 7. [illegible] primo dist. 44.

[illegible] diuina [illegible] ordini præfixo.

¶ Ibi. Sed de altera [illegible] quid. ſ. poſſit angelus circa virtutem fantaſticam hominis agere, uel [illegible]. Vtrum poſſit nouum fantaſma cauſare [illegible], vel offerendo nouum [illegible], uel [illegible] fantaſma iam habitum, dubium eſt. Conueniunt tamen omnes [illegible] q fantaſma [illegible] non poteſt [illegible] a obiecto nato cauſare [illegible]. Eſt [illegible], quod fantaſma [illegible] in virtute fantaſtica repræſentatiua ſenſibilis cum conditionibus [illegible], & differt a ſpecie ſenſibili exiſtente in ſenſu exteriori, quæ [illegible] perfectam, [illegible] non [illegible]. Speciem verò ſenſibilis cauſare non poteſt. [illegible] Doctor videtur [illegible].

Quid ſit phantaſma.

¶ Primo, q non poteſt cauſare [illegible] ſenſibilis [illegible] obiecto ſenſibili.

¶ Secundò dicit, q cum obiecto ſenſibili poteſt cauſare [illegible] fantaſtica [illegible].

Dubium.

¶ Ibi circa ſecundum occurrit dubium, quia ſpecies ſenſibilis immediatè cauſatur ab obiecto ſenſibili extra, vt patet a Doct. in primo [illegible], & in quolib. quæſt. 15. [illegible] apponendo auctoritatem Auguſt. de Trin. cap. 2. [illegible] 5. quia dicit, [illegible] ſenſus, quæ [illegible] à ſenſu exponuntur corpore, quod videtur [illegible] Doctor [illegible] Auguſt. ibi accipit viſionem pro ſimilitudine rei, & illa a ſolo corpore extra cauſatur. Si ergo angelus non poteſt partialiter cauſare ſimilitudinem rei ſenſibilis in aliquo ſenſu, ergo nec [illegible] fantaſma, cum tale fantaſma [illegible] ſimilitudo rei ſenſibilis cum conditionibus materialibus.

¶ Dico primo, q expreſſe non habetur à Docto. q angelus partialiter poſſit cauſare fantaſma, ſed q poſſit nouum ſenſibile præſentare alicui ſenſui, quo præſente ſtatim cauſatur ſpecies ſenſibilis in ſenſu exteriori, & poſt in virtute fantaſtica.

Reſponſio.

¶ Dico ſecundo, q & ſi ſenſus exterior nullo modo actiuè concurrat ad cauſandum ſimilitudinem rei ſenſibilis, hoc tamen non debet forte negari ab angelo, quin ſaltem partialiter poſſit concurrere, quia natura nobilior eſt magnificanda, quantum apparentia oſtendunt, uel permittunt.

¶ Dico tertiò, poſito q angelus non poſſit partialiter concurrere ad talem ſimilitudinem extra, non debet fortè negari, q poſito ipſo in ſenſu exteriori, q non poſſit angelus partialiter cauſare fantaſma in virtute fantaſtica concurrente tali ſimilitudine, vt alia cauſa partiali. Sicut enim conceditur, quod quamuis [illegible] pro ſtatu iſto non concurrat actiuè ad ſpeciem ſenſibilem ad extra, nec forte ad fantaſma, tamen intellectus agens cum tali fantaſmate actiuè concurrit ſpeciei intelligibilis, immo ut cauſa magis principalis, ut patet à Doct. in primo, diſtinct. 3. quæſt. 8. & in quolib. quæſt. 15. ſic pariformiter eſſet dicendum de ipſo angelo, reſpectu fantaſmatis, licet iſta requirant prolixiorem tractatum.

Quamuis [illegible] pro ſtatu iſto nõ concurrat ad [illegible] ſenſibilem.

¶ Ibi. De tranſlatione fantaſmatis de uno organo ad organum alterius dubium eſſe videtur. Dicit Doctor hic duo, quòd ſi loquimur de ipſo fantaſmate abſolutè, quod eſt tantum accidens, non poteſt transferri, puta de organo Sortis ad organum Platonis, quia tunc idem accidens numero migraret de ſubiecto in ſubiectum, quod eſt impoſſibile. Secundò dicit, quod ſi loquamur de ſpiritu, uel humore, tenendo, quod ipſum fantaſma habeat pro ſubiecto ſpiritum, uel humorem [illegible], q ſecundum aliquos angelus poteſt transferre de uno organo ad aliud organum, & hanc opinionem videtur Doct. tenere.

¶ Ibi. Et forte dicere [illegible], q tranſlato humore ab organo Sortis, non remaneret in eo fantaſma, quia non eſſet in eadem proportione ad ſuum [illegible], a quo [illegible]. Dicunt enim illi, quod ipſum fantaſma habet proportionem ad ipſum [illegible], dum eſt in Sor. & ipſum conſeruat eum, & ſic quamuis humor poſſit transferri, ut tamen deſinit eſſe in Sor. illud fantaſma ſtatim deſinit eſſe [illegible], [illegible] conſeruatio.

¶ Ibi. Sed [illegible] concludit, quia ſenſus particularis [illegible] in fieri, & non in facto eſſe, [illegible] dicere Doct. quod [illegible] particulari, [illegible] a ſenſibus extra, [illegible] fantaſma in virtute [illegible], & ut [illegible] ſenſu particulari, tamen [illegible] quo [illegible] dependet [illegible] a ſenſu particulari in [illegible]. Et [illegible] per [illegible], quod dicit Doctor in [illegible] diſtin. 2. [illegible] pro [illegible] accipit eſſe, dependens [illegible] agente creato, & pro tempore ſequenti [illegible] dependet

pendet ab ipſo Deo, vide quæſt.4.diſtinctio.2.

Aduerte bene.

¶ Aduerte etiam, quòd aliud eſt loqui de operatione ſenſitiua, vel intellectiua, & aliud de ſpecie intelligibili, & fantaſmate, quia tales operationes tãtum ſunt dum fiunt, & non plus, ſpecies autem intelligibilis, & fantaſma ceſſante cauſatione cauſæ creatæ, habent eſſe permanens. Sed de ſpecie ſenſibili extra, fortè eſt dubiũ, an illa poſſit manere cauſa particulari non conſeruante; de hoc aliàs.

¶ Ibi. Si etiam tranſlatio fieret à Sorte informato fantaſmate manente, negaretur ille, ad cuius organum fieret tranſlatio, poſſe vti tali fantaſmate, quia nullius ſantaſia nata eſt vti fantaſmate, niſi genito à ſenſibili præſente ſuo ſenſui. Hic recitatur alia reſponſio.ſ.poſito, quòd tale fantaſma poſſit transferri de organo Sortis ad organũ Platonis, tamen virtus fantaſtica Platonis nõ poſſet vti tali fantaſmate, ſcilicet cauſando cognitionem rei ſenſibilis, cuius eſt tale fantaſma, quia fantaſia tantum utitur fantaſmate genito à ſenſibili præſente ſuo ſenſui, cum ergo fantaſma tranſlatum in Platone non ſit genitum à virtute fantaſtica Platonis, & à ſenſibili præſente cuius eſt, patet, quia tale ſenſibile eſt tantum præſens Sorti, ſequitur, quòd non poterit uti tali fantaſmate.

¶ Ibi. Sed nec iſta ratio cogit. Hic Doctor oſtendit, quòd non eſt neceſſe ad hoc, ut uirtus fantaſtica utatur aliquo fantaſmate, quòd illud ſit ſimpliciter cauſatum ab aliquo ſenſibili, patet, quia ſi Deus imprimeret cæco nato fantaſma de aliquo colore, poſſet uti eo uigilans ad imaginandum talem colorem, & tamen illud fantaſma nullo modo aſſet cauſatum à ſenſibili. Dato etiam, quòd non poſſit uti fantaſmate, niſi cauſato à ſenſibili, non tamẽ ſequitur, quòd Plato non poſſit uti illo fantaſmate prius cauſato à ſenſibili præſente Sortis, quia & ſi à ſenſibili præſente Sortis dependeat in fieri, non tamen dependet in eſſe, ut dictum eſt ſupra, ſicut quamuis calor exiſtens in ligno quo ad fieri depẽdeat ab igne cauſante, ex quo tamen in eſſe non depẽdet ab igne, poterit tamen lignum uti calore ad calefaciẽdum, ſic in propoſito.

Opinio Egidij.

¶ Ibi. Tertio modo de tranſlatione fantaſmatum in eodem, dicitur ab Egid.quolibet.6. quæſtio.16. quòd angelus poteſt facere motum localem humorum, & ſpirituum, ad quem motum ſequitur tranſpoſitio fantaſmatum, & ordinata immutatio intellectus poſſibilis ab eo. Hæc ratio iſtorum eſt, quia uirtus fantaſtica in Platone, non poteſt uti fantaſmate, niſi genito à ſenſibili præſente, ut dixi ſupra.

¶ Ibi. Sed hoc uidetur difficile ad intelligendũ, non enim quodlibet fantaſma habet ſpiritum, uel humorem pro ſubiecto, quia tot poſſent ſimul fantaſmata eſſe in uirtute fantaſtica, quot eis non poſſent aſſignari propriè ſubiecta, nec etiam motus aliquis localis ſpiritus, uel humorum uidetur facere aliquod fantaſma magis mouere, quàm prius, niſi aliquid faciat circa illud fantaſma per alterationem. Vult dicere Doct. quod ſi angelus poſſet docere hominem cuſtoditum, puta Sortem, in quo ſunt mille fantaſmata, mouendo ſubiecta illorum fantaſmatum in Sorte, ſequeretur, quòd tot eſſent ſubiecta, quot fantaſmata, patet, quia ſi tantum eſſet vnum ſubiectum, non poſſet illud mouere, quin ſimul moueret omnia fantaſmata, & ſic oporteret ipſum docere de omni re, quarum ſunt alia fantaſmata, vel de nulla re docere, patet, quia ſecundum ipſum, mouendo talia fantaſmata docet. Si ergo docet mouendo huiuſmodi fantaſmata ordinatè, ita quòd prius unũ, poſt aliud oportet, ipſum dicere tot eſſe ſubiecta, quot fantaſmata, quod non uidetur. Nec ultra ſequitur, quòd per talem motum localem fantaſmatum, fantaſma magis moueat intellectum, quàm prius, niſi aliquid fiat circa tale fantaſma, puta ipſum alterando, ſcilicet intendendo.

Opinio Scoti.

¶ Ibi. Hoc tandem quarto conceditur. Hic Doctor ponit propriam opinionem, & duo dicit principaliter.

¶ Primum, quòd angelus circa uirtutem fantaſticam poteſt amouere omne impedimentum, puta ſi impedimentum ordinatæ immutationis à fantaſmatibus erat perturbatio ſpirituum, uel humorũ, angelus poteſt illam ſedare, qua ſedata occurrent ordinatæ. Hæc littera poteſt ſic intelligi, videlicet, quantum ad ſpeciem intelligibilem, quia ſi eſſet perturbatio in fantaſmatibus, ita quòd impedirentur à cauſatione ſpeciali ſpeciei intelligibilis, ſi tale impedimentum non amoueretur, ſpecies intelligibilis cauſari non poſſet, quia fantaſma concurrit, ut cauſa partialis, ut patet a Doctore in primo, diſtin.3. quæſt.8.

Improbatio verborum Scoti.

¶ Dico etiam, quòd poſita ſpecie intelligibili in intellectu poſſibili reſpectu intellectus poſſibilis, ſi fantaſma illius rei eſſet impeditum, adhuc impediretur intellectio illius rei, quia oportet intelligentẽ fantaſmata ſpeculari tertio de ani., & ideo Doct. in primo, diſt.3.quæſt.2.dicit, quòd illud fortius mouet intellectum, cuius ſingulare fortius mouet ſenſum, & vide, quæ ibi expoſui. Secundò principaliter dicit, quòd angelus poteſt aliquod operari circa intellectum poſſibilem hominis cuſtoditi, quia poteſt partialiter cauſare ſpeciem intelligibilẽ concurrendo cum intellectu agente hominis cuſtoditi, & cum ipſo fantaſmate, & talis ſpecies intelligibilis ſic cauſata erit perfectior, & non debet intelligi, ꝙ intellectus hominis cuſtoditi, & intellectus angeli ſint duæ cauſæ partiales eſſentialiter ordinatæ, ita ꝙ vna agat in vitute alterius, quia tunc inferior non poſſet cauſare non concurrente ſuperiori, & ſic intellectus agẽs hominis cuſtoditi, cum ſit inferior intellectu angeli cuſtodientis nullo modo poſſet cauſare ſpeciem intelligibilem, concurrente fantaſmate non impedito. Nec ſimiliter debet intelligi, quòd ſint duæ cauſæ partiales alterius, & alterius rationis, licet non eſſentialiter ordinatæ, ſicut ſe habent intellectus, & obiectum reſpectu intellectionis, qa huiuſmodi cauſæ ſic ſe habent, quòd quantuncumque vna augeretur in perfectione, nunquam tamẽ poſſet ſupplere vicẽ alterius, vt ſupra patuit in iſto ſecũdo, diſt.9.& in primo, diſt.3.quæſt.8.& diſt.17. dicerentur ergo ille duæ cauſę eiuſdem rationis ſic intelligendo, quòd quamuis ab vna earum poſſit effectus produci abſolutè, tamen alia concurrente effectus eſſet perfectior eo modo, quo dictũ eſt in primo, diſt.17.de potentia, & habitu.

Mater concurrit quantum adminiſtrationẽ materiæ menſtrualis.

¶ Et ex hoc apparet improbatio illius argumẽti, quod fit contra Doc.in 3.diſt.4. vbi vult quòd mulier concurrat actiuè ad generationem prolis. licèt minus principaliter. vbi ſic arguunt, ponẽdo quòd virtus actiua matris augeatur, ſequitur quòd tantũ poſſet augeri, quòd ipſa ſola poſſet producere prolẽ, non concurrente viro. patet enim, quòd iſti non intelligunt, nec intentionem, nec verba Doct. quia vir & mulier ſic ſunt duæ cauſæ partiales ordinatæ reſpectu ꝓlis, quòd vir eſt cauſa principalis, & mulier minus principalis. Si ergo virtus vnius creſceret, etiam in millecuplo, adhuc eſſet talis cauſa, ꝙ nunquam poſſet ſupplere vicem alterius cauſæ. Dico ergo quòd intellectus angeli non ſic concurrit cum intellectu noſtro, quia tunc vnus intellectus non poſſet cauſare ſpeciem intelligibilẽ ſine alio, vt dictum eſt. Concurrunt ergo ſicut duæ cauſæ eiuſdem

dem rationis, ita quòd ſimul vnitę perfectiorē cauſant effectum, quàm vna earum ſeorſum, ſicut duo calores vniti ſimul perfectiorem cauſant calorem, quàm ſeorſum ſumpti, & ſi vnus calor in duplo augeretur, poſſet ſupplere vicē alterius caloris, ſic etiā intellectus angeli, ſi in perfectione creſceret, poſſet ſupplere vicē intellectus noſtri, quia ipſe ſolus, vnà cum fantaſmate, ita perfectam ſpeciem intelligibilem poſſet cauſare, ſicut modo facit cum intellectu noſtro.

Dubium. ¶Occurrit tamen dubium, ſi intellectus agens ipſius angeli poſſet cauſare ſpeciem intelligibilem cū fantaſmate hominis cuſtoditi, intellectu agente ipſius hominis non concurrente, videtur, quòd ſic, quia ſi intellectus agēs ipſius hominis cuſtoditi hoc poteſt, multo fortius intellectus angeli cuſtodiētis, cum ſit perfectior. *Reſponſio.* Dico, quòd in hoc nullum apparet impoſſibile loquēdo de ſpecie intelligibili alicuius rei imaginabilis, quia & ſi non poſſit cauſare ſpeciem intelligibilem alicuius merè intelligibilis, non negatur tamen quin poſſet cauſare ſpeciem intelligibilem rei imaginabilis, quia hoc non eſſet cōtra ſtatum hominis cuſtoditi. Dico tamen, quòd de facto non cauſat ſpeciem intelligibilem in intellectu poſſibili hominis cuſtoditi, intellectu agente ipſius non concurrente, quia à moto impedimento, intellectus agens hominis de neceſſitate naturæ concurrit.

¶ Dico vltra ad intentionē Doct. quòd non tantum angelus poteſt partialiter cauſare ſpeciem intelligibilem alicuius ſenſibilis, ſed etiam poteſt partialiter cauſare cognitionem abſtractiuā rei, cuius eſt talis ſpecies, ſic, quòd talis intellectio erit perfectior, quàm vt cauſata à ſolo intellectu hominis cuſtoditi, & à ſpecie intelligibili, & pariformiter dicendum eſt de intellectu angeli, & intellectu hominis reſpectu talis intellectionis, ſicut dictum eſt de eis reſpectu ſpeciei intelligibilis.

NVNC ſoluenda ſunt argumenta principalia. Primò arguit Doctor, probando, quòd aliquid poſſit operari immediatè circa intellectum, & uolūtatem hominis cuſtoditi, quia aliter fruſtra cuſtodiret, niſi poſſet ipſum dirigere in actibus humanis, qui primo pertinent ad intellectum, & uoluntatem.

¶Reſpondet Doctor, quòd non fruſtra cuſtodit hominem. Tum quia poteſt ipſum efficacius docere per ſigna ſenſibilia, quàm aliquis homo. Tum etiam quia perfectiorem ſpeciem intelligibilem poteſt cauſare, ut ſupra patet. Tum etiam quia poteſt ipſum à dæmonibus cuſtodire, ſecundum Hieron. in homil. ſuper illud Matth. 18. Angeli eorum ſemper uident.

¶Sed ex dictis occurrit aliqualis difficultas. Si angelus poteſt partialiter cauſare ſpeciem intelligibilem rei ſenſibilis in intellectu poſſibili hominis cuſtoditi, an poſſit etiam cauſare uolitionem in uoluntate hominis cuſtoditi reſpectu alicuius rei ſenſibilis, & uidetur, quòd ſic, quia ſicut ſe habet intellectus hominis cuſtoditi, ut paſſum proportionatum reſpectu ſpeciei intelligibilis rei ſenſibilis, & reſpectu abſtractiuæ intellectionis eiuſdem, ita videtur, quòd uoluntas angeli habeat uoluntatem hominis cuſtoditi, ut paſſum ſibi proportionatum reſpectu uolitionis rei ſenſibilis, & ſic poſſet immediatè cauſare uolitionem alicuius rei ſenſibilis.

¶ Dico, quòd non eſt ſimile de ſpecie intelligibili, & intellectione abſtractiua, & uolitione, quia uoluntas hominis cuſtoditi non uidetur, poſſe immediatè moueri ab alia uoluntate, recipiendo aliquam uolitionem.

¶Dico ſecundò, quòd & ſi angelus poſſet ipſam mouere, non tamen moueret, ut cauſa totalis, reſpectu uolitionis, ſed ipſa uoluntate concurrente. Si etiam tertio concedatur, quòd poſſet ipſam mouere, ut totalis cauſa, reſpectu alicuius uolitionis ſenſibilis, non autem reſpectu uolitionis alicuius merè intelligibilis, fortè nullum apparet impoſſibile. Iſta tamen dicantur ut dubia.

¶Secundò principaliter arguit Doctor, quia actiuum, quod poteſt aliquid cauſare in paſſiuo excellentiori, poteſt etiam cauſare in paſſiuo minus excellenti, ſed ex diſtinctione nona, angelus poteſt effectiuè aliquid cauſare in intellectu alterius angeli, ergo & in intellectu alterius hominis cuſtoditi. Tum quia omne agens habens actum primum poteſt cauſare actum ſecundum in quocunque receptiuo, per hoc enim probatum eſt diſtinctione 9. Angelus autem actu cognoſcens, eſt habens actum primum, & intellectus noſter eſt in potentia ad actum ſecundum ergo.

¶Ad ſecundū conſequentia non ualet, quia iſtud paſſum inferius non eſt capax pro ſtatu iſto ab illo agente, & hoc quia paſſiuum eſt impeditum pro ſtatu iſto, ne aliquid recipiat, unde iſta impotentia non eſt ex defectu potentiæ actiuæ angeli, uel ex impotentia uirtutis paſſiuæ intellectus noſtri abſolutè in recipiendo, ſed ex impedimento pro ſtatu iſto.

¶ Per hoc patet ad utranque probationem conſequentiæ. Actiuum enim poteſt agere in paſſum, quando non eſt impeditum à receptione formæ, ad quam agit tale agens, ſed dum eſt impeditum, non poteſt agere potentia propinqua, licet poſſit agere potentia remota.

¶Et ſi dicas, tunc non poteſt Deus pro ſtatu iſto immediatè agere in intellectum noſtrum ſine fantaſmate.

¶ Dico, quòd conſequentia non ualet, quia illud impedimentum pro ſtatu iſto, ſcilicet ordo inter potentias inferiores ſubeſt cauſalitati Dei, non autem cauſalitati alicuius creaturæ, & ideo cuilibet creaturæ, quæ præſupponit iſtum ordinem, eſt impedimentum, non autem Deo, uel ad Deum, qui eſt ſupra iſtum ordinem.

¶ Arguit tertio Doctor ſic. Senſibile poteſt immediatè aliquid agere in intellectum noſtrum, ſicut patet de fantaſmate, quod poteſt immediatè (partialiter tamen) cauſare ſpeciem intelligibilem, & multo magis illud, quod eſt actu intelligibile, quale eſt illud, quod eſt in intellectu angeli.

¶Reſpondet Doctor, quòd ſenſibilia poſſunt immutare intellectum pro ſtatu iſto, non autem merè intelligibilia, non quia illa non ſint actiua, nec quia intellectus noſter non eſt paſſiuus reſpectu eorum abſolutè, ſed quia pro ſtatu iſto impeditur, ne patiatur, uel recipiat a talibus immediatè, amoto autem tali impedimento, tunc recipit, ſicut eſt in beatitudine, tunc enim loquetur angelus homini beato, & homo beatus homini alij beato, ſicut dictum eſt, prius angelum loqui intellectualiter angelo, quia tunc ſecundū promiſſum Saluatoris in Matth. erimus ſicut angeli Dei, cui laus, & gloria, &c. *Senſibilia poſſunt immutare intellectum.*

¶Et ex hoc patet, quare Doctor non poteſt cauſare ſcientiam in diſcipulo, non propter defectum uirtutis actiuæ in ſcientia docentis, ſed propter capacitatem intellectus diſcipuli pro ſtatu iſto, pro quo habet impedimentum, ne ſic immutetur, quia pro ſtatu iſto determinatur ad fantaſmata, ſicut ad ipſum immutantia, ſicut dictum eſt, &c.

Diſt.

Diſt. XII. Quæſtio Prima.

Vtrum in ſubſtantia generabili, & corruptibili ſit aliqua entitas poſitiua realiter diſtincta à forma.

Scotus 2. ſenten. diſt. 12. quæſt. 1.
Riccardus quolib. 4. quæſt. 1. artic. 1.

CIRCA duodecimam diſtinctioné, in qua magiſter agit de creatura purè corporali. Quæritur primò. Vtrum in ſubſtantia generabili, & corruptibili ſit aliqua entitas poſitiua realiter diſtincta à forma.

¶Ibi. Hic dicit vna opin. Hic Doctor primò recitat duas opiniones Prima eſt Riccardi de media villa, quolib. 4. q. 5. artic. 1. Alia eſt Alberti Magni, *Vide ad hoc 22. diſt. 3.* quæ duæ opiniones tantum nomine videntur differre, vtraque enim conuenit in hoc, quòd in generabili, & corruptibili eſt tantum vna realitas poſitiua, ſed vna dicit, quòd illa entitas eſt materia. Alia verò dicit, quòd eſt forma. Prima enim dicit, ꝙ in ſubſtantia generabili, puta in igne nihil aliud eſt realiter, niſi ipſa materia, ita quòd ſecũdum perfectum materiæ dicitur alia, & alia ſubſtantia naturalis, nam vt eſt aſinus dicitur materia perfectior, vt verò eſt ignis dicitur materia imperfectior, ita quòd vt eſt aſinus, nihil ſibi extrinſecum aduenit, *Exemplum.* ſed intrinſecè dicitur aſinus. Et ponunt exemplum de quantitate interminata, quæ non dicitur terminari per aliquid extrinſecum, ſed per aliquid intrinſecum, puta per puncta ſi eſt linea, quæ ſunt intrinſeca ipſi lineæ. Alia opin. dicit idem ſimpliciter in re. Vult enim, quòd ipſa materia vt aliter, & aliter terminatur, dicatur terminus generationis, ſi enim materia a. ſic perficit in entitate, quòd dicatur lapis, tunc ipſa, vt ſic terminata dicitur terminus generationis, vt verò alio modo terminatur, puta ꝙ dicatur aſinus, ipſa dicitur alius terminus generationis, ſic tamen, ꝙ terminus generationis in re nihil aliud eſt, niſi eadẽ materia ſic, vel ſic terminata, & vt terminus generationis dicitur forma, & ſic iſtæ duæ opin. volunt, ꝙ in compoſito generabili, & corruptibili nihil ſit realiter, niſi ipſa materia, quæ ſecundum aliam, & aliam terminationem dicitur aliud, & aliud compoſitum. Et ſi diceretur eis, nonne in compoſito naturali ſubſtantiali eſt forma realiter diſtincta à materia, dicerent quòd non, ſed quòd ipſa materia, ſecundum quod aliter, & aliter proficit, quodammodo poteſt dici ſuſcipere aliam & aliam formam, non quòd in re ſit alia, & alia forma, ſed tantum eſt ibi entitas materiæ.

¶Ibi. Poſitio iſta non videtur rationabilis, nec videtur eſſe ſecundum mentem philoſophi. Arguo enim ſic. In generatione naturali ſecundum philoſophum primo de gener. tex. comm. 23. ſemper aliquid corrumpitur, & aliquid generatur, vbi facit differẽtiam inter generationem, & corruptionem. Circa finem ſic dicit. Quando autem totum tranſmutatur non manente aliquo ſenſibili, vt ſubiecto eodem, ſed quaſi ex ſemine toto ſanguis, aut ex aqua aer, aut ex aere omni aqua generatio iam hoc tale, huiuſmodi autem corruptio, hæc ille. Vbi vult expreſsè, ꝙ quando ex aqua fit aer aliquid, quod erat aquæ, corrumpitur, & generatur forma aeris, quæ recipitur in materia ipſius aquæ, vt patet ibi de differentia ſubiecti alterationis, & tranſmutationis, vbi Commentator ſic dicit. Alteratio igitur eſt, cum ſubiectum fuerit aliquid in actu, & fuerit trãſmutatum in aliqua ſpecie qualitatis, verbi gratia, ꝙ idem corpus aliquando ſanatur, aliquando infirmatur, permanendo idem, tranſmutatio autem in ſubſtantia eſt, cum nihil in actu remanſerit ex illo, ex quo eſt tranſmutatio, quòd ſit ſubiectum illius rei, quæ in eo ſit eſſentialiter, & non accidentaliter, hæc ille. Vbi uult expreſsè, quòd in tranſmutatione ſubſtantiali nõ maneat ſubiectum compoſitum ex materia, & forma, ut cum ex aqua fit aer, quòd maneat ipſa materia, vt etiam patet in tex. ſequenti. Sequitur. Sed tunc accipit philoſophus, quòd in generatione ex oppoſito fit oppoſitum, ut patet primo de generatione. tex. commen. 24. non quòd oppoſitum maneat, ſed aliquid commune vtrique termino, quod uult eſſe materiam, quæ non poteſt eſſe idem cum aliquo oppoſitorum, quia vnum oppoſitorum non manet cum alio, vnde Ariſt. tex. commen. 24. ſic ait. Eſt autem hyale maximè ſubiectum quidem propriũ generationis, & corruptionis ſuſceptibile, hæc ille. Et ibi Commentator in fine commenti. Nihil (inquit) remanet in ea ſupplè tranſmutatione ſubſtantiali, ꝙ ſit ſubiectum eſſentialiter ei, in quod eſt tranſmutatio, & principaliter materia eſt ſubiectum illius trãſmutationis, ſubiectum autem aliarum tranſmutationum non dicitur materia, niſi ſecundum poſterius, hæc ille. Iſtis præmiſſis patet ratio Doct. per exemplum. Po- *Exemplum.* no, quòd ignis a. agat in aerem b. quæ ſunt oppoſita ſaltem uirtualiter, dicimus, quòd ignis generatur ex aere, tanquam ex oppoſito, quia actione ſua corrumpit formam aeris, & in materia, quæ erat ſub forma aeris, producit formam ignis, & ſic ipſa materia, quæ prius erat ſub forma aeris, fit ſub forma ignis, & ſic patet, quando oppoſitum generatur ex oppoſito, quòd remanet eadem materia communis, & quando oppoſitum generatur ex oppoſito, illud oppoſitum, ex quo generatur aliud oppoſitũ, non remanet in compoſito genito, patet, quia aer, ex quo generatur ignis, non remanet in ipſo igne. Si igitur aer tantum realiter includeret ipſam materiam, & tantum eſſet materia per te, ſequeretur, ꝙ aer remaneret in igne genito, cum materia maneat eadem in genito, & corrupto, ſequeretur etiam, quòd ignis non poterit generari ex aere, quia oporteret ponere aliquid corrumpi in eo, cum generatio vnius ſit corruptio alterius, illud autem non eſſet materia, igitur eſſet aliqua entitas altera à materia, patet etiam quomodo materia non ſit eadem realiter alicui oppoſito, quia ſi materia aeris eſſet idem realiter formæ aeris, non poſſet fieri ſub forma ignis, quia tunc ſimul eſſet ſub duobus oppoſitis.

¶Ibi. Sed reſpondetur, quòd agens naturale requirit aliquid in quod agat, & hoc eſt terminus corrumpendus. Vt clarius intelligatur iſta reſponſio pono caſum. Si ignis a. vult producere alium ignẽ, puta b. non poteſt producere ipſum b. niſi agat in aliquod oppoſitum, puta aerem corrumpendo illum, & dicatur c. a. ergo non poteſt producere b. niſi agat in c. corrumpendo illud, & ſic concedunt, quòd vnum oppoſitum ſit aliud, ideſt quòd b. ſit ipſum c. nam corrupto ipſo c. per actionem a. ſtatim fit ipſum b. & non ſequitur ex hoc, quòd aliquid ipſius c. remaneat commune c. & b. ſed totum ipſum c. dicitur corrumpi per ipſum b. & hæc videtur mens Ariſtot. primo de generatione, tex. commen. 10. & 23. vbi diſtinguit generationem ab alteratione, quia in generatione totum tranſit in totum, ideſt quòd corrumpendo, totum corrumpitur, & generando, totum generatur, in alteratione verò non, quia totum non tranſit in totum, puta quando album fit nigrum,

quia remanet ſubiectum commune tam albedini, quàm nigredini, & ſic quando dicimus album fit nigrum, tantum albedo corrumpitur, & remanet ſubiectum, & generatur nigredo in eodem ſubiecto.

¶ Sequitur contra. Hic Doctor arguit contra illud, quod dicunt, ſcilicet quòd agens naturale, puta ignis a. non poteſt producere ignem b. niſi agat in aerem, tanquam in oppoſitum, corrumpendo ipſum, & ratio ſtat in hoc, quia ex quo ignis per abſentiam ipſius aeris contrarij magis fortificatur ad agendum, quàm per præſentiam ipſius aeris, patet, quia virtus agendo in contrarium magis debilitatur, cum agendo repatiatur: ergo ſi ignis a. poteſt producere ipſum ignem b. agendo in ipſum contrarium, puta in c. & virtus illa magis vigoratur per abſentiam contrarij. Si ergo de neceſſitate requiritur ipſum c. tanquam oppoſitum in quod agat, non requiritur propter rationem ignis, cum per illud oppoſitum illa actio magis debilitetur, ergo propter aliquid aliud requiritur, & non propter aliud, niſi quia ignis a. non poteſt producere formam ignis, niſi in aliqua materia, quæ ſit pars intrinſeca compoſiti generandi; illa autem materia non poteſt eſſe materia ignis generantis, quia tunc duæ formæ ſubſtantiales ignis eſſent in eadem materia, ergo oportet, quòd ſi materia compoſiti corrumpendi, ita quòd ignis a. non requirit aerem ad producendum ignem b. propter materiam ipſius aeris, quia expellit formam ſubſtantialem aeris, & in eadem materia producit formam ignis.

¶ Ibi. Præterea ſecundo ſic. Secundò Doct. arguit ad principale intentum, probando, quòd in ſubſtantia generabili eſt aliqua alia res à materia, quæ probatio fundatur ſuper auctoritatem philoſophi ſeptimo metaphyſicorum. capit. quinto, tex. commen. vigeſimoſecundo. Omnia (inquit) quæ fiunt, aut à natura, aut ab arte, habent materiam: poſſibile enim & eſſe, & non eſſe eorum quodlibet. hoc autem eſt, quòd in vnoquoque materia, &c. Vbi habetur, quòd aliqua ſubſtantia eſt corruptibilis per aliquid intrinſecum ſibi ſecundum aliam tranſlationem ſic dicitur, omnia quæ ſunt, aut à natura, aut artificio habent materiam, quodlibet enim habet potentiam ad eſſe, & non eſſe, & hæc in quolibet eſt materia: hæc ille. Ibi Comm. Quodlibet enim, &c. id eſt in quolibet enim eorum inuenitur aliquid, quod poteſt recipere formam naturalem, aut artificialem, aut non recipere, & quod eſt tale, dicitur materia, & eſt illud, ex quo eſt natura totius: hæc ille. Ex quo apparet, quòd corruptio compoſiti eſt per materiam. *Corruptio compoſiti eſt per materiam.* Ratio ergo Doctoris ſtat in hoc, quia aliqua ſubſtantia naturalis eſt corruptibilis per aliquid ſibi intrinſecum, ſed nulla forma ſimpliciter eſt corruptibilis per aliquid intrinſecum ſibi, quia tunc idem omnino ſimpliciter, ageret in ſeipſum, corrumpendo ſe, quod eſt falſum. ergo ſi talis ſubſtantia eſt corruptibilis per aliquid intrinſecum, illud erit materia, quæ eſt cauſa corruptionis intrinſeca, & ſic in tali compoſito erit aliquid intrinſecum aliud à materia.

¶ Aduerte tamen de corruptione intrinſeca. Nam aliquando eſt corruptio intrinſeca in aliquo viuente per actionem vnius partis organicæ in aliā partem organicam, vt patet infra diſtinctione 19. Aliquando eſt corruptio intrinſeca per defectum alicuius neceſſarij, puta per defectum alimenti, ſequitur corruptio intrinſeca viuentis, vt patet à Doctore ſupra. Et de iſtis corruptionibus non intendit hic Doctor. Aliquando fit corruptio intrinſeca compoſiti, quia vna pars compoſiti appetit eſſe ſub alia forma, ſicut materia exiſtens ſub vna forma appetit eſſe ſub alia, & hoc eſt quod dicitur, quòd materia inclinatur in malum, ſed ex ſe non poteſt fieri ſub alia forma, per rationem aliquam ſibi intrinſecam, ſed per agens extrinſecum corrumpens formam, ſub qua eſt, & generans aliam, & hoc modo intelligit hic Doctor, quòd ipſa materia eſt cauſa corruptionis intrinſeca, ſed ſi eſt cauſa corruptionis compoſiti, & ipſa eſt incorruptibilis, ſequitur, quòd erit alia entitas in compoſito præter materiam, quæ erit corruptibilis, & illud erit forma.

¶ Occurrit difficultas in hoc, quod dicit Doct. *Dubium.* quòd materia eſt cauſa corruptionis, quia in hoc videtur ſibi contradicere. Nam in quarto, diſtinctio. 43. expreſsè dicit, quòd forma eſt magis cauſa intrinſeca compoſiti, quàm ipſa materia, quia ex quo forma dat magis eſſe compoſito. Sequitur, quòd per remotionem ipſius ſit magis cauſa corruptionis compoſiti.

¶ Dico, quòd nulla eſt contradictio, quia aliter, *Reſponſio.* & aliter hic, & ibi loquitur. Nam hic loquitur, quòd materia eſt cauſa intrinſeca corruptionis cōpoſiti, quia poteſt fieri ſub alia, & alia forma, & naturaliter appetit eſſe aliquando ſub vna, & aliquando eſſe ſub alia, & quia non poteſt eſſe ſub alia, niſi per corruptionem alterius, ideo hic ponitur cauſa corruptionis. Ibi autem loquitur de corruptione abſolutè, quia tunc compoſitum, ſimpliciter dicitur magis non eſſe, per corruptionem formæ, quàm per ſeparationem materiæ, quia ipſa forma magis dat eſſe in compoſito.

¶ Ibi. Dices, quòd ideo eſt corruptibilis, quia habet contrarium, ſed hoc non valet, quia non habet contrarium alicui, ratione cuius ſit corruptibile, niſi quia habet aliquid intrinſecum, ratione cuius habet poſſe non eſſe, quia ſcilicet per hoc poteſt recipere ſuum contrarium. Et hoc inſinuat philoſophus dicens ibi, quòd materia eſt illud, quo res poteſt eſſe, & non eſſe, & ratio eſt, quia eſt capax alicuius formæ, quam non habet, quæ opponitur illi ſub quo eſt, nam vt eſt ſub forma aquæ eſt capax formæ ignis, quæ forma aquæ opponitur formæ ignis, ſed materia nulli formæ opponitur.

¶ Ibi. Præterea, ſi materia non eſt diſtincta à forma, non eſt poſſibilis aliqua mutatio ſubſtantialis. Probo per philoſophum quinto phyſicorum. tex. commen. 7. vbi ſic habetur. Omnis (inquit) mutatio eſt à quodam, &c. Et infra. Aut enim ex ſubiecto in ſubiectum, aut ex ſubiecto in non ſubiectum, aut ex non ſubiecto in ſubiectum, aut ex nō ſubiecto in non ſubiectum. Dico autem ſubiectum ex affirmatione mōſtratum, quia neceſſe eſt ex his, quæ dicta ſunt, tres eſſe mutationes, ſcilicet ex ſubiecto in ſubiectum, & ex ſubiecto in non ſubiectum, & ex non ſubiecto in ſubiectum, quæ enim eſt ex non ſubiecto in non ſubiectum, non eſt mutatio, hæc ille. *Tres ſunt mutationes.* Prima mutatio eſt tantum ſecundum accidens, puta alteratio. Secunda dicitur corruptio, & tertia dicitur generatio, vt ipſe exponit in tex. Pro intelligentia huius rationis eſt notandum, quòd hic accipitur ſubiectum pro compoſito naturali, non ſubiectum autem pro materia prima, quæ non eſt compoſitum naturale, & quando dicitur, quòd mutatio fit de non ſubiecto in ſubiectum, ſic debet intelligi, quòd fit de non ente completo in ens completum, quare mutatio huius eſt generatio, quæ eſt de non ente completo, ſiuè compoſito in ens completum, & compoſitum, & tali generationi nihil ſubiicitur, niſi materia, quæ eſt altera pars compoſiti ſubſtantialis. Et quando fit mutatio de ſubiecto in non ſubiectum,

ctum, eſt corruptio, quæ fit ab ente compoſito; ſiuè completo in nō ens completum, quia corruptio ſubſtantialis vltimo reſoluitur in materiam, & ſic illa materia eſt ſubiectum corruptionis: materia ergo mutatur, quia aliquando eàdem materia, quæ eſt ſubiectum generationis, fit ſubiectū corruptionis, deperdendo formam quam habet: mutatio verò, quæ eſt de ſubiecto in ſubiectum, eſt mutatio accidentalis, ut alteratio, ſicut dicimus, quòd album fit nigrum, ſubiectum enim albedinis mutatur in nigredinem, quia tunc fit ſubiectum nigredinis, mutatio verò facta à non ſubiecto in non ſubiectum, eſt ſimpliciter impoſſibilis, vt patet in textu philoſophi, & hoc magis patet à Docto. in quarto, diſtinctione prima, quæſtio. 6. vbi oſtendit præteritum non præteriſſe eſſe impoſſibile.

¶ Nunc ad propoſitum arguitur, cum in mutatione de neceſſitate ſit aliquid, quod aliter ſe habeat nunc, quàm prius, vt expoſitum eſt ſupra diſtin. 2. quæſtio. 4. & generatio naturalis ſit quædam mutatio, ſequitur, quòd in tali generatione ſubiiciatur aliquid, quod nunc aliter ſe habeat, quàm prius: hoc autem non poteſt eſſe, niſi illud tranſeat à priuatione ad habitum, quia ſi ante generationem, puta ignis materia non erat ſubiectum generationis ignis, & nunc fit ſubiectum generationis ignis: ergo nunc recipit aliquid, quod prius non habuit pertinens ad generationem naturalem, illud autem receptum non eſt ipſa materia, cum nihil idem recipiat ſeipſum, nec pars ipſius materiæ, quia tunc vna pars eſſet receptiua alterius partis eiuſdem rationis, quod eſt falſum, nec aliquid, quod eſt eiuſdem rationis, poteſt mutari ad aliquid eiuſdem rationis: Sequitur igitur, quòd ipſa materia, quæ reſpectu generationis ignis aliter ſe habet, quàm prius ſit aliquid ab ipſa forma recepta pertinente ad generationem ignis, & illa erit forma naturalis realiter diſtincta ab ipſa materia, quia propriè inter recipiens, & receptum eſt realis diſtinctio.

¶Ibi. Et ſi dicas, quòd ignis, qui generatur, vel corrumpitur, aliter ſe habet, non valet, quia nihil ignis manet: ergo nec ignis aliter ſe habet, quia aliter ſe habere eſt conditio entis, vt patet quarto metaphyſicorum, tex. commen. 21. & per conſequens patet, quòd in omni mutatione ſemper aliquid ſubiicitur.

¶Ibi. Et ſi dicas. Quare non poteſt conuerti totum in totum. Dico, quòd hoc bene poteſt fieri, ſed non generando, ſed magis tranſubſtantiando, ſicut panis conuertitur in corpus Chriſti, & iſta conuerſio non eſt mutatio, de qua in propoſito, vt patet in quarto, diſt. 10.

¶Ibi. Et tunc reſpondeo ad auctoritatem, quæ eſt vocalis, cum dicitur: Generatio eſt mutatio totius in totum, vt patet primo de generatione tex. commen. 10. tranſmutatur (inquit) hoc in hoc totum. Et ibi Comm. Generatio ſimpliciter eſt tranſmutatio rei ſecundum totum ex hoc in hoc, vt hæc aqua in hunc aerem. Hoc quidem patet tex. commē. 23.

Vide optimam reſpōſionem ad auctoritatē Ariſt.

¶ Reſpondendo Doct. ad hanc auctoritatē dicit, ꝙ in aliis mutationibus extra ſubſtantiam non eſt mutatio totius in totum, quia ibi non eſt propriè aliquod totum, tamen eo modo quo eſt ibi totum quaſi per accidens, & quadam aggregatione, eo modo eſt ibi mutatio totius in totum. Vnde philoſophus in ſeptimo metaphyſicorum. tex. commē. 32. dicit, ꝙ non generatur albedo, ſed lignum album, nō enim (inquit) fit quale, ſed quale lignum, neque quantum, ſed quantum lignum, hæc ille. Tamen lignum album non eſt verè totum, niſi ſecundū quid. Stat ergo ratio Docto. in hoc, ꝙ loquendo de toto propriè, & per ſe, quod eſt compoſitum ex materia, & forma. Dicit, quòd totum, puta ignis, qui dicatur a. conuertitur in totum, puta in aerem, qui dicatur b. poteſt dupliciter intelligi, vel quantum ad entitatem tertiam reſultantem ex partibus eſſentialibus, de qua Doct. in tertio, diſt. 2. & ſic vnum totum poteſt conuerti in aliud, vt quando a. conuertitur in b. ideſt ꝙ tertia entitas a. quæ vocatur totum reſultans corrumpitur, & b. ideſt illa tertia entitas illius b. verè generatur, quòd nihil aliud eſt, niſi ꝙ in eodem inſtanti, quo forma partis ignis deſinit eſſe, & per conſequens illa tertia entitas ignis corrumpitur, in materia ignis per agens extrinſecum fit forma aeris, ex qua forma, & materia reſultat tertia entitas aeris, quæ propriè generatur, & hoc modo totum conuertitur in totum. Si verò intelligatur totum conuerti in totum quantum ad omnes partes totius, puta quòd ignis a. ſecundum partes eſſentiales conuertatur in aerem b. ita quòd in eodem inſtanti, quo b. generatur tam materia, quàm forma ignis deſinant eſſe, & hic ſenſus eſt falſus, quia tunc nō ſolum forma totius defineret eſſe, ſed etiam materia ipſius, & ſi agens naturale ſic conuerteret, tūc de neceſſitate corrumperet materiā, quæ eſt ſimpliciter incorruptibilis per agens naturale, non enim poſſet ipſam corrumpere, niſi anihilaret, quod eſt impoſſibile agenti naturali, tāta enim virtus requiritur in anihilando, quanta in creando, vt patet à Doct. in quarto, diſt. 1. q. 1. & diſtin. 16. q. 2. Si etiam loquatur de toto in totum. ſ. de toto per accidens, quia in tali toto non eſt propriè tertia entitas abſoluta realiter diſtincta à ſubiecto, & accidente, tamē eo modo quo eſt totum, poſſumus dicere pariformiter, quòd totum conuertitur in totum, puta hoc totum album conuertitur in hoc totum nigrum, ita quòd hoc totum album deſinit eſſe album, & remanet ſubiectum, & fit nigrum, quia cum nigredo informat ſubiectum, ſtatim ſuo modo reſultat nigrum, non poteſt autem totum per accidens conuerti in aliud totum ſecundum omnes ſuas partes. Propoſitio ergo philoſophi intelligenda eſt de toto per ſe, & primo modo. Et dicitur conuerti totum in totum cathegoreumaticè, ideſt ſecundum tertiam entitatem, quæ dicitur entitas totius, non autem ſincathegoreumaticè, ideſt ſecundum omnes partes, quæ diſtinctio patet à Doctore in quarto, diſtinct. 11.

Quomodo ſit intelligēda auctoritas Ariſt.

¶ Ibi. Item in omni genere eſt reperire per ſe ordinem, & ſtatum, ſecundo metaphyſicorum. tex. commen. 6. ſicut patet in genere cauſæ efficientis. Hic redit ad principale intentum, probando, quòd in compoſito ſubſtantiali eſt aliqua entitas realiter diſtincta à materia pertinens ad eſſe compoſiti. Et probatio ſtat in hoc, quia ſicut in omni genere deueniendum eſt ad vnum primum, cum nō ſit procedere in infinitum, vt patet per philoſophum vbi ſupra. Sequitur, quòd in genere receptiuorum ſit deueniendum ad aliquod receptiuum, quod ita ſit in ſe receptiuum, quòd nullo modo nec in ſe, nec aliquid ipſius ſit receptum, quia tunc non eſſet ſimpliciter receptiuum, cum illud ſit ſimpliciter materia prima: cum ergo primum receptiuum ſit de neceſſitate ad primum actum receptum, ille autem actus ſimpliciter primus erit forma ſubſtantialis, & realiter diſtincta ab ipſo receptiuo, quia recipiēs realiter diſtinguitur à recepto, cum ergo in ſubſtantia generabili ſit recipiens, & receptum, ſequitur, quòd ibi erit aliqua entitas realiter diſtincta à mataria, aliter ſequeretur, quòd nulla eſſet ſubſtantia generabilis verè compoſita, ſed tantum ſimplex, quod eſt inconueniens.

Quatuor ſunt cauſæ rerum naturalium.

¶Ibi. Præterea. Aliquod cauſatum eſt cauſatum à quatuor cauſis. Iſta ratio ſtat in hoc, quòd ex quo

cauſatum realiter diſtinguitur à qualibet ſui cauſa tam extrinſeca, quàm intrinſeca, vt patet à Docto. in tertio, diſtinctione ſecunda. & quatuor aſſignantur cauſæ rerum naturalium, duæ extrinſecæ, ſcilicet efficiens, & finis, & duæ intrinſecæ, ſcilicet materia, & forma: cum ergo materia, & forma ſint duæ cauſæ intrinſecæ entis naturalis, ſequitur, quòd in tali ente ſint duę entitates realiter diſtinctę per ſe inuicem.

Secūdo phy. contex. 27.

¶Ibi. Præterea ſubſtantia per ſe exiſtens diuiditur per ſubſtantiam ſimplicem, & compoſitam, ſed cōpoſita non poteſt eſſe per ſe diuiſa contra ſimplicē, niſi habeat partes realiter differentes, & realitatem diſtinctam à forma.

¶Præterea Auguſt. libro confeſſionum. Duo feciſti domine, vnum prope te, & aliud prope nihil, quod vocat materiam, forma autem non poteſt eſſe prope nihil.

¶Ibi. Præterea Auguſt. probat ibi materiam eſſe per mutationem, quia oportet aliquid moueri, ſicut dicit philoſophus, propter quod dicit Comm. quarto phyſicorum, commen. 38. quòd tranſmutatio fecit ſcire materiam, & hoc oſtendit per ſimile de aliis tranſmutationibus.

¶Ibi. Ad rationes pro opinione. dicit Doctor, quòd ſi forma ſubſtantialis non eſſet, niſi gradus intrinſecus materiæ ſequeretur, tunc quod per illos gradus generabilia nō diſtinguerentur ſpecie, quia iſti gradus ſunt eſſentialiter idem tertio, ſcilicet materiæ, nec eſt alterius rationis ſecundum illos gradus, immò nec diſtinguerentur realiter, cum ſint idem realiter materiæ: ergo inter ſe erunt idem realiter.

¶Ibi. Præterea certum eſt, ꝙ anima intellectiua non poteſt eſſe gradus intrinſecus materiæ, quia ipſa eſt terminus creationis.

Quale ſit ens materia.

IBI. Eſt igitur videndum primò quale ens eſt materia. Hic Doctor diſtinguit de potentia, quia aliquando dicitur eſſe in potentia ſubiectiua, & aliquando in potentia obiectiua, & iſta duo ſunt eadem potentia, maximè in compoſito, quia omne illud, quod eſt in potentia ſubiectiua, ideſt quod habet materiam, ut partem ſui, & ut ſubiectum generationis, eſt etiam in potentia obiectiua, quia illud tale, quod habet materiam, ut partem ſui, & ut ſubiectum generationis reſpicit aliquod agens extremum producēs ipſum, ut terminum generationis, & ſic idem, puta ignis, ut comparatur ad agens, dicitur in potentia obiectiua, quia eſt obiectum potentiæ productiuæ, ad quod terminatur talis potētia productiua, producendo illud in tali eſſe, ut uerò comparatur ad materiam, quæ eſt pars illius, & receptiua formæ ſubſtantialis dicitur in potentia ſubiectiua. Si verò eſt aliquod purè creabile, quod non habeat materiam, ut partem ſui, ut angelus, & anima, & materia prima dicitur ſolum in potentia obiectiua, quia tantum eſt terminus potentiæ productiuæ. Aliquando etiam accipitur potentia ſubiectiua pro omni eo, quod habet eſſe reale extra ſuam cauſam productiuā illius, & potentia obiectiua pro omni eo, quod habet eſſe poſſibile. Hic autem vult Doctor, quòd materia prima ſit in potentia obiectiua, vt reſpicit cauſam productiuā illius. ut uerò habet eſſe productum extra ſuam cauſam dicitur potentia ſubiectiua, poteſt etiam dici potentia ſubiectiua, non ex hoc, quòd habeat aliquam materiam partem ſui, ſicut cōpoſitum, ſed ex hoc, quòd eſt pars ſubiectiua in compoſito ſubſtantiali merè receptiua formæ partis conſtituentis ipſum compoſitum in eſſe formali, & ſpecifico.

Potentia duplex.

Aliquid poteſt eſſe in potentia dupliciter.

¶Expono tamen hāc litteram, cum dicit, aliquid enim poteſt eſſe in potentia dupliciter. Vno modo, ut terminus, & tale dicitur in potentia obiectiua, qu ia ut ſic terminat potentiam productiuam. Alio modo, ut ſubiectum, quod eſt in potentia ad terminum, & ſic ignis, ut comparatur ad materiā, quæ eſt ſubiectum formæ partis, & receptiua formæ, quæ eſt terminus productionis, & ſic dicitur in potentia ſubiectiua. Sequitur. Et fortè eſt eadem potentia, quia nullum compoſitum eſt in potentia ſubiectiua, quin ſit in potentia obiectiua, nec econtra, quia idem ignis, ut reſpicit potētiam producentem dicitur in potentia obiectiua, ut uerò includit receptiuum formæ partis dicitur in potētia ſubiectiua Sequitur ibi. Poſſunt tamen ſeparari, vt in creabili, vbi eſt potentia obiectiua, & non ſubiectiua, quia ibi non ſubiicitur aliquid.

¶Ibi. Dicunt ergo aliqui, quòd materia eſt in potentia tantum, ſicut albedo eſt in potentia obiectiua, quando non eſt, quæ tamen ſecundum quid eſt, quia eſt in uirtute cauſæ, uel cauſarum ſuarum.

¶Ibi. Contra hoc. Hic Doctor arguit probando materiam primam eſſe tantum in pura potentia obiectiua, ſic quòd nullam entitatem realem actualem includat eſſe ſimpliciter impoſſibile, ut probāt omnes rationes ſuperius factæ. Deducit etiam ad alia inconuenientia.

Ratio efficaciſſima contra aduerſarios de materia entitate, pro qua vide Themiſtiū primo phyſ. in digreſſione de materia.

¶Primò, quia ſequeretur, quòd agens naturale poſſet producere ignem, quem habet in uirtute ſua, non præſupponendo aliquid ipſius ignis, & ſic crearet illum, patet, quia nihil ſui reale præſupponeret.

¶Secundò, quia ſequeretur, quòd nullum eſſet compoſitum generandum ex diuerſis entibus, patet, quia compoſitum naturale componitur ex materia, & forma, tanquam ex diuerſis partibus, ſed ſi materia eſſet tātum ens in potentia obiectiua nullam entitatem realem includens, tunc tale compoſitum eſſet realiter ſimplex.

¶Tertiò ſequeretur, quòd nulla eſſet mutatio ſubſtantialis, quia nihil aliter ſe haberet, ut dixi ſupra.

¶Ibi. Dico igitur, quòd materia eſt per ſe unum principium naturæ. Hic Doctor per multas auctoritates philoſophi intendit probare, quòd materia dicat entitatem realem, actualem, & abſolutam. Et primo arguit ſic, quod eſt principium intrinſecum entis naturalis habentis verum eſſe in actu, eſt ens in actu, ſed materia prima eſt huiuſmodi. Maior patet, quia entitas principiati intrinſecè dependet ab entitate principij intrinſeci. Minor patet per philoſophum primo phyſicorum. tex. commen. 52. vbi uult, quòd ſubſtantia ſit tantum ex ſubſtantia, principium (inquit) non de ſubiecto oportet dici aliquo, erit enim principium principij, ſubiectum enim principium eſt, & prius videtur eſſe prædicato, amplius non eſſe dicimus non eſſe ſubſtantiam contrariam ſubſtantiæ, qualiter igitur ex non ſubſtantiis ſubſtantia utique erit, aut quomodo, prius non ſubſtantia ſubſtantia erit, hæc ille. Ibi Comm. Principium (inquit) ſubſtantiæ eſt ſubſtantia, vide ibi Comment. Hoc idem patet ſecundo phyſi. tex. commen. 7. Videtur (inquit) natura, & ſubſtantia eorum, quę natura ſunt, quòd primum ineſt vnicuique, vide tex. cum Commen.

¶Secundò arguit Doct. ſic, quòd eſt per ſe cauſa intrinſeca entis naturalis eſt ens in actu, patet iſta per ſe, materia prima eſt huiuſmodi, vt patet ſecundo phyſi. tex. comm. 28. Vno (inquit) igitur modo cauſa dicitur, ex quo fit aliquid, cùm inſit, ſicut æs ſtatuæ, hæc ille. Hoc idem patet quinto metaphyſ. tex. commē. 2. cauſa (inquit) dicitur vno quidem modo, ex quo fit aliquid inexiſtente, ut æs ſtatuæ, & argentum phyalæ, & horum genera, hæc ibi.

¶Tertiò

¶Tertiò arguitur, eſt pars alicuius compoſiti realis, patet per philoſophum 7.metaph. tex.com.24. materia (inquit) pars eſt, ineſt enim,& fit hoc, hæc ibi . Hoc idem tex. commen.34. Si igitur (inquit) eſt hoc quidem materia, illud verò ſpecies. Aliud ex his,& ſubſtantia eſt materia, & ſpecies, & quod ex his eſt quidem, ut materia pars alicuius dicitur, hæc ille. Vult dicere, quia ergo hæc quidem materia, illud verò forma, & ſpecies ſunt ſupple partes ſubſtãtiæ rei, aliud autẽ eſt ex his ſupple cõpoſitũ,& quia ſic eſt ſequitur, ꝙ materia,& forma erunt ſubſtantia, & cum dicit, & quod ex his eſt quidem cũ materia pars alicuius, oſtẽdit quomodo materia eſt vera pars compoſiti.

¶Quartò arguitur ſic, quod eſt per ſe ſubiectũ, & fundamẽtum formarum realium eſt verum ens reale, patet, quia ens reale non poteſt fundari in ente non reali, ſed materia eſt huiuſmodi, vt patet primo metaphyſicorum eſt enim per ſe mutationum ſubiectum ſubſtantialium, vt patet quinto phyſ.

¶Quintò arguit ſic, quod eſt terminus per ſe creationis eſt verum ens reale, quia creatio per ſe terminatur ad ens exiſtens, ſed materia prima eſt terminus verè creationis, vt patet per Auguſt.lib.3.confeſſionum. qui dicit, quòd prius ordine terminatur creatio ad materiam, quàm ad formam, ſed ſecundum eum primò fuit creata cum forma.

¶Ibi. Tamen dicitur ens in potentia, quia quãto aliquid habet minus de actu, tanto magis eſt in potentia, & quia materia eſt receptiua omniũ formarum ſubſtantialium, & accidentalium, ideo maximè eſt in potentia reſpectu earũ, & ideo diffinitur per eſſe in potẽtia ſecundum Ariſt. non enim habet actum diſtinguentem, vel diuidentem, vel receptum, vel informantem, & dantem ſibi eſſe ſpecificum, ex quo tamen eſt receptiuum iſtius actus per ſuppoſitum, & eſt cauſa compoſiti, non poteſt eſſe nihil, quia nihil eſſet alicuius receptiuum.

Auer. 7.metaph. tex.cõmen.8. dicit quòd materia eſt aliquid exiſtẽs per ſe.

¶Ibi. Sed contra hoc obiicitur. Hic Doctor, vt magis declaret intentũ principale adducit aliquas inſtantias, quæ videntur probare materiam primã, nullo modo eſſe ens in actu, quæ ſigillatim ſoluentur,& ratio prima ſtat in hoc, quia ſi materia eſſet ens in actu generatio eſſet alteratio, quia quod aduenit enti in actu, eſt tantum accidens, patet per argumentum philoſophi primo de generatione. tex. commen.1.& 23. vbi arguit contra illos, qui ponebant ſubiectum generationis eſſe aliquod corpus in actu, quia tunc generatio non eſſet, niſi alteratio.

¶Dicit Doct. ꝙ antiqui ponebant corpus habens formam ſubſtantialem eſſe materiam,& ſubiectum generationis, vt patet primo de gener.tex.comm.1. Hi, inquit, quidem inquiunt ignem, & aquam, & aerem,& terram, quatuor elemẽta,& ſimplicia magis eſſe, quàm carnem, & os, & talia ſimilium partium, vide tex.ibi. Concedit ergo Doct. ꝙ hoc modo materia non eſt ens in actu.

¶Sed occurrit difficultas, quia ex quo Doct. ponit plures formas in aliquo compoſito ſubſtantiali, vt patet de homine, videtur, quòd generatio hominis ſit alteratio, quia anima intellectiua aduenit corpori organico, quod eſt ens in actu.

¶Dico, qd aduenit alicui enti in actu ſubſtantiali, & vltimato erit accidens, vt poſt patebit à Doct. in quarto, in materia de euchariſtia.

¶Secundò arguitur principaliter, potentiale in omnibus aliis generibus à ſubſtantia nõ eſt ens actu illius generis, patet, quia ſuſceptiuum coloris nihil eſt in genere coloris, ergo receptiuũ in genere ſubſtantiæ nihil erit actu generis ſubſtantiæ.

¶Reſpondet Doc. ꝙ ſi albedo poneretur compoſita ex partibus eſſentialibus, tunc argumentũ eſſet ad oppoſitum, quia tunc ſuſceptiuum eſſet ens actu illius generis, quia principia proportionalia ſunt in omni genere, vt patet per philoſophũ 2.metaph. tex.com.19. Ex eiſdem (inquit) erunt, quæ ad aliqd & ſubſtantia. Vult enim ibi, ꝙ ſi aliquid in aliquo genere ſit compoſitum intrinſecè, ꝙ partes cõponentes ſint eiuſdem generis, cum ergo accidens non ſit compoſitum ex partibus, ideo ponitur ſuſceptiuum talis accidentis eſſe alterius generis: Et addit Doct. ꝙ quia potentiale,& receptiuum alicuius accidẽtis in uno genere reſpectu alicuius generis prioris eſt actuale, ut receptiuum in genere coloris,& uniuerſaliter in genere qualitatis eſt aliquod actuale de genere priori, ſcilicet de genere quantitatis, ut ſuperficies reſpectu colorum: ergo potentiale, & receptiuum in primo genere nõ poteſt eſſe de aliquo alio priori genere, & ideo oportet eſſe de genere ſubſtantiæ, & ens actuale.

¶Tertiò, & vltimò arguitur, ex duobus entibus in actu non fit per ſe unum, igitur ex materia, ſi eſſet ens in actu, non fieret per ſe unum compoſitum cũ forma, quod eſt inconueniens.

¶Reſpondet Doct. quòd ſic, ut non repugnat per ſe uni, quod ſit compoſitum, ita non repugnat ei, quòd ſit ex aliquibus actualibus entitatibus realiter diſtinctis.

¶Sed dices, ꝙ ita ex albo,& ligno poteſt fieri unũ per ſe, quia quoddam compoſitum, puta album,& ſic compoſitum naturale non eſſet magis unum ens per ſe, quàm compoſitum per accidens.

¶Ibi. Reſpõdeo. Hic Doct. innuit aliqua. Primò, ꝙ unitas in communi, uel eſt idem quod ens, uel eſt paſſio immediata conſequens ipſum ens,& ideo nõ poteſt demonſtrari de ente, quia ſi demõſtraretur, aut hoc eſſet ex diffinitione ſubiecti. ſ. entis, uel uni[9], quæ non habent diffinitionem, cum ſint trãſcendetia, uel ſi unum ſit paſſio mediata, illud tamen, per quod ineſt enti, non eſt nobis notum, non enim eſt nobis magis notum, ꝙ una paſſio cõuertibilis cum ente ſit immediatior ipſi enti alia paſſione, vt clarè deducit Doct. in primo, diſtinct. 39. & ſi vnitas in communi non poteſt demonſtrari de ente in communi, ita nec vnitas entis ſpecialis, quia vel eſt paſſio immediata eius, & ſic cuilibet enti ſpeciali immediatè ineſt ſua vnitas, vel ſi ineſt ex natura alterius, illud non eſt nobis notum. Quando ergo quæritur, quare hoc compoſitũ eſt per ſe vnũ, non poſſumus reddere aliam cauſam, niſi quia habet talem formam, quæ eſt per ſe ens, & ideo per ſe vnum. Sed quare partes alicuius compoſiti habent, quòd conſtituant compoſitum per ſe, & aliæ, ꝙ tantum per accidens. Dico, quòd philoſophus neſciuit aliam cauſam dare, niſi quia hoc eſt actus, & illud potentia, ita quòd hoc eſt potentia eſſentialis receptiua ſecundum totum genus ſuum, quia quælibet materia eſt eſſentialiter potentia receptiua, & ille actus eſſentialiter perficiens aliud, cuius eſt omnis forma ſubſtantialis, loquendo de forma partis, & ſic ex his fit vnum per ſe, ſcilicet ex materia, & forma, vt patet 8.metaph.tex.comm.5.

Aduerte hanc reſponſionem.

¶Ibi. Et ſi fiat altercatio, ſicut argutum eſt ſupra, quòd ex actu, & actu non fit unum per ſe, nec ex eſſe, & eſſe. Dico, quòd ſi accipiat eſſe actu, vt diſtinguitur contra potentiam, ſecũdum quod actus, & potentia diuidunt totum ens, ſicut dicimus, ꝙ omne ens, aut eſt ens tantum in potentia, aut eſt ens in actu,& ſic dico, quòd materia poteſt dici in actu entitatiuo,& licet nõ dicatur actus. ſ. formalis, quia talis actus habet eam diſtinguere, & denominare, poſſet tamen dici actus, ſecundũ quod philoſophus accipit actum, in 6.metaph. tex.comm.4.

¶Aduerte tamen, ꝙ etiam forma dicitur actus en-

Quare forma dicitur actus entitatiuus, & etiam materia.

entitatiuus, cum ſit ens, entitatiuè dicitur etiã actus formalis ex hoc, ꝙ formaliter perficit, & formaliter diſtinguit, materia verò dicitur actus entitatiuus cum ſit ens quiditatiuè, poteſt etiam dici actus materialis compoſiti. Si autem actus diuidatur cõtra illud, quod recipit actum, ſic materia nõ eſt actus, quia eſt primum receptiuum actus, tale autem oportet eſſe denudatum ab omni actu, quia eſt diſtinguibile per omnem actum, ut ſic poſſit eſſe pars omnis entis, nam ſub alia, & alia forma eſt alia, & alia materia.

IBI. Sequitur ſecundo videre, quomodo materia realiter diſtinguitur à forma, vbi dicit Doct. ꝙ ſunt omnino alterius rationis, & primò diuerſæ, quod patet, quia actus, & potentia, quæ ſunt principia entis, ſunt primò diuerſæ, materia, & forma ſunt huiuſmodi, ſi enim forma eſſet eiuſdem rationis cum materia, non competeret ſibi dare eſſe, & ſi materia eſſet eiuſdem rationis cum forma, nõ cõpeteret ſibi recipere eſſe, ſi etiam aliquid formæ includeretur in materia, realiter forma, quantum ad hoc non eſſet apta nata recipi, ſed magis recipere, & ſic forma non eſſet primũ receptum, ſed aliquid eius non eſſet receptum, ſed receptiuum. Eodem modo ſi aliquid materiæ eſſet incluſum in forma, ipſa non eſſet primò receptiua, ſed recepta quãtum ad aliquid ſui, ſic igitur ſunt omnino alterius rationis, & primò diuerſa inter ſe.

¶ Hic Doctor uidetur ſibi contradicere, quia in primo, diſtin.3. quæſt.3. dicit expreſsè, ꝙ materia, & forma non ſunt primò diuerſa, quia conueniunt in ente quidiatiuè. Hìc verò dicit, quòd ſunt primò diuerſa.

Quomodo materia, & forma ſint primò diuerſa,

¶Reſpondeo, ꝙ materia, & forma ſunt primò diuerſa, vt ibi expoſui ſubiectiuè, ita ꝙ nullum genus prædicatur in quid de illis, non autem ſunt primò diuerſa obiectiuè, cum conueniant in conceptu entis quiditatiuè. Poteſt tamen dici, & addi, ꝙ aliqua eſſe primò diuerſa, contingit dupliciter. Vno modo, ꝙ ſint primò diuerſa in conceptu dicto in quid, & ſic non ſunt primò diuerſa materia, & forma. Alio modo in realitate, ita ꝙ conueniunt quiditatiuè in realitate eſſentiali, & ſic materia, & forma ſunt primò diuerſa, quia non eſt aliqua natura, vel aliqua res prçter quamcunque operationem intellectus, quæ ſit cõmunis materiæ, & formæ quiditatiuè, & hæc diſtinctio patet à Doct. in primo, diſt.8.q.2. nam materia prima eſt tantum receptiua formæ, & nullo modo receptibilis, forma autem maximè vltima eſt tantum recepta, & nullo modo receptiua, nec aliquid ipſius. Si dicatur, ꝙ eſſe receptiuum, & eſſe receptibile ſunt tantũ paſſiones conſequentes naturam eorum, ergo per illas non poſſunt dici primò diuerſa. Dico, ꝙ aliquid eſſe primò diuerſum ab alio, cõtingit dupliciter. Vno modo per ſuam rationem formalem, ſicut vltimæ differentiæ, quæ ex ſuis rationibus vltimatis ſunt primò diuerſa, patet à Doct. in primo, diſt.3. quæſt.3. Secundo modo per aliquid, quod non eſt de eſſentia eius, ſed conſequens naturam illius de neceſſitate, & ſic dicimus, quòd materia, & forma poſſunt dici primò diuerſa, quia ratio formalis receptibilitatis, & recipitiuitatis inter ſe ſunt primò diuerſa, & ſic materia, & forma, quibus inſunt iſtæ rationes ſunt primò diuerſa. Dicuntur etiam primò diuerſa primo modo in ſuis realitatibus, licet non in conceptu quiditatiuo. Et hoc modo ꝓbat, ꝙ materia, & forma ſunt tales entitates, quibus de neceſſitate cõueniunt tales rationes, nam materia eſt talis entitas, cui conuenit tantum eſſe receptiuum, & forma talis entitas, cui cõuenit, poſſe recipi. Si ergo materia, & forma eſſent eiuſdẽ rationis, ſequeretur, ꝙ illud, quod neceſſariò conuenit vni, neceſſariò etiam cõpeteret alteri. Poſſet etiam dici, & credo ad mẽtem Doct. ꝙ quando hic loquitur, ꝙ materia, & forma ſunt alterius rationis, & per conſequens ſunt primò diuerſa, accipit ꝙ non poſſunt eſſe eiuſdem ſpeciei, ſed ſuo modo differunt ſpecie, licet propriè materia, & forma non ſint ſpecies, cũ ſint partes ſpeciei. Pars autem ſpeciei non eſt ſpecies. vt ſupra patet à Doct. diſt.1. quæſt. vlt. ſecundi. ſi enim eſſent eiuſdẽ ſpeciei, ſi vni conuenit eſſe receptiuum formæ ſubſtantialis, & alteri de neceſſitate conueniret. Si ergo materia, & forma ſunt alterius rationis, eo modo ſequitur, ꝙ ſunt primò diuerſa in realitate ſpecifica, licet non in conceptu quiditatiuo, & ex hoc habetur intentum, quia ſi differunt ſpecie, differunt etiam realiter, nam quæ differunt ſpecie, differunt etiam realiter, & eſſentialiter.

Quomodo materia, & forma non ſint eiuſdẽ ſpeciei.

¶Ibi. Quomodo igitur ex quo ſunt duo principia diſtincta, & primò diuerſa poſſunt conſtituere aliquid vnum ſimpliciter. Dico ꝙ quanto, &c. Hoc debet ſanè intelligi, quia materia prima, & albedo ſunt magis diuerſa, quàm materia prima, & forma ſubſtantialis, & tamen non poteſt magis fieri per ſe vnum ex illis, cum ex ſubſtantia, & accidente fiat tãtum ens per accidens ex quinto metaphyſ. Dico, quòd debet intelligi, quando illa principia ſunt nata per ſe facere vnum, ſicut forma ſubſtantialis, & materia, vt patet octauo metaphyſ. & vltra requirit, quòd talia principia immediatè ſint vnibilia, cuius non eſt materia prima, & accidens, cum nullum accidens immediatè informet materiam, vt patet ſupra à Doct. in hoc ſecundo, & in quarto, in materia de euchariſtia. Debet etiam intelligi per ſe vnum quantum ad rationem per ſe vnitatis, non autem quantum ad rationem perfectioris vnitatis, quia illud eſt perfectius vnum, quod eſt compoſitũ ex materia, & perfectiori forma ſubſtantiali, vt homo eſt compoſitus ex corpore, & anima intellectiua, quàm lapis, qui eſt compoſitus ex materia, & forma ſubſtantiali ignobiliori, non tamen homo eſt magis per ſe vnum, loquendo per ſe de ratione vnitatis compoſiti, quia lapis eſt ſic vnum compoſitum per ſe. ſicut homo. Sequitur in tex. Dico igitur, &c. Hic dicit Doctor, quòd materia eſt aliqua eſſentia, non debet accipi illa eſſentia propriè, cum ſit pars eſſentiæ quiditatiuè, ſed accipitur eſſentia pro vera entitate ſumpta ab ente, & quod dicit, ꝙ eſſentia extra ſuam cauſam habet verum eſſe, ſic debet intelligi, quòd habet eſſe exiſtentiæ, quia quæcunque entitas habet eſſe extra ſuam cauſam productiuam, de neceſſitate habet eſſe exiſtentiæ, cum vera productio neceſſariò terminetur ad eſſe exiſtentiæ, patet à Doct. in primo, diſtinct.36. & in ſecundo, diſtinct.2.

Optima expoſitio verborũ Scoti.

¶Ibi. Obiicitur etiam. Nota hìc in littera, ꝙ agens extrinſecum dupliciter educit aliquid de potentia, ſcilicet de potentia obiectiua, & de potentia ſubiectiua, quando producit, puta aliquem ignem de potentia obiectiua ad actum, tunc largitur tantum perfectionem, & non multitudinem, quia ille idem ignis, qui prius fuit in potẽtia obiectiua producitur in actu, ſed quando erat in potentia obiectiua habet imperfectum eſſe, quia tantũ eſſe poſſibile, dum verò eſt eductus, ſiue productus in actu habet perfectius eſſe, quia eſſe actuale, & ſic patet quomodo educens aliquid de potentia obiectiua, nõ largitur multitudinem entium, ſed tantum perfectionem, quia illud idem, quod erat ſub eſſe imperfecto producitur in eſſe perfecto, & hoc eſt largiri perfectionem.

¶ Secundo verò modo quando agens intrinſecũ educit aliquid de potentia ſubiectiua, non tantum

largitur

largitur perfectionem, ſed etiam multitudinem, patet, quia quando ignis agit in aquam, expellendo formam aquę, producit de ipſa materia aquæ ignē, cuius ipſa materia eſt pars, & ſic ille ignis qui fuit in potentia obiectiua, & in eſſe imperfecto producitur in eſſe perfecto, & ſic largitur perfectionem, & quia in tali materia producit formam ſubſtantialem ignis, quæ informat ipſam materiam, dicimus, quòd largitur multitudinē, quia in tali compoſito non tātum eſt materia, ſed etiam forma partis, quę educitur de potentia ſubiectiua, ideſt de materia, q eſt ſubiectum illius formæ, dicitur enim forma educi de potentia materiæ quando talis forma ſic educitur, vt recipiatur in ipſa materia, & hoc modo largitur multitudinem.

AD argumenta principalia. Primò arguit Doctor, probando, quòd materia non ſit ens poſitiuum, quia omne ens poſitiuum creatum eſt in aliquo prædicamento, ſed materia in nullo ponitur prædicamento, patet minor per philoſophum ſeptimo metaphyſicorum tex.com.8. Dico (inquit) materiam, quæ eſt ſecundum ſe nullatenus, neque quod, neque quantitas, neque aliquid aliud eorum dicitur, quibus ens eſt determinatum, & parum infra, quare quod eſt vltimum ſecundum ſe, neque quid, neque quantitas, neque aliud aliquid eſt, hæc ille.

Optima expoſitio verborū Ariſt.

¶ Reſpondet Doctor, quòd propoſitio illa philoſophi non eſt ad propoſitum, quia non dicit eam ex intentione, ſed arguendo ad partem falſam pro opi. antiquorum, nam atiqui volebant, quòd ipſa materia prima eſſet maxima ſubſtantia, & eſſet id, de quo quicquid eſt generatum prædicatur denominatiuè, ita quòd quando dicimus, quòd materia talis eſt alba, vel quanta, & huiuſmodi ſit prædicatio denomiaatiua, ſimiliter ſubſtantia, quæ dicitur genus, vel pertinet ad genus ſubſtantiæ prædicatur denominatiuè, vt cum dicimus, materia talis eſt lapidea, & talis eſt ferrea. Dicunt igitur antiqui, ꝙ ipſa materia non eſt quid per ſe, ideſt quòd ſubſtantia non prædicatur per ſe de illa, ſed denominatiuè, vt cum dicimus materia talis eſt lapidea, nec eſt quale, nec quantum, nec huiuſmodi. Volunt enim antiqui, quòd abſtractis omnibus accidentibus nihil aliud videbant, niſi vltimum ſubiectum, & talem volebant eſſe maximè ſubiectum, ideo Ariſtot. arguit contra eos; vbi ſupra, & hoc patet ex proceſſu litteræ, quia poſtquam dixit Ariſto, quòd nec eſt quid, nec quale. Et ſubdit, ex his igitur ſpeculantibus facit ad ſubſtantiam eſſe materiam, ſed impoſſibile, etenim ſaparabile, & hoc aliquid ineſſe videtur maximè ſubſtantia, ideſt concludendo Ariſtot. quia ſpeculantibus ex his ſupradictis rationibus accidit dicere materiam iam eſſe ſubſtantiam ſe ſolam, & maximè, contra quod arguit philoſophus oſtendens, quòd materia non ſit maxima ſubſtantia.

Duo requiruntur ad hoc, quòd aliquid ſit maximè ſubſtantia.

Primum qđ ſit de natura ſui ſeparabile ſecundum. quòd ſit hoc aliquid.

¶ Ibi. Sed impoſſibile, &c. Nam de ratione ſubſtantiæ ſunt duo, ſcilicet quòd ſit ſeparabile ab alijs, & quòd ſit ſingulare alicuius ſpeciei ſpecialiſſimæ prædicamenti ſubſtantiæ. Dicit ergo, ſed impoſſibile, ſcilicet eſt materiam eſſe maximè ſubſtantiam, aut ſolam materiam eſſe ſolam ſubſtantiam, etenim pro quia eſſe ſeparabile, & eſſe hoc aliquid videtur ineſſe maximè ſubſtantiæ, quod ſupplè non competit materiæ. Vnde ſubdit qua propter ſpecies, & quod ex ambobus ſubſtantia videtur eſſe magis, quàm materia, ideſt forma, & compoſitū ex materia, & forma magis videtur eſſe ſubſtantia, quàm materia.

¶ Ibi. Eſto tamen, quòd ſit verum, auctoritas tamen ſoluit argumentum. Dicit Doctor, poſito etiam, quòd materia non ſit nec quid, nec quale, loquendo de rationibus formalibus determinantibus contrahentibus ens ad tale, vel tale genus, tamen ex hoc non ſequitur, quòd ipſa nihil ſit, non enim ſequitur, materia non eſt actus, vel forma determinans ens ad aliquod genus, ergo materia eſt in ſe nihil, non ſequitur. Poteſt etiam dici, quòd materia non eſt quid per ſe, nec quale, quia illud, quod per ſe pertinet, ſiuè ponitur in aliquo prædicamento eſt in recta linea prædicamentali, quia vt ſic recipit per ſe prædicationem illius prædicamenti, pars autem contenti in tali genere per ſe nō recipit prædicationem per ſe illius generis, cum tātum ſit ibi reductiuè, vt patet à Doctore in quarto, diſtinctio. 1. quæſt. vltima. ideo non ſequitur, materia prima non eſt quid per ſe, ſiuè non eſt ſubſtantia per ſe, ergo non eſt per ſe ens quiditatiuè, non ſequitur.

Verum eſt actu, non autē potentia.

Quomodo materia nō ſit quid.

¶ Ibi. Sed dices vltra, quòd materia prædicatur dè omnibus denominatiuè: ergo de nullo prædicatur eſſentialiter, ergo non erit aliquod ens quiditatiuè, ſiuè eſſentialiter, antecedens patet, ſeptimo metaphyſicorum. tex. commento vigeſimoquinto. vbi vult philoſophus, quòd arca non ſit lignum, ſed lignea, nec eſt (inquit) ſtatua lignum, ſed producitur lignea, non lignum, & ænea non æs, lapidea, ſed non lapis, & domus lateritia, & non lateres: hæc ille. Et ſic videtur, quòd nullo modo pertineat ad eſſentiam rei, cum de nullo prædicetur eſſentialiter.

¶ Ibi. Dico, quòd ex hoc. Hìc Doctor reſpondet ad hanc inſtantiam, dicens, quòd ex quo materia prædicatur denominatiuè de aliquo, quod erit aliquid, quia nihil non denominat aliquid, loquendo de denominatione intrinſeca. Sequitur, &c. Dico igitur, quòd denominatiua propriè. Hic Doctor diſtinguit de denominatione denominatiua, & dicit, quòd denominatiua propriè ſunt illa, quæ dicūtur cadentia ab alio, vt patet, quia album eſt denominatiuum, cum cadat ab albedine in ſubiecto, quod denominat, quia hæc eſt falſa, homo eſt albedo, quia ipſa nullam cadentiam dicit ad ſubiectum, hæc autem vera, homo eſt albus, quia tunc album dicit cadentiam ad ſubiectum.

Caſus formæ eſt dupliciter.

¶ Dicit tamen Doctor, quòd caſus formæ eſt dupliciter, uel dicit cadentiam ad ſubiectum, ſicut accidentis ad ſubiectum, vel ſicut formæ ad ſuppoſitum eiuſdem naturæ, & ſic duplex eſt prædicatio denominatiua. Hìc tamen nota, quòd ſuppoſitum hìc non accipitur ſolum, prout accipitur diſtinct. 2. primi. quod dicit duplicem incommunicabilitatem, ſcilicet ut quo, & ut quod, uel ut accipitur diſtinctione prima, quæſtione prima tertij. vt dicit negationem duplicis dependentiæ ad aliud ſuppoſitum, ſcilicet actualis, & aptitudinalis, ſed capitur hic ſuppoſitum largè, & impropriè. Nam Doctor hic uult, quòd homo dicatur ſuppoſitum reſpectu humanitatis, & etiam albedo reſpectu albedineitatis, vt patet in primo, diſtinctio. 5: quæſtione 2. Et nota, quòd duplex eſt forma, ſcilicet forma totius, & forma partis, forma totius tantum intelligitur cadere ad ſuppoſitum, comparando illum ad partes, ex quibus conſtat, ſicut humanitas tantum reſpicit hominem, & ſic dicimus, quòd homo dicit humanitatem, ut ad ſuppoſitum, ſicut dicimus, quòd album dicit albedinem ad ſubiectum, nam propriè homo eſt humanitate homo, ſed humanitas, ut humanitas, dicitur abſtracta à ſuppoſito: ipſa enim humanitas non perficit, neque materiam, neque formam, vt patet à Scoto in tertio, diſtinctione ſecunda. ſed dicimus, quòd eſt id, quo homo eſſentialiter eſt ho-

Duplex forma.

homo, vt patet ſupra in ſimili in primo, diſtinct.4. & hæc forma etiam partis eſt in duplici genere, nã quædam eſt accidentalis, & illa tantum poteſt cadere ad ſubiectum, quia poteſt denominare illud, ſicut dicimus, homo eſt albus, & non poteſt cadere ad ſuppoſitum propriæ naturæ, nam ſuppoſitum albedineitatis eſt ipſa albedo abſtracta à ſubiecto. Si ergo poſſet cadere ad proprium ſuppoſitum, denominando illud, nec poſſet eſſe uera, albedo eſt alba. Nota tamen, quòd ipſa albedo dicitur forma partis, comparando ad ſuppoſitum per accidens, comparando verò ad ſuppoſitum ſaltem per ſe metaphyſicaliter, ipſa eſt forma totius reſultans ex realitate generis, & realitate differentiæ, ſed quia ipſa albedo eſt ſimplex, & nullo modo compoſita ex re, & re, ideo dicimus, quòd ipſa non eſt propriè forma partis, & ſic dico de quolibet accidente, forma autem partis ſubſtantialis poteſt cadere, & ad ſubiectum, quod verè denominat, & ad ſuppoſitum eiuſdem naturæ, ut anima, nam anima, ut denominat corpus, cadit ad ſubiectum, quia informat ipſum, & hæc eſt vera, corpus eſt animatum, & eſt denominatiua, non accidentalis, cum ipſa ſit ſubſtantia, nec propriè eſſentialis, cum non ſit de eſſentia corporis, ſed poteſt dici denominatiua ſubſtantialis, non quòd ſit de ſubſtantia corporis, ſed quia denominans eſt ſubſtantia, ſicut etiam dicit Doctor in tertio, quòd hæc eſt ſubſtantialis, verbum eſt homo non eſſentialis, quia homo non eſt de eſſentia verbi diuini, nec accidentalis, cum non ſit accidens, ſed ſubſtantialis denominatiua, eſt tamen diſſimilitudo in hoc, quia homo nõ informat verbum diuinum, vt patet in tertio, nec perficit illud, anima verò informat corpus, & perficit illud. Poteſt etiam dici accidẽtalis iſta, corpus eſt animatum, vt ly accidentale diſtinguitur contra prædicationem per ſe, nam hæc non eſt per ſe, corpus eſt animatum, poteſt etiam comparari ad ſuppoſitum eiuſdem naturæ, puta ad hominem, cuius eſt pars eſſentialis, vt dicendo, homo eſt animatus, & hæc eſt denominatiua eſſentialis, quia ipſa anima eſſentialiter prædicatur de ipſo homine, cum ſit de eſſentia hominis, & hæc eſt denominatiua per cadentiam formæ partis ad ſuppoſitum. Eſt etiam alia denominatiua eſſentialis, quæ eſt per cadentia formæ totius ad ſuppoſitum, ſicut dicimus, homo eſt animal, nam ly animal dicit animalitatem cadentem ad hominem, quia hæc eſt falſa, homo eſt animalitas, quia animalitas intelligitur abſtracta ab omni ſuppoſito, & tamen eſt vera hæc, homo eſt animal, ſed eſt denominatiua eſſentialis, & de iſtis denominatiuis aliqua habuimus in primo, diſtinctio.8.quæſt.vlt.

Quomodo albedo dicatur forma partis.

¶ Ad propoſitum ergo dico, ꝙ materia poteſt prædicari de materiatis denominatiuè, non tamen denominatione accidentali cum ipſa materia ſit ſubiecta, ſed vel denominatione eſſentiali, vel ſubſtantiali, vt homo eſt corporeus, arbor eſt lignea.

¶ Secundò principaliter arguit auctoritate philoſophi quinto phyſicorum, tex.commen.8. vbi habetur, quod mouetur eſt, ſed quod generatur non eſt. Pro intellectione huius argumenti eſt notandum, quòd quando Ariſt. loquitur propriè de ente perfecto, & conſtituto in eſſe vltimo ſpecifico, ſicut etiam dicit tertio phyſicorum, quòd motus eſt actus entis, capit ibi ens pro vero ente naturali habente eſſe ſpecificum, quando ergo dicit, quod mouetur eſt, ideſt quòd ſubiectum motus eſt ens ſpecificum, & perfectum, & quando dicit, & quod generatur non eſt, ideſt quòd ſubiectum generationis non eſt ens cumpletum, & ſic gloſando, prout veritas eſt argumentum, hoc non concludit, quia quamuis materia prima, quæ generatur ſubiectiuè, ſiuè quæ eſt ſubiectum generationis, non ſit ens cõpletum, & perfectum, non tamen ſequitur, quòd ſit nihil, immo eſt aliquod ens, cum ſit pars eſſentialis compoſiti naturalis, & quod dicit hic in argumento, quòd quando Ariſto. dicit, quod mouetur eſt, & quod generatur non eſt, vtrobique accipitur eſt, & non eſt ſubiectiuè: & verum dicit, quia ſubiectum motus eſt ens completum, & ſubiectum generationis non eſt ens completum, & non accipitur terminatiuè, puta pro termino motus, vel ꝑ termino generations, patet, quia hæc eſt falſa, dicendo, quod mouetur eſt, quia quando motus fit iam non eſt, & ſic patet argumentum.

Nota & benè hanc reſponſionem.

¶ Dat tamen Doct. aliam reſponſionem, quæ in re coincidit cum præcedente, & nota hic, quòd dicit Doct. quòd de ratione mobilis eſt eſſe ens in potentia, & quòd actu ſit ens accidit ſibi tamen neceſſariò, &c. vult dicere, quia Ariſt. in tertio phyſicorum dicit, quòd motus eſt actus entis in potẽtia ſicut alteratio eſt actus alterabilis inquantũ alterabile ſic dicimus, quòd ſi mouetur ad caliditatem, vt.8. ſi haberet actu non moueretur ad illam, quia habitibus præſentibus ceſſat motus, ſed quia caret illa, & eſt in potentia ad recipiendum illam, ideo ad ipſam mouetur ſecundum quam caliditatem alteratur, dicimus ergo, quòd talis alteratio continua eſt actus ipſius alterabilis, inquãtum alterabile, hoc eſt inquantum continuè mouetur ad ipſam caliditatẽ, ſed habita tota caliditate iam nõ dicimus, quòd ſit actus alterabilis, inquantum alterabile, ſed eſt actus perficiens ſubiectum in eſſe quietũ, de ratione mobilis eſt, quòd ſit in potentia ad motũ, ſiue ad terminum motus, & quia talis motus quandiu durat ſemper eſt actus ipſius mobilis actus, dico imperfectus, & terminus motus habitus in eſſe quieto dicitur actus perfectus accidentalis, tamẽ cũ vltra mobile non moueatur, & quia talis actus imperfectus non poteſt ineſſe niſi enti in eſſe vltimo, & ſpecifico cum accidens nõ informet immediatè materiã, licet ipſum compoſitum, ideo dicimus, quòd illud quod mouetur neceſſariò eſt ens actu in eſſe completo, accidit tamen ſibi in eo, quòd mouetur, ꝙ ſit ens actu, ideſt quòd non eſt de ratione formali mobilis inquantum mobile, quòd ſit ens actu, licet neceſſariò ſit illud, ſed quòd ſit in potentia ad terminum motus, & quia materia non propriè mouetur cum nõ ſit immediatum ſubiectum alicuius motus, vt patet etiam tertio phyſicorũ. ſequitur, & per conſequens, &c. & ideo poteſt dici ens in potẽtia, vt diſtinguitur contra ens completum, ſufficit igitur philoſopho, quod intendit probare, ꝙ generatio nõ ſit motus per hoc argumentum quod mouetur eſt, & quod generatur non eſt, igitur generatio non eſt motus, habet enim intentum, quòd generatio non eſt motus per hoc, quia ſubiectum generationis non eſt ens actu cumpletum, ſubiectum verò motus eſt ens actu completum.

Tertio phyſi. contex. 6.

Tertio phyſ. eodem.

¶ Tertiò arguitur auctoritate philoſophi, primo phyſic. tex. commen.69. vbi habetur, quod materia non eſt ſcibilis niſi in analogia ad formam, ſubiecta inquit natura ſcibilis eſt ſecundũ analogiam. Et ibi Commen. & iſta ineſt materiæ, quę eſt ſubiecta ſubſtantiæ non poteſt intelligi per ſe cũ non ſit aliquid in actu, habens quiditatem, ſed intelligetur ſecundũ comparationem propter latentiam ſuæ ſubſtantiæ, hæc ille.

¶ Reſpondet Doct. dicit, ꝙ philoſophus non negat abſolutè, quòd materia prima non ſit per ſe cognoſcibilis, ſed quia ipſe loquitur indifferenter de materia, vt eſt ſubiectum generationis, vel mutationis, aut cuiuſcunque tranſmutationis, & vt ſic cogno-

An materia ſit per ſe cognoſcibilis.

cognoſcitur per analogiam ad formam, quia vidēdo modo in materia formam corrumpi modo aliā generari ex tali tranſmutatione arguit aliquid eſſe ſubiectum tā generationis, quàm corruptionis, & etiam, quia videmus aliquid alterari modo ad vnā formam, modo ad aliam per huiuſmodi alterationes, arguimus aliquid eſſe ſubiectū, & habere ſe per modum materiæ, non tamen ſequitur, quòd illud non ſit per ſe, & in ſe cognoſcibile, & nota etiam, quòd dicit Doct. quòd materia eſt per ſe cognoſcibilis, ſed non ab intellectu noſtro pro ſtatu iſto eſt tantum moueatur à ſenſibilibus, vt patet à Doct. in primo, d.3. ſed eſt intelligibilis ab intellectu noſtro ſeparato, & licet materia prima non ſit de numero actiuorū, tamen ego dico, quòd ipſa poteſt mouere intellectum ad cognitionem ſui cauſando illam partialiter, & quòd dicit, quòd non eſt de numero actiuorū, debet intelligi de actiuis, & paſſiuis, quæ mutuo corrumpuntur, & generantur, & de qualitatibus conſequentibus huiuſmodi actiua, & paſſiua, certum enim eſt, quod materia prima non poteſt producere aliquam formam ſubſtantialē effectiuè, nec aliquam accidentalem corporalem, ſed bene poteſt producere aliquam ſpiritualem. Hoc idem dico de quantitate, licet Franciſcus de Mayr. in primo teneat contrarium. Neſcio enim videre ex quo materia prima eſt verum ens abſolutum, & vera pars intrinſeca corporalis ſubſtantiæ, & includēs quiditatiuè rationē entis, vt patet à Sco. in primo, diſt.3. & 8. quòd ſi ipſa eſſet ſeparata à forma non poſſet cauſare cognitionem ſui partialiter, nec credo, quòd aliqua entitas excepta deitate contineat materiam primam virtualiter, vel eminenter ſecundum totam ſuam entitatem, ac per conſeqnēs poſſit cauſare cognitionem illius, quia ipſa eſt verū ens abſolutum tantum creabile à voluntate diuina, & merè terminans creationem, vt patet à Doct. in ſecundo, diſt.12. & terminans creationem, neceſſariò eſt verum ens exiſtens, vt patet à Doc. vbi ſupra, diſt.1. ſecundi, & diſt.2. tertij.

An materia ſit de numero actiuorū.

¶Dico ergo, quòd ipſa ſi eſſet ſeparata, ꝙ poſſet partialiter cauſare ſpeciem intelligibilem in aliquo intellectu, & alia cauſa partialis, & principalis eſſet intellectus agens cognoſcens ipſam abſtractiuæ, & ſic talis ſpecies intelligibilis poſſet partialiter cauſare cognitionem materiæ primæ.

¶Dico etiam, quòd ſi materia eſſet perfectè præſens in propria præſentialitate, & exiſtentia alicui intellectui poſſet in illo partialiter cauſare cognitionem ſui intuitiuam.

¶Quartò arguit ſic Doctor, & ratio ſtat in hoc. Si materia prima eſt ens poſitiuū, ergo erit aliquis actus, cònſequens eſt falſum: conſequentia probatur, quia omne ens poſitiuum eſt etiam actus, patet, quia ens diuiditur per potentiam, & actum, vt patet quinto metaphyſ. ſed conſequens eſt falſum, quia ſi eſſet actus, tunc diſtingueret, quia actus propriè diſtinguit, vt patet ſeptimo metaph. tex.commen.49. materia autem non diſtinguit, quia in fundamento naturæ nihil eſt diſtinctum, primo metaphyſ. tex.commen. 17. ſecundum aliam translationem, quoniam inquit in fundamento naturæ, non eſt aliquid diſtinctum, manifeſtum eſt, quia nō verè dicitur in illa ſubſtantia, quòd eſt alicuius diſpoſitionis, dico neque albæ, neque nigræ, neque alterius coloris: hæc ibi.

Materia eſt cauſa diſtinctionis minus principaliter.

¶Reſpondet Doctor, diſtinguendo de actu. ſ. formali, & entitatiuo. Secundo modo materia dicitur actus, cum non ſit extra nihil, cum enim ens diuidatur per actum, & potentiam, & omne quod habet eſſe extra ſuam cauſam, ſit in actuali exiſtentia, & realiter ſit ens in actu ipſa materia prima, quæ eſt verè creata, erit ens in actu, nō eſt autem actus formalis, videlicet informans, & perficiens aliquid; quia materia prima nihil poteſt informare, cum er go dicitur, quòd actus diſtinguit, &c. Dico, quòd diſtinguere contingit multipliciter. Vno modo formaliter, & ſpecificè, & ſic materia prima nō diſtinguit, cum non ſit conſtitutiua alicuius ſpeciei. Secundò aliquid diſtinguit, ſiuè eſt principium diſtinguendi entitatiuè, ita ꝙ eo modo, quo aliquid conſtituit, eo etiam modo eſt ratio diſtinguendi cōſtiutum ab alio, patet enim, quòd compoſitum ex materia, & forma, diſtinguitur à re non corporali, non tantum per formam, ſed etiam per materiam quam habet. Et cum dicitur, quòd in fundamento naturæ nihil eſt diſtinctum, verum eſt formaliter, quia per materiam nulla diſtinctio formalis fit, nec ſimiliter in materia nudæ accepta eſt aliqua diſtinctio formalis, vt patet ibi per illum textum, & per Comment.

¶Quintò, & vltimò arguit Doctor, quia ſi materia eſſet actus, compoſitum non eſſet per ſe vnum, quia duobus entibus in actu non fit per ſe vnum. Reſponſum eſt in corpore quæſtionis ad hoc argumentum, ſcilicet quòd ex duobus entibus in actu vltimato non fit per ſe vnum.

¶Additur etiam, quòd ſi materia prima eſſet ens in actu, vel eſſet ens, quod eſt forma, vel eſſet ens, ꝙ eſt compoſitum, ſed nec ſic, nec ſic, ergo nihil eſſet.

¶Reſpondeo, ꝙ eſſet ens actu, quod nō eſſet forma, nec compoſitum, ſed eſt ens, quod eſt materia, ſicut & ſi quæreretur, ſubſtātia eſt ens, quod ens eſt? Dico, ꝙ eſt ens, quod eſt ſubſtantia, vt etiam in ſimili reſpondet Doct. in primo, diſt.2. par.2. q.1. reſpondendo ad argumenta principalia.

Quomodo materia ſit ens actu.

¶Vltimò Doc. pro confirmatione ſuæ opinionis addit vnam rationem fundatam ſuper auctoritate philoſophi, probando, quòd materia prima ſit verum ens actu. Nam philoſophus ſecundo phyſico. tex.comm.28. vult, quòd materia ſint ens actu, quia eſt id, ex quo fit res, ſiuè compoſitum, cui ineſt, vnde ſecundum aliam translationem ſic habetur.

¶Dicamus igitur, quòd cauſa dicitur uno modo de illo, ex quo fit res, & eſt in cauſato, ut cuprum idoli hominis, & argentum idoli annuli: hæc ibi. Hoc idem patet quinto metaphyſ. tex. commen.2. vbi ſic habetur. Cauſa verò dicitur quidem. Vno modo, ex quo fit aliquid in exiſtente, vt es ſtatuæ, & argentum phyale, & ſecundum aliam translationem cauſa dicitur ſecundum unum modum, illud ex quo fit aliquid, & eſt in eo, vt cuprum in idolo, & argentum in annulo. Hoc idem tex.commen.4. Elementum (inquit) dicitur, ex quo componitur primum in exiſtente indiuiſibili ſpecie in aliam ſpeciem, ideſt quòd elementum debet eſſe unius rationis indiuiſibilis in partes alterius rationis, & per hoc diſtinguitur à toto ętherogeneo, ut clarius patet ſecundum aliam translationem, elementum (inquit) dicitur illud, ex quo componitur res primò, & eſt in ea, & non diuiditur ſecundum formam in aliam formam, vide ibi Comment. clarè exponentem hunc textum.

¶Ex iſtis ergo auctoritatibus habetur, quod materia ineſt compoſito, cum fiat ex ea, nec oportet fugere ad oppoſitum, ſicut dicimus, quòd ignis fit ex aqua, tanquam ex oppoſito, quod oppoſitum non ineſt igni generato, materia autem ineſt, & ideo ponitur, cum inſit ab Ariſtot. ad differentiam oppoſiti, ex quo oppoſito fit res, non tamen ineſt. Et hoc clarius ſupra patuit in primo, diſtinctio. 2. parte 2. quæſt.4.

Quæſtio

Quæſtio Secunda.

Vtrum per aliquam potentiam materia poſſit eſſe ſine forma.

Seraph. Bonau. 2. ſent. diſt. 12. q. 1. art. 1.
Scotus 2. ſent. diſt. 12. q. 2.
D. Thomas prima parte ſummæ, q. 66. art. 1.
Riccardus 2. ſent. diſt. 12. q. 4.
Franciſcus de Mayr. 2 ſent. diſt. 12. quæſt. 2.
Durandus 2. ſent. diſt. 12. quæſt. vnica.
Ioannes Bacconitanus 2. ſent. diſt. 12. q. vnica.

SECVNDO principaliter circa hãc diſtinctionem 12. quærit Doct. Vtrũ per aliquam potentiam materia prima poſſit eſſe ſine forma. Titulus quæſtionis intelligitur de forma abſoluta, à qua materia prima realiter diſtinguitur, & etiam de omni forma reſpectiua, à qua realiter diſtinguitur, licet principaliter intelligatur de forma abſoluta, & ſenſus huius quæſiti eſt. An materia prima per aliquam potentiam poſſit actu exiſtere ſeparata ab omni forma tam ſubſtantiali, quàm accidẽtali, à qua realiter diſtinguitur.

¶ Ibi reſpondeo ſecundum illos. Hic Doctor primò recitat opin. Alber. Magni. & Riccard. qui ponunt materiam primam nullo modo diſtingui à forma, & ſic habent dicere, quòd materia prima non poteſt exiſtere ſeparata à forma, quia tunc ſequeretur, quòd idem poſſet ſeparari a ſeipſo, ſed hæc opinio improbata eſt ſupra quæſt. 1. huius diſtinctionis.

¶ Ibi. Alij dicunt materiam habere realitatem diſtinctam à forma, non tamen poteſt eſſe ſine forma, quia non eſt actus, nec habens actum, ſed tantum eſt ens potentiale, vel poſſibile, ſed hæc opinio improbata eſt vbi ſupra, vbi probatum eſt, quòd dicit entitatem realem actualem extra ſuam eſſentiam.

¶ Ibi. Alij habent aliam imaginationem de materia, quia ponunt eſſe eam terminum creationis alium abſolutè à forma, & tamen dicunt, quòd non poteſt eſſe ſine forma, & hæc eſt opin. Thomæ Anglici, & multorum aliorum, contra quam opin. ſpecialiter arguit Doct.

¶ IBI. Reſpondeo ad quæſtionem, tenendo, vt in priori quæſtione dictum eſt, rem materialẽ eſſe compoſitam ex duobus quæ ſunt partes rei compoſitæ, & quòd ſemper aliquid generati præexiſtit generato ſub forma corrumpendi. Dico, ꝙ non eſt cõtradictio materiam eſſe ſine forma quacunque ſubſtantiali, & accidentali, quod probo primo abſolutum diſtinctum, & prius alio abſoluto, poteſt eſſe ſine contradictione ſine illo, ſed materia prima eſt ens abſolutum realiter diſtincta à quælibet forma abſoluta, & prior illa. Maior probatur, quæ vt clarius intelligatur, adduco aliquas inſtantias.

An materia poſſit eſſe ſine forma, vbi Scotus loquitur de poſſibili, non de facto.

¶ Prima, quia intellectio diuina eſt quid abſolutũ & realiter diſtincta à relatione rationis cauſata ab intellectu diuino, & tamen non poteſt remanere ſeparata ab illa, vt patet ſupra à Doct. diſtinct. prima huius.

¶ Secundò, quia ſuſtinendo, ꝙ pater in diuinis, vel perſona patris eſt quid abſolutum in ſe, ſiuè ſuppoſitum abſolutum, ad quod Doct. videtur declinare in primo, diſt. 26. Certum eſt, ꝙ illud ſuppoſitum eſt prius ſuppoſito filij, & realiter ab illo diſtinctum, igitur poterit eſſe ſine illo, quod tamen eſt impoſſibile.

¶ Dico ad primum, quòd non eſt ſimile, quia talis intellectio realiter diſtinguitur, tamen nõ poteſt ſeparari, quia ipſa cauſa productiua talis entis rationis de neceſſitate cauſat, vt patet à Doct. vbi ſupra. Non eſt igitur repugnãtia ex parte intellectionis, ſed eſt repugnantia ab intrinſeco neceſſariò cõſequente poſterius, tamen non eſt repugnantia ex parte materiæ, neque ex parte agentis ſupernaturalis, cum illud merè agat, & liberè conſeruet.

¶ Ad ſecundum dico primo, ꝙ loquitur Doct. de diſtinctis verè realiter, quæ non tantum diſtinguntur in perſona, & proprietate, ſed diſtinguntur etiam in natura, ſicut Franciſcus, & Ioan. modo in propoſito, etiam ſuſtinendo, ꝙ perſonæ diuinæ ſint abſolutæ, non tamen proprijſſimè diſtinguntur realiter, cum includant eandem eſſentiam ſingulariſſimam. Secundò dico, ꝙ iſta repugnantia non eſt ab intrinſeco, non enim ex hoc, ꝙ perſona patris eſt talis perſona abſoluta repugnat ſibi ratione ſuæ entitatis formaliter eſſe ſine perſona filij, quia ſi per poſſibile, vel impoſſibile eſſet tantum vna perſona eſſet perfectiſſima æquè ſicut nunc, vt patet ſupra in primo, & in ſecundo, diſt. 1. quæſt. 1. ſed iſta repugnãtia eſt quodammodo ab intrinſeco, quia memoria fœcunda eſt de ſe ratio formalis neceſſariò producendi filium, vt patet in primo, diſt. 1. & d. 8. & quia illa perfectiſſimè reperitur in patre, ideo pater mediante illa neceſſariò producit filium, non poteſt igitur eſſe perſona abſoluta patris ſine perſona abſoluta filij, quamuis ſit prior propter neceſſariam productionem ipſius filij, & propoſitio Doct. ſic debet intelligi abſolutum realiter diſtinguitur ab alio, & prius eo quantum eſt ex parte ſua, & ratione ſua entitatiua poteſt exiſtere ſine tali poſteriori, & ꝙ detur aliquod abſolutum quod ſic nõ poſſit exiſtere, hoc non erit propter rationem ſuã formalem, & intrinſecam, ſed magis per aliam rationem extrinſecam.

¶ Ibi. Item quicquid Deus, &c. Hæc eſt ſecunda ratio principalis. Vt iſta ratio clarius intelligatur Doct. ſupponit aliqua. Primò, ꝙ ipſa materia ſit ens abſolutum, patet, quia compoſitum conſtitutum ex materia, & forma eſt verè ens abſolutum, ergo partes intrinſecè cõſtituentes ſunt abſolutæ. Secundò ſupponit, ꝙ actio diuina prius terminetur ad materiam, quàm ad formam, patet, quia ipſa præſupponit, vt receptiua formæ. Tertiò ſupponit, ꝙ ipſa forma non dat eſſe eſſentiale materiæ, vt patet in littera. Si modo intelligeretur, ꝙ eſſe exiſtentiæ materiæ, eſſet effectus formalis ipſius formæ informantis materiam, argumentum non concluderet, quia à nulla potentia poteſt fieri effectus formalis alicuius eſſe ſine illa, & multo minus exiſtere, impoſſibile enim eſt album eſſe ſine albedine, ſupplet enim Deus omnem cauſam ſecundam, ſcilicet effectiuam, & finalem, ſed non formalem, quia ſupplẽdo cauſam formalem eſt eſſe illius, ſi intelligatur, ꝙ eſſe exiſtentiæ materiæ ſit cauſatum ab ipſa forma adueniente materia, argumentum concluderet, quia Deus poſſet dare ſibi tale eſſe abſque forma, cum poſſit ſupplere cauſalitatem cuiuſcunque cauſæ ſecundæ, ſed iſte non eſt ſenſus litteræ, quia forma in materia nihil cauſat, vel efficit, vt patet à Doct. in iſto ſecundo, diſt. 25. dat enim tantum tale eſſe formale. Si verò ſic intelligatur, ꝙ ipſa materia prima non poteſt produci in eſſe actuali exiſtentiæ, & non poteſt habere illud, niſi actu ſit forma.

Quomodo materia ſit ens abſolutum.

¶ Contra, quia creatio diuina prius terminatur ad eſſe exiſtentiæ materiæ, ergo poteſt conſeruare illud abſque omni alio, quod non pertinet ad eſſe illius, & quod eſt poſterius, & realiter diſtinctum, ſed fortè ad mentem illorum, qui dicunt, ꝙ totum

eſſe

eſſe eſt à forma, ſi intelligunt illud eſſe ipſam formã, ſequitur, ꝙ materia in ſe nihil eſt, cuius contrarium probatum eſt in iſta diſtinctione, quæſt.1. Si verò intelligant, quòd ipſa forma cauſat eſſe in materia ſtat ratio Doct.

¶Ibi. Item ꝙ Deus immediatè creat, immediatè conſeruat, vel poteſt conſeruare, ſed materia eſt terminus creationis, vt patet per Auguſt.13.confeſſionum, & ſic immediate creatur à Deo. Tum quia non poteſt ſubeſſe cauſalitati agentis creati, cum ſit ſimpliciter primum in entibus. Tum quia non poteſt produci, niſi per creationem, & nulla creatura poteſt creare, vt probat Doctor in quarto, diſtin.1. quæſt.1. & ſic ſequitur, quòd à ſolo Deo ſit creata, tunc vltra, ſed entitas abſoluta, quæ eſt à ſolo Deo ſine aliqua alia entitate abſoluta, à poſteriori poteſt immediatè conſeruari à Deo, quia ſicut Deus poteſt creare a. ſine b. ita poteſt ipſum conſeruare ſine b. Si enim poteſt creare aliquod prius abſolutũ ſine aliquo poſteriori, à quo realiter diſtinguitur, poteſt etiam illud conſeruare ſine tali poſteriori, cũ à tali poſteriori nullo modo dependeat, nec in eſſe, nec in conſeruari. Tum etiam ſi poteſt creare materiam primam in aliquo inſtanti priori ſine forma, poteſt etiam ipſum conſeruare pro quocunque inſtanti priori ſine forma, quia conſeruare rem, & eandem creare ſunt penitus idem ex natura rei, vt ſupra patet diſtinct.2.quæſt.1.patet etiam in quolib.quæſt.12.

¶Ibi. Item non eſt neceſſe Deum velle aliud à ſe abſolutè, & de neceſſitate, vt clarè probat Doct.in primo, diſt.8.quæſt.vlt. Si ergo vult neceſſariò formam eſſe ad hoc, ꝙ uelit materiam eſſe, hoc non eſt ſimpliciter, ſed propter neceſſariam connexionem materiæ ad formam, patet, quia ſi non poteſt velle materiam eſſe ſine forma, hoc erit, quia inter materiam, & formam eſt ſimpliciter neceſſaria connexio, ſed non apparet talis neceſſitas abſoluta connexionis materiæ ad formam, quia ſi eſt neceſſitas abſoluta, igitur materia ſibi determinat aliquam formam de neceſſitate, probatio conſequentiæ, quod determinat ſibi aliquod genus, determinat ſibi aliquam ſpeciem, & quod ſibi determinat aliquã ſpeciem, ſibi determinat aliquod indiuiduũ illius ſpeciei, patet iſta, quia ſi Franciſcus neceſſariò determinat ſibi animam ſenſitiuam, ſibi neceſſariò determinat hanc animam ſingularem, ita quod ſicut impoſſibile eſt ipſum eſſe ſine anima, ita eſt impoſſibile eſſe ſine anima: ergo ſi materia prima determinat ſibi genus formæ, de neceſſitate ſequitur, quòd determinat ſibi aliquam formam, ſine qua impoſſibile eſt ipſum eſſe, & ſic patet iſta ratio cum confirmatione ſequenti, quæ in re eſt eadem cum iſta ratione.

¶Contra hãc rationem nonnulli inſtant, dicẽtes, ꝙ corpus determinat ſibi locum, & tamen non ſequitur, ꝙ determinet ſibi hunc locum, vel illud. Et ſimiliter, & ſubſtantia materialis determinat ſibi genus quantitatis, & tamen non ſequitur, ꝙ ſibi determinet hanc quantitatem.

¶Dico breuiter, quòd iſtæ inſtantiæ nihil ualẽt, quia Doctor loquitur de determinatione ſibi neceſſaria, ſi enim corpus determinaret ſibi locum, de neceſſitate eſſet in tali, vel tali loco, ſed quia contingenter determinat ſibi locum, ideo contingẽter poteſt eſſe in tali, & tali loco, & ſic poteſt eſſe in omni loco, vt ſupra patet diſt.2.quæſt.5. & clarius in quæſtio. 11. quolibetorum. Hoc idem dico de quantitate.

Vbi eſſet materia ſine forma.

¶Ibi. Et ſi quæras, vbi eſſet illa materia ſine forma. Hæc littera eſt ſatis clara, eſſet enim in loco tantum diffinitiuè, ſicut & ſubſtantia angeli eſt in loco diffinitiuè, vt ſupra patet diſtin. 2. quæſt.5.& ſi ipſa fieret extra vniuerſum in nullo loco eſſet diffinitiuè, ſicut nec angelus ſi fieret extra uniuerſum.

¶Ibi. Si quæras etiam, an habeat partes. Dicit Doct.quòd haberet partes ſubſtantiales, ſiuè entitatiuas, & non haberet illas per quantitatem, cum ponatur ſeparata à quantitate.

¶Ibi. Si dicas, ꝙ eſt ens in potentia, ergo ſi conſeruetur ſine forma, eſſe ſcilicet exiſtentiæ erit ſibi accidens. Dicit, quòd hoc eſt falſum, quia ſicut homo habet eſſentiam propriam extra omnem intellectum, ſic & eſſe, id eſt quod ſicut habet eſſentiã propriã in eſſe reali, & actuali, ita exiſtentiam propriam in eſſe reali, & actuali, cum ponatur gradus eius intrinſecus, vt ſupra expoſui diſt.3.q.1.

¶Ibi. Si etiam dicas materia ſic exiſtens ſine forma habet ſaltem reſpectum ad Deum conſeruantẽ, igitur habet aliquã formam. Dicit Doct.quòd talis reſpectus eſt idem realiter materię, vt ſupra patuit, diſt.2.quæſt.5.in propoſito autem loquitur de forma realiter diſtincta ab ipſa.

MVLTI nituntur reprobare poſitionem Doc. inter quos eſt magiſter Aug. Sueſſanus in ſua phyſica, & intendit reprobare Doct.primò, quòd materia dicit aliquam entitatem realem realiter diſtinctam ab omni forma naturali, & ſecundò, ꝙ ipſa materia poteſt exiſtere ſine forma. Sed nec rationes Doct.fideliter replicat, & minimè eius argumenta concludunt, vt patet intuenti illa in ſua phyſica, tamẽ pro iunioribus adduco illas ſigillatim eas ſoluẽdo. *Sueſſanus non intellexit Scotum.* Prima ergo ratio principalis ſecundum iſtum ad probandum, quòd materia ſit ens reale realiter diſtinctum à forma erat, ꝙ ipſa eſt ſubiectum tranſmutationis, & manet eadem ſub vtroque termino, vt declaratum fuit ſupra, ſed ipſe arguit ſic, ſubiectum in tranſmutatione ſubſtantiali non manet idẽ ſecundum quod, cum tranſmutatur ab vno accidẽte ad aliud, ergo materia prima, quæ eſt ſubiectum in tranſmutatione ſubſtantiali manebit eadẽ ſecundum eſſe ſimpliciter, argumentũ concludit à maiori, ſed negatur antecedens, & probatur ab ipſo, qa ſubiectum in tranſmutatione accidentali non manet idem ſecundũ quid, ſed variatur ſecundũ aliud, & aliud accidens, ſed hoc non valet, quia ſubiectũ in tranſmutatione ſubſtantiali non manet idẽ ſecundum quid, & manet idem ſimpliciter, & non ſecundum quid, nam idem homo albus aliquando eſt albus, aliquando niger. Si dicat, quia album fit ex nigro, vt patet ex primo phyſicorum, & tamen nigrum non manet idem, vt patet, hoc nihil eſt, quia aliud eſt fieri aliquid ex aliquo, tanquam ex oppoſito, & aliud eſt fieri tanquam ex ſubiecto, primo modo non manet idem, ſed bene ſecundo modo, & hoc ſatis fuit dictum ſupra diſtinct.iſta.q.1.& in primo, diſt.2. & ſic dico de tranſmutatione ſubſtantiali, quòd illud, ex quo fit aliquid, tanquam ex oppoſito non manet ſimpliciter idẽ, ſed illud, ex quo fit aliquid ex ſubiecto tranſmutationis ſimpliciter manet idem, ſi etiam intelligat, quòd ſubiectum in tranſmutatione accidentali nõ manet idem quantũ ad reſpectum, quem prius habuit, puta ad albedinem, quando fit ſub nigredine, admittitur: ergo nõ manet idem ſecundum eſſe ſuum abſolutum, negatur conſequentia, hoc idem dico de materia, ſi verò dicat, ꝙ ſubiectum tranſmutationis accidentalis dicitur ſubiectum ſecundum quid, & ſubiectũ tranſmutationis ſubſtantialis eſt ſubiectum ſimpliciter in ſe loquendo. *Primo phyſ. contex. 43.*

¶Dico, ꝙ primum eſt magis ens, quàm ſecundũ, cum primum ſit ſubſtantia completa, & ſecundum ſubſtantia incõpleta, quæ eſt materia, & huiuſmodi ſubſtantia

ſubſtantia ſemper manet eadem. Si verò dicatur ſecundum quid ratione termini recepti. Tūc verum eſt, ꝙ ſubiectum primo modo eſt ſubiectum ſecundum quid, cum dicatur ſubiectum tantum reſpectu accidentis recepti, & aliud ſimpliciter, cum recipiat formam ſubſtantialem, ſed quomodocūque accipiantur iſta ſubſtantia in ſe, & ſecundum eſſe reale ſemper remanet eadem.

Materia eſt ens abſolutum.

¶ Secundò arguit ad idem, & dicit, quòd ſi materia eſſet verè ens abſolutum, & exiſtens habens proprium eſſe, quòd tūc non eſſet vna numero per priuationem omnium formarum, quod eſt cōtra Ariſto. 10. metaph. vbi Auerroes cōmen. 28. dicit, quòd materia cognoſcitur negatiuè, & vult ibi, ꝙ Commen. dicat, quòd cognoſcatur vna numero per negationem omnium formarum, ſed hoc nihil eſt, q̄a materia prima eſt verè vna numero per propriam hæcheitatem, ſed pro ſtatu iſto non poteſt cognoſci in ſe, & quomodo cognoſcatur à nobis, quòd ſit vna numero, patet, quòd per negationem omniū formarum. Et quia videtur, quòd ipſa forma diſtinguat materiam. Dico, quòd ſi materia eſt ſeparata ab omni forma, & poſito, quòd ſit vna numero per negationem omnium formarum, id eſt quòd cognoſcatur ſic, ergo in ſe non eſt vna numero negatur, non enim vult Ariſt. neque Commen. ꝙ vnitas numeralis materiæ ſit tantum carentia, vel priuatio formæ, quia tunc eſſet ſimpliciter nihil, ſed vult, ꝙ ex hoc cognoſcatur diſtincta numero propter diſtinctionem formarū, & ſic materia cognoſcitur per traſmutationem formæ, & tamen in ſe eſt etiam cognoſcibilis, vt patet ſupra, ita vult, quòd cognoſcatur vna numero per negationem cuiuſcūque formæ, ſed non vult, quòd negatio formæ ſit ratio formalis, quare materia ſit vna numero, & ſic decipitur hic. Aliud enim eſt dicere, quòd hoc cognoſcitur per a. ergo eſt aliud p a. & aliud eſt dicere habet eſſe tale per a. patet, quia ſubſtantia cognoſcitur per aliquod accidens, loquendo de aliquali cognitione ſemper, ergo ſubſtantia habent eſſe per accidēs hoc falſum eſt, & ſic materia cognoſcitur vna numero negatione formarum, vt dicit Ariſt. & Cōmen. vbi ſupra, ergo habet eſſe vnum ſolum per negationem formarū, ita quòd talis negatio ſit ratio formalis conſtituēdi illud in eſſe numerali, nec Ariſto. nec Commen. hoc dicūt, & multo minus ab eorum dictis elici poteſt.

Quomodo materia ſit verè vna numero.

Materia in ſe eſt cognoſcibilis, non ab intellectu viatoris.

¶ Tertiò arguit contra illam rationem qua probat Doct. ꝙ materia ex q̄uo cauſat compoſitum abſolutum reale, ergo materia habet eſſe poſitiuum, & abſolutum, ita quòd ſicut forma nec in ſuo eſſe, in cauſando compoſitum dependet à materia, ita ſimiliter, nec materia in ſuo eſſe nec in cauſando cōpoſitum dependet à forma, ergo habet proprium eſſe. Iſte arguit non intelligendo mentem Doct. q̄a accipit iſtam maiorem, illa quæ ſunt ex æquo principia, & cauſa alicuius effectus in ſuo genere cauſæ neutrum quantum ad ſuum eſſe dependet ab alio, ſed dominus Auguſt. addit iſtam mi. agens, & finis ſunt cauſæ rerum naturaliū ex æquo quęlibet in ſuo genere cauſæ quod admitto, addit ergo neutrū ſecundum eſſe dependet ab alio, & ſic efficiens ſecūdum ſuum eſſe non dependet à fine, nec finis ab efficiente quod eſt contra Ariſto. ſecundo phyſicor. tex. cōmen. 30.

Quomodo cauſet cauſa finalis.

¶ Dico, quòd efficiēs quantum ad ſuum eſſe nullo modo dependet à fine, vt à cauſa finali, quia cauſa finalis tantum cauſat metaphoricè, ſcilicet inquātum amata, & deſiderata, vt expoſui ſupra in ſecūda diſtinctione primi. nec finis quantum ad ſuum eſſe in cauſando dependet ab efficiente cum finis inquantum cauſa finalis ſit prior efficiente, & ſi loquatur de fine ꝓducto, de quo ibi Ariſt. talis finis productus nō eſt cauſa finalis, q̄a cauſa finalis, vt huiuſmodi præcedit efficiens, & omnem effectum efficientis productum propter illum finem, propter quem agit, vt eſt cauſa finalis, & ſic patet, quòd nō intelligit nec mentem Doct. & multominus, &c.

¶ Quartò arguit cōtra iſtā rationem, qua probatur materiam habere verum eſſe, & proprium, quæ talis eſt, omne prius abſolutum habet eſſe ſine poſteriore, ſed materia abſoluta, & prior forma, & cōpoſito habet eſſe abſolutè, & non ab ipſa forma, licet Doct. faciat hanc rationem quam tenet, quòd ſcilicet materia poſſit exiſtere ſeparata ſine forma, non tamen facit iſtam probando abſolutè, ꝙ materia habet proprium eſſe ſine forma, quia hoc probauit alijs rationibus, & ſic patet, quòd non adducit hanc rationem ad mentem Sco. quia præſupponit Sco. in iſta ratione, qua vult probare, quòd materia poſſit exiſtere ſine forma, ꝙ illa habeat proprium eſſe abſolutum prius ipſa forma, ſi tamē iſta ratione vtitur Auguſt. ad probandum pro opi. Sco. quòd materia prima habeat proprium eſſe, ipſe addit vnam minorē ad maiorem; omne prius abſolutum, &c. ſed forma elementaris eſt prior abſoluta in materia ipſis primis qualitatibus, & diſtincta realiter ab illis, ergo habet eſſe, & exiſtentiā propriā independentem ab ipſis qualitatibus, conſequēs eſt contra Ariſt. ſecundo de generatione, & etiam cōtra eos, aliter non implicaret contradictionem formam elementarem eſſe, & exiſtere in materia ſine primis qualitatibus, quod Ariſt. derideret, & ita hæc poſitio non eſt peripatetica, ſed valde miror, quia Sco. expreſsè vult, ꝙ talis ſeparatio materiæ à forma ſit tantum per voluntatem diuinam, & non per potentiam naturalem, & ſic non dicit, ꝙ hæc poſitio ſit peripatetica, & ſic concedo, ꝙ Deus poſſet facere formam elementarē in materia, puta formam ſubſtātialem ignis ſine omni qualitate elemētari, ſi tamen talis qualitas diſtinguatur realiter, & idem concedo de omni alio abſoluto priori, & realiter diſtincto à poſteriori abſoluto.

Scotus loquitur de poſſibili, non de facto.

¶ Deinde Auguſt. arguit contra rationes, quas facit Sco. probando, quòd materia poſſit exiſtere ſine forma per diuinam potentiam, & dicit, ꝙ illę rationes Sco. ſunt Theologicę, & ſic intromittit ſe arguendo contra rationes Theologicas, & arguit primò contra ſecundam, quæ talis eſt. Quicquid poteſt Deus facere mediante cauſa ſecunda, &c. ipſe arguit non intelligendo ratione Doct. & addit iſtā minorem, ſed Deus facit parietem album mediāte albedine, ergo poteſt facere ipſum album ſine albedine, & patet, quòd non intelligit hanc rationem, quia Doct. non dicit, ꝙ Deus poſſit facere effectum formalem ſine ſua cauſa formali, vt patet ſupra in exponendo rationem. Addit etiam Auguſt. ſed calor poteſt calefacere, & efficere ignē formaliter calidum, ergo Deus poterit facere ignem calidum ſine calore quòd eſt cōtra eos, q̄a non poteſt Deus ſupplere vicem, vt ipſi dicunt cauſæ formalis, ſed patet, ꝙ non intelligit rationem Doct. & ſecundò verba ſua implicant. Cum dicit, ꝙ calor poteſt calefacere, & facere ignem calidum, nam effectus formalis non dicitur effectiuè fieri à forma, non enim albedo effectiuè producit album, ſed agens producens albedinem in ſubiecto producit album, albedo enim reſpectu albi tantum concurrit, ut cauſa formalis, & nullo modo, ut cauſa effectiua, & ſic patet, quòd uerba ſua implicant.

Sueſſanus non percipit mentem Doctoris.

¶ Deinde arguit contra tertiam, quæ talis eſt. Quicquid Deus poteſt immediatè producere diſtinctum ab alio, poteſt ipſum conſeruare ſine alio, & ipſo addit hanc minorē, ſed Deus de facto creat omnes

omnes animas brutorum in materia ſine diſpoſitionibus qualitatiuis,& quantitatiuis apud eos in eodem libro,cum ab agente naturali ſint,ergo illas poteſt conſeruare in materia ſine diſpoſitionibus qualitatiuis,& quātitatiuis,quod eſt falſum. Sed iudicio meo oportuiſſet, ipſum melius vidiſſe doctrinam Sco. non enim dicit, quòd Deus creat animas in materia ſine diſpoſitionibus, vide expreſsè, vbi tractat hanc materiam diſtin.18. ſecundi. quem locum ipſe allegat, cum huiuſmodi materia in nullo alio loco huius ſecundi tractet, patet etiam in quarto,diſtinct.10. contra opinionem illorum,qui volebant, quòd corpus Chriſti in euchariſtia eſſet reductum ad minimam quantitatem,& ſubtilius in quarto,diſtin.12. Si tamen hoc Doct. diceret,quòd poſſet facere animam, puta æqui in materia ſine huiuſmodi diſpoſitionibus non eſſet inconueniēs, vt ipſe dicit, quòd poſſit eam conſeruare,an modo Deus poſſit facere huiuſmodi animas in materia ſine talibus diſpoſitionibus eſt alia difficultas. Et quod dicit, ꝙ creat ipſas animas ſine diſpoſitionibus huiuſmodi,cum illæ ab agēte ſint. Si intelligit, ꝙ Deus producit ipſas formas in materia vltimò diſpoſita ab agente naturali, quod concedit Doct. in ſecundo, diſt.18. & ꝙ ipſe Deus non efficiat illas diſpoſitiones tranſeat,ſed non ſequitur poſtea,ergo Deus poteſt facere ipſas animas in materia nullo modo diſpoſita,quia licet Deus poſſit creare ipſam animam, & ſimul creare diſpoſitiones conueniētes in materia. Si tamen creat ipſam animam,nō creando huiuſmodi diſpoſitiones neceſſarias. Dico, ꝙ nunquam creat animā in materia ipſam informando,niſi prius talis materia ſit diſpoſita, vel ab agente naturali, vel ſupernaturali.

Iſte vir non vidit doctrinam Scoti.

Nota & bene.

¶ Item arguit contra quartam rationem, quæ talis eſt, quòd ſi materia determinat ſibi formam de neceſſitate, ergo determinat ſibi aliquam de neceſſitate,patet,quia ſi determinat ſibi genus de neceſſitate, ergo de neceſſitate aliquam ſpeciem, & ſi aliquam ſpeciem,ergo aliquod indiuiduum. Addit Auguſt. ſed corpus determinat ſibi locum in genere,ergo locum in ſpecie, ergo locum hunc,vel illū, ꝙ eos, hæc concedere non credo. Dico abſolutè,ꝙ ſi corpus de neceſſitate determinaret locum in genere, de neceſſitate determinaret ſibi hunc locum, vel illum,& ſic concedo,quòd ſicut Deus poteſt facere materiam exiſtere ſine omni forma, ita poteſt facere ſubſtātiam corpoream actu exiſtere ſine omni loco,& extra omnem locum, vt patet ſupra in diſtinctione ſecunda, & expreſsè in quolib. quæſt.11. Addit Auguſt. ſic dicens. Amplius addo. Sed a. corpus continuum limitat ſibi partem diuiſibilem,aliter non eſſet continuum, ſexto phyſicorum.& primo de generatione, ergo limitat ſibi locum in ſpecie,ergo partem aliquam in numero, quòd ipſi, ut credo, non concederent, poteſt enim continuum aliquod, vt a. adhuc remanere continuum ſine illa parte. Patet, quòd nihil concludit contra Scot. ſi enim intelligit de corpore, puta de ſubſtantia corporea, vt præcedit omnem quantitatem,clarū eſt, quòd ſi determinat ſibi quātitatem in genere,quòd etiam hanc quantitatē,vel illam, & ſi non determinat ſibi de neceſſitate hanc,vel illam, ergo nec in genere,& ſic concedo, quòd poſſet Deus facere ſubſtantiam corpoream ſeparatam ab omni quantitate,& accipio ſubſtātiam corpoream,quæ poteſt eſſe immediatè ſubiectum quantitatis, quæ eſt ſubſtantia compoſita ex forma, & materia ſubſtantiali, ſi verò accipit corpus continuum,vt includit ſubſtantiam corpoream, & quantitatem ſimul,quia continuitas eſt ratione quantitatis, ſi ſic intelligat, quòd corpus cōtinuum, puta bicubitale determinat ſibi quātitatem in genere, de neceſſitate ſequitur, quòd determinaret ſibi tantam partem, puta bicubitalē, & ſi nō determinat ſibi illam de neceſſitate, vel aliā, ergo nec in genere, & ſic patet, quòd iſtæ rationes Aug. ſunt valde friuolæ.

Rationes Sueſſani sūt debiles.

¶ Deinde arguit contra vltimam, quæ talis eſt. Quicquid contingenter ſe habet ad aliquod genus, contingenter ſe habet ad aliquam ſpeciem, & contingenter ſe habet ad aliquod indiuiduum. Iſta maior eſt Doct. & vera. Sed ipſe Aug. addit, ſed caliditas cōtingenter ſe habet ad gradus, ſiuè intenſionis, ſiuè remiſſionis: ergo poteſt eſſe ſine gradu remiſſionis, vel intenſionis,quod non concederent. Dico,quòd ſi hoc eſſet verum,quòd ſe haberet contingenter ad intenſionem,& remiſſionem,ꝙ etiam contingenter ſe haberet ad hunc gradum,& hunc,& ſic poſſet fieri ſine omni gradu intenſionis, & remiſſionis. Sed dico abſoluè, quòd non contingenter ſe habet ad totum genus intenſionis, quia fortè aliquis gradus intenſionis erit gradus intrinſecus alicuius indiuidui, qui non diſtinguitur realiter ab eo, cuius eſt gradus, vt patet à Doct. in primo, diſt.8.

Item dicit Auguſt. reſpondendo ad argumenta Doct. concedit, quòd ipſa materia habet eſſe eſſentiæ, & eſſe exiſtentiæ ab ipſa forma, non tanquam à cauſa effectiua, ſed tanquam à cauſa formali, & ſic gloſat illam propoſitionem Sco. ꝙ Deus poteſt ſupplere omnem cauſam ſecundam effectiuam, & dicit, quòd tale eſſe materiæ diſtinguitur realiter à forma,& quòd tamen nō ſequitur,quòd poſſit habere proprium eſſe ab illa ſeparata, quia tunc haberet eſſe independens. Iſte Doctor, aut contradicit dictis ſuis, aut oportet ipſum concedere, quòd ſi materia habet eſſe realiter diſtinctum à forma, ꝙ poſſit eſſe ſine forma. Primum patet, quia ſi uult, quòd eſſe materiæ ſit effectiuè à forma, contradicit ſibimet, quia concedit, quòd Deus poteſt ſupplere cauſam effectiuam, & etiam expreſsè vult ibi, quòd ipſa materia habet eſſe ſuum à forma, ſicut dicimus, quòd album habet eſſe ab albedine, quod non poteſt intelligi, niſi de effectu cauſæ formalis, & vltra poſito, quòd ſibi non contradicat, falſum eſt, ꝙ ipſa materia habeat ſuum eſſe à forma, vt à cauſa effectiua, vt ſupra expoſui, & ſi habet eſſe effectiuè a forma,cum ſit ens abſolutum, & diſtinctum realiter, quare Deus non poteſt facere illam ſine forma, ſi vult,quòd habet eſſe à forma non effectiuè ſed habet eſſe tanquam a cauſa intrinſeca formali ipſius materiæ, ſed hoc non, quia materia tūc verè eſſet compoſita, & corrupta tali forma,corrumperetur talis materia,& ſic generationi naturali nihil ſubijceretur, vt pars intrinſeca ipſius geniti, quod eſt manifeſte falſum, & improbatur ſupra di.12. quæſt.1. huius, quia eſt expreſsè contra Ariſt. vt ibi patuit,& vltra,ſi ipſa materia nihil aliud eſt, niſi effectus formalis ipſius formæ, tunc corrupta illa forma,corrumpitur, & tale eſſe,quia corrupta cauſa formali,corrumpitur, & effectus illius, & ſic nihil materiæ remaneret. Et ſi vis dicere, vt ipſe dicit, quòd in ipſa parte nos procedimus ex craſſa imaginatione, vel quia habemus imaginatiuā ſupra cogitatiuam, quòd materia, quæ erat cum a. ſupple cum forma deſinit eſſe ſecundum identitatem numeralem poſitiuā, & materia ſub b. incipit eſſe alia propter aliam vnitatem numeralē poſitiuam, ſupple propter formam ſibi aduenientem, & ſic vult iſte, quòd ſeparata forma nihil materiæ remanet, ad quod ſequuntur multa incōuenientia, quia ſi ipſa materia, vt dicit, vt eſt ſeparata ab omni forma eſt tantum ens priuatiuum, & nullo modo poſitiuum, ſequitur, quòd compoſitum naturale ex materia, & forma tanquam ex partibus intrinſecis erit

Iſte Doctor contradicit ſibi ipſi.

Doctrina ſingularis.

partim

partim poſitiuum,& partim priuatiuum,quod negaret Ariſt.primo phyſicorum. Si dicat, quòd materia, vt eſt in compoſito,habet eſſe poſitiuum, aut illud poſitiuum eſt à compoſito, & ſic eſſe poſitiuũ cõpoſiti non dependeret à materia quod eſt falſum, & cum cauſet compoſitum partialiter,& intrinſecè cauſat, vt prior ipſo, aut ergo, vt ens priuatiuum, & tunc compoſitum habebit eſſe priuatiuũ à materia tantum, aut vt ens poſitiuum, & habetur propoſitum, aut illud eſſe poſitiuũ eſt à forma, vt cauſat, ergo materia prima, vt cauſat compoſitum dependet à forma, quod eſt inconueniens. Tum etiã, quia illa forma producta, quę dat tale eſſe materię; quęro à quo producitur non ab agente naturali,q̃a tale præſupponit materiam inquam agat, quæ eſt receptiua ipſius formæ, modo priuatio non poteſt recipere formam ſubſtantialem. Tum etiam,quia agẽs naturale educit formam de potentia materiæ, aut ly materia eſt tantum priuatio, & tunc educeret illam de nihilo. Si dicis, quòd illa priuatio non eſt ſimpliciter nihil, q̃a eſt negatio in ſubiecto apto nato, quæro tũc in quo fundatur talis negatio, certum eſt, quòd non in alia priuatione, quia quæro de illa alia, & ſic eſſet proceſſus in infinitũ, aut fundatur in ente poſitiuo, & ſic habeo propoſitum,q̃a illud tale non eſt niſi materia. Tum etiam,ſi agẽs naturale non præſupponeret aliquod ens poſitiuum tanquam ſubiectum receptiuum ſuæ actionis, tunc produceret effectum de nihilo ſimpliciter, & ſic crearet,nec valet dicere,quòd præſupponit aliquod oppoſitum, puta ignis aquam in quam agat, & tale oppoſitum totaliter deſinit eſſe, quãdo producitur nouus ignis, ſi ſic, ſi aqua totaliter deſinat eſſe, & nihil aquę poſitiuum remaneat,igitur anihilatur, & anihilans, ipſam poſſet creare, quia tanta virtus requiritur in anihilando, quanta in creando, vt probat Sco.in quarto, diſt.1.quæſt.1.&diſt.16.q.2. nec valet dicere,quòd remanet ens poſitiuum,quia priuatio fundatur in aliquo, vt dixi ſupra, non ſequitur etiam,quòd ignis producens ignem agendo in aquam, tanquam in oppoſitum creat ipſum, quia nihil ipſi præſupponit,quod pertineat ad eſſe ipſius. Et ꝙ ſi dicatur tantũ præſupponere oppoſitum quod corrumpat ad hoc, vt agat, & quòd præſupponat materiam tanquam receptiuã formæ, expoſui ſupra diſt.12.& ſic patet, quomodo non habemus craſſam imaginationem; ſed lucidiſſimam; & multo minus imaginatiuam ſupra cogitatiuam; quia nõ tenemus illã opinionẽ maledicti Auer. quã tenet de cogitatiua, & multi eius ſequaces minus; quam rectè ſentientes,& quod dicit ipſe, quòd hęc eſt reſponſio Auerro.10.metaph.tex.commen.28.ꝙ materia prima, vt eſt ſeparata ab omni forma eſt vna numero, non tamen poſitiuè,hoc expreſsè non habetur ab Auerro.& vide expoſitionem ſupra, q̃a vult, quòd cognoſcatur materia,ꝙ ſit vno numero per priuationem formarum, vt ſupra expoſui.

Pulchra doctrina.

¶ Deinde reſpondet ad primum argumentũ factum à Doct.in ſecundo, diſt.12.quæſt.2.quo probat materiam poſſe exiſtere ſine forma,omne abſolutum, &c. negat minorem, quòd materia ſit ens abſolutum, quia materia, & forma dicũtur ad aliquid, ſecundo phyſicorum. capit.26.ſed ſalua ſemper pace ipſe non intelligit, nec Ariſt. nec Comm. Quæro enim,aut ſunt ad aliquid eſſentialiter, & ſic tantum ſunt duæ relationes, & ſic compoſitum naturale conſtitutum ex illis erit tantum ens reſpectiuum,aut ſunt ad aliquid denominatiuè,ſicut pater, & filius, ergo fundamenta eorum ſunt entia poſitiua abſoluta, intelligunt enim Ariſt.& Commen.ꝙ ſunt tantũ ad aliquid denominatiuè,ſe habent enim vt recipiens, & receptum. Deinde dicit,ꝙ maior illa non eſt vera,niſi de priori,q̃d nullo modo eſt poſterius, modo materia eſt prior forma in genere ſuo,hoc eſt in genere cauſæ materialis, & poſterior, quia forma eſt prior illa in genere cauſæ formalis. Credo enim,quòd ſe non intelligat,quia ſi materia eſt prior forma,vt cauſa materialis, quæro quod eſſe habet, aut habet eſſe abſolutum, & habeo intentum, aut reſpectiuum, ergo compoſitum erit ens reſpectiuum cauſatum ab ipſa, ſi dicat, quòd illud eſſe abſolutum habet à forma, ergo, vt cauſa materialis non erit prior forma,quod eſt contra ipſum. Præterea. Effectus formalis cauſæ non poteſt cauſare, vt cauſa materialis, vt patet intuẽti, & tu vis,ꝙ tale eſſe materiale ſit effectus cauſæ formalis. Præterea, ſi tale eſſe ſit à forma, & poſterior ipſa forma, vt verò cauſat in genere cauſæ materialis eſt prior,contra,quia ſi tale eſſe habet à forma,hoc habet per formã iam productã ab agente, & ſic forma prius habet eſſe in materia, & in eodem inſtanti quo forma habet eſſe in materia, eſt compoſitũ, ergo tunc ſequitur, ꝙ ipſa materia non poteſt cauſare compoſitum, vt prior forma.

Non intelligit iſte vir, nec Ariſtot. nec Commẽtatorem.

¶ Item.Reſpondet ad ſecundã rationem de creãte, & conſeruante, quòd Deus non poſſit ſupplere cauſam formalẽ, & ꝙ eſſe materiæ eſt effectus formalis cauſæ, & iam dixi, ꝙ non intelligit nec argumentum nec mentem Sco.

¶ Ad alia argumenta ſequẽtia reſpondet, quę reſpõſiones ſunt nullius vigoris, vt patet tertio argumento contra argumenta, quæ ibi ipſe facit contra rationes Doct. Deinde iſte bonus vir arguit contra concluſionẽ,in qua probat,ꝙ materia poteſt exiſtere ſeparata à forma, quæ concluſio eſt ſimpliciter Theologica, & ipſe arguit argumentis phyſicis, & primò arguit ſic. Non magis dependet forma materialis educta de potentia materiæ ab ipſa materia, quàm materia à forma, ſed impoſſibile eſt formam naturalem exiſtere ſine materia, ergo nec econtra, hæc ratio poteſt colligi ex ſeptimo metaph.cap.35. Dico primò, quòd magis forma dependet à materia, quàm econtra, quia ſubiectum eſt magis independens à forma recepta, quàm econtra. Secundò dico, ꝙ poſito, ꝙ ſit verum negatur de potẽtia Dei abſoluta, ꝙ forma ſubſtantialis non poſſit exiſtere ſine materia, vt patet ſupra in hoc ſecundò. Tertiò dico, quòd ſimpliciter forma magis depẽdet à materia, quia ſecundum Ariſt.agens naturale de neceſſitate præſupponit materiam in quam producat ipſam formam, & ſi materia aliquomodo depẽdet a forma, non dependet tamen quantum ad ſuũ eſſe proprium,ſed quantum ad ſuum eſſe formatum eo modo, quo dicimus,quòd homo albus dependet ab albedine, ſed ſimpliciter eſt maior dependentia formæ ad materiam, ſicut etiam accidentis ad ſubiectum.

Nota & benè.

¶ Secundò arguit, quòd effectus denominatiuum reducitur ad aliquod tale per eſſentiam, vt eſſe album ad albedinem. Tranſeat illa, ſed eſſe exiſtentia eſt effectus denominans omnes res, iſta eſt ſimpliciter falſa. Tum quia denominans propriè diſtinguitur realiter à denominato, ſed eſſe exiſtentiæ nõ ſic diſtinguitur, vt dictum fuit ſupra. Tum quia eſſe exiſtentiæ eſt gradus intrinſecus illius, cuius eſt, & talis propriè non denominat rem cuius eſt. Tum, quia propriè denominans eſt alterius generis à re denominata, vt patet, ſed eſſe exiſtentiæ eſt ſimpliter eiuſdem generis cum eſſe eſſentiæ, ſed ſupponatur iſta, vt vera, addit, ergo tale eſſe exiſtentiæ reducitur ad aliquid tale per eſſentiam, vel illud eſt forma, vel materia, vel ambo, non materia, quia tunc compoſitum haberet eſſe à materia per ſe contra philoſophum,ſeptimo metaph.vbi ait, per materiã

Quid ſit eſſe exiſtẽtia.

res

res nõ eſt per formam, ex tex.commen. vigeſimiſecundi. Dico, quòd tale eſſe exiſtentiæ reducitur ad eſſe materiæ, & eſt idem realiter cum ipſa materia, & cum dicit, quòd tunc compoſitum haberet eſſe per ſe à materia. Dico, quòd per ſe dependet à materia, tanquam à cauſa partiali, & quod dicit, quòd per materiam res non eſt, ſed per formam eſt per Ariſt. Dico, quòd Ariſt. intelligit, quòd compoſitũ per materiam non habet eſſe vltimatum, & ſpecificum, ſed tantum per formam, quia eſſe ſpecificum eſt à forma, & ſic intelligit Ariſt.

Optima expoſitio.

¶ Tertiò arguit, quia eſſentialiter competit materiæ eſſe partem compoſiti. 5. metaph. tranſeat, ergo nullum poteſt habere ſibi eſſe proprium, niſi in cõpoſito, negatur conſequentia, & eſt repugnantia manifeſta in iſta conſequentia, ꝙ ſcilicet ſit pars eſſentialis alicuius, & quòd non habeat propriam entitatem, nam pars eſſentialis eſt prior compoſito, cum conſtituat illud intrinſecè, ergo ſi nullum eſſe habet, niſi eſſe compoſiti, & ꝙ vt conſtituit nihil ſit, tunc compoſitum dependebit eſſentialiter in ſua entitate poſitiua, & intrinſeca ab eo quod nõ eſt, quod tamen nullus ſani capitis affirmaret, illud idẽ concluditur de forma, quia eſt æquè pars eſſentialis compoſiti, ergo per te nullum eſſe proprium habet niſi eſſe compoſiti. Dico ergo, quòd partes compoſiti habent duplex eſſe, vt in cõpoſito, habent enim eſſe proprium prius ipſo compoſito, & habent eſſe compoſiti participatũ ab ipſo cõpoſito, vt patet ſupra, & clarius videbitur in quarto, diſt. 43.

Partes compoſiti habẽt duplex eſſe.

¶ Quartò arguit. Si forma educta de potẽtia materiæ habet omnem potẽtialitatem ab ipſa materia, ergo omnem entitatem actualem habet materia à forma, tenet conſequentia, aliter enim plus forma dependeret à materia, quàm econtra, antecedẽs eſt Ariſt. 12. meta. tex. cõ. 51. vbi vult ſubſtãtiam primã nullam habere potentialitatem, quia liberata à materia, hæc eſt ratio Auer. 9. metaph. cap. 2. vbi vult formas liberatas à materia nõ pati, nec recipere aliquo modo. Dico, quòd iſta ratio non cõcludit. Primò quando dicit de potẽtialitate, aut loquimur de potentialitate obiectiua tantum, & certũ eſt, quòd illã non habet à materia, quia potentiã obiectiua reſpicit ipſum agens, vt patet ſupra diſt. 12. quæſt. 1. & patet, quia ſubſtantia ſeparata creata fuit in potẽtia obiectiua, & omne purum creabile eſt in potentia obiectiua, vt patet vbi ſupra. Suppoſito etiã, ꝙ potentialitas obiectiua ipſius formæ ſit à materia, quia talis forma nõ eſſet poſſibilis creari, niſi reciperetur in aliqua materia, ſicut formæ naturales, ſed tunc negatur conſequentia, ſi forma ſubſtantialis ignis habet potentialitatem obiectiuam à materia, in qua poteſt recipi, ergo ipſa materia totam entitatem actualem propriam habet à forma nõ valet, ſed tantum poteſt inferri, ergo ipſa materia habet eſſe formale ab ipſa forma, quæ producitur in materia, & tale eſſe formale eſt effectus formalis ipſius formæ, ſed vltra non ſequitur, quòd non habeat proprium eſſe, vt patet ſupra. Si verò intelligit de potentialitate ſubiectiua. ſ. ꝙ forma habeat potentiam ſubiectiuam à materia, verum eſt de facto, & ad mentem Ariſt. quia nulla forma ſeparata poteſt eſſe ſubiectum accidentis, cum illa talis ſit neceſſe eſſe ſecundum ipſum, ſed loquendo de potentia diuina multæ ſunt formæ naturales natæ informare materiam, quæ poſſunt ſeparari à materia, & eſſe ſubiectum accidentis, & de facto etiam ſecundum fidem catholicam angeli ſunt ſubiectum multorũ accidentium, vt patet ſupra in hoc ſecundo; ſed tũc non ſequitur, forma habet potentialitatem ſubiectiuam à materia, ergo materia habet entitatem actualem propriam a forma, quia omne quod patitur eſt paſſiuum, non ſequitur, immò magis oppoſitum concluditur, vt patet intuenti.

Actui entitatiuo etiã correſpõdet potẽtia obiectiua. actui formali correſpõdet potentia ſubiectiua.

Angeli ſunt ſubiectum multorum accidẽtium.

¶ Quintò arguit ſic in genere potentialium, prima potẽtia eſt prima materia: ergo in genere actualium, primò eſt forma aqua omne, quod eſt aliquo modo in actu eſt, conſequentia patet, quia actus, & potẽtia ſunt oppoſita, hæc ratio nullius eſt vigoris, ſi enim loquatur de potẽtia paſſiua, ſiuè receptiua, ſiuè ſubiectiua, concedo, quòd ſicut materia eſt primum receptiuum, ita forma eſt primum receptiũ, & ſicut forma eſt actus formalis, quia poteſt informare per receptionem ipſius, ita etiam materia eſt actus entitatiuus, & poſitiuus verè receptiuus ipſius formæ, & nihil amplius habens, immò hoc argumentum eſt pro me, quòd materia, & forma verè, & realiter diſtinguuntur, vt patet ſupra à Docto. diſtinct. 12. quæſt. 1. Et quod dicit, quòd actus, & potentia ſunt oppoſita, verum eſt de potentia obiectiua, & actu, vt patet in quinto metaph. & expoſitum eſt ſupra, hoc patet in diſtinctione 16. potentia verò ſubiectiua, & actus non ſunt oppoſita, vt patet ſupra. Si verò intelligat de potentia obiectiua, ꝙ ipſa materia prima primò ſit potentia obiectiua, hoc eſt manifeſtè falſum, quia ita forma producibilis eſt ita in potentia obiectiua, ſicut & materia creabilis.

Potentia ſubiectiua, & actus non ſunt oppoſita.

¶ Sextò arguit ſic. Si materia exiſteret exiſtentia ſibi propria, ergo quælibet forma haberet exiſtentiam propriam, concedo totum, ergo quælibet forma eſſet completa. O pulchra conſequentia, formam eſſe completam, contingit dupliciter. Vno modo, ꝙ ſit ratio dandi eſſe vltimatum, & ſpecificum, ac completum, & tunc negatur, ꝙ quælibet forma habeat tale eſſe, quia ſunt multæ formæ imperfectæ ordinatæ ad vlteriorem formam, vt patet in generatione prolis. Si verò loquatur de forma completa pro eo, ꝙ ex ipſa, & materia poteſt fieri compoſitum tranſeat. Dico etiam, quòd quælibet forma poteſt eſſe completa in ſua entitate, ipſe verò addit. Si talis forma eſt completa, quia habet propriam exiſtentiam, & materia propriã exiſtentiam. Ergo ex his non fit vnum ens per ſe, ſed tantum aggregatione, ad hoc ſatis fuit reſponſum à Doct. quæſt. 1. diſt. 12. ſecundi. vbi arguit contra ſe, ꝙ ſi materia eſſet ens actu, tunc ex ipſa, & forma non poſſet fieri vnum, iſta enim propoſitio ex duobus entibus in actu non poteſt fieri vnum, debet intelligi de duobus entibus in actu completo, & perfecto, ſicut ex Franciſco, & Ioanne, non poteſt fieri vnum, & ſic patet ex iſtis quid concludat dominus Auguſt. contra Doct.

Quomodo ſit intelligẽda illa propoſitio. ſ. ex duobus entibus in actu poteſt fieri vnum.

Optima reſponſio.

QVIDAM nouus expoſitor ſancti Thomæ nititur improbare poſitionem Doctoris, & ſoluere eius rationes, quam poſitionem recito de uerbo ad uerbum, quæ poſitio ponitur in expoſitione, quam facit ſuper libro de ente, & eſſentia ſancti Thomæ. Dicit ergo ſic quo ad ſecundum ſancti Thomæ in prima parte ſummæ, quæſt. 66. articu. 1. & in quæſt. de potentia Dei, quæſtio. 4. artic. 1. & in quolib. q. 3. artic. primo. confirmat id, quod hìc dicit, ſcilicet materiam non poſſe eſſe ſine forma duabus rationibus.

Caietanus nititur improbare poſitionem Doc.

¶ Prima eſt ducens ad impoſſibile ſic. Si materia exiſteret abſque omni forma, materia ſimul eſſet, & non eſſet, hæc implicant contradictionem, ergo. Probatur quo ad ſecundam partem, quia quo ad primam ab aduerſariis conceditur. Impoſſibile eſt effectum formalem ſeparari à forma, ſed, exiſtere eſt effectus formalis formæ, ſic enim diffinitur, forma eſt, quæ dat eſſe rei: ergo impoſſibile eſt ponere exiſtentia ſine forma, ſicut enim impoſſibile eſt eſſe album ſine albedine, ita eſſe in actu ſine

Quid ſit forma.

actu,

actu, actus autem primus, cuius eſt dare eſſe idem eſt, quòd forma, ex illa ergo propoſitione materia exiſtit abſque omni forma ſequuntur duo contradictoria ſimul vera, ex eo enim, quòd materia exiſtit, ſequitur, quòd ſit in actu, ex eo autem quòd abſque omni forma, ſequitur, quòd non ſit in actu, huic rationi dat Sco. quandam reſponſionem, quæ quia non niſi chymerica eſt tanquam indigna de qua verè fiat omittatur, quolibet enim proferente contraria ſolicitum eſſe ſtultum eſt ait Ariſt. à quo didicimus in hoc nono metaphyſi. quid ſit actus, & quotuplex.

Quolibet enim proferente contraria ſolicitum eſſe ſtultum eſt.

¶ Secunda ratio ſancti Tho. ad hoc idem eſt iſta. Omne indiuiduum determinatum ad genus completum, vel incompletum in rerum natura per ſe exiſtens eſt in aliqua certa ſpecie per ſe, vel reductiuè, materia ſola neque per ſe, neque reductiuè eſt in aliqua ſpecie, ergo materia ſola nō pōt eſſe indiuiduum quodcunque in rerū natura, mi. eſt ex ſe clara, non enim facilè eſſet fingere in qua determinata ſpecie eſſet materia ſola, maior probatur ex eo, ꝙ indiuiduum omne tam completum, quàm incompletū, ſi per ſe exiſtit in rerū natura ſeparatū (quod dico propter indiuiduum generis, vt hæc ſubſtātia, hoc animal, &c.) non continetur ſub genere per ſe, vel reductiuè immediatè ſed mediante ſpecie, inter genera enim, & indiuidua mediat ſpecies, & inter principia generis, & principia indiuidui mediāt principia ſpeciei pariformiter. Inſuper hæc maior poteſt probari ad hominem, aſſumendo dicta Sco. in quinto argumento. Ibi enim expreſsè aſſumit, ꝙ quicquid determinat ſibi genus aliquod, determinat ſibi aliquam certam ſpeciem illius generis, & poteſt etiam ex dictis Sco. ibi arguere ad hominem, & probare oppoſitum intuēti ſui ſic, quicquid determinat aliquod genus, determinat ſibi aliquā ſpeciem illius generis, materia ſola determinat ſibi aliquid generis ſubſtātiæ, ergo determinat ſibi aliquā ſpeciem certam ſubſtantiæ ſaltem reductiuè, ergo materia ſola eſſet in aliqua ſpecie ſubſtantiæ, hoc eſt falſum, minor eſt omnium, & proceſſus eſt bonus, ergo hanc veritatem approbat Ariſt. vt ipſe Sco. cōfitetur loco allegato. Sed quia dicit ex falſo fundamento Ariſt. hanc concluſionem tenuiſſe ex hoc, ꝙ Deus non poteſt agere ſine cauſis ſecundis. Oſtendo in hoc Sco. errare ex dictis Commen. 2. phyſicorum. cap. 12. Auerro. ex eodem præciſè fundamēto, quod ſanctus Tho. adduxit in prima ratione, tenet iſtam concluſionem, vbi nullam fieri mentionē de connexione cauſalitatis primæ cauſæ apparet, ſed tantū de actu, & potentia, ita quòd ex natura actus, & natura primę materiæ, quæ eſt pura potentia cōcludit Auerro. quòd duo contradictoria eſſent ſimul vera, vt deductum eſt, &c. Auicen. quoque in ſecundo metaphyſic. ſuæ cap. 3. tenet cōcluſionem Sco. eſſe impoſſibilem, & tamē poſuit expreſsè materiam eſſe creatam. Vnde hæc tanquam deſtructiua metaphyſicalium principiorum vitanda eſt, hoc de ſecundo.

Caietanus contra Scotum.

¶ Quo ad tertium reſpondeo ad primum, negatur antecedens, plus enim dependet potentia pura ab actu, quàm actus imperfectus ab actu perfecto.

¶ Sed cōtra. Hoc inſtat Antonius Trombetta ſic. Magis dependet poſterius à priori, quàm prius à poſteriori, ſed accidens eſt poſterius ſubſtantia, materia autem eſt prior forma, ergo magis dependet accidens à ſubiecto, quàm materia a forma. Fortè diceretur (ait) quòd materia nō eſt prior, ſed poſterior forma. Contra. Nam licet materia ſit poſterior forma ordine perfectionis, eſt tamen prior ordine generationis, & conſequenter prior ſimpliciter, vt arguatur ſic, quādocūque ſunt aliqui duo ordines, quorum vnus ſimpliciter eſt prior altero, quicquid eſt in ordine priore eſt ſimpliciter prius quocūque exiſtente in ordine poſteriore, ſed ordo originis, & ordo perfectionis, ita ſe habent, quòd ordo originis eſt ſimpliciter prior ordine perfectionis, & hoc in natura limitata, ergo quicquid eſt prius origine eſt prius ſimpliciter quocūque priore ordine perfectionis, ſed ita eſt, quòd materia eſt prior origine forma, licet forma ſit prior perfectione, ergo materia eſt ſimpliciter prior forma, proceſſus bonus, & maior probatur, quòd ſcilicet ordo originis eſt ſimpliciter prior ordine perfectionis, nam priora generatiōne ſunt poſteriora perfectione, natura ſemper procedit ab imperfecto ad perfectum, ergo quicquid eſt imperfectius, eſt ſimpliciter prius quocunque perfectiori, ſed materia prima eſt imperfectior forma, ergo materia prima eſt ſimpliciter prior forma. Tūc vltra eſt ſimpliciter prior forma, & omne prius in ſuo priori poteſt eſſe ſine poſteriori, ergo, &c.

Inſtātia Domini Trombetta.

¶ Ad hoc reſpondetur triplici reſpōſione ad inſinuandum argumenti multiplicem defectum. Primò dicitur, quòd ſit poſterior materia ordine generationis, eſt tamen prior etiā ordine generationis materia exiſtēte, magni enim refert dicere materiā, & materiam exiſtētem, ſicut ſuperficies eſt prior albedine, albedo tñ eſt prior ſuperficie habente eſſe album, ita in propoſito, cum ſermo ſit de materia exiſtente, ſi enim poneretur materia ſola in rerum natura, oportet ipſam exiſtere, patet falſum aſſumi. Secundò dicitur, quòd aliud falſum ibi aſſumitur, ſcilicet ꝙ ordo generationis ſit ſimpliciter prior ordine perfectionis, ſtādo infra limites naturæ finitę, cum enim actus ſit prior potentia ſimpliciter, tā ſi ponatur Deus finitus, quàm infinitus, vt patet ex primo metaph. tex. commē. 15. & 12. tex. cōmen. 30. & prioritas actus ſit prioritas perfectionis, conſequens eſt, quòd ſecundum Ariſt. & veritatem ordo perfectionis ſit ſimpliciter prior ordine generationis, amplius id quod eſt prius natura ratione, & tēpore eſt ſimpliciter prius, & ordo perfectionis eſt prior natura ratione, & tempore ordine imperfectionis, qualis eſt generationis, qui ſe tenet ex parte cauſæ materialis, ordo igitur perfectionis eſt prior ſimpliciter, mediaque propoſitio eſt Ariſt. 8. phyſicor. tex. commen. 75. expreſsè loquitur in natura finita ad probandum, ſcilicet motum circularem eſſe primum, vnde ad probationem, conceſſo, ꝙ priora generatione ſunt imperfectiora, & quòd natura procedit de imperfecto ad perfectum, negatur cōſequentia, ergo ordo generationis eſt ſimpliciter prior, licet enim agens naturale prius attingat imperfectum, quàm perfectum, oportet tamen prius agens in ſe perfectum eſſe, vt dicitur in 12. metaph. tex. commen. 40. Hic aduerte tu, quòd oportet mēdacem eſſe memorem in quæſt. de primo cognito. Ant. Tromb. quas impugnat poſitiones has aſſumit, &c. Tertiò dicitur, quòd dato toto proceſſu, vltima conſequentia nihil valet, falſum eſt enim, ꝙ omne prius poſſit ſecundum eſſe abſolui à poſteriori quolibet, vt ad ſecundnm dicetur.

Quomodo forma ſit poſterior materia.

Oportet mēdacem eſſe memorem. Nota & benè.

¶ Sed contra primam reſponſionem, quæ ponit materiam non habere propriam exiſtentiam, ſed eā mendicare à forma, inſtatur ſic. Cuicunque conuenit actu cauſare, pro aliquo ſigno conuenit, & exiſtere pro eodem ſigno, ſed materiæ primæ in primo ſigno, quo recipit formam conuenit cauſare, ergo pro tunc ſibi conuenit exiſtere, ſed pro illo ſigno non habet exiſtentiam formæ, ergo propriā. Et confirmatur, quia materia aut cauſat compoſitum, & recipit formam quando exiſtit, aut quando non exiſtit, non quando non exiſtit, ergo quando exi-

do exiſtit, ergo pro tunc conuenit ſibi propria exiſtentia quia ex natura formæ, ſequitur totum compoſitum. Et confirmatur ſecundo, quia cauſa non mendicat a ſuo effectu, materia autẽ cauſat exiſtentiam compoſiti & formæ, ergo non mendicat exiſtentiam ab eis, &c.

¶ Ad hoc dicitur, quòd ſufficit cauſæ pro quolibet inſtanti temporis, quo actu cauſat habere exiſtentiam, nec apparet neceſſarium, quod pro quolibet ſigno naturæ inſit exiſtentia ſibi quo ineſt cauſalitas, ordo enim naturæ talis eſt in eodem inſtanti tẽporis, quod ſi materia recipit formam, ex quibus reſultat compoſitum cui iam eſſe actualis exiſtentiæ aduenit, quo ipſum compoſitum, primo forma, ſecũdo & materia, tertio exiſtunt. Ad formam autem primæ inſtantiæ, negatur maior.

Quõ materia exiſtat.

¶ Ad primã confirmationem dicitur, quod materia [illegible] quando exiſtit, quia pro omni inſtanti quo cauſat exiſtit, quando enim eſt terminus temporalis.

¶ Ad ſecundam confirmationem dicitur, quòd licet cauſa, vt cauſa non mendicat à ſuo effectu, tamen cauſa materialis mendicat à ſuo effectu, qui eſt eius cauſa in altero genere cauſæ, eo quòd ſint ſibi inuicem cauſæ quinto metaphyſica. tex. com. ſecundi. Oportet autẽ has reſponſiones à Sco. admitti, quia cum Sco. ponat ſecundo ſenten. diſtin. tertia. q. tertia. exiſtentiam eſſe vltimum actum poſteriorem tota coordinatione prædicamentali, licet nõ diſtinctum realiter à re, cuius eſt, oportet eſſentiam materię ex natura rei habere habitudinem ad ſuam exiſtentiam, vt potentiam ad actum, & tunc poteſt argui ſic, eſſentia materiæ, vt diſtincta cõtra ſuam exiſtentiam, cauſat ex natura rei in genere cauſæ materialis ſuam exiſtentiam recipiendo eam ergo [illegible] pro illo ſigno conuenit exiſtentia, & ſic habet exiſtentiam antequam recipiat eam, ſimiliter [illegible] do in illo ſigno, aut eſſentia materiæ recipit ex natura rei ſuam exiſtentiam quando eſt, aut quando non eſt, &c.

¶ Ad ſecundum principale, [illegible] maior, ad eius probationem dicitur, quòd non ſola dependentia, ſed neceſſaria connexio aliquorum poteſt eſſe cauſa inſeparabilitatis eorum. Ad id quod additur ex quinto meth. dicitur, quòd [illegible] talis affirmatiua nõ conuertuntur ſimpliciter, iſta enim eſt vera quæcunque poſſunt eſſe ſine aliis, & illa non ſine ipſis ſunt priora, ſed non conuertitur, quæcunque ſunt priora, poſſunt eſſe ſine aliis [illegible] ſic [illegible] nota quòd maxima illa [illegible] omne [illegible] lutum, &c. non poteſt ſaluari tenendo viam Sco. quod pro nunc ex duobus manifeſtatur. Primo ex eo, quod partes eſſentiales ſimul ſumptæ ſunt priores toto, & tamen apud Sco. non poſſunt eſſe ſine toto. Secundo ex eo, quod prædicamentum quantitatis eſt abſolutum prius prædicamento qualitatis, præſertim quo ad quartam ſpeciem eius, & tamen non poteſt fieri quantitas continua, niſi figurata fieri dicatur, aut finita, aut infinita [illegible], quia illa ratio dabilis, & ſi fo[illegible]te imaginetur [illegible], adhuc cum oporteat eſſe lineam, aut ergo linea recta, aut curua & ſic eſſet figurata, [illegible] ergo figurata, figura autẽ eſt quæ termino, vel terminis [illegible] ditur, & ſimiliter, aut habet lineas rectas, aut curuas, aut circulares.

¶ Ad tertium [illegible] quicquid ſit de maiori, negatur minor, forma enim & ſi non ſit de eſſentia materiæ, eſt tamen de eſſentia materiæ exiſtentis.

Medium duplex.

¶ Ad quartum dicitur, quod cum medium ſit duplex effectiuum & formale, quia [illegible] Deus cauſat effectum [illegible] cauſa effectiua conſeruante [illegible] media cauſa formali quale mediũ eſt forma reſpectu materiæ.

¶ Ad quintum negatur, quòd inter materiam & formam non ſit neceſſaria connexio, ad cuius probationem negatur conſequentia, cuius probationis falſa eſt maior, per illud autem, quòd additur, ſcilicet ſecundum quod neceſſario eſt homo, neceſſariò eſt hic, vel ille homo, nihil aliud habetur, niſi quia ꝙ materia neceſſario determinat ſibi genus formæ, ideo materia non poteſt eſſe ſine hac, vel illa forma quod eſt intentum neceſſarium non enim valet cõſequentia. a. neceſſariò eſt homo. ergo. a. neceſſariò eſt hic, vel ille determinate, ſed vagè, & ſic conceditur materia neceſſariò determinat ſibi formã, ergo neceſſario determinat ſibi hanc, vel illam formam, non determinate, ſed vagè. Ad confirmationem, cum dicitur quicquid contingenter ſe habet ad quodlibet generis abſoluti, contingenter ſe habet ad genus ipſum, eodem modo reſpondetur, diſtinguendo contingenter ſe habere ad quodlibet determinate, vel vagè. Primo enim modo falſa eſt maior. Secundo verò falſa eſt minor. materia enim non contingenter, ſed neceſſario ſe habet ad quamlibet formam indeterminatè, & vagè.

¶ Ad illam probationem dicitur, ꝙ vnum eſſentialiter vnum & ſingulare negatiue, ſicut eſt materia prima poteſt eſſentialiter dependere in eſſe à pluribus eiuſdem generis indeterminate, & vagè ſecundum quòd illa plura habent vnam rationem communem, ſicut in propoſito omnes formæ conueniunt in hoc, q. dant eſſe actuale. Reflecte hoc argumentum contra Sco. de quantitate & figura, & forte perpendes illo infirmitatem eius, quantitas enim continua determinat ſibi generis figurã, nullam tamen ſibi figuram vendicat, hoc dicit quarto [illegible]

NVNC reſpondendum eſt dictis, huius noni expoſitoris. Primo reſpondeo ad argumenta facta contra poſitionem Doct. Secundo oſtendo reſpõſiones factas ad rationes Doct. minime ſoluere illas. Quantum ad primum, patet reſponſio ad primam rationem ex dictis ſupra quomodo materia ſeparata eſſet vere actus entitatiuus includens proprium exiſtentiam, vt gradum ſibi intrinſecum, & talis actus nullo modo eſt a forma, & ſic nõ eſt cõtradictio ipſam eſſe in actu, & non in actu accipiẽdo actum diuerſimodè, & eſſet quidem in actu entitatiuo, & propria exiſtẽtia, & non eſſe in actu formali, & formaliter diſtinctiuo. Et cum dicit, ꝙ effectus formalis non poteſt eſſe ſine cauſa formali [illegible], ſed poſtea negatur, quòd actualis exiſtentia ſit effectus formalis formæ, immo actualis exiſtentia eſt gradus intrinſecus rei cuius eſt, non enim effectus formalis animæ eſt eſſe exiſtentiæ, ſed eſt eſſe animatum. Et vltra, ſi eſſe exiſtentiæ materiæ eſt effectus formalis formæ, per hoc erit, quia forma recipitur in ſubiecto, modo videtur repugnantia, quod ens reale actu exiſtens vere recipiatur in aliquo, nullum eſſe reale habente.

Quõ materia ſit ĩ actu entitatiuo.

¶ Ad ſecundam rationem, quæ eſt de indiuiduo, cum dicit, quòd indiuiduum determinatum ad genus completum, vel completum in rerum natura per ſe exiſtens, eſt in aliqua certa ſpecie per ſe, vel reductiue. Dico, quòd ſi intelligatur eſſe in actu in aliqua ſpecie [illegible], certum eſt enim quòd anima intellectiua ſeparata, licet per ſe reductiuè eſt actu in aliqua ſpecie ſubſtantiæ, non ò vt ſit in nullo genere [illegible] actu [illegible] adhuc dico, quod [illegible] in aliqua ſpecie, quod eſt actu in aliqua ſpecie per ſe eſt actu ſicut recta linea prædicamentali, hoc autem non competit parti, eſſe verò [illegible] in aliqua ſpecie ſpecialiſſima eſt

ipſum eſſe actu partem ſingularis compoſiti actu exiſtentis ſub aliqua ſpecie ſpecialiſſima in recta linea prædicamentali, hoc idem dico de materia ſeparata ab omni forma, quòd ipſa nõ eſt actu in aliqua ſpecie, & tamen eſt ſingularis. Si verò accipiatur aliquid eſſe in genere, vel in ſpecie reductiuè tantum potentialiter, dico quod partes ſunt præcisè in illa ſpecie in qua per ſe ponitur compoſitum ex illis partibus, patet, quia dicuntur eſſe in genere tantum per compoſitum cuius ſunt partes, eſt tamen differentia inter materiam & formam, quia forma eſt præciſe nata reduci ad talem, vel talem ſpeciē, nam anima intellectiua nata eſt tantum eſſe reductiuè in aliqua ſpecie animalis, vt pars ſpeciei animalis, materia verò nata eſt eſſe diuerſimode pars alterius, & alterius ſpeciei ſecundum quod ponitur alterius, & alterius formæ, vt patet. Dico etiam q ſi materia prima eſſet ſeparata, quod actu nec p ſe, nec reductiuè eſſet in aliquo genere, ſed ſi tu ſe quæratur quid erit tunc illa materia ſeparata, dico q erit ens, & ſi vltra quæratur quod ens erit, dico q erit ens quod eſt materia, & ſi vltra quæritur, aut eſt ſubſtantia, aut eſt accidens, vel per ſe, vel reductiuè, dico quòd actu nec eſt ſubſtantia quæ eſt genus, nec accidens qđ eſt genus, quia nulla pars ſubſtantiæ recipit prædicationem ſubſtantiæ, quæ eſt genus, niſi actu ſit in tali genere. In re tamen dico, quòd materia eſt ens realiter diſtinctum a quolibet accidente, & eſt vera ſubſtantia, licet vt ponitur ſeparata à forma non recipiat prædicationem ſubſtātiæ pro vt ſubſtantia ponitur prædicamentum. Alia vero quæ dicit quod, nimodo ſubdeclinationem Doct. ſubtilis, vt indigna reſponſione omittantur.

Differentia eſt inter materiã & formam.

Materia ſeparata eſt ens.

¶ Et quòd dicit ſecundum Doct. hanc concluſionem tenuiſſe, ſcilicet quòd Ariſto. ex hoc tenet materiam non poſſe ſeparari a forma, quia eſt impoſſibile Deum agere ſine cauſis ſecundis, hoc patet eſſe verum, & cum dicit Doct. ſubti. in hoc errare ex dictis Commenta. ſecundo phyſic. cap. 11. vbi Commen. tenet materiam nō poſſe ſeparari a forma, & tamen nullam mentionem facit de connexione ſecūdarum cauſarum. Dico quòd oportet melius intelligere Commentatorem. Commentator enim præſupponit ordinem eſſentialium cauſarū, ita quòd ſecundum eum impoſſibile eſt primā aliquid producere de nouo nō concurrente cauſa ſecunda. Et quia omne agens naturale agit tātum in ſuppoſita materia: ideo ſequitur quod in eodē inſtanti quo forma ſubſtantialis corrumpitur ab aliquo agente naturali, de neceſſitate naturæ cauſatur alia forma ſubſtantialis in illa materia, non enim agens naturale per ſe intendit corruptionem formæ, ſed tantum per accidens, quia producit formā incompoſſibilem formæ corrumpendæ, & quia agens naturale dum agit in paſſum, ſic in vltimo inſtanti diſpoſitionis paſſi inducit formam in materiam, quod eſt impoſſibile ipſam formam non induci ſtante perfecta diſpoſitione paſſi propter ordinem eſſentialem cauſarum, ſed ſi talis ordo non eſſet, ita q prima cauſa poſſet attingere & ſeparatim producere quēcunque effectum eſſentialiter non dependentem ab alio, haberet dicere q prima cauſa poſſet producere primam materiam actu exiſtentem, & ab omni forma ſeparatam. Nec habetur a Commentatore quòd repugnat materiæ ex ſua ratione formali poſſe exiſtere ſine forma, ſed iſta repugnantia eſt ab extrinſeco, quia agens naturale corrumpendo formam in materia, neceſſario in eodem inſtanti inducit aliam. Et cum dicit Commentator, quòd ſi eſſet ſeparata ab omni forma, eſſet in actu & non in actu, loquitur ibi de actu formali & ſpecifico, id eſt, quod ſi ſeparata eſſet materia à forma, quæ dat eſſe ſpecificum, & ex alia parte diceretur habere verum eſſe completum, quòd tunc eſſet in actu ſpecifico, quia in eſſe completo, & non eſſet in actu ſpecifico, quia ponitur ſeparata ab illo, non tamen negat quin ſeparata haberet aliquem actum licet non formalem, vnde ipſe ſecundo phyſicorū. capitulo duodecimo ſic dicit. Materia autem differt à forma, ſed nunquam denudata à forma, immo cum ſeparatur a forma induit aliam, quoniam ſi denudaretur ab omnibus formis, ſcilicet prima materia, tūc eſſet non eſſet in actu, eſſet in actu, & cū notificat, q natura dicitur de forma, incepit etiam declarare formam eſſe digniorē, quam materia, deinde induxit rationem ſuper hoc & dixit. Omne enim dicitur eſſe illud quod eſt cum fuerit in ſua perfectione, id eſt omne enim non dicitur eſſe ſimpliciter, niſi cum fuerit in ſua vltima perfectione, quod eſt habere formam, hæc ille. Et per hoc etiam patet ad omnes alias auctoritates tā Philoſophi, quam Cōmentatoris, quam etiam Auicen. quod licet non faciant mentionem de connexione eſſentiali cauſarum quando dicunt materiam non poſſe ſeparari a forma, tamen vt dixi ſi concederent primum poſſe agere ſine cauſis ſecundis, haberent etiam concedere ipſum poſſe producere materiam per ſe exiſtentem & omnino ſeparatam ab omni forma.

Oportet melius intelligere Auerroem.

Quo ſit intelligendus Commen.

¶ Quantum ad ſecundum principale oſtendendum eſt reſponſiones huius expoſitoris nō cōcludere contra rationes Doct. Cum dicit ad primum argumētum factum pro opi. Doct. quod eſt tale. Magis dependet accidens a ſubſtantia quam materia a forma, ſed accidens poteſt eſſe ſine ſubſtantia, vt patet de ſacramento altaris, ergo & materia ſine forma, dicit iſte maiorem eſſe falſam, quia plus dependet potētia pura ab actu, quam actus perfectus ab actu imperfecto. Dico primo quòd ſupponit vnum falſum, ſcilicet quod materia prima ſit tantum potētia pura, vt ſupra oſtenſum eſt. Dico ſecundo, quod hoc poſito, quæro tunc quid aduenit tali potentiæ per formam, ſi tu dicis quòd eſſe exiſtentiæ, tunc quero in quo fundatur tale eſſe exiſtentiæ, certum eſt q in nihilo non fundatur, ergo in aliquo prius exiſtente. Dico etiā q ſi materia ſit tantū pura potentia, & prior omni actu, ergo vt talis pura potentia non dependet aliquo modo à forma, quia licet eſſe ſecundum ipſum dependeat quoad eſſe exiſtētiæ a forma, tamen vt pura potentia non depēdet a forma, & ſic ſtat propoſitum, quod materia prima vt eſt pura potentia loquendo hoc modo, minus dependet a forma, quam accidens a ſubſtantia, & ſi dicatur q dependet quantum ad eſſe exiſtentiæ, quod eſt effectus formalis ipſius formæ, tunc quæro a te de accidente in ſubſtantia, aut includit propriam exiſtentiam, aut præciſe exiſtentiam ſubſtantiæ. Si primo adhuc magis dependet à ſubſtantia, quam materia in ſuo eſſe abſoluto à forma cū ſit prior tali forma. Si ſecundo erit æqualis dependentia quantum ad eſſe exiſtentiæ, quia vtrobique ponitur effectus formalis ipſius formæ. Et concedo argumentum magiſtri Anto. Trombet, nec iſte nouus expoſitor ſoluit illud, & quia difficile eſt ſoluere illud, ideo plures inducit reſponſiones. Cum primo dicit, quod aliud eſt loqui de materia, vt materia & aliud de materia, vt exiſtente. Primo modo eſt prior forma. Sed ſecundo modo eſt poſterior, quia vt ſic eſt effectus formalis eius. Dico, q oporteret illum expoſitorē ſoluere omnes rationes factas a Doct. in præſenti diſt. q. prima. quibus probat materiam dicere veram entitatem, aliā ab entitate formæ, aliter compoſitum naturale nō eſſet compoſitum ex partibus, ſed eſſet ſimplex, vt

Reſponſiones Caietani ad enucleantur rationes Doctoris.

Caietanus nõ ſoluit argumentū Antonij Trombeta.

prius

prius patuit, quas tamen rationes non ſoluit.

¶Cum ſecundo dicit, ꝙ ordo generationis in natura limitata non eſt ſimpliciter prior ordine perfectionis, quia actus eſt prior potentia ſimpliciter, vt patet 9.metaph.tex.comm.15. & prioritas actus eſt prioritas perfectionis, & ſic ordo perfectionis eſt ſimpliciter prior. Dico, ꝙ hæc reſpõſio eſt quædam fuga. Aliud eſt enim loqui de priori ſimpliciter, & aliud eſt loqui de priori duratione: conceſſo enim, ꝙ ordo perfectionis ſit ſimpliciter prior in natura limitata, quia perfectior, nõ tamen ſequitur, ꝙ ſit ſimpliciter prior duratione ordine originis. Patet enim expreſſè, ꝙ in natura limitata prior duratione eſt ordo originis, quàm ordo perfectionis, prius enim homo eſt viuens vita vegetatiua, & poſt ſenſitiua, & vltimo intellectiua, in primo vero ente eſt ſimpliciter idem ordo originis, & ordo perfectionis, quia ſimpliciter primum origine eſt deitas, quæ etiam eſt ſimpliciter prima perfectione, vt ſupra patuit diſt.1.q.1. huius ſecundi: modo argumentum Magiſtri Antonij procedit de priori origine, certum eſt enim, ꝙ prius origine dependet à poſteriori origine, quàm poſterius origine dependeat à priori origine, ſic enim arguit philoſophus 7.metaph. tex. commen.4. vbi arguit ſubſtantiam eſſe priorem naturaliter omni accidente, & ſic patet hanc ſolutionem minimè valere. Et quod adducit, quòd licet priora generatione ſint imperfectiora, & quòd natura procedit de imperfecto ad perfectum, negatur tamen, quòd ordo generationis ſit ſimpliciter prior, quia licet agens naturale prius attingat imperfectum, quàm perfectum, oportet tamen prius agens in ſe perfectum eſſe, vt dicitur in duodecimo metaphyſ. tex. commen.40.

Argumentũ Trombettæ non percepitur.

Dico, quòd eſt conterere tempus, quia argumentũ Trombettæ non percipitur ab iſto, quia non loquitur ſimpliciter de ordine originis reſpectu cuiuſcunque, ſed tantum reſpectu eiuſdem, ſic quòd in eodem ente limitato eſt ſimpliciter prior ordo originis ordine perfectionis, quia tale ens prius eſt ſub eſſe imperfecto, quàm ſub eſſe perfecto, vt patet de homine generato. Cum ergo materia prima ſit ſimpliciter primum in generatione, ſequitur, quòd materia prima erit ſimpliciter prior forma ordine originis, licet ſit poſterior ordine perfectionis, & hoc eſt, quod intendit magiſter Antonius, cum à magiſtro ſuo Docto. ſubtili non deuiat, vult enim Doct. ſubti. vt ſupra dixi, quòd in primo ente ſit ſimpliciter idem ordo originis, & ordo perfectionis, ſic quòd illud, quod eſt prius ſimpliciter origine, eſt etiam ſimpliciter prius perfectione, in eodem vero ente naturaliter genito, vt ſeruetur proceſſus naturalis, nõ ſunt ſimpliciter idem ordo originis, & ordo naturæ, quia ordo originis eſt ſimpliciter prior. Et cum dicit de tanto viro, cuius fortè iſte nouus expoſitor non eſſet bonus diſcipulus, quòd oportet mendacem eſſe memorem, ꝙ magiſter Antonius hic aſſumit propoſitiones, quas impugnat in quæſtio. de primo cognito. Dico, quòd ad pauca reſpicientes faciliter nunciant, patet enim intuenti magiſtrum Anto. nec in hoc, nec in alijs ſibi contradicere, ſi enim hic non intelligit rationem, quam adducit magiſter Anton. quomodo audebit iudicare virum ita excellentem in doctrina in vno loco aſſerere vnam propoſitionem, & eandẽ in alio loco negare.

¶Cum tertio dicit, quòd dato toto proceſſu vltima conſequentia non valet, videlicet, quòd omne prius poſſit ſecundum rem abſolui à poſteriori quolibet. Dico, quòd ſi concedit omnia conſequentia in illa ratione, quòd neceſſariò habet concedere vltimam conſequentiam, quam negat, quia ſi a.eſt ſimpliciter prius origine b. & eſt realiter diſtinctum a.b. ſtatim ſequitur, ꝙ poſſit exiſtere ſine b. quærat ergo alias reſponſiones, ſi vult ſoluere rationem magiſtri Ant.

Quomodo materia habeat propriam exiſtentiam.

¶Ad illud, quod dicit, reſpondendo ad vnam rationem, quam facit Doc. præſenti diſt.q.1. qua probat, ꝙ materia prima habet propriam exiſtentiam, quia ponitur ipſam cauſare compoſitũ, & in quocunquẽ ſigno cauſæ cauſat, in eodem etiam verè exiſtit, cum dicit, ꝙ ſufficit cauſæ pro quolibet inſtanti temporis, quo actu cauſat habere exiſtẽtiam, licet non pro quolibet ſigno naturæ inſit exiſtentię quo materiæ cauſalitas. Hæc enim reſponſio minimè valet, eſt enim impoſſibile effectiuum in aliquo inſtanti aliquid cauſare, & in eodem inſtanti actu non exiſtere. Si enim ſanctus Tho. ponit poſſibile mundum fuiſſe ab ęterno, vt patet in prima parte ſummæ.q.46. & ex alia parte habet ponere cauſam primam eſſe ſaltem prius natura effectu in eodem priori, quo cauſaret in eodem etiam actu exiſtere, nulla enim cauſa cauſat, niſi inquantum actu exiſtit, ergo ſi materia prima ĩ aliquo priori naturæ prius cauſat compoſitum, quàm ipſa forma, ſequitur, ꝙ in tali priori actu exiſtit, & cum dicit iſte, quòd ordo naturæ talis eſt, ꝙ in eodem inſtanti temporis materia recipit formam, ex quibus reſultat compoſitum, cui iam eſſe actualis exiſtentiæ aduenit, quo ipſum compoſitum, primo forma, ſecundo & materia, tertio exiſtunt. Contra, quia quæro, ſi forma, vt cauſat, & prior compoſito actu exiſtat, vel ne, ſi non, ergo intrinſecè, & realiter non cauſat, ſi ſic, ergo prius exiſtit ipſo compoſito, hoc idem dico de materia, quæ ſi realiter intrinſecè, & vt pars compoſiti cauſat compoſitum in illo priori, quo cauſat ipſum erit exiſtens exiſtentia propria.

¶Ad illud, quod dicit ad confirmationẽ Doct. factam.q.1. qua probat Doct. ꝙ ſi materia exiſteret ꝑ formã, tunc mendicaret à forma tale eſſe, cũ dicit iſte, ꝙ nõ eſt inconueniens, materiã mendicare eſſe à forma, quia ſi materia non haberet propriam exiſtentiam, & propriam entitatem nullo penitus modo cauſaret realiter, & intrinſecè compoſitum, non enim eſt imaginabile aliqd realiter cõponi in actuali exiſtentia ex pluribus partibus, & ꝙ quęlibet pars realiter conſtituens non dicat propriam entitatem, & propriam exiſtentiã, & præcipuè loquẽdo de materia, quæ non tñ ponitur pars compoſiti, ſed ponitur realiter receptiua formæ. Et cum dicit per philoſophum 5.metaph. tex.commẽ.2. quòd cauſæ ſunt ſibi inuicem cauſæ, miror, ꝙ non percipiat tex. Ariſt. non enim dicit ibi, nec alibi, ꝙ materia ſit cauſa formæ, dando ſibi eſſe, nec quòd forma ſit cauſa materiæ, licet cauſa finalis, & efficiens aliquãdo ſint ſibi inuicem cauſæ, & ſimiliter formalis, non tamẽ reperitur, ꝙ cauſa materialis, & formalis ſint ſibiinuicem cauſæ quo ad eſſe primum illorum, vnde ſic dicit 5.metaph.tex.commen.2. Et ad inuicem cauſæ ſunt, vt laborare cauſa eſt euechiæ, & hæc laborãdi, ſed nõ eodem modo, verum hoc quidem vt finis, illud verò, vt principium motus, hæc ibi. Et ſm aliã tranſlationem, quia igitur cauſæ dicuntur multis modis, accidit, vt plures cauſæ ſint eiuſdem, ſed modo accidẽtali, ars enim idolorum eſt cauſa, & cuprũ etiam, & nõ eſt aliud, niſi per hoc, quod eſt idolum, ſed non eodem modo, ſed alterum eſt ad illud, ex quo fit motus, & exercitiũ, & ſanitas ſibiipſius ad inuicem, exercitium enim eſt cauſa ſanitatis, & ſanitas eſt cauſa exercitij, ſed non eodem modo, ſed hoc tanquam complementum, & hoc tanquam principium motus. Et Comm. ibi dicit, ꝙ ars idolificandi eſt cauſa idoli, & ſimiliter cuprũ eſt cauſa idoli, ſed duobus modis, cuprum enim eſt cauſa materialis,

Doctrina ſingularis.

ars autem idolificandi eſt cauſa mouens,& generãs. Et infra. Et cauſæ quæ ſunt in eadem re,ſunt cauſæ ſuiipſius adinuicẽ, ambulatio enĩ eſt cauſa ſanitatis tanquam agens.Sanitas autem eſt cauſa ambulationis tanquam finis,hæc ille. Quærat ergo iſte nouus expoſitor aliquem tex.Ariſt. vel Comment. qui expreſsè dicat, quòd cauſa materialis, & formalis ſint ſibiinuicem cauſæ,modo præexpoſito, quia in tex. quem allegauit,nihil horum reperitur.

¶Et cum dicit,ꝙ oportet has reſponſiones à Scotiſtis admitti,quia cum Sco.ponat 2.ſent.diſt.3.q.3. exiſtentiam eſſe vltimum actum poſteriorem tota coordinatione prædicamentali,licet nõ diſtinctum realiter à re,cuius eſt,oportet eſſentiam materiæ ex natura rei habere habitudinem ad ſuam exiſtentiã, vt potẽtia ad actum, & ſic in genere cauſæ materialis cauſat ſuam exiſtentiam,recipiendo eam,ergo ſibi pro illo ſigno cõuenit exiſtentia, & ſic habet exiſtentiam, antequam recipiat eam.

Caietanus percipit dicta S. Thomæ, ſed minimè intelligit mentẽ Scoti.

¶Dico, ꝙ ſi iſte adduceret aliquod dictum Tho. fortè crederetur ei,ꝙ & dictum,& mentem S.Tho. percipiat,ſed cum adducit dicta Doct.ſubti.nõ creditur ipſum percipere, nec dicta, nec intentionem eius,vt patet in multis dictis,quæ adducit, quæ notaui in primo,& in iſto ſecundo,ſic non eſt mirum, ꝙ nunc adducit dictum Doct.nõ rectè intellectum. Non enim dicit Doct. ꝙ eſſentia rei ſit cauſa materialis exiſtentiæ,nec etiam dicit,ꝙ ſit in potentia receptiua eiuſdem, cum talis potentia realiter diſtinguitur ab actu recepto,nec etiam dicit, ꝙ cauſa materialis eo modo,quo ponimus ſubiectum reſpectu paſſionis, à qua realiter non diſtinguitur, cum exiſtentia rei, nec ponatur paſſio, nec quaſi paſſio, eſt ergo exiſtentia rei tantum gradus intrinſecus, cuius eſt,qa data quacunque eſſentia in eſſe reali actuali,& circũſcripta paſſione,vel quaſi paſſione, adhuc talis eſſentia verè exiſtit. Et de hoc vide diffusè,quę expoſui in iſto ſecundo,diſt.3.q.1.in corpore quæſt.

¶Dico ſecũdò,ꝙ etiam poſito,ꝙ eſſentia ſit quaſi receptiua exiſtentiæ, non tamen ſequitur propoſitum ſui, quia aliud eſt loqui de cauſa verè reali, per quam cauſatur aliud realiter diſtinctum,& aliud eſt loqui de cauſa, per quam quaſi cauſatur aliquid, quod eſt idem realiter. Primo enim modo talis cauſa neceſſariò exiſtit propria exiſtentia. Sed ſecundo modo non eſt verum.

¶Ad illud, quod dicit,reſpondendo ad primum argumentum Doct.q.2.præſentis diſt. de ſeparabilitate materiæ à forma. Cum dicit,ꝙ maior eſt falſa. Hic nõ oportet multum inſtare,cum propoſitio Doct. ſit ita euidens, ꝙ nulli percipienti terminos debet eſſe dubia.Et cum dicit,ꝙ non ſola dependẽtia,ſed neceſſaria connexio aliquorum poteſt eſſe cauſa inſeparabilitatis eorum,hoc dictum vr implicare,maximè in abſolutis, ꝙ dentur aliqua duo abſoluta, inter quæ ſit neceſſaria talis connexio,quòd vnum non poſſit eſſe ſine altero, & ꝙ vnum ſit ſimpliciter independẽs ab altero,ſint a.& b. & ponitur prius b. & realiter diſtinctum a. b. & nullo modo dependens a. b. & ꝙ habeat neceſſariam connexionem ad b. videtur ſimpliciter impoſſibile.

¶Et cum dicit ad illud de quinto metaph.videlicet,prius enim, ꝙ prius non dependet à poſteriori. tex.comm.16. cum dicit, ꝙ vniuerſalis affirmatiua non conuertitur ſimpliciter,quia iſta eſt vera, quæcunq; poſſunt eſſe ſine aliis,& alia non ſine ipſis ſunt priora,ſed nõ conuertitur,quæcunque ſunt priora, poſſunt eſſe ſine alijs,& alia ſine ipſis. Dico, ꝙ quãto plus nititur improbare ſolidiſſimam doctrinam Doct. ſubtilis, tanto plus ſe oſtendit ipſam minimè percipere. Nec enim Doct.loquitur hic de priori, a quo non cõuertitur ſubſiſtẽdi cõſequentia,immo vult hic expreſsè,ꝙ ſicut materia poteſt exiſtere ſine forma per diuinam potẽtiam, ita forma poteſt exiſtere ſine materia, ſed accipit tamen hanc propoſitionem,ꝙ abſolutum prius alio realiter diſtinctum ab ipſo, a quo eſſentialiter non dependet per diuinam potẽtiam,poteſt exiſtere ſine illo alio,ſiuè modo illud aliud poſſit exiſtere ſine priori, ſiuè non, non eſt ad propoſitum Docto.communiter enim non potens euidenter ſoluere aliquam rationem trãsfert ſe ad alia impertinentia, vt rationem illam declinet. Et cum adducit inſtantias contra illã propoſitionem primo de partibus eſſentialibus ſimul ſumptis reſpectu totius,quæ ſunt priores toto,& tñ non poſſunt exiſtere ſine toto. Dico, ꝙ ex quo totũ eſſentialiter diſtinguitur à ſuis partibus,vt vult Docto.in tertio,diſt.2.q.2. vbi vult, ꝙ totum eſſentiale ſit ens aliud ab omnibus partibus coniunctim, & diuiſim,videtur etiam non eſſe inconueniens,quòd dentur partes ſimul ſumptæ ſine illa tertia entitate cauſata ab illis, & hoc ſecundum aliquos. Dico tamen, ꝙ hoc non eſt contra propoſitionem Docto. quia loquitur de abſoluto ſimpliciter prius alio,& ſic concedo, ꝙ partes compoſiti, vt abſolutè ſumptæ poſſunt exiſtere ſine tali compoſito,ſed partes, vt actu vnitæ non videntur, poſſe exiſtere, & tunc non fit comparatio abſoluti ſimpliciter, ſed abſoluti ſub relatione illa, quæ eſt vnio partium, ſicut etiam licet Franciſcus abſolute poſſit eſſe ſine filio, tamen vt ſub paternitate non poteſt exiſtere ſine filio, quamuis realiter diſtinguitur ab illo,ſic in propoſito. Dico etiam, quòd hæc inſtantia non eſt multum ad propoſitum contra propoſitionem Doct.quia aliud eſt loqui de abſoluto priori realiter diſtincto, quo poſito non ſequitur neceſſariò neceſſitate abſoluta illud aliud,à quo realiter diſtinguitur,& aliud eſt loqui de abſoluto priori, &c. ad quod poſitũ de neceſſitate abſoluta ſequitur aliud in eſſe, & conſeruari.

Totũ eſſentiale realiter diſtinguitur à ſuis partibus.

Inſtãtia nõ eſt ad propoſitum.

Primo modo propoſitio Doct.eſt vera,& minor ſubſumpta eſt ſimiliter vera, quia materia eſt ens abſolutum prius forma realiter diſtinctum non dependens à forma,nec forma ad ipſum poſitum neceſſitate abſoluta dependet in eſſe, & conſeruari.

Secundo modo fortè propoſitio non eſt vera,& ſic eſt in propoſito de partibus ſimul ſumptis reſpectu compoſiti, quia ipſis poſitis ſimul vnitis ſic neceſſariò,ſequitur vnitas compoſiti,quòd eſt impoſſibile ipſum non ſequi, Debet ergo intelligi propoſitio Doct.de abſoluto priori non dependens à poſteriori, nec in eſſe, nec in conſeruari,quod non eſt cauſa ſimpliciter neceſſaria poſterioris in eſſe, & conſeruari. Dico etiam, quòd aliud eſt conſiderare abſolutum prius in ſe reſpectu poſterioris abſolutè ſumpti, & aliud etiam ipſum conſiderare, vt cauſam ſimpliciter neceſſariam in eſſe,& conſeruari reſpectu alicuius effectus. Et ſi primo modo nõ repugnat, poſſe exiſtere ſine poſteriori. Secundo tamen modo repugnat eſſe ſine poſteriori, quia vt ſic ponitur cauſa ſimpliciter neceſſaria reſpectu poſterioris, ſicut etiam dicit Doct.ſupra diſt.1. q.5. ꝙ non repugnat cœlo abſolutè ſumpto poſſe exiſtere ſine motu,tamen vt cœlum comparatur ad intelligentiam mouentem, repugnat ſibi poſſe eſſe ſine motu, & hoc non ex ratione ſua propria, ſed quia intelligentia ſecundum viam philoſophi de neceſſitate mouet cœlum,ſic in propoſito,partes compoſiti ex ſua ratione intrinſeca non repugnat, poſſe exiſtere ſine entitate compoſiti,& ſi eis repugnat,ex hoc repugnat, quia ſimpliciter de neceſſitate, & ſimul vnita cauſant compoſitum, & ſic patet intellectus propoſitionis Doct. quem iſte ignorauit, per hoc etiam patet ad aliam inſtantiam de quantitate reſpectu

Abſolutum nõ repugnat eſſe ſine poſteriori.

reſpectu figuræ. Si enim daretur quantitas actu exiſtens propria exiſtentia prior figura realiter diſtincta ab illa à qua non dependeret, quæ non eſſet, cauſa neceſſaria abſolutè talis figurati illa quantitas per diuinam potentiam poſſet exiſtere ſine figura. Sed vtrum poſſit dari aliqua quantitas ſic realiter diſtincta à qualibet figura hoc non eſt præſentis ſpeculationis.

¶ Ad aliud [illegible] dicit, quòd, & ſi forma nõ ſit de eſſentia materiæ, eſt tamen de eſſentia materiæ vt exiſtentis, patet ex ſupra dictis hoc non eſſe verum [illegible] oſtendimus materiam [illegible] exiſtentiam. Et cum dicit quòd, & ſi Deus poſſit ſupplere cauſalitatem cauſæ efficientis non tamen [illegible] cauſæ formalis [illegible] Sed cum infert quòd eſſe exiſtentiæ materiæ eſt effectus formæ [illegible]. Si enim eſſe exiſtentiæ materiæ eſſet cauſatum à forma [illegible] quod non eſſet [illegible] ratione cauſæ formalis, ſed [illegible] ratione cauſæ efficientis, & ideo [illegible] Doct. optimè concludit [illegible] do ratione Doct. patet ad illa [illegible] Doct. [illegible] in propoſito nihil valet, quia certum eſt, quòd [illegible] neceſſario determinat ſibi aliquod [illegible], & [illegible] non ſimul poſſit eſſe [illegible] genere, ſequitur, quòd neceſſario determinat ſibi aliqua [illegible], & [illegible] quod non [illegible] alterum determinat et illam [illegible], dicere enim quòd determinat ſibi [illegible] hoc eſt fingere rationem Doct. [illegible] neceſſario determinat ſibi genus [illegible], & ſic patet [illegible] huius rationis expoſitionis.

AD Argumenta principalia. Primo arguit probando, quòd materia non poteſt [illegible] ſine forma, quia materia eſt magis [illegible] forma quam [illegible] ſubiecto, [illegible] ex materia, [illegible] vnum per ſe, [illegible] & paſſione [illegible] ſubiectum non poteſt exiſtere ſine paſſione, ergo [illegible] ſine forma.

¶ Secundo arguit ſic omni eo, quod poteſt per [illegible] quod [illegible] eſt inferius [illegible] quod poteſt [illegible] nihil [illegible] materia, [illegible] ergo materia non poteſt per ſe eſſe.

¶ Tertio [illegible] Doct. [illegible] materia [illegible] omni forma, [illegible] oppoſitæ, quod eſt impoſſibile. [illegible] oppoſitæ non poſſunt eſſe in eodem ſimul, [illegible] priuationes oppoſitæ [illegible] formarum [illegible] ſimul eſſe in eodem.

¶ Reſpondet Doctor ad [illegible] primum dicit quòd [illegible] eſt [illegible] vnitatis, & vnitas [illegible] Secundo [illegible] do materia & forma ſunt magis vnum, quia conſtituunt vnum compoſitum [illegible] per ſe [illegible] ſubiectum, & propria paſſio, & [illegible] vnum [illegible] quod [illegible] Sed [illegible] quæ ſunt [illegible] identitatis realis [illegible] quanto aliqua [illegible] tanto [illegible] & probat D[illegible] [illegible] vnitate vnionis, [illegible] ſunt [illegible] ad aliquod vnum [illegible] aliqua [illegible] in maxime dependentibus poteſt eſſe ordo ad aliquod vnum, nam forma maximè dependet à materia cũ non poſſit exiſtere ſine materia virtute naturali, & econtra. Et tamen ex his fit per ſe vnum tertium, & ſi maximè depẽdent adinuicem, ſequitur, quòd inter illa eſt vera diſtinctio, & ſeparatio, & aliqua ſunt inter quæ eſt minima dependentia, quæ tamẽ non poſſunt ordinari ad aliquod vnum, quia duæ albedines numero minime dependent adinuicem, & tamen non poſſunt ordinari ad aliquod vnum conſtituendum.

SED In littera Doct. accidit difficultas, quia dicit quòd vnitas vnionis per ſe aliquorum, communiter requirit maiorem diſtinctionem illorũ, & quanto magis vnum per ſe tanto videtur maior diſtinctio, ſed contra, quia ipſe Doct. in primo. di. 5. q. 2. Vult quòd perſona diuina ſit maximè vna conſtituta ex eſſentia & proprietate, & ibi non loquitur de vnitate identitatis realis, vt patet ibi, & di. 26. & tamen conſtituentia ſunt magis vnum per ſe quàm conſtituentia [illegible] compoſitum creatũ.

¶ Dico, quòd hæc eſt parua difficultas, primo, quia [illegible] loquitur de vnitate vnionis in aliquo tertio, quæ vnio ſemper requirit diſtinctionem realẽ [illegible], in diuinis autem ad intra non eſt aliqua vnio aliquorum reſpectu tertij, quia nulla conſtituentia tertium in diuinis diſtinguuntur realiter adinuicem. Dum etiam, quia Doct. hic loquitur de compoſito per ſe ex partibus eſſentialibus, quarum vna eſt per ſe potentia, & alia per ſe actus, vt patet in quæſtione præcedenti, & octauo [illegible] ad intra nulla eſt compoſitio, vel quaſi compoſitio, nec potentia, vel quaſi potentia, vt patet in primo diſtinctione quinta, quæſtione ſecunda, & diſtinctione 16. Dicitur ergo in diuinis perſona [illegible] per ſe vna, quia eſſentia diuina conſtituens eſt infinita. Tum quia terminus formalis productionis vnius perſonæ eſt formaliter [illegible], [illegible] ipſa eſſentia diuina, vt patet à Doct. in primo diſtinctione ſecunda, & diſtinctione quinta, quæſtione ſecunda, & diſtinctione vigeſima ſexta. Tum etiam, quia perſona conſtituta [illegible] imperfectionem præſupponit in conſtituentibus, cuius compoſitum ſit, quia preſupponit potentialitatem.

¶ Ad ſecundum reſpondet Doc. cõcedendo maiorem dicens, quia non video quin eſſe in alio entis [illegible], quàm eſſe in ſe, & quin ſit magis imperfectionis dependere, quàm non dependere, & ideo dico quòd omne eſſe [illegible] alterius [illegible] à ſubſtantia ſcilicet, accidentis eſt imperfectius [illegible] quod eſt pars ſubſtantiæ, ſicut eſt materia, & tunc [illegible] Auguſt. qui [illegible] hic al- 13. confeſſionum.
[illegible] Domine [illegible] prope te &c. vt [illegible] Dico [illegible] loquitur de ordine entium [illegible], & ibi eſt Angelus ens ſupremum, & materia ens infimum.

¶ Ibi. Sed [illegible] Hic arguit Doct. probando quòd materia ſit infimum ens inter omnia entia ſicut ex [illegible] Angelus eſt [illegible] ſuppremum ſubſtantiale creatum, & materia infima ſubſtantia creata, videtur ſequi, quod [illegible] generis à ſubſtantia [illegible] ſuperius ipſo Angelo, ergo nihil alterius [illegible] a ſubſtantia poteſt fieri niſi [illegible] ipſa materia, ergo ipſa materia eſt minimum ens [illegible] Reſpondet Doctor quòd non eſt [illegible] quia [illegible] eſt genus, quod ſit ſuperius [illegible] minima, ſed omnia genera ſunt [illegible] ter in ſetto [illegible] etiam ad minimam ſubſtantiam.

¶ Ad tertium reſpondet Doct. & dicit quòd nullæ priuationes ſunt oppoſitæ in eodem, niſi [illegible] priuationes formarum oppoſitarum immediatarum circa idem de neceſſitate [illegible], & ſi ſic eſt,

Difficultas

Reſponſio.

Materia eſt infimũ ens.

Reſponſio Scoti.

Reſpondetur argumenta principalia

An forma [illegible] exiſtentiam materiæ

nunc dico, quod [illegible] es ſic [illegible] biles. Sic [illegible] ſuſceptiuum [illegible] eſſe [illegible] ſi formæ [illegible] de neceſſitate, [illegible]

¶ Ibi Sed [illegible] D [illegible] aliquæ priuationes [illegible] [illegible] rum, [illegible] [illegible] egritudinem [illegible] [illegible] catur.b. [illegible] quod ipſam [illegible] teria, [illegible] enim, q [illegible]

Doctrina ſingularis. immed[illegible] [illegible] vt puta ſi eſt ſub forma ig[illegible] ri alia forma, [illegible] poteſt ex[illegible], & [illegible] quam[illegible] poſſet fieri [illegible] [illegible] idem. Adde [illegible] D [illegible] ipſam ad agens [illegible] tantum in quanto, exemplum [illegible] ſic agit [illegible] mam aeris, [illegible] & nõ [illegible] poteſt [illegible] & forma aeris [illegible] diate circa materiam [illegible] igni, qui eſt, [illegible] ctor, quod [illegible] attingere ad [illegible] bi contradicere, [illegible] decima, vult, quod [illegible] niam ſuam ſubſtantiam [illegible] expellendo [illegible] tinet [illegible] formæ, [illegible]

¶ Dico, quod non eſt [illegible] telligitur, quod [illegible] agere circa illã niſi [illegible] [illegible], & non poteſt illas expellere [illegible] diſpoſitiones [illegible] & ſic d[illegible] intelligi, ſed in vltimo inſtanti diſpoſitionis [illegible] attingit [illegible] formam [illegible] aliam [illegible] etiam Deus &c.

¶ D[illegible] Doctor, quod [illegible] Deus non poteſt [illegible] quia [illegible] quod [illegible] ſa prima, & [illegible] [illegible] vel [illegible] quia [illegible] ſecundum [illegible] formam [illegible] [illegible] Deus, qui non poteſt [illegible] [illegible]

Prima Ratio S. Thomæ. [illegible] opinionis [illegible] [illegible] bet alii imagina

nonis [illegible] [illegible] ſub formis.

¶ Reſp[illegible] ad primum [illegible] quantum, [illegible] nõ [illegible] [illegible]

¶ Ad ſecundum [illegible] ad [illegible]

¶ Reſp[illegible] [illegible]

¶ [illegible] Doctor [illegible] [illegible] agens.

agere, & hoc concedunt alij, quòd nullum agens naturale poteſt attingere eſſentiam materiæ, Deus tamen poteſt vt illi dicunt in quarto ſententiarum, & hoc neceſſariò habent dicere ſui ſequaces.

¶ Quarto arguitur. Quæ analogantur in aliquo primo, illud eſt realiter in vno primo, & in alijs, non, niſi per attribuitionem ad illud, patet de ſanitate, quæ eſt realiter in animali, & in vrina non niſi per attributionem ad illud aliud, ſed eſſe eſt à forma, ergo materia non eſt niſi in analogia ad formam, cui primo attribuitur.

¶ Reſpondet doctor ad illud, quod &c. recipitur tantum in vno realiter, & in alijs per attributionem, quòd hoc eſt falſum, quia ſi ita eſt in vno exemplo, in centum eſt contrarium, nulla enim maior eſt analogia, quàm ſit creaturæ ad Deum in ratione eſſendi, & tamen ſic eſſe primo, & principaliter conuenit Deo, quod tamen realiter conuenit creaturæ, ſimile eſt de bonitate, & ſapientia, & huiuſmodi, & gradus ſunt in perfectionibus ſpecierũ & per attributionem ſe habent ad aliquam perfectionem, & tamen non eſt tota perfectio in vna, nec etiam tota entitas in ſubſtantia, ita, quòd accidens non ſit ens habeat formalem entitatem, quãuis per attributionem ſe habeat ad ſubſtantiã. Nec etiam exemplum &c. quia arguit illa opi. analogãtur in aliquo primò, illud eſt realiter in vno primo, & in alijs, non, niſi per attributionem ad illud, vult enim dicere, quòd ſi ſubſtantia, & accidens analogantur, puta in ente, quòd ipſum ens eſt tantum realiter in primo analogato, quod eſt ſubſtantia, & in accidente non ſit realiter, ſed tantum per attributionem ad ſubſtãtiam, & exemplificat hic, quia vrina, & corpus ſanabile analogantur in ſanitate, ita, quòd primum analogatum eſt corpus ſanabile, ideo ſanitas eſt tantum realiter in corpore ſanabili, & in vrina tantum per attributionem, & ſic arguit in propoſito de eſſe, reſpectu formæ, & materiæ, quia forma, & materia analogantur in ipſo eſſe, & primum analogatum eſt ipſa forma, ergo ipſum eſſe eſt tantum realiter in ipſa forma, & in materia tantum per attributionem ipſius ad formam, & patet, quòd illa propoſitio eſt manifeſte falſa. Dicit ergo Doct. quòd exemplum non eſt ad propoſitum, quia ſanitas illa eſt analogum ęquiuocum, & illud tale realiter recipitur in vno primò analogato, quia ſanitas in communi dicit tantum nomen, ſi ergo accipiatur pro potiori ſignificato, & pro vera ſanitate illa tantum reperitur in adequatione humorum, quando autem analogum eſt vniuocum, quod non tantum dicit nomẽ commune, ſed etiam conceptum vt animal reſpectu hominis, & aſini, non ſequitur, quòd animal tantum reperiatur in homine. Loquendo de vero animali, & nullo modo realiter reperiatur in aſino, ſic in propoſito eſſe reſpectu materiæ, & formæ eſt analogum vniuocum. Dicit enim vnum nomen, & eandem rationem ſecundum illud nomen communẽ materiæ, & formæ, ideo non ſequitur eſſe principaliter eſt in forma, & realiter, ergo realiter non eſt in materia, & ſic patet, quòd exemplum non eſt ad propoſitum, & quòd ſanitas ſit analogum, & ęquiuoce oſtendit Doctor ibi, quia illud eſt ęquiuocũ pluribus, quod eſt vnũ ſecundum nomen, ſed ſunt diuerſæ rationes ſecundum illud nomen ſumptæ, vt patet de cane reſpectu canis latrabilis, & piſcis marini, nam vterque eſt canis, ita, quòd nomen canis eſt cõe illis, ſed eſt alia ratio canis latrabilis ſumpta ſecundum nomen canis, & alia piſcis marini.

Subſtantia & accidens analongantur in ente.

¶ Quinto arguitur. Si materia haberet eſſe per ſe ſine forma, tunc compoſitum non eſſet verè vnum, quia haberet in ſe plura eſſe.

¶ Ad hoc reſpondet vnus Doct. quòd materia poteſt intelligi habere triplex eſſę. Primo eſſe ſuũ quod debetur ſibi ſecundum, quòd eſt aliqua eſſentia diſtincta à quacunque alia. Aliud eſſe, quòd cõmunicatur ſibi à forma. Tertium eſſe, quod communicatur ſibi ſupernaturaliter à deo, & illud eſſe communicatum ſibi adeo non habet quando eſt in compoſito, quia repugnaret per ſe vnitati ſuppoſiti, ſed illud haberet, ſi Deus, faceret ipſam ſine forma. Arguit modo Doct. contra hoc, quod dicit ille Doctor, quòd quando materia ſeparatur à forma, Deus communicat ſibi eſſe. Dicit Doct. quòd hoc eſt falſum, quia tunc materia prima ſeparata non poſſet habere eſſe, niſi per aliquod ſibi additũ, quod videtur inconueniens, videtur enim, quòd illud proprium eſſe, quod habet in compoſito, illud idem habeat ſeparata ab ipſo, quia, nec à compoſito, nec a forma, habet ſuum proprium eſſe, quia ſi ſeparetur à forma, non oportet dare ſibi nouũ eſſe quo exiſtat &c. Littera ſequens eſt clara.

Hẽricus quo lib. 1. q. 10.

Diſt. XIIII. Quæſtio Vnica.

Vtrum in cœlo ſit materia.

Seraphi. Bonau. 2. ſent. diſt. 12. q. 1. ar. 2.
Scotus 2. ſent. d. 14. q. 1.
D. Thomas 1. par. ſum. q. 66. art. 2.
Ricchard. 2. ſent. diſt. 12. q. 8.
Franciſcus de May. 2. ſent. diſt. 12. q. 2.
Durandus 2. d. 12. q. 1.
Ioannes Bacconitanus 2. ſent. diſt. 14. q. 1.

CIRCA Diſtin. 14. quærit. Doct. tria per ordinem, primo. An corpus cæleſte ſit eſſentia ſimplex. Secundo vtrum aliquod ſit cœlum mobile aliud à cœlo ſtellato. Tertio. vtrum ſtellę agant in hæc inferiora.

An materia ſit in cœlo.

¶ Circa primã. q. quæ eſt an in cœlo ſit materia quæ ſit pars intrinſeca cæli. Dicit Doctor. quòd in hoc philoſophi diſcordant à theologis. Loquendo enim ſecundum intentionem philoſophi, oportet negare omnem materiam in cœlo, & ratio philoſophi ſtat in hoc, omne ſempiternum eſt ſimpliciter neceſſarium, ſed corpora cœleſtia ſunt ſempiterna, ergo ſunt ſimpliciter neceſſaria, maior patet, primò cœli, & mundi. tex. commen. 38. & com. 39. hoc idem patet, nono metha. tex. com. 17. Et vltra ſi cœlum eſt neceſſarium, ergo non habet materiam, conſequentia patet, quia materia eſt potentia contradictionis, & per conſequens eſt id quo res poteſt eſſe, & non eſſe, & hoc totum patet nono metha. tex. com. 17. eſt inquit nihil potẽtia ſempiternum ratio verò hæc omnis potentia ſimul cõtradictionis eſt, hæc illæ. Si ergo cœlum haberet materiam, tunc talis materia eſſet in potentia ad formam cœli, & ad priuationem eius, & per conſequens cœlum eſſet corruptibile, ſicut ignis, dato enim, quòd non eſſet aliquid agens extra extrinſecum, quod poſſet ipſum cælum corrumpere, quia cælum non haberet contrariũ, & omne corruptibile corrumpitur à contrario hoc non tolleret quin intra haberet principium corruptionis ſcilicet materiam qua res poteſt eſſe, & non eſſe ſicut ignis. Et in hoc videtur ille. Auerro. in tractatu de ſubſtantia orbis, melius habere intentionem philoſophi quàm alij ponentes in cælo materiam, nam ipſe Auerro. probat, quòd cœlum non ſit compoſitum, ex materia, & forma. Vide cap. ſecundo, dicamus igitur inquit quomodo illud corpus non

Hic diſcordant philoſophi à theologis.

Scotus laudat Auerroem.

componitur ex materia, & forma ſicut generabilia,& corruptibilia componuntur,nulla enim potentia eſt in ea omnino,non enim in quo eſt potentia niſi ad duo contradictoria,hæc illæ.Et hoc probat in illo capi.hoc idem capi.vltimo.

¶ Ibi ad oſtendendum tamen incorruptibilitatē cœli ex ſe quæ hic ſupponitur, oportet procedere ſecundum viam Ari.primò cęli, & mundi.t.ca.20. &.c.primo,& in hoc oſtendere, quòd cœlum non ſit alicuius naturæ elementaris, & hoc probat ibi philoſophus,ex hoc, quòd elementum habet contrarium, & cœlo nihil cōtrariatur,& omne,quod corrumpitur à ſuo contrario corrumpitur qua incorruptibilitate oſtenſa oſtendetur carentia materiæ in cœlo, niſi diceretur, quòd forma incorruptibilis poſſet neceſſariò actuare materiā poſſibilem de ſe carere illa forma, ita,ꝙ habitudo non eſſet vtriuſque neceſſaria,ideſt, ꝙ materia non haberet neceſſariam habitudinem ad illam formā quantum eſt ex parte materiæ, quia tunc materia quantum eſt ex ſe non poſſet carere tali forma,ſed bene eſſet neceſſaria habitudo illius formæ ad materiam,ſi enim talis forma neceſſariò actuat materiam, tunc habet neceſſariam habitudinem ad ipſam, quantum ergo eſt ex parte materiæ cœlum eſſet contingens,cum materia talis quantum eſt ex parte ſua nata ſit carere tali forma. Sequitur, quare non eſt ſimile de neceſſaria inhærentia alicuius accidentis ſuo ſubiecto, vbi neceſſitas eſt ex parte vtriusque extremi, quia ſi compoſitum, ex ſubiecto, & accidente eſt ſimpliciter neceſſarium, quia ſi accidens habet neceſſariam habitudinem ad ſubiectum neceſſariò,actuando illud,etiam ſubiectū habebit neceſſariam habitudinem ad tale accidens quia accidens non poteſt habere eſſe neceſſarium, quin ſubiectum eius habeat eſſe neceſſarium, cum ſubiectum ſit neceſſarium magis in actu. Sed hoc ſic non ſequeretur de forma,& materia,quia poſito,quòd aliqua forma haberet neceſſariam habitudinem ad materiam illam neceſſariò actuando,nō tamen ſequitur econtra, cum materia ſecundùm multos non ſit in actu, niſi per formam, & poſito etiam,quòd ſit in actu,& non per formam, adhuc tamen non videtur ſequi,quòd haberet neceſſariā habitudinem ad formam.

Opinio Gotfredi.

¶ Ibi,quòd ſi dicatur.Hic recitat vnam opinionem,quę eſt Gotifre. quolib.quinto.q.2.& Henri.quolib.quarto.q.16. & etiam Tho.quæ dicit, ꝙ materia cœli non eſſet eiuſdem rationis cum materijs receptiuis diuerſarum formarum, quales ſunt materiæ generabilium, & corruptibilium,& ſic talis materia cœli quantum eſt ex ſe eſſet ſimpliciter in transmutabilis ab vna forma ad aliam.

¶ Cōtra iſtā opi.inſtat.Doc. primo, ꝙ nō detur materia in cęlo alterius rationis à materia generabiliū,quia ſi ſic,ergo eſſent duæ materiæ primæ alterius, & alterius rationis,cōſequēs eſt falſum,ergo, & antecedēs probatio falſitatis cōſequētis, quia ſicut nō ſunt duo fines primi,nec duo efficiētes primi alterius, & alterius rationis, ergo,nec ſimiliter duę materiæ primæ alterius,& alterius rationis nā philoſophus.12.meth.t.cō.52.cōcludit vnitatē vniuerſi ex vnitate finis,vbi ſic ait,Ad vnū quidē enim oīa coordinata ſunt. Et in alia trāſlatione ſic habetur.Oīa.n.ordinata ſunt adinuicē in reſpectu alicuius.Et ibi Cōmen.ideſt apparet.n.ꝙ hoc cōe eſt omnibus entibus, ſcilicet ꝙ omnia ſunt propter vnū, & ꝙ actiones eorū ſunt erga illū vnum,& eſt prima cauſa.i.ꝙ illud vnū eſt prima cauſa quēadmodum oīa quæ ſunt in domo ꝓpter dominū domus ſunt, hæc illæ.Apparet ergo, ꝙ in vniuerſo eſt tm̄ vnus finis vltimus, & ſi eſſent plures fines vltimi,eſſent neceſſariò plura vniuerſa.Et ſi tm̄ eſt vnus finis vltimus, erit etiā tm̄ vnū primū efficiēs, quia cuius eſt cauſa finalis eius etiā eſt cauſa efficiēs, ſi ergo reſpectu totius vniuerſi eſt tm̄ vna cauſa finalis prima, ſequitur,ꝙ reſpectu eiuſdē vniuerſi erit tm̄ vnū efficiēs primū,ſed iſta prolixius patent in 1. d.2.parte prima.Sic ſimiliter videtur,quòd ad vnitatem vniuerſi ſit vnitas materiæ primæ eiuſdem rationis reſpectu cuiuſcunque compoſiti.

Datur vnū primum efficiens.

¶ Ibi.Itē vr̄ difficile aſſignare,vnde ſit iſta alteritas rationis in hac materia,& illa. Si dicatur, ꝙ ſit ratione formæ, qa materia cæli ordinatur ad formā incorruptibilē per ſe,& per accidēs & materia iſtorū inferiorum ordinatur ad formam corruptibilem.Sed hoc non videtur, quia ipſi ponunt animam intellectiuam immortalem, & incorruptibilem, & tamen ipſa recipitur in materia eiuſdem rationis cum materia iſtorum inferiorum.

Scotus instat contra hanc opinionem.

¶ Ibi ſecundo.Hic doct. adhuc inſtat cōtra opi, cōcedēdo eis iſtā alteritatē,& dicit,ꝙ adhuc poſita tali alteritate, adhuc non ſequitur cælum eſſe incorruptibile, & probat ſic,illud eſt ſimpliciter corruptibile,cuius materia eſt in potentia contradictionis ſcilicet,ad formam,& ad priuationem eius hoc ſupra patet, ſed materia cæli quamuis ſit alterius rationis à materia generabilium eſt in potētia contradictionis ad formam, cæli,& ad oppoſitum eius.ſ.ad priuationē,patet iſta, quia omne receptiuum inquantum huiuſmodi eſt ſimpliciter in potentia contradictionis,ſcilicet, ad receptum, & ad oppoſitum,eius.Si dicatur,quòd ſubiectum eſt receptiuum proprię paſſionis,& tamen non eſt in potentia contradictionis ad illam,& ad priuationem eius,cū ſit impoſſibile eſſe ſine illa, vt patet à Doct. Dico quòd ſubiectum paſſionis neceſſariò includit illam non ex hoc,quòd recipit eam,ſed ex hoc, quòd neceſſariò efficit illam in ſe, & ideo inquantum receptiuum paſſionis eſt in potentia contradictionis ad illam, ſed inquantum effectiuum illius neceſſariò in ſe non eſt in potentia cōtradictionis. Sed in propoſito materia cęli eſſet tantum receptiua formæ cæli,& nullo modo effectiua eiuſdem, & per conſequens eſſet in potentia contradictionis ad illam, & ſic cælum eſt cauſa intrinſeca non eſſet ſimpliciter incorruptibile, quod eſt contra philoſophum in locis pręallegatis.Si dicatur,quòd ideo materia eſt cauſa corruptibilitatis compoſiti, quia eſt in potentia ad aliam, formam, hoc non ex verum ſed eſt cauſa corruptibilitatis inquantū eſt in potentia ad priuationem formæ, quàm habet,& hoc expreſsè patet à philoſopho nono metha.textu.commen.17. vt ſupra patuit. Vide ibi Com. Et hoc etiam expreſsè patet ſeptimo metha.tex.commen.22.vbi reddit cauſam, quare generabilia poſſunt eſſe, & non eſſe, quia ſcilicet habent materiam, omnia(inquit) quæ fiunt aut natura aut arte habent materiam,poſſibile enim, & eſſe,& nō eſſe eorum, quodlibet,hæc autem eſt quæ in vnoquoque materia,hæc illæ.Et clarius ſecundū aliam tranſlationē,vbi ſic habetur,& omnia quæ ſunt aut à natura aut artificio habent materiam,quodlibet enim habet potentiam ad eſſe,& non eſſe,& hoc in quolibet eſt materia, hæc ibi. Ex hoc ergo, quòd materia eſt in potentia ad formam, per quam compoſitum habet eſſe, & ad priuationem eiuſdē formæ per quam compoſitum, non habet eſſe dicitur compoſitum, poſſibile eſſe, & non eſſe,ergo ex hoc ſolo, quòd materia eſt in potentia contradictionis ad formam,& ad priuationem eius dicitur cauſa corruptibilitatis, & non per hoc,quòd eſt in potentia ad aliam formā, &,quòd ſic philoſophus intelligat, patet per Comment. ibi commento.21.

vbi

vbi ſic ait, in quolibet enim eorum inuenitur aliquid quod poteſt recipere formam naturalem aut artificialem aut non recipere,&,quod eſt tale dicitur materia, & eſt illud ex quo ex natura totius, hæc ibi.

¶ Ibi. Similiter philoſophus non ponit materiã niſi propter potentialitatem ad mutationem, ſed in cœlo non eſt potentialitas mutationis niſi ad vbi,& hoc ſatis patet ſupra, & primò cæli, & per Auerro,in de ſubſtantia orbis.

Materia cæli complet totum ſuũ appetitum.

¶ Si dicatur,quòd materia in cælo non eſt in potentia contradictionis,videlicet,quòd materia cæli poſſit eſſe ſub alia forma, patet, quia forma cæli complet totum ſuum appetitum, ideo enim materia eſt in potentia ad aliam formam, quia appetit eſſe ſub illa ſed ſi eius appetitus eſt totaliter ſaciatus, vt eſt ſub aliqua forma,nunquàm appetit eſſe ſub alia forma.

¶ Contra.Nulla forma complet totum appetitum materiæ ſuæ reſpectu alterius formæ,niſi det actum oppoſitum priuationi illius formæ,ſed forma cęli non dat actum oppoſitum,priuationis cuiuſcunque formæ alterius à ſe,puta formæ ignis, ergo priuatio formæ ignis maneret ibi, probatio minoris,nulla forma dat actum oppoſitum priuationi cuiuſcunqne formæ,niſi in ſe contineat omnes formas ſaltem virtualiter,ſed forma cæli non ſic continet oẽs formas,quia non animã intellectiuã.

Dubium.

¶Sed hic oritur aliqualis difficultas in hoc quod dicit, quòd ſi forma contineret virtualiter aliam, formam,tunc daret actum oppoſitum, priuationi illius formæ, nam anima intellectiua virtualiter continet ſenſitiuam & vegetatiuam, & tamen non videtur ſaciare appetitum materiæ, quin ipſa appetat eſſe ſub vegetatiua vel ſenſitiua formaliter,& ſimiliter videtur,ꝙ cõtineat etiam alias formas corporales propter ſui perfectionem, & tamen non videtur ſic ſaciare appetitum materię quin ipſa appetat eſſe formaliter ſub alia forma etiã imperfectiore,ſi.n. ſic ſaciaret appetitũ materiæ,nũquã materia appeteret eſſe ſub alia forma,& per cõſequens nõ eſſet cauſa corruptibilitatis. ¶ Pręterea.Forma mixti virtualiter continet formas elemẽtares, patet, quia virtualiter cõtinet qualitates elemẽtorũ, ergo,& formas illorũ,patet cõſequẽtia,quia continẽs virtualiter ꝓprietatẽ alicuius formæ,continet etiã virtualiter illã formã.Et tñ forma mixti nõ ſic ſaciat appetitũ materiæ quin ipſa appetat eſſe puta ſub forma ignis. ¶ Tertio inſtatur, quia doc,videẽ innuere,ꝙ forma cæli cõtineat virtualiter alias formas ab anima intellectiua, & per cõſequẽs,ꝙ ſic ſaciat appetitũ materię,ꝙ nõ appetat eſſe ſub alia forma puta ſub anima ſenſitiua. Sed hoc nõ vr̃. Tum quia ipſe infra.diſt.68. expreſsẽ tenet,ꝙ nec anima ſenſitiua nec vegetatiua depẽdẽt à cælo in eſſendo, ergo,nec virtualiter cõtinentur in eo .Tũ quia poſito, ꝙ cõtinerentur virtualiter adhuc nõ vr̃ ſequi, materia cæli nõ appetat eſſe ſub tali forma. ¶ Et cõfirmatur,quãuis intellectus noſter habeat perfectiſſimã itellectionẽ,quã naturaliter appetit adhuc ſtante tali intellectione pfectiſſima naturaliter appetit aliã,& ſic intrinſece,& formaliter,nõ ita perfectẽ quieatur in illa,quin etiã appetat aliã. Sic vr̃ dicẽdũ de materia cæli,quia ex quo habet naturalẽ inclinationẽ ad oẽm formã,quãuis ſit ſub forma perfectiſſima,adhuc tñ aliã appetere põt. ¶ Reſpõſionẽ quære alibi. ¶ Ibi. Ex hoc ſequitur vlterius. Hic doc.infert vnũ. ſ.ꝙ ex quo ſm philoſophos in cælo nõ eſt materia, ſequitur cælũ nõ poſſe eſſe formaliter animatũ,& hoc probat, quia ſi cælũ nõ habet materiã, & eſſet formaliter animatũ,& tũc ipſum cælũ eſſet eſſentualiter tñ anima,& nõ niſi intellectiua,quia philoſophi nõ poſuerũt ibi,niſi animã intellectiuã,& ita ſolus intellectus erit quãtus, quod nõ eſt intelligibile,patet, quia cælũ eſt quãtũ formaliter,& ſic quãtitas eſſet formaliter in anima intellectiua, & per conſequens anima intellectiua eſſet realiter diuiſibilis in infinitas partes ad diuiſibilitatem quantitatis,ſicut,& caro habens quantitatem formaliter eſt diuiſibilis in infinitas partes carnis vt ſupra patuit.d. 2.q.nona.Vel in cælo præter animã,quæ eſt de eſſentia cęli erit aliquid aliud p ſe perfectibile p animã, & ita erit ibi potẽtia paſſiua,& potẽtia cõtradictionis,patet,quia oẽ pfectibile ab aliquo realiter diſtincto eſt i potẽtia receptiua,ſiuẽ paſſiua ad illud,& in potentia contradictionis reſpectu illius,& ita cęlũ non erit ſempiternũ, & neceſſariũ,vt patet per dictum philoſophi nono metha.tex.cõ.17.Vnde ſiuẽ philoſophus ſiuẽ Cõmen.ponat cælum animatũ formaliter anima,quæ ſit per ſe de eſſentia cæli videtur ſtatim recedere à prima poſitione pręhabita,quæ poſitio eſt,ꝙ in cęlo non eſt materia.¶ Quicquid ſit de Auer.qui videtur velle cælũ eſſe animatũ formaliter, vt patet de ſubſtantia orbis non dicamus nos Ariſto.receſſiſſe à poſitione prima,quæ eſt, ꝙ in cęlo nõ eſt materia nec verba eius cogunt hoc ſibi imponere, qa vbicunq; philoſophus vocat animam cæli exponatur quantum ad conditionem, qua anima eſt motrix,non qua eſt forma informans,& illa anima eſt intelligentia propria motiua huius orbis coniuncta huic,vt motrix propria,& talis non eſt niſi vnica vnius orbis. Et pro hoc eſt philoſophus 8.phi. tex.com. c.40. qui motum ex ſe diſtinguit in duo, quorum vnum eſt motum tantum,& reliquũ mouens tantum illud diſtinguibile eſt cõpoſitum ex duobus vnitis ſcilicet mouente mobili,& hoc verẽ mouet,& illud verẽ mouetur, ſed in nobis anima non mouet ſed eſt ratio mouendi tm̃, vt patet per philoſophũ tertio de aĩa, quia eſt forma moti,ſed in cęlo mouens,nec per ſe,nec per accidens mouetur,& tñ ſi eſſet forma cæli, tũc per accidens moueretur ad motum cæli.¶ Ibi ſm theologos. Hic Doct.reſpõdet ſm opi.Theologorum, ꝙ materia eſt in cælo, quia illud chaos, quod ponitur ab eis attigiſſe vſque ad cælum empireum erat materia omniũ corporaliũ contentorũ à cælo empireo,& etiam ponitur materia ſm ſe, & quantum eſt ex ſe eiuſdẽ rationis in quocunque,licet aliqui Theologi ponant ipſam materiam eſſe alterius rationis vt ſupra patuit, & ita habent ipſi diſcordare à philoſopho in hac poſitione, cælum eſt neceſſarium, & incorruptibile, quantum enim eſt ex natura ſua eſſet ſimpliciter incorruptibile,quia ſibi ineſſet illa potentia ad contrarium, quia tamen cæli non habet cõtrarium potens vincere iſtam formam,ideo non poteſt corrumpi ab agente naturali à quo recipit iſtam formam,vel etiam corrumpi in ignem vel aquam. ¶ Sed tunc videtur, quòd ſaltem cælũ poſſet corrumpere,& conuertere ignem in cælũ, quia virtus actiua cæli excedit formam ignis,& eſt à forma cæli,eſt etiam capax forma cæli,ergo poteſt tranſmutari ad eſſe tale ab agente naturali.

Reſponſionẽ quære.

Quõ cælum ſit animatum.

Reſpõſio ſecundũ theologos.

¶ Forte cælum non poteſt alterare elementum ad qualitates conuenientes tali corpori cæleſti, & tamen forma illa inſtãtum dominatur illi materiæ vt nõ poſſit ab aliquo alterari recipiendo peregrinas,impreſſiones & per conſequens neq; corrũpi.

¶ Quantum ad animationem videtur eſſe dubium,quia Augu.in enchiri.ca.42.vel 43.loquitur dubitatiue,nec illud certum habeo vtrum ad ciuitatem,ſi natura pertineant ſol,& luna,& alia ſidera quamuis nonnulla corpora lucentia,non tamen intelligentia videantur.

¶ Simi-

¶ Similiter ſecundo ſuper Gene. & in primo retracta.cap.18.quære ibi facit mentionē de eo,quod dicitur cap quinto, videtur dicere cœlũ habere animam,quod cap.10.dicit non retractat tanquam falſum,vbi dicit animal eſſe mundum iſtum nec autori.nec ratione indagare potui, non tamen propter hoc negat, vnde videtur manifeſtè, ꝙ nullo libro ſcripto ante librum retractationum aſſeruit,quod in libro retractationum retractet, ergo illa auto. quæ adducitur de libro Augu. de agnitione veræ vitæ nihil valet. Qui autem dicit cœlos eſſe rationales ipſi merito ſunt irrationales, oſtendit etiam illũ librum non eſſe Augu. vel quòd illum fecerit poſt librum retractationum, quia nuſquã videtur Aug. aſſeruiſſe quod in libro retractationum eſt negatũ.

Cœli non ſunt rationales.

Diſt. XV. Quæſtio Vnica.

Vtrum in mixto remaneant elementa ſecundum ſubſtantiam ſuam in actu.

Scotus 2. ſent. diſt. 15. quæſt. 1.
D. Tho. prima parte ſummæ, q. 76. artic. 4.
Franciſcus de Mayr. 2. ſent. diſt. 15. quæſt. 1.
Ioan. Bacconitanus 2. ſent. diſt. 16. quæſt. 1.

CIRCA diſt. quintamdecimã. in qua magiſter agit de opere. Quæritur. Vtrum in corpore talis, vel in quocunque mixto remaneant elementa ſecundum ſubſtantiam in actu.

¶ Hic eſt vna opin. Auicen. quæ vult, quòd in mixto, puta in lapide remaneant elementa, puta ignis ſecundum ſubſtantiam ſuam nullo modo remiſſã, ſed non remanet ſecundum qualitates, ita intenſas, ſicut in igne, quando non eſt pars mixti, ſed qualitas ignis puta caliditas, vt in mixto habet eſſe remiſſum. ¶ Ibi. Contra illud, &c. & ſententia ſua ſtat in hoc, quòd ſi qualitas ignis, puta caliditas poſſit remitti ſecundum aliquem gradum, ſequitur etiam, quòd ſecundum ſe totum, & ſic poterit eſſe ignis, & non calidus, quòd eſt falſum. Sed ipſe Commen. ponit ipſam ſubſtantiam elementi remitti ſicut & qualitatem. ¶ Ibi, probat autem. Cõmentator probat, quòd elementum aliqualiter maneat ſecũdum ſubſtantiam remiſſam. Et primo autorita. Philoſophi primo Metaph. tex. com. quarti, qui vult, quòd elementum eſt ex quo componitur res, & in ea manet. Elementum, inquit, ſecundum aliam tranſlationem dicitur illud ex quo componitur res primo, & eſt in ea, ergo elementum manet in mixto. Et vide ibi Com. quomodo elementum multipliciter accipiatur. ¶ Secundo probat hoc idem ratione, ſi elementa non manerent in mixto, ſed omnino corrumperentur adueniente forma mixti ſequeretur, quòd materia prima immediatè ſuſciperet omnem formam ſine ordine, quod eſt inconueniens. Sed hæc ratio magis declarabitur infra paulum ante reſponſionem illius rationis. ¶ Ibi, ſed ipſe arguit contra ſe tripliciter probando, quòd elementa non maneant in mixto, vt patet tertio cœli com. 67. vbi arguit ſic, primo ſi elementum manet in mixto, ergo forma mixti adueniret enti in actu compoſito ex materia & forma elementari, & ſic forma mixti eſſet forma accidentalis. Et ratio Com. eſt ibi. Dicamus igitur, quòd ſi eſſet, ſcilicet quòd elementum maneret in mixto neceſſe eſſet, vt nullum ens generaretur ab eis diuerſum in forma ſubſtantiali, ſed tantum in accidentibus, quia forma, quæ aduenit enti in actu, ſcilicet compoſito ex materia & forma eſt forma accidentalis. ¶ Ad hanc rationem. Reſpondet Commen. quòd bene verum eſt de forma, quæ aduenit enti in actu completo hoc eſt enti compoſito ex materia, & forma perfecta, & ſic forma ignis in eſſe perfecto non manet in mixto. Sed non eſt verum de forma imperfecta, & ſic in propoſito elementa manent in mixto tantum ſecundum formas imperfectas & remiſſas. Vnde ſic dicit, & ideo neceſſe eſt cum ex eis generaretur vna forma, vt corrumpantur formæ eorum ſecundum medietatem, quoniam ſi corrumperentur ſecundum totũ, tunc prima materia reciperet primo, & eſſentialiter oẽs formas & non reciperet formas compoſitorum, i. mixtorum mediantibus illis corporibus, quod eſt inconueniens apud Com. ¶ Secunda ratio Com. eſt contra hoc, quod dixit ſupra, ſ. ꝙ forma ſubſtantialis elementaris poteſt remitti, quia hoc tantũ conuenit formis accidentalibus, vnde ſic dicit in littera. Si igitur aliquis dixerit, ꝙ ſequitur ex hoc, ſ. qđ ſupra dixit, videlicet, ꝙ formæ elementares ſunt in mixto ſecundum eſſe remiſſum ex hoc ſequitur, ꝙ ſubſtantiales recipiant magis & minus, & hæc eſt expoſitio accidentium non formarum ſubſtantialium, dictum eſt enim ĩ multis locis, ꝙ formæ ſubſtantiales non recipiunt magis & minus, hæc illæ.

Reſponſio Auerrois.

¶ Reſpondet Com. ꝙ formæ ſubſtantiales perfectæ non ſuſcipiunt magis & minus tamen formæ ſubſtantiales, quæ ſe habent medio modo quales ſunt formæ elementares in mixto poſſunt ſuſcipere magis & minus, vnde ſic dicit in littera. Dicemus (inquit) ꝙ formæ iſtorum elementorum ſubſtantiales ſunt diminutæ à formis ſubſtantialibus perfectis, & ꝙ ſuum eſſe eſt medium ĩter formas ſupple ſubſtantiales & perfectas & accidentia, & ideo non fuit impoſſibile, vt formæ earum ſubſtantiales admiſcerentur, & proueniret ex collectione earum alia forma, ſ. forma mixti, ſicut cũ albedo, & nigredo admiſcentur, fiunt ex eis multi colores, & cum hoc latuit Auicen. &c. hæc ibi. ¶ Tertia ratio, qua probat Com. ꝙ forma elementaris non maneat in mixto eſt, quia oportet receptiuum denudari à natura recepti, ergo oportet materiam carere omni forma ſubſtantiali, ad hoc, ꝙ poſſit aliam recipere, vt formam mixti. ¶ Reſpondet Com. circa medium cõmenti, ꝙ non oportet receptiuum denudari à toto genere recepti, ſed oportet denudari à natura ſpecifica recepti, dicit enĩ ſic. Et diſſolutio, inquit eſt, quia non eſt neceſſarium in receptibili, niſi vt non habeat formam, quã recipit, non vt non habeat formã oĩno. Si enim materia ignis habet formã ignis, ſtante illa forma non põt aliam formam ignis recipere, loquitur ergo de eadẽ forma ſpecifica & non præciſè de eadẽ numero. Sequitur, quia igitur prima materia eſt receptibilis omnium formarũ non debet habere aliam formam omnino, elementa verò, quæ non ſunt receptibilia omnium formarum cum non recipiant ſe (patet, quia ignis, vt ſic non recipit formam aquæ) non debent denudari à ſuis formis apud receptiones, ſed eſt neceſſarium tantũ, vt denudentur à formis quas recipiunt, i. à formis mixti, & ideo oĩs materia habens formam eſt receptibilis quarundam formarum tantum. hæc illæ.

Forma ſubſtantiales, an ſuſcipiat magis & minus.

¶ Ibi. Contra, tunc materia ſub forma aquæ exiſtens poſſet recipere formam ignis, materia enim exiſtens ſub vna forma poteſt recipere aliam, ſequitur quòd ipſa exiſtens ſub forma ignis poſſet recipere formam aquæ.

¶ Ad hoc reſpondet Commen. generaliter non aſſignando rationem. Ibi cum dicit, elementa, inquit, quæ non ſunt receptibilia omnium formarũ cum non recipiãt ſe, &c. Sed ſpecialiter rationẽ huius aſſignat in fine commenti, quare, ſ. vnũ elementum non poſſit recipere formam alterius elemẽti, quia formæ, inquit, elementorũ nõ recipiũt ſeipſas

Reſponſio Auerrois

cum

cum ſit e[illegible] [illegible] de-[illegible] [illegible] ſe-[illegible] [illegible] vel [illegible] [illegible]

[illegible] ex-[illegible] ibi ali-[illegible] &c. [illegible] de neceſſi-[illegible] ſecundũ ſpeciẽ.

¶ [illegible] genter ſe habet ad [illegible] eneris, contingen[illegible] cum hoc corpus [illegible] ad hunc locum vel illum, [illegible] ter ſe habet ad omnem lo-cum [illegible] ſine omni loco, quod eſt cõ-[illegible] is.

¶ [illegible] eſt contradictio, quia ibi in diſt. [illegible] potentia Dei abſoluta, q ipſe poſ-[illegible] facere ma[illegible] ſine forma, ex quo cõtingẽter [illegible] habet ad oẽm. ſed non concludit de po[illegible] quia licet materia cõtingenter ſe habeat ad [illegible] ſ, n qũ agens naturale expellit vnam for[illegible]

d[illegible] alia. hoc mate-ria prima [illegible] : patet, q[illegible] & quando deperdit [illegible] b[illegible], vt co[illegible] agens na[illegible] propoſito, q hoc corpus contin[illegible] ad omnem locum, & vt compara-[illegible] ſupernaturale n poteſt fieri ſine [illegible] tamen [illegible] Dico q corpus q[illegible] ſe habeat ad omnem locũ, [illegible] vnum locum, ſtatim [illegible] poteſt deſerere vnum locum quin [illegible] expellat aliud corpus, & ſic ſub-[illegible] locum [illegible] quarto. Sic dico de [illegible] ſimpliciter [illegible] de neceſſitate ſub aliquo gradu [illegible]

D I C O [illegible] Sententia Doct. ſtat in hoc, [illegible] exiſtere in mixto [illegible] etiam in eſſe remiſſo [illegible] hoc [illegible] ſtet [illegible] eſſe ne-ceſſari[illegible] operationis mixti, vel ra-[illegible] maxime [illegible] for-m[illegible] illorum [illegible]. Si dica-[illegible] eſt [illegible], & per hanc ca-[illegible] ſubſt[illegible] eſſe [illegible] alterius [illegible] quod [illegible] propter diuer[illegible] as mixti [illegible] puta cor-d[illegible] habet calidi-[illegible] vel corporis hu[illegible] habet [illegible] elementum in nutrimen-tum [illegible] vel [illegible] cauſare diſpoſitionẽ [illegible], ſequitur ſubſtan-[illegible] ignis, patet, & [illegible] habet, quod non habet calidi-t[illegible] operationem non [illegible] in mixto eſſe ele-[illegible] mixto duas [illegible] & [illegible] ſpeciei, [illegible] quod vna [illegible] mixti. Dico ei, q [illegible] non e[illegible] elemẽta eſſe [illegible] ĝnationis, [illegible] q elemẽta ſunt neceſſaria in mixto ex[illegible] forma mixti recipitur ma[illegible] in ſu-[illegible] non vr̃, quia forma mixti habet ſuffici-[illegible] tatẽ, vt ſit terminus [illegible], & ſic ta-[illegible] us pot recipi immediate in materia, ſicut [illegible], q forma ſubſtantialis ignis eſt ſufficiens te[illegible] nus generationis ignis & recipitur immedia[illegible] in materia, ſicut ergo forma ſubſtantialis ignis e[illegible] ſufficiens terminus ĝnationis ignis & ſufficiẽs te[illegible] à quo corruptionis ipſius, & ſicut non pot eſſe ſimul ſub forma aeris & ignis, ſic forma ſubſtantialis [illegible] ſufficiẽs terminus à quo cor-ruptionis [illegible] terminus ad quẽ ĝnationis eiuſ-dem, & ſic [illegible] mixti nõ põt eſſe ſimul ſub for ma mixti, & ſub formis elementaribus. ¶Ibi. Item forma elementaris, ratio ſtat in hoc, q in mixto eſ-ſent quatuor ſuppoſita, quod eſt oĩno falſum. Sed iſta ratio non videtur multum concludere, quia ſi ſic, ſequeretur, quòd in eodem cõpoſito eſſent plu-ra per ſe ſingularia, nã materia prima habet ꝓpriã ſingularitatem, vt patet ab ipſo, & etiam forma.

¶ Similiter videtur contra ipſum in 4. diſt. 12. vbi tractat de pluralitate form[illegible], nam forma ſubſtantialis cum materia nata eſt [illegible] re vnum ſuppoſitum, ergo ſi in compoſito eſſent plures for mæ ſubſtanciales, vt ipſe vult, puta in boue, vel in homine, tunc eſſent ibi plura ſuppoſita.

¶ Dico, quòd hæc ratio concludit, quia eſt incõ uenĩẽs, quòd plura ſuppoſita in actu cõſtituãt vnũ

tertium

tertium ſuppoſitum, & non eſt ſimile de [illegible], quia ſingulare eſt communicabile ſaltem, vt quo, vel vt pars in primo. diſt. 2. & ſic non eſt inconueniens, quòd duo ſingularia efficiant vnum ſingulare totale, ſeruata tamen eorum propria ſingularitate, nam habet homo conſtitutus ex anima & corpore etiam ſingularitatem aliam à ſingularitate animæ, & corporis. Suppoſitum autem eſt ſimpliciter incommunicabile, & vt quo, & vt quod, & non poteſt aliquomodo eſſe pars alicuius, quia tunc eſſet communicabile ſaltem, vt quo, vt ſubtiliter probat Doct. in primo. diſt. ſecunda. & in quol. & ſic non eſt ſimile. Cum verò infertur, igitur hoc compoſitum eſſet duo ſingularia, nega[illegible] conſequentia, quia etiam non ſequitur duæ albedines ſingulariter diſtinctæ ſunt in Franciſco, ergo Franciſcus eſt duo alba ſingularia.

¶ Ad aliud, quod forma ſubſtãtialis nata eſt conſtituere ſuppoſitum, dico quòd non quælibet forma ſubſtantialis cõſtituit propriè ſuppoſitum maximè quando ordinatur ad aliam ſicut patet in generatione hominis.

¶ Dico vltra, quòd ad ſuppoſitum requiritur, ꝙ forma materialis habeat diſtinctam materiam ex qua & ipſa fiat vnum ſuppoſitum. Sed in propoſito ſi plures formæ ſubſtantiales eſſent in eadẽ materia tantum vnum ſuppoſitum conſtitueret. mo do elementa & forma elementaris eſt nata ſtituere proprium ſuppoſitum per ſe exiſtens perfectè, vt patet de elemento ignis, & illa forma elementaris non eſt propriè ordinata ad vlteriorem formam perfectiorem, ſicut ſunt multæ formæ in homine præcedentes animam intellectiuam, &c.

Nota & benè.

¶ Ibi. Item omnem ſubſtantiam. Hic Doct. ex hac ratione intendit reducere ipſum ad aliquod iſtorum inconuenientium, vel quòd, ſcilicet duo corpora eſſent ſimul in eodem loco, vel quòd non eſſet vera mixtio, & declaro ſic, nam certum eſt, ꝙ formam mixti conſequitur propria quantitas, & etiam formam ignis in mixto conſequitur ſua quantitas, nõ enim ignis in mixto eſt quãtus quantitate mixti, nec mixtum eſt quantum quantitate ignis, ergo ſi mixtum eſt perfectè mixtum ex elementis, ita quòd quęlibet pars mixti ſit mixta hoc non poterit eſſe, niſi per penetrationem dimenſionum, & ſic duæ dimenſiones eſſent in eodem loco, & ſimiliter ita aqua & terra habent propriam quantitatem in mixto, non enim aqua eſt quanta quantitate ignis, nec econtra, ergo ſi aqua & ignis, & terra ſunt perfectè mixta, cum mixtio ſit miſcibilium vnio, ita ꝙ in qualibet parte mixti ſit ignis aqua & terra, ſequitur quòd dimenſio terræ aquę, & ignis erunt in eodem loco per penetrationẽ dimenſionum adinuicem, quod eſt inconueniens & contra Ariſtot. 4 Phyſic. etiã ſi ibi non ſit penetratio dimenſionum, ſequitur ꝙ nõ erit ibi perfecta mixtio; ſed magis iuxta poſitio, & ſic nihil ad b.

Opinio Scoti.

¶ Ibi. Item mixtum generatur. Intẽdit hic Doct. ꝙ ex quo elementa. (Ex quibus generatur mixtum tanquam à termino à quo) non manent, & vltra, quia in ipſa tanquam in terminum ad quem corrumpitur mixtum, ſicut ex igne generatur aer tanquam à termino à quo, ſequitur quòd adueniente forma aeris in materia ignis, quòd corrumpitur ipſe ignis, cum ergo mixtum generetur ex elementis tanquam ex termino à quo, ſequitur quòd generata forma mixti in materia elementorũ quòd formæ elementorum corrumpãtur, patet, quia terminus à quo generationis & terminus ad quẽ ſũt incõpoſſibiles. Nec valet dicere quòd ly ex notat habitudinem cauſæ materialis & non habitudinẽ termini à quo & ſic cũ dicimus mixtũ generari ex elementis debet intelligi tanquã ex ſubiecto gñationis, ſicut dicimus quòd ignis generatur ex materia aeris tanquam ex ſubiecto generationis. Sed contra, quia eo modo, quo aliquid generatur ex alio, vt ex ſubiecto, eo modo corrũpitur in illud tanquam in ſubiectum gñationis, ſicut dicimus, quòd cõpoſitum generatur ex materia tanquam ex ſubiecto generationis, ſic corrumpitur in materiam tanquam in ſubiectum generationis, ſed in propoſito, hoc nõ eſt verũ quia ſi mixtum generaretur ex elementis tanquam ex ſubiecto generationis, tunc corrumperet in [illegible] ſubiectum [illegible], qđ eſt manifeſte falſum, tam qñ mixtum [illegible] non corrũpitur in elementa [illegible] in ſubiectum corruptionis [illegible] de nouo generantur, vel [illegible] vel [illegible] non ſic [illegible] corrumpitur in materiam [illegible], [illegible] forma ignis remanet [illegible] eadem materia licet ſub alia forma, non ſic corrupta forma [illegible] remanent ſimpliciter [illegible] elementa [illegible] generabantur. patet enim ad ſenſum, quòd qñ [illegible] mixtum corrumpit, [illegible] generantur [illegible] elementa nõ ſtatim videmus, quòd fiat [illegible] elementa, & ſi hoc videmus [illegible] de [illegible] redulc ordo enim [illegible] eſt, ꝙ eadẽ [illegible] non põt eſſe ſimul ſub duabus formis [illegible] & vltimatis, quia certum eſt, quòd forma [illegible] ignis eſt talis forma, quòd [illegible] in eſſe ſpecifico & vltimato, [illegible] ſub forma mixti puta forma lapidis, quę forma habet cõſtituere ipſum in vltimato eſſe ſpecifico, [illegible] non vr̃, quia ſicut forma aeris [illegible] ipſum in eſſe vltimato ſpecifico & [illegible] ma [illegible] non eſt poſſibile [illegible] eſſe ſimul [illegible] ma [illegible] & ſub forma [illegible].

¶ Si dicatur non eadẽ materia [illegible] pluribus formis ſubſtantialibus [illegible] plures formas ſubſtantiales eſſe poſſunt in eodẽ compoſito.

¶ Dico, quòd [illegible] formam [illegible] conſtituet aliquid in ſuo eſſe [illegible] omnes tales ordinentur ad vlteriorem [illegible] ho mo ſit ſubſtantia, deinde [illegible] deinde ſenſitiuum, tñ non [illegible] habet eſſe perfectũ & vltimatum [illegible] per formam [illegible] eſt anima intellectiua [illegible] ignis & aquæ, quia [illegible] eſſe vltimo [illegible] valet dicere [illegible], quòd forma [illegible] in eſſe intenſo [illegible] ipſum [illegible] & ſpecifico, [illegible] eſt in mixto, [illegible] eſſe remiſſum, [illegible] remiſſio nõ [illegible] ipſum in eſſe [illegible] & ſpecifico. Sed hoc non [illegible] albedo [illegible] eſt ſpecifice albedo [illegible] forma ſpecifica [illegible] gradibus in in ſecis [illegible], [illegible] forma ignis quantum [illegible] forma ſubſtantialis, & ſpecifica [illegible] in eſſe ultimato & ſpecifico. [illegible] forma non magis [illegible] ad eſſe ſpecificum, licet [illegible] gradualem, quæ [illegible] rum. Si ergo per poſſibile [illegible] bouis poſſet intendi non magis conſtitueret bouem in eſſe ſpecifico, quàm ſi non intenderetur, [illegible] eſt, quòd ipſe bos non poteſt eſſe [illegible], [illegible] habeat ſuum eſſe ultimatum, & [illegible] formam ſenſitiuam, etiam quantumcunque remiſſam, non uult ergo dicere, quòd ſint in mixto ſecundum formas ſubſtantiales in eſſe remiſſo, cum ſit eadem difficultas de remiſſo ſicut de intenſo propter rationem formalem conſtituendi in eſſe ſpecifico.

Lychetus bene ponderant verba Scoti.

Quomodo mixtum generatur ex elementis.

¶ Ibi.

Quomodo elementa nõ maneant in mixto.

¶Ibi. Sed tamen propter verba Ariſt. Vult hic dicere Doc. ꝙ ipſa elementa non manent in mixto ſm aliquid formæ ſubſtantialis, neque ſecundum qualitates ſuas, puta ꝙ forma ſubſtantialis ignis non eſt ibi, ergo quando mixtum generatur ex igne forma ſubſtantialis ignis totaliter deſinit eſſe, nec etiã ſunt ibi qualitates ignis, quia illę corrumpuntur ad corruptionem formæ ſubſtantialis ignis, eſt ergo ibi ignis ſm quandam conuenientiam (non dico tamẽ ſpecificã) quia ſicut aliquod mixtum poteſt habere operationes ſimiles, ſaltem in genere operationibus ipſius ignis, ita dicimus, ꝙ ignis eſt ibi pp talem conueniẽtiam, patet, quia dicimus, ꝙ homo, vel corpus hominis ſic mixtum habet qualitatem iſtam, puta calefacere, & fortè exſiccare, nã cor hominis eſt valde calidum, & valde calefacit, non dico tamen, ꝙ ille calor ſit eiuſdem ſpeciei cum calore ignis, pp ergo iſtam conuenientiam operationũ cum elementis dicimus elementa manere in mixto, ſicut etiam dicimus, ꝙ anima ſenſitiua eſt in intellectiua, ſicut in homine habente animam intellectiuam, non ꝙ ibi ſit realiter, nec aliquid ipſius, nec qualitas ꝓpria animæ ſenſitiuæ, ſed eſt ibi ſm conuenientiam, & in virtute, quia anima intellectiua vnita corpori poteſt in ſimiles operationes, in quas & anima ſenſitiua, ſi eſſet verè vnita corpori, ſunt ergo elemẽta in mixto tantum virtualiter, & ſecundum conuenientiam.

¶Ibi. Quando etiam concurrunt elementa, patet littera, ideſt quòd ipſum mixtum, quãdo generatur ex pluribus elementis, nõ generatur ex actione mutua. Hic Doct. ſupponit vnum dictum iam ſupra, ꝙ quando mixtum generatur ex vno elemento, vel ex pluribus, ꝙ in eodem inſtãti, quo generatur forma mixti, deſinit eſſe totaliter forma elementi. Dicit ergo, ſi mixtũ generatur ex actione mutua aliquorum elementorum, puta ex actione mutua ignis, & aeris, ita ꝙ mutuo ſe corrumpant. Quæro tunc, aut in eodem inſtanti, in quo generatur forma mixti, ſunt corrupta iſta elementa, ergo non generant ipſum, quia quod non eſt, generare non poteſt, nã certum eſt, ꝙ ſemper generans, etiam in inſtanti, quo generat, eſt prius natura ipſo genito, vt aliàs expoſui in hoc ſecundo: cum ergo in inſtanti a. verè generetur mixtum, & in eodem inſtanti elemẽta ſunt corrupta, & generans, debet eſſe prius genito in inſtanti quo generat, ſequitur, ꝙ nõ ſunt ibi corrupta. Si vis dicere, ꝙ in inſtanti, in quo generatur forma mixti ſunt ibi elementa, ergo in generatione mixti non corrumpuntur, & ſic ſimul in eadem materia erit forma mixti, & forma elementaris, quod ſupra improbatum eſt. Si dicas, ꝙ bene mixtum generatur ex actione mutua ignis, & aeris, ſic ꝙ in inſtanti generationis mixti corrumpitur aer, & remanet ignis. Contra, quia tunc non generatur mixtũ ex actione corruptiua mutua adinuicem. Tum etiam, quia tũc non generaretur ex aere, & igne, ſi ignis remaneret, ſed tantum ex aere, & ſic nõ eſſet genitum ex pluribus elementis, quod eſt contra ſuppoſitum. A quo ergo generatur mixtum? Dico, ꝙ ab agente naturali alterante huiuſmodi elementa, quibus alteratis in vltima diſpoſitione corrumpit formas elementorũ, & producit formã mixti, nam ſi mixtum generatur ex quattuor elementis, tunc aliquod agens naturale ſic altera illa quattuor elemẽta adinuicem, ꝙ tãdem corrumpit illa, & in materia eorum producit formam mixti, ſic dico, cum generatur ex tribus, vel duobus elementis. Sed difficultas eſt, ſi agens naturale poſſit generare mixtum ex vno elemento, ſicut in Geneſi. Producant aquæ, &c. de hoc aliàs.

A quo generatur mixtum.

¶Ibi. Secundo ſic. Si elemẽta, &c. Deducit enim ad hoc inconueniens, ꝙ materia prima immediatè poſſet ſuſcipere omnem formam, ſucceſſiuè tamẽ, quod tamen eſt manifeſtè inconueniens, nõ enim videtur, ꝙ materia prima immediatè poſſit trãſmutari ad omnem formã, quia materia prima exiſtens ſub forma aquæ, nõ immediatè poteſt tranſmutari ad formam vini, ſed oportet fieri prius ſub alia, & alia forma, ad hoc vt poſſit fieri ſub forma vini: ergo ſi elementum, puta ignis, ex quo generatur, puta lapis non remanet in ipſo lapide mixto, ſequitur, ꝙ materia ipſius ignis immediatè tranſmutat ad formã lapidis, & ſicut dico de forma vnius mixti, ita de forma cuiuslibet alterius, qđ eſt valde inconueniẽs.

¶Reſpondetur ibi ad aliud, cum dicit. Et reſpõſio ſtat in hoc, quòd immediatè perficere materiã contingit dupliciter, aut immediatione perfectionis, aut immediatione tranſmutationis, illa forma immediatè perficit materiam immediatione perfectionis, quæ perficit illam nulla alia forma mediãte, & ſic dicimus, ꝙ forma mixti poteſt immediatè informare materiam, ita ꝙ forma præexiſtẽs in materia totaliter deſinit eſſe, & illa immediatè perficit, & hoc nullum eſt inconueniens, ſiuè fiat modo per tranſmutationes, ita ꝙ ſemper forma prior corrumpitur per aduentum formæ poſterioris. Si verò loquamur de immediatione tranſmutationis eo modo, quo dicimus, ꝙ forma aquæ immediatè tranſmutatur ad formam ignis, ita ꝙ eſt ibi tantum vna trãſmutatio, qua deperditur forma aeris, & generatur forma ignis, & hoc modo non omnis forma perficit materiam ſic immediatè, ſed mediantibus multis tranſmutationibus, ſicut forma corporis organici nõ perficit materiam ſeminis immediatè, ita ꝙ materia ipſius ſeminis vna tantum tranſmutatione tranſmutetur ad formam corporis organici, ſed prius tranſmutatur ad formam lactis.

Materiam perficere cõtingit dupliciter.

NVNC ſoluenda ſunt argumenta principalia, quibus Doct. probat, quòd elemẽta manent in mixto, & hoc probat autoritate philoſophi primo de gener. cap. de mixtione. tex. commen. 91. ſiuè vlt. in fine illius tex. vbi habetur, quòd mixtio eſt miſcibilium alteratorum vnio. Ex hoc tex. arguit Doct. dupliciter. Primò, ſi mixtio eſt alteratorum, ergo nõ eſt corruptorum, vnde philoſophus in illo tex. ſic habet, manifeſtum igitur ex his, quæ dicta ſunt, quòd eſt mixtio, & quid eſt mixtio, & quare eſt, & quæ ſunt miſcibilia entium tantum, quoniam ſunt quædam quaſi paſſiua adinuicem, & bene determinabilia, & bene diuiſibilia: hæc enim neque corrupta eſſe neceſſarium, quando mixta, neq; adhuc ſimpliciter eedem eſſe, quæ prius, hæc ille. Ex quo patet, quòd ipſa elementa manent in mixto, licet nõ ſecundum ſuum eſſe perfectum.

Quæ ſit mixtio.

¶Secũdo ſic ex eadẽ autoritate arguit, ſi mixtio eſt vnio miſcibilium, & vnio nõ eſt corruptorũ, ſed entiũ, patet, quia vnio aliquorum eſt relatio neceſſariò præexigens extrema vnita, ergo elementa, quæ dicuntur vniri in mixto, manent in mixto.

¶Reſpondet Doct. ad autoritatem philoſophi, ꝙ alteratorum eſt præteritum paſſiuum, & verum eſt, ꝙ mixtio eſt eorum, quæ fuerunt alterata, ſed cũ dicitur, ꝙ eſt vnio, debet ſic intelligi, ꝙ oĩs mixtio eſt quædam generatio, & per cõſequens corruptio alterius, quia generatio vnius eſt corruptio alterius. In generatione autem illius formæ mixti dicuntur elementa vniri ſecundum virtutem, non ſecundum ſubſtantiam, ita ꝙ aliqua forma producatur ex illis quæ cõtinent vnitiuè qualitates illorũ in virtute, & non ſubſtantiã in actu, manent ergo in mixto, ſicut ſi diceretur, ꝙ ſenſitiua, & vegetatiua manent in intellectiua. Et ſic poteſt exponi alia littera, cũ dicit, hæc enim, neque corrupta eſſe neceſſariũ, quando mixta ſupplè ſunt, quia in mixto manẽt virtualiter, & cum infert, neque adhuc ſimpliciter eadem eſſe,

Reſponſio Scoti.

quæ

quæ prius, quia ſupple elementa ſm ſuum eſſe formale non manent in mixto, & hoc modo Auicenna dicit in commento ſuo. quòd elementa tãtum manent in mixto virtute. Vide ibi commentum 90.

Scotus eſt cum Auicẽna.

¶Secũdò principaliter arguit, in mixto ſunt qualitates elementorum, ergo in mixto ſunt formaliter elementa. Antecedẽs patet autoritate philoſophi. 2. de ani. tex. comm. 1. & 13. qui vult, ꝙ corpora non poſſunt ſe tãgere in aere, vel aqua, niſi intercipiatur aer, vel aqua medius, quod probat, quia talia corpora ſunt humida in ſuperficiebus cõtingentibus, ſed humiditas eſt qualitas elementi aquæ, & aeris, conſequentia patet per philoſophũ, vbi ſupra, qui vult, quòd humiditas non ſit ſine aqua. Quorũ (inquit) corporum medium eſt aliquod corpus, non contingit ipſa ſupplè corpora adinuicem ſe tangere, humidum autem non eſt ſine corpore, nec humectatum, ſed neceſſe eſt aquam eſſe, aut habere aquam. Et vide ibi Comment.

¶Reſpondet Doct. concedendo, quòd qualitas elementi non eſt ſine elemento, ſed poſtea negat, ꝙ qualitas mixti, puta humiditas, vel caliditas ſit qualitas elementi, ſed bene concedit, quòd eſt ſimilis qualitati elementi.

¶Tertiò principaliter arguit, quia effectus alicuius cauſæ nunquam eſt cauſa non exiſtente, ſed moueri deorſum, loquendo de motu naturali eſt effectus grauis, & grauitas primò, & per ſe eſt à terra, ergo ſi mixtum naturaliter mouetur deorſum, ſequitur, ꝙ in eo ſit actualiter terra, mixtum enim mouet ſm naturam elementi prædominantis, vt patet primo cœli, tex. comm. 7. & 8. ſm aliã translationem in fine tex. 8. ſic hr̃, & motus, inquit, corporũ ſimpliciũ ſimplices, & motus corporũ compoſitorum erunt diuerſi, ſed tñ mouentur ſm motum corporis ſimplicis in eis dominãtis, ideſt ſm Cõm. ꝙ motus corporum compoſitorũ erunt ſm naturam corporis ſimplicis dominãtis. Impoſſibile eſt enim in corporibus compoſitis. ſ. mixtis aliqua ſupplè corpora cõponi ęqualiter. Et ſi eſſet aliquod compoſitũ ęqualiter contingeret, ꝙ aliquod corpus nõ moueretur omnino, &c. Apparet ergo, quòd in vnoquoque mixto eſt aliquod elementum prædominans.

¶Rñdet doc. ꝙ ſi ꝑdominium elementi in mixto attenditur ſm conuenientiã in qualitate naturali, q̃ qualitas eſt principium motus, vt grauitas reſpectu moueri deorſum, non ꝙ elementũ ſit ſm ſubſtantiam, vnde ſm diuerſam mixtionem elementorum cõcurrentium in generatione illa aliquãdo mixtum magis cõuenit in forma cum vno elemento, quàm cum alio, & ſic in qualitate ſimili, quæ eſt qualitas mixti, & non elementi, & ideo habet ſimilem modum conſequentem, & ſimilem actionem.

¶Vltimum argumentum clarum eſt cum ſua reſponſione, & hoc etiam magis patebit infra diſt. 19.

Diſt. XVI. Quæſtio Vnica.

Vtrum imago Trinitatis conſiſtat in tribus potentijs animæ rationalis realiter diſtinctis.

Seraphicus Bonauent. 2. ſent. diſt. 16. q. 1.
Scotus 2. ſent. diſt. 16. quæſt. 1.
D. Tho. prima parte ſummæ, q. 77. artic. 1.
Riccardus 2. ſent. diſt. 16. quæſt. 1.

QVAERO circa diſtinct. 16. Vtrum imago Trinitatis cõſiſtat in tribus potẽtijs animę rationalis realiter diſtinctis. Intentio principalis huius diſt. eſt, an potentiæ animæ realiter diſtinguantur ab ipſa anima, & à ſeipſis inuicem.

IBI. Hic eſt vnus modus dicendi, & eſt S. Bonauentu. & aliorum antiquorum hic, & maximè Gotifre. Tho. prima parte ſummæ, quæſt. 77. art. 1. quòd intellectus, & volũtas ſunt duæ potentiæ realiter diſtinctæ inter ſe, & ab eſſentia animæ. de memoria modo non loquor: paſſiones enim animæ ſunt illæ duæ potentiæ, & proprietates, & accidentia fluentia ab ipſa, accidens autem realiter differt à ſubſtantia.

Opin. D. Bonauen. & aliorum.

¶Alius modus dicendi eſt, quòd iſtæ potentiæ nõ ſunt accidentia animæ, ſed partes eſſentiales eius. Primus modus tenetur à multis, & probatur ſic ab vno antiquo Doct. potentia, & actus pertinent ad idem genus, ſed actus potentiarum iſtarum, ſcilicet intelligere, & velle ſunt accidentia animæ, ergo & potentiæ animæ.

IBI. Rationes iſtæ nõ cogunt, & cum pluralitas non ſit ſine ratione cogente ponenda, ergo, &c.

¶Ad primũ dico, &c. ſententia litteræ ſtat in hoc, quòd potentia poteſt tripliciter accipi. Primò pro potentia obiectiua, de qua ſupra diſt. 12. quæ diſtinguitur contra actum, & ſic potẽtia, & actus diuidũt ens, loquendo de tali potentia dico, ꝙ ſimpliciter ꝑtinet ad idem genus etiam, ad eãdem ſpeciem, etiã ad idem indiuiduũ, ad q̃ pertinet actus oppoſitus, ſicut Antichriſtus, qui nunc eſt in potentia obiectiua erit ille idem, qui erit actu, ſed hæc eſt ſola differentia, quia vt eſt in potẽtia obiectiua habet tm̃ eſſe poſſibile, & ſm quid, vt verò eſt in actu, habet eſſe ſimpliciter, & ſic loquitur Ariſt. 9. meta. tex. cõ. 2. 23. & inde de actu, & potẽtia, & hoc modo intellectus, & voluntas non dñr potẽtiæ, quia tunc nihil eſſent. Secundo modo accipitur potentia, prout eſt princìpiũ operationis, & hoc dupliciter, vel receptiuũ operationis, vel ꝓductiuũ actionis, & tale de neceſſitate eſt in actu, vt patet ſupra d. 12. & tale nõ eſt communiter eiuſdem generis cũ operatione quã recipit, vt patet, quia ſubſtantia recipit accidens. Aliquando poteſt eſſe eiuſdem generis, vt puta materia recipit formam ſubſtantialem, vt patet ſupra diſt. 12. Aliqñ poteſt eſſe alterius generis, & hoc modo potẽtię animæ ſunt immediatè potentiæ receptiuæ ſuarũ operationum, vt patet à Sco. in pluribus locis, & ſm cõmunem opin. & talis potentia receptiua eſt alterius generis ab operatione, quã recipit, vt patet, quia ipſa potentia eſt in prædicamento ſubſtãtiæ, & operatio in prædicamento qualitatis: volitio enim, & intellectus ſunt in prædicamento qualitatis abſolutè, vt patet à Sco. in pluribus locis, maximè in quarto, di. 10. & q. 13. quol. Vel accipitur potentia, q̃ eſt principiũ operationis, vt eſt principiũ nõ tm̃ receptiuũ, ſed etiam productiuũ, & ſic intellectus eſt principiũ productiuũ intellectionis, vt probat Sco. in primo, diſt. 3. q. 7. 8. & 9. Silr̃ voluntas eſt principiũ productiuum ſuæ volitionis, vt probat Scot. in ſecundo, diſt. 25. Loquendo de tali principio productiuo nõ ſemper eſt eiuſdem generis cum producto, vt patet de ſubſtantia producente accidens, & in propoſito de intellectu, & voluntate. Aliquando eſt eiuſdem generis, vt ſubſtantia, quæ producit effectum ęquiuocum, qui eſt ſubſtantia, vt Sol producit vermem, aliquando eſt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ, vt cauſa vniuoca producit effectum eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ, nõ poteſt autem idem eſſe numero producẽns, & productum, quia iſta implicant, vt patet à Sco. in primo, diſt. 2. & 26. & in hoc ſecundo, diſtinct. 25.

Potentia poteſt tripliciter accipi.

Potentia vt eſt principiũ operationis, accipitur dupliciter.

Voluntas eſt principium volitionis.

¶Ibi. Præterea ſi anima ſm ſuam eſſentiam ſit immediatè principium operationis, cum ſemper ſit in actu, quia eſt actus, ſemper ageret, & operaretur, igitur habens animam ſemper intelligit, ſicut habens animam, vel eſſentiam ſemper viuit, &c.

¶Ibi.

¶ Ibi. Secunda ratio non valet. Quæ talis eſt in ſententia, quia cum ipſa anima ſemper ſit in actu, videtur, ꝙ non ſit immediatum principium operationis, quia ſi eſſet immediatum principium intellectionis, ergo ſemper intelligeret. Hic Docto. in iſta reſpóſione multa dicit, licet implicite, nam primo dicit, ꝙ non ſequitur anima eſt actus, & principium operandi, ergo habens illam ſemper operatur, quia calor eſt actus & principium calefaciẽdi, ergo habens calorẽ ſemper calefacit, & ſemper operatur, non ſequitur, quia etiam requiritur paſſum in quo recipiatur calefactio, licet enim anima ſit actus & immediatum principium operãdi puta intelligendi, non tamen habens ipſam ſemper operatur, maximè pro ſtatu iſto; quia anima ſecundũ intellectum nõ poteſt immediate exire in operationem etiam reſpectu ſui, cum pro ſtatu iſto ſit determinata ad ſenſibilia quæ primo mouent, vt diffuſè patet à Doct. in primo. di. 3. q. 1. & vltima. & in ſecundo. d. 3. & in quoli. habetur enim tantum hoc, ꝙ ex quo eſt actus dat ipſa habenti vitam formaliter, quia eſt forma informãs illud, & forma dicitur vita, nec eſt ſimile de dare vitã & operari, quia dum eſt in corpore ſemper dat vitam formaliter, ſed nõ effectiuè, non tamen ſemper dat operari, vt patet.

Anima eſt principium operandi.

¶ Ibi. Eſt enim anima immediatum, &c. ideo ly immediatum accipitur aliter & aliter, quia vt eſt immediatum principium operandi hoc reducitur ad genus cauſæ efficientis, vt verò eſt immediatum principium eſſendi reducitur ad genus cauſæ formalis, eſt etiam differẽtia aliter & aliter, quia vt eſt principium formaliter eſſendi ſemper dum eſt in corpore dat corpori eſſe formale, vt verò eſt principium operandi, non dat ſemper corpori operari, vt patet. Et nota, quia dicit hic Doct. quod eſt immediatum principium operandi, nam ſi ſic intelligeret, contradiceret ſibi in multis locis, in quibus vult, ꝙ intellectus eſt immediatum principium intelligendi, & non anima, vt anima, & ſimiliter volũtas, vt ſatis patet infra, debet ergo ſic intelligi, ꝙ ſi intellectus, & voluntas ponantur diſtingui ſaltem ex natura rei ab anima, vt ipſe tenet in iſta q. poſſumus dicere, ꝙ ipſa anima eſt immediatum principium realiter, quia eſt ſimpliciter eadem res cũ intellectu & voluntate licet non ſit immediatũ principium ſecundum propriam ſuam realitatem, ſed immediatum principium intelligendi eſt realitas intellectus diſtincta ab anima, vel ſi ponatur intellectum formaliter diſtingui ab anima, habemus dicere, ꝙ ipſa anima eſt principium intelligendi modo præexpoſito ſed non formaliter, quia ſecũdum aliam formalitatẽ, quæ eſt intellectus eſt principiũ immediatum intelligendi, quia mediãte intellectu. Hic verò Doct. reſpondet ſic abſolute, ꝙ eſt immediatum principium operandi, puta intelligẽdi, vel volendi realiter, ſic ꝙ in ipſa anima nihil eſt diſtinctum realiter, quod ſit immediatum principium, vel etiam mediatum intelligendi, vel volendi, & ſic debet intelligi Doct.

Intellectus ẽ immediatum principium intelligendi.

¶ Ibi. Tu dicis Diceret Tho. ſi anima eſt immediatum principium operandi, igitur aĩa eſt in actu, quia omne quod operatur, operatur vt eſt in actu, & ipſa recipit ſuam operationem, puta intellectionem, modo videtur impoſſibile, ꝙ actus ſit immediatum principium productiuum alicuius operationis, & immediatum receptiuum eiuſdem.

¶ Ibi. Sed dicunt, ꝙ anima. Iſti dicunt ꝙ recipit actum intelligendi mediante potentia intellectiua, quę nihil eſt cum ſit potentia pura, vt dicitur tertio de anima tex. com. quinti, & quartidecimi. Doc. improbat, ꝙ intellectus ſit potẽtia pura, & improbationes ſunt claræ, & in vltima in qua dicit, ꝙ tunc tot eſſent potẽtiæ intellectiuæ, quot intellectiones, patet, quia potentia quæ eſt ad actum variatur ad variationem actus, ſicut poſſe ſanari, ſiuè potẽtia ad ſanitatem diſtinguitur à poſſe ægrotari eo modo quo ſanitas diſtinguitur ab ægritudine, ſic potentia intellectiua, quæ eſt ad intellectionẽ lapidis eo modo diſtinguitur à potentia intellectiua, quæ eſt ad intellectionem hominis quo lapis diſtinguitur ab homine, quod eſt valde inconueniens.

Intellectus nõ eſt pura potentia.

¶ Ibi. Illud autem philoſophi, &c. Iſta propoſitio intellectus non poteſt intelligere ſeipſum ante intelligere aliorum eſt diſtinguẽda ſecundum amphibologiam, nam ſi ly ante determinat ipſum intelligere ſenſus eſt verus qui talis eſt, ꝙ non poteſt ſeipſum de propinquo intelligere ante quàm intelligat alia, & hoc eſt verũ, ſi verò ly ante determinat ipſum poſſe, ſenſus eſt falſus, quia tunc non tantum negatur potentiã propinqua, ſed etiam remota, quia tunc ſenſus eſt, ꝙ nullo modo poteſt intelligere ſeipſum, id eſt non ante poteſt ſeipſum intelligere abſolutè, q̃ intelligat alia quaſi intelligere ſeipſum ſibi tãtum adueniat per intellectionem aliorum, qđ eſt falſum, certum eſt, ꝙ ipſe intellectus ex natura ſui poteſt ſeipſum immediate intelligere ante intellectionem aliorum, vt patet de intellectu noſtro ſeparato, vel etiam coniuncto corpori glorioſo, vt patet à Doc. in primo. di. 3. ſed pro ſtatu iſto potentia propinqua non poteſt ſeipſum intelligere ante intellectionem aliorũ. Hæc auctoritas Ariſto. expoſita eſt ſupra in primo di. 3. q. 7. & in hoc 2. diſt. 3.

An intellectus intelligat ſeipſũ.

¶ Ibi. Vnus Doct. modernus, ſ. natalis quoli 1. q 9. Addit talem rationem, nullum ſimplex creatum poteſt eſſe immediatum, & totale principiũ diuerſarum operationum, & hoc probat in illo vbi magis videtur, nam materia vna, & ſimplex nõ poteſt ſecundum ſe eſſe principium receptiuum diuerſarum formarum, alterius rãtionis niſi mediantibus perfectionibus, & diſpoſitionibus quibuſdam determinãtib9 ipſam ad diuerſas formas, aliter enim quodlibet poſſet fieri ex quolibet, patet primo phyſic. tex. com. 37. & multo minus in potẽtijs actiuis, igitur vna eſſentia ſimplex non poteſt eſſe principium immediatum diuerſarum operationum cuiuſmodi ſunt intelligere & velle, ergo hoc erit per potentias realiter diſtinctas.

Opinio Heruey natalis.

¶ Ad tertium, idem ſimpliciter non poteſt eſſe principium diuerſarum operationum falſum eſt, tunc enim ſubſtãtia animæ non poſſet eſſe immediatum receptiuum trium potentiarum.

¶ Dices, ꝙ verũ eſt, &c. quia dicit Doct. ꝙ vnum & idem ſimplex poteſt eſſe receptiuum pluriũ immediate, & æque primo, & declarat, ꝙ eſſe immediatum receptiuum plurium poteſt dupliciter intelligi, ſcilicet, vel ꝙ ſint duæ rationes recipiẽdi, ita ꝙ ſi. a. & b. recipiantur in c. ratio recipiẽdi. a. erit ſimpliciter alia a ratione recipiendi. b. & hoc non eſt verum, quia vna forma in corporalibus non eſt principium recipiendi aliam, vt raritas nõ eſt principium recipiendi colorẽ, patet, quia ſi eſſet ratio recipiendi calorem nunquã poſſet recipi in aliquo ente, cuius tamen oppoſitum experimur, nec etiam calor in igne, vel ligno eſt ratio recipiendi leuitatẽ. Alio modo poteſt intelligi immediate receptiuum reſpectu. a. & b. ita, ꝙ in eodem receptiuo ſit ſimpliciter ratio recipiendi. a. & b. tamẽ b. poſterius recipiatur, & a. prius, & hoc modo dicimus, quòd aliquid poteſt immediate eſſe receptiuum pluriũ, ita, ꝙ ex ſua ratione formali non includit, ꝙ prius. a. quam b. vel econtra. Aliquando verò hoc contingit, ſed non ſemper, & ſic materia prima quantũ ex ſua ratione formali æque primo põt recipere vnam formã ſicut aliam, & ecõtra, quia ſi cõparatur

Eſſe immediatũ receptiuum plurium põt dupliciter intelligi.

tur

tur ad agẽs ſupernaturale, ipſum poteſt infundere quãcunq; formam, & non oportet ipſum prius recipere aliã, niſi fortè illa alia requiratur ad eſſe intrinſecũ cõpoſiti, ſicut forma organica, q̃ requiritur ad eſſe cõpoſiti hominis. Sequitur ibi. Sic in propoſito. Dicit Doct. q̀ licet anima immediatè recipiat intellectionem priuſquam volitionem, tamen ipſam volitionẽ immediatè recipit, quia nõ recipit eam mediante intellectione, tanquam formali ratione recipiendi, ita quòd ipſa prius recipiatur in intellectione, ſicut dicimus, quòd albedo recipitur in ſubſtantia mediante quantitate, quæ eſt ratio formalis recipiendi illam, ita quòd ſi ibi non eſſet quãtitas talis albedo non reciperetur.

Dubium. ¶ Sed hic occurrit vna difficultas, quia dicit Doc. in pluribus locis, quòd anima intellectiua eſt ratio formalis recipiendi riſibilitatẽ in hoĩe, & ẽt eſt rõ formalis producendi illam, ſi tamen ſit producibilis, ergo videtur, quòd riſibilitas recipiatur in ipſa anima intellectiua immediatè, & ſic ſeparata anima intellectiua poteſt eſſe riſibilis, quod eſt valde incõueniens. *Reſponſio.* Dico, quòd dicta Doct. valde ſunt ponderanda, non enim riſibilitas immediatè recipitur in ipſa anima, nec etiam in ipſo corpore, vt expreſsè dicit in tertio, diſtin. 2. ſed in tertia entitate, puta in humanitate reſultãte ex his, & ſimiliter ipſa anima non eſt ratio formalis producendi illam, ſed magis ipſa humanitas, quia ipſe dicit in primo, quòd ſubiectum eſt cauſa ſuæ paſſionis. Debet ergo intelligi, quòd ipſa riſibilitas immediatè recipitur in ipſo homine, & ratio formalis, & totalis recipiendi illam eſt ipſa humanitas, ſiuè diffinitio humanitatis, & quia humanitas primo, & principaliter habet eſſe à forma, puta ab anima intellectiua, & etiã diffinitio primo, & principaliter conſtat ex forma vltima, vt declarat Doct. in tertio credo, diſt. 2. ideo dicimus, quòd ipſa eſt ratio formalis recipiendi, non quòd in ipſa immediatè recipiatur, ſed quia eſt ratio formalis, & principalis, & dat magis eſſe compoſito quòd eſt ratio formalis, & totalis recipiendi illam, ideo bene nota quando Doct. in diſt. 25. huius, & alibi dicit, quòd anima, ſiuè rationale eſt ratio formalis recipiendi propriam paſſionem, intellectus verò non ſolum eſt ratio formalis producendi intellectionem partialiter, ſed ẽt ratio formalis recipiendi illam, ita quòd anima non recipit intellectionem, niſi mediante intellectu, nec ſuppoſitum recipit, niſi mediante anima, & intellectu, etiam ſi per impoſſibile intellectus eſſet ſeparatus ab anima, puta, quòd ipſa anima non poſſet recipere intellectionem, ſicut etiam ſi ſubſtantia ſi eſſet ſeparata à quantitate non poſſet recipere albedinem. *Quomodo anima recipiat intellectionem.* Nota tamen, quia hic Doct. dicit quòd anima intellectiua immediatè recipit intellectionem, ita q̀ ipſa eſt rõ formalis recipiendi, & tamen alibi contrarium dicit ſolutio, patet ex ſupradictis. Eo modo ſoluatur ſicut ſolutum eſt ibi quãdo dicebatur, quòd eſt immediatum principium productiuum intellectionis, & volitionis.

¶ Ibi. Et quòd dicit mediantibus illis, &c. Hic dicit Doct. vnum valde notabile, ſcilicet, quòd illud, q̀ eſt receptiuum, vel ratio recipiendi formam obiectalem eſt de eſſentia compoſiti. hoc patet, quia natura ignis eſt receptiua formæ ſubſtantialis ignis, & etiam ſic ratio recipiendi, quòd ipſa forma ſubſtãtialis ignis nõ poſſet recipi, niſi in materia, vt patet.

Dubium. ¶ Sed hic occurrit vna difficultas, quia tunc videtur, quòd quantitas ſit de eſſentia hominis, & tunc accidẽs erit de quiditate illius, patet, quia corpus organicum non poteſt dici organicum, niſi habeat partes ordinatas, & diſtinctas organicas quod non poteſt fieri, niſi per quantitatem, quia ſeparata quãtitate à materia non ſunt ibi partes organicæ, ſi ergo anima intellectiua non poteſt recipi, niſi in corpore organico, & quantitas eſt illa, quæ communiter diſtinguit partes organicas, ſequitur quòd illa quantitas erit de ratione formali ipſius hominis.

Reſponſio. ¶ Dico, quòd anima intellectiua informat corpus organicum, & tamen quantitas illa non recipit immediatè ipſam animam, nec eſt ſimpliciter ratio recipiendi, licet præexigatur, conſequatur corpus organicum de neceſſitate, ſiuè ſubſtantiam talem. Aliud enim eſt eſſe rationem formalem alicuius, & aliud eſt eſſe ipſum neceſſarium ad illud, patet, nam dicimus, quod materia, & forma ſunt partes eſſentiales compoſiti, & de rõne formali conſtitutiua cõpoſiti, & tamen vnio partium præexigitur ipſi compoſito de neceſſitate, & non pertinet ad eſſentiam, vel quiditatem compoſiti, quia ipſa eſt quædam relatio, & relatio non eſt de eſſentia alicuius abſoluti, vt patet à Doct. in pluribus locis. Sic dico in propoſito non enim anima intellectiua poteſt recipi in corpore organico, niſi neceſſariò præſupponat vnionem partium, & tamen non ſequitur, quòd talis vnio ſit immediatè receptiua animæ intellectiuæ, vel ratio formalis recipiendi.

Opi. Egi. de roma. ¶ Ibi. Vnus alius modus modernus, ſcilicet Egid. quolib. 3 quæſt. 10 ponit rationem talem, accidens variabile non ineſt ſubſtantiæ, niſi mediante accidente inuariabili. Intelligere, & velle ſunt accidentia variabilia, conueniunt animæ mediante intellectu, & voluntate, ergo maior probatur, quia maior diſtinctio, vel differentia non procedit ab vnitate, niſi mediante aliqua diſtinctione minori.

¶ Ibi. Reſpondet Doct. ibi. Ad aliud, &c. Et, quia in littera videtur concedere, q̀ ipſa anima ſit immediatum receptiuum operationum exponatur, vt ſupra, & quia Egid. ad probandum, quòd variabile accidens præſupponit accidens inuariabile, & non poteſt eſſe immediatè, niſi ab accidente inuariabili, per hoc probat, quia diſtinctio maior non poteſt eſſe immediatè ab vnitate, ſed à minori diſtinctione, & hoc dicit, quia diſtinctio eſſentialis in creaturis eſt à minori diſtinctione in mente diuina puta à diſtinctione idearum, quæ ideæ ſunt aliæ, & aliæ rationes in mente diuina per quas alia, & alia creatura producitur, de quibus Sco. in primo, diſtin. 35. *Errat Egidius.* Sed in hoc errat, quia ſol ſub eadẽ ratione formali poteſt eſſe cauſa plurium ſpecie diſtinctorum, ſimiliter voluntas diuina, & ideæ non concurrunt, vt rationes formales producendi licet præexigantur, vt alias expoſui in primo, diſt. 8. quæſt. 3. & ideo falſum eſt, quod dicit, quòd diſtinctio maior non poteſt eſſe, niſi à minori, immò ab eadem vnitate eadẽ voluntas ſub eadem ratione formali eſt productiua volitionis, & nolitionis quæ diſtinguuntur ſpecie.

¶ Ibi. Præterea apponitur ratio talis agens per eſſentiã ſuam, vel ſemper agit, vel ſemper poteſt agere, ſed anima cum in operando maximè dependeat ab alio agente nõ poteſt ſic ſemper agere, ergo quo agit non eſt eſſentia.

¶ Reſpondet ibi ad aliud. Dico, &c. Nota, quòd multa ſunt agẽtia per eſſentiam hoc eſt, quòd eſſentia eorum eſt ratio formalis agendi, & non aliquid ſibi additum, vel ſibi aduenĩẽs, nam ignis per eſſentiam ſuam producit alium ignem, ita quòd eſſentia ignis eſt ratio formalis producendi, ſimiliter calor per eſſentiam ſuam calefacit lignum, ideſt quòd eſſentia formalis caloris eſt ratio formalis calefaciẽdi, & ſic de multis alijs, lignum verò per eſſentiam ſuam non calefacit, quia eſſentia ligni non eſt ratio formalis calefaciendi, ſed ſi aliquando calefacit hoc erit per aliquod ſibi additum, quod erit ratio formalis calefaciẽdi, vt puta ſi adddatur ſibi calor, anima *Quomodo calor ratio formalis calefaciendi.*

ma

ma verò poteſt agere per eſſentiam, ita quòd eſſentia animæ eſt ratio formalis intelligendi, & volendi, quod ſic tamen debet intelligi, quòd ſ. ipſa per eſſentiam realem realiter agit, quia ſecũdum Doct. ratio formalis immediata reſpectu intellectionis, eſt ipſe intellectus, quia verò ipſe intellectus eſt eadem res cum anima, realiter concedimus animam per eſſentiam immediatè realiter agere, non tamen concederemus, quòd per eandem realitatem immediatè ageret, quia realitas animæ non eſt immediata ratio agendi, ſed realitas intellectus, idem dico reſpectu volitionis, ꝙ nullo modo poteſt agere per eſſentiam, capiẽdo per eſſentiam pro illo, quod eſt ratio agendi, ita & aliter, ꝙ nec in eſſendo, nec in agendo dependet ab anima, quia hoc ſoli Deo conuenit, & ſubtiliter probatum eſt in primo, diſt. 2.

¶Ibi. Præterea. *Sicut eſſe ad eſſentiam, ita operari ad potẽtiam, igitur per commutationem proportionis, ſicut eſſe ad operari, ita eſſentia ad potẽtiam, ſed in omni creato eſſe realiter differt ab operari: ergo eſſentia à potentia.*

Eſſe eſſentia & exiſtẽtia ſunt idem realiter.

¶Ibi. Ad aliud dico. Hic Doct. negat ſimilitudinem, quia eſſe, ſiuè exiſtentia non egreditur ab eſſentia, vt effectus à cauſa, cum ſit eadem cum eſſentia, vt ſupra patet in hoc ſecundo, diſt. 1. operari verò egreditur a potentia, vt effectus realis à ſua cauſa, à qua realiter diſtinguitur. Sequitur in tex. *Sed ſi argueretur ſic, &c.* Hic Doct. quando dicit potentia, & poſſe accipitur ibi potentia, non quæ eſt differentia entis, quia illa nõ eſt productiua, nec receptiua, vt patet ſupra diſt. 12. q. 1. ſed accipitur, vel pro potentia receptiua, vel pro potentia productiua, & poſſe, accipitur ibi pro aptitudine, ſicut dicimus, quòd materia prima eſt apta nata recipere formã, & voluntas eſt apta nata producere volitionem, & tale poſſe eſt idem realiter cum potentia, ſiuè receptiua, ſiuè productiua. Valet ergo argumentum hoc, ſicut eſſentia ad eſſe, puta vt eſſentia ad eſſe exiſtentiæ, ſic potentia productiua ad poſſe producere, ergo ſicut eſſentia eſt ipſa potentia, puta realiter ſic eſſe exiſtentiæ eſt poſſe, hoc eſt idem realiter cũ poſſe: nam eſſentia animæ eſt idem realiter cum ſua eſſentia, & eſt idem realiter cum ſua potentia productiua, & idem realiter cum poſſe, quod conuenit potentiæ productiuæ, & ſic in propoſito valet argumentum à commutata proportione, quia ſi primũ eſt realiter idem cum tertio, ſic ſecundum eſt realiter idem cum quarto.

Opi. Bonau.

ALIA opin. S. Bonau. in ſecundo, diſt. 24. art. 2. q. 1. quæ dicit, ꝙ ſunt partes animæ realiter diſtinctæ inter ſe, quamuis non ab eſſentia, &c.

An intellectus dicat totam eſſentiã animæ.

¶Ibi. Hoc videtur contra Aug. Hic Doc. probat, ꝙ nõ ſunt partes eſſentiales animæ, nam pars eſſentialis non complectitur totam eſſentiam: complecti enim ſic eſt dicere totã eſſentiam, intellectus verò complectitur totam eſſentiam animæ, & ſimiliter voluntas: ergo ſi intellectus dicit totam eſſentiã animæ, ſequitur, ꝙ non eſt pars eſſentialis ipſius, ſed hoc eſt ſane intelligendum, quia ſuſtinendo, vt ſuſtinet Doct. ꝙ diſtinguantur ex natura rei ab anima, & abinuicem ex natura rei, & formaliter quomodo vna potentia poteſt eſſe tota eſſentia animę, & alterius potentiæ. Sic ergo intelligitur, ꝙ intellectus eſt tota eſſentia animæ realiter, licet non ex natura rei, quia realitas intellectus non eſt realitas eſſentiæ animæ, licet ſint vna res realiter. Similiter intellectus eſt tota voluntas realiter, licet non ex natura rei, neque formaliter, quia realitas, aut formalitas intellectus non eſt formalitas, neque realitas voluntatis, licet ſit eadem res realiter.

¶Si dicatur, quòd hoc etiam eſt falſum, quòd intellectus cõplectatur totam eſſentiam animæ: quia tunc ſequeretur. quòd intellectus contineret ipſam animam per identitatem realem, quod tamen eſt falſum, vt patet in iſta quæſtione. immò eſſentia animæ continet per identitatem potentias, & non econtra.

Complecti totam eſſentiam animæ poteſt intelligi dupliciter.

¶Dico, ꝙ complecti totam eſſentiam animæ poteſt intelligi dupliciter. Vno modo, quòd dicat eandem rem abſolutè quam dicit anima, vel quòd ſit eadem res abſoluta cum ipſa anima. Alio modo, ꝙ ipſe intellectus ſit tantæ perfectionis, ꝙ ab ipſo pullulet ipſa anima per idẽtitatem realem, ſicut dicimus, ꝙ eſſentia diuina eſt tantæ perfectionis, ꝙ ab ipſa pullulant relationes reales per identitatem realem, & etiam omnia attributa, vt patet à Docto. in primo, diſt. 8. q. 3. & in quolib. q. 1.

Intellectus quomodo cõplectatur animam.

¶Dico ergo, quòd intellectus complectitur animam tantum primo modo, anima verò complectitur ſuas potentias primo, & ſecundo modo. Sequitur in textu: *ergo anima non poſſet, &c.* Hic Doct. intendit probare, quòd ſi anima eſſet conſtituta ex intellectu, & voluntate, tanquam ex partibus eſſentialibus, ꝙ ipſa anima nõ poſſet informare corpus: & ſupponit vnum, quòd partes eſſentiales alicuius ſic ſe habent, quòd vnum habet rationẽ materiæ, & aliud rationem formæ, & tale ſic compoſitum non poteſt informare aliquid, vt patet de omni compoſito conſtituto ex materia, & forma, quod non poteſt eſſe forma alterius, forma dico partis, multominus forma totius.

¶Si dicatur, nõne albedo eſt compoſitum ex partibus eſſentialibus, quia ex genere, & differentia, cũ ſit perfecta ſpecies prædicamenti qualitatis, & tamen ipſa poteſt informare.

¶Dico, ꝙ Doc. intelligit de partibus phyſicalibus, & non meta. quæ ſe habent, vt quædam realitates, vt realitas animalis, & realitas rationalis conſtituunt hominem, hæc autem conſtituentia in propoſito non conſtituunt, niſi vt partes reales, & phyſicæ, & non vt conceptus, ſicut genus, & differentia.

Opinio Henrici.

¶Alij dicunt Henric. quolib. 3. q. 14. Hæc opinio Henri. ſtat in hoc, quòd ipſa anima intellectiua eſt quædam eſſentia abſoluta, & potentiæ animæ ſunt tantum quædam relationes, & ſic ſubſtantia animæ abſoluta diſtinguitur realiter ab ipſis potẽtiis, cum ſint tantum relationes, & ipſa anima, vt ponitur ſub relatione dicitur talis potentia, vt totum diffinitur per ſanitatem, quæ nihil aliud eſt, niſi ordo ad ſanitatem, & ſimiliter potẽtia ad ægritudinem: vult ergo Henr. quòd ſicut corpus comparatur ad diuerſos actus, ſic habet diuerſas potentias, vt enim comparatur ad ſanitatem, ad quam eſt in potentia, eſt ibi vna potentia, ſi verò ad ægritudinem, ad quam eſt in potentia, eſt alia potentia, ſic anima, vt comparatur ad intellectionem, dicitur potentia intellectiua, vt verò ad volitionem potentia volitiua, ita quòd ipſa potentia intellectiua eſt ipſa anima ſub illa relatione ad actum intelligendi, eodem modo de volitiua.

CONTRA. *Quia non quærimus.* Nota ꝙ Doct. dicit, ꝙ ſi anima cum relatione illa eſſet principium operationis, illud eſſet ens per accidẽs, operatio autem illa videtur vnus effectus per ſe, & ideo requirit cauſam per ſe. Si diceretur hic, ꝙ intellectus, & ſpecies intelligibilis eſt vnum ens per accidens, & intellectio cauſata ab illis eſt vnus effectus per ſe, vt dicit Scot. in primo, diſt. 3. q. 8. & ſimiliter voluntas, & habitus ſunt vnum ens per accidens, & actus cauſatus ab vtraque eſt vnus effectus per ſe, vt patet à Doct. in primo, diſt. 17. Sic poſſet dicere Henr. ꝙ quamuis ipſa anima cum relatione ſit vnũ per accidens, tamen operatio eſt vnum ens per ſe. Dico, ꝙ hoc, quòd dicit Doct. hic bene concludit

Scotus bene concludit cõtra Henricum. contra Henr.quia ipſe Henr.vult, ꝙ ipſa anima abſolutè ſumpta non eſt principiũ operandi, ſed ſumpta ſub tali potentia, quæ eſt relatio, eſt principium operandi. Doct.autem in primo in locis prꝏallegatis vult, ꝙ intellectus ſit ratio formalis, partialis tamen cauſandi intellectionem, & ſpecies intelligibilis alia cauſa partialis formalis cauſandi eandem intellectionem, & ꝙ talis ſpecies intelligibilis informet intellectum accidit ſibi, non enim ex hoc eſt ratio formalis, quia informat, nec informat, vt ratio formalis, ſed quia accidens accidit etiam intellectui, vt eſt cauſa partialis, quòd informetur à tali ſpecie: hic autem Henricus vult, quòd anima ſub tali potentia eſt ratio formalis cauſandi, ita ꝙ ſi talis potentia, vel relatio eſſet ſeparata ab anima non poſſet cauſare.

¶Si iterum dicatur, ꝙ quamuis anima habens talem relationem ſit principium operationis, non tamen ſequitur, ꝙ ſit principium per accidens, quia licet homo albus ſit vnum per accidens, non tamen ipſe homo, vt ſub albedine, vel vt habens albedinẽ, eſt ens per accidens, vt patet in ſimili à Doct.in vniuerſalibus, ſic in propoſito dico, ſi Henricus intelligat, quòd hoc totum habens talem relationem eſt principium producendi operationem.

¶Dico, ꝙ argumentum Scot.concludit, quia eſt vnum per accidens, ſi verò intelligat, ꝙ ipſa anima non poteſt eſſe principium immediatum operationis, ſed mediante potentia tali, quæ eſt relatio, ſtat, ꝙ ipſa relatio ſit principium immediatum ipſius operationis, & ſic principium operandi non erit vnum ens per accidens, ſed tunc eſt aliud argumentum: contra, quia nulla relatio poteſt eſſe principium immediatum producendi aliquod abſolutũ, cuiuſmodi eſt intellectio. Si verò intelligatur ſic, ꝙ ipſa anima intellectiua eſt ratio partialis producendi, & relatio alia ratio, patet, quòd hoc non poteſt eſſe, cum relatio non poſſit eſſe cauſa totalis, neque partialis entis abſoluti, ſi intelligat, quòd in ratione formali principij productiui includatur in ipſa anima ipſa relatio, patet tunc expreſsè, quòd eſt vnum ens per accidens.

Opin. Scoti. IBI. Dico igitur, ꝙ potentia non diſtinguitur realiter inter ſe, nec ab eſſentia: illud enim eſt ponendum in natura, quod melius eſt, ſi ſit poſſibile, ex 2.de gene.natura enim deſiderat, ꝙ melius eſt, ſed paucitas ſm multitudinẽ eſt melior in natura, ſi ſit poſſibilis, patet primo phyſicorũ. igitur ſi poſſunt eſſe actus diuerſi ab vna eſſentia ſimplici animæ ſine diſtinctione reali potentiarum hoc eſt ponendum, ſed huiuſmodi paucitas eſt poſſibilis, &c.

¶Ibi. Hæc enim omnia patent per reſpõſionem ad argumenta opin. ꝙ autem iſta paucitas, &c. Hoc debet intelligi per vnicam eſſentiam realiter, & eſſentialiter: nam eſſentia diuina, vt eſſentia, non eſt ratio producendi diuerſa, neque ad intra, vt patet, quia hic loquitur de diuerſitate eſſentiali, neque ad extra, quia tunc iſta diuerſa producerentur de neceſſitate, vt patet à Doct.in pluribus locis. Sed accipiendo eſſentiam pro voluntate diuina, quæ diſtinguitur ſaltem ex natura rei ab eſſentia diuina, licet ſit eadem res, cum eſſentia diuina realiter, & eſſentialiter eſt ratio producendi diuerſa ad extra.

¶Si dicatur, ſi paucitas eſt nobilitatis: ergo producendo diuerſa, vel ſaltem quaſi diuerſa eſſet magis nobilitatis in diuinis ad intra vnitas principij productiui, quàm pluralitas, quod tamẽ eſt impoſſibile, ꝙ ſit tantum vnum principium ad intra, vt ſubtiliter deducit Doct.in primo, diſt.2.par.2.& diſtin.10.q.1. ac 26. & 2.q.quolib.

¶Dico, ꝙ licet non ſit ibi vnitas formalis principij, eſt tñ vnitas realis, & eſſentialis, & hoc ſufficit.

¶Si dicatur, ꝙ ſi paucitas eſt nobilitatis, & per cõſequens vnitas principij maioris nobilitatis, ſequitur, ꝙ adhuc erit maioris nobilitatis, quanto illud principium erit ſimpliciter magis vnum, ſed vnitas formalis eſt magis vnitas vnitate reali, & eſſentiali, vt patet à Doct.in primo, diſtin.2. ergo ſequitur, ꝙ principium productiuum ad intra nõ tantum debet poni vnum vnitate reali, & eſſentiali, ſed etiam vnitate formali. Dico, ꝙ Doct.multum caſtigatè loquitur, quia dicit hic in littera, ꝙ paucitas eſt melior, ſi tamen ſit poſſibilis, ac per conſequens quanto maior erit vnitas, tanto melior ſi tamen ſit poſſibilis, ſed vnitas formalis productiuorum ad intra non eſt poſſibilis, nec compoſſibilis, vt probat Docto.in primo, diſtin.2.par.2. vbi ſic arguit. Omnis pluralitas reducenda eſt ad vnitatem, &c. Hoc idem dicit diſt.10.q.1. Dico vltra, ꝙ adhuc non ſequitur hoc, ꝙ ſi paucitas eſt nobilitatis, & vnitas maioris vnitatis, loquendo de vnitate reali, & eſſentiali: ergo vnitas formalis nobilior nõ ſequitur, immo diſtinctio formalis arguit minorem perfectionem, quæ tamen includit idẽtitatem realem, & eſſentialem, nam maioris perfectionis eſt in eſſentia diuina tanta pluralitas attributorum, quæ diſtinguntur adinuicem formaliter, & quæ ſunt formaliter infinita, & quæ habẽt diſtinctas infinitates formaliter, licet non realiter, quæ tamen realiter ſic ſe habent, ꝙ continent ſe adinuicem ſecundum perfectã identitatem realem, & ꝙ ex perfecta eſſentia diuina, tãquam ex pelago omnium perfectionum pullulant huiuſmodi perfectiones attributales ſic formaliter infinitæ, & formaliter diſtinctæ, quàm ſi omnia eſſent tantum vna formalitas, hæc omnia poſſunt patere à Doct.in primo, diſt.8.q.3.& penul.q.quolib. Poſſet enim ſaltem probari per talem rationem, talis eſt ordo inter aliqua diſtincta natura rei, vel formaliter, aut ratione qualis eſſet, ſi realiter diſtinguerentur. Hæc propoſitio patet à Docto.in prolog. q.pen.& in primo credo, diſt.2.& in ſecundo, & in quolib. ſed ſi attributa diſtinguerentur realiter ab eſſentia diuina maioris perfectionis eſſet in eſſentia diuina, continere ipſa virtualiter, quàm ſi eſſet illa formaliter. Hæc propoſitio patet à Doc.in primo, diſt. 24.& in ſecundo. ergo vbi tantum diſtinguntur formaliter erit ſimilis ordo, & per conſequens maioris perfectionis eſt in eſſentia diuina habere huiuſmodi attributa formaliter diſtincta abinuicem, eandem tamen ſibi realiter, quàm quòd eſſet tota perfectio illorum formaliter, ſi tamen diſtinguerentur realiter, hoc argueret imperfectionem, vt patet à Doct.in pluribus locis.

Scotus castigatè loquitur.

Attributa sunt infinita formaliter ex se, per se, sed non à se, sed emanant ab eſſentia.

¶Ibi. Præterea. Quanto ordinatum, &c. Hic Doct.dicit, ꝙ ex hoc ipſa anima intellectiua eſt eadem res cum ſuis potentijs, quia maioris nobilitatis eſt ipſam immediatius attingere finẽ, quàm per aliquod diſtinctum ab illo, ſed in hoc videtur ſibi contradicere, quia Doct.infra diſtin.27.probat, ꝙ gratia ſit in voluntate, & non in anima. Et vult alibi, ꝙ ipſa gratia magis vniat nos vltimo fini, ac perfectius, quàm iuſtitia originalis, vt patet infra diſt. 29.& in quarto, di.21.ergo ſm hoc, quod dicit hic, ſi perfectionis eſt in anima magis immediatè vniri fini. Sequitur, ꝙ ipſa gratia mediãs magis debet poni in anima, quàm in volũtate, cum voluntas ſit poſterior ipſa anima, quia pullulat ab ipſa, vt dicit in quæſtio.præſenti. Contradiceret etiam ſibimet in quarto, diſt.49. & in ſecundo, diſt.27. vbi probat, quòd beatitudo non recipiatur immediatè in anima, tamen dicit hic, quòd perfectionis eſt in anima immediatius attingere vltimum finem, qui eſt beatitudo: ergo ipſa anima debet recipere immediatius beatitudinem, quàm potentia.

¶Dico,

Coniungi fini poteſt accipi dupliciter.

¶Dico, ꝙ non contradicit ſibi, quia quando loquitur hic immediatius coniungi fini, poteſt accipi dupliciter. Primo, ꝙ ita ſic coniungatur fini eãdem rem realiter, & eſſentialiter, ꝙ non per aliquid diſtinctum realiter, & eſſentialiter. Secundò, ꝙ per eãdem omnino realitatem, & formalitatem cõiungatur. Primo modo dico, ꝙ ipſa anima realiter, & eſſentialiter immediatius coniungitur fini, quia licet gratia, quæ eſt medium vniendi, recipiatur immediatius in voluntate, tamen ipſa volũtas eſt ſimpliciter eadem res cum ipſa anima, licet etiã beatitudo immediatius recipiatur in realitate potentiæ, tamen ipſæ potentiæ ſunt eadem res cum anima. Accipit ergo Doct. hic, ꝙ nobilitatis eſt in anima vniri vltimo fini per eandem rem, quæ ipſa eſt, quàm per aliquid diſtinctum realiter. Sequitur in littera ibi. Hoc eſt ſi ſeipſa.

Vbi cõſiſtat beatitudo.

¶Nota ſingula verba, quia aliquis poſſet dicere, ꝙ Doct. contradicit ſibi, quia in quarto, diſtin. 49. vult, ꝙ beatitudo conſiſtat in vnione potentiæ rationalis cũ obiecto beatifico, quæ vnio fundamentaliter eſt ipſa operatio. Probat etiam ibi, ꝙ beatitudo cõſiſtit in operatiòne, probat etiam in q. 13. quolib. ꝙ intellectio, & volitio ſunt qualitates abſolutæ. ex hoc, ꝙ perfectiſſimè vniunt intellectum, & voluntatem perfectiſſimo obiecto, & ĩñ operatio realiter diſtinguitur, ergo ipſa anima vnitur vltimo fini, puta obiecto beatifico per aliquod diſtinctum realiter, quia per ipſam operationem, ideo verba Doct. ſunt cõſideranda. Vult enim hic Doc. ꝙ maioris perfectionis eſt in anima ex ſeipſa realiter, & eſſentialiter operari circa vltimum finẽ, qua operatione vnitur illi, quàm poſſe operari p aliud diſtinctum realiter, nam maioris perfectionis eſſet in ligno ex ſua natura poſſe producere caliditatem in alio, quàm per aliquod ſibi additum diſtinctũ realiter, quod eſſet principium calefactionis. Sic in propoſito, maioris perfectionis eſt in anima per ſuam eſſentiam poſſe operari circa vltimum finẽ, in quo vltimatẽ beatificatur, ita ꝙ ipſa realiter, & eſſentialiter poſſit eſſe principium ſuę operationis, qua cõiungatur vltimo fini, q̃ eſſe principium per aliquod ſibi additum realiter diſtinctum, patet, quia tunc ipſo addito remoto anima ſe haberet vt lignum, quod ex ſe non poſſet operari.

Scotus non loquitur ſecundũ mentem propria.

¶Dico igitur, &c. Hoc non dicit Doct. ex intentione propria. ſ. ꝙ ipſa anima intellectiua, & potentiæ nullo modo diſtinguantur pręter opus intellectus, quia tunc apud ipſum multa inconuenientia, ſequerentur, quæ poſſent deduci ex diſt. 2. primi. & diſt. 10. & 26. & ꝙ non ſit opi. Doct. patet infra. Dicit etiam ipſe, ꝙ non eſt neceſſe, ꝙ diſtinguãtur, nec re, nec ratione. Accipit ergo diſtinctionẽ rei, quæ eſt inter rem, & rem: & quia Th. & quodammodo communis opi. negat diſtinctionem ex natura rei, ac diſtinctionem formalem. Dicit, ꝙ nõ eſt neceſſe, ꝙ diſtinguantur realiter, & ꝙ poteſt ſuſtineri, vt patet, ergo. Et quod addit in littera ibi, ꝙ nec rõne dicit, quia ſi illa poneretur, omnino ſuperflueret, cum diſtinctio potentiarum rationis nullo modo requiratur ad operari, nec ad diſtinctas operationes, nec relatio rationis aliquo modo poſſit eſſe principium operatiuum, aut productiuũ, nec relatio rationis neceſſariò pręexigatur ad diſtinctionẽ realem aliquorũ puta intellectionis, & volitionis, vt patet à Doct. in primo, diſtin. 8. q. 5. Dicit ergo Doc. ꝙ poteſt ſubſtineri, ꝙ nõ ſit ibi diſtinctio realis, & hoc verũ eſt, ſed tamen non negat diſtinctionem ex natura rei, vel formalem, immo illa eſt ſimpliciter, vt patet infra in primo, d. 2. quia agere per modum libertatis, & agere per modum naturæ ſunt ſimpliciter modi oppoſiti agẽdi diſtincti pręter quamcunque operationem intellectus; cum ergo voluntas ſit ratio agẽdi per modum libertatis, & intellectus per modum naturæ: igitur inter illa eſt aliqua diſtinctio præter opus intellectus, & ſimiliter inter illa, & animam, quia ſi nullo modo diſtinguerẽtur ab anima præter opus intellectus, nec etiam inter ſe. Poteſt ergo ſuſtineri, quòd ſit ibi diſtinctio rationis, quia illa omnino ſuperflueret. Sed quia via hæc non poſſet ſaluare aliquas auctoritates, quæ ponunt, quòd potentiæ exeunt, & quòd fluunt ab eſſentia, & huiuſmodi.

Opi. Scoti.

IBI. Ideo dico aliter. Hic Doct. intendit probare, quòd ipſæ potentiæ animæ diſtinguuntur adinuicem, & ab ipſa anima præter omne opus intellectus, & talis diſtinctio, vel erit ex natura rei, vel formaliter.

¶Nota tamen, quòd hic Doct. loquitur de notitiis intellectiuis, & non de ſenſitiuis, quæ requirunt aliam difficultatem.

¶Dico tamen, quòd ſi potentia ſenſitiua eſt potentia conſtituta ex anima intellectiua, & organo, vt puta potentia viſiua, quæ reſultat ex anima, & organo tali, vt vult Doct. in primo, diſt. 3. q. 6. & in quarto, diſt. 44. manifeſtè apparet, quomodo talis potentia realiter diſtinguatur ab anima, patet, quia anima ſeparata à corpore non eſt amplius potentia ſenſitiua, vt patet à Doct. in quarto, diſt. 44. ſi tamen accipiatur potentia ſenſitiua pro quadam virtute ipſius animæ, quæ non poteſt habere operationem, niſi vnita tali organo, tunc nullum ſequitur inconueniens ponere ipſam eſſe idem realiter cum anima. Nec valet dicere, quòd tunc anima ſeparata poſſit videre, quia ad hoc, quòd talis virtus poſſit habere talem actum videndi, neceſſariò requirit determinatũ organum, ſed quicquid ſit, de hoc aliàs. Sequitur in littera ibi, vt probat Ariſtot. in principio quarto metaphyſi. diſtinguntur tamen abinuicem formaliter, & quiditatiuè, & etiam ab ente, formalitate dico reali, & quiditatiua. &c. Cum dicit ibi, quòd paſſiones entis diſtinguntur formaliter, & quiditatiuè adinuicem, & etiam ab ipſo ente non debet accipi quiditatiuè, & eſſentialiter, quia tunc paſſiones eſſent diſtinctæ eſſentialiter, nec ſic quiditatiuæ, quòd habeant proprias quiditates diffinibiles propriis diffinitionibus, quia paſſiones entis non diffiniuntur, ſed accipit ibi quiditatiuè, prout idẽ eſt, quod formaliter, ſicut dicimus, ꝙ accipiendo entitatẽ vnius paſſionis dicit aliam formalitatem, ſiuè quiditatẽ largè ſumptam ab entitate alterius paſſionis, & ab entitate entis. Sequitur in littera. Aliter metaphyſica, concludens tales paſſiones de ente, & illas cõſiderans non eſſet ſcientia realis. Hic dicit Doct. ꝙ ſi tales paſſiones entis non eſſent ibi reales, idest pręter opus intellectus, & diſtinctæ, vt dixi ſupra, quòd metaphyſica non eſſet ſcientia realis.

¶Hic poſſet oriri vna difficultas, licet fortè extra intentionem, quòd ex quo ſit vera Logica, eſt vera ſcientia realis, cum ſit habitus intellectus, & tamen eſt de ſecundis intentionibus.

Quomodo Logica ſit ſcientia realis.

¶Sed pro nũc dico, ꝙ Logica eſt realis in ſe formaliter, cum ſit in prædicamento qualitatis, non tamen dicitur realis, vt comparatur ad concluſiones demonſtratas in logica, metaphyſica autem eſt veriſſima ſciẽtia realis, tam in ſe formaliter, quàm in comparatione ad conſiderata in illa ſcientia.

AD argumenta principalia ibi. Item quorum eſt identitas realis eorum eſt prædicatio vera, prędicando hoc eſſe hoc, ergo intellectus, & voluntas eſſent idẽ realiter: hæc enim eſſet vera, intellectus eſt voluntas, quod eſt inconueniens.

¶Ibi. Ad aliud de prædicatione, &c. Cum dicit

Doct. ꝙ illæ perfectiones non ſunt quiditatiuè idē eſſentiæ animæ, ideo vna non prędicatur de alia in abſtracto, vt dicendo, intellectus eſt volūtas, & debet accipi ibi quiditatiuè, ideſt formaliter. Et q̄a dixit ſupra, ſicut animal eſt de quiditate hominis, & tamen non prædicatur in abſtracto de homine videtur repugnantia in dictis, ꝙ ideo potentiæ nō prædicantur adinuicem in abſtracto, quia nō ſunt idem quiditatiuè, ſiuè formaliter, cū illa alia, quæ ſunt idem quiditatiuè, vnum non poſſit prædicari de alio in abſtracto. Dico, ꝙ Doct. nō intendit hic, ꝙ ſi aliqua ſunt idem quiditatiuè, ꝙ vnū poſſit p̄dicari de alio in abſtracto, immo hic magis arguit à fortiori, ꝙ ſi animal, qđ eſt de quiditate hominis, non prædicatur in abſtracto de homine, multominus illud, quod non eſt de quiditate alterius.

Caietanus nititur ſoluere rationes Scoti. QVIDAM nouus expoſitor S. Tho. nititur ſoluere rationes Doct. ſubtilis. vnde dicit ſic ad litteram ſuper primam partem ſummę S. Tho. q. 54. art. 3. Ad euidentiam præſentis materiæ notandæ ſunt aliquæ diſtinctiones. Prima eſt de actu. Quidam eſt adæquatus potētiæ, vt intelligere reſpectu intellectus, & videre reſpectu viſus. Quidam verò inadæquatus, vt tale intelligere, puta intelligere bouem, & tale videre, puta albū. In propoſito eſt ſermo de actibus adęquatis tantum, quoniam de talibus tantum verificatur, ꝙ potentię diſtingūtur per actus. Secunda eſt de graduatione rerum. Quædā enim res ſunt, quæ primaria intentione intendūtur à natura, vt actus. Quædam verò, vt potentiæ, quāuis contingat res intentas, vt actus habere aliquid potentiæ admixtum, & ſimiliter res intentas, vt potentias habere aliquid actualitatis admixtum, & illæ quidem ſunt per ſe primò, & eſſentialiter actus, ac per hoc ſimpliciter locantur in coordinatione actuum, iſtę verò ſunt per ſe primò, & eſſentialiter potentiæ. Et conſequenter ſimpliciter locantur in ordine potentiarum. *Speculare omnes reſpōſiones Caietani.* Ita ꝙ imaginandum eſt, ꝙ quemadmodum in genere ſubſtantiæ, eſt inuenire quaſdam res à natura intētas per ſe primò, vt principia aliorum ſint. Ita in quolibet genere ſint quædā res p ſe primo intētæ à natura, vt principia ꝓxima aliorū, & ſi ita eſt, ex hoc hr̄ tertia diſtinctio. actus, & potentiæ, quia vterq; eſt duplex. Actuum enim quidā eſt per ſe primo actus, & ſecūdariò potentia. Quidā verò econuerſo. Et ſimiliter potentiarū quædam eſt per ſe primò potentia, & ſecūdariò actus. Quædā verò econuerſo. Quamuis in his ſit latitudo quædā, qm̄ potentię paſſiuæ ſunt actus tm̄ modaliter, pro quāto ſubiectis inhærētaliquæ earum, habent enim ex hoc quædam actus modū, potentiæ verò actiuæ actus quidem ſunt, ſed tales, ꝙ ſunt eſſentialiter intēti, & ad hoc producti in natura, vt principia operationū ſint. Et pp hoc in gn̄e principiorum eſſentialiter locantur. In propoſito ergo ſermo eſt de actu per ſe primo intento in ratione actus, & de potentia per ſe primo intenta in ratione potētiæ, ꝙ autem dētur in natura tales res, ſpecialem quæſtionem exigeret. In promptu tn̄ apparet rationabiliter eas poni poſſe, q̄nquidem habitus omnes practici, vt docuit Ariſt. in ethicis, res tales ſunt, qm̄ ad nihil aliud ſunt, niſi ad operari, ſimiliter formalia ſignificata potentiarum animę ad nihil aliud ſunt, niſi ad operari. His præſuppoſitis ad obiectiones cōtra rationem S. Th. factas, rn̄det, ꝙ præſens ſermo eſt de diuerſitate reali, nō quacūque, ſed formali, nō quorumcunque actuum, ſed adæquatorum, & per ſe primo intentorū in ratione actus. Talis enim diuerſitas totalis potētiarum diuerſitatem exigit, nō à poſteriori, ſed à priori, inferens eam, qm̄ actus adæquatus eſt finis potentiæ, & ex 2. phy. expreſſè patet, ꝙ ex fine aſſignare rationē & contradictionē eius, qđ eſt ad finem, eſt reddere cauſam à priori, immo potiſſimā cauſam in rebus naturalibus, quia naturalia ſunt pp finem. Et ppea argumentum illud: diſtinctio in principiatis non arguit diſtinctionem in principiis, ſophiſma eſt accidentis, qm̄ actus potentiarum, non in eo ꝙ effectus, ſed in eo, ꝙ fines potentias diſtingunt. Ad id verò, quod obiicitur cōtra propoſitiones ſubſumptas, dr̄, ꝙ (vt patet ex verbis S. Tho. in reſponſione ad vltimum argumentū) eſſe, hic non ſumitur vr̄, prout eſt commune quid ad actum primum ſubſtantialem, & accidētalem, ſed pro eſſe ſubſtantiali tm̄. Et ratio eſt, quia hæc ſumitur, vt totaliter diſtinguitur cōtra eſſe, quod datur per operari. Tali autem eſt eſſe accidentale, quia operari eſt quoddam accidentale eſſe habere. Et ideo non eſt mirum, ſi forma accidentalis proximum principiū eſſendi, & operandi eſt, quia & eſſe eius, & operari eiuſdē eſt quoddam eſſe accidentale. Non ſic autem ſe habent operari, & eſſe ſubſtantiale, vt de ſe patet, quia illud eſt ſubſtantia, & hoc accidens. *Nota & benè.*

¶Ad obiectiones contra concluſionem ordinatè dicendo, reſpondetur, ꝙ ſermo pn̄s propriè loquendo eſt tm̄ de potentia operatiua, ſiuè actiuè, ſiuè paſſiuè operari dicatur, modo ibi vera operatio ſit. Et per hoc excluduntur omnes potentiæ puræ receptiuæ, ideſt quæ nō media aliqua operatione aliquid habent, vt actū, qualis eſt potētia ſubiecti reſpectu propriæ paſſionis, & vlr̄ reſpectu eorum, quæ per ſe congenita ſunt rei, vnde non vr̄ inconueniens ponere potentialitates tales cōgenitas ſubſtantiis rerum. Nec multiplicātur entia ſine neceſſitate, qm̄ vt patet 12. metaph. in tex. 26. & 28. in quolibet genere eſt dare propriam potentiam, & proprium actū, quæ ſunt, vt principia illius entis. Ex hoc enim ſequitur manifeſtè, ꝙ oportet alterū duorū dicere, aut ꝙ ſubſtantia ſit reductiuè in aliis generibus, vt potētia reducitur ad genus actus, aut ꝙ dentur iſtæ potentiæ congenitæ. Et cū primum ſit inconueniens, vt etiam ipſe Sco. fatetur, oportet dicere ſecundum. Neque poteſt ad illum tex. Ariſ. reſpōderi, ꝙ loquitur de potentia obiectiua, quoniam expreſſè loquitur de potentia, & actu, vt principia ſunt eius, quod eſt in genere. Conſtat autem, ꝙ potentia obiectiua principium nō eſt rei, immo eſt res ipſa, vt poſſibilis eſt eſſe. Ad id verò, quod de potentia materiæ obiicitur, patet rn̄ſio à S. Th. intēdēte, ꝙ potētia materiæ eſt ad eſſe ſubſtantiale nulla mediāte operatione, q̄ ſit verè operatio, ac p hoc accidēs inter iſtā, & formā ſubſtātialem, qm̄ in inſtāti generationis, nulla res eſt in materia niſi forma ſubſtantialis cum conſequentibus ad ipſam.

¶Ad primam autem rationem Scoti dicitur, ꝙ eſſe principium operationis contingit tripliciter, ſcilicet vel proximum tantum, vel principale tantum, vel proximum, & principale ſimul. *Ad primam rationem Scoti.*

¶Et ꝙ elicere operationem, vt principium proximum tantū, eſt imperfectionis, quia oportet eſſe de genere accidentis. Elicere verò operationem, vt proximum, & principale ſimul, eſt ſummæ perfectionis, quia ponit in re perfectionem ſubſtātiæ, & accidentis. Elicere verò, vt principale tantum medium eſt, & propterea rationabiliter conuenit ſubſtātiæ creatæ, quæ media eſt inter Deum, & accidentia: vnde ad primum dicitur, ꝙ ſubſtantia debet ordinari ad finem nobiliſſimo modo, poſſibili tamen. Immediatio autem per excluſionem potētiæ mediæ, eſt modus impoſſibilis ſubſtantiæ creatæ. Et per hoc patet ad primā confirmationē, quia ſ. ratione nimię perfectionis quā haberet, repugnat ſubſtantiæ creatæ, eſſe proximum principiū operationis, qm̄ eſſet proximum, & principale ſimul.

¶Ad

¶Ad alteram verò confirmationem (ſi non velimus abuti vocabulis) negatur cõſequẽtia,qm̃ operari mediante virtute propria,vt quo,non eſt operari per accidens. Et ad probationem negatur, ꝙ beatitudo comparetur ad potentiam ſubſtãtiæ intellectualis, & ad ipſam ſubſtantiã intellectualem, vt color ad ſuperficiem,& ſubſtãtiam corpoream, ita ꝙ quemadmodũ color informaret ſuperficiẽ, ſi eſſet ſeparata à corpore, ita beatitudo potẽtiam, ſi eſſet ſeparata à ſubſtantia. Dico enim,ꝙ iſta conditionalis eſt falſa,quoniam beatitudo eſt eſſentialiter operatio vitalis,quam non eſt intelligibile eſſe, niſi viuentis. Tum etiam, quia beatitudo non poteſt eſſe niſi in beato, non poteſt autem fingi, ꝙ potentia ſeparata eſſet beata, quemadmodum ſuperficies eſſet colorata,vnde non ſolũ antecedens, & conſequens illius conditionalis ſunt impoſſibilia, ſed etiam conditionalis ipſa.

¶Ad ſecundam rationem Sco.cõceditur ſubſtãtiam oportere fieri à ſubſtantia, tanquam à cauſa principali, non autem proxima, & ad primam inſtantiam de cauſatione accidentis à ſubſtantia, dr̃, ꝙ nullum accidẽs cauſatur a ſubſtantia immediatè per operationem mediam. Cum hoc tamen ſtat,ꝙ multa accidentia conſequuntur ſubſtantiam,& in genere cauſæ effectiuæ, & materialis per modum naturalis ſequelæ, & hoc modo ſubſtantia eſt cauſa ſuarum paſſionum, & potentiarum.

Ad inſtantiam de cauſalitate.

¶Ad inſtantiã verò de propria cauſalitate cauſæ principalis,& ſuperioris dupliciter dici poteſt. Primò,negando,ꝙ ſubſtantia,& ſua potentia operatiua ſint propriè, loquendo cauſa principalis, & inſtrumentalis, ſuperior, & inferior. Et propterea obiectiones non habent locum, & poteſt eſſe ratio negationis,ꝙ ſubſtantia,& potentia operatiua concurrunt,non vt duæ cauſę,ſed vt cauſa,& quaſi cõditio cauſæ. Secundò poteſt dici admittendo,ꝙ ſe habeant nõ vt cauſa ſuperior,& inferior, ſed quodammodo, vt principalis,& inſtrumentalis. Et ꝙ inſtrumentum eſt duplex,coniunctum.ſ.& ſeparatum. Et rurſus inter inſtrumenta coniuncta datur latitudo,quoniam calor,& potentia augmentatiua coniuncta inſtrumenta animæ dici poſſunt,potentia tamen magis cõiunctum inſtrumentum eſt,nec opus eſt omne cõiunctum inſtrumentum moueri à principali. Sed operari principaliter cõcurrente ad illud operari principali agente, qm̃ ſic largè accipiendo inſtrumentum, hãc ſufficit haberi inſtrumenti conditionem, vnde nõ oportet obiectis aliter reſpondere, ſupponentibus ſubſtantiam,& potentiam operatiuam ſe habere, vt duas cauſas.

¶Ad illud tamen, ꝙ tangitur de proximo principio elicitiuo generationis ſubſtantialis, dr̃,ꝙ ſm rem generatio ſubſtantialis inſtantanea,nõ eſt operatio aliqua,ſed eſt terminus gñationis tranſmutãtis materiã vſque ad hoc,vnde nõ oportet quęrere aliud illius principiũ,ſed illud idem, quod in toto tpe præcedente generabat, in inſtanti vltimo illius temporis generat,terminando actionem ſuam.

¶Et cũ quæritur,quomodo alteratio,aut quodcunque accidens virtute ſubſtãtiæ ſubſtantiam faciat,quid eſt illa virtus. Breuiter dico dupliciter dici poſſe. Primò à quibuſdam dr̃,ꝙ eſt res quædam intentionalis,eo modo, quo intẽtio coloris dr̃ eſſe in aere,& ꝙ licet ſit accidens ſm eſſe, eſt tamẽ cauſaliter ſubſtantia, nõ vt principalis cauſa, ſed vt vis quodammodo inſtrumentalis quam conſtat,poſſe eſſe imperfectiorem effectu, vt patet de formis ſeminum,& approbatur 12.metaph,tex.40. Secundò dr̃.ꝙ accidens ipſum ex hoc ipſo, ꝙ eſt cõiunctum ſubſtãtiæ tali eſt eius organũ coniunctum,& eſt ipſius virtus,nec oportet aliã ſuperaddere virtutem, & hoc puto verum in his,quæ nõ ſunt vera inſtrumenta, ſed ipſum, & ſubſtantia ſunt vna cauſa.

Ad tertiam rationem.

¶Ad tertiã autem rationem dr̃. Primò,ꝙ illa ꝓpoſitio abſoluta realiter diſtincta ſunt ſeparabilia, adinuicem eſt falſa etiam in doctrina ſua, quando partes eſſentiales ſimul ſumptæ apud ipſum diſtinguntur realiter à toto,& tñ nõ poſſet alterum ſine altero fieri. Deinde dr̃,ꝙ connexio neceſſaria inter ſubſtantiam,& eius potentiam,dato,ꝙ eſſet ex cauſalitate actiua,non tñ inferret ſubſtantiam eſſe immediatum principiũ alicuius operationis,vt patet ex dictis. Non infert etiam,ꝙ Deus poſſit eas ſeparare, quia poteſt ſupplere vicem cauſæ efficientis, qm̃ hoc intelligitur de efficiẽte propriè.ſ. per operationem mediam. Tale autem non eſt ſubſtantia reſpectu ſuæ paſſionis, vt ex dictis iam patet.

De eſſentia Angeli.

¶Ad illud, ꝙ obiiciatur de eſſentia angeli, dr̃,ꝙ ſubſtantia angeli nõ eſt elicitiuũ principium intellectionis,ſed potentia. Et quamuis ſubſtantia abſq; media ſpecie intelligibili ad intellectionem cõcurrat,non tamen concurrit,vt eliciens,ſed vt fons intellectus in actu reſpectu ſui,vt infra patebit.

Quid ſit principium frigefactionis aquæ.

¶Ad vltimum verò de frigefactione aquæ calidæ dupliciter dr̃. Primò,ꝙ principium illius frigefactionis eſt forma mediate frigiditate,quæ in aliquo gradu in ea remanſit, qm̃ non poteſt totaliter ab ipſa expoliari. Nec obſtat,ꝙ frigiditas illa ſit minor caliditate introducta,quamuis enim ſit minor formaliter,eſt tamen maior radicaliter,ſeu virtualiter pp formam ſubſtantialem propriam eius radicem,cuius eſt virtus,& proprietas. Cõtingere autem poteſt totũ quodammodo pati à toto pp contrarietatem qualitatum actiuarũ in toto exiſtentiũ in continua pugna. Secundò dr̃,& melius,ꝙ frigefit per ſe à generante, & à forma propria p modũ tm̃ ſequelæ,eo modo quo graue grauitãdo frangit prohibens ipſum deſcẽdere,& deorſum mouetur. Imaginandũ eſt enim,& ita eſt,ꝙ quemadmodum ad formã grauis geniti extra locũ ſuũ naturaliter ſequeret̃ motus deorſum, niſi aliquid prohiberet. Ità ad formã aquæ ſequitur eſſe frigidum in tanta perfectione,& ſi impediatur à tãta perfectione,ſequitur remoto prohibẽte frigefactionis motus. Et quemadmodũ graue grauitando vincit prohibẽs, qñq; ita frigidum frigẽdo vincit calidũ prohibẽs, qñ calidũ illud ab agente illud fouẽte deſtituitur. Et rurſus quẽadmodũ graue ſequitur motũ deorſum mediante grauitate, ita aquã frigefactio mediante frigiditate illa,à qua non eſt denudabilis,ꝙ autem altero iſtorum modorũ, qui valde propinqui ſunt, fiat. Ex hoc patet, quia niſi ſic dicatur, oportebit recurrere ad cauſas extrinſecas, puta ad continens, ſed hoc non poteſt rationabiliter dici. Tum quia aqua efficitur frigidior efficiente. Tum quia ſi circumſcriberetur continens,aut poneretur neutrale, nihil minus aqua calida frigefieret. Cuius ſignum euidens eſt, quia aqua calida poſita in continente non calido tepeſcit. Vnde continens, & quæcunque alia cauſa extrinſeca nõ poteſt poni niſi cauſa per accidens,vt remouẽs prohibẽs: oportet.n.naturalis accidẽtis alicuius,naturã cãm poneret, quæ intrinſecũ principium eſt, vt patet 2 phyſ.

Caietanus non euacuat reſponſiones Scoti.

OMISSIS multis dictis huius expoſitoris, quæ nõnulla includunt dubia, oſtendo reſponſiones datas ad rationes Doct. quæ partim ponuntur a Doct. in præſenti diſt.& partim in quarto, di.12. non euacuare. Et cum dicit ad illam Doct. in iſto ſecundo, quæ ſtat in hoc,quòd ſubſtãtia creata rationalis nouiſſimo modo ordinatur ad vltimum finem attingendum per operationem, & ſic videtur,ꝙ immediatè poſſit operari circa illum finem. Cum ergo dicit, quòd elicere operationẽ,vt prin-

cipium proximum tãtum eſt imperfectionis,quia oportet eſſe de genere accidentis, hoc videtur manifeſtè falſum,tũ quia principiũ elicitiuũ, inquantum huiuſmodi, nullam imperfectionem includit,& dixi inquantum huiuſmodi,quia ſi aliquãdo principium elicitiuum includit imperfectionem, hoc non eſt ex ratione principij elicitiui,ſed aliunde, puta quòd ſit principium elicitiuum dependenter,& ſic omne principium elicitiuum cauſatũ includit hanc imperfectionem, vel ꝙ ſit cum mutatione ſubiecti, ſicut generatio in creaturis, quæ connotat materiam mutari de vna forma ad aliã. Dico ergo,ꝙ oẽ principiũ elicitiuũ, vt hmõi nullã includit imperfectionẽ, & per cõſequẽs principiũ proximũ elicitiuũ nullã includit imperfectionem. Et cũ dicit iſte,ꝙ quia tale eſt accidens, ideo includit imperfectionem, ſed hoc nihil eſt, quia hoc idem dicam de ſubſtantia creata,quæ etiã vt principium elicitiuũ eſt limitata,& dependens in agendo. Secundò, ſi principium elicitiuum proximũ ex ſua ratione includeret imperfectionem: ergo in diuinis, vbi ponitur voluntas principium elicitiuum proximum ſui actus erit imperfecta,vel viſio obiecti, ſi ponatur immediatum principium elicitiuum actus voluntatis erit imperfecta. Tertiò, quia videtur implicare in dictis ſuis: ponere enim a. eſſe rationem formalem immediatè operandi ipſi b. & b. principale agens,& a. dicere imperfectionem,& b. perfectionem videtur manifeſta repugnantia, ſi tam principium remotũ,quàm proximum attingant eundem terminum (quod dico propter calorem in igne,qui tantum attingit diſpoſitionem ad ignem generandum: ignis verò attingit terminum principalem) patet,quia ſi a.nõ tantum eſt cauſa proxima producendi, ſed etiam id, quo b. attingit terminum principalem. Sequitur, ꝙ a. vt ratio agendi proxima nullam includit imperfectionẽ,immo magis perfectionẽ,quàm b. Et patet, quia per impoſſibile poſita ſola eſſentia animæ nulla poteſt aſſequi operatio, cum non ſit ratio formalis operandi. Poſito verò intellectu, etiam per impoſſibile ſeparato, adhuc erit ratio agendi, ſiuè operandi. Et licet eſſentia animæ ex *Potentiæ fluunt ab anima.* hoc dicatur nobilior potentiis,quia potentię fluunt ab ipſa, tamen inquantum non poteſt immediatè attingere obiectũ, niſi mediantibus potentiis operatiuis non poteſt dici nobilior,cum tota ratio attingendi obiectum ſit a potentiis. Nec multum valet illa diſtinctio de agente principali remoto, & de agẽte proximo, vbi agens proximum eſt ratio agendi principalis,licet enim agens proximum dicat imperfectionem reſpectu agentis principalis, vbi agens proximum non ponitur principali agenti ratio formalis agendi, vt patet de Deo,Sole, ſed vbi agens proximum ponitur ratio agendi principali agenti, ſicut ponitur potentia intellectiua eſſentiæ animæ videtur eſſe nobilius, & ſi non abſolutè, tamen ſub illo reſpectu, quo ponitur formaliter ratio agendi.

¶ Præterea quod dicit iſte,ꝙ eſſentia animæ ponitur principale agens reſpectu intellectionis eſt valde dubiũ, quia quod nullo modo eſt ratio formalis agendi reſpectu a. nullo modo eſt actiuum, nec proximum, nec remotum, ſed eſſentia animæ circumſcripta potentia, nullo modo eſt ratio intelligendi, vt patet, niſi dicatur, ꝙ ex hoc dicitur principale agens, quia producit in ſe intellectum, & voluntatem, quæ ſunt accidentia,quæ potentiæ ſunt rationes formales agẽdi,& tunc habetur propoſitum contra te, quia ſubſtantia erit immediatum principium, & immediata ratio producendi aliquod accidens, quod Tho. negat.

¶ Præterea quod dicit,ꝙ elicere operationem,vt principium proximũ,& principale ſimul eſt ſummæ perfectionis,quia ponit in re perfectionẽ ſubſtantiæ,& accidentis, & ſic nulla ſubſtantia eſt hoc modo principium operationis,hoc videtur eſſe falſum,tum quia ſequeretur,ꝙ accidens eſſet principium elicitiuum perfectius ſubſtantia, patet, quia calor ligni eſt principium proximum,& principale calefaciendi lignum, & tamen vt ſic nõ includit perfectionem ſubſtantiæ,vt dicis. Aſſumptum patet, quia ſimpliciter tota ratio calefaciendi lignum eſt ab ipſo calore, multa alia inſtantia adduci poſſent,quæ breuitatis cauſa omitto. Quod etiam dicit, ꝙ nulla ſubſtantia creata poteſt eſſe immediatum principium elicitiuum,patet hoc eſſe falſum, quia ſubſtãtia ignis immediatè attingit terminum formalem generationis: non enim aliquod accidens, cum ſit imperfectius ſubſtantia, poteſt immediatè attingere ſubſtantiam aliquam.

¶ Præterea in hoc cõtradicit magiſtro ſuo S.Th. *Caietanus contradicit S. Thomæ.* qui expreſſè vult,ꝙ eſſentia angeli poteſt eſſe principium immediatum intellectionis, vt patet in prima par.ſum.q.50.art.1. vbi ſic dicit. Angelus autẽ, cum ſit immaterialis,eſt quædã forma ſubſiſtẽs, & per hoc intelligibilis actu. Vnde ſeqtur, ꝙ per ſuã formam,quæ eſt ſua ſubſtantia, ſeipſum intelligat. Dico vltra,ꝙ iſte adhuc non ſoluit rationes Doct. quia ſi anima ex ſua reali entitate non poteſt attingere vltimum finem, ſed tñ mediante aliquo accidente realiter diſtincto ab ipſa, nõ magis eſſet actiua ſuæ vltimæ perfectionis,quàm lignũ eſſet actiuum reſpectu calefactionis alterius ligni mediante calore ſibi inhærente,& ſi talis calor eſſet ſeparatus à ligno, nullo modo haberet vnde calefaceret lignum. Sic ſimiliter ſi talis potẽtia,quæ ponitur ab iſtis accidens diſtinctum, ſi eſſet ſeparata ab eſſentia animæ, ipſa anima non haberet realiter vnde poſſet attingere aliquam ſuam operationem, qua vniatur vltimo fini. Et cum dicit iſte,ꝙ hic modus eſt ei impoſſibilis, oporteret oſtendere hanc impoſſibilitatem, ſi enim ſubſtantia inferior habet in ſe realiter, vnde poſſit attingere ſuam operationẽ, quanto magis ſubſtantia ſpiritualis,cũ ſit incomparabiliter perfectior,& pcipuè cũ natura ſit dignificãda q̃tũ põt,vbi nõ apparet manifeſta cõtradictio.

¶ Ad illud,quod dicit ad illam confirmationem Doct. videlicet, ꝙ tunc anima eſſet beata per accidens,cum negat conſequentiam,quoniam operari mediante virtute propria, vt quo, non eſt operari *Operari, vt quo, non eſt per accidẽs.* per accidens. Verum dicit,ſi talis virtus ineſt operãti formaliter,& eſſentialiter,ſicut dicimus,ꝙ forma ignis eſt per ſe ratio generandi ipſi igni. Si autem ratio operãdi ponitur accidens realiter diſtinctũ ab operante, nullo modo erit ratio per ſe operandi tali operanti:non enim calor in ligno eſt per ſe ratio calefaciẽdi ipſi ligno: eo enim modo quo eſt actus primus ipſi ligno,eo modo eſt ratio calefaciendi,ſi per ſe per ſe,ſi per accidens per accidẽs. Cum ergo calor ſit ipſi ligno tantum actus primus per accidens, quia accidentaliter aduenit ſibi, ſic erit ipſi ligno tantum ratio calefaciendi per accidens,quia Ariſt.2.phyſ. vbi loquitur de agente per ſe,quod agit propter finem, vbi vult,ꝙ per ſe agẽs ſit illud, quod agit per formã propriam, vt patet de domificatore, licet enim calor ſit per ſe ratio agendi,non tamen habens calorem, vt accidẽs ſibi dicitur per ſe agere,quia tũc ſequeretur,ꝙ lignum habens calorem per ſe calefaceret.

¶ Et vltra poſito,quòd dicatur per ſe agere illud quod habet in ſe rationem formalem agẽdi,tamẽ adhuc eſt perfectius agere per formam propriam, q̃ per aliqd ſibi accidens,& ſic ſi anima tñ per potentiam,

[illegible] ſit [illegible] aliquod [illegible] potentia [illegible] operatio vitalis [illegible] Et [illegible] recipitur in [illegible] forma vitalis [illegible] opera io. Sed quicquid ſit pi- [illegible] quod dicatur vitalis [illegible] quòd [illegible] quæ conſiſtit in clara viſione Dei ſecundum Thom. immediatè recipitur in potentia intellectiua, & tunc per poſſibile ipſa ſeparata, talis poterunt clarè videre Deum, quæ viſio eſt formaliter beatitudo, & [illegible] aliquod accidens [illegible] poſſe dici formaliter beatum [illegible] quòd [illegible] perfectionis [illegible] & conſeruatur [illegible] & per conſequens [illegible] perfectiſsimam [illegible] potentia [illegible] perfectiſsimam [illegible] Et [illegible] non poteſt eſſe, niſi [illegible] beatu, [illegible] quòd potentia ſeparata [illegible] eſſe beata. Hæc [illegible] poſito enim quòd beatitudo [illegible] perfectiſsima operatio per ſe ſit in [illegible] tunc [illegible] operatio non poteſt poni [illegible] corpus, nec anima, [illegible] ergo erit potentia [illegible] beata, quia habens formam [illegible] & [illegible] quòd homo [illegible] eſt albus per albedinem, quæ immediatè recipitur in quantitate hominis, & ſi [illegible] quantitas eſſet ſeparata, adhuc eſſet alba, & [illegible] formaliter beata per [illegible] receptam in potentia [illegible] ergo ſi [illegible] potentia eſſet ſeparata ab homine, adhuc verè [illegible] operationem beatificam, & per conſequens eſſet [illegible] beata [illegible] pro [illegible] prætermittendo.

¶ [illegible] ad ſecundam rationem, quòd [illegible] ſit immediatè à ſubſtantia [illegible] Quæro [illegible] de igne generatur ab igne a quo [illegible] à cauſa proxima & immediata, aut erit à ſubſtātia ignis, & habetur propoſitum, aut erit ab aliquo accidente [illegible] a calore [illegible] & tūc ſequitur [illegible] æquiuoca [illegible] calor enim eſt [illegible] quæcunque ſubſtātia, vt patet 7. Metaph. [illegible] poſitum generationis [illegible] aliqua potentia [illegible] & tunc quæro de illa potentia, aut eſt ſubſtantia, aut eſt accidēs, & arguitur vt prius. Et [illegible] quòd [illegible] à ſubſtantia, [illegible] in genere [illegible] quæro de calore [illegible] potentia, quod [illegible] poneret, [illegible] immediatè, & habetur propoſitum, aut ab aliquo accidente immediatè, & tunc quæro de illo alio, & ſic vel oportebit ſtare ad aliquid [illegible] cauſatum à ſubſtantia, vel oportebit procedere in infinitum [illegible] quòd calor [illegible] concomitatur ſubſtantiam ignis [illegible] quia [illegible] ens abſolutè realiter diſtinctum ab alio eſt ſumenda aliqua cauſa productiua, & dixi entis abſoluti propter relationes quæ [illegible] extrema poſita, & ideo [illegible] prodeunt, ſed non eſt ſic de ente abſoluto realiter diſtincto. Oportebit ergo dicere, quod calor in igne ſit immediatè cauſatus a ſubſtantia [illegible] Et propterea quæro de quantitate ſubſtantiæ [illegible] certum eſt, quòd non ab aliqua qualitate, vt patet, nec à qualitate cum ſit poſterior [illegible] ergo immediatè erit cauſata à ſubſtantia, cuius eſt talis quantitas. Nec hic oportet dicere, quod tantum concomitatur ex neceſſitate [illegible] ſubſtantiam, quia, quod ſic concomitatur per nullam potentiam poteſt eſſe ſine eo ad quod [illegible] ſic concomitatur, vt patet de relationibus, quæ neceſſariò concomitantur extrema poſita [illegible] & ideo ſimpliciter [illegible] huiuſmodi relationes poſſe exiſtere ſine [illegible] Sed quantitas per diuinam potentiam poteſt exiſtere ſine ſubſtantia cuius eſt, vt patet in Sacramento altaris. Et propterea quæro de colore, ſiue de quantitate, quæ ponuntur entia abſoluta, & realiter diſtincta a ſubſtantia, aut ſunt [illegible] cauſabilia abſolutè, aut ſimpliciter incauſabilia, ſi primo quæro a quo ſunt cauſabilia, aut tantum à ſubſtantia prima, aut ſimul, à prima, & a ſecunda, ſi primo, ergo quantitas eſſet immediatè a Deo. Ex quo ſequitur, quod poſſet Deus facere ſubſtantiam [illegible] quantitate, ſi ſecundo, habetur intentum.

¶ Ad reſponſiones dictas, & ad rationes Doct. quas facit in diſtinctione 12. [illegible] quod forma accidentalis non producit ſubſtantiam, nec virtute propria, nec à virtute [illegible] quòd non virtute propria [illegible] quòd nec etiam virtute ſubſtantiæ [illegible] vt inſtrumentum. Et probat quadrupliciter [illegible] Primo, quia inſtrumentum apud [illegible] à principali agente, ergo aliqua eſt operatio ſubſtantiæ quæ mouet accidens ad agendum, & [illegible] Secundo, quia cauſa principalis, & inſtrumentalis ſunt eſſentialiter ordinatæ, ſicut ſuperior, & inferior. Cauſa autem ſuperior [illegible] attingit effectum, quàm inferior, [illegible] producta eſt ſubſtantia [illegible] & conſequenter in ſecundo [illegible] quo [illegible] cauſæ ſecundæ non producitur ſubſtantia, [illegible] Tertio, quia quo [illegible] oportet

principalis agentis [illegible] participare, [illegible] actio accidentalis non attingit immediatè [illegible] materiæ, [illegible] ergo generationem ſubſtantialem, [illegible] a ſubſtantia [illegible], quia [illegible] generare [illegible] ſubſtantia [illegible] ſi [illegible] accidens [illegible] ſi reſpectiuum [illegible] [illegible] reſpectiuum, [illegible] Et ultra, [illegible] eſſe accidens, [illegible] quia [illegible] re, q[illegible] principium [illegible], vt patet ex [illegible] principalis.

§ E[illegible] Philoſophi non [illegible] diſtantem ipſi ad immediata [illegible] tionis [illegible] ſic ſe habebunt ſubſtantia [illegible] ſenſu mediante accidente [illegible] probauit adduxi in 4. diſt. 12. [illegible].

¶ Cum [illegible] dicit [illegible] primo [illegible], quod ſubſtantia eſt [illegible] potentia operatiua [illegible] propriè loquendo principalis & inſtrumentalis [illegible] & inferior. Dico ponendo, quòd a. [illegible] principalis, & b ſit eius potentia, & cauſa [illegible] principalis reſpectu c. effectus: aut enim b. producit c. immediatè & virtute propria, & [illegible] accidens [illegible] ſubſtantiæ, & vltra non dicetur cauſa minus principalis, quia cauſa minus principalis [illegible] attingit effectũ, niſi ſic cauſa principalis [illegible] attingit, aut attingit ſe in virtute [illegible] quod [illegible] bene attingit ipſum [illegible] ſtatim ſequitur, quòd b. eſt cauſa [illegible] inſtrumentalis, eo modo quo dicimus, quod cauſa ſecunda attingit effectum dicitur [illegible] inſtrumentalis reſpectu cauſæ primæ, vt tenetur à Doct. in 4. diſt. 1. quæſt. 1. & vide quæ ibi expoſui, erit etiã cauſa inferior [illegible] propriè dicitur cauſa inferior, quæ [illegible] & [illegible] in [illegible] virtute [illegible] cauſa ſuperior. Si ergo potentia [illegible] quæ per [illegible] ponitur accidens [illegible] attingit effectum in virtute [illegible]. Sequitur, quod [illegible] potentia erit cauſa inferior & inſtrumentalis reſpectu ſubſtantiæ. [illegible] aſſignat rationem, quod ſubſtantia & potentia non ſe habeant vt cauſa ſuperior & inferior, quia ſubſtantia & potentia operatiua [illegible] concurrunt, vt duæ cauſæ, licet [illegible], & quaſi [illegible] cauſæ. Sed hæc ratio nullam habet [illegible]. Tum quia quæro a te de illa potentia, aut eſt verè actiua alicuius effectus, & [illegible] ſubſtantia eſt verè actiua eiuſdem effectus, & realiter diſtinguuntur per te. ergo [illegible] verè duæ cauſæ, quia nihil deficit de ratione cauſæ, [illegible] quia [illegible] ſubſtantia ex [illegible] agendi, & ſimiliter potentia [illegible] agendi, aut potentia [illegible] propriam [illegible] di, ſed ſubſtantia [illegible], aut [illegible] non [illegible] propriam rationem agendi, ſed [illegible] eius potentia. ſi primo, [illegible] diſtinctæ cauſæ, quia [illegible] diſtinctæ, & quia habent rationem [illegible] proprias, & ad inuicem realiter diſtinctas [illegible], cum potentia [illegible] ſi ſecundo, ſequeretur [illegible] ſubſtantia non eſt principalis cauſa [illegible] ſecundum & tertium modum. [illegible] quod ſe habeant, [illegible] cauſa principalis [illegible], & ſic non eſt [illegible] a cauſa principali, [illegible] inſtrumento [illegible] tãtum

[illegible] principalis [illegible] Secundum, quòd [illegible] b. virtute propria [illegible] Secundum [illegible] quod [illegible] attingit effectum [illegible] quod ſola producet effectum [illegible] tiam, quia cauſæ partiales [illegible] ex æquo, ſi [illegible] effectum [illegible] in primo [illegible] & in iſto ſecundo [illegible] ro, vt ſunt [illegible] habebunt [illegible] poſſet [illegible] eſſentialiter [illegible] quod [illegible] in primo [illegible] ſtinct. 2. parte 1. quæſt. 3. [illegible] omnia æque immediatè [illegible] & ſic effectum [illegible] immediatè [illegible]

¶ Ad [illegible] quod [illegible] generationis ſubſtantiæ [illegible] & per conſequens [illegible] quia [illegible] quòd [illegible] generatio [illegible] ſubſtantia [illegible] quod [illegible] & [illegible] præciſè verè [illegible] & [illegible] ri à quo [illegible] a ſubſtantia [illegible] tamen [illegible] habent [illegible] illuſtratur [illegible] ſtantiæ, patet etiam de illuminatione [illegible]

[illegible] & [illegible], & [illegible] tempo- [illegible] illius [illegible], [illegible] e- [illegible], aut di [illegible] ſimul, [illegible] accidens, ergo acci- [illegible], ſi tantum vt [illegible] vtrũque ſimul, [illegible] vt prius, aut [illegible] in virtute propria, [illegible] Quæro [illegible] quid [illegible] aut [illegible] tantum, aut vtrumque ſimul, & [illegible] ar- [illegible]

¶ Ad [illegible] de [illegible] quod [illegible] effectu [illegible], [illegible] perfectus [illegible] perfectiorem [illegible] quæ ſunt [illegible]. [illegible] Tum, [illegible], quo [illegible] eſſe ſemen, [illegible] autẽ [illegible] eſt, hoc magis infra patebit. [illegible] Et cum dicis ſecundo, ꝙ [illegible] eſt ipſius [illegible], [illegible] ſuperaddere virtutem. Deus, ip [illegible] accidente [illegible] propria, aut [illegible] vt prius. & ipſum acci- [illegible] quia vt cõ [illegible]

[illegible] Doct. [illegible] Deus poſſet facere [illegible] prius &c. [illegible] ſimul [illegible] realiter [illegible] ſecundo, [illegible] non po [illegible] con- [illegible], dato, quod [illegible] eſſe [illegible] principium [illegible] quod [illegible] immediate [illegible] per [illegible] nullam

Diſt. XVII. Quæſtio Vnica.

[illegible]

S[illegible] 17 [illegible] 1.

[illegible] 17. q. 1.

[illegible] q. 91. art. 4.

[illegible] 2. ſent. diſt. 17. q. 1.

apparentiam veritatis habet, vt ſupra dixi. Ex his quæ dixi ſatis patet [illegible] expoſitoris, & faciliter [illegible] poteſt, quod dicit de [illegible] factione aquæ calidæ oſtendendo illas reſponſiones minime valere. Sed quia [illegible] materia [illegible] pertinet ad diſt. 12. quare ibi prolixius pertractanda erit.

QVAERITVR à Doctore circa diſtinct. 1[illegible]. An anima Adę fuerit creata in corpore, id eſt, an in eodem inſtanti, quo corpus ſuum perfecte organizatum, anima ſimul, in corpore fuerit creata.

¶ Ibi reſpondeo circa iſtam quæſtionem fuit vnus error [illegible], quòd anima eſſet de ſubſtantia Dei, [illegible] ad hoc accipit argũ ab Aug. 7. ſuper Gen. [illegible] ſpirauit, vbi dicit, ꝙ [illegible] & hoc dicit gl. Aug. ſuper illud [illegible] & dixit accipite Spiritum [illegible], [illegible] error fuit Manichęorum, de quo [illegible] de duabus animabus.

Error manichæorum, [illegible] Aug. in lib. de duabus animabus.

¶ Hic Doctor [illegible], quòd iſte error eſt nullus, quia [illegible] ſubſtantiam Dei, concipit eam omnino [illegible], & inalterabilem, ſed ſi anima eſſet de ſubſtantia Dei, vel ſequeretur ipſum Deũ eſſe diuiſibilem, ſi teneretur, quòd anima eſſet de aliqua parte eius, vel ſi teneretur, quòd eſſet de tota ſubſtantia Dei, quia indiuiſibilis, ſequeretur ipſum eſſe alterabilem, & mutabilem, & perfectibilem, ſicut [illegible], quod de materia aquę fit terra, materia aquę perficitur à forma terræ, &, quia de nouo perficitur, ideo de nouo mutatur, ſic eſſet in propoſito. Nec valet dicere, quòd filius Dei eſt de ſubſtantia patris, vt patet in primo. diſtinctio. [illegible] & conceditur à Doct. diſt. 5. q. 2. primi, & tamen non dicitur ſubſtantia illa alterari, ſiue mutari, quia nũ tranſit a priuatione ad habitum, nam in eodem inſtanti, [illegible], & ab æterno ſubſtantia Dei fit fundamentum [illegible], ideo nunquàm priuata, priuatio enim [illegible] præcedit duratione habitum, & de hoc [illegible] eſt in primo diſtin. 2. parte ſecunda [illegible] reſponſione ad principalia argumenta, & diſtin. 3. In propoſito autẽ [illegible] eſſet de ſubſtantia Dei, & haberet eſſe ex tempore, tunc ſubſtantia Dei, vere mutaretur. Si etiam ab æterno poneretur anima de ſubſtantia Dei, [illegible] ſequeretur ſubſtantiam Dei perfici realiter a creatura, quod repugnat primo enti. Addit etiam probationem quòd anima non ſit de ſubſtantia Dei, quia [illegible] Deus non eſt perfectio inhærens alicui vt forma, vt patet in primo diſt. 2 par. 1. q. 1. ſequitur, quod ſi anima eſſet de ſubſtantia dei, non poſſet eſſe forma corporis, patet, quia ſi parti conſtituenti repugnat informare, etiam toti conſtituto repugnabit informare, ſicut ſi parti materiali repugnat informare, etiam toti conſtituto, vt patet a Doct. in iſto 2. diſt. 16.

Quo priuatio præcedat habitum.

Opinio S Bon.

¶ DIMISSA Opinione videndum eſt Vtrũ anima ſit ex materia. Dicit vna opinio quod ſic, ſcilicet S Bonauent. in ſecundo diſtinctio. 17. artic. 1. q. 2. & tamen creatur, quia non eſt ex materia præexiſtente,

[illegible]

ſtente,

ſtent? ſicut videtur dicto Aug. ſuper geneſis [illegible] quod ſit de materia [illegible]. Sed [illegible] [illegible], [illegible] quia [illegible], & [illegible] aliquo [illegible], ideo [illegible] creati [illegible] quicquid ſit de hoc. Dicit Do[illegible] reſpondendo ad [illegible] de poſſibili, & aliud de [illegible]. De [illegible] dicit, quod poſſibile [illegible] corpore, & hoc proba[illegible], quia forma quæ [illegible] per accidens [illegible], quæ compoſiti [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] differentiam [illegible] [illegible] [illegible] corruptibile [illegible] & corruptibile in rei veritate eſt in [illegible] compoſitum ex materia & forma, [illegible] quomodo forma non [illegible] [illegible] compoſiti, & [illegible] eſt, quia [illegible] [illegible]. Sed forma, quæ poteſt per ſe eſſe [illegible] propria, [illegible] poteſt ſic [illegible] [illegible] poteſt [illegible] ſine corpore.

Quo forma producatur. ¶ [illegible] quod forma quæ non poteſt habere eſſe ex [illegible] compoſiti, [illegible] poſſit per ſe produci idest pro[illegible] & alia à productione compoſiti. Primo, [illegible] compoſitum dependet à forma [illegible], ergo [illegible] poni eſſe formæ, & forma [illegible] eſſe ex ſe, ergo ab aliquo [illegible] ipſam formam, ergo prius producitur [illegible] compoſitum, [illegible] producitur, ergo non eſt producta [illegible] productione compoſiti.

¶ Secundo, quia [illegible] dicitur produci per hoc quod forma non [illegible] ab [illegible] materiæ, hoc patet a Doct. in 4. diſt. [illegible] q. 1. [illegible] ergo prius forma inducitur in materia quam intelligitur compoſitum habere eſſe, ergo [illegible] habet eſſe productionem [illegible] à productione compoſiti. Tertio, quia terminus formalis generationis [illegible] loquendo de termino formali [illegible] prius habere eſſe ipſo compoſito [illegible] generatione denominatur à termino formali per ſe, vt patet 5. phy. tex. com. [illegible] alteratio ponitur in genere qualitatis, quia [illegible] forma accidentalis, quæ eſt formalis terminus. Item [illegible] quam ex quo movetur denominatur [illegible]

Alteratio in quo genere ponatur.

de [illegible] [illegible] eſſe [illegible] ex eſſe [illegible] quod [illegible], & [illegible] eſſe, [illegible] ex eſſe, [illegible]. [illegible] patet quomodo mutatio ſemper denominatur à termino ad quem, Sed [illegible] forma eſt per ſe terminus formalis generationis, patet, per philoſophum ſecundo phy. [illegible] vbi probat formam eſſe [illegible] per [illegible], quia generatio eſt naturalis, quæ eſt via in naturam, eſt [illegible] in formam. [illegible] generatio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] declarat [illegible] quod [illegible] de forma [illegible] nominatur [illegible] generationem, quæ eſt via ad [illegible] formæ [illegible].

¶ Reſpondeo [illegible] ſcilicet, quod [illegible] formam in aliquo [illegible] naturæ eſſe [illegible] compoſito, vt etiam [illegible] [illegible] [illegible] formam habere aliquod [illegible] [illegible] priori [illegible] [illegible] materia, quam compoſitum [illegible] formam [illegible]

materia, [illegible] ne[illegible] eſſe compoſito. [illegible], [illegible] compoſitum [illegible] per ſe generatur, & [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] ho[illegible] [illegible] de [illegible]. Non [illegible], ſed quæ [illegible], [illegible] [illegible] [illegible]. Commen. Non [illegible] generatur [illegible] [illegible] [illegible] forma, [illegible] [illegible] [illegible] aliquam, [illegible] generatur forma, hæc [illegible] generationis, [illegible] [illegible] eſt [illegible] generatio dicitur, & [illegible] [illegible], quod generatur, vt patet. Doct. in [illegible] vbi probatur, [illegible] probatur [illegible] formalis. Sed [illegible] compoſitum per ſe generatur, [illegible] forma [illegible] poſito, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] generatione [illegible] pro [illegible], quod eſt ſe generatum, & per conſequens [illegible] per accidens generatur. [illegible] [illegible] poſſit [illegible] eſſe [illegible] terminus, quod [illegible] [illegible] [illegible] alia, [illegible] [illegible] tamen [illegible] [illegible] [illegible], ſed [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] eſſe ſine materia [illegible] aliquo [illegible], [illegible] [illegible] [illegible], quia [illegible] [illegible] patet [illegible]. Sed [illegible] [illegible] [illegible] intellectum, [illegible] philoſophus [illegible] habet concedere, quod poſſit eſſe ſine materia. [illegible] patet ſolutio ad rationes, quæ bene conſiderant, ſi probarent, quod forma poſſet in aliquo priori naturæ produci in [illegible], [illegible], quod [illegible] in illo priori [illegible] [illegible] ſtentem, non vt in materia, [illegible] eſt impoſſibile, etiam apud philoſophum, [illegible] producere formam, [illegible].

Quo [illegible] [illegible] ſit [illegible].

¶ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in aliquo [illegible] produci ſine corpore, idest [illegible] in aliquo [illegible], & non in corpore. Dico [illegible], [illegible] quod non poteſt demonſtrari, quod [illegible] ſit per ſe producta, ſcilicet productione propria [illegible] [illegible] [illegible] in aliquo priori, in quo [illegible] corpori, & quia hoc non poteſt demonſtrari, eſt, quia non poteſt demonſtrari [illegible] [illegible], [illegible] tum eſt in 4. diſt. 4[illegible] ſi [illegible] poſſet demonſtrari, tunc [illegible] poſſet [illegible] eſſe ſine corpore, & exiſtere ſi [illegible], & per conſequens poſſet produci [illegible] productione, ſed [illegible] de formis [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] dependent à materia, [illegible] quod [illegible] ipſum eſt [illegible] impoſſibile tales formas poſſe exiſtere ſine materia, [illegible] patet ſeptimo metaphy. [illegible] vltimo, [illegible] quod omnes partes quæ poſſent [illegible] ſeparari à toto compoſito [illegible] elementa, [illegible] [illegible] materiales, ſed forma [illegible] poteſt [illegible] [illegible] toto compoſito [illegible], [illegible], & [illegible].

An anima [illegible] [illegible] ſine corpore.

¶ Secundo dico, quod etiam ſuppoſito, quod anima ſit immortalis, & quod [illegible] [illegible] naturalis, nec [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] philoſophus [illegible] poneret [illegible] creari, quod [illegible] philoſophi, [illegible] forma [illegible] poteſt produci, niſi à ſolo Deo, & tamen non dicitur creari, quia non [illegible] productione produ-

xit formam cœli, quàm totum cœlum, & ideo nō prius natura fuit forma cœli terminus creationis, quàm cœlum, ita dicerent, quòd paſſo exiſtente diſpoſito crearet, & produceret Deus de neceſſitate animā non creatione, quæ terminaretur ad formam, ſed ad compoſitum, vnde non concederet animam creari, non enim eſt imaginatus ſicut nos, ſcilicet quòd actio Dei in primo inſtanti naturæ, vel temporis terminetur ad eſſe ipſius animæ, & poſtea in ſecundo inſtanti infundatur corpori, ſed poneret actionem Dei terminari ad eſſe totius in primo inſtanti naturæ. Si enim ſecundum philoſophum Deus poſſet in aliquo inſtāti naturæ producere animam, ita quòd in eodem inſtanti nō eſſet neceſſariò vnita corpori, tunc philoſophus haberet concedere ipſam creari, quia tali productioni nihil neceſſariò præſupponeretur. Poneret enim philoſophus, quòd eſſet ſimpliciter impoſſibile Deū poſſe immediatè producere de nouo animam intellectiuam, nō præſuppoſito corpore organico immediatè receptiuo illius, & licet ſuſtinēdo immortalitatem animæ, anima ſecundum ipſum poſt corruptionem compoſiti, poſſet remanere, & per ſe exiſtere, non tamen ſecundum ipſum poſſet immediatè produci ꝓpria productione, ſed tantum productione totius. De hoc vide Doct. diſt. 43. quæſt. 2.

Immortalitas animæ non poteſt demonſtrari via naturali.

¶ Ibi. Sed ſuppoſito, quòd fuerit creata, fuit ne ſimul creata cum formatione corporis. De hoc videtur ſentire Aug. quòd non ſeptimo ſuper Gen. Sed quòd fuerint creatæ cum angelis, & poſtea acceſſiſſe ad corpora.

Vide S. Bonauent. vbi ſupra. ſcilicet q. 3. Deut. 32.

¶ Sed contrarium huius habetur ab Aug. de eccl. dog. cap. 7. vbi dicit ſic. Animas hominum non eſſe ſic ab initio inter ceteras intellectuales naturas, nec ſimul creatas, ſicut fingit Origenes.

¶ Ad hoc eſt ratio congruentiæ talis. Dei perfecta ſunt opera, inquit Pſal. quòd etiam eſt rationabile ſi propheta taceret, quòd opera Dei ſint perfecta, anima eſt pars imperfecta, dum actu non informat, & ideo non debuit ſit creari, pars enim nata eſt perfici a toto cuius eſt pars, & hoc participatiuè, ideo anima abſolutè loquendo eſt perfectior, vt actu eſt in toto, cuius nata eſt eſſe pars, quàm ſit extra totum, & dixi abſolutè loquendo quantum, ſcilicet ad perfectionem eſſentialem, & in actu primo, participatiuè tamen, licet, vt beata ſit perfectior in actu ſecundo, de hoc patebit in quarto.

¶ Præterea non fuiſſet rationabile, ſi fuiſſet creata ante corpus, quin habuiſſet aliquem actum, vel operationem propriam ante corpus; igitur ſimiliter potuit mereri, & demereri, quod eſt contra Apoſt. ad Roma. 9. loquens ibi de Iacob, & Eſau, dicit. Cum nondum nati eſſent, aut aliquid egiſſent, vt ſecūdum electionem propoſitum Dei maneret non ex operibus, &c. Nam Iacob antequam eſſet natus fuit prædeſtinatus, & Eſau reprobatus, & ſic patet, quòd nullum opus, nec bonum, nec malum habuere. De hoc vide Doct. in primo, diſt. 41. & quæ ibi expoſui.

AD argumenta principalia, primò arguit probando, quòd non fuit creata, quia compoſitū non fuit datum, ergo nec anima, antecedens patet, cōſequentia patet, quia anima fuit producta productione totius, quia forma non producitur, niſi ꝓductione totius, vt patet ſeptimo metaphy. tex. cōmen. 27. 32. Cū ergo Adam fuerit factus de lymo terræ, ergo anima eius non fuit creata.

¶ Reſpondet Doct. quòd tex. philoſophi bene concludit de forma, quæ tantum producitur productione totius, vt ſupra patuit. Sed in propoſito anima producitur prius natura, quàm corpus informet; prius enim natura intelligitur corpus organizatum, & poſterius natura anima producitur, & poſt infunditur, ideo producitur propria productione. Sunt ergo duæ productiones. Vna terminatur ad eſſe ipſius animæ. Et alia ad eſſe totius. Sed ſi Deus præſupponeret neceſſariò eſſe corporis, vt immediatum receptiuum animæ, nō poſſet ipſam animam producere in aliquo inſtanti temporis, vel naturæ, quin in eodem præciſè inſtanti eſſet vnita corpori, vt ſupra dixi. Sed eſt agēs merè contingens, & in ſua actione non præſupponit neceſſariò materiam, vt ab omnibus theologis conceditur.

¶ Secundò arguit ſicut res ſe habet ad eſſe, ita ad fieri, ſed anima Adæ cum ſit pars eius, non habuit eſſe, niſi in corpore, ergo fuit facta in corpore.

¶ Dicit Doct. quòd hoc argumentum currit de forma, quæ accipit eſſe, quia compoſitum accipit eſſe, ideſt quo nullo modo poteſt habere eſſe, niſi in compoſito, & quæ non poteſt aliquo modo produci, niſi in materia, à qua dependet in eſſe, & in fieri.

Diſt. XVIII. Quæſtio Vnica.

Vtrum in materia ſit ratio ſeminalis.

Seraphi. Bonau. 2. ſent. diſt. 18. q. 2. ar. 1.
Scotus 2. ſent. d. 18. q. 1.
D. Thomas 1. par. ſum. q. 115. art. 2.
Ricchard. 2. ſent. diſt. 18. q. 3.
Ioannes Bacconitanus 2. ſent. diſt. 18. q. 1.
Durandus 2. ſent. diſt. 18. q. 2.

QVÆRITVR circa diſt. 18. Vtrum ſcilicet in materia ſit ratio ſeminalis ad formam naturaliter educendam de ipſa.

¶ Ibi. Reſponſio. Hic videndum eſt quid ſit ratio ſeminalis, &c.

¶ Suppono pro nunc vnum, quòd ſcilicet ratio ſeminalis eſt principium, vel ratio formalis producendi aliquid, ita quòd in ratione ſeminali includitur ratio productiui, ſiuè modo ſit ratio producendi terminum principalem, ſiuè diſpoſitionem ad illum non curo ad præſens, pro nunc ſufficit mihi, ꝙ tam apud Doct. quàm apud opinantes iſta ratio ſeminalis dicit virtutem actiuam, & ſic patet iſta littera ſequens, ſcilicet quòd ratio ſeminalis nō eſt ipſa materia, vel potentia paſſiua materiæ, ſed eſt actus, &c. Ibi in littera. Relinquitur igitur, quòd ſit actus. &c. iſta eſt opin. Alberti Magni, qui dicit, quòd ratio ſeminalis eſt actus eiuſdem rationis cum forma per generationē inducenda, & opi. ipſius ſtat in hoc, pono exemplum, nam in materia plantæ, antequam generetur forma ſubſtantialis perfecta plantæ præexiſtit forma ſubſtantialis plantæ, ſub gradu tamen imperfecto, & remiſſo, & ipſa forma ſub tali eſſe eſt ratio formalis producendi formam eiuſdem rationis in materia plantæ in eſſe perfecto, & licet talis forma imperfecta ex ſe non poſſit producere formam perfectam eiuſdē rationis, poteſt tamen coagere agenti extrinſeco, puta ſoli ad producendum formam ſubſtantialem plantæ in eſſe perfecto, & moti ſunt ad hoc, vt euitent creationem ipſius formæ, quia ſi nihil formæ ſubſtantialis elementi præfuiſſet, tunc illa forma crearetur, ponendo verò aliquid ſui præexiſtere, ideſt formam ſubſtātialem plantæ in eſſe perfecto, quæ eſt pars ipſius formæ ſubſtantialis in eſſe perfecto,

Quid ſit ratio ſeminalis.

Opinio Alberti Magni.

Quære etiā Henricum quol. 4. q. 14

fecto, ſequitur, quòd talis forma ſubſtantialis in eſſe perfecto non creatur, cum aliquid ſui præexiſtat.

Scotus arguit contra primum motiuum.

IBI. Contra primum motiuum de creatione arguitur ſic. Quæro enim, &c. In iſta ratione arguit Doct. probando, quòd non generatur, vel ſi aliquid generatur illud verè creatur. Et, vt intelligatur propoſitio Doct. ſuppono vnum, ſcilicet ꝙ ipſa forma imperfecta, quæ dicitur ratio ſeminalis ſecũdum iſtos dicatur a. & forma perfecta, quæ producitur, quæ eſt eiuſdẽ rationis cũ a. vocetur b. ſtãte hoc quærit Doct. an aliquid ipſius b. præfuit, ſi dicatur, quòd ipſum b. præfuit: ergo nihil de nouo generatur. Si dicatur, quòd aliquid ipſius b. pręfuit detur illud. Si dicatur, quòd eſt a. accipio ipſum b. quod de nouo generatur, certum eſt, quòd illa pars, vel ipſum b. creatur, quia nihil illius partis præfuit, quia tota de nouo acquiritur. Si dicatur, quòd ipſum b. diuidatur ſecundum aliquam partẽ ſui ipſius, quæ non eſt ipſum a. & ſic vna pars illius præfuit, & dicatur c. accipio illam vltimam partem, quæ de nouo acquiritur, certum eſt, quòd illa, quæ de nouo acquiritur tota producitur, & de nullo ſui, quia nihil illius partis præfuit, & ſic nõ poteſt euadere creationem.

¶ Ibi. Præterea illud præcedens, &c. Deducit Doct. opinãtem ad hoc inconueniens, quia ſequeretur, quòd aliquid ageret in virtute nõ entis quod eſt impoſſibile, nam forma eiuſdem rationis imperfectior non agit ad perfectiorem eiuſdem rationis, niſi in virtute perfectioris, ſed perfectior ante actionem imperfectioris non eſt, patet, quia acquiritur per actionem illius, ergo tunc ſequitur, quòd aliquid agit in virtute illius, quod non eſt.

¶ Ibi, Vel formatur ſic. &c. Hæc ratio ſtat in hoc, ꝙ ſi agens extrinſecũ habet in virtute ſua formam perfectiorem; a fortiori habet in virtute ſua formã imperfectiorem eiuſdem rationis, & ſic ſi agẽs extrinſecum poteſt producere a. in eſſe perfecto, ita quòd nihil illius a. præfuerit, multo magis poteſt producere in eſſe imperfecto, & ſic non eſt neceſſe, quòd talis ratio ſeminalis præcedat in materia. Dicit autem Doct. quòd ſi poteſt producere perfectius, poteſt producere, & imperfectius eiuſdem rationis, non autem ſequitur de imperfecto alterius rationis, quia ignis poteſt producere formã ſubſtantialem ignis, & tamen non poterit producere formam ſubſtantialem aquæ, quæ eſt imperfectior, nec forma frigiditatis,

¶ Ibi. Præterea pars formæ, &c. Nota, quòd dicit in vltimo rationis, quòd eſt inconueniens aliquid eiuſdem rationis educi de aliquo eiuſdem rationis, quia illud de quo educitur ſemper ſe habet in ratione paſſiui, & receptiui, illud verò, quod educitur ſe habet in ratione recepti, modo eſt valde inconueniens, quòd aliquid recipiat aliud quod eſt eiuſdem rationis, ſicut quòd vna albedo recipiat aliam, vel quòd vna forma ſubſtantialis recipiat aliam, nam recipiens, & receptũ ſunt ſemper alterius rationis.

¶ Ibi. Ad rationem autem, &c. Dicit Doct. in ſententia, quòd creatio excludit omnem aliã cauſalitatem ſecundam, & cauſæ materialis, & ſeminalis, efficientis creati, quia creans nihil præſupponit ad coagendum ſibi. Si dicatur, non ne in creatione animæ præſupponitur ipſum corpus organicum, vt receptiuum ipſius formæ. Dico, quòd aliquid præſupponi contingit dupliciter, vno modo tanquam neceſſarium ſimpliciter, & abſolutè ad actionem ſuam, ita quòd ſit impoſſibile ipſum agere, niſi præſupponat receptiuũ, in quo recipiatur actio ſua. Alio modo, quòd licet præſupponat hoc non

Aliquid præſuppont cõtingit dupliciter.

eſt de neceſſitate abſoluta, ſed ex ordinatione diuina, primò omne agens creatum ſic ſe habet, & ideo nihil creat, vt patet à Doct. in quarto, diſt. 1. quæſt. 1. Agens autem increatum non ſic præſupponit corpus organicum, ſed bene ſecundo modo & ſic creat. Si dicatur, quòd & ſi ordinatione ſua præſupponat, ergo tunc non creat animam. Dico abſolute, quòd actio Dei, quæ terminatur ad animam non præſupponit corpus organicũ, ita quòd tale corpus ex ordinatione diuina cõcurrat ad cõcauſandum in ratione materiæ, nam prius natura creat ipſam animam, & poſterius natura infundit, vt patet à Doct. ſupra diſt. 17. quæſt. 1.

¶ Arguitur etiam contra illud, quod dicunt de naturalitate generationis, vel de ratione tranſmutationis naturalis, &c. Dicunt enim iſti, quòd ideo dicitur generatio naturalis, quia reſpectu ipſius geniti eſt in materia principium actiuum intrinſecum.

¶ Contra hoc arguit Doct. probando, ꝙ naturalitas generationis, vel tranſmutationis, vel mutationis non attenditur penes principium actiuum naturale, ſed penes paſſiuum receptiuum: ex hoc enim dicimus, quòd talis motus eſt naturalis, quia principium receptiuum, ſiuè paſſiuum habet naturalem inclinationem ad recipiendum talem motum, & ſimiliter dicimus, ꝙ generatio eſt naturalis, qua principiũ receptiuum termini gradus habet naturalem inclinationem ad recipiendum illum, & tale principium receptiuum generationis naturalis eſt intrinſecum, & probat Doct. quòd talis naturalitas dicaꝰ de principio paſſiuo per Ariſt. ſecundo phyſicorum. nam vult Ariſt. ꝙ accidit infirmo, qui mouetur ad ſanitatem, quòd ſit medicus, vel quod habeat artẽ medicinę, corpus enim ægrum per ſe dicitur moueri naturaliter ad ſanitatem, quia habet naturalem inclinationem ad recipiendum illam tanquam perfectionem ſuam, & ex hoc talis motus dicitur naturalis, & tale principium ſic naturale eſt intrinſecum, id eſt quòd tale corpus non mouetur ad ſanitatem, vt principium receptiuum illius per aliquod ſibi extrinſecum, ſed per ſuam eſſentiam, quòd modo talis infirmus habeat artem medicinæ, quæ eſt principium actiuũ inducendi ſanitatem, accidit ſibi talis ars, vt ſit principium intrinſecum actiuum reſpectu ſanitatis. Si enim infirmus, vt infirmus haberet per ſe talem artem, tanquam principium actiuum ſanitatis, & nõ moueatur per ſe ad ſanitatem tãquam infirmus, ſed tanquam medicus, & ſic non ſanaretur per ſe tanquam infirmus, ſed tanquam medicus, quod eſt manifeſtè falſum, patet, quando ars medicinæ ab infirmo ſeparatur, quia infirmus per ſe mouetur ad ſanitatem, cum habeat in ſe principium intrinſecum per ſe receptiuum, & naturaliter inclinatum per ſe ad ſanitatem, licet effectiuè inducatur à medico extra. Si ergo medicus eſt infirmus, non ineſt ſibi per ſe, ſed per accidens tantum.

2. phyſ. contex. 3.

Pulchra doctrina.

¶ Ibi. Præterea illa vis actiua, &c. Hic etiam Doct. probat, quòd principium naturalis generationis tantum dicatur de principio paſſiuo, vel receptiuo, probatur ſic ſupponendo, quòd in materia ſit forma eiuſdem rationis cum termino generationis, quæ ſit principium actiuum eiuſdem tamen naturalis generatio non dicitur naturalis ex hoc, quòd in tali materia eſt principium actiuum, ſed ex hoc, quòd materia habet naturalem inclinationem ad terminum generationis, probat, quia ipſi dicunt, quòd illa forma præexiſtens in materia nõ prius agit ad generationem formæ, ſed prius agẽs extrinſecum exit ad illam, patet, quia ſi prius ageret

Nota diligenter.

ret agēte extrinſeco ſemper in materia egiſſet, quia in illo inſtanti quo agens extrinſecum agit ibi eſt actio naturalis, probo, quia aliter nunquam eſſet naturalis, quia non eſt tranſmutatio, niſi cauſata ab agente extrinſeco, ſi ergo talis actio agentis naturalis præcedens actionem formæ in materia dicitur verè naturalis iſta naturalis non eſt a principio extrinſeco, vt patet ac concedunt ipſi, quia trāſmutatio naturalis habet principium intrinſecum, nec erit a forma actiua in materia, quia hæc actio eſt prior actione ipſius formæ, ſequitur igitur, q̄ dicitur naturalis, quia materia prima habet naturalem inclinationem ad huiuſmodi actionem, & ad terminum eiuſdem, & ſic patet quomodo huiuſmodi naturalitas tantū per ſe dicatur de principio paſſiuo.

¶ Ibi. Præterea generatio eſt naturalis, igitur habet principium actiuum, intrinſecum naturale, antecedens patet, conſequentia probatur, quia ſecūdo phyſicorum natura eſt principium motus, & quietis, &c.

Natura quo modo ſit principium. ¶ Reſpondet Doct. ibi. Ad illud de diffinitione naturæ. Hic dicit Doct. quòd natura, vt eſt principium paſſiuum dicitur de materia, & de forma, nam materia, quæ eſt propriè ſubiectum generationis, vt patet primo de generatione, & corruptione, habet naturalem inclinationem ad recipiēdum terminos generationis, & vt ſic natura prædicatur de materia tanquam de principio paſſiuo, & receptiuo, quando verò inclinatio naturalis cōſequitur cōpoſitum ratione formæ. tunc dicimus, quòd talis natura prædicatur de forma tanquam de principio receptiuo, vel tanquam de ratione formali recipiendi. *Exemplum.* Exemplum, lapis habet naturalem inclinationem deorſum ratione grauitatis, quę grauitas non conſequitur immediatè materiā, ſed conſequitur talem formam ſubſtantialem lapidis, ergo ratione grauitatis habet naturalem inclinationem ad accipiendum motum deorſum, & ſic talis motus dicitur naturalis, natura ergo, quæ eſt principium paſſiuum, ſeu receptiuum talis motus dicitur de ipſo lapide, tanquam de principio receptiuo, & dicitur de forma tanquam de ratione formali recipiendi, ſicut etiam riſibilitas dicitur de homine tāquam de principio receptiuo, & de anima intellectiua tanquam de ratione formali recipiendi. Et dicit hic Doct. vnum verbum, quòd per eandem formam, per quam res eſt, hæc per eandē eſt receptiua paſſionis conſequentis naturaliter naturam eiuſdem rei, hoc ſane debet intelligi, quia res per hæcheitatem eſt hæc formaliter, vt patet ſupra à Doct. diſt. 3. huius, & tamen hæcheitas non eſt ratio formalis receptiua paſſionis. Sed debet ſic intelligi per quam res eſt hæc, ideſt per quam res habet tale eſſe determinatum, & ſpecificū ad quod eſſe determinatum, & ſpecificum ſequitur poſtea talis, & talis hæcheitas.

In quo ſit ratio ſeminalis. RESTAT igitur nunc videre, &c. Doct. hìc duo dicit principaliter primum, quòd in agente æquiuoco producente effectū ſibi diſſimile in natura, non requiritur ratio ſeminalis, vt patet de Sole producente ranā, nec ſimiliter in agente vniuoco producente effectum immediatè, ſicut ignis immediatè producit alium ignem, puta in ligno, & quòd non requiratur huiuſmodi ratio ſeminalis, patet, quia quando ignis producit ignem de aqua, non requirit aliquid medium, quo mediante producit ignem ex aqua, quod patet, quia ignis ſi requirit aliquod medium, & ratio formalis, vel ſemen quod ſit productiuum ignis ex aqua, tunc ſequitur, quòd imperfectius poteſt producere perfectius, patet, nam ignis productus eſt æqualis perfectionis cum igne producente cum ſit eiuſdē ſpeciei, ſemen verò eſt imperfectius agente principali, vel eo cuius eſt ſemen, ergo ſi tale ſemen requiritur ad producendum talem ignem, vt principiū productiuum, ſequitur, quòd imperfectius producat perfectius, & in agente vniuoco per propagationem requiritur ſemen, vt patet infra.

Nota hic aliqua. ¶ Ibi. Quid eſt ratio ſeminalis. Nota hìc aliqua, vt intelligatur littera. Pono exemplū, & ſit aliquod ſemen deciſum ab homine in matrice, illud dicitur propriè ſemen, eo quòd tale corpus eſt intentum à natura, non propter ſe, ideſt quòd actio agentis naturalis ſiſtat ibi, ſed propter aliud, ideſt vt ex ipſo conſequatur aliquod compoſitum principale intētum. *Exemplum.* Dicit ergo Doct. quòd ratio ſeminalis, vel eſt forma ſubſtātialis illius ſeminis, vel eſt qualitas actiua conſequens illā formā ſubſtantialē. Secundò dicit, quòd nec ſemen, nec ratio ſeminalis ſunt coæua materiæ, patet exemplo, non enim ſemen, in quo fundatur ratio ſeminalis eſt ſemper in homine ſeminante, patet, quia illud ſemen cauſatur ex nutrimento, & fit de ſuperfluo alimenti. Tertiò dicit ibi ad quid eſt ſemen. Semen eſt difforme, ſupple, quòd ſemē viri, & mulieris difformiter ſe habeant, ita quòd ſemen viri ſit alteratiuū & ſemen mulieris tantum alterabile, vel ſi ponatur difformitas in eodem ſemine, vt aliqui ponunt, ita quòd in ſemine viri ſint duo conſideranda. *Diſcrimen inter ſemen viri, & mulieris.* Vnum in ratione actiui. Aliud verò in ratione paſſiui, tūc illud ſemen ſecundum rationem magis formalem & actiuam & magis ſpiritualem poteſt agere in ſeipſum ſecundum rationem magis materialem, & groſſiorem. Dicit ergo Doct. quòd ſi tale ſemen ſit difforme, quod eſt actiuum, ponatur manere in fine generationis, vt aliqui volunt exponere Doc. credo tamen, quòd ad mentem etiam tale ſemen non ſit actiuum talis generationis, etiam ſi maneat, vt patet per ſecundam rationem. Et ibi etiam dico, quòd nullum ſemen ſi non eſt omnino vniforme in toto, in parte tunc non poteſt agere ad generationem, ita quòd agat in ſeipſum conuertendo illud ſemen, ita quòd ex illo fiat aliud, hoc patet exemplo, calor enim, vt octo, non poteſt alterare ſeipſum, quia vniformis, nec aliqua forma ſubſtātialis poteſt alterare ſeipſam, non enim ignis qui eſt vniformis in toto, & in partibus poteſt alterare ſeipſum, vt ex illo fiat aliud, & quòd tale ſemē ſic vniforme non poſſit eſſe principium actiuum generationis probat per duas rationes, quæ ſunt claræ in littera.

Opi. Scoti. DICO igitur. Hic Doct. dicit duo. Primum, quod nec ipſum ſemen deciſum, nec ratio ſeminalis eſt actiuum vltimi termini generationis, quia dictum eſt, quòd ſemen tantum requiritur in agēte vniuoco per propagationem, & quòd tale ſemē ſic deciſum eſt imperfectius eo à quo deſcinditur, ſiuè in hominibus, ſiuè in brutis, ſiuè in vegetabilibus, in quibus propriè reperitur ſemen, & quòd tale ſemē nō ſit actiuū vltimū termini generationis, patet ſupra, quia ille terminus eſt perfectior ſemine, vt puta anima vegetatiua, ſenſitiua, vel intellectiua, ille ergo terminus generationis non eſt à deſcindēte, quia in patre mortuo adhuc generatur filius in matrice mulieris, nec eſt ille terminus à forma cęli, quia animata ſunt perfectiora, niſi dicatur, & teneatur illa opi. ſupra in diſt. 14. quæſt. 1. quòd cœlū eſt animatū anima intellectiua, & tūc poſſet concedi ipſum eſſe productiuū alicuius viuentis, ideſt vel anima vegetatiua, vel ſenſitiua. De intellectiua non eſt credendum, cum illa immediatè creetur à Deo, nec poteſt eſſe ab angelo, patet, q̄a angelus non poteſt aliquid immediatè transmutare ad

re ad

re ad formam ſpiritualem, niſi mediãte motu cœli, vt eſt opi. tam phyſicorum, quàm theologorũ, relinquitur ergo, quòd ab ipſo Deo.

Hoc tota philoſophia eſt difficillimũ, iõ oẽs vario modo laborauerunt, & nihil certi perceperũt.

¶ Secundum dictum eſt ibi. Sed eſt, ne principium alteratiuum, &c. Dicit Doct. quòd tale ſemen deciſum, ſi eſt vniforme non eſt principium alteratiuum, vt ex illo ſemine fiat aliquod mixtum, vel corpus organicum, & probat, quia tunc ſi eſt vniforme, alteraret ſe, & corrumperet ſeipſum, quia non poſſet ſe alterare, vt ex ipſo fiat corpus organicum, niſi tale ſemen corrumpatur, vt patet in alijs alterationibus. Addit aliam rationem ſatis claram, quia ſemen omnino vniforme non poteſt tantum alterare ſe, vt ex ipſo creetur tanta difformitas, qualis apparet in corpore organico, oportet ergo ad aliud recurrere. Si verò ſemen eſſet difforme, & non corrumperetur ad corruptionem ſeminis, tunc fortè ex intentione poſſet alterare illud ſemen ad vlteriorem formam, quæ eſſet diſpoſitio ad vltimum terminum generationis. Si verò in eodem inſtanti quo corrumpitur ſemen, corrũpitur illa virtus alteratiua, tunc non poſſet alterare, patet, quia agens, quod deſinit eſſe in inſtanti, quo forma generatur, non attingit illam formam ſua actione, vt patet ſupra in hoc ſecundo, diſt. 15.

Diſt. XIX. Quæſtio Vnica.

Vtrum in ſtatu innocentiæ habuiſſemus corpora immortalia?

Seraphicus Bonauent. 2. ſenten. diſtinc. 19. quæſtio. 1. artic. 2 & 3.
Scot. 2. ſent. diſt. 19. quæſt. 1.
D. Tho. prima parte ſummæ. q. 97. artic. 1.
Riccardus 2. ſent. diſt. 19. quæſt. 1.

QVAERITVR circa diſtinctionẽ decimamnonam. Vtrum in ſtatu innocentiæ habuiſſemus corpora immortalia. Status enim eſt ſtabilis permanentia firmata legibus diuinæ ſapientiæ. Eſt autem hominis ſtatus triplex: Primus eſt ſtatus naturæ inſtitutæ, & in iſto ſtatu poterat homo mori, cum eandem naturam habuerit, quam modo habet, & nũc habet potentiam ad moriendum: igitur, & tunc, patet conſequentia, quia peccatum nihil ademit de natura, ſed ſolum ademit gratuita, potuit etiã in iſto ſtatu non mori, quia tranſtuliſſet eos Deus de illo ſtatu ad beatitudinem.

Triplex ſtatus.

Primus ſtatus.

Secundus ſtatus.

¶ Secundus ſtatus eſt naturæ lapſæ, & eſt ſtatus præſentis vitæ, & in iſto homo nõ poteſt non mori, cum ex peccato incurrerit neceſſitatem moriẽdi. Gen. 2. Quacunque hora comederis, morte morieris, ideſt neceſſitatem moriendi incurres.

Tertius ſtatus.

¶ Tertius eſt ſtatus naturæ reſtitutæ, & ſtatus beatitudinis, & in iſto ſtatu non poteſt homo mori, licet habeat eandem naturam, & potentiam tamen firmatum eſt lege diuina, vt homo non moriatur in ſtatu illo. Innocentia etiam capitur tribus modis, innocentia primo modo eſt pura per ſe bonitas, cui ex ſe omnis annexa eſt perfectio, & ſic ſolus Deus eſt innocens, & ſic non loquimur hic. Secũdo modo innocentia pro ſtatu ſeparato actu à vitiis, ſicut in hac præſenti vita multi cuſtodiunt ſe actualiter à vitiis mortalibus, & ſic dicuntur iuſti, iuxta illud Pſal. Innocẽtes, & recti adhæſerunt mihi, &c. Tertio modo innocentia accipitur pro ſtatu ſeparato ab omni peccato, & pœna actu, licet aptitudine poſſit, & peccare, & pati, & ſic capitur hic.

Innocentia capitur tribus modis.

Immortalitas capitur duobus modis.

Immortalitas vno modo accipitur, vt omnimoda immutabilitas, cui ſimpliciter repugnat mori, & ſic ſolus Deus eſt immortalis. Alio modo dicitur immortalitas quo ad eſſe ſubſtantiale, non ſeipſo, ſed dono Dei inuariabilitas, ſicut angeli, corpora cœleſtia animæ intellectiuæ quantum ad eſſe ſubſtãtiale ſunt entia inuariabilia, & immortalia, iuxta illud Platonis in Timeo. O dij deorum, quorum ego opifex, idemq; pater: vos ſiquidem opera mea eſtis, natura quidem diſſolubiles, mea autem voluntate indiſſolubiles, & loquitur angelis, quos deos deorum nominat. Tertio modo immortalitas eſt in eo, qui poteſt de ſe non mori, licet poſſit etiam mori, & hoc modo homo in ſtatu innocentiæ fuit immortalis, & ſic quæritur quæſtio.

Op. S. Bona. præſens diſin artic. 2. & 3. q. 1.

S. Bonauentura reſpondet, & dicit, quòd hæc propoſitio, corpus in ſtatu innocentiæ fuit immortale æquiualet huic propoſitioni corpus in ſtatu innocentiæ non potuit mori, & vt ly non cadit ſupra ly potuit in ordine ad iſtud infinitũ mori, & ſic eſt propoſitio falſa, quia in quocũque ſtatu habuit potentiam, quæ conſequitur naturam, & conditionem naturæ humanæ ſic mixtæ. Sed ſi ly non determinat, & cadit ſuper illud infinitum mori, ſic eſt vera; quia iſte actus mori potuit non ineſſe pro illo ſtatu, quamquam ineſſet naturæ potẽtia ad illum actũ. ſ. mori. Diſtinguit etiã S. Bonau. iſtam propoſitionẽ, homo in ſtatu innocentiæ non potuit mori in ſenſu cõpoſitionis, & diuiſionis, & in ſenſu compoſitionis eã concedit, quia ſtante illo ſtatu ei nõ potuit ineſſe mors in ſenſu diuiſionis falſã, quia ſic homo fuiſſet innocẽs, & tamẽ mortuus fuiſſet, quod eſt falſum, & probat tribus rationibus, quòd illa eſt falſa in ſenſu diuiſionis, & vera in ſenſu compoſitionis, ſicut iſta, album ſtante albo poteſt eſſe nigrum eſt falſa, quia ſic facit ſenſum compoſitum, ſed tamen illud quod eſt album poteſt eſſe nigrum.

¶ Sed Sco. contra concluſionem iſtam, ꝙ ſtante ſtatu innocentiæ non potuerit mori arguit, quia in innocentia nihil includit, quod formaliter repugnet mortu, quia voluntas innocentis, iuſtitia originalis non includunt rationem formalem repugnantem morti, nec apparet, quòd illa voluntas, & illa iuſtitia originalis nullo alio poſito poſſint impedire contraria ne agerent in illo ſtatu in corpora talia corrumpendo illa, nullo enim alio poſito, niſi pleno dominio voluntatis ſuper illa corpora, & iuſtitia originali ſi illud corpus eſſet in igne ignis combuſſiſſet illud corpus, nec voluntas habuiſſet dominium ſuper ignem ſic, quòd imperando igni, ignis non combuſſiſſet. Sed contra. Iſidorus dicit, quòd homo innocenter vixiſſet, nec ignis cõbureret, nec aqua ſubmergeret, nec aer ſuffocaret, dico, quòd hoc eſt verum, ſed hoc eſt ex alia cauſa, quàm pleno dominio, &c. ſed, quia Deus non concurreret cum igne ad comburẽdum, ſicut fecit cum Abraam in hur Chaldæorum.

Primus parens habuit potentiam ad mori.

¶ Dicit igitur Doct. quòd primus parens habuit potentiam ad mori. Et cum dicit S. Bonauent. ꝙ ſtante ſtatu innocentiæ non potuit mori, nego, & dico, quòd homo in ſtatu innocẽtiæ illo ſtatu ſtante potuit mori, ſed nunquam tamen illa potentia fuiſſet reducta ad actum. Et patet ex cauſis mortis pro ſtatu iſto, quæ etiam tunc potuiſſent ineſſe, ſed ſi tunc mors ſecuta nõ fuiſſet ex innocẽtia ſola, ſed ex Deo ſic volente principaliter, & ex bonitate hominum tunc exiſtentium, non ex hoc, quia homo habet innocentiam, illa innocentia ſeruaſſet eum, & nota bene hoc, quia in hoc ſtat tota ſolutio q. Nota quid ſit pars ſecundum ſpeciem, & pars ſe-

Quid ſit pars ſecundum ſpeciẽ.

cundum

ſecundum materiam, pars ſecundum ſpeciē eſt pars alicuius notabilis quātitatis habens certa periodū, ſiue durationem, in qua duratione poteſt conuertere alimentum ſibi approximatū virtute animæ in ſui ſubſtantiam, deducendo ad perfectum ſtatum conſeruando ſe in perfecto ſtatu, & ſi aliqua eius pars fluat poteſt reſtaurare deperditum, vt puta cor, vel epar, vel pars notabilis cordis, vel epatis, & quamdiu eſt ſic potens operari dicitur pars ſecundum ſpeciem, ſed cum debilitatur eius calor naturalis, & humidum radicale conſumitur deſinit eſſe pars ſecundum ſpeciem, & fit pars ſecundum materiam, quæ pars fluxibilis eſt, vide rationem. Et cū iſta fuiſſent in illo ſtatu calor naturalis fuiſſet debilitatus, & humidum radicale defeciſſet ſicut oleū in lucerna deficit agente igne in eo. Sed S. Bonauēt. dicit, quòd & ſi in ſtatu illo fuiſſet debilitatio caloris, & diminutio humidi, non tamen tunc fuiſſent mortui, quia habuiſſent fructum ligni vitæ, & comedendo de illo fuiſſent optimè reſtaurati.

S. Bona. vbi ſupra.

¶ Sed arguit Doct. fortiſſimè contra eum, quia ſi calor fuiſſet debilitatus, vt concedit S. Bonauen. ille fructus nō reſtauraſſet, niſi comeſtus fuiſſet cōuerſus in ſubſtantiam nutriti, ſed oſtendit, quòd illud conuerſum non potuit eſſe ita perfectum, ſicut deperditum, quia non poteſt eſſe, quod perfectius, quàm calor conuertens, ſed calor eſt debilitatus ex actione in humidum radicale, & ex illa etiam actione qua conuertit fructum ligni vitæ magis redditur debilis per illam regulam, omne agens phyſicū, &c. Igitur illud conuerſum eſt ſemper magis, & magis imperfectum, & ita humidum radicale imperfectum, & ita tandem redderetur calor inhabilis ad reſtaurandum humidū, & ſic inhabile ad vitā. Sed moreretur ne homo ex hoc? Dicit Doct. ꝙ nō, ſed ante illud tempus transferret eum Deus in paradiſum exultationis. Sed ne quis dicat ipſum hoc dicere ſine ratione oſtendit, quòd illa tranſlatio nō eſſet miraculoſa, ſed iuſta, & regularis, vide rationem Doct. quæ eſt clara. Sed inferius vbi quærit, ſed fuiſſet ne ibi corruptio ex ſecunda cauſa intrinſeca corruptionis, ſcilicet propter ſubtractionem nutrimenti. Dicit Doct. quòd ſtante innocētia particulari in aliquo, vt puta in paruulo, & pater, & mater eſſent nocentes, & mali, ſi non poſſet illa acquirere, nec cognoſceret quid conueniens, & quid diſconueniens moreretur, nec innocentia ſua conſeruaret eum, ſed ſtante innocentia in omnibus nō ſic mortuus fuiſſet, &c. An adultus nocens, patet, quòd non mortuus fuiſſet, ſi alij fuiſſent innocentes, quia data eius malitia, adhuc boni adiuuaſſent eum, fuiſſet tamen tunc vſus rerum communis. Et ſi non ſit bonus pro ſtatu naturæ lapſæ, fuiſſet tamē bonum, quòd omnia eſſent communia pro ſtatu innocentiæ, & fortè non congregaſſent grana, nec vinum, quia fuiſſent in paradiſo, & ita ibi fuiſſent optimi fructus terræ, quos comediſſent in cōmuni plures ſimul, & ſub eadem arbore pomi comediſſent poma vnuſquiſque ad ſufficientiam.

Vide rationem Doctoris.

¶ Sed quia in vltima ſolutione dicit, quòd mors non eſt pœna culpæ, ſed magis eſt condictio naturæ ſic permixtæ. Notandum, quòd ſi Deus creaſſet hominem in puris naturalibus ſine quocunque dono, tunc mortuus fuiſſet, ſicut & bruta, & mors non eſſet ei pœna, ſicut nec brutis, quæ non peccant, ſed quia Deus creauit eum cum donis gratuitis inter quę dona fuit iſtud, ſcilicet ne vnquam moreretur actu, eo quòd Adam peccauit ſpoliauit eū donis gratuitis, & ita expoliauit eum iſto dono, & ita expoliatio iſtius doni data eſt homini in pœnā peccati, & ex ſpoliatione huius doni ſequitur mors, quæ eſt propria conditio naturæ, & ſic poteſt dici pœna, vel ſequela pœnæ, quia ſequitur ad illam expoliationem, & ſic intelligendi ſunt Doctores, qui dicunt eſſe mortem pœnam peccati. Et ad Apoſtolum per peccatum mors, id eſt illa potētia, quæ per Dei donum nunquam fuiſſet reducta ad actum, remoto dono reducta eſt ad actum moriendi.

Expoſitio quomodo ſit data homini. Rom. cap. 5.

Diſt. XX. Quæſtio Prima.

Vtrum filij procreati in ſtatu innocentiæ fuiſſent ſtatim confirmati in iuſtitia originali.

Scotus 2. ſent. diſt. 20. quæſt. 1.
D. Tho. prima parte ſummæ. q. 100.
Riccardus 2. ſent. diſt. 20. quæſt. 3.
Durandus 2. ſent. diſt. 20. quæſt. 5.

QVÆRITVR primò circa vigeſimā diſtinctionem. Vtrum filij procreati in ſtatu innocentię fuiſſent ſtatim confirmati in iuſtitia originali.

¶ Ad quæſt. reſpondet, ponendo talē diſtin. Eſſe confirmatum duobus modis intelligi poteſt, ſcilicet eſſe confirmatum in bono, quòd nō poſſit peccare, ita quòd ly non cadat ſuper ly poſſe, eo quòd & ſi habent naturam eandem quam modo, & liberum arbitrium tamen eſt ſic confirmatū in bono, quòd potentia propinqua peccare non poſſunt, & ſic bene dicuntur in bono confirmati, ꝙ non poſſunt peccare, & iſto modo dicit Doct. primam concluſionem, quòd nullus viator ſic eſt confirmatus, quia ſi eſt viator, igitur eſt in ſtatu merendi, & demerendi, & ex conſequenti poteſt peccare, & ſic diceremus virginem pro ſtatu viæ non ſic fuiſſe confirmatam, aliter enim eſt modo cōfirmata, quàm tunc, quia nunc eſt beata, tunc nō erat beata. Immò dicit Doct. quòd implicat, quòd viator ſit iſto modo confirmatus, quia ſic eſſet beatus, quia potior pars beatitudinis eſt ſecuritas, ſed non potens peccare, & ſciens ſe non poſſe peccare eſt ſecurus de ſua beatitudine: igitur talis non eſſet viator, ſed beatus.

Potior pars beatitudinis eſt ſecuritas.

¶ Præterea obiectum voluntatis viatoris eſt ens limitatum, & finitum, &c. in quo non eſt omnis ratio boni, nec ab illo remouetur omnis ratio mali, & voluntas poteſt deuiare à tali obiecto per aliquā circumſtantiam nō conuenientem tali obiecto, vel operari circa illud ſecundum aliquam circunſtantiam non debitam illi obiecto, & ita peccare. Solū enim beati habent Deum pro obiecto clarè viſo in quo ſolo eſt omnis ratio boni, & in eo nullus defectus boni, & circa tale obiectum voluntas errare nequit, igitur viator non poteſt ſic eſſe confirmatus, vt nō poſſit peccare. Alio modo aliquis dicitur cōfirmatus in bono, quia non peccat in præſenti, nec peccabit in futuro, & iſto modo in iſto ſtatu naturæ lapſæ multi fuerunt confirmati, quia non peccauerunt ſaltem mortaliter, vt ſanctificati in vtero, & Apoſtoli in die Pentecoſtes, iſti tamen potuerunt peccare, & etiam fortè venialiter peccauerunt omnes excepta Virgine Beata, quæ non ſolum mortaliter actualiter, nec mortaliter originaliter, ſed nec venialiter peccauit, de ſancto Io. Bap. eſt dubium, an venialiter peccauerit. Et teneo, quòd ſic, quia ſepties in die cadit iuſtus venialiter, & reſurgit. Petrus Apoſtolus poſt confirmationem peccauit, & venialiter ad Gal. 2. Reſtiti in faciem eius, quia reprenſibilis erat, ſi igitur in iſto ſtatu aliqui ſic fuerunt confirmati, ꝙ nunquam peccauerunt, vt Virgo, quę nullum peccatum commiſit, & alij multi, qui non peccauerunt

Specularetur hæc omnia.

peccauerunt mortaliter, multo magis in illo ſtatu innocentiæ fuiſſent ſic confirmati, quòd nũquam peccaſſent, ſi tamen primæ tentationi reſtitiſſent, ſicut primus parens, &c. Et nota diligenter, quòd Adam ſi victoriam habuiſſet, fuiſſet confirmatus ſic, quòd nunquam peccaſſet, tamen peccare potuiſſet, ſimiliter eius filij. Et ſi quis arguat, ſi poterat peccare ponatur in eſſe, peccat, igitur non eſt confirmatus, & ita videtur, quòd implicet ipſum poſſe peccare, & eſſe confirmatum in bono. Reſpondendum eſt non admittendo, quòd illa de poſſibili ponatur in eſſe, quia iam ſum obligatus ad iſtam, quòd eſt confirmatus, quòd non peccat, nec peccabit, & licet illa de poſſibili ſtet cum iſta de ineſſe, non tamen ſua de ineſſe ſtat cum poſitione poſita, ſcilicet quòd non peccabit, iſta enim contradicunt non peccabit, & peccat, ſicut iſta ſedens poteſt currere ſtant ſimul, non tamen iſta duo ſedens currit, ideo ſi es obligatus ad iſtam Sor. Sedet, & aliquis proponat iſtam, poteſt Sor. currere, concede, ponatur in eſſe, non ponatur, quia iam es obligatus ad tenendum iſtam. Sor. ſedet, ita homines in ſtatu innocentiæ confirmati non peccaſſent, tamen quia fuiſſent viatores, potuiſſent peccare, non tamen iſta ponenda eſt in eſſe, quia es obligatus ad tenendum iſtam. ſ. ſunt confirmati ſic, ꝙ non peccabunt.

¶ Sed ſuppoſito, quòd Adam fuiſſet confirmatus in iuſtitia generans Abel per generationem communicaſſet, ne ei iuſtitiam originalem ſic per generationem transfundendo eam, & communicando eam ſibi. Dico, ꝙ non, quia eſt merè donũ Dei, & non habitum fuiſſet illud donum per generationem, quia iam non fuiſſet donum, generatio enim eſt per modum naturæ, & donatio per modum voluntatis.

Iuſtitia originalis non neceſſitabat volũtatem.

¶ Alia dubia patent. Sed nota in reſponſione ad tertium dubium illam probationem, iuſtitia originalis nõ neceſſitabat ad bonum: inclinabat enim voluntatem ad iſta iuſtè volendo, non tamen neceſſitabat voluntatem, ſicut nec modo gratia, ſi enim neceſſitaſſet ad bonum, nec Adam, nec Eua peccaſſent, ſed de neceſſitate bene operati fuiſſent, & tunc ceſſaſſet meritum.

Cur Deus homo. lib. 1. cap. 18.

¶ Nota etiam illam optimam perſuaſionem, & eſt ratio reſponſiua ad ſecundnm dubium. Auctoritas Anſelm. eſt in contrarium, quia videtur dicere, quòd ſi primam tentationem ſuperaſſet, fuiſſet confirmatus in iuſtitia pro ſe, & ſuis poſteris, ſed ſolutio tertij dubij eſt contrarium. Dicendum eſt, quòd Anſelm. loquitur opinando, non tamen aſſerẽdo, nec probat, ſicut Ariſt. loquitur, quod anima intellectiua eſt immortalis, ſicut opinatur, non tamẽ demõſtrat, ſic nec Anſel. probat, vel ideo Anſel. illud dicit, quia filij in ſtatu innocentiæ mirabiliter fuiſſent adiuti, tum à iuſtitia originali fortiter inclinante voluntatem eorum ad bonum, ſicut modo habitus iuſtitiæ acquiſitus inclinat ad iuſtè volendum iuſta, & quanto habitus eſt perfectior, tanto magis inclinat, tum propter ſolicitam doctrinã parentum, qui docuiſſent filios ſeruare præcepta Dei, quæ ſunt de lege naturæ, vel conformia legi naturæ, quæ lex fuiſſet ſcripta in cordibus eorum, & ita faciliter ſuperaſſent primam temptationem, & tunc fuiſſent confirmati, nec peccaſſent licet potuiſſent peccare.

¶ Ad auctoritatem Gregor. non generaſſent reprobos, concedo, igitur nec generaſſent potentes peccare, negatur conſequentia, immò generaſſent viatores, & ita potentes peccare, qui tamen non peccaſſent. Et quia dictum eſt, ꝙ licet naſcerentur in iuſtitia, non tamen fuiſſent confirmati in illa.

¶ Contra, bonum eſt efficacius malo, concedo. igitur ſicut malum eſt cauſa mali, ita iuſtitia eſt cauſa confirmationis in bono. Doct. dicit, quòd aliquando malum poteſt pluribus nocere, quàm bonum poſſit prodeſſe, & ideo licet peccatum Adę ſit cauſa, quòd omnes naſcuntur in peccato originali, & maledicti, & filij iræ, non tamen iuſtitia originalis poteſt tantum prodeſſe illis, vt illi naſcerentur in iuſtitia confirmati. Vel aliter, & melius ſicut peccatum eſt cauſa confirmationis in malo, ſed mala voluntas naſcentis in peccato originali, ſicut Iudæi, & Pagani confirmantur in illo ex ſuo demerito perſonali, ita iuſtitia in parentibus non eſt cauſa confirmationis ipſius iuſtitiæ in filijs, ſed ſi Abel natus fuiſſet in iuſtitia originali ipſe ſuo merito meruiſſet in illa confirmari, ſuperaſſet enim diabolicam tentationem non acquieſcendo illi, ſed Deo, & legi eius, & in hoc meruiſſet confirmationem ſuam in iuſtitia, & ideo iuſtitia, & peccatum æquatur in hoc, quòd peccatum Adæ nõ eſt cauſa, quòd filius qui naſcitur in peccato originali ſit confirmatus in malo ſic, nec iuſtitia eius fuiſſet cauſa, vt filius naſcens in iuſtitia originali, eſſet confirmatus in iuſtitia originali, ſed ſicut demeritum perſonale eſt cauſa confirmationis in malo, ſic tunc in illo ſtatu meritum perſonale fuiſſet cauſa confirmationis in iuſtitia.

Peccatũ eſt cauſa peccati

¶ Ad vltimum ſic arguitur, ſi vnum oppoſitum, vt calor eſt vnius oppoſiti cauſa, ſic eius oppoſitũ, vt frigus eſt alterius oppoſiti cauſa, vt ſicut calor ꝓducit calorem, ita frigus producit frigus, quæ duo producta ſunt oppoſita, igitur cum peccatum Adę ſit cauſa peccati filiorum, igitur, & iuſtitia Adæ erit cauſa iuſtitiæ filiorum, igitur non dabitur præciſè à Deo, ſed Adam transfundet illam.

¶ Ad iſtud dicit Doct. quòd ſi illa duo oppoſita, ſcilicet peccatum originale filiorum, & iuſtitia filiorum Adæ eſſent à cauſa vniuoca, argumentum concluderet, quod eſt dictu, quòd ſi illi duo effectus quilibet illorum eſſet à ſua cauſa, quæ eſſet vniuoca reſpectu illorum effectuum argumentum valeret, vt calor productus eſt à calore producente vniuocè, & frigus productum eſt à frigore producente vniuocè, ſicut calor eſt cauſa caloris oppoſiti frigori, ſic frigus eſt cauſa frigoris oppoſiti calori producto, vt patet ad ſenſum, ſed dicit, ꝙ non eſt ita hic, quia & ſi peccatum Adæ eſt occaſio peccati filiorum, non tamen iuſtitia eſt cauſa iuſtitiæ, quia iuſtitia nõ eſt cauſa vniuoca iuſtitiæ filiorum, cum ſit à ſolo Deo, ſicut patet, qualitas corrupubilis eſt cauſa qualitatis corruptibilis: igitur qualitas incorruptibilis, quæ opponitur qualitati corruptibili, producet qualitatem incorruptibilem, non ſequitur, quia qualitas incorruptibilis, vt charitas eſt à ſolo Deo, ſic iuſtitia originalis, & ideo negatur ſimilitudo, ꝙ ſi peccatũ eſt occaſio peccati, igitur iuſtitia, q̃ ei opponitur, erit cauſa iuſtitiæ oppoſitæ peccato nõ eſt ſimile, & ideo argumentũ nõ concludit.

Peccatum Adæ eſt occaſio peccati filiorum.

Quæſtio Secunda.

Vtrum in ſtatu innocentiæ fuiſſent illi ſoli geniti, qui nunc ſunt electi?

Scotus 2. ſent. diſt. 20. quæſt. 2.

SECVNDO quærit Doct. Vtrum in ſtatu innocentię fuiſſent illi ſoli geniti, qui nunc ſunt electi.

IBI. Dico, quòd ſoli, &c. Nota bene hanc rationem Doct. hic. & 41. diſt. primi. Sed difficultas oritur de multis damna-

damnatis, nam ab æterno voluntate conſequente ſunt voliti vt producantur in eſſe, & talis voluntas non poteſt impediri, vt patet à Doct. in diſtin.46. primi, & in ſecundo. diſtinctio.37. ſi ab æterno ſic ſunt voliti, quomodo in ſtatu innocentiæ non fuiſſent nati, & ſi ſic non ſolum electi nati fuiſſent.

Dico licet iſta materia alibi eſſet pertractāda, quòd eſt recurrendum ad id quod dicit. Doct. in primo diſt.41. & in tertio. diſt.19. ſcilicet, quòd in primo ſigno prædeſtinauit quos voluit prædeſtinare, & in tali ſigno habuit actum negatiuum circa reprobatos, in ſecundo ſigno præordinauit gratiam cui cunque prædeſtinato, & habuit tunc actum negatiuum circa reprobatos, in tertio ſigno præuidit aliquos electos caſuros, & ſimiliter omnes reprobos. Dico ergo, quòd in illo primo ſigno tantum offerabantur voluntati diuinæ electi, ita quòd primo illos prædeſtinauit ad vitam æternam. & in alio ſigno voluit illos eſſe in ſtatu innocentiæ, & nullū actum habuit circa reprobatos vel reprobandos, nec quantum ad reprobationem, nec quantum ad exiſtentiam eorum, & ſic illi nati non fuiſſent. Si dicatur. Nonne præuidebatur prius creatura rationalis producenda in eſſe exiſtentiæ quàm fuerit prædeſtinata, vel reprobata. Dici poteſt, quòd nō, & confirmatur dictis in Doct. in tertio diſtinctio. 7. q. vlt. licet enim vt dicit ibi Doct. prædeſtinatio communiter terminetur ad aliquā perſonam. (Et dico communiter, quia prædeſtinatio animæ Chriſti terminabatur ad naturam, non autem ad perſonam, quia in tali vnione erat tantum vna perſona ſcilicet diuina, quæ non prædeſtinabatur.) Non tamen ſequitur, quòd talis perſona fuerit prius volita quo ad eſſe exiſtentię, imaginor enim ſic, quòd ſicut intellectus diuinus offerabat voluntati diuinæ omnes propoſitiones poſſibiles pertinentes ad eſſe exiſtentiæ, ſic etiam omnes naturas rationales poſſibiles, & ſic in facultate voluntatis erat determinare, ſiuè determinatè velle tot quot volebat produci in eſſe exiſtentiæ, non enim omnia poſſibilia ſibi oſtenſa fuerunt volita à voluntate diuina, quia illa tunc euenirent, mille enim mundi etiam iſto nobiliores ſunt ſimpliciter poſſibiles, & tamē non ſunt voliti. Dico ergo ad propoſitum, quòd intellectus diuinus obtulit voluntati diuinæ omnes creaturas rationales beatitudinis capaces oſtēdēdo illas voluntati diuinæ in eſſe cognitio, & etiā oſtēdēdo ei beatitudinē poſſibilem in eſſe cognito, & tunc voluntas diuina in primo ſigno prædeſtinauit quos voluit, & in ſecundo ſigno omnes prædeſtinatos ad gloriam prædeſtinauit ad gratiam, & in tertio ſigno voluit omnes electos pro tempore debito habere eſſe exiſtentiæ, & in iſtis ſignis nullū actum habuit circa nunc damnatos, & in quarto ſigno offerebatur ei Adam caſurus & amiſſurus iuſtitiam originalem, & in tali ſigno offerebatur Iudas, & alij damnati in ratione peccatoris, & in tali ſigno nullum actum poſitiuum habuit, nec circa Adam, nec circa Iudam, & in hoc ſigno terminauit iterum dare gratiam Adæ, & omnibus electis lapſis, & in tali ſigno, quia præuidit Iudam finaliter obſtinatum ipſum reprobauit, & poſt voluit ipſum eſſe in eſſe exiſtentiæ pro tempore à ſe determinato, & ſicut dico de Iuda, hoc idem dico de omnibus alijs damnatis. Et ſi in ſecundo ſigno in quo Adam, & omnes electi prædeſtinati fuerūt ad gratiam, & iuſtitiam originalem ſtetiſſent, ſolū illi nati fuiſſent, & nullum actum voluntas diuina habuiſſet circa nunc damnatos. Sed eſſet difficultas de Angelis damnatis, ex quo voluntas diuina in primo ſigno omnes prædeſtinauit quos voluit, & in tali ſigno nullum actum habuit circa reprobatos, an ſi Adam præuiſus fuiſſet non caſurus, ſi angeli mali creati fuiſſent. Dico, quòd in his quæ mere pertinent ad voluntatem diuinam multa ſunt probabilia propter libertatem illius voluntatis, probabile eſt enim, quòd ſicut tantum homines prædeſtinati nati fuiſſent, & propter lapſum ipſius Adæ multi alij nati ſunt, qui non ſunt electi, ſic etiā ſi Angeli electi, & omnes alij electi vt homines tantum ſunt præuiſi caſuri, probabile videtur, quòd ſolum illi creati fuiſſent, eſt etiam probabile, quòd quamuis nullus electorum ſit præuiſus caſurus, quòd Angeli mali fuiſſent creati vt maior diuinæ voluntatis manifeſtetur iuſtitia. Sed quicquid ſit, vnum firmiter ſcimus, quod voluntas diuina poteſt velle, omne, quod non implicat contradictionem, & velle ſuum ad extra eſt abſolutè tantæ rectitudinis, quòd nullam præſupponit regulam etiam in intellectu diuino) cui oporteat conformari, vt patet à Doct. in vltima quæſtione prologi. Suſtinendo ergo, quòd tantum electi nati fuiſſent. Dicit Doctor. quòd poſterius vult iſtum beatificabilem eſſe naſciturum à tali parente. Et addit. Si prius ſunt beatitudini determinati quàm, quòd naſcantur à talibus parentibus per quoſcunque parentes naſcantur, ex quo habent rationem poſterioris, huiuſmodi parentes non poterunt variare beatificandos determinatos à voluntate diuina, quin idem in numero naſcantur. Iſta verba ſunt notanda cum videantur ſibi implicare. Nam dicit primo, quòd electus prædeſtinatus fuit naſci à tali parente, puta. S. Franciſcus prædeſtinatus fuit naſci à tali parente, parens autem nunc fuiſſet electus, & tamen conſtat, quod pater eius fuit reprobatus. Et ex alia parte dicit, quòd ex quibuſcunque parentibus naſcantur &c. Dico, quòd ſi Adam præuiſus fuiſſet ſicut ſanctus Franciſcus prædeſtinatus fuiſſet naſci à tali parente, puta ab alio quàm à Petro Bernardono. Sic ēt natus fuiſſet, &, ꝙ modo ſit nat[9] ab alio hoc non contradicit primo dicto, quia ſi Adam non fuiſſet præuiſus caſurus, tamen electi nati fuiſſent à determinatis parentibus, ſed, quia Adam poſt præuiſus eſt caſurus multi alij ſunt voliti in eſſe exiſtentiæ à voluntate diuina quàm ſoli electi, & ſic multi electi nunc nati ſunt à parentibus reprobis, & hoc etiam præſciuit intellectus diuinus, ſed non ante præuiſionē lapſus ipſius Adæ. Et addit Doct. ꝙ ille idē q nūc natus eſt à reprobo eſſet idē numero, ſi nat[9] fuiſſet ab alio patre electo.

Vide ſigna doctoris. — *Doctrina ſingularis & ſubtilis.* — *Dubium.* — *De patre noſtro Franceſco petrus Berardonus pater ſancti patris Franciſci.*

¶ Ibi. Dico ſicut dictum eſt &c. Hic dicit Doct. ꝙ fuiſſet idem numero, & probat, quia eadem anima fuiſſet, & etiam eadem materia ex qua generatus fuit, nam eadem materia nunc, quæ eſt ſub forma talis alimenti, puta panis vel gallinæ potuit tempore innocentiæ eſſe ſub forma pomi, vel huiuſmodi, ſicut ergo nunc ex tali alimento generatur tale ſemen puta ex pane, ita tunc eadem materia panis exiſtens ſub forma pomi ex tali materia potuit generari tale ſemen. Nam in generatione ſeminis corrumpitur forma alimenti, & in materia illa producitur forma ſeminis.

¶ Ibi. Dico, quòd non oportet &c. Dicit Doct. quòd ad vnitatem numeralem in effectu non requiritur, quòd talis effectus ſic ſit ab vno agente determinato, quòd ſi etiam eſſet ab alio non eſſet idem numero. Et ponit caſum, ſit ignis. a. virtutis vt duo, & gignat ignem. b. in materia ligni, & ſit alius ignis ſcilicet c. eiuſdem virtutis, & in eodem inſtanti, quo. a. generaret. b. generaret ipſum. b. certum eſt, quòd ipſum. b. eſt idem in numero quamuis ſit producibile à diuerſis cauſis Doct. enim dicit, quòd ſufficit vnitas materiæ, ſed bene aduertę, quia ſi ignis in materiam ligni pro-

duceret ignem.b.& ignis.c.produceret aliūignē in materia ligni corrupto primo igne, hic ignis genitus non eſſet idem numero cum alio producto. Aliter Doct.ſibi contradiceret in diſtin.3.huius ſecundi.Si verò materia ligni transmutaretur ſimpliciter ad eandem formam numero eſſet ſimpliciter idem numero,licet eadem materia nata eſſet tranſmutari ad eandem formam ab alio , & alio agente.

Aduerte & bene.

Diſt. XXI. Quæſtio Prima.

Vtrum peccatum primi hominis potuerit eſſe veniale?

Seraphicus Bonau. 2.*ſent.diſt.*21 *art.*3.*q.*1.
Scotus 2.*ſent.diſt.*21.*quæſt.*1.
*D.Thomas prima ſecundæ q.*89.*art.*3.
Alexander de Ales ſecunda ſecundæ collatione de peccatis.
Riccardus 2.*ſent.diſt.*21.*quæſt.*1.
Franc.de May. 2.*ſent.diſt.*31.*q. vnica.*
Durandus 2.*ſent.diſt.*6.21.*q.* 3.

CIRCA iſtam di.vigeſimamprimam quærit Doct.duo. Primum. Vtrum primū peccatū potuerit eſſe veniale idest an iſta conſequentia ſit neceſſaria vel non Adam ſit in ſtatu innocentiæ poterat peccare, igitur peccatum ſuum eſt mortale. Et oſtendit Doct.quòd non valet iſta conſequentia,immò ſtat,quòd peccatum ſuum primū fuerit veniale,licet de facto peccatum ſuum fuerit mortale. Veniale peccatum dicitur vel à venio venis, quia venit in mentem præter intentum ; & ex ſurreptione, vel veniale dicitur, quia vel ex infirmitate vel ignorantia committitur, & ſic dicitur, veniale à venia.

Vnde dicatur peccatū veniale.

¶ Arguit Doct.probando,quòd non fuit neceſſe, quòd primum peccatum Adæ fuerit mortale, quia rectitudo iuſtitiæ magis repugnat peccato mortali quàm veniali , & tamen non obſtante illo ſtatu,& illa rectitudine illius ſtatus potuit peccare mortaliter, igitur, & multomagis potuiſſ peccare venialiter,& ſtare in illo ſtatu,quia non reuideretur (ſi ille ſtatus corrumperetur ex peccato veniali) quod magis repugnaret illi mortale peccatum quàm veniale,quod eſt falſum. Item non eſt tranſitus ab vno eſtremo in aliud extremum,niſi tranſeundo per medium, ſed extrema ſunt iuſtitia originalis,& peccatum mortale , igitur oportet tranſire per peccatum veniale,ſi argumentum hoc cōcludat nihil cūcludit,qa illa maior nō eſt vera, niſi vbi medium eſt conditio neceſſaria requiſita neceſſariò inter extrema , ſicut medium inter duo, vbi non poteſt fieri tranſitus &c. Sed ſi medium non eſt conditio neceſſaria non oportet , & maximè reſpectu cauſarum , liberè agentium ſicut eſt voluntas,ipſa enim poteſt tranſire à iuſtitia ad peccatum mortale non peccando venialiter.Si tamen argumentum concludat , quòd voluntas poteſt tranſire per illud medium ſcilicet per peccatum veniale primo,& ſic concedo argumentum, & ſic debet ſcribi in doctore.

Alexander de Ales in ſecūda ſecūda collatione de peccatis vide D.Thomam prima ſecunda. q. 89. artic. 3.

¶ In contrarium arguitur.

PONITVR Opi.domini Alex.de ales.& S. Tho.qui tenent,quòd in illo ſtatu innocentiæ non potuit eſſe aliquod peccatum veniale,quia ibi fuit ſumma rectitudo poſſibilis homini haberi in illo ſtatu, quo creatus fuit Adam ſummæ rectitudini repugnat quantuncūque modica obliquitas , quia illa tollit ſummum gradum rectitudinis,& peccatum veniale eſt aliqualis obliquitas, & peccatum veniale non poteſt corrumpere ſtatum innocentiæ, igitur omnis obliquitas quæ corrupiſſet illum ſtatum fuiſſet obliquitas mortalis . Et ſecundo probant , quia vires inferiores non ſunt deordinatæ.

¶ Sed Doct. duabus rationibus arguit,quia gratia, quæ nos in illo ſtatu coniungit Deo , non eſt minoris perfectionis,quàm iuſtitia originalis fuerit in illo ſtatu , & tamen cum gratia in iſto ſtatu ſtat peccatum veniale in viris perfectiſſimis , vt in Ioanne euangeliſta. Si dixerimus,quia peccatum non habemus &c.igitur in illo ſtatu potuit eſſe culpa venialis cum iuſtitia originali , non enim videtur eſſe maior repugnantia peccati venialis ad iuſtitiam,quàm ad gratiam,& ad gratiam non habet quin poſſit ſtare cum ea, igitur,& poteſt ſtare cum iuſtitia originali.In diſtinctio.29.habebimus quomodo iſte duæ virtutes ſe habent ſicut excedens,& exceſſum.

¶ Item ſecundo ſupponit Doctor.quòd aliquis actus ex ſuo genere ſit peccatum veniale,ſicut dicere verbum ocioſum . Item ſupponit, quòd Deus non obligaſſet homines in ſtatu innocentiæ ad minus difficile,vt non præcipiſſet eis vt non dicerent verbum ocioſum,nec etiam præcepiſſet vt ſemper facerent,quòd melius,& expedientius eſt, ſed tantummodo obligaſſet eos ad decem præcepta , ad quæ nos nunc obligauit , tunc Adam potuiſſet dicere verbum ocioſum , & illud ex ſuo genere eſt peccatum veniale , & non mortale, igitur.Nec valet dicere, ille ſtatus fuiſſet perfectiſſimus , concedo loquendo de ſtatu via torum , igitur in illo non fuiſſet peccatum veniale , nego conſequentiam , nonne in iſto ſtatu fuerunt homines ita perfecti , ſicut fuiſſent in illo ? & in iſto venialiter peccauerunt,quare non in illo, cum peccatum veniale non tollat perfectionem ab eis?

IDEO Reſpondet Doct.ad.q. oſtendendo qd ſit peccatū mortale;& quid peccatū veniale,& deinde reſpōdet per duas vel tres cōcluſiones.Primo dicit,ꝙ peccatū mortale,& veniale nō diſtinguitur per hoc,ꝙ mortale eſt circa finē, & veniale eſt circa ea quæ ſunt ad finē tantum, & non circa finē , quia vtrunque peccatum poteſt eſſe circa finem,& circa media ad finem,& ita non ſunt iſtę differētiæ quibus cōſtituantur in eſſe. Sed in hoc differūt , ꝙ peccatū mortale eſt deordinatio oppoſita ordinationi, ſine qua ordinatione quis non poteſt cōſequi finē, & huiuſmodi ordinationes neceſſariò requiſitæ ad cōſequēdū finem ſunt decē præcepta legis. Sunt enim decem leges,decem viæ per quas neceſſe eſt nos ambulare,& peruenire ad patriam cęleſtem , iſtæ ordinationes cadunt ſub præcepto vt fiant,& neceſſe eſt nos ſic eſſe ordinatos vt Deum adoremus latriè , ei credamus , in eo ſperemus, & ipſum ſuper omnia diligamus, & extenſiuè,& intēſiuè,vt dicetur in.3.d.27.art.3. Et ſimiliter eius nomen nos oportet honorare non aſſumendo illud in teſtimonium falſitatis,& ſic de aliis præceptis,& iſtę ordinationes ſic ſunt ſub præcepto , ꝙ etiā deordinationes oppoſitæ ſunt ſub præcepto ne fiāt, & ſi quis ſit illis deordinationibus deordinatus eſt in peccato mortali,ſic,quòd furtum faciens mortaliter peccat. Et ſic ſunt decem præcepta peccata mortalia oppoſita iſtis decem præceptis. Deordinatio autem quæ eſt peccatum veniale non cadit ſub præcepto , nec ordinatio oppoſita eſt neceſſaria ad ſalutem,ſicut nō dicere verbum ocioſum eſt ordinatio

Quid ſit peccatum mortale & veniale.

Decem leges ſunt.

ordinatio expediens,& per quam facilius,quis cõſequitur vitam æternam,tamen ſine illa ordinatione poteſt quis ſaluari, quia ſeruando legem Dei, ſufficit iuxta illud Chriſti.Hoc fac,& viues ſcilicet dilige Deum ſuper omnia,& proximum ſicut teipſum.Ex hoc patet, quòd ſolum facere contra decẽ præcepta eſt peccatum mortale.Facere autem cõtra conſilia, & contra alia præcepta quæ non ſunt de neceſſitate ſalutis quis, non mortaliter peccat. Nec ſequitur. Iſte non facit ſecundùm conſilium, nec ſecundùm præceptum non neceſſarium ad ſalutem,igitur deficit à fine vltimo, negatur conſequentia,ſequitur tamen,talis ſic operans venialiter peccat, igitur talis non procedit meliori modo quo poteſt,hoc eſt verum,& hoc eſt venialiter peccare,& conuertuntur.

Mirabilis doctrina.

¶ Doct.igitur dicit ponendo hanc concluſionẽ. Adam potuit non tantum exercere actum deordinatum contra præceptum,& ſic mortaliter peccare vt peccauit, ſed etiam potuit exercere actum contra conſilium tantum,& ſic venialiter peccare. Et hoc dicit Doct. dupliciter potuit facere contra conſilium,vel negatiuè non faciendo illud, quod conſilium dicit eſſe faciendum, immò contrariè faciendo aliquid retardans à præmio, quia peccato veniali debetur pœna, quæ poteſt hominem retardare à beatitudine, ſicut in ſtatu iſto ſor.mercator ſeruans diuinam legem non ſecundùm illud conſilium facit. Vade, & vende omnia quæ habes &c.immo facit aliquid retardatiuum,quia implicat ſe mercantijs, quibus implicitus minus eſt aptus Deo promptè ad ſeruiendum, & ſi venialiter peccat,non tamen mortaliter, quia non facit contra aliquam illarum decem ordinationũ quæ ſunt de neceſſitate ſalutis.

Adam peccauit mortaliter.

¶ Primum argumentum in oppoſitum, & argumentum primum opi.eandem habent vim,& ideo ſoluendo vnum ſoluitur reliquum, ideo pro ſolutione primi argumenti opi. eſt notandum, quòd duplex eſt rectitudo vna habitualis, alia actualis. Rectitudo habitualis dicitur eſſe quidam habitus in voluntate hominis iuſti, & recti,qui habitus inclinat ad iuſta iuſtè volendo, & voluntas ſic habitualiter dicitur habitualiter velle iuſta iuſtè, & ſic iuſtus dormiens habitualiter vult iuſta iſto modo in ſtatu innocentiæ,Adam habuiſſet iuſtitiam originalem inclinantem voluntatem Adæ ad humiliter volendum iuſta.Sed quæ fuiſſent obiecta illius iuſtitiæ originalis, ad quæ inclinaſſet voluntatem ad volendũ?Dico, quòd decem ordinationes quæ cadunt ſub decem præceptis diuinæ legis, & illæ decem ordinationes ſunt ex intentione præcipientis, & in ſe habent neceſſitatem à præcipiente vt fiãt,& aliter nullus dicitur rectus, nec iuſtus,& iſta includuntur in latitudine illius ſummę rectitudinis,quæ fuiſſet in ſtatu innocentiæ. Vtrum autem ordinatio quæ cadit ſub conſilio ſcilicet non dicere uerbum ocioſum pertineat ad huiuſmodi latitudinem ſummæ rectitudinis. Dico, quòd non, quia ſic non ex intentione conſulentis vt ſit neceſſariò requiſita ad ſalutem, nec ad illam rectitudinem,ſed illa ordinatio conſilij eſt alia,diſperata ordinatio à prima, & ideo, quis poteſt eſſe ſummè rectus rectitudine neceſſaria,dato,quòd non ſit rectus, nec ordinatus ſecundùm illam ordinationẽ conſilij ſicut intellectus poteſt eſſe certus de.a. cõcluſione,& tamen dubitare de.b.cõcluſione & tantum opinari de illa,nec tamen minuetur de.a.concluſione,ita hic à ſimili quis non erit ſeruans conſilium,& tamen erit rectus rectitudine pertinente ad ſalutem Tunc reſpondet Doct.quòd peccatum mortale plus repugnat illi ſummæ rectitudini habituali quàm peccatum veniale, patet, quia peccatum veniale non opponitur alicui illarum decem ordinationum pertinentium ad illam rectitudinẽ neceſſariam ad ſalutem, & tamen peccata mortalia illis directè opponuntur,igitur poteſt ſtare tota illa rectitudo cum peccato veniali cum ei non opponatur, non ſic poteſt ſtare peccatum mortale, quia opponitur alicui illarum decem ordinationũ requiſitarum ad illam ſummam rectitudinem.Dicit etiam Doct. quòd peccatum veniale non repugnat actuali rectitudini, actualis rectitudo eſt illa quæ eſt in actu noſtro voluntatis, qui actus eſt cõformis rationi rectę ſine dictamine legis diuinæ,vt quis prædicans populo principaliter ex charitate, tamen in actu illo prædicandi oritur motus leuis inanis gloriæ, quia appetit laudari à populo, non principaliter propter illud mouetur ille meretur, & tamen venialiter peccat, repugnat igitur veniale peccatum ſolum ſuæ ordinationi,quæ cadit ſub conſilio, non autem repugnat alicui ordinationi, quæ cadit ſub præcepto,ideo licet non poſſit ſtare cum ordinatione cui opponitur,& illam deſtruat, non tamen deſtruit ordinationes cadentes ſub præcepto,quare quis poteſt eſſe perfectè ordinatus ordinatione neceſſaria ad ſalutem,qualis fuiſſet in ſtatu innocentiæ,& tamen venialiter peccare.Et ſi dicas etiam beatũ poſſe peccare venialiter,eo, quòd veniale peccatum non opponitur.

Quæ ſit rectitudo habitualis.

Deſtrimẽ eſt inter peccatum mortale & veniale.

¶ Reſpõdet Doct.ponendo caſum,quòd deus ſi dimitteret beatum ſibi,poſſet peccare, ſiuè poſſet in verbum ocioſum, ſed illud verbũ eſſet ſibi peccatum mortale,eo quòd beatus habet præceptum de ſemper operando optima,& de ſemper eliciendo optimum actum beatificum quantum poteſt, ſed exiſtens in ſtatu innocentiæ fuiſſet in via,& nõ in termino,& ipſe non habuiſſet præceptũ de ſemper faciendo optima,ideo peccatum Adæ nõ fuiſſet mortale virgini Catherinæ,ſic quòd beati tenẽtur adimplere in patria illud præceptum. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde, & ex omnibus viribus tuis, ita quòd tenentur colligere omnes vires in vnum,& ſecundũ illas ſemper Deũ diligere,vide S.Bonauen.in 3.diſt.27.q.vlt.Nota illud, quod dicit Doct. ſi beatus dimitteretur ſibi, quia in rei veritate,& confirmatus,quòd non poteſt peccare, nec mortaliter,nec venialiter, igitur, peccatum veniale non poteſt eſſe in eo.

Beati tenentur adimplere illud præceptum diliges dominũ &c.

¶ Ad ſecũdum de viribus &c. Dicendum,quòd ſi Adam fuiſſet Deo obediens, & potentiæ ſenſitiuæ inferiores fuiſſent obedientes voluntati,ſed, quia voluntas non fuit obediens Deo, datum eſt ęt in pœnam ſecundum Aug.vt vires inferiores nõ obediant ei.Et ideo Doct.concedit,quòd ſi vires ſuperiores, vt intellectus,& voluntas fuiſſent ordinatæ in Deum in viribus ſenſitiuis nulla fuiſſet deordinatio,ideo prima deordinatio fuit in viribus ſuperioribus,quia Adam elegit magis complacere vxori,quàm placere Deo,& ideo primo ibi fuit deordinatio de facto Doct.tamen dicit,quòd nõ oportuit vt illa deordinatio in Deum fuiſſet peccatum mortale,quia circa Deum poteſt eſſe peccatum veniale.Et dat exemplum Doct.vt ſiquis in ſuperiori portione, quæ immediatè reſpicit Deum habeat aliquem motum ſurreptiuum, & leuem contra articulum de trinitate, non propterea ille peccat mortaliter ſed venialiter, & ita prima deordinatio potuit fuiſſe venialis in portione ſuperiori. Et nota,quòd portio ſuperior eſt intellectus, & voluntas, vt ſcilicet immediatè reſpiciunt Deum, portio verò inferior eſt idem intellectus,& eadem voluntas vt reſpicit obiectum creatum, hoc patebit diſtinctio.24.huius.

Exemplum.

¶ Ad aliud de pœna dico, quòd peccato veniali non debet mors, nec æterna, nec corporalis, potuit vero Adam, & filij ſui in illo ſtatu peccare venialiter, & puniri citra mortem corporalem, vtputa habendo diſplicentiam de illo peccato, vel aliquid huiuſmodi, & hoc non repugnabat illi ſtatui. Et ſi dicas illi ſtatui non debebatur pœna, concedo, pęna quæ eſt mors, ſed non eſt verum de alijs pœnis maximè voluntariè ſumptis pro peccato veniali. Vel dic, quòd ſicut modo peccans venialiter illi peccato propriè non debetur pœna, ſed committens peccatum veniale eſt debitor alicuius actus charitatis feruentis. vtputa, quis modicum plus debito bibit, tenetur cum feruentiori charitate dicere horas ſuas, ſi ſit clericus, vel pater noſter ſi ſit ſecularis, vel alias ſuas orationes, ita in illo ſtatu qui peccaſſet venialiter conuerſus ad Deum feruentiori modo adoraſſet eum, & reliqua.

Nota & bene.

Quæſtio Secunda.

Vtrum peccatum Adæ fuerit grauiſſimum.

Seraphicus Bonau. 2. ſent. diſt. 21. q. art. 3.
Scot. 2. ſent. diſt. 21. quæſt. 2.
Riccardus 2. ſent. diſt. 23. q 1.
Durandus 2. ſent. diſt. 21. q. 2.
Franciſcus de Mayr. 2. ſent. diſt. 31. q. vnica.

SECVNDO quæritur. Vtrum peccatum Adę fuerit grauiſſimum. Hic ſunt tres articuli. Primus declaratus fuit partim. diſt. 6. q. 2. vide ibi de velle, & nolle. Hic nota differentiam, quare primum peccatum Angeli potuit fuiſſe inordinatus amor ſui, non ſic potuit peccare, Adam, ſed primum peccatum Adæ fuit amor amicitiæ vxoris ſuæ inordinatus. Vide autoritatem beati Aug. Nota, quòd primò non potuit peccare amore concupiſcentiæ vel libidinis circa vxorē, quia nulla adhuc erat libido, quia illa eſt ſequela peccati ad iſtum amorem amicitiæ inordinatum vxoris, ſequebatur grauius peccatum ſcilicet velle complere illud, quod non licuit ſcilicet velle comedere de pomo vetito. Ibi nota, quòd ſe cluſo præcepto diuino de nō ædendo pomū, peius fuiſſet dicere verbum ocioſum quā comedere de illo pomo, quia dicere verbū ocioſum eſt ex ſuo genere actus peccati venialis, ſed comedere de illo pomo non eſt ex ſe peccatum, nec eſt de lege naturæ. Ideo dicit Doct. quòd eſus pomi non erat ex natura rei quid malum, nec illud fuit præceptum ex natura rei, nec de lege naturæ, quaſi eſſet circa aliquid, quod de ſe eſt malum, ſed tantum fuit malum ędere, de illo, quia ſolum à Deo, prohibitum ad experiendum eorum obedientiam vt nobis appareret (non Deo, quia omnia ſciebat) quòd ingrati exiſtentes tantorum bonorum, & beneficiorum nō obedirent, peccatum igitur primum Adæ fuit in velle volendo ſcilicet, & amando vxorem amore amicitiæ inordinato, quod factum fuit vt magis vellet diſplicere Deo, quàm vxori, & ita inductus ab eo comedit. Eſt enim veriſimile cum ipſa fuerit ſeducta, & crediderit diabolo ſe poſſe conſequi æqualitatem Dei, & conſequi etiam ſcientiam boni, & mali, ſi vir ſuus vna ſecum comederet, acceſſit ad Adam, & dixit ei vt comederet ipſo nolente triſtis effecta ſit videns ex hoc ſe non poſſe conſequi, quod credebat ſcilicet æqualitatem Dei, Adā videns ipſam meſtam, credidit, quòd ſi non conſentiret ei tabeſceret, & ex triſtitia veniret ad maciem, immo à ſe derelictam omnino interiret, maluit Deo diſplicere quàm vxori, & huius cauſa fuit inordinatus amor amicitiæ ad eam, non amor cōcupiſcentiæ, nec libidinis, quia illa nondum erant in Adam cum eſſet innocens, ſed grauiter errauit ſecundum Sanctos, quia debuit eam corrigere, & docere, quòd propter eſum illius ligni nou conſequeretur æqualitatem Dei, nec ſcientiam æqualē ſcientiæ Dei, quia ipſe non fuit ſeductus ſecundū Pau. ad Corin. ſecundo, & ita ille non credidit, ſed non corripuit, & quis ſit quòd eam non corripuerit, ſed mulieres aliqua affectione affectę non de facili ſuſcipiunt diſciplinam, magis enim credidit diabolo quàm viro.

Primum peccatum Adæ. Super Gen. cap. vltimo.

¶ Secundus articulus eſt de grauitate adæ vbi nota, quòd duobus modis vnum peccatum comparatum ad aliud dicitur grauius alio. Vno modo quādo vnum peccatum, vtputa, blasfemia Dei opponitur maiori bonitati, quàm aliud peccatum, vtputa, blasfemia parentum. Primum peccatum eſt grauius ſecundo, quia contra Deum, & ſecundùm eſt contra patris perſonam. Si etiam blaſfemans Deum adoraret Deum actum meritorium optimum faceret, & magnum gradum gratiæ acquireret, & magnum gradum gloriæ. Si ſimiliter Blasfemans patrem eum honoraret, actum meritorium, gradum gratiæ, & glorię acquireret, non tamē ita bonum ſicut adorans Deum, vterque blasfemando bonum illud perdunt, tamen vnus maius bonū perdit altero, & ſic vnus grauius altero peccat, peccatum Adæ iſto modo non fuit grauiſſimum, quia non opponebatur ſuę bonitati, nec ſi obediēs fuiſſet tantum bonum acquiſiuiſſet quantum ille qui Deum adoraſſet. Alio peccatum dicitur grauius altero peccato, quia vnum eſt contra bonitatē magis neceſſariam quàm aliud peccatum, & dicitur bonitas vna magis neceſſaria altera bonitate, vtputa, bonitas aliqua cadit ſub præcepto legis naturæ, & legis diuinæ ſimul, alia bonitas cadit tantum ſub præcepto legis diuinæ, prima bonitas dicitur magis, neceſſaria quàm ſecunda; & peccans contra illam bonitatem grauius peccat, quàm peccans contra ſecundam tantum. Exemplum. Nam interficere quemquam eſt prohibitum lege diuina & lege naturæ ſimul, & ſemel. Concupiſcere eſt tantum prohibitum lege diuina, & non naturę. Interficiens enim grauius peccat quàm concupiſcens Bertam ad fornicandum. Salomon enim comparans furtum adulterio dixit adulterium eſſe grauius furto, quia contra rem magis arduam. Iſto modo etiam peccatum Adæ non eſt grauiſſimum, quia non fuit contra bonitatem magis neceſſariam, quia non comedere de illo pomo, non fuit bonitas maximè neceſſaria, quia non cadebat, niſi ſub præcepto diuino, non autem ſub præcepto legis naturæ. Oſtendit etiam Doct. in littera, quòd diligere vxorem inordinate non fuit grauiſſimum peccatum, quia non contra illud. Diliges dominum Deum tuum, nec contra ſecundū maximè neceſſarium, & arduum poſt primum ſcilicet. Diliges proximum tuum &c. Et patet, quia exceſſus de diligendo Deum non eſt contra illud præceptum de dilectione proximi, ſed bene odire proximus eſt contra illud præceptum, nec etiam exceſſus de dilectione proximi eſt directè contra illud præceptum de dilectione Dei, ſed bene odium Dei, ſi ſit poſſibile. Exceſſus igitur dilectionis proximi, vt puta vxoris in Adā non fuit contra illud præceptum, nec etiam eſt tantum contra ſecundùm de dilectione proximi, ſicut odium proximi, grauius igitur peccatum

Scotus muliebris debilis.

Vnum peccatum eſt grauius altero duobus modis.

Exemplum.

catum eſt odire proximum, & odire vxorem, quam excedere in diligendo vxorem: igitur illud primum peccatum, quo Adam peccauit, diligendo inordinatè vxorem, non fuit grauiſſimum, quia non fuit contra illa duo præcepta, maximè neceſſaria, nec ex conſequenti contra illam bonitatem maximè neceſſariam. ſ. diligere Deum, & proximum.

¶Item nota, quòd peccata legis diuinæ, aut ſunt de lege naturæ ſtrictè ſumpta, aut de lege naturæ, quia conformia legi naturæ, & ita cadunt ſub duplici negatione bonitatis correſpondentis illis præceptis, & ita ſunt bonitates neceſſariæ, fortè illud præceptum de non concupiſcendo non eſt de lege naturæ: iuxta illud Pauli. Concupiſcentiam neſciebam eſſe peccatum, niſi lex diuina diceret. Nõ concupiſces. Alia ſunt de lege naturæ, & diuinæ ſimul, ſed præceptum de non edendo pomum tantum de lege diuina fuit, & nullo modo de lege naturæ, & ideo illa bonitas non edere, &c. non fuit multum neceſſaria.

¶Tertius articulus eſt de comparatione peccati Adæ ad peccatum Euæ. Et ſimpliciter loquendo peccatum Euæ fuit grauius, quia ſi Adam, & Eua eſſent damnati quilibet pro peccato illo grauius puniretur Eua, quàm Adã, quia ipſa appetijt æqualitatem Dei, non Adam, quia non credidit, nec appetijt.

Peccatum Eua fuit grauius peccato Adæ.

¶Nota inferius, quòd tẽtatio extẽtior qualis fuit illa Adæ, quæ facta fuit per mulierem faciliori modo vincitur, quàm tentatio interior, quæ eſt tentatio carnis, quæ de noſtro contra nos roboratur. Diabolus tentauit Euam, Eua tentauit Adam, cum igitur Adam eſſet fortior Eua, & circumſpectior, quia ad plura aſpiciens, & nobilior, quia minori tẽtatione tentatus, quàm Eua ciciderit, hoc eius peccatum aggrauat, tamen ſimpliciter, & in ſe, conſiderando vtrumque peccatum, peccatum Euæ fuit maius.

¶An ſi Eua ſola peccaſſet, & non Adam, perdidiſſemus iuſtitiam originalem.

¶Dico, quòd non, quia ſibi non fuit data, niſi pro ſe, non pro nobis, bene ſi ſolus Adam peccaſſet, & non Eua, adhuc illam perdidiſſemus, quia Eua non acceperat pro nobis.

¶Vtrum ſi Eua peccaſſet, & Adam non, an ipſa fuiſſet mater noſtra. Aliqui dicunt, ꝙ Deus creaſſet vnam aliam mulierem, & illam dediſſet Adæ, & fuiſſet mater noſtra, ſed ad quid, ſi dediſſet aliam fortè alia grauiori tentatione tentaſſet eum, ad quid addere malum malo ſufficiebat prima, quæ ſi feciſſet pœnitentiam, non obfuiſſet filiis, ſicut virgo munda non obfuit munditiæ Chriſti benedicti.

AD argumenta ad illud, quod dicit, quod plus adimit de bono eſt grauius, quod concedo. Si illud bonum adimitur formaliter per peccatum oppoſitum illi bono, ſicut patet ſupra de blaſphemante Deum, qui adimit formaliter plus de bono, quàm blaſphemãs patrem. Et dico, quòd peccatum Adæ formaliter non adimit iuſtitiam originalem, quia non opponebatur illi formaliter, ſed tantũ ademit demeritoriè, ſed peccatum non dicitur grauius, quia adimit plus de bono demeritoriè, patet, quia habens decem gradus gloriæ, & totidem gratiæ, & centum gradus meritorios, peccans peccato carnis, perdit omnia demeritoriè, & tamen formaliter parum perdit: Blaſphemans autem Deum multum perdit formaliter de bono, & in caſu parum demeritoriè, quia vbi non meruerit, niſi duos gradus gloriæ, & gratiæ, & decem merita iſta demeritoriè perdit, & minus alio, & tamen multo plus formaliter alio perdit de bono, vt patet, ſi Deum honoraſſet, quando blaſphemauit, & ſi alius continens fuiſſet, cum peccauit, iſte minus de bono habuiſſet, & alius plus de bono.

Quomodo peccatum dicatur grauius.

¶Ad ſecundũ dicendum, ꝙ debet eſſe correſpondentia culpę ad pœnam, ſi pœna magna, & peccatũ ſimiliter, & ſic à poſteriori cognoſcimus grauitatẽ peccati. Dicit Doct. ꝙ verum eſt, ſi illa pęna ſit formaliter punitio illius culpæ. Exemplum. Hic blaſphemat Deum, hic blaſphemat patrẽ, punitio formaliter correſpõdens blaſphemiæ patris, eſt minor punitione, quæ correſpõdet blaſphemiæ Dei, & loquendo de tali pœna, non debebatur peccato Adæ maxima pœna, immò modo adulterans, ſi damnaretur, & ſimul cum eo Adam pro illo peccato grauius puniretur iſte, quàm Adam. Et cum probat, quia ſibi inflicta ſit pœna mortis pro ſuo peccato & hæc eſt maxima pęna. Dupliciter reſpondet. Primò ſic, negando, ꝙ mors fuerit ei inflicta pro ſuo peccato, & patet, quia Adam, ſi erat immortalis in illo ſtatu non erat immortalis ex natura, vel ex cauſa intrinſeca naturali, ſed ſi erat immortalis, erat tñ ex Dei dono nolente concurrere cum cauſis naturalibus terminatis ad mortẽ, & hoc quamdiu obediens fuiſſet, vel ſuperaſſet primam tentationem. Dico igitur, quia peccauit, & inobediẽs fuit, Deus ſobtraxit illa beneficia ſibi collata, & ſic ex cõſequẽti ſecuta eſt mors, non eſt ergo mors pœna formaliter punitiua peccati Adæ, ſed illa eſt modica. Videmus enim quãdoque pro vno peccato ſubſtrahi ab aliquo maxima beneficia, non tñ infligitur magna pęna punitiua correſpondens illi peccato, & patet in exemplo. Si Sortes ſit beneficiatus ab aliquo principe, puta à Sereniſſimo Imperatore, & Plato nõ peccent in Sereniſſimum Imperatorem ambo, priuabitur Sortes omnibus beneficiis ſibi collatis à Sereniſſimo Imperatore, & alius puniretur in decẽ quæ erit pœna ſm iuſtitiam punitiuam correſpondẽs peccato Platonis, & in totidem Sor. puniretur, & non in plus, niſi fuiſſet beneficiatus, & ſic Adam fuit priuatus multis donis donatis à Deo, & tamen modica pęna fuiſſet punitus in inferno, ꝙ alius adulter, loquendo de pœna punitiua culpæ. Alia reſponſio eſt, ꝙ mors non eſt maior pœna, quàm illa, quæ debetur peccato mortali, quia illa eſt dãnatio æterna, quæ eſt perpetua ſeparatio à Deo, mors autem corporalis eſt ſolũ ſeparatio corporis ab anima vſq; ad futurum iudicium, quam etiã mortem multi appetunt, nullus tñ appetit damnationẽ, & ideo licet ſit generalior pœna, & ad plures ſe extendat mors, quàm damnatio, non eſt tamen maior, nec intẽſior pœna, & ponitur exemplum de exhæredato, quæ pœna eſt vniuerſalior conſequens totam poſterioritatem de hæreditate, & de decapitatione.

Exemplum.

Quomodo Adam erat immortalis.

¶Ad vltimum. An Adam appetierit æqualitatem Dei, quia illud videtur dicere gloſa ſuper illud, quæ non rapui, &c. Sco. cõceſſit, ꝙ Eua appetiit æqualitatem Dei, Adam non, nunc ſoluendo dicit, ꝙ Adã, & Eua, & angeli tm̃ interpretatiuè appetierũt ęqualitatem Dei. De Eua dico, ꝙ cum fuerit ſeducta, ipſa credidit diaboli, & ſi credidit, poſſe conſequi illã æqualitatem Dei, & ſic fortè appetiit, & non tm̃ interpretatiuè. Adam nõ fuit ſeductus, & non credidit illã poſſe conſequi, quia tamen peccauit, voluit voluntatem ſuam præponere voluntati diuinæ, & ſic interpretatiuè appetiit æqualitatem, immo maioritatem. An angelus in 6. diſt. huius dicit, ꝙ appetierunt illam, & non tantum, ꝙ illa potuerunt appetere: ante enim ſecundum articulum principalem, q. 2. ibi. viſo igitur de primo inordinatè concupito parum infra, vel habuit angelus inordinatum nolle nolendo. ſ. oppoſita eorum, quæ cõcupiuit. ſ. nolendo

Quid ſit appetere æqualitatem Dei interpretatiuè, niſi ſpernere ipſum Deum.

lendo ſibi beatitudinem minus ineſſe, quàm Deo, & ita voluit ſuam beatitudinem eſſe diuinæ æqualem, & ſequitur, vel quàm Deum eſſe, ideſt noluit ſuum eſſe eſſe minus eſſe diuino, & ita voluit ſuum eſſe fore æquale eſſe diuino, vide litteram, & etiam expoſitionem litteræ. Quod ergo hic dicit, ꝙ tantū angeli appetierūt æqualitatem Dei interpretatiuè, Dic ꝙ littera eſt corrupta, ſic enim iacet in reportatis, & ſic tantum interpretatiuè, & non formaliter appetijt Adam æqualitatem Dei, & nihil dicit de angelis, vel dico, ꝙ pro tanto eam voluerunt interpretatiuè, quia non voluerunt eam volitione efficaci, & imperatiua ad conſequendū eam, vt dicit in reportatis. di. 6. ſed credo, ꝙ Eua volitione efficaci voluit eam quantum fuit ex ſe, patet, quia ipſa quæſiuit media ſibi oſtenſa à dæmone, ſi. ſ. Adam conſentiret in opinionem ſuam, & comederet de ligno vetito haberēt ambo æqualitatem Dei, & hoc mediū quæſiuit, & ſuggeſſit viro, vt comederet, quia igitur nec Adam, nec angeli mali ſic appetierunt, ideo dicūtur interpretatiuè appetijſſe, tamen Adam, nec volitione ſimplici illud voluit, ſicut angeli mali voluerunt, ſic igitur ſume differentiam. Eua voluit volitione efficaci æqualitatē Dei. Angeli mali, quia ſciebant eam non poſſe conſequi, voluerunt eam tantum volitione ſimplici. Sed Adam, nec vna volitione, nec alia voluit Dei æqualitatem, ſed ſimpliciter interpretatiuè, Si dicas. Igitur Eua grauius peccauit angelo, nego cōſequentiam, quia ſeducta fuit, & decepta, & credens illud fore poſſibile, appetijt impoſſibile tanquam poſſibile, & in hoc aliqualiter excuſatur. Sed diabolus ſciuit hoc fore impoſſibile, & tamen illud voluit, vt dictum eſt, & ſic appetiit impoſſibile, vt impoſſibile, nec erat deceptus, & ideo maiorem oſtendit iniqnitatem, quàm Eua. Nota ꝙ hæc quæſtio de grauitate peccati Adæ ponitur in quibuſdam textibus in vigeſimaprima diſt. tamen pertinet ad vigeſimam ſecundam.

Vide in reportatis.

Quomodo Eua appetit æqualitatē Dei.

Quomodo Angelus.

Diſt. XXII. Quæſtio Vnica.

Vtrum peccatum primi hominis fuerit ex ignorantia.

Seraphicus Bonau. 2. ſent. diſt. 22. q. 1, art. 2.
Scotus 2. ſent. diſt. 22. quæſt. 1.
Riccardus 2. ſent. diſt. 22. quæſt. 1.
Joannes Bacconitanus 2. ſent, diſt. 22. q. 1.

CIRCA diſt. 22. quæritur. Vtrum peccatū primi hominis fuerit ex ignorātia. ¶Ibi. Reſpondeo, &c. Dicit Doct. ꝙ peccatum ex ignorātia poteſt tripliciter contingere, vt homicidium: aut enim ignorantia præcedit, ideſt ꝙ homicida ignoret tale homicidiū eſſe peccatum, & talis ignorantia eſt cauſa peccati, accipiēdo cauſam pro occaſione, ſiuè pro diſpoſitione, ad quam ſequitur tale homicidiū, puta quia ignorat eſſe peccatum, ideo committit homicidiū, & ſi non ignoraret, non committeret, talis ignorantia, quæ eſt iuris diuini, vel iuris naturæ nunquā excuſat. Vel ſecundò dicitur peccare ex ignorantia concomitante, ideſt quòd peccatum concomitatur ignorantia, quia licet non ignoret homicidiū eſſe peccatum, multa tamen ignorat, puta ꝙ tanta pœna debebatur, tāto præmio, vel dono priuatur, vel ꝙ tam vituperabilis reddatur, & huiuſmodi, & ſic dicitur communiter, omnis peccans ignorat. Tertiò ipſa ignorātia poteſt ſequi ex peccato quaſi pœna peccati, ſicut dicitur Sapientiæ 2. cap. quòd malitia excæcauit eos: certum eſt enim, quòd genus humanum propter peccata in magnam cæcitatem incurrit tanquam in pœnam peccati.

Peccatum ex ignorantia poteſt contingere tribus modis.

¶Ibi. Item diſtinguitur, quòd poteſt accipi pro ſimplici neſcientia, &c. Hic nota, quòd ignorantia accipitur dupliciter. Vno modo negatiuè, ſiuè priuatiuè, ſicut Franciſcus ignorat hominem eſſe riſibilem, quia ponitur tantum negatio ſcientiæ. Alio modo contrariè, & talis ignorantia non tantum ponit negationem huius cognitionis, quia cognoſcitur hominem eſſe riſibilem, ſed etiam ponit habitum, vel actum contrarium, ſicut quis firmiter credit hominem non eſſe riſibilem, ideſt quòd habeat notitiam de iſta, quòd homo non eſt riſibilis, quæ poteſt cauſari in aliquo per ſyllogiſmum falſigraphum, & talis ignorantia opponitur contrariè ſcientiæ, vt patet primo poſteriorum, & ſic hoc modo poteſt accipi in iuſtitia negatiuè, ſcilicet & contrariè, vt patet à Doct. ſupra diſtinct. 7. & in tertio, diſtinct. 40.

Ignorantia accipitur dupliciter.

¶Secundo modo poteſt eſſe ipſius facti, &c. Dicit Doct. quòd aliquando ignorantia eſt ipſius facti, quòd eſt, quando ignoratur tale factum eſſe peccatum. Exemplum: Aliquis ſcit homicidium eſſe peccatum mortale, & committit illud dando venenum, ſi ignorat hoc factum eſſe verum homicidium, &c. Dicitur ignorantia facti, vel poteſt eſſe ignorantia quo ad aliquas circumſtantias, vt quando aliquis ſcit homicidium eſſe peccatum mortale, & commiſſum in eccleſia eſt maius peccatum, ignorat tamē aliquam circumſtantiam fortè magis aggrauātem, vel poteſt eſſe ignorātia quo ad aliquod conſequens, puta ignorantiæ, quòd tali peccato tanta, vel tanta pœna debeatur, vel quòd tanto bono priuetur. Sequitur in textu, loquendo igitur, &c. Doct. dicit, quòd talis error non fuit in Adam; ſciuit enim magis fore obediendum Deo, quàm conſentire delitiis vxoris, & ſciuit, quòd comedendo de pomo, ne contriſtaret delitias vxoris erat malum, & cōtra diuinum præceptum, & ideo non peccauit ex ignorantia, accipiendo ignorantiam, puta quæ præcedit peccatum, & eſt diſpoſitio ad peccatum, vt dixi ſupra. Sequitur, & ideo, quia prius peccauit, quia ſi tu dicis, ꝙ prius errauit, accipiendo errorem primo modo pro ignorantia ante peccatum, ſequitur, ꝙ aliquod bonum apparuit Adæ, quod tamen in veritate non erat bonum, ſed tantum in apparendo, vt puta ſi complaceret magis vxori, quàm Deo eſſet bonum tantum apparenter, ſi tale bonum, vt apparens prius ſibi apparuit, ignorauit eſſe bonum apparēs, ſequitur, quòd ante peccatum, puta ante electionem, qua peccauit, conſentiendo vxori, potuit eſſe error circa primum, quod eſt impoſſibile, & declarat Doct. quomodo talis error fuit circa principium, ſicut enim principium de ſe verum eſt notum ex notitia terminorum, ita quòd ibi non accidit error, terminis tamen præcognitis, ita illud poteſt dici principium apparens verum, quod apparet verum ex ſola notitia terminorum, ſicut hoc maius bonum eſt aſſentire vxori, quàm Deo. Si dicatur, ꝙ talis error non fuit circa principium: ergo ſi hoc falſum, puta magis complacere vxori, quàm Deo, eſt maius bonum, non eſt principium apparens verum, ſequitur, ꝙ erit concluſio falſa apparens vera, & tunc aut talis concluſio apparet vera ex ſyllogiſmo falſo in forma, aut ex ſyllogiſmo peccante in materia. Si primo modo ſequitur, quòd non concluſit ſibi neceſſariò, quia ipſe Adam, vt creditur, fuit perfectiſſimus logicus: cum omnium creaturarum habuiſſet ſcientiam, & ſi non concluſit ſibi, non oportet voluntatem Adæ adhærere huic, ſcilicet quòd melius eſſet complacere vxori, &c.

Quid ignorantia facti.

Adam fuit perfectiſſimè logicus.

Si ſecundo

Si ſecundo modo, aliqua præmiſſa fuit falſa: & quæritur vltra, ſi præmiſſa falſa fuit, aut de ſe apparebat falſa, aut ex alia: ſi primo modo ergo illa erat oppoſitum primi principij, quia ſicut primũ principium verum eſt de ſe, apparens verum, & nemo decipitur in eius veritate: ita ſimiliter oppoſitum primi principij eſt de ſe apparens falſum, & ſic neminem decipit. Si ſecundo modo. ſ. ſi dicas, ꝙ illa præmiſſa falſa ex alia apparet vera, & ſic intelligit illud, ſi ex alio apparet falſum, ideſt ſi id quod eſt falſum, ex alio apparet, ſupple quod eſt verum: quæro de illa alia præmiſſa, ex qua iſta apparet, aut ex ſe apparet falſa, aut ex alia, ſi ex ſe: procedo vt prius, quia erit oppoſitum primi principij, ſi ex alia, tunc erit proceſſus in infinitum: ſi ergo fuit error in Adam ante peccatum, & ille error non potuit eſſe ex ſyllogiſmo falſo in forma, aut in materia: ergo ille error erat in principiis, quod eſt impoſſibile, quia nullus circa principia errat.

¶Ibi. Similiter autem, &c. Dicit Doct. quòd tale peccatum potuit ſequi talis ignorantia, quòd ex immoderato amore complacendi vxori ſuæ credidit illud peccatum eſſe veniale, quod tamen erat mortale, non credo tamen, ꝙ ante peccatum fuerit talis ignorantia, quòd crediderit illud peccatum tantum eſſe veniale, ſed ſic appetitus eius fuit immoderatus, complacendo vxori, quòd fuit excæcatus, credendo illud peccatum eſſe veniale. Vnde dicit Doct. quòd talis ignorantia concomitabatur, vel ſequebatur ipſum peccatum.

¶Ibi. Item omnis peccans, vel peccat ex electione, vel ex paſſione, vel ignorantia, &c.

¶Ibi. Ad ſecundum dico, &c. Nota in iſta littera, quòd electio propriiſſimè ſumpta ſequitur cõcluſionem ſyllogiſmi practici, ideſt ꝙ ſequitur cognitionem concluſionis practicæ deducta ex ſyllogiſmo practico, ſicut aliquis eligit ſibi potionem, vt ſanetur: intellectus enim ſic concludit, omnis ſanitas eſt acquirẽda per medium ordinatum ad illam, ſed potio amara eſt medium conueniens ad ſanitatem acquirendam: ergo, &c. Electio enim voluntatis, quę ſequitur talem volitionem, dicitur electio propriiſſime ſumpta, poteſt etiam eſſe electio circa aliquod principium ſibi ſimpliciter oſtẽſum, vt bonum eſt diligendum, nam oſtenſo hoc principio voluntati, volũtas poteſt diligere illud, & talis dilectio dicitur electio, licet non ita propria, &c.

Quomodo electio voluntatis dicatur electio.

Diſt. XXIII. Quæſtio Vnica.

Vtrum Deus potuerit facere voluntatem creaturæ rationalis impeccabilem per naturam.

Seraphicus Bonau. 2. ſent. diſt. 23. q. 1. art. 1.
Scot. 2. ſent. diſt. 23. quæſt. 1.
Riccardus 2. ſent. diſt. 23. q. 1.
Durandus 2. ſent. diſt. 23. q. 1.
Ioannes Bacconitanus 2. ſent. diſt. 23. q. 1.

CIRCA diſtin. 23. quæritur. Vtrum Deus poſſit facere voluntatem creaturæ rationalis impeccabilem per naturam.

AD quæſtionem dicitur, ꝙ Deus non poteſt facere hoc, &c. Hæc eſt opi. Alex. de Ales. 22 ꝙ Deus non poſſet facere creaturam rationalem impeccabilem ex natura, in qua concluſione concordat cũ Doct. ſed rationes Alex. non videntur cõcludere, ideo Doc. rñdet ad illas, & prima ratio clara eſt, ad quam reſpondet Doct.

Opinio Alexandri.

¶Ibi. Dico, quòd iſtæ rationes non concludunt. Dicit Doct. ꝙ oporteret probare, quòd licet volũtas creata nõ ſit ſua regula, quod tamen neceſſariò non conformetur regulæ ſuperiori. Sed Alexã. diceret, attenta libertate voluntatis, ꝙ non neceſſariò conformatur. Sed quia multi voluerunt tenere voluntatem creatam velle neceſſariò vltimum finem, & per conſequens neceſſariò cõformare ſe vltimo fini in amando illum, & ex vno dicto in diſt. 5. huius ſecundi volens efficaciter finem, neceſſariò vult ordinata ad finem: ergo à fortiori volens neceſſariò finem, neceſſariò vult ea, quæ ſunt ad finem, cum neceſſitas ordinatorum ad finem ſumatur à fine, & ſic talis voluntas neceſſariò haberet conformari primæ regulæ, ideo Doct. dicit, ꝙ oporteret probare illam, ſupple, quòd non, de neceſſitate conformetur primæ regulæ.

¶Ibi. Præterea voluntas creata, &c. Ratio ſtat in hoc, quia & ſi voluntas creata non peccet in appetendo bonum verum, poteſt peccare in appetendo bonum apparens, & poteſt illud appetere, cum omne bonum tam verum, quàm apparens ſit obiectum voluntatis creatæ.

¶Ibi. Contra ſecundam rationem, quicquid ſit obiectum, &c. Et dicit Doct. primò, quicquid ſit obiectum voluntatis diuinæ, hic non determinat de obiecto volũtatis diuinæ, & loquitur hìc de obiecto motiuo, & non terminatiuo: nam loquendo de obiecto motiuo, oportet dicere, ꝙ eſſentia diuina eſt obiectum adæquatũ motiuũ voluntatis diuinæ, vt patet à Doc. in 1. d. 41. & d. 10. & ſicvult Doc. multotiẽs, ꝙ eſt idem obiectũ, tam intellectus, q̃ voluntatis, & ſub eadẽ ratione, vt patet in 1. di. 3. in 2. & in 4. di. 49. & certũ eſt, ꝙ eſſentia ſub ratione, qua hæc eſſentia eſt obiectum adæquatum intellectus diuini quaſi motiuum, vt patet à Doc. in prolo. q. de ſubiecto theologiæ, & q. ſeq. & ſic ſequitur, ꝙ eadẽ eſſentia ſub eadem ratione eſt adæquatũ obiectũ diuinę voluntatis. Si verò loquamur de obiecto determinatiuo. Dico, ꝙ ſicut intellectus diuinus habet ens, inquantum ens, vt patet à Sco. in primo, diſt. 39. ac poteſt elici ab ipſo in quæſt. de ſubiecto theologiæ, & q. ſeq. & ex diſt. 3. q. 4. primi. & diſtin. 43. in 2. q. 1. diſtin. primi. Sic voluntas dici poteſt habere omne ens pro obiecto terminatiuo. Dicit ergo Doct. ꝙ ſicut voluntas creata per Alex. habet omne in bonũ apparens pro obiecto: ita dicit Doct. quòd voluntas diuina habet bonum apparens pro obiecto, & tamen ex hoc non ſequitur, quòd voluntas diuina poſſit deficere, hoc idem dicit de beato.

Contra iſtas rationes.

Quomodo eſſentia diuina ſit obiectum adæquatum motiuum.

¶Ibi. Dico igitur, ꝙ bonum apparens. Doct. dicit, ꝙ bonũ apparens non poteſt eſſe obiectum voluntatis diuinæ quantum ad velle, quia ipſa non poteſt velle bonum apparens, vt patet, nec ſimiliter voluntas beati, ſed bene poteſt hr̃e actum nolitionis, puta nolendo illud, non credas tñ, ꝙ in voluntate diuina ſit duplex actus volũtatis. ſ. velle, & nolle, quia tunc illi actus non identificarentur cum voluntate diuina, vt poſſet probari in ſimili in primo, diſt. 2. ꝙ non poteſt eſſe duplex actus in intellectu diuino, & etiam probari poſſet diſt. 39. primi. Dico ergo, ꝙ in voluntate diuina eſt tantum vnus actus poſitiuus, qui eſt ipſum velle, qui actus poteſt diuerſificari non in ſe, ſed per alium, & alium reſpectum, ſiuè per aliam, & aliam tendentiam in aliud, & aliud obiectum: nam vt terminatur ad Petrum, volendo ſibi gratiam, dicitur ille actus affirmatiuus, & in ſe, & quantum ad reſpectum, vt verò terminatur ad Iudam, volendo ſibi beatitudinem, ille actus, quamuis in ſe ſit poſitiuus, & affirmatiuus, tamen vt includit reſpectum ad nolendum beatitudinem, poteſt dici negatiuus, & ſic iſte actus po-

Vnum velle eſt in voluntate diuina.

poteſt diuerſimodè variari ſecundum diuerſos reſpectus, ſicut etiam eſt idem actus intellectus diuini in ſe, & tamen poteſt dici alius, & alius ſecũdum alium, & alium reſpectum, vt patet à Doct. in primo, diſt. 39. Dico ergo, quòd voluntas diuina poteſt habere bonum apparens pro obiecto, ſed non reſpectu actus affirmatiui, ſed tantum negatiui modo præexpoſito, in beato verò eſt duplex actus poſitiuus, ſcilicet velle, & nolle, & ipſa beatus habet, etiam bonum apparens pro obiecto, ſed non reſpectu actus volendi; quia non poteſt velle bonum apparens, & hoc non ex repugnantia naturæ ſuæ; ſed ex hoc, quòd voluntas diuina determinauit nunquam cooperari voluntati beati ad huiuſmodi actum, vt patet in ſimili in quarto, diſtinctione 49. ipſum tamen bonum apparens poteſt eſſe obiectum voluntatis beati reſpectu volitionis.

In beato eſt duplex actus poſitiuus.

IBI. Dico igitur ad quæſtionem, &c. Hic Doctor intendit probare intentum principale, & vt clarius intelligatur, ſupponit Doct. aliqua.

¶ Primò, quòd voluntas noſtra tenetur ſequi regulam ſuperiorem, quæ eſt voluntas diuina, ita quòd deuiando ab illa peccat, vt patet infra diſtinctio. 35. & in primo, diſtinctio. 44. & in quarto, diſtinct. vltima.

Voluntas noſtra tenetur ſequi voluntatem diuinam.

¶ Secundò ſupponit, quòd voluntas creata eſt tantæ libertatis, ꝙ nullo modo neceſſitatur reſpectu cuiuſcunque obiecti etiam formaliter infiniti, vt ſatis probauit in primo, diſt. 1.

¶ Tertiò ſupponit, ꝙ voluntas dicitur ex hoc peccare, vel quia omittit, ꝙ tenetur facere, puta omittit diligere Deum in aliquo tempore; & tamẽ pro aliquo tempore tenetur diligere ipſum ſuper omnia, vt probat Doct. in tertio, diſt. 9. & 27. vel quia committit aliquid, quod obligatione diuina tenetur euitare: ſtante ergo obligatione diuina reſpectu multorum præceptorum, an potuerit fieri natura rationalis impeccabilis. Et ſic debet intelligi titulus quæſt. quia ſicut Deus dedit præcepta ſecundæ tabulæ, obligando non ad obſeruantiam illorum, etiam potuit nos non obligare, vt patet in tertio: ſed de præceptis primæ tabulæ eſt magis dubium? Non enim credo, quòd Deus de potentia abſoluta poſſit diſpenſare contra hoc præceptum, vt creatura non teneatur diligere Deum ſuper omnia. De hoc vide in tertio, diſt. 27. Sed quicquid ſit, non curo pro præſenti. Titulus tamen quæſt. ſic debet intelligi, quòd ſtante obligatione diuina, vel naturali ad aliquid agendum, vel non agendum, an potuit creari natura rationalis ex natura impeccabilis, & probat Doct. quòd non.

Quare volũtas peccet.

Nota & benè.

¶ Ibi. Ad quod probabiliter declarandum: Hic Doctor ſupponit, quòd omnis voluntas poteſt appetere commodum; & per conſequens proprium commodum, & ſic peccare. Hic tamen nota, ꝙ ſi voluntas ſecundum appetitum naturalem appetat commodum, quantumcunque appetat, nõ peccat, cum talis appetitus naturalis ſit ſemper rectus, vt patet ſupra in hoc ſecundo, diſt. 6. quæſtio. 2. & in quarto, diſt. 49. & 50. Dico vltra, quòd abſolutè loquendo, ſi voluntas ſecũdum affectionem iuſtitiæ, ſiue vt libera appetat conformiter tali appetitui, ex hoc etiam non dicitur peccare, ſed quia Deus obligauit nos non ſequi immoderatè appetitum naturalem, vt patet quia appetitus naturalis non eſt ad mori, quia nolimus expoliari, ſed veſtiri, & tamen Deus obligauit nos, vt velimus actu elicito mori, ſecundum quòd placet voluntati ſuæ. Debet ergo intelligi ratio Doct. ſic, ex quo omnis volũtas creata poteſt velle conformiter appetitui ſuo naturali commodum, & proprium commodum contra ordinationem diuinam, ideo poteſt peccare. Et mo-

Quomodo ratio Doctoris ſit intelligenda.

ritò dicit Doct. ꝙ omnis voluntas, in qua non neceſſariò coniunguntur appetere commodum, ſupplè actu elicito, & rectè appetere, poteſt appetere rectè, & non rectè.

¶ Ibi. Dices, quòd voluntas, &c. Si diceretur, ꝙ ſicut Deus creat voluntatem ſecundum appetitum naturalem, ita quòd ſicut ille appetitus ſemper eſt rectus, & inclinatio eius ſemper recta. Videtur, quòd poſſit creare voluntatem, vt liberam, ꝙ ſicut ipſa eſt in ſe recta, & à Deo creata, ita appetere ſuũ ſupplè actu elicito ſit rectus, & ſic ex hoc, quòd appetit actu elicito ſemper dicatur recta, ita quòd tali actu non poſſit appetere non recta.

¶ Ibi. Contra omnis voluntas, &c. Nota benè hanc litteram, quia hic non probatur, quòd dicitur abſolutè non poſſit creare aliquam voluntatẽ, quæ ex hoc, quòd appetit actu elicito rectè appetat; nam ſicut voluntas actu elicito poteſt appetere ſibi cõmodum, ita ſimiliter actu elicito poteſt appetere maius commodum, & ſummum ſibi commodum, ſic quòd poteſt ſequi ſuum appetitum naturalem, Appetitus enim naturalis eſt tantum ad perfectionem ſibi poſſibilem, & tantum ad poſſibile, vt probat Doct. in quarto, diſt. 43. pono modo, quòd appetitus naturalis poſſit eſſe abſolutè ad ſummam beatitudinem creari, quòd verum eſt, vt patet à Doct. in quarto, diſt. 50. & ſic ad illam tanquam ad commodum ſibi, & ad maiorem tanquã ad maius, & ad ſummam tanquam ad ſummum cõmodum, ſed voluntas libera, quæ eſt eadem realiter cum ſeipſa, vt appetitus naturalis, vt patet ſupra, diſt. 6. quæſt. 2. & in quarto, diſt. 49. maximè in appetendo actu elicito conformatur ſecundum appetitum naturalem, quia ergo Deus non poſſet creare talem voluntatem; quæ actu elicito tantum appeteret ad quòd eius appetitus naturaliter inclinatur. Dicit ergo Doct. ſupponendo vnum quod dicit in littera, ſcilicet quòd appetere commodum eo modo, quo eſſet ſibi maius commodum. Hic modus appetendi non eſt ordinatus ad Deum, vt ſupra patuit, & ꝙ hic modus non ſit ordinatus à Deo, immò oppoſitum magis patet, quia eſt mihi maius commodum abſolutè beatificari ſimul in anima, & corpore, morte non intercedente, eſt etiam mihi maius commodum ſumma beatitudine beatificari, quàm minori, ſed hic modus nõ eſt à Deo, cum ordinauerit dare beatitudinem correſpondentem meritis, & ſic de aliis dici poteſt.

Nota benè hanc litteram.

¶ Ibi. Item ſecũdo arguo ſic, &c. Iſta ratio Doct. dicit, quòd non poteſt ex ſe quietari, niſi in ente infinito, quod non habet præſens. Ex hoc videtur, ꝙ ſi haberet perfectè præſens, ꝙ ex natura nõ poſſet peccare, & ſic oriuntur multa dubia, quia ſecũdum eum in hoc ſecundo, diſtin. q. 9. omnes angeli habuerunt Deum ſub ratione deitatis præſentem, in ſpecie intelligibili creata ab ipſo, & perfectè cognoſcebant ipſum eſſe ens formaliter infinitum, & perfectè quietatiuum, & tamen multi eorum peccauerunt. Secundò; quia non video, quin Deus poſſit facere creaturam rationalem, cui ipſe Deus eſſet præſens in ratione infiniti, ita quòd talis creatura intuitiuè videret illum, & ſic tunc non poſſet peccare ex dictis eius, cuius tamen oppoſitum patet, ſupponendo, quòd teneatur ipſum diligere ſuper omnia. Nam tunc non repugnaret ſibi, poſſe deficere à tali dilectione, vt patet ab ipſo in primo, diſt. 1. ꝙ voluntas reſpectu Dei clarè viſi non neceſſitatur ad diligendum ipſum, ſed poteſt non diligere. Dico, quòd hic Doct. loquitur de creatura, vt derelicta in puris naturalibus, quæ vt ſic non habet bonum infinitum ſub ratione propria ſibi præſens, nec in ſe, nec in ſpecie intelligibili, vt patet à Doct.

Quomodo Angeli cognoſcebant ipſum Deũ.

Doct.in pluribus locis. Si ergo non habet bonum infinitum ſibi præſens,in quo poſſit quietari,ſequitur, quòd poſſit deficere, & peccare, & non dicit Doct.quòd ſi haberet, quia tunc non poſſet peccare,immò eſſet magis argumentum à fortiori,quòd ſi angelus habuit Deum ſibi præſentem, & tamen potuit peccare, quanto magis creditur, quòd relicta in ſuis puris naturalibus non poteſt habere Deũ ſibi præſentem ſub ratione propria, nec reſpectu cognitionis intuitiuæ,nec etiam abſtractiuæ poterit ex natura ſua deficere, & peccare.

NVNC Doct. ſoluit argumenta principalia. Et primò arguit ſic. Deus poteſt facere aliquod corpus,quod non poteſt deordinari à motu ſuo,vt eſt corpus cœli: ergo ſimiliter poteſt facere aliquem ſpiritum, qui non poterit deordinari a motu ſuo: ergo erit impeccabilis.

¶Ibi. Ad primum patet, quomodo Deus poſſet facere aliquod corpus moueri difformiter,cum non repugnet naturæ ſuæ intrinſecæ, ſicut enim nunc, primum mobile mouetur ab oriente in occidens, poſſet facere, quòd moueretur econtra, & ſicut tale corpus perficit curſum ſuum vno die naturali, poſſet facere ipſum moueri in maiori tempore, & in minori. Sed hîc eſſet difficultas, quia graue motu ſuo tendit tantum ad centrum terræ. An modo Deus poſſet facere ipſum graue, quod tenderet ſurſum, ita quòd ſicut ſua natura tendit deorſum, quòd etiam poſſit tendere ſurſum.

Dubium,an Deus poſſit facere ipſum graue tendere ſurſum.

¶Dico breuiter, quòd ſi loquamur de principio intrinſeco ipſius motus, quod eſt grauitas, ipſa eſt, ſicut ratio formalis mouendi graue ſeorſum,quod repugnat ſibi, quòd ſit ratio formalis mouendi illud ſurſum, quia tunc aliquid, quod ſecundum ſuã rationem formalem eſt determinatæ actionis, non poſſet fieri actionis oppoſitæ, non mutata tali ratione formali. Si etiam loquamur de principio intrinſeco paſſiuo. Dico,quòd graue ſic habet naturalem inclinationem ad motum deorſum, quod non poteſt moueri ſurſum ſecũdum inclinationem ſuam naturalem, niſi mutaretur natura grauis, patet, quia inclinatio naturalis, & natura, cuius eſt, ſunt ſimpliciter eadem res, vt dicit Doct. in quarto,diſt.49.modo inclinatio naturalis ſic neceſſariò, & ſemper eſt ad aliquid in particulari, quod non poteſt eſſe ad oppoſitum illius, vt patet à Doct.vbi ſupra. Si verò loquamur, vt graue comparatur ad potentiam ſuperiorem. Dico, quòd non repugnat ſibi poſſe moueri ſurſum, & moueri difformiter.

¶Ibi. Item Deus poteſt facere voluntatem aliquam, quæ neceſſariò tendit in aliquod bonum, puta in finẽ: ergo facere poterit, quòd neceſſariò illa voluntas tendat in omne ordinatum ad illum finem: igitur, &c. Antecedens patet per Auguſt. 13.de Trinit. qui dicit, quòd omnes volunt neceſſariò beatitudinem: cõſequentia probatur: eadem enim neceſſitate, qua aliquis tendit in finem,tendit & in ea quæ ſunt ad finem.

Reſponſio.

¶Ibi. Ad aliud dico. Hic Doct.dat duplicem reſponſionem. Vnam ſequendo ad viam propriam, quòd nulla voluntas creata neceſſariò tendit in finem vltimum, vt ſatis probauit in primo, diſtin.1. Aliam, quia poſito ſecundum communem opin.ꝙ voluntas creata neceſſariò velit vltimum finem, nõ tamen ſequitur, quòd neceſſariò velit ordinata ad finem, & vltrà poſito, quòd velit neceſſariò ordinata ad finem non tamen ſequitur, quòd neceſſariò velit modo debito. Iſta littera habet aliqualẽ difficultatẽ. Si enim voluntas creata vult neceſſariò vltimum finem tanquam ſummè commodum ſibi ordinando illum finem ad commodum ſuum,certum eſt, quòd non ſequitur, quòd neceſſariò velit omnia alia entia, quæ ſunt ad Deum, quia in ratione talis volitionis finis, non includitur volitio aliorum à Deo,& ſi via communis ſic intelligeret,quòd volũtas creata ſic neceſſariò vult vltimum finem illa voluntas non rectè vellet, quia non vellet eo modo,quo eſſet volibile, quia tantum eſt volibile propter ſe, vt dicit Doct.in quarto, diſt.49. Si verò cõmunis opi.dicat, quòd voluntas creata vult vltimũ finem clarè viſum propter ſe, ita quòd diligat illũ tantum propter ſe, adhuc non ſequitur, quòd velit alias creaturas, quia in ratione talis volitionis finis non ſimpliciter includitur ratio aliarum creaturarum, quia tunc eſſet impoſſibile illum diligere ſine aliorum dilectione. Si verò ſic intelligatur,quòd ex ordinatione diuina voluntas creata tenetur diligere finem pp ſe, & ea, quæ ſunt ad finem pp illum, ita ꝙ niſi volũtas creata diligat creaturas in ordine ad Deum non poteſt rectè diligere vltimum finẽ propter ſe ſic verum eſt, ꝙ hoc modo dominus ordinauit, vt diligamus eum propter ſe, & proximum propter Deum, ita quòd iſta non ſtant ſimul dilectio Dei propter ſe, & odium proximi, ſi etiã loquamur ſimpliciter, & abſolutè poſſumus dicere, quòd volũtas creata neceſſariò diligat Deum propter ſe, nõ tamen ſequitur,quòd diligat creaturam in ordine ad Deum,quia poteſt ipſam non diligere in ordine ad Deum, & ſic peccare.

Voluntas creata neceſſariò velit vltimum finem.

Nota & bene.

Diſt. XXIIII. Quæſtio Vnica.

Vtrum portio ſuperior ſit potentia diſtincta à potentia inferiori.

Scotus 2.ſent.diſt. 24.quæſt.1.
D.Tho.prima parte ſummæ.q.79.artic.9.
Riccardus 2.ſent.diſt.24.quæſt.4.
Durandus 2.ſent.diſt.24.q.4.

CIRCA diſtinctionem vigeſimãquartam quærit Doct. Vtrum portio ſuperior ſit potentia diſtincta à portione inferiori.

¶Ibi. Dico, quòd poteſt, &c. Hic dicit Doct.quòd iſte intellectus eſt falſus, ſcilicet ꝙ portio ſuperior eſt tantum vna potentia animę, & portio inferior tantum alia, quia certum eſt, ꝙ portio ſuperior poteſt eſſe in intellectu,volũtate, & memoria, quia portio ſuperior eſt reſpectu ęternorũ ſic intelligendo, quòd tunc memoria dicitur portio ſuperior quando intellectui creato eſt præſens obiectum æternum, vel in ſe, vel in ſpecie intelligibili, vel per habitum fidei, ita quòd memoria talis includit intellectum, & obiectum æternum, & ſic talis memoria poteſt dici portio ſuperior; & nõ eſt memoria aliqua potentia diſtincta ab intellectu, vt ſæpius dictum eſt, in intelligentia, ſiuè in intellectu poteſt dici portio ſuperior, pro vt intellectus habet actualem intelligentiam, ſiuè intellectionem æternorũ,ſimiliter in voluntate eſt portio ſuperior, pro vt ipſa diligit æterna, & ſic patet, quomodo portio ſuperior non eſt tantum vna potentia. Sequitur in littera ibi,quòd etiam huiuſmodi potẽtiæ,&c. Nota hanc litteram, quia multa hic dicit; primò,quòd huiuſmodi potentiæ, ſiuè portio ſuperior ſunt reſpectu æternorum, patet, quia voluntas diuina, & intellectus diuinus, quæ ponuntur principia productiua in diuinis ſunt tantum reſpectu eſſentiæ diuinæ, hoc vide ſupra in primo, di.2.6.7.& 26.& in hoc ſecundo, diſt.1.quæſt.1.dicuntur enim iſtæ po-

Portio ſuperior eſt reſpectu æternorum.

Nota hanc litteram.

tentiæ

tentiæ principia productionum diuinarum, prout reſpiciunt eſſentiam diuinam, ſic tamen intelligendo, vt aliàs expoſui, quòd intellectus diuinus neceſſariò prius operatur circa eſſentiam intelligendo ipſam, quæ intellectio dicitur operatio, qua habita, tunc ipſe intellectus vnà cum eſſentia eſt principiũ productiuum filij, ita ꝙ talis operatio præexigitur productioni filij, non vt ratio formalis producendi, nec vt aliquid pertinens ad rationem formalem producendi filium, vt ſatis patet in primo, diſtin.2. quæſt.2.par.2.diſt.5.quæſt.2.diſt.6.&7.&27. Sed ex hoc præexigitur, quia intellectus diuinus prius eſt operatiuus, quàm productiuus. Dicit ergo hic Doct.ꝙ intellectus diuinus intelligendo eſſentiam diuinam producit filium.id eſt ꝙ intelligit illã, antequàm ſit productiuus. Hoc idẽ dico de voluntate. Secundò dicit Doct.ꝙ iſtæ duæ potentiæ dicuntur productiuæ intelligendo, & volendo eſſentiam diuinam, quæ eſt æterna non intelligendo, nec volendo obiectum temporale, quia tunc dependerent perſonæ iſtæ à temporali, & littera ſic debet intelligi, ſcilicet ꝙ intellectus diuinus prius intelligẽdo eſſentiam eſt productiuus filij, & ſic filius ſuo modo, licet impropriè dependet ab eſſentia, non tamẽ inquantum intelligentia, ſed inquãtum eſſentia. Nã ſæpius declaratum eſt, ꝙ memoria fœcunda ſemper includit potentiam, & obiectum, & ſic memoria fœcunda in diuinis includit intellectum diuinum, & eſſentiam diuinam, & hoc totũ eſt ratio formalis integralis productiua filij, non tamen proxima, niſi prius intellectus diuinus intelligat ipſam, non ꝙ eſſentia diuina, & intellectus ex ſua ratione formali non ſit ratio perfectiſſima producendi filium, & diſpoſitiſſima, ſed quia talis memoria prius eſt operatiua, quàm productiua, ideo dicimus, ꝙ talis memoria ad hoc, vt ſit proxima ratio producendi oportet prius eſſe operatiuam, & quia ipſa memoria eſt ratio formalis producendi filium, ipſe filius ſuo modo dependet a tali memoria fœcunda, licet principaliter ab eſſentia. Si ergo intellectus diuinus produceret filium de lapide cognito, ita ꝙ lapis cognitus pertineret ad memoriam, tunc ipſe filius dependeret ſuo modo à lapide, & ſic æternũ à temporali. Sed declaratum eſt ſupra in hoc ſecundo, diſt.1.quæſt.1.ꝙ nulla creatura eſt in eſſentia diuina ex natura rei, quæ ſit ibi in ratione obiecti intelligibilis ex natura rei, ſed eſt ibi tantum per actum intellectus diuini, ita ꝙ per illum actum producũtur in tali eſſe, & talis productio cum ſit cõmunis toti Trinitati neceſſariò præſupponit perfectã productionem ad intra, & ſic patet quomodo filius nõ producitur in diuinis de lapide, loquendo tamen de productione ſimpliciter filij, quia loquendo de productione ſecundum quid poteſt produci de lapide cognito, & etiam de ſeipſo cognito, ſed ipſa productio ſecũdum quid præſupponit veram productionem, & ſimpliciter ipſius, & ſic patet, quod ſicut potẽtiæ diuinæ producũt Filium, & Spiritum ſanctum, intelligendo, & amando diuinam eſſentiam, quæ eſt ęterna, ſic intellectus noſter, & voluntas, & memoria dicitur portio ſuperior, vt reſpiciũt æterna. Sequitur in littera. Portio etiam ſuperior, & inferior, &c. Doct.dicit, quòd portio ſuperior non diſtinguitur ab inferiori ex hoc, quòd inferior eſt practica, &c. immò tam ſpeculatiua, quàm practica pertinent ad portionem ſuperiorem. Et vt iſta littera intelligatur notanda ſunt verba. Primò, quòd cognitio ſpeculatiua eſt duplex, quædam eſt tantũ propter ſe, vt cognitio entis inquantum ens, & eius paſſionum in ſuis rationibus generalibus, & tali cognitio non propriè ordinatur ad praxim, de qua in quæſt.vlti. prologi. Sed eſt difficultas, an poſſit eſſe cognitio de Deo, vel de aliqua perſona diuina, ſimpliciter, & tantum ſpeculatiua dictum eſt ſupra in quæſt.vlti.prolo.quòd nõ, quia talis cognitio ordinatur ad praxim, vide ibi. Poſſet fortè eſſe cognitio de Deo merè ſpeculatiua, vt puta cognoſcendo Deum nõ ſub ratione propria, nec ſub ratione ſummi boni, vel infiniti, ſed ſub ratione entis, vel abſoluti, & huiuſmodi. Secundò notandum eſt, quòd cognitio propriiſſimè practica eſt cognitio cõcluſionis deductæ ex ſyllogiſmo practico, vt patet a Doct.vbi ſupra, & talis cognitio poteſt adhuc dici verior pratica, ſi actu dirigat in praxim, & veriſſime practica, ſi voluntas elicit actum conformiter tali cognitioni, vt patet infra à Doct.diſt.39.huius, cognitio verò principiorum eſt bene cognitio practica, ſed non ita practica, ſicut cognitio concluſionis, vt patet in quæſt.vlt.prolcgi. Et quia principia practica ſumuntur à fine, cognitio finis in ſe, adhuc erit minus practica, quia magis recedit à cognitione concluſionis. Tertiò notandum eſt, ꝙ ab vltimo fine poſſunt ſumi principia multa, & ab illis deducuntur multæ concluſiones. Exemplum, nam ſummo bono eſt ſummè obediendum, Deus eſt ſummè bonus, ergo, &c. ex iſta concluſione deduco alias ſic. Deo eſt ſummè obediendum, ſed Deus præcipit proximum etiam diligendum, ergo, &c. Ex iſta teneor ſubuenire illi tempore neceſſitatis, & ſic deinceps, iſta enim vltima concluſio, vel cognitio vltimæ concluſionis non tantum dirigit ad praxim, quæ eſt actus voluntatis quo velit ſubuenire proximo, ſed etiam ſic dirigit voluntatem, vt non tantũ eligat ſubuenire proximo, ſed etiam, vt imperet potentijs ſenſitiuis ad ſubueniendum ei corporaliter, hæc vltima concluſio eſt verè practica, loquẽdo tamen de cognitione directiua, quia non tantũ dirigit in actum elicitum voluntatis, ſed etiam in actum imperatum vltra cognitionem, videlicet, ꝙ eſt ſubueniendum proximo etiam corporaliter, tũc talis intellectus imperio voluntatis poteſt diſcurrere per omnia media quouſque perueniat ad aliquod medium magis oportunũ, quo ſubueniatur proximo, loco, tempore, modo, &c. hæc cognitio talis medij, quæ eſt directiua in actum elicitum voluntatis, & in actum imperatum in alijs potentijs ſenſitiuis, adhuc eſt verior practica, & ſi voluntas conformiter elicit, & imperat, tunc hæc cognitio eſt perfectiſſimè practica, & obtinet vltimum gradum cognitionis practicæ. Et nota, quòd in hoc diſcurſu, quem feci, vltimus finis eſt principalis, & ipſe Deus, vel ſummum bonum, ſub quo ſunt multi fines ordinati adinuicem, vt patet intuenti: cognitio ergo vltimi finis poteſt dici quodammodo contemplatiua, ſiuè ſpeculatiua, non quòd non ſit vera practica, ſed pro eo poteſt dici ſpeculatiua, quia inter cognitiones practicas, hæc maximè recedit à propriiſſimè practica, vt ſatis patet à Doct.vbi ſupra. Cognitio verò ordinatorum ad finem eſt magis practica, & perfectè practica, vt deduxi, quando ergo dicit Augu.quòd non eſt, niſi actus reſpiciens ęternum, & praxis eiuſdem portionis ſuperioris eſt actus reſpiciens temporale reſpectu ęterni: ſic debet intelligi, quòd cognitio vltimi finis poteſt dici contemplatio, includendo tamen amorem vltimi finis, quia propriè contemplatio, de qua Aug.loquitur, eſt cognitio ęternorum cum amore, ita ꝙ talis cognitio eſt directiua in amorem, & tunc eſt perfectè contemplatio, quando voluntas illud cognitum amat. Et quando dicit, ꝙ praxis eiuſdem portionis ſuperioris eſt actus eius reſpiciẽs temporale, ſic debet intelligi (quòd intellectus intelligens vltimum finem tanquam ſummum bonum, & voluntas amans illud intelligit, quòd temporalia ſunt

diligenda

Intellectio dicitur operatio.

Quomodo intellectus diuinus producat filiũ.

Filius impropriè dependet ab eſſentia.

Memoria fœcunda quid includat.

Quomodo filius nõ producatur de lapide.

Cognitio ſpeculatiua eſt duplex.

Exemplum.

Cognitio vltimi finis, an dicatur contemplatiua.

diligenda propter illum finem) quòd talis dilectio, quę ſequitur talem cognitionem poteſt dici praxis portionis ſuperioris, ideſt quòd poteſt dici operatio ſequens ad cognitionem, & amorem æternorũ, & ſic quando aliquis intellectus cognoſcit vltimũ finem poteſt dici portio ſuperior propriè ſumpta, & quando cognoſcit creaturas, vt diligendas propter vltimum finem, adhuc poteſt dici portio ſuperior largè tamen ſumpta, vt patet à Doct. in tertio, diſt. 15. & ſic quando voluntas diligit vltimum finem in ſe, & propter ſe poteſt dici portio ſuperior, & quando diligit alia propter vltimum finem poteſt dici portio ſuperior largè tamen ſumpta.

Nota & bene.

IBI. Eſt igitur alius intellectus quæſt. &c. Dicit Doct. quòd ſi intelligatur portio ſuperior, & inferior in eadem parte intellectiua, ita quòd portio ſuperior dicatur vna potentia intellectiua, & alia inferior dicatur alia potentia intellectiua, vel ſimiliter, quòd portio ſuperior in voluntate dicatur vna potentia volitiua, & inferior alia potentia volitiua, ita quòd ſint ibi diſtinctæ potentiæ, vel volitiuæ, vel intellectiuæ, eo modo quo dicimus, ꝙ intellectus, & voluntas ſunt diſtinctæ potentiæ, ꝙ hic ſenſus eſt manifeſtè falſus, & probat Doct. multis rationibus, quòd inferior, & ſuperior portio in intellectu eſt tantum vna potentia intellectiua realiter, & formaliter, hoc idem de voluntate, & antequam deducam argumenta Doct. Declaro mentẽ ipſius. Vult enim ipſe Doct. idem intellectus realiter, & formaliter, & nulla facta diſtinctione in illo ṗter opus intellectus dicatur portio ſuperior, & inferior, dicitur portio ſuperior inquãtum ipſe intellectus habet cognitionem æternorum, inferior inquantum habet cognitionem temporalium, ſicut alias diximus in quæſt. vltima prologi, quòd idem intellectus ſimpliciter, vt denudatus ab oĩ ni cognitione non eſt practicus, nec ſpeculatiuus, ſed vt recipit cognitionem merè ſpeculatiuam, per illã dicitur ſpeculatiuus, & vt recipit cognitionem practicam per illam dicitur practicus. Sic in propoſito idem intellectus omninò indiſtinctus ex parte rei, vt recipit cognitionem terminatam ad æterna dicitur portio ſuperior, vt verò recipit cognitionem terminatam ad temporalia dicitur inferior. Si cõſideretur etiam intellectus, vt actiuus, & non tantũ receptiuus. Dico, ꝙ vt partialiter producit cognitionem æternorum dicitur portio ſuperior actiua, vt verò partialiter producit cognitionem temporaliũ dicitur portio inferior actiua. Addo tamen vnum, ꝙ portio ſuperior poteſt accipi propriíſſimè, & ſic eſt cognitio æternorum in ſe, poteſt etiam accipi largè, vt dixi ſupra, & ſic eſt cognitio temporaliũ æterna, portio verò inferior impropriè eſt cognitio temporalium ſecundum regulas prudentiæ, ita ꝙ talis cognitio regulat uoluntatem circa temporalia: poteſt etiam dici portio inferior, ut eſt cognitio temporalium, quæ regulat uoluntatem circa temporalia, ordinando illa ad Deum, ut ad ultimum finem, & ſicut dixi de intellectu quantum ad portionem ſuperiorem, & inferiorem, idem ſimpliciter dico de voluntate. Verum eſt, quòd extra litteram poſſet hoc addi, quòd portio ſuperior in intellectu eſt, quando intellectus cognoſcit æterna, ſaltem in conceptibus generalibus ſuo modo tranſumptis, vt cognoſcendo ſummum bonum, ſummum ens, & hoc contingit uia naturali, ut patet prima quæſt. prologi. diſt. 2. primi. & diſtin. 3. ſecundi. Si verò cognoſcit ipſum Deum ſub ratione propria, hoc contingit per reuelationem, vt patet à Doctore, talis portio adhuc eſt perfectior, quia terminatur ad obiectum ſub ratione perfectiori, ut uerò cognoſcit ipſum ſub ratione

Quomodo intellectus dicatur portio ſuperior, & inferior.

Portio ſuperior poteſt accipi duobus modis.

propria, & inquantum talis cognitio eſt imperata à voluntate charitate informata, & ad cognitionem inclinantem, tunc talis portio adhuc eſt valde perfectior, quia per talem cognitionem perfectiori modo intellectus vnitur Deo, quia gratuita, & meritoria, vt verò intellectus cognoſcit eſſentiam diuinam, nudè, & intuitiuè (quod cõtingit in beatis) talis portio eſt perfectiſſima, & perfectior haberi non poteſt. De portione verò inferiori poſſunt dari gradus ſecundum perfectionem, nam ſi intellectus cognoſcit tantum aliquod temporale in ſe poteſt dici inferior portio, vt verò dirigendo volũtatem in praxim, circa tale temporale erit portio perfectior, vt verò cognoſcit dirigendo voluntatem, vt eligat illud ſimpliciter propter Deum, talis portio adhuc eſt perfectior, vt verò cognoſcit dirigendo voluntatem, vt eligat illud propter Deũ, ita quòd talis cognitio ſit imperata à volũtate charitate concurrente, talis portio in ſe adhuc eſt valde perfectior. Si verò talis intellectus cognoſcit temporale dirigendo voluntatem, vt eligat illud propter Deum iam clare viſum à tali intellectu, vt eſt in beatis, tunc talis portio eſt perfectiſſima, & ſicut dixi de portione intellectus, ſimiliter dico de voluntate.

Dantur gradus à portione inferiori.

¶ Sequitur in littera ibi. Hoc probo primò ex actu, & operatione, &c. In iſta ratione Doct. ſupponit primò, quòd ſimpliciter eſt eadem potentia, quæ cognoſcit principium, & concluſionem, & hoc patet, nam concluſio cognoſcitur per cognitionem principij, ſi ergo a. potentia cognoſcit hominem eſſe riſibilem propter cognitionem principij huius: animal rationale eſt riſibile, oportet ipſum a. cognoſcere illud, quia aliter non cognoſceret vnum propter aliud. Et ſimiliter ſi intellectus a. cognoſcit illud principium inquantum eſt principium alicuius concluſionis, ille idem poteſt cognoſcere concluſionem. Secundò ſupponit, ꝙ cognitio alicuius temporalis in ordine tamẽ ad æterna poteſt eſſe reſpectu concluſionis, quæ deducitur ab aliquo principio ęterno, ſicut cognoſco hoc principium æternũ, ſcilicet ꝙ Deo eſt ſummè obediendum, & cognoſco etiam hoc, ꝙ Deus præcepit proximum eſſe diligendũ, ergo cognoſco Franciſcum, qui eſt proximus meus eſſe diligẽdum, propter Deum, ſed cognitio huius concluſionis dicitur portio inferior, & cognitio principiorum dicitur portio ſuperior, cum ſit reſpectu æternorum, Cum ergo idem intellectus cognoſcat concluſionem, & principia; ſequitur, ꝙ portio ſuperior, & inferior ſunt tantum vna potentia intellectiua, ideſt ꝙ idem intellectus penitus indiſtinctus ſecundum rem poteſt dici portio ſuperior, & inferior ſecundum aliam, & aliam cognitionem.

Quomodo dicatur portio ſuperior, & inferior

¶ Ibi. Secundò probatur idem ex actu beatifico ſpeciali. Nam beatitudo non conſiſtit in pluribus potentiis eiuſdem rationis, &c.

¶ In iſta ratione ſupponit primò, ꝙ beatitudo eſt tantum in vna potentia eiuſdem rationis, ita quòd non poteſt eſſe in duabus potentijs intellectiuis, vel in duabus volitiuis, patet, quia beatitudo eſt optimum hominis, quia perfectiſſimè coniungit optimo obiecto, vt patet à Doct. in quarto, diſt. 49. igitur potentia intellectiua eſt illa, quæ perfectiſſimè vnitur optimo obiecto, & ſi daretur in duabus potentiis intellectiuis, ſequeretur, quòd ipſa beatitudo non eſſet optimum partis intellectiuæ, cum ipſa eſſet diuiſa in duabus potentijs eiuſdem rationis.

¶ Secundò ſupponit, ꝙ illa potentia eſt maximè præmianda ſecundum illam rationem, ſecundum quam magis meruit, quia præmium correſpondet merito, & dicẽdo, ꝙ meritũ eſt à portione inferiori,

Nota

Nota bene hanc litteram. Nota bene hanc litteram. Non enim ſic debemus intelligere, quòd portio inferior præmietur, & ſimiliter ſuperior, ſed debet ſic intelligi, quòd eadē voluntas eſt prēmianda ſecundum portionem inferiorem, idеſt quòd ex quo maximè voluntas meruit ſecundum portionem inferiorem, hoc eſt diligendo temporalia ex charitate propter Deum, vel fugiendo illa, quæ Deo diſplicent ex charitate propter Deum, & ſic voluntas dicitur præmiari ſecundum portionem inferiorem, quia opera illa meritoria elicita à voluntate præmiantur, & ſecundum illa opera circa temporalia dicitur portio inferior. Potuit etiam mereri ſecūdum portionem ſuperiorem, puta diligendo Deum in ſe, & propter ſe, & ſic dicitur prēmiari ſecundum portionem ſuperiorem, quia illa dilectio ſecundum quam volūtas dicitur portio ſuperior præmiatur à Deo, quia ex quo beatitudo tantum eſt in vna potentia eiuſdem rationis ſequitur, quòd portio ſuperior, & inferior in voluntate, quæ beatificantur modo ſupradicto non ſint duæ potentiæ volitiuæ.

¶ Ibi. Tertio ex ratione habitus idem oſtēditur, idē habitus ſimplex nō perficit duas potentias &c. Hic Doct. ſupponit principaliter vnum, ſcilicet ꝙ maior vnitas ſemper requiritur in priori eſſentialiter, quàm in poſteriori, patet in omnibus eſſentialiter ordinatis poſterioris, & prioris, nam in cauſis effectiuis ab vnitate cauſæ poteſt eſſe pluralitas effectuum, identitas effectus non poteſt eſſe à pluribus cauſis æquè totalibus, & alterius rationis, vt patet à Doct. in primo, diſt. 2. tamen ab vna cauſa totali effectiua poſſunt eſſe plures effectus diuerſi ſpecie, hoc quidem, patet in cauſis finalibus, nam maior vnitas requiritur ſimpliciter in fine qui eſt prior, quàm in ordinatis ad finē, patet de facto, quia plura abſolutè poſſunt ordinari ad eundem finem, non autem pluralitas ordinatorum requirit pluralitatē finium, nec vnum, idem poteſt ordinari ad duos fines æquè primos, vt patet ſupra, diſtin. 2. primi, hoc etiā patet in cauſis ſubiectiuis, ſiuè receptiuis, nam receptiuum eſt prius eſſentialiter ipſo recepto, & receptum dependet eſſentialiter ad ipſum receptiuum, & ſimpliciter maior vnitas requiritur in receptiuis, quàm in recepto, patet de facto, quia eadem ſubſtantia numero plura accidentia recipit, idem enim intellectus numero plures intellectiones, & plures habitus recipit, pluralitas quoque poſterioris recipit ſtat cum vnitate prioris receptiui, licet non econtra, non enim identitas, vel vnitas recepti ſtat cum pluralitate recipientis prioris, quia vnum, & idem numero, & penitus indiuiſum nō poteſt æquè immediatè recipi in pluribus. Et ſi dicatur hic, quòd aliqua vnitas poſterioris neceſſario requirit pluralitatem receptiui prioris, vna enim albedo numero non poteſt recipi, niſi in corpore quanto, ita ꝙ in tali corpore eſt materia, & forma quæ diſtinguntur realiter, & quantitas. Dico, ꝙ ſola quantitas eſt ratio recipiendi, & ſi per poſſibile, eſſet ſeparata à corpore, adhuc reciperet albedinem cum ſit propria ratio recipiendi, & hoc patet in quantitate ſeparata in ſacramēto altaris haberes ergo probare, quòd eadem albedo poſſet recipi in duabus, quantitatibus, ſtat ergo iſtud, quòd Doc. ſupponit. Addit etiam Doct. quòd ſimpliciter eſt eadem charitas numero, quæ recipitur in portione ſuperiori, & inferiori, ergo portio ſuperior, & inferior hic ſic debet intelligi, ꝙ eadē charitas numero recipitur in volūtate immediatè vt inclinat volūtatem ad dilectionem Dei dicitur, quòd eſt in voluntate, vt in portione ſuperiori, vt eadem charitas inclinat volūtatem ad dilectionem proximi dicitur, ꝙ eſt in voluntate, vt in portione inferiori, &

Quomodo identitas effectus non poſſit eſſe à pluribus cauſis.

Sola quantitas eſt ratio recipiendi.

ſic patet, quomodo portio ſuperior, & inferior in voluntate non ſunt duæ potentiæ.

NVNC ad argumenta principalia ibi.

¶ Item potentiæ diſtinguntur per obiecta. 2. de anima. tex. cap. 33. ſed obiectum portionis ſuperioris eſt æternum, & inferioris temporale quæ ſunt obiecta valde diſtincta ergo &c.

¶ Ibi. Ad aliud &c. Antequàm deueniam ad reſpōſionē Doc. primò reſpondeo formaliter ad argumentum, quia cum dicit, quòd æternum eſt obiectū portionis ſuperioris, & temporale inferioris, ita, quòd ſuperior non reſpicit temporale, nec inferior æternū, & ſic videtur, quòd omnino ſint duę potentiæ. Nam ex hoc arguimus, quòd potentia viſiua eſt alia ab auditiua, quia obiectum vnius nullo modo poteſt eſſe obiectum alterius. Dico, ꝙ ſi portio ſuperior eſſet quædam vis in intellectu, vel voluntate quæ tantum reſpiceret æterna, & inferior quædam alia vis quæ tantum reſpiceret temporalia argumentum haberet difficultatem, ſed nō ſic ponimus, ſed dicimus, quod etſi intellectus omnino indiuiſus ex parte rei reſpicit omne ens pro obiecto ſibi adæquato, tamen idem intellectus vt habet reſpectum ad ęterna dicitur portio ſuperior vt verò habet reſpectum ad ens temporale dicitur portio inferior, & ſic bene concedo, quòd iſti duo reſpectus habent alium, & alium terminum, nam vnus habet æternum pro termino, & alius temporale. Reſpondet ergo Doct. Hæc opi. diſtin. quòd eſt duplex obiectum ſcilicet formale, & materiale, & vt elicio ex dictis Doct. accipitur hic obiectū formale pro illo, quod eſt ratio formalis vel mouendi potentiam, vel terminandi actum illius, ita quòd nihil poteſt mouere potentiam talem, niſi ſub ratione tali, nec terminare niſi ſub ratione tali. Exemplum ſonus in quantum ſonus eſt obiectum formale potentiæ auditiuæ. Et ſimiliter color, & lux, &c. Dicunt ergo, quòd ratio formalis eſt, ratio mouendi potentiam viſiuam vel terminandi actū illius, ita, quòd nihil poteſt mouere illam, nec terminare actum eius per aliquam rationem eius formalem, ſed tantum per rationem coloris. Color ergo vt eſt commune abſtractum ab omnibus coloribus dr̄ obiectū formale. Sed quęcūq; cōtinentur ſub colore, puta albedo &c. dr̄ obiecta ſolū materialia, non enim albedo ſub ratione albedinis pōt mouere potētiā viſiuā vel terminare actū ei⁹, ſed tātum ſub ratione coloris ſic communis, & abſtracti. Dicit ergo iſta opi. quòd potentiæ diſtinguntur per obiecta, quod verū eſt de obiectis formalibus, quia quot ſunt obiecta formalia, tot oportet eſſe potentias, ſed nō eſt verū de obiectis materialib⁹, quia plura obiecta materialia, vt plures colores poſſunt eſſe eiuſdem potentiæ. Sequitur in littera. Sed non video. &c. Hic Doct. improbat aliam opi. & intendit probare, quòd eiuſdem potentiæ poſſunt eſſe plura obiecta formalia modo præexpoſito, nam albedo ſub ratione albedinis poteſt mouere potētiā viſiuā & terminare actum eius, & patet de boue, & capra, qui non poſſunt extrahere colorem in communi, & tamen certum eſt, quòd vident albedinem, ergo ſignum eſt, quòd, ſi albedo mouet potentiam viſiuam bouis ſub ratione albedinis, & ſimiliter terminat actum eius, patet, quia albedo videtur, immò plus dico, hæc albedo eſt obiectum formale, quia hæc albedo ſub ratione propria poteſt mouere, & terminare, patet, quia propriè uidet hoc album, & ſic patet quomodo eiuſdem potentiæ poſſunt eſſe plura obiecta formalia. Nota tamen pro Doct. quia obiectum formale, quod dicitur propriè ratio formalis mouendi potentiā, vel terminandi actum eius aliquando accipitur in ſua

Duplex obiectum.

Quomodo color dicatur obiectū.

Potentia diſtinguntur per obiecta. Quomodo iſta propoſitio ſit intelligenda.

ſua ratione generali, vt color ſub ratione coloris, aliquando ſub ratione ſpeciali, vt albedo ſub ratione albedinis poteſt mouere, & etiam ſub ratione coloris, quæ eſt ratio magis communis, & ſimiliter hæc albedo poteſt mouere ſub ratione albedinis in communi, & ſub ratione coloris, nam communiter quodlibet obiectum potentiæ ſic eſt motiuum habet propriam rationem mouẽdi, vel ſi terminatiuum, habet propriam rationem terminandi, de hoc ſatis dictum eſt, ſupra diſt.3.quæſt. vlti. Secundò nota, quòd ſi albedo mouet, quòd mouet perfectiori modo, quàm calor, quia obiectum quanto eſt perfectius in entitate, tanto ratio mouendi, vel terminandi eſt perfectior, vt patet à Doct. in pluribus locis. Dico tertiò, quòd Doct. hic dicit, ꝙ videtur color ſingularis, vide glo. ſuper diſt.2. huius. Nota quartò, quòd dicendo, quòd nulla potẽtia habet obiectum adæquatum non abſtractum, niſi diuin⁹ intellectus. Hoc ſic debet intelligi, quòd loquendo de obiecto motiuo ſola eſſentia diuina eſt obiectum adæquatum intellectus diuini, ſed loquendo de terminatiuo non poteſt eſſe ſola eſſentia diuina, ſed ſimpliciter ens inquantum ens.

Quomodo eſſentia dicatur obiectum motiuum.

¶ Ibi. Dico ergo ad argumentum, &c. Nota quare potentiæ ſenſitiuæ requirunt diſtincta obiecta, ita quòd potentia viſiua tantum reſpicit colorem, vel lucem, & hoc eſt, quia eſt ſic mixta, & per conſequens eſt ſic determinati obiecti, & ſimiliter potentia auditiua, quia eſt ſic mixta ideo tantum reſpicit ſonum tanquam obiectum, ſonus ergo eſt obiectum adæquatum formale potentiæ auditiuæ, ſub quo tamẽ continentur plura obiecta formalia, ſed nõ adæquata, quia quilibet ſonus ſecũdum rationem propriam, & formalem poteſt mouere potentiam auditiuam, & terminare actum eius. Ponuntur ergo obiecta diſtincta formalia, adæquata eſſe diſtinctarum potentiarum organicarum, quia propter talem mixtionem in organis talis potentia ſic reſpicit vnum obiectum, quòd non aliud. In potentijs verò non organicis cuiuſmodi eſt intellectus, & voluntas, quia ſunt omnino abſtractæ ab organis, ideo non oportet ponere ſic diſtincta obiecta adæquata, nam ens inquantum ens, & vt ſimpliciter complectitur omne ens eſt adæquatum obiectum potentiæ intellectiuæ, vt patet in primo, diſt.3.

¶ Ibi. Si quæras, quòd eſt obiectum adæquatum potentiæ organicæ.

¶ Ibi. Dico, quòd ſi ens, &c. Hic modo Doct. incipit dubiè loqui. Dicit primò, quòd ſi poteſt abſtrahi aliqua ratio communis enti creato, & increato, tunc ens in communi eſt obiectum adæquatum intellectus, & hoc ſimpliciter eſt verum, vt probauit ſupra diſtin.3. quæſtio.3. primi. vbi tenuit expreſsè, quòd oportet aſſignare aliquod commune vniuocum pro obiecto adæquato intellectus, & illud commune non poteſt eſſe, niſi ens inquantum ens, vide ibi bonas gloſas.

Quomodo ens ſit adæquatũ obiectum intellectus.

¶ Sequitur. Ibi. Non, quòd per abſtractionem, &c. Nota bene hanc litteram, non enim vult Doct. quòd talis conceptus entis hic abſtractus ſit adæquatum obiectum intellectus, quia vt ſic dicit tantum vnum conceptum numero vnica intellectione intelligibile, vt patet in prima quæſt. prolo. Nam adæquatum obiectum intellectus dicitur ens inquantum ens, hoc eſt inquantum includitur in quodlibet ente, ita quòd quodlibet ens ſub ratione propria poteſt mouere intellectum, & terminare actum eius, & etiam ſub ratione communi, quia à tali obiecto communi poteſt abſtrahi conceptus. Conceptus ergo talis communis poteſt dici obiectum adæquatum intellectus inquantum à quolibet ente intelligibili poteſt abſtrahi vna talis ratio communis, vel conceptus. Sequitur in tex. Et tunc non diſtinguerentur, &c. Si ponatur ens inquantum ens, vt eſt commune omni enti obiectum intellectus, tunc portio ſuperior, & inferior non diſtinguitur per obiecta, ideſt quòd ſi intellectus habet tantum ens inquantum ens pro obiecto adæquato reſpicit quodlibet ens, & ſic non oportet ponere in intellectu iſtas portiones ſic diſtingui intelligendo, quòd ſint portiones ibi diſtinctæ ex natura rei. Sed loquendo de portione, vt dixi ſupra, quæ dicit alium, & alium reſpectum, hoc modo diſtinguitur per obiecta, quia per temporale, & æternum. Similiter intellectus, & voluntas non diſtinguntur per obiecta, patet, quia idem obiectum eſt vtriuſque potentiæ, vt patet ſupra diſtin.3.quæſtio.2. & in quarto, diſt.49. Sequitur ibi. Si autem ens, &c. Hic Doct. dicit primò, quòd ſi ens inquantum ens non eſt commune vniuocum omni enti, tunc intellectus non habebit vnum obiectum adæquatum, & probat, quia ſi non datur talis conceptus communis oportet dicere, vel quòd vnum obiectum numero ſit adæquatum obiectum intellectus creati, & hoc non, quia ſi illud poneretur non poſſet poni, niſi eſſentia diuina, quia ipſa ſola continet virtualiter omne ens. Modo ipſa non eſt obiectum proportionatum intellectui creato, ſed tantum diuino, vt patet in prologo quæſtio.3.& quæſtio.14.quolib. Et ratio eſt, quia eſt formaliter infinita, quia tunc moueret ad cognitionem infinitam, hoc poteſt elici diſtinct.8.quæſt.vlti. Cætera clara ſunt in littera. Sequitur. Sic etiam, & obiectum potentiæ diuinæ, &c Dicit Doct. quòd potentia diuina, quæ eſt productiua ad extra, quæ tantum reſpicit poſſibile, vt patet in primo, illud poſſibile quod eſt commune omni operabili, vel producibili non erit vnum in re dictum vniuocum de omnibus operabilibus, quia à ſenſibili, & inſenſibili non poteſt abſtrahi vnus conceptus ex natura rei vniuocus, qui prædicatur de ſenſibilibus operabilibus, & inſenſibilibus, cuiuſmodi ſunt angeli, ſed ſi abſtrahitur aliquid commune, illud non erit per operationem intellectus. Hoc autem Doct. non dicit ſecundum opi. propriam, vt patet in primo, diſt.3.& 8.

Intellectus, & voluntas quomodo nõ diſtinguũtur per obiecta.

¶ Ibi. Vel dic, &c. Doctor. dicit hic, quòd licet temporale & æternum ſint diſtincta obiecta, & formalia, non tamen arguunt diſtinctas potentias, ſed vnum illorum eſt via deueniendi in cognitionem alterius, nam intellectus noſter ſicut per cognitionem cauſati deuenit in cognitionem cauſæ primæ, ita per cognitionem temporalis deuenit in cognitionem æterni. Et ſic patet littera Doct. huius diſtinctionis. *Nota.*

Diſt. XXV. Quæſtio Vnica.

Vtrum aliquid aliud à voluntate cauſet effectiuè actum volendi in voluntate.

Scotus 2.ſent.diſt.25.q.1.

D.Tho.prima parte ſummæ.q.77.& prima ſecundæ.q.9.& 3.& 3.par.q.32.

QVÆRITVR circa diſtinctionem vigeſimamquintam. Vtrum aliquid aliud à voluntate cauſet effectiuè actũ volendi in voluntate.

¶ Ibi. Dicitur hic ab vno Doctore moderno, &c. Nota, quòd Doct. in iſta diſtin.

recitat

recitat duas opi.quæ concordant in hoc, quòd aliquid aliud à voluntate effectiuè cauſat actum volẽdi, ſed differunt in modo, nam prima, quæ eſt Gotti.quolib.6.quæſt.10.7.& quolib.8.quæſt.12.& alibi. Vult, quòd fantaſma exiſtens in virtute fantaſtica cauſet effectiuè volitionem, quam voluntas vult obiectum cuius eſt tale fantaſma. Et alia opi.vult quòd ipſum obiectum cognitũ ſit cauſa huiuſmodi cognitionis, & non vult, quòd ſit ipſum obiectum, vt tantum habet eſſe cognitum, ſed quòd ipſa intellectio actualis qua obiectũ ipſa habet eſſe cognitum eſt cauſa volitionis in voluntate, qua ipſa volũtas vult tale obiectũ, cuius eſt talis cognitio, & iſta opi.ſecunda eſt.

Opinio Gottifredi.

¶ Ibi. alia eſt opi. Arguo igitur ſic in poteſtate patientis non eſt, quòd ipſum patiatur inquantum patiens, &c. Hìc Doct.ſupponit vnũ ex auctoritatibus præcedentibus, ſcilicet quòd actus voluntatis ſit in poteſtate eius, alioquin ſecundum illum actũ non eſſet laudanda, vel vituperanda, quo ſuppoſito probat intentum, quòd aliud à voluntate nõ eſt cauſa effectiua ipſius actus, qui dicitur eſſe in poteſtate voluntatis. Et arguit ſic in poteſtate patiẽtis nõ eſt, quòd ipſum patiatur inquantum patiens, patet iſta, quia patiens inquantum patiens ex hoc dicitur, quia ſe habet in ratione receptiui, vt puta lignum approximatum igni in hoc, quòd recipit calorem ab igne dicitur pati. Quæro modo à quo habet, quòd dicatur pati, certum eſt, quòd ab igne cauſante calorẽ in ligno, ideo enim patitur ab igne, quia recipit calorem ab ipſo, & ſi ignis non cauſaret calorem in ligno, tunc lignum non diceretur pati ab igne, ergo ſequitur, quòd talis calor productus ab igne præintelligitur ipſo patiente, vt patiẽs eſt. Cũ ergo poſterius inquantum poſterius non habeat in poteſtate ſua prius, ſequitur, quòd inquãtum patiens non habet in poteſtate ſua calorem ſecundum quem patitur, quia calor prius producitur in eſſe ab ipſo igne, quàm lignum inquantum patiens dicatur pati ſecundum talem calorem. Si ergo voluntas parte patiatur ab obiecto recipiendo volitionem tanquam à cauſa productiua illius, ſequitur, quòd illa volitio prius eſt in poteſtate obiecti efficientis, & ſic ſequitur, quòd ipſa inquãtum patitur eſt poſterior volitione, & ſic non habet in poteſtate ſua illam, ergo ſi ſecundum ſanctos voluntas habet in poteſtate ſua volitionem, ſequitur, quòd habebit in poteſtate ſua inquantum eſt prior ipſa, & ſic voluntas erit cauſa effectiua volitionis, & non inquantum paſſiua, vel receptiua, & inquantum actiua ſaltem eſt prior natura, vt patet diſt.1.quæſt.1.huius ſecundi, & inquantum paſſiua, & ſub illa ratione qua patitur eſt poſterior.

Contra concluſionem.

IBI. Contra concluſionem in ſe, &c. In iſta ratione Doct.ſupponit vnum, ſcilicet quòd nulla cauſa naturalis circa idem paſſum poteſt eſſe cauſa contrariorum, iſta propoſitio ſic declaratur, & ſuppono, quòd a.ſit cauſa naturalis, & diſpoſita, & paſſum circa, quòd agit ſit optimè diſpoſitum, quia hoc modo loquitur Doct.de cauſa naturali, & paſſo diſpoſitis. Si dicis, quòd aqua poteſt producere duo contraria, puta frigiditatem, & caliditatẽ in tãta intenſione, vt ſint contraria, ſequitur, quòd aut non producet, aut duo cõtraria ambo ſimul, quia ſi aliquid poteſt producere circa aliquod paſſum optimè diſpoſitũ, æquè ſimul poterit producere illa duo contraria, patet, quia cauſa ſit naturalis, & agat ſecundum vltimum potentiæ ſuæ, & non eſt magis determinata ad vnum, quàm ad aliud, ſequitur, ꝙ duo contraria in eodem inſtanti producit, & in eodem paſſo, quod eſt impoſſibile, & non poteſt dici, quòd tantum vnum producat, quia non eſt maior ratio de vno, quàm de alio. Et ſi non poteſt producere iſta duo ſimul, ſequitur, quòd nec etiã ſucceſſiuè, quia ſtante æquali virtute circa idẽ paſſum æquè diſpoſitum non eſt maior ratio, ꝙ vnũ producat, quàm alium, & ſic ſequitur, ꝙ vel duo cõtraria ſimul producet, vel ꝙ nihil, qđ eſt incõueniens. Deinde ſupponit Doct.quòd velle, & nolle ſint duo contraria, vt dixit in primo, diſt.1.& in ſecundo, diſt.7.& in tertio, diſt.30.quòd velle, & nolle reſpectu eiuſdem obiecti ſunt contraria, nã ad ipſa ſequitur contradictio, ſicut communiter ad contraria ex quarto metaphyſicorum, quòd modo ſit aliqua cauſa alia à voluntate, quę ſit cauſatiua velle, & nolle reſpectu vnius, & eiuſdem obiecti loquendo de cauſa naturali, videtur omnino impoſſibile. Et quia dicit hìc Doct.ꝙ malum non poteſt eſſe cauſa ipſius nolitionis cum ſit nihil, quia eſt ſola priuatio boni.

Velle, & nolle ſunt contraria.

¶ Si diceretur, hic ꝙ Doct.vult etiam, ꝙ malitia aliqua ſit ens poſitiuum, vt patet de iniuſtitia contrariè ſumpta, & patet à Doct.in ſecũdo, di.7.& infra di.41.& ſimili in tertio, di.30.ergo talis malitia, quæ eſt ens poſitiuum poterit eſſe cauſa.

¶ Dico, ꝙ talis malitia dupliciter poteſt conſiderari vt puta habitus iniuſtitiæ, aut enim conſideratur, vt dicit carentiam bonitatis, quæ deberet ineſſe, & ſic dicit priuationem, aut vt eſt quidã habitus acquiſitus ex frequentatis actibus, & tunc eſt quid poſitiuum, & eſt verum ens, & tale, vt ſic eſt cauſatiuum alicuius actus voluntatis maximè erit cauſatiuus volitionis, ſicut & aliud ens poſitiuum. Malitia ergo propriè formaliter ſumpta, ſiuè malũ eſt ſola priuatio boni, hoc patet à Doc.infra, di.34. in reſponſione ad argumenta.

¶ Ibi. Itẽ paſſio non eſt in poteſtate patientis, &c. Nota, quia Doct.dicit, ꝙ paſſio, &c.maxime ſi eſt ab agente naturali, hoc non dicit ſecundum mentẽ propriam, ꝙ ſi eſſet ab agente libero, ꝙ tunc poſſet eſſe in poteſtate patientis, quia in di.17.primi, probat, ꝙ actus meritorius ex hoc dicitur meritorius in voluntate noſtra, quia principiũ merendi eſt in poteſtate noſtra, & ſi voluntas diuina produceret illum actum nõ diceretur voluntas mereri ſecundũ illum, ita quòd mereri ſit in poteſtate illius. Dicit ergo Doct.ꝙ & ſi ſecundum aliquos poſſet cõcedi, ꝙ paſſio, ſiuè actus quo aliquid patitur dicatur in poteſtate patientis quando ille actus producitur ab agente libero, tamen eſt manifeſtè falſum de agente naturali, quod ſemper agit de neceſſitate, & ſecundum vltimum potentiæ ſuæ.

Actus quare dicatur meritorius.

¶ Si dicatur. Nonne voluntas dicitur formaliter libera quando recipit actum volendi? ſicut etiã intellectus dicitur formaliter intelligens quãdo recipit actum intelligendi, vt patet à Doct.in primo, diſt.3.quæſt.7. Actus enim bonus, vel malus dicitur, quia liber, ergo ſi voluntas formaliter dicitur libera per actum quem recipit, videtur, ꝙ inquantum recipit ille actus ſit in poteſtate ſua, quia liber.

¶ Dico, ꝙ aliud eſt dicere voluntatem eſſe liberã formaliter, & denominatiuè, quia recipit actũ liberè productum, & aliud eſt dicere voluntatem eſſe liberam, ita ꝙ habet in poteſtate ſua liberè poſſe producere talem, vel talem actũ, libertas enim voluntatis ex hoc attenditur, quia habet in poteſtate ſua merè liberè poſſe producere velle, & nolle reſpectu vnius, & eiuſdem obiecti, licet ſucceſſiuè, & ſic per ſe dicitur libera inquantum principium productiuum, vt patet à Doct.in pluribus locis, vt verò recipit actum voluntatis liberè productum dicitur tantum libera terminatiuè, quia per aliquem effectum liberè productum, quia effectus denomi-

Voluntas quare dicatur libera.

denominatione extrinſeca dicitur liber ex hoc, vt reſpicit cauſam liberè producentem.

¶ Ibi. Dicitur, quòd pro tanto, &c. Dicunt iſti, quòd voluntas ex hoc habet in poteſtate ſua velle, quia poteſt determinare intellectum, &c. Et vt intelligatur, pono exemplum. Nam Fran. in eſſe cognito eſt præſens voluntati, tunc Fran. eſt cauſa effectiua volitionis in voluntate, & talem volitionē non habet voluntas in poteſtate ſua, ſed habita iſta volitione poteſt imperare intellectui, vt cognoſcat aliud obiectum, puta Ioannem, & ſic auertere ipſum intellectum à conſideratione Franciſci, & tunc Ioannes ſic cognitus ab intellectu per imperiū voluntatis cauſat volitionem ſui in voluntate, & ſic dicitur, quòd voluntas habet in poteſtate ſua hanc volitionem reſpectu Ioannis non quòd cauſet illā, ſed quia poteſt imperare intellectui, vt conſideret ipſum Ioannem, & quia ad cognitionē ipſius Ioannis, quæ eſt ex imperio ipſius voluntatis, ſequitur volitio cauſata ab ipſo Ioanne, cognito, ex hoc dicitur, quòd voluntas habet ipſum velle in poteſtate.

¶ Ibi. Contra. Hic Doct. probat, quòd non dicatur ſic libera, quia certum eſt, quòd prima volitio ſecundum eos nō eſt in poteſtate voluntatis, vt puta volitio qua vult Fran. primò, quia impoſſibile eſt quin viſis tangamur; hæc auctoritas ſic debet intelligi, quòd non eſt in facultate voluntatis, nec prima intellectio obiecti puta delectabilis, nec etiam prima viſio, ſed bene eſt in poteſtate voluntatis ipſum intellectum firmare in cognitione, & ſimiliter ipſum ſenſum.

Contra Gotifredum.

¶ Ibi. Contra illud de fantaſmate agens æquiuocū, &c. Hic Doct. intendit inducere Gotti. ad hoc inconueniens, quòd fantaſiatio ſit nobilior fœlicitate philoſophorum, quam ponebāt in intellectione, & volitione. Et dicit. Si enim fantaſma eſt cauſa totalis intellectionis, & volitionis, & certum eſt, ꝙ æquiuoca cū differat ſpecie ab intellectione, & volitione, ergo erit nobilior vtraque, vt ſubtiliter probat Doc. in quarto in materia de eucharistia, ꝙ cauſa æquiuoca eſt nobilior ſuo effectu, hoc totū planum eſt, ſed cum dicit, ergo fantaſiatio erit nobilior intellectione, hoc non eſt ſic notum, ſed oportet, quòd deducatur ex iſtis, virtus enim fantaſtica, vna cū ipſo fantaſmate eſt cauſa fantaſiādi, vel actus fantaſiæ, quia ſi ſenſus exterior eſt cauſa partialis ſenſationis, & principalis, vt vult Doct. q. 15. quolib. multo fortius ſenſus interior erit cauſa partialis principalis ſui actus, & certum eſt, ꝙ virtus fantaſtica eſt valde nobilior ipſo fantaſmate, vt patet. Si ergo fantaſma poteſt eſſe cauſa totalis intellectionis quæ recipitur in intellectu, & volitionis, quæ recipitur in voluntate, & virtus fantaſtica eſt valde nobilior ipſo fantaſmate, ergo operatio eius principalis erit valde nobilior intellectione, & volitione, & per cōſequens homo erit magis fœlix per actū fantaſiæ, quàm per actum intellectus, & voluntatis, cū fœlicitas cōſiſtat in nobiliori operatione hominis, vt patet 10. ethi. & Doct. deducit in quarto, d. 49. Et ſi dicatur, ꝙ intellectio eſt nobilior, quia ipſum fantaſma cū virtute fantaſtica poteſt producere duos effectus ordinatos, quorum poſterior erit nobilior, quia actum fantaſiādi, & actum intelligendi. Dico, ꝙ quādo aliqua potentia actiua ſe habet ad aliquas operationes, quarum vna dicitur ſibi propria, & quā in ſe recipit, & qua perfectè vnitur ſuo obiecto, ſemper talis operatio eſt nobilior illa, quæ non eſt, ita propria ſibi, & quæ nullo modo recipitur in tali potētia, & per cōſequens nō poteſt eſſe id, quo formaliter vniatur ſuo delectabili, modo virtus fantaſtica per actum fantaſiæ receptū in illo poteſt vniri ſuo obiecto optimo, intellectio verò tantū recipitur in intellectu, & volitio in voluntate.

Cauſa æquiuoca eſt nobilior effectu.

¶ Sequitur in littera ibi. Nec poteſt ſolùm per lumen intellectus agentis, &c. Dicerēt iſti, ꝙ bene verum eſſet, ſi fantaſma per ſe, vel cum virtute fantaſtica eſſet cauſa intellectionis virtute propria, ſed eſt cauſa virtute intellectus agētis, ita quòd intellectus agēs eſt magis cauſa intellectionis principalis. Doct. dicit, ꝙ hoc dictū contradicit dictis eorum, quia ipſi dicunt, ꝙ debet agens eſſe diſtinctum ſubiecto à patiente, vt patet in iſta opi. Gotti. & hoc idē in primo, d. 3. q. 7. modo intellectus agens nō diſtinguitur ſubiecto à poſſibili, & ſic nō poteſt agere in illum.

Ratio difficultas cōtra opinionem Auerrois.

¶ Sequitur ibi. Nec etiam intellectus agēs, &c. & patet. Sequitur ibi. Nec valet dicere, ꝙ philoſophi non viderunt, &c. quia Doct. dixit ſupra, ꝙ ex quo in angelo non eſt aliquod fantaſma, quærit à quo cauſetur ſuum velle quo angelus peccauit, ſi à voluntate angeli habetur intentum. Si à Deo, immediatè, ergo ſecundum illum non peccauerunt, ſi ab alio obiecto extrinſeco ſimiliter non peccauerunt, quia tale velle non eſt in poteſtate eius, dicunt modo iſti, ꝙ angelus non poteſt habere velle nouum, vel intellectionem nouā, quæ ſint in poteſtate eius, quia philoſophi hoc non viderunt, nam ipſi voluerunt, ꝙ tā volitio, quàm intellectio angeli ſint ſubſtantia ipſius angeli, vt patet tertio de anima. Dicit Doct. ꝙ hoc poſuerūt propter falſum principium, quia ipſi poſuerunt intelligentias habere neceſſe eſſe, & ab æterno, ſed nos diſcordamus cum philoſopho in hoc principio dicentes, ꝙ habuerunt nouū eſſe poſſibile, & merito diſcordamus in concluſione ponēdo in eis nouas intellectiones, & nouas volitiones.

In Angelo non eſt fantaſma.

Intelligentia habuerunt nouum eſſe poſsibile.

NVNC reſpōdet Doct. ad rationes opi. Gotti. quarum prima eſt talis, oportet mouens, & motū eſſe diſtinctū ſubiecto, ſed in parte intellectiua animæ nihil poteſt eſſe diſtinctum ſubiecto à voluntate, ergo, &c.

¶ Doct. reſpondendo dicit ibi ad probationem ſuam, &c. quia Dicit Gotti. ꝙ iſta ſunt idē mouens, motū eſſe indiſtincta ſubiecto, & idem mouere ſe. Dicit Doct. ꝙ ſecundum alium Doct. hoc non cōcederetur, quia ipſe diceret, ꝙ obiectum cognitū, vt habet eſſe in ipſo intellectu, id eſt ꝙ intellectio ipſius exiſtens ſubiectiuè in intellectu poteſt cauſare volitionem illius obiecti in voluntate, & tamen talis intellectio non diſtinguitur ſubiecto à ſua volūtate, & tamen non ſequitur, ꝙ idē moueat ſe, quia intellectio, quæ eſt alterius rationis à volūtate moueat voluntatē cauſando volitionem obiecti in illa. Sequitur. Sed ego dico, &c. Hic dicit Doct. abſolutè, ꝙ vnum, & idem ſimpliciter poteſt mouere ſe, & quomodo hoc ſit verum dictum eſt in primo, di. 3. quæſt. 7. & in ſecundo, diſt. quæſt. 10.

¶ Ibi. Dum dicis, &c. Gotti. probat per hāc propoſitionem, ꝙ idem non poſſit mouere ſe, vt puta, ſi dicis, ꝙ voluntas mouet ſe cauſando volitionem in ſeipſa. Contra, quia qualis eſt voluntas in actu, vt actiua talis debet eſſe in potentia, vt paſſiua. Si ergo idem moueret ſe, idem ſimpliciter eſſet actu tale, & non in actu tale, cætera patent in littera.

¶ Ibi. Si dicas, ꝙ agens virtualiter, &c. Hic arguit per exempla, ꝙ exiſtens virtualiter tale nunquā poteſt eſſe formaliter tale, patet, quia ſol eſt virtualiter calidus, cum habeat in virtute ſua producere caliditatē, & tamen non poteſt eſſe formaliter calidus.

¶ Ibi. Ad aliud de relationibus, &c. Idē habetur in d. 2. & 3. & credo 26. Expono tamē in litterā. Nā cū dicit, ꝙ relationes cauſæ, & cauſati ſunt oppoſitę, & inter illa eſt depēdentia eſſentialis, non ſic debet intelligi, ꝙ vna relatio eſſentialiter dependeat ab alia, ſed ſic, ꝙ tales relationes de neceſſitate ſunt in

talibus

talibus funda mentis inter quæ fundamenta poteſt eſſe dependentia eſſentialis, quia res cauſata dépendet eſſentialiter à re cauſante, & res cauſata dicit ſimpliciter aliam naturam, & altam eſſentiam à re cauſante, vt ſatis patet à Doct. in primo. diſt. 2. Modo relatio cauſati de neceſſitate fundaſ in alia natura, & terminatur ad aliam naturam cauſantem, & ſic ſi in eadem natura eſſet relatio cauſæ, & cauſati, ita, quòd ſecundum vnam diceretur cauſata, & ſecundùm aliam cauſa, ſequeretur, quòd idem eſſentialiter dependeret à ſeipſo, quod eſt impoſſibile. Similiter cum dicit de relationibus originis ſicut paternitas, & filiatio in diuinis inter quas eſt tantū ordo originis principiati ad principans, & nullo modo cauſati ad cauſam. Nam filiatio in diuinis de neceſſitate eſt alicuius ſuppoſiti, quod principiatur à patre, & ſi tales relationes puta paternitas, & filiatio in diuinis poſſent fundari in eadem perſona reſpectu eiuſdem, tunc eadem perſona eſſet principians, & principata, quod nō eſt intelligibile, tamē iſtæ duæ relationes fundantur immediatè in eadē natura ſimpliciſſima, quia eſſentia diuina, quæ eſt ſimpliciter in patre, & filio, & ſpirituſancto, &, ꝙ ipſa fundare poſſit huiuſmodi relationes, ſoli eſſentiæ competit propter infinitam perfectionem ſuā, vt patet à Doct. in primo. diſt. 28. vbi hanc materiā pertractat. In creaturis verò eſt impoſſibilè, quòd vna, & eadem natura numero poſſit eſſe tota in duobus ſuppoſitis. Deinde dicit Doct. quòd ſunt aliæ relationes, quæ habent dependentiam accidētalem mutuo, quæ in ſunt propter aliquod tertiū cauſatum Exemplum. Voluntas vt cauſat volitionem in ſeipſa habet relationem mouentis ad ſeipſam motam vt recipit ipſam volitionem à voluntate mouente vel ipſam cauſante dicitur moueri. Et vt intelligatur repeto vnum ſimile, quod habetur à Doctore in ſecundo. Nam primo inter voluntatē cauſantem volitionem, & ipſam volitionem cauſatam eſt relatio realis cauſantis ad cauſatum, & econtra. Secundo vt ipſa eadem voluntas comparatur ad volitionem, quam recipit vt perfectionem, inter ipſam, & volitionem eſt relatio realis voluntatis perfectibilis ad volitionem perficientem, & econtra, tertio inter voluntatem producentem volitionem in ſeipſa vt mouentem, & inter voluntatem recipientem ipſam volitionem ab ipſa uoluntate mouente eſt relatio realis puta voluntatis motæ ad ſe ipſam mouentem. Ex hoc poteſt ſatis patere una difficultas tacta à Doct. in primo. diſt. 26. quia ibi dictum fuit, quòd relatio realis ſemper eſt inter extrema realia, & realiter diſtincta, hoc non eſt ſimpliciter uerum de omni relatione, ut eſt in propoſito, & ipſe etiam dicit, quòd inter uoluntatem mouentem, & motam eſt relatio realis, Si tamen uolumus dicere, quòd omnis relatio realis eſt inter extrema realia realiter diſtincta, poſſumus ſic dicere vel, quòd illa extrema ſint realiter diſtincta adinuicem ut extrema relationis cauſantis ad cauſatum, & originantis ad originatum, ſed quando inter aliqua extrema ſola ratione diſtincta, ut uoluntas mouens, & mota ſufficit hoc, quòd licet inter ſe non diſtinguantur realiter, tamen iſtę relationes reales mouentis, & moti, & econtra non poſſunt ſibi ineſſe, niſi per aliquod realiter diſtinctum, & ſic relationes uoluntatis mouentis, & uoluntatis motæ in ſunt uoluntati propter uolitionem realiter diſtinctam, & ab eadem uoluntate cauſatam, & receptā.

Quo eſſentia diuina ſit in tribus perſonis.

Exemplum.

Nota.

Speculare hanc propoſitionem.

¶ Ibi. Dum arguitur &c. quia ſi voluntas eſt cauſa totalis uolitionis puta qua uult Io. tamen non poteſt cauſare illam, niſi prius Io. præſentetur in eſſe cognito, quod requiritur, ut cauſa ſine qua non. Arguunt ipſi, quòd ſic poſſumus dicere, quòd quodlibet agat in ſeipſum, & ſic lignum calefacit ſeipſum licet hoc non poſſit niſi igne præſente ut cauſa ſine qua nón, dicerent ergo, quòd non eſt ſimile, patet, quia ſi ignis applicatur alteri combuſtibili à ligno, ita comburit aliud combuſtibile ſicut, & lignum, igitur ſignum eſt, quòd iſta combuſtio eſt ab ipſo igne, & non a ligno, quia ignis agit mere naturaliter, non eſt ſic de uoluntate, quia poſito alio uolibili non ſequitur uolitio de facto illius ut experimur, ergo ſignum eſt, quòd ipſa uoluntas habet in poteſtate ſua ipſum uelle cum modo uult unum modo aliud.

¶ Ibi. Sed hoc non ſufficit &c. Hic Doct. adhuc reſpondet pro aduerſario, & ſic in tota iſta littera non ſoluit. Doct. quia ſi uoluntas poteſt producere ipſum uelle, ut cauſa totalis, præſente tamē obiecto ut cauſa ſine qua non, quòd ſimiliter lignum non poſſit ſe comburerere ut cauſa totalis, præſente tamen igne ut cauſa ſine qua non, ſed poſt infra ibi. Dico tertio ad inſtantiam, ſoluit, quòd eſt ſimile de ligno, & uoluntate, & hoc idem in primo diſtinctione. 5. quæſtione. 2.

¶ Ibi Dico igitur. Hic Doct. uult habere intentum ſuū, etiā ex dictis huius opi. ꝙ ſcilicet requirit obiectū ut cauſa ſine qua nō, & expono pro nunc, quid intelligāt p cauſam ſine qua non Dr̄. n. cā ſine qua nō reſpectu alicuius effectus, quæ nullo modo eſt productiua illius, ſed tamē ſine ipſa non eſt cauſa productiua illius, quia non poteſt illum effectū producere, niſi prius præexigat aliquid aliud, ut patet, quia uoluntas non poteſt cauſare uelle alicuius obiecti, niſi prius ſit cognitum, & ſic præexigitur cognitio illius, ut cauſa ſine qua non, & dat exēplum de ſole illuminante.

Quo dicatur cauſa ſine qua non.

Dubium.

¶ Sed occurrit difficultas, quia ſi Doct. uult ſuſtinere, quòd uoluntas ſit cauſa totalis uolitionis uidetur, quòd tunc argumentum, quod facit di. 3. q. 7. primi probando, ꝙ intellectus non ſit cauſa totalis intellectionis nō concludat, q̄a diceret, ut dictū eſt ibi, ꝙ obiectum requiritur ut cauſa ſine qua nō.

¶ Dico, quòd argumentum ibi concludit, hic autem non, & ratio eſt propter ordinem potentiarum, nam intellectus ut intellectus eſt non præſupponit de neceſſitate actionem alterius potentiæ circa obiectum, quod habet intelligere, uoluntas uerò quæ eſt poſterior ipſo intellectu, de neceſſitate naturæ præſupponit ipſum intellectum ut prius operatiuum, ut patet à Doct. in 1. diſt. 2. non poteſt ergo uoluntas exire in actum ſuum, niſi prius intellectus exierit cognoſcendo illud obiectum, quod uoluntas uult, requiritur ergo primò cognitio illius obiecti ut cauſa ſine qua non, reſpectu uolitionis, & hoc ſolum propter ordinem potentiarum, ſicut etiam ſi uoluntas eſſet prior intellectu prius nata eſſet operari quàm intellectus intelligere, ut patet à Doct. in primo. argumentum ergo Doct. probat, reſpectu autē uolūtatis nō eſt ad ꝑpoſitū.

Reſponſio.

¶ Ibi. Secundo ad autoritatem Ari. Hic Doct., reſpondet ad argumentum Gotti. quo probabat, quòd ſi uoluntas &c. Reſpondet Doct. quòd non eſt ſimile de ſenſu, & uoluntate, quia ſentire puta uidere, in ordine potentiarum puta potentiæ uiſiuæ, ſenſus communis, intellectus, & uoluntatis eſt ſimpliciter primus effectus, ſicut etiam audire, & hic effectus non præſupponit alium, ſiuè aliam oppoſitionem, ut patet, ſi igitur ſenſus aliquis puta uiſus eſſet actiuus uiſionis ut cauſa totalis ſemper uideret, uelle uerò eſt effectus poſterior intellectione, & hoc de neceſſitate naturæ, & ideo non ſequitur, ꝙ ſi uoluntas eſt actiua uolitionis, quòd ſemper poſſit uelle obiectum, quia requiritur intellectio illius obiecti tanq̄ effectus ſimpliciter prior.

¶ Ibi.

An lignũ calefaciat ſe.

¶ Ibi. Dico tertio ad inſtãtiã de ligno calefactiuo ſui. Hic doc. ſoluit inſtantiam de ligno, ꝙ non calefaciebat ſe, & reſponſio ſtat in hoc, quia aliud eſt loqui de pfectione actiua potẽtiæ, & de actione corruptiua, nam rationabile eſt, ꝙ potentia perfecta, & nobilis habeat in poteſtate ſua actiua actionẽ perfectiuam, ipſius cuiuſmodi perfectio eſt intellectio, & volitio, nam ad talem perfectionem eſt naturalis inclinatio, ſed non eſt rationabile, ꝙ aliquod ens habeat actionem ſui corruptiuam, cum nullo modo inclinetur ad corruptionem ſui, ſi igitur lignum poſſet calefacere ſe, & ſic comburere, tunc ageret ad corruptionem ſui, quod videtur omnino irrationabile.

¶ Si dicatur. Nonne viuentia habent in poteſtate ſua actiua actionẽ qua ſe corrumpunt &c. Dico, ꝙ nihil agit ad corruptionem ſui, & viuentibus accidat talis corruptio, nõ eſt, ꝙ vna pars agat in ſeipſam corrumpendo, ſed quia vna pars agit in aliã reddẽdo illã improportionabilẽ ad aĩationẽ, vt ſatis patet à Doctore ſupra in hoc 2. diſtinctione 15. & 19.

¶ Sequitur ibi. Si etiã inſtes &c. Quia dictum eſt ſupra, ꝙ volitio non põt cauſari à uoluntate circa aliquod obiectũ, niſi illud obiectũ prius ſit cognitũ. Sed arguit doc. hic, ꝙ nõ neceſſariò prærequirit tale obiectũ ſic cognitũ, quia effectus quãtũ ad ſuũ fieri nõ dependet niſi à materia, & efficiente tãquã à cauſis prioribus, hoc de ſe patet, quia ſi ignis ab alio igne producatur, qñ fit ignis dependet tm̃ ab igne producẽte, & à materia, in quã agit ignis. Forma autem partis in eodem inſtanti, quo fit in materia, ſtatim effectus habet totum ſuũ eſſe, quia poſita forma in materia, in eodem inſtanti reſultat eſſe totius vt patet à Doctor. in 4. diſt. 1. q. 1. Si dicatur. Non ne etiã dependet à fine tanquàm à cauſa priori.

¶ Dico, ꝙ licet finis ſit prima cã mouens efficiẽs in ratione amati, & deſiderati, vt ſatis probatũ eſt à doc. in 1. di. 2. tñ ipſe finis nihil cauſat de effectu in re, & p talẽ motionẽ nihil cauſatur, ſolũ. n. mouet metaphoricè, & nõ realiter, vt patet à doc. in q. vltima prologi. Loquitur ergo hic, ꝙ effectus quãtũ ad ſuũ fieri reale tm̃ dependet à materia, & efficiente tanquã à cauſis prioribus realiter cauſantibus, cũ ergo talis volitio dependeat ab obiecto tanquã à cauſa materiali, patet, quia ipſa volitio eſt forma ſimplex, & nõ cõpoſita ex materia, patet. n. ꝙ volitio, qua volo Frãciſcũ iã cognitũ nõ pertinet ad eſſe ipſius voliti vt materia illius, nec vt ſubiectũ materiale, quia uolitio tm̃ recipitur in volũtate, & p ſe nõ dependet ab obiecto ut à cauſa efficiente, ergo nullo modo talis uolitio dependet ab obiecto cognito, & ſi ſic poteſt eſſe uolitio abſq; tali obiecto, & per conſequens obiectũ in eſſe cognito non præſupponitur ut cauſa ſine qua non.

Quomodo finis moueatur primo de generatione contex. 55.

Duplex dependentia.

¶ Ibi. Patet ſatis. Hic notatur duplex dependentia. Vna eſt eſſentialis, qua unum eſſentialiter depẽdet ab alio, ut cauſati ad cauſam efficientem, & cauſati materialis ad cauſam materialẽ, & formalem, & etiã accidentis ad ſubiectũ. Alia eſt dependentia quæ tantum dicit præſuppoſitionem unius ad alterum, ſed poſterius non dependet ab illo præſuppoſito in aliquo genere cauſæ, ſed quia potentia poſterior non poteſt producere ſuum effectum niſi potentia prior prius producat, vt ſupra declaratum eſt.

Quõ uoluntas poſsit eſſe cauſa ſui actus.

¶ Ibi. Si dicas etiã, ꝙ habens actũ primũ &c. q̃a dictũ eſt ſupra, ꝙ uoluntas poteſt eſſe cauſa totalis ſui actus. Reſpondent, quod uerum eſt de cauſa totaliter producente effectũ in materiã extrinſecam, nõ autem de cauſa totali producente effectũ in ſe ipſa, quia bene cõcedunt, ꝙ talis cauſa producens effectũ in materiã extrinſecã, præſupponit illã materiã circa quã agit, & ſic tali materia præſente ſemper põt agere. Si ergo uoluntas poteſt producere uolitionem in ſe tanquam in ſubiecto, ut cauſa totalis cum ſemper ſit ſibi præſens in ratione recepti ui reſpectu cuiuſcunque uolitionis, ſequitur, quòd ſemper poteſt producere uolitionem cuiuſcunq; obiecti abſque præſentia talis obiecti, ſed hoc eſt falſum, ergo ſequitur, quòd non poteſt eſſe cauſa totalis uolitionis in ſe.

¶ Ibi. Contra. Hic intendit Doc. probare, ꝙ ipſa uoluntas, quæ eſt potentia actiua, & non factiua ex ſeipſa exit in actum, quem recipit, & ponit ſimile de potentia factiua, nam ex quo ars, & ædificator pertinent ad genus cauſæ. 5. metha. quia utrunque ad genus cauſæ efficiẽtis pertinet licẽt diuerſimodè, quia ars ſe habet in ratione quo, ædificator autẽ in ratione quod, nã ars ædificandi eſt ratio formalis ædificandi, q̃a mediãte ædificator ædificat, ſicut ſæpe dictũ eſt, ꝙ in cauſis effectiuis ponitur quo, qđ eſt ratio formalis efficiendi, & quod, qđ eſt illud, quod agit per illam rationem formalem. Dicit ergo Doc. ſi ponatur aliqua potentia verè factiua. quia reducit ipſam ad actum, certum eſt, ꝙ ex ſeipſa reducitur, nam præſente materia, quæ eſt receptiua factionis, ſtatim ex ſeipſa reducitur ad actũ circa talem materiã. Si modo eſt talis potentia, ꝙ ſolum dicatur actiua, cuius actio dicatur operatio & per conſequens talis operatio eſt immanens, quia recipitur in illa potentia, manifeſtum eſt, ꝙ talis potentia actiua ex ſeipſa reducitur ad talẽ operationem, quam recipit. Et nota ibi in principio cũ dicit potentia prima actiua, ſi intelligat potentiam primam calefactiuam pro primo principio formali producendi calorem, poſſumus dicere, ꝙ forma ſubſtantialis ignis eſt primo potentia calefactiua, & verè actiua, qua ignis producit calorem in ſeipſo, vt patet à Doct. in quarto in materia de euchariſtia, & ſic talis potentia eſt verè actiua, cum eius actio recipiatur in agente. Si verò accipiatur pro calore puta exiſtente in igne, non erit potentia actiua propria, quia tunc ſequeretur, quòd eſſet ratio formalis producendi calorem in igne, quod eſt falſum.

Septimo co. tex. 23. & 26. & alibi.

¶ Ibi. Ad aliud cum dicitur de cauſa æquiuoca &c. In iſta reſponſione Doct. præſupponit vnum, ſcilicet, ꝙ loquamur de compoſito per ſe, quod eſt compoſitum ex materia, & forma, quod primo, & per ſe producitur eſt ipſum compoſitũ, vt patet. 7. metaphy. Similiter compoſitum per accidens qđ eſt compoſitum ex ſubſtantia & accidente, ſiuè ex rebus diuerſorum prædicamentorum, ut patet. 5. metaphy. quod per accidens primo producitur eſt ipſum compoſitum per accidens, & ex quo eſt ens per accidens ideo dicitur productum per accidẽs. Item declaratum eſt ſupra d. 17. ꝙ in generato per ſe, quod eſt compoſitum, terminus formalis generationis eſt forma partis. Sicut ergo in generatione, per ſe, terminus formalis generationis per ſe eſt forma partis compoſiti, per ſe, ſic in generatione compoſiti per accidens, terminus formalis compoſiti per accidens eſt forma partis. Nam album eſt compoſitum per accidens, terminus formalis iſtius cõpoſiti generati, per accidens eſt ipſa albedo. Similiter de volũtate. Sed, quia fortè poſſet q's dicere, ꝙ cã æquiuoca ex quo producit effectum, ſiuè cõpoſitũ, ꝙ ſicut cõpoſitũ eſt verè productum per ſe, aut illud cõpoſitum eſt æqualis perfectionis & tunc ſequitur, quòd non eſt effectus æquiuocus aut maioris perfectionis, & tunc non poteſt produci à cauſa perfectiore, aut minoris, & tunc habe-

habetur intentum ſcilicet quòd cauſa ęquiuoca eſt nobilior effectu totali. Dico ergo vt Doct. clarius intelligatur, ꝙ cauſa æquiuoca poteſt cõparari ad effectũ diuerſimodè. Si enim cauſa æquiuoca producit effectũ quãtũ ad ſuũ eſſe, certũ eſt, ꝙ eſt nobilior abſolutè. Et ſic doc. probat in 1. d. 2 eminentiã primi efficiẽtis, ex hoc, ꝙ eſt cauſa totalis oĩum effectuũ. Si verò cõparetur cauſa æquiuoca ad effectũ, qui non depẽdet ab illa quãtũ ad totũ ſuũ eſſe, ſed. q. a tm̃ habet ab illa terminũ formalẽ, q eſt forma partis, talis cauſa æquiuoca nõ eſt ſimpliciter nobilior toto effectu, ſed tm̃ nobilior termino formali.

Cauſa æquiuoca eſt nobilior effectu.

Notabi. difficultas.

¶ Sed oritur difficultas, quia dicit doc. ꝙ volũtas formaliter volens eſt nobilior volũtate abſolutè ſumpta, quia primo modo includit volũtatẽ, & ipſum velle, ſecũdo modo tm̃ voluntatẽ. Deinde dicit, ꝙ ipſa volũtas abſolutè virtualiter cõtinet ipſam volitionẽ ex hoc videtur, ꝙ doc. cõtradicat ſibi quia expreſsè in 1. d. 2. q. 1. dicit, ꝙ maioris pfectionis eſt cõtinere aliquid virtualiter, quàm eſſe illud formaliter, & ideo ibi probat, ꝙ maioris perfectionis eſt in prima cauſa cõtinere cauſalitatẽ ſecũdarũ cauſarũ, quã formaliter, & tñ hic dicit, ꝙ voluntas habens volitionẽ formaliter eſt nobilior ſeipſa abſolutè ſumpta, quæ vt ſic cõtinet volitionẽ virtualiter.

Reſponſio.

¶ Reſpondeo, & dico, ꝙ eſſe virtualiter, & abſolutè ſi cõparetur ad eſſe tale formaliter, maioris perfectionis eſt eſſe tale virtualiter. Pono exẽplũ.

Exemplum.

Lignũ eſt calidũ formaliter à ſole calefaciẽte, ſol continet virtualiter illã caliditatẽ, certũ eſt, ꝙ maioris perfectionis eſt habere in virtute ſua poſſe ꝓducere talẽ caliditatẽ, quã, ꝙ lignũ formaliter habeat illã, quia in primo dicit rationẽ actiuitatis, in ſecũdo autẽ dicit rationẽ receptiuitatis, in primo etiã dicit rationẽ dantis pfectionẽ effectiuè, in ſecũdo dicit rationẽ perfectibilis. Et hoc eſt, ꝙ Doc. in primo dicit, ꝙ maioris pfectionis in prima cauſa cõtinere virtualiter potẽtiã calefactiuã quã formaliter, nã ignis habet in ſe calorẽ formaliter, quo calefacit, Deus autẽ hẽt in virtute ſua pfectã cauſalitatẽ cuiuſcũq; calefactionis. Modo, ꝙ ignis habeat in ſe calorẽ formalẽ, hoc eſt magis imperfectionis cũ ſit pfectibilis è tali calore, abſolutè igiť loquẽdo cõtinẽtia virtualis eſt nobilior cõtinẽtia formali, & in Deo nullius poteſt eſſe cõtinẽtia virtualis, & formalis, quia quicquid in Deo eſt, eſt idẽ, ꝙ Deus realiter, & eſſentialiter, cõtẽtũ autẽ virtualiter ſemper diſtinguitur eſſentialiter a cõtinẽte, loquẽdo de ꝓpria cõtinẽtia virtuali, & ideo contentũ virtualiter nõ poteſt eſſe cõtentum formaliter in Deo, & ſi aliquando in creaturis idẽ cõtineat virtualiter, & formaliter ut uolũtas, patet ſupra. Ahduc dico, ꝙ ipſa volũtas abſolutè ſumpta vt uirtualiter cõtinet uolitionẽ eſt nobilior abſolutè ſeipſa ut cõtinet ipſam volitionẽ formaliter, patet, quia prima cõtinentia eſt tm̃ cũ perfectione, & nullo modo ex parte ſua includit aliquã imperfectionẽ. Secũda autem continentia ſemper includit imperfectionem in continente, quia includit potentialitatem ad ſic vel ſic perfici, licet ergo ipſa uolitio ſit aliqualis perfectio in continente ipſam formaliter, tamen in ipſa voluntate continente neceſſariò includitur imperfectio. Et ſi habere illam volitionem ſit aliqualis perfectio, illa perfectio eſt ſupplens imperfectionem quia ſi voluntas eſſet de ſe perfecta nõ poſſet recipere volitionem realiter à ſe diſtinctam, ſed eſſet ſimpliciter eadem, ſicut patet de voluntate diuina, & eius uolitione in 1. d. 2. uoluntas vero ut continens uirtualiter, & ut ſic nullam imperfectionem includit. Nam continentia uirtualis ponitur formaliter in Deo. Illud uerò quod formaliter includit imperfectionem non poteſt formaliter eſſe in Deo, cuiuſmodi eſt continentia formalis.

Continentia uirtualis eſt nobilior cõtinentia formali.

Alia difficultas.

¶ Poſſet fortè oriri alia difficultas, q. a ſi cõtinere uirtualiter uel eſſe virtualiter tale, eſt maioris perfectionis abſolutè, quàm eſſe formaliter tale, uidetur, ꝙ maioris perfectionis eſſet in eſſentia diuina, ꝙ ſit uirtualiter bona quàm formaliter bona. Nã ſi bonitas eſſet virtualiter diſtincta ab eſſentia diuina, uerè uirtualiter contineretur in illa, ut patet à Doc. in. q. de ſubiecto theologiæ. Dico, ꝙ omne contentum uirtualiter in aliquo neceſſariò includit imperfectionem, quia dependentiam eſſentialẽ, & ſic bonitas uirtualiter ſi contineretur in deo, in illa eſſet imperfectio, ſi uere eſſet ſeparabilis uirtualiter contineretur, ſed caſus eſt impoſſibilis. Eſt ergo maximè perfectionis in eſſentia diuina, ꝙ ab ipſa pullulent huiuſmodi perfectiones formaliter infinitæ.

Ad opinionẽ Henrici quo lib. 11. q. 5.

¶ Ibi. Ad aliud de balneo &c. Doct. dicit hic duas reſponſiones. Prima, ꝙ ſi ſuſtineatur ꝙ obiectũ cognitũ eſt cã ipſius uolitionis, debet exponi de cauſa tm̃ partiali, ſicut etiam dictum eſt ſupra de obiecto reſpectu intellectionis, ut patet in 1. d. 3. q. 7. Secunda reſponſio eſt, ꝙ ſi teneatur, ꝙ non ſit cauſa effectiua, ſed tm̃ cauſa ſine qua non. doc. dicit, ꝙ obiectũ eſt cauſa, per accidens, & hoc magis placet, ſicut etiã dicimus, ꝙ quãdo ſunt duo effectus ordinati ab eadem cauſa, prior dicitur cauſa ſine qua non reſpectu poſterioris, & ſic põt dici cauſa per accidens reſpectu poſterioris, nõ, ꝙ producat ipſum quantum ad eſſe, nec ꝙ aliquid faciat ad productionem illius, quia ſi per poſſibile ille effectus prior non eſſet illa cauſa produceret ſm. Dicitur ergo cauſa per accidens, quia accidit ſibi; ꝙ prius habeat eſſe, quàm effectus poſterior, & quòd præexigatur. Sic dico ne obiecto cognito quod dicitur cauſa per accidens reſpectu uolitionis modo præexpoſito. Et iſta ſecunda reſpõſio iudicio meo eſt tutior, & magis ad mentem Doc. qui ponit volũtatem creatã eſſentialiter liberã ex hoc, ꝙ habet in ptãte ſua actum ſuum, ut patet in 1. d. 12. & 17. & ubiq; quærit iſtã libertatem uoluntatis ſaluare, ꝙ ſi obiectum cognitum eſſet cauſa partialis illius non poſſet ita ſaluari ſua libertas.

¶ Ibi. Dices cauſa per ſe &c. Hic. Doctor. arguit probando, quòd non ſit cauſa per accidens, quia tu dicis, quòd uoluntas eſt cauſa per ſe uolitionis, & obiectum eſt cauſa per accidens. Cauſa autem per accidens ſemper eſt poſterior per ſe, ſi ergo obiectum concurrit ut cauſa per accidens erit poſterius uolũtate ut cauſa p ſe cã autẽ p ſe ut prior, & diſpoſita producit effectum, ergo ipſa uoluntas poteſt producere uolitionem abſque hoc, quòd præexigatur obiectum cognitum.

Q̃ño cauſa per ſe ſit prior cauſa per accidens.

¶ Ibi. Dico quòd cauſa per ſe &c. Hæc reſponſio eſt ualde notanda. Nã dicit. Doct. quòd cauſa per ſe dicitur prior cauſa per accidens prioritatè perfectionis, non autem prioritate naturæ immò aliqua poſterioritate naturæ eſt poſterior ut patet, quia ſi aliquod graue cadat à caſu ſuper trabem tractio trabis eſt cauſa per accidens reſpectu motus naturalis ad centrum ipſius grauius. Hic tamen poſſet obijci, quia Doct. in primo. diſt. 2. q. 1. volens probare, quòd Deus ſit intelligens, & volens dicit ibi, quòd omni cauſa per accidens aliqua eſt prior per ſe, & ibi loquitur non tantum de prioritate perfectionis. ſed de prioritate naturæ, & fortè durationis. Dico, quòd facilis eſt ſolutio, quia ibi uult abſolutè, quòd detur aliqua per ſe cauſa effectiua quæ ſit prior omni per accidens, non enim dicit ibi, quòd omnis cauſa per ſe ſit prior quacunque per accidens, ſed, quòd aliqua de neceſſitate, hic autem dicit, quòd non omnis cauſa per ſe eſt prior omni cauſa per accidens.

Quo volũtas ſit cauſa volitionis.

IBI. Dico igiť ad q. Hic doc. vult expſsè ꝙ nihil aliud à volũtate ſit cã totalis ipſi⁹ volitionis, ſed nõ negat expreſsè quin aliquid aliud poſſit eſſe cauſa partialis, & probat, quòd voluntas eſt cauſa volitionis ſaltem partialis, vbi aliqua ſunt declarãda, quia quando dicit de cauſa determinata ad vnum effectum, accipit cauſam determinatam ad vnum effectum contradictoriè ſicut calor eſt ſic cauſa determinata ad calefaciendum, quòd præſente calefactibili non poteſt non calefacere, & quando dicit de cauſa indeterminata debet accipi indeterminata contradictoriè, ita quòd talis cauſa ſtante etiã optima diſpoſitione obiecti poteſt agere in illud, & non agere, & hæc eſt ſola voluntas, quia præſente obiecto poteſt velle illud, & non velle, quòd eſt ſuum contradictorium, ideo dicit Doct. ſi eſt indeterminata ad oppoſita cõtradictoria, aut poteſt ſe determinare ad vnum illorum contingenter, ita ꝙ ſi in facultate ſua poſſe illud vel poſſe aliud, ad vtrũque enim ſimul non poteſt ſe determinare, ꝙ enim aliqua voluntas in eo inſtanti, ſimul velit franciſcũ eſſe quo non vult franciſcum eſſe eſt impoſſibile vt probat Doct. in primo di. 39. ſi dicas, ꝙ non poteſt ſe determinare ad vnam illorum, ſed aliud determinat ipſam, ergo vel neceſſariò vel contingenter. Ibi dices. Iſta indeterminatio ideſt, ꝙ ſi intellectus repreſentat voluntati hominem riſibilem eſſe diligibilem, ꝙ talis intellectio eſt cauſa dilectionis illius. Si verò repreſentat hominem riſibilem non eſſe diligibilẽ, ꝙ talis intellectio eſt cauſa alterius oppoſitæ puta non dilectionis vel odij, ita ꝙ talis determinatio eſt ex alia, & alia itellectione obiecti.

¶ Ibi. Contra. Dicit Doct. ꝙ, & ſi intellectus per verum ſillogiſmum oſtendit vel concludit hominem riſibilem eſſe diligibilem, & poſito, ꝙ cognitio illius concluſionis ſit cauſa talis volitionis, intellectus tamen oppoſitum illius, quod eſt hominem riſibilem eſſe diligibilem non poteſt concludere niſi per ſillogiſmum falſigraphum, & hoc nõ poteſt eſſe niſi talis intellectus decipiatur, ſed non eſt credibile, ꝙ intellectus maximè nudus vt animæ ſeparatę vel Angeli ſic decipiatur, & poſito, ꝙ omnis intellectus creatus deciperetur, intellectus tamen diuinus non decipitur.

An intellectus agat per modum naturæ.

¶ Ibi. Dico, ꝙ intellectus &c. Hic Doct. exponit dictum philoſophi, ſed diffuſius in primo di. 2. parte. 2. Dicit ergo hic, ꝙ ſi accipiatur intellectus per ſe vt eſt quædam potentia operatiua diſtincta à voluntate, ꝙ bene tunc agit per modum naturæ, quia præſente obiecto non poteſt non cauſare intellectionem illius, ſi verò accipiatur ſecundùm, ꝙ eſt potẽtia practica reſpectu agibilis extra. Dicit doc. ꝙ propriè non agit per medum naturæ, quod ſic expono, nã in d. 24. huius ſecũdi expoſitũ eſt, ꝙ cognitio propriè practica eſt cognitio medij ordinati ad finẽ, quẽ volũtas vult aſſequi, ita ꝙ eſt cognitio medii cõcluſi per ſillogiſmũ practicũ, cuius pręmiſſę ſumũtur à fine, quia ergo volũtas appetit talẽ finẽ, ideo imperat cogitionẽ medij neceſſarij, & ſic talis cognitio producta ab intellectu per imperiũ volũtatis poteſt dici libere producta participatiuè tñ, hoc modo intellectus vt eſt potẽtia ſic practica põt dici agere nõ ꝑ modũ naturæ. Si etiã loquamur de intellectu pfectiſſimè practico qui nõ tñ cognitionẽ includit alicuius medij, ſed etiã volitionẽ vt expoſui loco pręallegato, patet tũc, ꝙ includit volũtatẽ agere mere libere. Si ergo intelligatur ſic, ꝙ intellectus per ſuã intellectionẽ dicať cauſa partialis volitioni & ipſa volũtas alia cauſa partialis, tũc ratione volũtatis concurrentis poteſt dici agẽs à ꝓpoſito, vel ſi quarto dicatur quia Ariſt. parum agit de voluntate, ꝙ quando diuidit naturã contra intellectum accipit intellectum pro voluntate vt eſt pars ſuo modo animæ intellectiuæ, vel ſi quinto accipitur ſic, quia ſic volutas vtitur habitu quẽ habet, & tota operatio procedens à voluntate & habitu dicitur contingenter producta, licet habitus concurrat de neceſſitate, vt patet à Docto. in primo di. 17. ſic voluntas vtitur intellectu vel ſpecie intelligibili circa aliud, & aliud obiectum, vt patet à Doct. in hoc ſecundo diſt. 9. & ſic accipitur intellectus vt diſtinguitur contra naturam inquantum eſt in poteſtate voluntatis potentis ipſum intellectum firmare in cognitione obiecti cogniti vel auertere ab illo, & firmare ipſum in alia cognitione, vt clarius patet à Doc. infra. d. 42. vel vltimo poteſt dici, ꝙ ex hoc diſtinguit naturam contra intellectũ, ſiuẽ contra agens à propoſito, nã agens à propoſito duo includit ſcilicet cognitionẽ agẽdorum, & actionẽ illorũ, & licet actio principaliter ſit à voluntate, quæ imperat potentijs ſenſitiuis, & organicis, tamen, quia non poſſet rectè imperare ipſis, niſi præcederet recta cognitio quæ dirigit voluntatem ad rectè volendum, & imperãdum, ideo Ariſt. nominat ipſum intellectum, cuius principaliter eſt dirigere, tamen includit ſemper voluntatem. Quilibet iſtorum modorum eſt ſufficiens ad mentem Ariſtotelis.

Quo Ariſt. nominet intellectum.

NVNC Doct. reſpondet ad argumenta principalia. Et primo arguit. Dicit enim Ari. ꝙ appetibile eſt mouens non motum, appetitus mouens vt motum, & tertio motum non mouens. Exemplũ. Sanitas corporalis eſt appetibilis à voluntate. Dicit Ariſt. ꝙ appetibile mouet voluntatẽm, & non mouetur à voluntate ideo mouens non motum, voluntas enim nihil cauſat in appetibili, voluntas uerò eſt mouẽs mota, mota eſt enim ab appetibili, & mouet potentias organicas ad ſe quando appetit illud appetibile, puta ſanitatem, potentiæ verò organicæ ſunt tantum motę à voluntate per imperium voluntatis ad proſequendum ipſum appetibilę per media ordinata, & ſic patet, ꝙ Ariſt. vult quòd appetibile moueat voluntatem, quod non contingit, niſi cauſando aliquid in voluntate, & nihil cauſat, niſi uolitionẽ illius appetibilis.

An appetibile moueat voluntatẽ.

¶ Ibi. Ad primum principale. Nunc Doc. reſpõdet ad argumentum, primo dicit ſuſtinẽdo, quòd obiectum cognitum ſit cauſa partialis volitionis, ꝙ autoritas Ariſt. ſic debet intelligi, ꝙ appetibile extra tantum mouet partialiter, ideſt eſt cauſa partialis volitionis, qđ eſt rationabilius. Expono Ariſt. quia appetibile mouet tantum vt finis, & ſic mouet metaphoricè, nã ſanitas cognita ab intellectu mouet uoluntatem tantum metaphoricè, quia inquantum amata, & deſiderata, & ſic voluntas amãs illam, & deſiderans tanquàm mouet potentias organicas ad proſecutionem illius ꝑ media debita.

¶ Ibi. Sed dico aliter &c. Hic Doct. dat aliam reſpõſionẽ de potẽtia actiua, quia cum dicit, ꝙ potẽtia actiua dicit aliud inquantũ aliud, ſi ly inquantum aliud reduplicat aliam, & aliam rationẽ formalẽ, idẽ poteſt agere in ſemetipſo, quia eſt alia forma vel ratio uoluntatis vt agit, & alia inquãtũ patitur, nã vt agit eſt in actu virtuali, vt verò patitur eſt in potẽtia formali, aut reduplicat aliã, & aliã rẽ ſub alia, & alia ratione, & tunc idẽ nõ põt agere in ſeipſum, licet hæc reſponſio ſatis ſit bona, tñ prima magis placet. Doct. enim in primo. d. 2. par. 2. q. 3. expreſsè exponit Ariſt. de potentia actiua, ꝙ reſpiciat aliud in natura, Ibi igitur loquitur de potentia propriiſſime ſumpta, quæ eſt idem, quòd potentia factiua propriiſſime ſumpta. Hic verò loquitur de potentia actiua ſiuẽ factiua large.

¶ Ibi. Item accidens per accidens non egreditur de

de per ſe principijs ſui ſubiecti, ſed volitio eſt accidens per accidens, quia quandoque mere, quandoque non mere, ergo &c.

Hæc litera eſt ponderāda.

¶ Ibi. Ad aliud dico, ꝙ accidens per accidēs &c. Hæc littera ponderanda eſt, quia ſi Doct. intelligit quòd accidens per accidens vniuerſaliter de omni accidente receptibili ab aliquo ſubiecto, quòd egrediatur à principijs illius ſubiecti, à principijs dico quæ ſunt rationes formales recepiendi, ſic verum eſt, quòd omne per accidens receptum in aliquo ſubiecto præſupponit aliquid in illo ſubiecto qđ eſt ratio formalis recipiēdi illud. Si verò intelligatur, quòd egrediatur à principijs ſubiecti effectiuè, hoc non eſt verum de quolibet accidente, nam multa ſunt accidentia quæ cauſantur ab extrinſeco, & multa ſunt q̃ effectiuè ꝓducunt à tali ſubiecto, vt patet de quātitate q̃ effectiuè cauſat à ſubſtātia cuius eſt, vel calore in igne, qui effectiuè cauſatur ab igne, & de intellectione cauſata effectiuè ab intellectu. Dico igitur quòd aliquod accidens egredi à principijs ſubiecti poteſt intelligi dupliciter. Vno modo, quòd egrediatur à principiis ſpeciei, ſiuè ſpecificis, & ſic accidens per accidens non egreditur ab illis propriè, ſed bene propriè paſſiones quę in ſunt ſubiecto per ſe ſecundo modo, & tales paſſiones non dicuntur accidentia per accidens. Alio modo vt egreditur à principijs indiuidui, & ſic multa accidētia, poſſunt egredi à principijs effectiuè, puta volitio, intellectio, in calor igne &c. Si dicatur calor in igne, nonne effectiuè cauſatur à ſubſtantia ignis, ita quòd ſubſtantia illa eſt ratio formalis cauſandi, & vt eſt talis ratio cauſandi præſcindit à ſingularitate, Similiter illa ſubſtantia eſt ratio formalis producendi propriam paſſionem. Dico, quòd propria paſſio ſic oritur à principijs ſpeciei in communi etiam abſtractis ab omni ſingularitate, quia talis cauſatio eſt tantum metaphorica, vt expoſui in alio opere meo. Calor autem bene egreditur à ſubſtantia ignis tanquàm à ratione formali, vt etiam poteſt patere à Doct. in quarto in materia de euchariſtia, ſed illa ſubſtantia ignis vt præſcindit à ſingularitate, & ab exiſtentia eſt tantum cauſa remota, ſed vt ſingularis eſt, & actu exiſtens poteſt eſſe cauſa in potentia propinqua.

Aliquod accidens egredi à principijs ſubiecti poteſt intelligi dupliciter.

Diſt. XXVI. Quæſtio. vnica.

Vtrum gratia ſit in eſſentia animæ.

Seraph. Bonau. 2. ſent. diſt. 26. q. 5. art. 1.
Scotus 2. ſent. diſt. 26. q. 1.
D. Thom. prima par. ſummæ. q. 110. art. 4.
Ricard. 2. ſent. diſt. 26. q. 4.
Durandus 2. ſent. diſt. 26. q. 1.

Auguſtinus de laude charitatis.

QVAERITVR circa diſt. 26. Vtrū gratia ſit in eſſentia animæ vel in potentia.

IBI. Hic dicitur, Tho. in præſenti d. dicit ꝙ ſit in eſſentia, & probat per Aug. quia ipſa eſt radix omnium bonorum, arguit ergo à ſimili, ſicut enim natura eſt radix omnium potentiarum, & radix omniū operationum, ſic cum gratia ſit radix omniū bonorū videtur, ꝙ immediatè ſit in eſſentia animæ, ſed hęc ratio parū valet, quia dicitur gratia radix omniū bonorū ex hoc, ꝙ ipſa eſt principiū vel effectiuum partiale omnis actus meritorij vel inclinat potētiā operatiuā ad actus meritorios ſiuè elicitos, ſiuè imperatos, vt patet in primo di. 17, & quia ipſa voluntas eſt immediatū principiū actus meritorij ſequitur, ꝙ ipſa gratia debet poni immediatè in volūtatę, cū volūtas tali habitu vtatur ad meritoriè agendum vt patet vbi ſupra, & ſic debet exponi auctoritas Aug. Sequitur ibi. Ibidem etiam &c. Dicit Tho. ꝙ vita, & mors corporalis pertinēt ad eſſentiā animæ, nā per vnionē animæ ad corpus ſequitur vita, & per ſeparationē eiuſdē ſequitur mors. Si ergo ipſa gratia dicitur vita, quia per ipſam anima viuit ſpiritualiter, & per ſeparationem eius dicitur anima mori, ſequitur, ꝙ debet immediatè poni in eſſentia animæ. Dico, ꝙ non eſt ſimile de vita ſpirituali, & corporali. Nam ex hoc homo ſpiritualiter viuit, quia habet ſe principium vt poſſit mereri vitam æternā, & illud eſt gratia, quia per ipſam omnia opera elicita aut imperata à volūtate concurrēte ipſa gratia dicuntur viua in acceptatione diuina, vt patet in. 4. d. 22. & omnia opera ipſa gratia ſeparata ſimpliciter dicuntur mortua.

Quō gratia ſit radix omnium bonorum.

¶ Ibi confirmatur cū dicit Tho. ꝙ ipſa gratia ſi eſſet in potentia animæ non daret eſſe ſupernaturale, hæc eſt falſa. Cum dicit etiam, ꝙ agere ſupernaturale eſt ab eſſe ſupernaturali, hæc nō eſt vera, quia dictū eſt in primo, ꝙ licet gratia habeat eſſe ſupernaturale non tamen dat eſſe ſupernaturale immò agit mere naturaliter ſic agere, vt ſi potentia viſiua ſupernaturaliter crearetur à Deo, tamen naturaliter videret. ¶ Ibi. Contra illā poſitionē. Hic Doct. improbat opi. Tho. & ſupponit vnū vt multi tenēt, ꝙ gratia maximè conſumata, & gloria ſiunt vna res, & cū gloria formaliter ſit in volūtate ſequitur, ꝙ etiā gratia, vel ſi non eſt idem realiter ſaltē eſt diſpoſitio ad gloriā, & ſemper diſpoſitio ad aliquam formam eſt in eodem ſubiecto in quo, & forma, cū ergo gloria ſit in volūtate, ergo & gratia quę eſt diſpoſitio ad illam. ¶ Ibi. Reſpondetur, iſti dicerēt, ꝙ beatitudo eſt immediatè in eſſentia animę, ſed hęc materia differatur vſque ad. 49. quarti. ¶ Ibi. Contra ergò, ſupponit Doct. vnum, ꝙ diffuſè probat, vbi ſupra, ꝙ beatitudo formaliter exiſtit in operatione. ¶ Ibi. Præterea ſi beatitudo. Hoc argumentū eſt cōmune, quia illi qui dicūt gratiā eſſe eiuſdē rationis cū beatitudine, & ponerēt ipſam gratiā in volūtate, dicerent ipſam voluntatem beatam in ſtatu iſto, licet minus perfectè ſicut, & illi, qui immediatè ponerent in eſſentia animæ,

De hoc vide in 4 ſen. diſtin. 49

¶ Ibi. Præterea ſecundo. Hoc argumentum eſt valde bonum, & Doct. primo præmittit, quòd eſſentia animæ eſt indeterminata ad omnem operationem animæ puta ad intelligendum, volendum, & huiuſmodi, & ex ſe non poteſt exire magis in vnam, quàm in aliam, ſed determinatur per potentiam, quia per intellectum intelligit, & per voluntatem vult, quinto præmittit, quòd ille habitus qui præciſè reſpicit vnam actionem determinatam nō perficit ipſam animam immediatè inquantum eſt indeterminata ad plures actiones, & probat infra, ibi, & ratio propoſitionis, quia ſi forma perficeret ipſam animam inquantum eſt indeterminata, ſecundùm virtutem actiuam, æquè perficeret eam in ordine ad oēm actū, ſiuè ad quē eſt indeterminata. Cū igitur gratia tm̄ perficiat animā in ordine ad determinatū actū, ſcilicet meritoriū, ſequitur, ꝙ perficiat ipſam animā inquantum volitiuam, quia actus meritorius primo, & principaliter eſt in voluntate vt ſatis probatum eſt in primo diſtin. 17.

¶ Ibi. Confirmatur iſta ratio. Doct. deducit ad inconueniens, ꝙ tunc primus actus meritorius eſſet intellectio vt etiam præcedit omnem actū voluntatis, quod nullus diceret, patet, quia ſi gratia immediatè eſt in aīa, & aīa nata eſt prius operari per intellectum, ſequitur, ꝙ ſi anima exit in operationē intellectus per ipſam gratiam inclinantem vel diſponētem vel determinantem, primus actus qui ſic præcedit eſt meritorius, quòd eſt falſum.

Actus meritorius eſt in voluntate.

IBI. Ad argumenta in oppoſitum, primò arguit ſic, quòd in eſſentia probo, quia eſſentia prius exiit adeo quàm potentia igitur prius educitur in Deum, conſequentia probatur tum per Diony. res reducuntur in Deum eo modo quo exeunt à Deo, tum, quia ſicut quælibet creatura habet Deū pro primo efficiente ita, & pro vltimo fine.

Libro de ecclesia Hierarchia.

¶ Ad hoc Doct. non reſpondet Dico ſuſtinendo viam Doct. in hoc 2. di. 16. quòd eſſentia animæ, & potentiæ ſunt ſimpliciter, eadem res, & ſic creatio non plus terminatur ad vnum quàm ad reliquum ſecundò dico, quòd eo modo quo res exeunt à Deo eodem modo reducuntur ſed omnes res mūdi exeunt à Deo vt cauſa efficiente amante ſeipſam, vt cauſam finalem, & ſic reducuntur ad deum tanquam ad cauſam finalem omnium, quia ſicut Deus efficit omnem rem propter ſeipſum vt cauſam finalem amatam, & deſideratam, ita ordinat omnem rem ad ſeipſum, vt ad cauſam finalem omnium, vt patet à Doct. in primo diſt. 2. q. 1. & ſic intelligitur illa auctoritas. Non ergo loquitur de reductione ſpirituali quæ fit per gratiam. Poſito etiā quòd de illa loqueretur, adhuc non concludit, ꝙ gratia ſit in eſſentia animæ, quia ipſe Deus eſt finis creaturæ rationalis attingibilis per operationem, vt patet à doc. in. q. 1. prologi. nullo tñ modo attingit niſi ꝑ operationē, vt patet hic, & in 4. di. 49. Dicit ergo, ꝙ ſuppoſito, ꝙ anima prius exierit à Deo, vt à cauſa efficiēte, eo etiā modo reducit ad Deum per operationem conuenientem ipſi animæ, quæ eſt ſola operatio meritoria, & quia illa non poteſt haberi niſi mediantè gratia, ideo etiam ipſa debet poni in voluntate quæ eſt principium merendi.

Quo Deus fit fœmis creatura.

¶ Secundo arguit ſic. Eſſentiā eſt in determinatior quàm potentia, igitur magis indiget determinari quàm potentia, ſed gratia ponitur tanquam formaliter determinans animam indeterminatā.

¶ Ad ſecundum dicit Doct. quòd ipſa voluntas ad multas operationes etiam contrarias eſt, indeterminata vt patet ſupra diſtin. 25. ſed non poteſt habere aliquàm operationem meritoriam niſi determinetur à gratia, & niſi ipſa voluntas vtatur gratia vel tanquam principio formali productiuo, & partiali operationis, vel vt principio inclinatiuo ad talem operationem, vt patet in primo diſt. 17.

¶ Præterea gratia ſemper eſt in actu ſuo potentia non ergo &c.

Gratificare poteſt accipi dupliciter.

¶ Ad tertium nota, quòd gratificare poteſt accipi dupliciter. Vno modo vt comparatur ad actū, & ſic effectiuè gratificat, quia ipſa gratia eſt principium partiale producendi actum meritorium. Nā dicit Sco. in primo. d. 17. quòd Deus principaliter habet actum gratum, quia eſt à gratia, accipiendo tamen effectiuè pro eo, quod producit diſpoſitionem ad talem gratificationem, quia ipſa producit partialiter actum, ad quem conſequitur gratificatio, & iſta materia diffusè eſt expoſita in hoc ſecundo credo diſtin. 7. Alio modo gratificare comparatur ad potentiam, & ſic gratia formaliter tantū gratificat, ſicut albedo in pariete formaliter albus, ſic anima per gratiam eſt formaliter grata.

¶ Quarto arguit Doctor, ſic. Item acceptato eſſentiæ ſufficit ad acceptationem potentiæ, & non econtra, ergo &c.

Dubium.
Reſponſio.
Gratia duo facit.

¶ Ad quartum in ordine. Hic oritur difficultas, quia in primo diſtinctio. 17. dicit Doct. quòd ipſa gratia eſt quædam forma, ſiuè quidam decor in anima per quem eſt accepta Deo. Si enim homo moreretur cum gratia nullis operibus præcedentibus ſaluus fieret, & ſic videtur, quòd magis ſit in ipſa anima cum ſit ipſius decor. Dico, quòd gratia duo facit ſcilicet animam gratificat, & eſt principium actus meritorij. Doctor, enim dicit in hoc ſecundò. diſt. 30. 31. & 32. quòd Deus dans gratiam voluntate conſequente dat etiam omnia opera virtualiter contenta in gratia voluntate antecedente, & darentur etiam illa voluntate conſequente, ſi voluntas ipſa habens gratiam cooperaretur voluntati diuinæ, hoc idem dicit diſt. 37. huius, & in primo. diſt. 17. & in 3. diſtin. 27. quòd ipſa gratia datur principaliter per actum meritorium, & hoc idem poſſet elici ex. 29. huius. &. 32. quarti cū ergo talis operatio meritoria ſit ab ipſa voluntate, oportet gratiam ponere in ipſa.

¶ Ad aliud de inſtrumento vbi Doct. ſic arguit. Forma determinans ad agendum magis debet poni in principali agente quàm in inſtrumento, eſſentia eſt principaliter agens, & potentia ſicut inſtrumentale ſecundū Anſel. de Concor. c. 19. ergo &c. Reſpondet Doct. quòd forma determinans ad agēdum, puta ars fabrilis magis debet poni in perſona fabricante quàm in inſtrumento extrinſeco, pūta in ſerra, vt ſatis patet in 4. diſt. 1. q. ſed non intelligitur de inſtrumento intrinſeco, quod eſt idem eſt idem operanti, potentiæ animę dicuntur inſtrumenta ipſius animæ, quia per ipſas anima exit in operationes, immò ipſe potentiæ ſunt principia immediata, productiua operationum, & receptiua earum, & ſic patet, quòd forma puta habitus debet magis poni in potētia quam in eſſentia animæ.

Quare potētia animæ dicantur inſtrumenta animæ.

¶ Vltimo arguit Doct. ſic. Præterea correſpondentia debet eſſe imaginis recreatæ ad imaginem creatam, imago creata requirit vnitatem eſſentiæ, & trinitatem perſonarum, ergo, & illud, quod recreatur requirit vnitatem gratiæ perficientem eſſentiam, & trinitatē uirtualiter perficiētē potētiā.

¶ Ad hoc doct. non reſpondet. Dico ad illud, ꝙ dicit, ꝙ illud, quod recreatur requirit &c. Nam iſti ponunt caritatem eſſe habitum alium a gratia, & volunt, ꝙ iſti tres habitus ſcilicet caritas, fides, ſpes, perficiant potentiam, & gratia immediatè iſtam animam. Sed de gratia improbatum, & ꝙ ipſa non differat realiter à caritate, patebit diſt. ſequenti.

Diſt. XXVII. Quæſtio Vnica.

Vtrum gratia ſit virtus.

Scot. 2. ſent. diſt. 27. q. 1.
Seraph. Bonau. diſt. 27. q. 2. art. 1.
Ricard. 2. ſent. diſt. 27. q. 3.
Durandus 2. ſent. diſt. 27. q. 1.

QVÆRITVR circa diſt. 27. à Doct. Vtrum gratia ſit virtus.

¶ Ibi. Opinio fuit. Dicit iſta opi. ꝙ ſicut prudentia ſe. habet ad virtutes acquiſitas, ſic gratia ad theologicas. Nam prudentia eſt quoddam lumē in intellectu, ad quod omnes virtutes morales naturaliter acquiſitæ habent reſpectum, & in hoc verum dicit, vt ſatis etiam poteſt patere à Doctor. in prologo. quæſtione vltima. & diſtinctione. 17. primi. & 7. diſtinctio. ſecundi. & 49. & diſtinctio. 14. quarti. & 36. tertij. & q. 14. quolibetorum. Nam omnis virtus moralis ex hoc dicitur virtus, quia conformiter elicitur dictamini recto quod dictamen pertinet ad prudentiam, ex pluribus enim dictaminibus cauſatur habitus prudentiæ in intellectu, vt patet à Doctor. in primo diſtinctio. 17. ſic dicunt, quòd omnes virtutes theologicæ habent neceſſarium reſpectum ad ipſam gratiam tāquàm ad lumen, ita ꝙ iſtæ tres virtutes theologicæ non poſ-

Henricus q. 3. q. 13. et aliorum ſententia expreſſius habetur in S. Thom. 1. 2. q. 110. Art. 3.

poſſent dici virtutes, niſi per reſpectum ad gratiã, & ſic iſte tres virtutes perficiunt potentiam animæ in ordine ad gratiam.

Duplex eſt fides.

§ Ibi. Sed ex hoc ſequitur. Doctor, ſupponit vnũ ſcilicet, quòd duplex eſt fides ſcilicet informis quæ eſt anima ſine gratia, & formata quæ ſemper eſt cum gratia. Si ergo fides habet neceſſarium reſpectum ad ipſam gratiam, tunc ſeparata gratia ab ipſa anima non eſſet ibi fides informis virtus aliqua, immò, nec ſimpliciter eſſet, quia fides in quocunque ponitur, ſemper ponitur, quòd fides.

§ Ibi. Ideo eſt alia opin. &c. Ibi ſicut licet ſapientia ſit perfectio ſimpliciter &c. Quod dicit Doct. de ſapientia, quæ eſt perfectio ſimpliciter, & ſapiẽtia limitata, quòd vbi concurrunt in eodem, non differunt ſecundùm formas, licet differant formaliter, ſic debet intelligi, quòd ſapientia vt eſt perfectio ſimpliciter accipitur tranſcendenter, & eſt quoddam ſuperius ad ſapientiam creatam, & increatam. Vt verò prædicatur de ſapientia creata, tunc ſapientia in me limitata, & ſapientia quæ eſt ſuperius non differunt ſicut duæ formæ, patet, licet differant formaliter, non tamen propriæ accipiendo formaliter, quia ſuperior prædicatur quiditatiuè de limitata, & vniuocè vt poteſt elici à Doct. in primo diſtinctione. 3. ſed differunt ſicut ſuperius, & inferius, ſimpliciter enim eſt alia ratio ſapientiæ limitatæ, & ſapientię tranſcendenter ſumptæ ſicut, & animalis, & hominis, quia non conuertibiliter idem, & ſic Doctor intulit. Sic dico etiam quando in eodem concurrunt gratia, & caritas, nam idem abſolutum, quod dicitur gratia, & caritas ſecundùm vnum reſpectum poteſt dici caritas, & ſic perfectio ſimpliciter, licet tamen limitata in nobis, & ſecundùm aliũ reſpectum dicitur gratia, quæ gratia ſemper dicit imperfectionem, & ſic nullo modo poteſt dici perfectio ſimpliciter nec limitata, nec illimitata, & vt ſic concurrentes in eodem, iſta eſt vera abſolute, quòd omnis gratia eſt caritas, & etiam econtra loquendo ſemper de caritate creata. Si verò abſolutè loquamur, quia illud abſolutum, quod eſt gratia ſemper includit iſtum duplicem reſpectum ſcilicet vt ad deum amatum, & ad Deum amantem, ſiuè accepiantem dicimus abſolutè, quòd omnia gratia eſt caritas, quia omne abſolutum quod eſt gratia eſt etiam caritas, non autem econtra, quia hæc eſt falſa, omnis caritas eſt gratia, non enim omne abſolutũ, quod eſt caritas eſt gratia, quia abſolutum, quod eſt in Deo, quod dicitur caritas, formaliter non poteſt dici gratia.

Duplex ſapientia.

§ Ibi. Differunt etiam in ratione connotati, quia illud abſolutum &c. Illud enim abſolutum, eſt caritas poteſt dupliciter conſiderari, quia vel eſt ipſi habenti principium operandi, & vt ſic nullam includit imperfectionem, immo eſt perfectio ſimpliciter, quia illud, quod eſt ratio formalis agendi alicui ex ſua ratione formali nullam imperfectionem includit. Secundo poteſt conſiderari vt obiectum Dei eſt in me prout Deus habet me gratum, ideſt, quòd ſi conſideretur illud abſolutum, vt eſt illud quo mediante Deus me habet gratum, vel vt reſpicitur à Deo tanquàm obiectum quo me acceptat, vel me habet gratum, ſic dicitur gratia.

Abſolutum quod eſt charitas poteſt dupliciter conſiderari.

Diſt. XXVIII. Quæſt. Vnica.

Vtrum liberum arbitrium hominis ſine gratia poſſit vitare omne peccatum mortale.

Seraph. Bona. 2 ſent. diſt. 28. q. 1 art. 1.
Scotus 2. ſent. diſt. 28. q. 1.
D. Thomas prima ſecundæ. q. 109. art. 8.
Ricard. 2. ſent. diſt. 28. q. 3.

CIRCA diſtin. 28. in qua Magiſter agit de inſufficientia liberi arbitrij, ſine gratia quærit Doct. Vtrum liberum arbitrium hominis, ſine gratia poſſit cauere omne peccatum mortale.

Hẽricus quolib. 6. q. 2.

§ Hic dicitur, quòd propter verba Auguſt. quæ adducit cõtra Pelagianos, non poteſt caueri ab omni peccato ſine gratia, Sed hoc diuerſimodè ponitur. Hic Doct. recitat duas opiniones de modo ponendi. Quarũ prima eſt Hen. quolib. 6. q. 11. qui dicit, quòd liberum arbitrium poteſt vitare ſimul ſingula peccata ſine gratia, non tamen poteſt vitare omnia ideſt, quod aſſignato quocunque peccato ſingulari poteſt vitare illud, non tamen ſimul vitarẽ omnia peccata mortalia.

§ Secunda opinio eſt Bonauen. qui dicit, quòd liberum arbitrium poteſt conſiderari tripliciter. Vno modo ante deliberationem, & tempus deliberationis. Secundo modo poſt vtrunque ſcilicet deliberationem, & tempus deliberationis. Tertio modo poſt tempus deliberationis elapſum, non autem poſt deliberationem habitam. Quæ opinio vt ſatis intelligatur pono tale exemplũ, quòd ſit præſens voluntati aliquod delectabile ſub ratione turpi, ſi intellectus vt præcedit omnẽ actũ voluntatis in tali cõſideratione nõ peccat. Si verò volũtas confirmat intellectũ in tali cõſideratione, vel põt auertere, & nõ auertit, quia auertẽdo ipſum ex deliberatione ſua cauet peccatũ, habet ergo tẽpus volũtas quo tenetur auertere intellectũ à tali turpi cogitatione, & conuertere ad aliquod bonũ, & illud tempus ſit ſpaciũ vnius pater noſter, & dicatur. b. ita, quòd ſi in tali tẽpore deliberat, & auertit intellectũ à tali cõſideratione vitat peccatũ. Dicit ergo. S. Bona. quòd ſi cõſideretur peccatũ ante deliberationẽ, & tẽpus deliberationis, ſupple quo tenetur deliberare, ſic volũtas nõ peccat mortaliter, licet fortè venialiter, puta in ſubita ſurreptione: Impoſſibile enim eſt per Aug. quin viſis tangamur. Si verò cõſideretur poſt deliberationẽ, & tempus deliberationis, ita quòd habuit tempus ad deliberandum vt reſiſtat peccato, & in tali tempore deliberauit, hoc modo vitat omne peccatum, quia in tempore deliberationis deliberat non peccare. Si tertio conſideretur poſt tempus deliberationis elapſum, & nõ poſt deliberationẽ quia totũ tempus in quo debebat deliberare nõ peccare elapſum eſt, tũc peccat, quia habuit tẽpus deliberandi, & peccato reſiſtẽdi, & noluit deliberare, & ſic videtur conſentire peccato ſaltem cõſenſu interpretato. Dicit ergo S. Bona. quòd liberũ arbitrium poſt tempus deliberationis, & ante deliberationem non poteſt vitare peccatum mortale.

D. Bona. di. præſenti. q. 3. Artic. 3.

Liberum arbitrium poteſt conſiderari dupliciter.

§ Ibi. Contra hoc arguitur. Et primo cõtra primã concluſionẽ quia iſti tenent. Hic Doc. intendit probare cõtra iſtos, quòd liberum arbitrium exiſtens in puris naturalibus poſſit cauere oẽ peccatũ mortale, patet, quia poteſt obſeruare omnia præcepta Dei, quia Deus non præcepit impoſſibilia obſeruare ſcḋm Hierony. ſed peccatum mortale non committitur niſi tranſgrediendo præceptum Dei.

Quòd liberũ Arbitrium poſſit vitare peccatũ.

§ Ibi.

¶ Ibi.Reſpondetur.Hic Doct. recitat reſponſionem opi.primæ.dicunt enim quòd exiſtens in peccato mortali, & ſi non poteſt obſeruare præceptū Dei,poteſt tamen ſe diſponere ad gratiam,qua data poteſt ſeruare præceptum, & ſi non diſponat ſe ad illam imputabitur ſibi ad peccatum.

¶ Ibi.Alia reſponſio. Hæc eſt reſponſio Bona. præſentis diſtinctio.quæſtio.3.qui dicit,quòd manens in peccato mortali, poteſt ſeruare præceptū quantum ad eius explicationem ideſt , quòd ad literā poteſt obſeruare illud , quod præcepit Deus, puta non occidere,ſed non poteſt obſeruare quātum ad intentionem mandantis, quia intentio ſua eſt vt conſequeretur finem per ipſum,& ſic intentio mandantis eſt vt ſeruetur præceptum in caritate,ſine qua finis conſequi non poteſt.

Scotus contra D. Bonauenturā. ¶ Ibi.Contra. Hic Doct. arguit contra reſponſionem Bonauen. adducens multa inconuenientia,quia ſiquis tenetur ſeruare præceptum ex caritate.ita quòd Deus alligauerit hominem obſeruare præceptum in caritate,& per conſequens ſi non ſeruet in caritate peccabit mortaliter,& ſic exiſtēs in peccato mortali,mortaliter peccabit obſeruando præceptum Dei tam affirmatiuum quàm negatiuum,& hoc dicere non videtur aliud , quàm peruertere omnes,qui ſimul commiſerunt peccatum mortale,vt nullum bonum opus etiam ex genere facient,ad quod alias ſunt aſtricti, cum tamē ſuadendi ſint, vt faciant bona opera ex genere, quia illa diſponunt eos ad gratiam citius, & facilius impetrandam. Et hic intendit Doct. de bonis operibus non præciſe ex genere, quia ſiquis daret eleemoſinam pauperi cauſa libidinis eſſet bonum opus ex genere,& tamen peccaret mortaliter. Accipit ergo bonum opus ex genere, vt non tantum tranſit ſuper obiectum debitum ſecundùm rationem,de quo ſupra patet.diſt.7.ſed, quòd etiam includat alias circunſtantias morales,vel ſaltem non includat oppoſitam circunſtantiam vt repugnantem circunſtantiæ debitæ,de quibus prolixe dictū eſt diſt.7.Addit etiam Doct.quòd aliquis poteſt eſſe in caritate, & poteſt facere aliquod opus *Singularis doctrina.* præcepti,puta dare eleemoſinam ex naturali manſuetudine , & non motus ex caritate, & tamen per tale opus non attingeret vltimum finem , cum non ſit meritorium, opus enim meritorium non tantum eſt à ſuppoſito habente caritatem , ſed requiritur, quòd ſit productum caritate mouente ad hoc, vt patet à Doct.in 4.di.17.& ſic tunc peccaret mortaliter faciendo tale opus, patet,quia non fit ſecundùm intentionem mandantis.

¶ Ibi. Per idem arguitur contra primam reſpōſionem ſcilicet,quia ponamus,quòd non diſponat ſe ad gratiam,ſi tunc ſtat in culpa non poteſt ſe ſeruare à culpa,patet,quia per te vt exiſtens in peccato non poteſt ſeruare præceptum, quod tamen tenetur ſeruare, & non obſeruando peccat mortaliter,& per te vt exiſtens in peccato mortali non poteſt ſeruare præceptum,ergo vt ſic eſt ſibi impoſſibile ſeruare ſe, quin committat aliud peccatum mortale,quod eſt falſum,quia omnis culpa eſt voluntaria.Si autem pro tunc poteſt ſe ſeruare à culpa, quod ſaltem videtur manifeſtum quantum ad genus operis pręcepti,ideſt,quòd obſeruando pręceptum,etiam in peccato mortali pro tunc nō peccat,& ſi ſic, tunc argumentum prius factum redit, quia hoc ſufficit ad excuſandum eum à peccato mortali. Si enim obſeruando præceptum non peccat , & poteſt ſine gratia illud obſeruare , ergo vt ſic poteſt euitare peccatum mortale.

Contra Hēricum. ¶ Ibi.Contra iſtas duas vias arguitur in ſpeciali primo contra primam.Hic Doct.arguit cōtra opinionem Hen.probando ex dictis Hen.ꝙ poſſet vitare omnia peccata ſimul, ſi poteſt vitare ſingula, Et ratio ſtat in hoc,quia voluntas,puta pro inſtanti. a.non poteſt habere duplicem conſenſum, ſiue duplicem deliberationem,ita quòd vno cōſenſu reſiſtat peccato,& alio conſentiat,& per conſequens ſi in iſto inſtanti,reſiſtat peccato,pro hoc inſtanti,vitat omne peccatum,& per conſequens dum cauet hoc,cauet omne. Hoc idem arguo de tempore ſequenti , quia per te poteſt cauere hoc peccatum vel illud,ergo dum actu cauet vnum peccatum , actu cauet omne peccatum , & ita cum diſtinctè habet actum reſiſtendi huic peccato mortali , nullum aliud velle habet tunc , per quod aliud velle pro tunc peccet mortaliter, maximè cum præſeruando ſe ab vno peccato mortali fiat fortior ad reſiſtendum alijs.

¶ Aduerte tamen,quòd Doct.non negat, quin voluntas ſimul,& ſemel poſſit habere duos conſenſus,poteſt enim in eodem tempore velle Deū propter ſe, & velle proximum propter Deum , vel ſimul aſſentire bono propter ſe vt fini vltimo, & aſſentire bono propter aliud volendo bonum ad finem, & iſti ſunt duo cōſenſus adinuicem diſtincti, vt patet à Docto.in primo.diſt.1.q.3.Sed intelligit hic, quòd non ſimul poteſt habere duos conſenſus, quorum vnus repugnet alteri , & ſi non ex natura actus ſaltem ex ordinatione alicuius regulæ ſuperioris, dum enim quis obſeruat præceptum Dei,etiam ſine caritate conuertitur aliquo modo ad Deum, & ſi non meritoriè, nam obſeruat aliquid,quod eſt neceſſarium ad vltimum finem ex determinatione diuina Si ergo in eodem inſtanti, haberet aliud cōſenſum circa peccatum,puta tranſgrediendo aliud præceptum,ſequeretur , quòd in eodem inſtanti,auerteretur ab vltimo fine virtualiter, vt infra patebit.diſt.35. *An voluntas poſſit habere duplicem conſenſum.*

Scotus improbat opinionem S. Bona. ¶ Ibi. Contra ſecundam viam arguo ſic. Hic doct.improbat opinionē Bona.& intēdit probare cōtra ipſum, ꝙ liberū arbitriū poſt tēpus deliberationis elapſum,& ante deliberationē poſſit cauere oē peccatū.Supponēdo primo , ꝙ volūtas poſt tēpus deliberationis elapſum, & ante deliberationē qua debuit reſiſtere peccato ſit in peccato mortali per cōſenſū interpretatū. Et quia Bona. vr dicere, ꝙ poſt tale tēpus elapſum,poſt qd cōmiſit peccatū per cōſenſum interpretatū in tēpore immediatè ſequēti nō poteſt volūtas rectè deliberare vt reſiſtat peccato,immo in tēpore ſequēti non poteſt vitare peccatū,hoc expoſito ſm opinionē Bonauē.arguit Doct.contra ipſum, & expono litterā illius rationis,cum dicit tempore illo ſupple ſequenti tēpus elapſum deliberādi,quo poſſet haberi deliberatio de hoc peccato.a.puta de libidine,ſupple quo tpe poteſt deliberare nō cōmittere tale peccatum,aut pōt deliberare de.a.ſupple vt nō cōſentiat tali peccato,ergo dū deliberat nō peccat mortaliter,patet quia deliberat nō peccare.Sequitur.Completa etiā deliberatione cauere pōt per te vt nō peccet actualiter ipſo peccato,quia Bona.dicit,ꝙ poſt tēpus elapſum in quo peccauit ſm cōſenſum interpretatū, ſi pōt habere deliberationē de reſiſtēdo peccato, puta de reſiſtēdo libidini,habita illa deliberatione, tūc nō peccat illo peccato, nec etiam alio peccato peccat,quia tūc haberet duos cōſenſus , eo modo quo argutū eſt cōtra Henricū. Sequitur. Aut nō pōt deliberare de illo tempore deliberationis, & tunc vel nō habebit vſum rationis,vt poſſit rectè deliberare,aut ſi habebit,& pro tūc non poſſet deliberare,puta non velle committere tale peccatum,ergo tunc erit ei impoſſibile nō peccare.Sed nemo peccat in eo,quod euitare non poteſt. *Expoſitio litera.*

¶ Ibi. quòd ſi dicas non poſſe deliberare rectè propter exiccationem intellectus, quaſi velit dicere, quia poſt tempus elapſum, in quo peccauerit per conſenſum interpretatum per tale peccatum intellectus excecatus fuit, & ſic in tempore immediatè ſequenti non poterit rectè regulare intellectum, vt reſiſtat peccato, & per conſequens ipſum non poſſet deliberare. Doct. dicit, quòd hoc videtur abſurdum, quia vnum peccatum mortale non facit aliquem intemperatum generali intemperantia, quia vna hyrundo non facit ver, nec vnus actus vitioſus vel virtuoſus facit hominem virtuoſum vel vitioſum generaliter, nec per conſequens excecatum generaliter circa omnia principia operabilium, ergo poteſt habere rectam deliberationem de multis de quibus tentatur. nõ obſtante, quòd ſit in vno peccato mortali.

Nota & bene.

¶ Ibi. Similiter vitia non ſunt connexa intantum quòd vnum peccatum excecet circa omnia principia operabilium ad bene agendum, quia nec etiam vnum peccatum deprauat appetitum per ſe inclinando ad aliud, immo cum vno peccato poteſt ſtare virtus acquiſita contraria illi peccato, quia vnũ peccatum mortale non corrumpit totum habitũ virtutis, ergo per iſtos habitus tam acquiſitos circa idem agibile, quàm acquiſitos circa alia agibilia poteſt iſte rectè iudicare, & deliberare, ſiuè de eodem peccato, ſiuè de alio, & ſi poſſet rectè deliberare, nec peccet conſenſu interpretato poteſt per ſe cauere omne peccatum.

A D. Quæſtionem poteſt dici. Hic Doct. diſtinguit de peccato, aut enim accipitur peccatum pro deformitate, ſiuè actuali carentia rectitudinis quæ deberet ineſſe actui, de qua infra diſtin. 35. Aut poteſt accipi peccatum pro reatu, ſiuè pro obligatione ad pœnam æternam, quæ manet in anima poſt actum peccati, de qua in quarto diſt. 14. q. 1. Dicit ergo Doct. duo. Vnum non ita expreſſe, ſed magis ad mentem ipſius, vt elici poteſt, quòd in ſtatu innocentiæ liberum arbitrium potuit vitare omne peccatum ſine gratia. Aliud, quòd poſt lapſum liberum arbitrium non poteſt vitare omne peccatum ſine gratia, quia anima de facto maculatur aliquo peccato actuali, vel originali. Si verò accipiatur peccatum pro obligatione ad pœnam. Dico quòd ſine gratia non poteſt releuari à tali obligatione, & hoc de potentia Dei ordinata, ſecùs de abſoluta, poſſet enim Deus potentia ſua abſoluta remittere omnem obligationem ſine gratiæ infuſione, vt patere poteſt ex his quæ dicit Doct. in quarto diſtinctione prima quæſtione ſexta.

Peccatum duobus modis poteſt accipi.

¶ Ibi. Sed ſi quæratur. Vtrum hoc ſit propter immediatam oppoſitionem culpæ ad gratiam, vult dicere poſito, quòd quis non poſſit cauere peccatum ſine gratia, ſequitur ne hæc propter oppoſitionem immediatam culpæ ad gratiam, videlicet, ſi non habet gratiam, ergo eſt in culpa, quia ſubiectum oppoſitorum immediatorum neceſſariò eſt ſub altero illorum, ergo ſi non eſt in gratia erit in culpa, & ſic non poteſt cauere culpam ſine gratia. Dicit Doctor, quòd hoc non eſt propter immediatam oppoſitionem culpæ ad gratiam cum illa nullo modo oppoſitionis formaliter opponantur, vt patet hic à Doctor. & infra diſtinctio. 3. huius, & expreſſius in quarto diſtinctio. prima quæſtione. 1. & q. 6 & diſtinctione. 16. quæſtione ſecunda vide ibi. Hic tamen adducit vnam rationem probando, quòd non ſint oppoſita immediata, quia in ſtatu innocentiæ potuit aliquis fuiſſe in puris naturalibus, ita quòd, nec in gratia, nec in peccato. Sequitur. Nec etiam per comparationem ad potentiam facientis, videlicet, quòd poſtquàm aliquis peccauit, & perdidit innocentiam naturalem, quòd Deus non poſſet reparare illam ad priſtinam innocentiam ſine gratia, poſſet enim illam reparare, & facere eandem voluntatẽ eſſe in puris naturalibus ſine infuſione cuiuſcunque gratiæ, patet, quia qualem potuit Deus facere voluntatem, talem poteſt eam reparare poſtquàm peccauit idest, quòd ſicut Deus creauit vel potuit creare aliquam creaturam ſine culpa, & ſine gratia, quòd eandem naturam poſſet reparare in priori innocentia, ſed hæc ratio magis patebit in quarto, diſtinctione prima, quæſtione. 6. Sequitur. Sed hoc tantum eſt ex lege vniuerſali, qua nullo modo remittitur inimicitia, niſi fiat, non tantũ non inimicus, ſed etiam amicus ſibi acceptus per gratiam gratificantem. Vult dicere Doct, quòd loquendo de potentia Dei ordinata, nullus poteſt euitare aliquod peccatum mortale ſine gratia, quia Deus ordinauit hominem vel eſſe actu amicum, vel actu inimicum, ita quòd de potentia Dei ordinata non poteſt dari aliquis innocens, quin nõ ſit amicus vel inimicus, & non eſt amicus, niſi per gratiam gratificantem, nec inimicus niſi per peccatum mortale, Si ergo actu non eſt amicus per gratiam, actu erit inimicus per peccatum, & ſi actu erit amicus per gratiam, actu non erit inimicus per peccatum, & ſic patet, quòd de potentia Dei ordinata liberum arbitrium nõ poteſt euitare omne peccatum ſine gratia. Hoc idem etiam dicit ſcilicet ſi de potentia Dei ordinata quilibet vel eſt actu inimicus per peccatum, vel actu amicus per gratiam in quarto. diſtinctio. 1. q. 6. & diſt. 15. q. 1. & 16. q. 2.

Culpa & gratia an ſint oppoſita immediata.

¶ Ibi, Si obijciat. Quomodo Deꝰ poſſit remittere culpam non dando gratiam, videretur enim eſſe mutatio in Deo, ſi non ponatur gratia in ipſo iuſtificato, ſed de hac difficultate remittit ſe Doct. in quarto diſtinctio. 16. quæſtione ſecunda, vbi quęrit Doct. An infuſio gratiæ, & expulſio culpę ſint duæ mutationes reales.

An Deus poſſit remittere culpam non dando gratiam.

¶ Ibi. Et poteſt illa opinio confirmari &c. Hic dicit doct. ꝙ etiã loquẽdo de peccato actuali non poteſt liberũ arbitriũ noſtrũ præcauere oẽ peccatũ mortale ſine gratia, ſed hoc nõ eſt ex libero arbitrio abſolutè, ſed in aliquo caſu ſpeciali ſ. poſito, ꝙ volũtas teneatur aliquãdo diligere deũ ſuper oĩa, & ꝙ talis dilectio ſit diſpoſitio ad gratiã ex determinatione diuinæ volũtatis, & ꝙ obligauerit volũtatẽ ſic diſpoſitã acceptare gratiã ſibi oblatã, ſtante iſto caſu, ꝙ aliqua volũtas diligat deũ ſuper oĩa ex puris naturalibus, qđ eſt ei p̃ceptũ, tũc deus offert ſibi gratiã, ſi nõ acceptat, peccat mortaliter, quia tenetur eã acceptare, nõ acceptat autẽ eam qñ ponit obicẽ. Si vero acceptat, illud peccatũ vitat, qđ eſſet nõ acceptãdo. Nõ poſſet ergo vitare hoc peccatũ, quod eſſet nõ acceptare gratiã niſi illã acciperet, ergo hoc peccatũ actuale nõ pt vitare ſine gratia gratũ faciente. ¶ Ibi. Hæc igitur opi. ſ. Hen. quo lib. 5. q. 21. nõ ponit partẽ negatiuã quaſi propter impotentiam liberi arbitrij abſolutè, ſed inquantum ipſum operatur ad deum liberaliter gratiam offerentem libero arbitrio, aliqualiter tamen diſpoſito.

Opinio Henrici.

A D Argumenta principalia. Primo Doct. arguit autoritate Pau. ad Ro. ſecundo probando, quòd liberum arbitrium poſſit ſine gratia cauere omne peccatum mortale, ubi Paulus ſic dicit. Cũ enim gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis ſunt faciunt &c. ubi uidetur. Apoſtolos increpare Iudæos in hoc, quòd gentes ſine lege data ſeruabant legem, ergo cauebant ab omni peccato, & tamen vt uidetur non habuerunt tunc gratiam.

¶ Reſpon-

¶ Reſpondet Doct. quòd iſti per legem naturalem direxerunt ſe rectè viuendo, ſicut Iudęi per legem ſcriptam, ſed iſti non bene vixerunt ſine omni gratia, quia gratia potuit ineſſe eis ſtantibus in puris naturalibus, poſito, quòd non fuerint obligati ad legem Moyſi, niſi filij Iſrael, tenendo, enim quòd de potētia Dei ordinata quilibet aut eſt amicus, aut inimicus, vt ſupra dixi, & tenetur eſſe amicus, & eſſe non poteſt ſine gratia, ergo non poteſt cauere omne peccatum ſine gratia ſeparando etiā illum alium caſum de dilectione Dei, patet quòd non potuerunt vitare omne peccatum ſine gratia.

¶ Secūdò arguit autoritate Aug. tertio de libero arbitrio. Nullus inquit peccat in eo, qđ euitare nō poteſt, aut igitur quis poteſt vitare peccatum ſine gratia, aut non, ſi non, igitur non peccat, quia illud vitare non poteſt, ſi ſic habetur propoſitum.

¶ Dicit Doctor, quòd ſecundum iſtam opinionem poteſt abſolutè cōcedi propoſitio Auguſtini, videlicet, tenendo opinionem vltimam. Et dico, ꝙ iſte cui offertur gratia poteſt cauere, ne reſiſtat gratiæ, ſed nō poteſt cauere à peccato, videlicet, prius commiſſo ſine gratia, ſi enim non reſiſtat gratiæ iuſtificabitur. Solum igitur hoc poteſt caueri, ne ſcilicet reſiſtat gratiæ, non poteſt tamen caueri ſtando in peccato prius commiſſo.

Liberum arbitrium. ¶ Vltimò arguit autoritate Anſel. de libero arbitrio. Liberum arbitriū eſt poteſtas ſeruādi rectitudinem propter ſe, ergo remanēte libero arbitrio manet poteſtas eius.

¶ Reſpondet, quòd quantum eſt ex parte liberi arbitri poteſt ſeruari iuſtitia, licèt quando iuſtitia non habetur, iuſtitia ſeruari non poſſit.

Diſt. xxx. xxxj. xxxij. Quæſt. vnica.

Vtrum quilibet ſecundum legem propagatus ab Adam contrahat peccatum originale.

Scotus 2. ſent. diſt. 30. quæſt. 1.
Henricus quolib. 9. quæſt. 23.

QVÆRITVR primò circa diſtinctio. 30. Vtrum quilibet ſecundum legem propagatus ab Adam cōtrahat peccatum originale.

¶ Quæritur ſecundò. Vtrū iſtud peccatū ſit carētia originalis iuſtitiæ.

¶ Circa diſtinctio. 31. Quæritur vtrum anima contrahat peccatum originale à carne infecta concupiſcibiliter ſeminata.

¶ Circa diſtin. 32. quæritur. Vtrum in baptiſmo remittatur peccatum originale.

¶ Ibi. In illa materia de peccato originali, &c. Dicit Doct. quòd tenendo peccatum originale eſſe, vt ſonant autoritates, quæ ſunt primæ. q. quòd circa hoc ſunt duo modi dicendi, quorū vnus eſt Magiſtri, & aliorum exponentium, & ſequentium ipſum. Alius modus eſt Anſel. vt infra dicetur. Ibi. Circa iſtam materiam eſt alia via *Opinio Magiſtri.*

¶ Ibi. Ad intellectum autem iſtius viæ, &c. Hic Docto. recitat primum modum ponendi, qui eſt Magiſtri de peccato originali, qui ponit quatuor articulos, quibus declaratis ſoluit quæſtionem, & primus articulus eſt, qualiter ab anima contrahitur infectio in carne. Secundus qualiter ſeminatur caro infecta. Tertius qualiter ab ipſa carne inficitur anima. Et quartus qualiter .a. anima ab infectione illa liberatur per baptiſmum.

¶ Ibi. Ad primum dicitur, &c. Hic Doct. recitat opinionem Henri. quolib. 5. quæſtio. 23. qui dicit, quòd voluntas, puta Adæ peccans ſit curua, ſic intelligendo, quia ex quo iſti ponunt in voluntate rectitudinem naturalem aliam à iuſtitia originali, & voluntas peccando corrumpit rectitudinē illam naturalem, ideo ſic peccando de recta fit curua, & ipſa voluntas curua cauſat qualitatem quandam morbidam per quā tota caro fit morbida, & infecta, & hanc qualitatem morbidam dicunt eſſe fomitem, &c. *Opinio Henrici.*

¶ Ibi. Et ſecundum quoſdam iſta qualitas nunquam minuitur. Hic Doct. ponit opi. Tho. qui vult, quòd iſta qualitas nunquam minuitur ſecundum ſuum eſſe, ſic quòd ſi fuit intenſę malignitatis, vt quatuor, & nunc eſt, vt quatuor tantum in effectu ſuo minuitur, ſic intelligendo, quòd licet gratia non corrumpat hanc qualitatem, ex quo non ſunt contraria, quia iſta qualitas ſubiectiuè eſt in carne gratia autem in voluntate, modo contraria ſunt circa idem ſubiectum, tamen gratia poteſt eſſe tanta, quòd magis inclinabit voluntatem ad habendum actum circa ſuperiora, & æterna, quàm iſta qualitas inclinet ad inferiora, & terrena. *Opi. S. Thomæ. 1. 2. quaſtio. 81.*

¶ Ibi. De ſecundò dicitur. Hic Doct. ad ſecundum articulum, ſcilicet qualiter ſeminetur caro infecta. Recitat primo opi. Magiſtri, quæ eſt clara in littera. Ibi, vel ſi non tota, ab illa, quæ ſeminatur, &c. Hic Docto. primo recitat aliam opi. quæ dicit quòd illa caro, quæ ſeminatur non fuit caro patris, ſcilicet Adæ, ſed tantum ex libidine, & feruore patris mei ſeminantis in ſeminatione inficitur ipſa caro ſeminata. Et huic opinioni videtur conſentire Augu. &c.

¶ Ibi. In tertiò articulo, patet nec egeralia expoſitione, &c. Aduerte tamen, quòd infectio illa, quæ eſt in carne nō eſt culpa formaliter, ſed ſequela culpæ, & ratio eſt, quia culpa formaliter eſt in anima, tamen ponitur occaſio culpæ formaliter in anima, ita, quòd non culpa eſt cauſa occaſionalis culpæ, & hoc eſt, quod dicit in littera, quia quando anima vnitur corpori, infectio eius talis eſt qualis nata eſt in anima, quia nulla alia infectio nata eſt eſſe, niſi culpa, & ideo infectio carnis, & animæ nō ſunt eiuſdem rationis. *Infectio in carne quomodo ſit culpa.*

¶ De quarto dicitur, vel ponitur, &c. Hic Doc. ponit modum Magiſtri, & aliorum ſequentiū, quomodo anima ab infectione illa per baptiſmum liberatur. Pro cuius declaratione aduerte, quòd peccatum originale ſecundùm iſtos non eſt aliud, quàm curuitas illa, ſiue fomes cum reatu, ſiue obligatione ad pœnam æternam, ideo dicunt iſti, quod curuitas illa, ſiuè illa qualitas, quæ dicitur fomes, & ſine reatu, ſiuè obligatione ad pœnam æternam manet poſt baptiſmum, vel ſaltem alterum iſtorum, vel ſimul vtrunque manet ſine reatu, & ſic tollitur peccatum formaliter, quia ille reatus non tamen materialiter, quia qualitas manet ſicut effectus primi peccati hominis, ſiue peccati originalis præcedentis, & vt materia exercendæ virtutis, quia illis ſtantibus appetitus inclinatur ad malum, ex hoc voluntas habet occaſionem retrahendi ipſum, & ſic merendi, &c. *Quid peccatum originale.*

¶ Ibi, ſecundum iſtam viam patet, quid dicendū ad quæſtiones motas. Hic Doct. ſoluit quæſtiones motas ſecundum viam Magiſtri, & ſequentium ipſum in hac materia. Et quantum ad primam dicitur, quòd eſt culpa originalis in omni propagato ex ſeminibus, & quo ad tertiam quæſtionem dicendum eſt, quòd caro infecta ſeminatur, & à carne ſic infecta, inficitur anima culpa, quæ culpa quantum ad ſecundam quæſtionem eſt curuitas oppoſita rectitudini naturali voluntatis, vel talis

culpa

culpa eſt concupiſcentia , ideſt pronitas ad concupiſcendum delectabilia.

Quomodo remittatur peccatum originale.

¶ Ibi. Et remittit, &c. Dicit Doct. ſecundum hanc opinionem reſpondendo quartæ quæſtioni, quod culpa, ſiuè peccatum originale remittitur non in ſe, ſed quantum ad reatum, vel debitum, manet tamen illa curuitas poſt baptiſmum, & illa morbida qualitas, ſed non reatus.

¶ Ibi. Contra iſtam viam quantum ad ſingulos articulos ſunt dubia, quæ dubia patent in littera, nec indigent aliqua expoſitione, ideo pertranſeo illa.

IBI. Circa iſtam materiam eſt alia via, quæ videtur Anſelmi in toto libro de conceptu virginali, quæ ponit etiam quatuor articulos, vt in ſequentibus patebit.

¶ Ibi. Quo ad primum de quiditate peccati originalis dicit Anſel. vbi ſupra cap.27. primi libri, per peccatum, quod originale dico, aliud intelligere nequeo in ipſis infantibus, niſi factam per inobedientiam Adæ iuſtitiæ originalis debitæ nuditatem, per quam omnes ſunt filij iræ, ideſt tales filij ſunt odio Deo, quia omnis malus vult, ſcilicet carentiam viſionis diuinæ. Et ſic ex hoc apparet peccatum originale eſſe peccatum mortale. Sequitur. Iſta ratio peccati originalis probatur ex hoc, &c. Hic Doct. probat hanc rationem, ſiuè diffinitionem peccati originalis ex hoc, quia ex quo omne peccatum eſt iniuſtitia, tale peccatum erit talis iniuſtitia, ſic quòd peccatum actuale eſt iniuſtitia actualis, peccatum originale eſt iniuſtitia originalis. De huiuſmodi iniuſtitia dicetur in quarto, diſtin.14. ideo pro nunc pertranſeo. Sequitur. Et ſi obiiciatur, quòd aliqui ſancti, &c. Iſta ratio patet in littera cum ſua reſponſione.

¶ Ibi. Sic ad propoſitum, &c. Hic primo nota ſingulas particulas huius diffinitionis, quia ſunt neceſſariç ad talem diffinitionem. Secūdò nota, quia dicit Doct. quòd peccatum originale eſt formaliter carentia iuſtitiæ originalis, quia in hoc videtur ſibi contradicere, quia vult ſupra diſtin.28. quòd gratia, & peccatum non opponuntur formaliter priuatiuè. Hoc idem intelligit de peccato, & iuſtitia originali, & ibi in reſponſione ad argumenta vult ex intentione, quòd exiſtens in puris naturalibus non haberet peccatum originale, & tamen eſſet carentia iuſtitiæ originalis. Hoc idem dicit.29. Et vltra dicit.18. quòd qualem naturam Deus creauit, talem poteſt reparare, hoc idem diſtin.1. quæſt.6. quarti, vbi vult expreſsè, quòd Deus poſſet remittere peccatum originale abſque infuſione iuſtitiæ originalis, vel æquiualentis, quod non ſi opponerentur priuatiuè formaliter, cecitas enim per quācunque potentiam non poteſt corrumpi, niſi per habitum viſionis, & quòd etiam non opponantur formaliter, patet in ſimili diſt.33. hoc idem Doct. dicit hic diſt.30. quòd peccatum formaliter eſt iniuſtitia, & tale peccatum talis iniuſtitia, quæ non eſt, niſi carentia iuſtitiæ debitæ, vt patet in diſt.35. & talis deformitas nunquam poſſet corrumpi, niſi per iuſtitiam actualem oppoſitam illi ſicut habitus priuationi, patet à Doct. vbi ſupra. Cum ergo peccatum originale ſit formaliter carentia iuſtitiç originalis nunquam remitti poſſet, niſi per iuſtitiam originalem oppoſitam.

Quid ſit peccatum originale ſecūdum Scotum.

Doctrina ſingularis.

¶ Dico primò, quòd aliqua dicuntur opponi priuatiuè merè ex natura rei, ita quòd intrinſecè repugnat corrumpi vnum, niſi per aliud, & neceſſe eſt ſemper in alterum ineſſe, cū ſint immediatè oppoſita circa idem, & quæ ſic opponuntur, vnum nō poteſt corrumpi, niſi per poſitionem alterius. Secundò quædam dicuntur opponi priuatiuè, non tamen ex natura rei, ſed ex ſola ordinatione alicuius voluntatis ſuperioris ſic ordinantis, & hoc modo peccatum originale opponitur priuatiuè iuſtitiæ originali, quia voluntas diuina ſic ordinauit, quòd carentia iuſtitiæ originalis, quam voluit eſſe debitā dicatur formaliter peccatum originale, cum alijs tamen circunſtantijs, ſcilicet quòd ſit prius accepta, &c. ex quo ergo Deus ordinauit, ꝙ quilibet natus ex Adam ſit debitor iuſtitiæ originalis quam dedit Adæ pro ſe, & tota poſteritate, & quia hic natus, illa quæ fuit accepta nō eadem numero, ſed ſpecie in Adam, & per peccatum ipſius perdita, dominus ordinauit, quòd talis carētia formaliter dicatur peccatum originale, & ſi hoc non ordinaſſet, non diceretur peccatum originale. Hoc idem dico de multis peccatis actualibus, quòd carentia iuſtitiæ actualis non dicitur formaliter tale peccatum ex natura rei, ſed ex ſola ordinatione diuinæ voluntatis, nam quia Deus ordinauit non eſſe furandum, ille qui furatur caret tali rectitudine, ſiuè velle, quo vult furari, caret tali rectitudine, quç deberet ineſſe, ideo talis carentia dicitur peccatū actuale. Secundò nota, quòd aliud eſt loqui de carentia iuſtitiæ originalis, & aliud eſt dicere peccatum originale, nam certum eſt, quod talis carentia, & iuſtitia originalis opponuntur formaliter, ſed peccatum originale, & iuſtitia originalis opponūtur tantum ex determinatione diuinæ voluntatis, ſcilicet quòd talis carentia dicitur peccatum originale. Tertiò nota, quia ſi carentia iuſtitiæ originalis, etiam ex ordinatione diuina dicatur peccatū originale, cum talis carentia formaliter opponatur iuſtitiæ originali videtur, quòd ſtante tali ordinatione nullo modo poſſit remitti, niſi per infuſionem iuſtitiæ originalis, quod tamen non eſt verum, quia remittitur per gratiam. Dico, quòd cōcluderet, ſi dominus ordinaſſet talem carentiam, ſic formaliter eſſet peccatum originale oppoſitum formaliter iuſtitiæ originali. Sed dico, quòd ſicut voluit talem carentiam eſſe peccatum originale, ita voluit illud remitti, vel per iuſtitiā originalem, vel per æquiualens, ſed quando remittitur per iuſtitiā originalem infuſam tollitur peccatum, & carentia iuſtitiæ, ſed quando remittitur per gratiam manet carentia iuſtitiæ originalis, ſed non poteſt dici amplius peccatum.

Speculare hæc omnia.

IBI. Quantum ad ſecundum ſoluitur prima quæſtio, &c.

¶ Ibi. Reſpondeo non faciendo mentionem de hac natura, & hac perſona. Oſtendo, quòd iſte debitor eſt iuſtitiæ, quia iuſtitiam accepit formaliter Adam, & ipſe in eo, & hoc probatur ſic. Omne donum, &c. Hic nota de voluntate antecedente, & conſequente. Nā dicit Doc. in primo, d.46. ꝙ Deus voluntate antecedēte vult omnes ſaluos fieri, ideſt ꝙ ex quo dedit bona naturalia, quibus poſſumus adipiſci vitam æternam per opera meritoria dedit dico actualiter voluntate conſequente, ſiuè efficaci, dat etiam voluntate antecedente opera meritoria, ideſt ꝙ quātum eſt ex parte ſua vult cooperari omnibus hominibus ad opera meritoria, & ſemper actu cooperaretur, & voluntate conſequente, ſi ipſi homines non ponerent obicē, vt patet infra diſtin.37. Vocat ergo ibi voluntatem cōſequētem, ſiuè abſolutam, quæ quantum eſt ex parte ſua vult dare, & ſemper daret actu, niſi poneretur obex. ſi ergo dat beatitudinem voluntate antecedente quilibet tenetur ad illam habēdam. Volūtas verò conſequens, & efficax, ſiuè beneplaciti. Dicit Doct. in primo, di.46. ꝙ illa ſemper impletur, & tunc dicitur dari voluntate conſequente quando efficaciter dat. Dicit ergo Doct. hic, ꝙ quando aliquod

Duplex voluntas.

quod

quod bonum datur aliqui voluntate antecedente, & ſemper daret voluntate conſequente, niſi poneret impedimentum ille cui ſic datur, certum eſt, ꝙ eſt debitor talis doni. Et hæc propoſitio probatur à Doct. infra de gratia, & meritis virtualiter contentis, quia quando Deus dat alicui voluntati gratiam voluntate conſequente, etiã illi voluntati dat omnia merita virtualiter contenta in tali gratia volũtate antecedente, ideſt quòd ſemper paratus eſt cõcurrere cũ voluntate noſtra ad omnia opera meritoria, & ſi voluntas non poneret impedimentũ voluntate conſequente ſemper concurreret, & ſic patet iſta maior. Nota tamẽ, ꝙ opera meritoria ſunt in multiplici differentia. Non enim credo, ꝙ quodlibet opus meritorium virtualiter cõtentũ in gratia ſit ſimpliciter debitum, ita quòd carens illo ſit in peccato mortali, hoc patet, quia homo exiſtens in gratia magis ac magis mereri poſſet, quod tamẽ non facit, ſed bene eſt aliquod meritum ſic obligatorium, ꝙ carens illo peccat mortaliter, vt puta, diligere Deum ſuper omnia pro aliquando, ille actus procedens à gratia eſt ſic meritorius, ꝙ ſi tunc non eliceretur eſſet peccatum mortale, & ſimiliter habens gratiam in qua virtualiter continentur opera meritoria, quæ ſunt in obſeruatione diuinorũ mãdatorum, ſi opera meritoria tunc non elicerentur peccaret mortaliter, nam ſi gratia inclinat ad non furandum, & talis voluntas, & gratia non furatur, tũc mereretur. Si verò furatur magis peccat, quàm voluntas furans non habens gratiam, quia in habẽte gratiã erat ſibi magis debitum non furari, quàm in non habente gratiam, quia in ſecũdo erat debitum non furari ratione præcepti diuini, in primo autem erat ſibi magis debitũ, quia ille actus meritorius virtualiter continebatur in tali gratia. Declarata maiore reſtat minor.

Opera meritoria ſunt in duplici differentia.

¶ Ibi. Sed Adam accipiente. Dicit Doct. ꝙ volũtas diuina dedit Adæ voluntate conſequente iuſtitiam originalẽ, & ipſe erat debitor conſeruare illã, ſicut accipiendo gratiam actualiter eſt debitor cõſeruare illam. Filio autem dedit iuſtitiam originalem, & non eandem numero, ſed ſimilem voluntate antecedẽte, ideſt ꝙ quãtũ eſt ex parte ſua vult dare illã, & ſemper dediſſet voluntate conſequẽte, ſi Adã impedimentũ nõ potuiſſet. Dixit enim Deus Do tibi Adã voluntate mea conſequente hanc iuſtitiam originalem, & mea voluntate antecedente cuilibet nato ex te do ſingularẽ iuſtitiã, & ſi tu Adã conſeruaueris iuſtitiam quam tibi do in eodem inſtanti quo filius tuus erit perfectè genitus voluntate mea conſequente dabo iuſtitiam originalẽ nulla gratia, nulliſve meritis præcedentibus in illo, ideo volo, ꝙ quilibet natus ex te ſit debitor habendi illam, ꝙ ſi tu Adam per peccatum tuum perdideris illam, volo quòd ſit deperdita etiam in quolibet nato ex te, quia tibi dedi illam, non tantum, vt conſeruares pro te, ſed etiam pro tota ſua poſteritate. Et quòd dicitur in littera. Et quod dedit naturaliter ly naturaliter debet intelligi, ideſt vniuerſaliter, quia ſi Adam conſeruaſſet illã voluntate cõſequẽte, vniuerſaliter toti poſteriati conſeruaſſet.

Deus dedit iuſtitiam originalem ipſi Adam naturaliter ideſt vniuerſaliter.

¶ Ibi. Inſtatur, &c. Hic arguit Doc. ꝙ nõ eſt ſimile de debito reſpectu meriti virtualiter contenti in gratia, & de debito iuſtitiæ originalis in filio Adæ; qa ſi opera meritoria ſunt debita illi volũtati, quæ actu accipit gratiam, in qua virtualiter continẽtur illa merita, & in filio Adæ nõ fuit actu iuſtitia originalis, nec etiam illa iuſtitia originalis fuit virtualiter contenta in iuſtitia voluntatis Adæ.

¶ Ibi. Hanc inſtantiã, &c. Doct. ſoluit hanc inſtãtia, & vult in iſta littera, quòd ſit ſimile quantum ad vnum, licet non quantum ad aliud, eſt enim ſimile quantum hoc, quòd ſicut voluntas diuina ex hoc, quòd dando gratiam voluntate conſequente, dat etiam merita voluntate antecedente virtualiter contenta in eo, ita quòd talis voluntas eſt debitrix talium operationum ex hoc, quòd eſt debitrix talium operum, quia Deus dedit illa voluntate antecedente, ſic in propoſito voluntas diuina dedit Adæ voluntate conſequente iuſtitiam originalem, & voluntate antecedente dedit filius Adæ. Vult ergo Doct. quòd ratio voluntati, antecedentis hinc, inde dicatur eiuſdã rationis, qa talis ratio abſolutè eſt debitum in recipiente, ita ꝙ cui datur aliquid voluntate antecedente eſt debitor habendi illud, & ſic quo ad hoc eſt ſimile de iuſtitia originali in filio data voluntate antecedente ſed eſt diſſimile, qa tale meritum virtualiter continetur in gratia data voluntate conſequente. Iuſtitia verò originalis data filio Adæ voluntate antecedente, nec virtualiter continetur in iuſtitia data Adæ; quia iuſtitia Adæ non eſt principale productiuum iuſtitiæ in filio, ſed immediatè creatur à Deo.

AD argumenta quæſtionum per ordinem, &c. Iſtæ duæ primæ auctoritates cum ſuis rationibus patent in littera.

¶ Ibi. Ad tertium dicitur, &c. Pro ſolutione huius argumẽti aduerte, quòd in ratione peccati originalis duo ponuntur. Primum, ſcilicet carẽtia iuſtitiæ originalis. Secundum eſt debitum iuſtitiæ, & vtriuſque partis ponuntur duæ cauſæ. Et primo aſſignat Doct. cauſas ſecundæ partis ſcilicet debiti, quarum prima eſt Deus ſtatuens illam legem. Tibi Adę do iuſtitiam originalem, & omnibus filijs tuis naturalibus do eadem datione quãtum eſt ex parte mea, ſic quòd niſi inueniam impedimentum omnibus dabo, & ideo ex hac datione, quæ eſt à voluntate antecedente omnes tenentur illam habere. Alia cauſa eſt pater, per cuius actionem ille eſt filius naturalis Adæ, & ita eſt debitor, & ſic patet quomodo debitum habet rimas notas, ideſt cauſas notas per quas ingreditur ad filios.

¶ Ibi. Illa autem carentia non habet, niſi negatiuè. Doct. dicit, quòd alia pars diffinitionis peccati originali, ſcilicet carentia iuſtitiæ originalis non habet cauſam poſitiuam, ſed tantum negatiuã, ſcilicet Deum non dantem iuſtitiã, ideo enim paruulus nõ habet iuſtitiam originalem, quia Deus illi nõ dedit. Sed ſi vlterius quæras cauſam, quare Deus nõ dedit iuſtitiam originalem voluntate conſequente cum etiam dederit voluntate antecedente, huius negationis nõ aſſignatur cauſa niſi demeritorum, ſcilicet Adam peccans, quia enim Adam peccauit, ideo huic paruulo non dat iuſtitiam originalem ratione peccati Adæ, qui peccando poſuit obicem.

Paruulus non habet iuſtitiam originalem.

¶ Ibi. Et ſi obiiciatur, quòd quando affectus, &c. Hic Doct. obiicit contra ſuperius dicta & ratio eſt clara, cætera patent in littera, nec oportet circa iſta multum immorari.

Diſt. XXXIII. Quæſt. Prima.

Vtrum peccatum originali debeatur ſola carentia viſioni diuinæ.

Scotus. 2. ſenten. 33.

QVAERITVR circa diſtinctio. 33. Vtrum peccato originali debeatur ſola carentia viſionis diuinæ pro pœna.

¶ Hæc dicitur eſſe Magiſtrorũ ſententia; &c. Ad quæſtionem iſtam Doct. ſic procedit. Primò ponit duas concluſiones reſponſiuas ad

quæ-

quæſtionem, deinde mouet duo dubia circa intellectionem earum.

Quomodo paruuli poſt iudiciũ non habebunt pœnam.

¶ Prima concluſio eſt, quòd Magiſtrorum eſt ſententia, quòd paruuli poſt iudicium non habebunt pro ſolo peccato originali aliquam pœnam ſenſus exterioris, ſcilicet ignis, ideſt paruuli non cruciabuntur in igne infernali, & ratio eſt, quia in appetitu ſenſitiuo nullam delectationem inordinatam habuerunt, nec ex conſequenti debent habere pœnam ſenſus ab igne, quo habeat delectationem inordinatam ordinatè, cum nullam infuerit eis.

¶ Ibi. Nullam etiam habeant pœnam interiorem, &c. Hæc eſt ſecunda concluſio huius quæſtionis, ſcilicet quòd paruuli nullam triſtitiam, nec pęnã interiorẽ habebũt qa ſi haberẽt triſtitiã cũ illa ſit de his rebus, quæ nobis nolentibus accidunt ſecundum Auguſti. Aut igitur triſtarentur de ſtatu ſuo, aut de carentia viſionis diuinæ, non triſtantur de primo, quia tunc nollent ſtatum ſuum, & appeterent oppoſitum; & ſic murmurarent cõtra Deũ, & ita malam haberent voluntatem, quod eſt falſum, quia ordinatione diuina ſtatutum eſt, quòd vbi ceciderit lignum ibi ſit, ideſt in qua diſpoſitione, aut bona, aut mala moritur homo in eadem manet. Eccleſiaſ. 11. Cum igitur ipſi paruuli ſint mortui abſque mala voluntate, in eadem diſpoſitione ſemper ſtabunt, nec poterunt peccare, quia ille non eſt ſtatus, aut merendi, aut demerendi, igitur non triſtabuntur à ſtatu ſuo.

Duplex pœna damni, & ſenſus.

¶ Ibi. Præterea ſi triſtarentur de carentia, &c. Hic Doct. probat, quòd pueri non triſtantur de carẽtia viſion is diuinæ, quia tunc ſequeretur, quòd illis ineſſet grauiſſima pœna, quod eſt contra Auguſti. qui dicit, quòd eorum erit mitiſſima pœna, quòd hoc ſequatur, patet, quia cum de illa nullam habeant ſpeciem, ſequitur, quòd ſi de illa triſtarẽtur, quòd illa eſſet in diſperatione, quæ eſt grauiſſima pœna omnium damnatorum.

¶ Sequitur. Videtur etiam, quòd ſimpliciter maior ſit pœna, &c. Hic Docto. probat, quòd nullo modo pueri triſtantur, & ratio ſtat in hoc, quia ex quo triſtitia eſt maior pœna homini, quàm quæcunque pœna ſenſus, & iſta maior non ponitur in eis; vt patet ex prima concluſione. Sequitur, quòd nec aliqua triſtitia ponetur.

¶ Concludendum eſt ergo, quòd nulla erit pœna ſenſus, ideſt nullus dolor erit in eis, nec capitis nec vẽtris, &c. nec etiam aliqua triſtitia erit in eis, & ita tantum habebunt pœna, quæ eſt damnum, ſcilicet non videbunt Deum, nec fruentur Deo, de illo tamen danno non triſtabuntur, ſed contenti erunt de ſtatu ſuo etiam de carentia illius viſionis.

¶ Et ſi quæratur de eis quantum ad cognitionem, &c. Hic Doct. mouet duo dubia de cognitione paruulorum, quæ patent in littera.

¶ Ibi. Ad primum argumentum reſpondet Bona. Hic Doct. ſoluit primum argumemntum primo ſecundum intentionem Bonau. quæ reſponſio patet in littera.

Iſta propoſitio poteſt accipi dupliciter, primo in ſenſu cõpoſito eſt falſa, ſecundo in ſenſu diuiſo eſt vera.

¶ Ibi. Aliter poſſet dici. Nam in ſenſu compoſito eſt falſa, quia tunc ſenſus eſt, æterni ignis ſuplicio, &c. nam in æterno igne, vel ſuplicium æterni ignis includit etiam priuationem viſionis diuinæ, ſi intelligatur ergo ſic in ſenſu compoſito, ꝙ æterni ignis ſupplicio ſimul includendo pœnam ſenſus, & pœnã priuationis viſionis diuinæ ſic ſenſus eſt falſus. Si verò intelligatur in ſenſu diuiſionis ſic ſenſus eſt verus, quia puniuntur pœna priuationis viſionis diuinæ, quæ pœna eſt in æterno igne, ſed non puniuntur pœna ignis. Aliæ rationes patent in littera.

Diſt. 34. 35. 36. 37. Quæſt. II.

Vtrum peccatum poſsit eſſe à Deo.

Seraphicus Bonauent. 2. ſent. diſt. 37. art. 1.
Scotus 2. ſent. diſt. 37. q. 1.
Riccardus 2. ſent. diſt. 37. q. 3.
Durandus 2. ſent. diſt. 34. q. 3.
D. Thu. prima ſecundæ q. 79. art. 1.

CIRCA diſtin. 34. in qua Magiſter agit de peccato actuali, quæro de cauſa peccati. Vtrum ſcilicet peccatum ſit à bono ſicut à cauſa.

¶ Circa diſtin. 35. Quæro vtrum peccatum ſit per ſe corruptio boni.

¶ Circa diſtin. 36. Quæritur vtrum peccatum ſit pœna peccati.

¶ Circa diſtin. 37. Quæritur vtrum peccatũ poſſit eſſe à Deo. Secundò, vtrum voluntas ſit cauſa totalis ſui actus.

IBI. Iſtę quæſt. licet ſecundum Magiſtrum pertineant ad diuerſas diſtin. tamen ſunt connexæ ſolutiones earum, propter quam connexionem poſſunt hoc modo ſimul quæri, &c.

Aliquid diuidi contingit dupliciter.

¶ Ibi. Et ſi dicatur, quòd iſta ablatio fiat ſecundũ partes eiuſdem proportionis, &c. Nota, quòd aliquid diuidi contingit dupliciter. Vno modo ſecundum partes eiuſdem proportionis, ita ꝙ ſemper diuidatur in duas medietates ſicut quantum bipedale primo diuiditur in duas medietates æquales, & alia medietas diuiditur in duas alias æquales, & ſic in infinitum. & non debet ſic intelligi, ꝙ partes ſecũdæ diuiſionis ſint æquales partibus primæ diuiſionis, ſed ſic intelligitur, quòd ſicut quantum bipedale eſt diuiſibile in duas medietates, ita data quacunque parte illius quantitatis eſt proportionabiliter diuiſibilis in duas medietates, & hoc modo quantum eſt diuiſibile in infinitas partes, ſiue loquendo de quanto per ſe, ſiuè de quanto per accidens, ſicut album calidum, &c. vt ſatis diximus ſupra, diſt. 2. quæſt. 9. Alia eſt diuiſio in partes eiuſdem quantitatis, & ſic diuidendo non proceditur in infinitum.

¶ Ibi. Præterea, quòd repugnat. Hic Docto. ſupponit duo primum eſt, quòd ſi aliqua cauſa nõ determinat ſibi neceſſariò aliquem effectũ corrumpens illum effectum ex hoc non corrumpit cauſam, ſicut ſi homo contingenter determinat ſibi albedinem, non ſequitur, quòd corrumpens albedinem, quòd corrumpat hominem; ſi verò determinat ſibi neceſſariò, ita quòd repugnat ſibi naturaliter exiſtere ſine tali effectu, corrumpens illũ effectum corrumpit, & cauſam, ſicut ignis determinat ſibi neceſſariò aliquem gradum caliditatis (comparando ignem ad cauſam naturalem, quia Deus poſſet facere ſine omni caliditate) corrumpens illum gradum caliditatis corrumpit ignẽ licet tamen prius natura corrumpatur forma ſubſtantialis, quàm ille gradus caliditatis, vt patet in quarto, in materia de euchariſtia, ſed quicquid ſit exemplum clarum eſt, quòd corrumpens effectum neceſſariò determinatum à cauſa corrumpit cauſam.

Quomodo peccatum dicit deformitatem.

¶ Secundò ſupponit Doct. ſcilicet ꝙ peccatum dicit formaliter deformitatem repugnãtẽ rectitudini in actu, ideſt ꝙ eſt formaliter quædam priuatio rectitudinis, quæ deberet in eſſe actui, ex quo ergo voluntas nõ determinat ſibi neceſſariò actũ, nec etiã neceſſariò rectitudinẽ in actu, ſequitur, ꝙ

&ſi

& ſi peccatum corrumpat talem rectitudinem, nō propter hoc corrumpit ipſam voluntatem, quæ eſt cauſa actus rectitudinis eiuſdem, cum non neceſſariò determinat ſibi, nec actum, nec rectitudinē. Sequitur. Ibi. Tertia etiam ratio, &c. Hic dicit Docto. quòd gratia eſt cauſa contingens rectitudidinis in actu.

¶ Sed in hoc videtur ſibi contradicere, quia in primo, diſtin. 17. vult, quòd ipſe habitus ſit cauſa merè naturalis, & neceſſitate naturæ agit, ergo nō eſt cauſa contingens.

¶ Dico primò, quòd accipit hìc Docto. cauſam contingentem non pro cauſa, quæ diſtinguitur cōtra agens à natura, ſed quia non neceſſariò determinat ſibi rectitudinem in actu, ſicut dixi de igne reſpectu caloris, ſic quòd ſi corrumperetur talis rectitudo in actu, quòd ſequatur deſtructio gratiæ, nam cum gratia ſtat peccatum veniale, & tamē peccatum veniale priuat aliquam rectitudinem de neceſſitate.

Quomodo gratia ſit agens merè naturale.

¶ Dico ſecundò, quòd licet gratia per ſe ſumpta ſit agēs merè naturale reſpectu rectitudinis, in actu tamen, vt voluntas vtitur tali habitu, dicitur talis effectus merè contingens cum ſit in poteſtate voluntatis vti tali habitu, vel non vti ad talem effectū, vt patet in primo, diſtin. 17. Sicut ergo dixi de gratia, eo modo dico de habitu virtuoſo de quo parum infra.

¶ Ibi. Eadem etiam argumenta. Ratio ſtat in hoc, ſi tu dicis, quòd peccatum eſt per ſe corruptiuum alicuius gradus virtutis, puta quòd aliquis habeat gradum iuſtitiæ, & quòd faciat actum iniuſtitiæ, & talis actus qui eſt peccatum habeat corrūpere aliquem gradum illius habitus, ſicut cecitas corrumpit viſionem, tunc ſequeretur, quòd non peccans ſimili peccato eſſet ita peccator ſicut peccans, & quòd peccans ſimili peccato nihil corrumperet de habitu, & ſic peccatum non eſſet peccatū. patet, quia pono, quòd a. habeat virtutem aliquam puta iuſtitiam, vt 10. & b. vt nouem, tunc ſic peccatum commiſſum ab a. ſit talis grauitatis, quòd tantum habeat corrumpere 10. gradum iuſtitiæ, & peccatum commiſſum a. b. ſit ſimpliciter ſimilis grauitatis, tunc tale peccatum habebit corrumpere tantum decem, gradū iuſtitiæ, & per caſum poſitum in ipſo b. eſt tantum iuſtitia, vt nouem ergo tale peccatum nihil corrumpit in b.

Peccatum eſt corruptio iuſtitiæ actualis.

¶ Ibi. Concedo igitur. Hic Doct. intendit declarare principale intentum quomodo peccatum ſit tantum corruptio iuſtitiæ actualis, quæ deberet in eſſe actui.

¶ Nunc expono litteram Doct. ſic, peccatum eſt corruptio rectitudinis in actu ſecundo, ideſt ꝙ eſt corruptio alicuius entitatis naturalis, nec etiā entitatis habitualis, ſiuè ille habitus ſit ſupernaturalis, vt gratia, ſiuè naturalis, ut habitus virtutis acquiſitæ. Sequitur, ſed non intelligo de corruptione. Hic

Duplex corruptio.

nota, quòd duplex eſt corruptio, vna eſt mutatio de eſſe ad non eſſe, ita ꝙ ſubiectum corruptionis prius ſit ſub eſſe, & poſtea fiat ſub non eſſe, ſicut corruptio formæ ſubſtantialis eſt mutatio de eſſe in non eſſe, & per corruptionem ipſius formæ fit ſub non eſſe talis formæ, ita ꝙ remanet idē ſub vtroque termino mutationis. Alia eſt corruptio, quæ non eſt ab eſſe in non eſſe, ideſt ꝙ talis corruptio formaliter ineſſet alicui, non corrumpendo aliquid, quod præfuerit in illo, ſicut ſi ponamus, quòd viſio non præfuerit in oculo, tunc priuatio viſionis dicitur formaliter corruptio viſionis, nō quæ prius infuit oculo, ſed infuiſſet ſi talis priuatio nō prius infuiſſet. Dicit ergo Doct. ꝙ peccato eſt formaliter corruptio rectitudinis, quæ deberet ineſſe actui, & ꝙ talis corruptio rectitudinis in actu non eſt mutatio de eſſe rectitudinis in actu in non eſſe.

EX iſta ſolutione. Patet ſolutio ad illam q. de peccato. primo. Vtrum magis per ſe ſit de ratione peccati auerſio, quàm conuerſio. Secūdò quomodo poſſent peccata mortalia diſtingui ſpecie ſi formalis ratio eſt in auerſione. Tertiò, quomodo vnū poteſt eſſe alio grauius ſi ſint auerſiones ab eodem bono, &c.

Quomodo peccatum conſiſtat in auerſione à Deo.

¶ Ibi. Ad primum dico, ꝙ auerſio, &c. Hìc Doc. intendit declarare quomodo peccatum conſiſtat in auerſione à Deo, ita quòd talis auerſio eſt formaliter peccatū, & talis auerſio propriè nihil aliud eſt niſi carentia rectitudinis, exemplum volūtas diuina obligauit me ad eius dilectionem ſuper omnia, & elicio actum odij, tūc talis actus auertit formaliter à Deo, quia ſicut dilectio præcepta eſt immediatè cōuerſiua ad Deum, ita odium eſt immediatè auerſiuum à Deo, & ſic eſt ibi negatio rectitudinis. Hìc nota tamē propter litteram Doct aliqua. primò, ꝙ omnis actus volūtati, quicunque ſit ille poteſt eſſe rectus ſecundum, ꝙ debite circunſtātionatur, vel non debitè, ita ꝙ ſicut in tali actu poteſt fundari iuſtitia, ſic etiam iniuſtitia, & deformitas.

¶ Si dicatur, ꝙ odium Dei ſemper de ſe eſt deforme, ita ꝙ talis actus nō poteſt rectificari, & per conſequens nō eſt ibi priuatio rectitudinis, ſed ipſum odium vocatur priuatio.

¶ Dico, ꝙ odium, ſiuè nolle, ſi debet eſſe iuſtū, oportet, ꝙ habeat primam circumſtantiam ex genere, ita ꝙ tranſeat ſuper obiectum debitum, puta nolle offenſam Dei tūc talis nolitio eſt recta ex genere, quia trāſit ſuper obiectum debitum. Nec vlterius poteſt circūſtantionari circumſtantijs bonis, & malis de bonis, vt nolle offenſam Dei, propter amorem ipſius Dei, de malis etiam patet, puta propter vanam gloriam, vel tantum propter timorem inferni, patet ergo quomodo nolle poteſt rectificari, & deformari. Cum ergo dicitur odio Dei, dico, ꝙ tale nolle vt tranſit ſuper Deum tranſit ſuper obiectum diſconueniens, & ſic in tali odio eſt priuatio primæ circunſtantiæ ex genere, quia ex ibi priuatio obiecti conuenientis, ſi enim tale nolle tranſiret ſuper obiectum conueniens, puta, nolle Deum eſſe mortalem, & huiuſmodi, tunc haberet primam circumſtantiam ex genere.

Duplex peccatum.

¶ Secundò nota, quòd duplex eſt peccatum, ſcilicet omiſſionis quando omittit, quòd tenetur facere, puta honorare parētes, &c. Nota tamen quādo omittit ſemper actum elicitū voluntatis in quo fundatur deformitas puta in tēpore a. tenetur ſubuenire tunc ommittit, quòd erat ei præceptum, & ſic in tali actu fundatur deformitas, quæ eſt carentia rectitudinis. quæ deberet ineſſe. Si verò in tempore a. non deliberat de ſubueniendo parentibus, ſed nullum actum elicit. Dico, quòd aut aduenit neceſſitatem parentum, & pro tempore debito nō deliberat ſubuenire, dico tunc quòd ibi poteſt eſſe conſenſus interpretatus de nō ſubueniendo, vt patet ſupra diſt. 28. Peccatum verò commiſſionis eſt quòd voluntas vult aliquid, ꝙ Deus præcepit nolendum eſſe, vt in præceptis negatiuis.

Duplex auerſio.

¶ Tertiò nota, quòd quando Doct. dicit, quòd auerſio à Deo eſt duplex, ſcilicet formalis, & virtualis formalis, vt odium Dei, &c. Hìc tamen nota, quòd auerſio formalis poteſt ſummi dupliciter, ſcilicet contrariè, & negatiuè, & quod dicit de auerſione virtuali expono illud, negās enim cōcluſionem formaliter, negat principium virtualiter, & dicitur negare principiū virtualiter, propter hoc quod ex quo concluſio virtualiter cōtinetur in principio, vt patet, & notitia concluſionis ſemper

dependet a notitia principij, ideo negans formaliter concluſionem, ex conſequenti negat principiũ ſic dico de auerſione, nam quando volũtas formaliter auertitur, puta ab iſto præcepto non occides, quia præceptum eſt non occidere, & auertitur formaliter, & contrariè, quando voluntas eligit occidere contra præceptum Dei, tunc talis volũtas virtualiter auertitur à Deo ſic intelligendo, ꝙ ex quo tale præceptum eſt, quo tale præceptum eſt immediatè à voluntate diuina, & per conſequens virtualiter continetur in illa, faciens formaliter contra illud præceptum, virtualiter facit contra volũtatem diuinam. Dilectio enim finis continet virtualiter dilectionem eorum, quæ ſunt ad finem, vt patet à Doct. in quarto, diſtin. 14. q. 2. Si ergo aliquis odit proximum auertitur formaliter, & contrariè à dilectione proximi, & virtualiter auertitur à dilectione primi, cũ dilectio proximi virtualiter cõtineatur in dilectione Dei.

Malum culpæ nõ poteſt eſſe niſi à bono, vt à cauſa.

IBI. Ad aliam quæſt. Hic Doct. dicit, ꝙ peccatum eo modo quo poteſt habere cauſam eſt tantũ à bono, vt à cauſa, & littera ſtat in hoc, quia ſi malũ eſſet à malo, vt à cauſa, quæro de illo malo, quod eſt cauſa, aut enim eſt malum cauſatum ab alio, & tunc, aut à bono, & habeo propoſitum, quia malum eſt à bono, & ſemper hic loquimur de malo culpæ, aut eſt cauſatum à malo, & quæro de illo alio malo, & ſic, vel oportet procedere in infinitũ in malis, vel eſt ſtandum ad aliquod malum primũ quod ſit omnino independẽs, & incauſabile, & per conſequens, neceſſe eſſe, ſed tale non poteſt dari, quia tunc repugnãtia verificarentur de eodem, nã ex quo eſt omnino independens, & ſimpliciter neceſſe eſſe, & omnino incauſabile de neceſſitate eſſet ſummum bonum, quia tale nõ poteſt eſſe, niſi ſummum bonũ, vt diffusè probat Doct. in primo, di. 2. & ex alia parte nõ ſolum non eſt ſummum, ſed nec poteſt eſſe ſummum bonũ, quia prima malitia nullam includit bonitatem, ſicut enim primum bonũ nullum defectum includit, ſed omnem bonitatem, ita primum malum nullũ bonũ includit, ſed omnẽ malitiam per eminentiam, patet ergo quomodo malum culpæ eo modo quo poteſt habere cauſam non poteſt eſſe, niſi à bono, vt à cauſa.

Quære S. Bonau. diſt. 34.

Quomodo bonum ſit cauſa mali.

IBI. Sed de modo ponendi diuerſimodè dicitur vno modo, ꝙ bonum eſt cauſa per accidẽs mali, &c. Hic Doct. declarat, ꝙ duplex eſt cauſa, ſcilicet per ſe, & per accidens, cauſa per ſe effectus eſt illa, quæ eſſentialiter includit rationem formalem productiuam talis effectus, vt ignis eſt cauſa per ſe effectiua caloris ſibi inexiſtẽtis, vel alicuius formæ ſubſtantialis ignis, ita quòd eſſentia ignis eſt ratio formalis producendi talem effectum, & talis cauſa propriiſſimè dicitur cauſa per ſe, quia per ſuam rationem formalem attingit effectum. Cauſa vero

Cauſa per accidẽs multiplex.

per accidens eſt multiplex, primo aliquid dicitur cauſa per accidens, quod producit aliquem effectũ non per aliquid ſibi intrinſecum, quod ſit de ſubſtantia eius, quia tunc eſſet cauſa per ſe, ſed per aliquod ſibi additum, & ſic lignum per calorem ſibi additum poteſt calefacere. Secundò accipitur pro cauſa ſine qua non, quæ licet nullo modo attingat effectum, tamen talis effectus non poteſt produci, niſi præexigatur talis cauſa ſine qua non, vt dixi ſupra di. 25. huius. Tertiò accipitur pro omni eo, quod eſt iunctum cauſæ per ſe, quod tamen nihil facit ad effectum producendum, quia ſiuè inſit, ſiuè non inſit cauſa per ſe producit illum effectum, & de iſta cauſa communiter loquitur Ariſt. ſecũdo

Secũdo phy. contex 33.

phyſic. Dicimus enim, ꝙ ędificator eſt cauſa per ſe ędificij, quia ędificator inquantum huiuſmodi eſſentialiter includit artem ędificandi, quæ eſt ratio formalis producendi talem effectum, quòd modo ædificator ſit albus, vel niger, aut Sor. & huiuſmodi, talia enim accidunt ſibi inquantum ędificator, & ſi nullum iſtorum ineſſet ſibi, adhuc eſſet cauſa per ſe talis effectus, & hoc modo accipitur cauſa per accidens in littera. Quartò poteſt accipi pro oĩ eo quod attingit effectum principalẽ, ſed producit diſpoſitionem pręuiam ad illum effectum ſicut calor in igne, agẽs in lignum licet non attingat formam ſubſtantialem ignis producendam in materia ligni, attingit tamen aliquam diſpoſitionem ad ipſam formam, quia producit caliditatem, & ſiccitatem in ligno reſpectu caliditatis, & ſiccitatis dicitur cauſa per ſe, reſpectu verò formæ ſubſtantialis ignis producendæ dicitur cauſa per accidẽs, pariformiter dico de effectu, puta ędificium quod ſi comparetur ad ędificatorem inquantũ albus dicitur effectus per accidẽs, & ſic alia applica ad propoſitum, in ſpeciali tamen aliquid poteſt dici effectus per accidens non comparando illum ad cauſam per ſe, cui coniungatur aliquid per accidens, vt dictum eſt, ſed comparando ad effectum per ſe productum, cui tamen effectui per accidens coniungitur, non tamen per inhærentiam, exemplum edificator per ſe intendit producere ædificium, & in tali edificatione propter intentum occidit hominem, talis occiſio eſt effectus per accidens, quia præter intentum cauſæ per ſe per accidens coniũctus eſt ipſi ędificationi.

Quomodo defectibilitas non ſit cauſa peccati.

IBI. Contra primam viam, &c. Hic Docto. intendit probare, quòd ipſa defectibilitas nõ eſt cauſa peccati, patet, quia aut per accidens, aut per ſe non primo modo, quia tunc fruſtra ponitur, patet, quia cauſa per accidens accipiendo cauſam per accidens tertio modo, vt ſupra expoſui nihil facit ad effectum non cauſa per ſe, quia tunc peccatum eſſet effectus per ſe, & ſic eſſet à Deo, quod patet, quia ipſa defectibilitas voluntatis eſt cauſata ab ipſo Deo, & peccatum per ſe eſt cauſatum à defectibilitate, ergo Deus erit cauſa peccati, quia in cauſis effectiuis eſſentialiter ordinatis quicquid eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati. Sequitur ibi. Si dicatur. Iſta opi. fortè diceret, quòd voluntas abſolutè ſumpta eſt cauſa per accidens peccati, remota ſed vnde defectibilis eſt cauſa per accidẽs, ſed propinquior, licet iſta opi. poſſet improbari quærendo ab eo tam de voluntate vnde defectibilis, aut eſt cauſa per accidens, & tunc fruſtra ponitur, vt patet ſupra, aut cauſa per ſe, & tunc peccatum erit a Deo, tamen Doct. arguit. Contra, & ratio ſtat in hoc, quòd magis voluntas abſolutè ſumpta, loquẽdo ſemper de volũtate creata eſt cauſa peccati, quàm voluntas, vnde defectibilis, patet, quia iſta magis conuertũtur, ſola voluntas eſt cauſa peccati, licet tamen contingens, quia poteſt agere, & non agere, & peccatum eſt à ſola voluntate iſta autem non ſic inter ſe conuertuntur, voluntas vnde defectibilis eſt cauſa peccati, ſiuè defectibilitas eſt cauſa peccati, & peccatum eſt à defectibilitate, nam defectibilitas in plus ſe habet, quàm cauſa ſi enim defectibilitas, vt defectibilitas, quæ eſt eſſe ex nihilo eſſet cauſa peccati, tunc peccatum poſſet cauſari à lapide, quia lapidi conuenit talis defectibilitas, ſequitur, quòd magis voluntas abſolutè ſumpta erit cauſa peccati, cum immediatiori, modo ſe habeat ad illud, quàm voluntas, vnde defectibilis cum talis defectibilitas, quæ eſſe ex nihilo omni alij creaturæ conueniat.

Voluntas ſola eſt cauſa peccati.

¶ Ibi. Confirmatur ratio eſt argumentum à ſimili, quia ſicut idem ſub eadem ratione eſt ſubiectum priuationis, & habitus, ita eadem cauſa ſub eadem ratione poteſt in oppoſita, loquendo de

cauſa

cauſa libera, cum ergo ipſa voluntas vnde voluntas ſit cauſa bonæ operationis, ita ſub eadem ratione erit cauſa malæ operationis. Sequitur ibi. Licet vnus per ſe, &c. Hoc ſic debet intelligi, quòd voluntas per ſuam volitionem per ſe producit effectum, qui ſequitur ad talem volitionem, & quia eſt in facultate ſua non elicere talem volitionem non eliciendo erit cauſa oppoſiti, nam in facultate voluntatis eſt velle dare eleemoſinam pauperi amore Dei, & huiuſmodi, eliciẽdo talem volitionem eſt per ſe cauſa boni moraliter eliciendo vero illã, priuando tamen circunſtantijs debitis eſt cauſa defectus, licet per accidens, ſicut præſentia nautæ eſt cauſa per ſe ſalutis nauis, & abſentia illius dicitur cauſa per accidens periclitationis, iſti tamen effectus cõtingenter habent eſſe à voluntate, licet vnus per ſe, & alius per accidens.

Secũdo phy. contex. 30.

¶ Ibi. Præterea. Non poteſt poni. Hic Doct. intendit reducere ad hoc inconueniens, quòd volũtas ante peccatum adhuc peccaret, & ratio ſtat in hoc, quia ſi tu dicis, quòd defectus eſt cauſa per accidens peccati, ideſt quòd ipſa voluntas inquantũ deficit à rectitudine danda actui eſt cauſa peccati, aut ille defectus eſt actualis, ideſt quòd ideo eſt cauſa per accidens peccati, quia actu deficit à rectitudine danda, & hoc non, quia ante defectum actualem eſſet defectus actualis, aut volũtas inquãtum eſt apta nata deficere, vel inquantum poteſt deficere à rectitudine eſt cauſa peccati, & tunc talis defectus potentialis non poteſt eſſe cauſa defectus actualis alterius rationis, ſed tantum eiuſdem rationis, quod patet, quia ſi voluntas eſt cauſa talis peccati puta homicidij, quia poteſt deficere à rectitudine dãda, talis defectus eſt eiuſdem rationis cũ defectu actuali, & ſi eiuſdem rationis, ſequitur, ꝙ defectus actualis in effectu ſit idem, quòd defectus potentialis in cauſa quod eſt impoſſibile.

Opinio D. Bonauent.

IBI. Tertio modo ponitur. Hæc eſt opi Bona. in ſecundo, d. 44. arti. 1. q. 2. cũ qua cõcordat Doc.

¶ Ibi. Contra illud. Hic Docto. arguit non improbando opi. Bonauent. quam ipſe tenet, ſed vt per argumenta iſtæ difficultates, quæ poſſent oriri magis eluceſcant.

¶ Ibi. Ideo merito circa ſecundo quæſitum. Hic Doct. ex quinque vijs nititur probare, quòd voluntas creata ſit ſimpliciter cauſa totalis ſui velle, ita quòd nulla alia cauſa, neque Deus concurrit, & quia Doct. non tenet hanc opinio, quia vult quòd Deus concurrat, vt cauſa principalis, vt patet infra improbando iſtã opi. ideo hæc argumenta facta hic ad intentionẽ. Doc. ſoluũtur, licet ipſe nõ ſoluat.

¶ Ibi. Ex prima via. Suppono mihi vnum, quòd inter cauſam primam, & ſecundam eſt ſimpliciter ordo eſſentialis in cauſando, ita quòd omnis cauſa ſecunda agit in virtute primæ, & eo modo mouet quo mouetur à prima, vt patet à Doct. in primo, di. 29. & in quarto, di. 1. q. 1. Secũdo ſuppono, quòd ipſa voluntas diuina, vt concurrit, cũ cauſa ſecũda merè cõtingẽter, & liberè cõcurrit vt patet à Doc. in primo, diſt. 2. & 8. & non eſt ſic intelligendum, quòd ſit in facultate ſua coagere cauſæ ſecundæ, & non coagere ſic, quòd cauſa ſecunda poſſit aliquid producere non concurrente prima, quia nullus effectus poteſt fieri in iſtis inferioribus à cauſa ſecũda non concurrente prima, vt patet ex primo præſuppoſito, ſed ſic debet intelligi, quòd eſt in facultate volũtatis diuinæ cooperari cauſæ ſecũdæ ſupplè, quòd ipſa agente, & cooperante in eodem inſtanti cauſa ſecunda agit, & ipſa non agente eſt impoſſibile cauſam ſecundam aliquid agere, hoc patet ſubtiliter à Doct in quarto, diſtin. 1. quæſtio. 1. & 44. 49. Tertiò ſuppono, quòd cauſæ ſecundæ ſunt in duplici genere quædam ſunt cauſæ naturales ſic ſui effectus, vt ex parte ſua nullo modo poſſunt in oppoſitum, vt ignis ſic eſt cauſa caloris in ligno diſpoſito, & approximato, quòd ſi ſibi derelinqueretur, ita quòd per impoſſibile cauſa prima non concurreret de neceſſitate naturæ cauſaret calorem, & ſic dico de quolibet alio agente naturali, & tunc dico, quòd cauſa prima concurrente cum igne ad calorem cauſandum, licet ille calor vt comparatur cauſæ primæ merè contingenter producatur, tamen, vt comparatur ad ignem, de neceſſitate producitur, quia ipſe ignis nõ poſſet nõ producere, ſi per poſſibile, vel impoſſibile eſſet ſibi derelictus. Et quædam ſunt agentia libera, vt volũtas creata, quæ ſtante diſpoſitione obiecti poteſt elicere actum circa illud, & non elicere, ita quòd per impoſſibile, circunſcripta cauſalitate, primæ cauſæ, eſt ſimpliciter in poteſtate ſua cauſare actum volendi, & non cauſare, quòd modo cauſetur talis actus à voluntate creata concurrente voluntate diuina, vt cauſa principali, hoc eſt propter ordinem cauſarum eſſentialium, talis volitio ſic cauſata dicitur merè contingenter producta, & vt comparatur ad voluntatem diuinam, & vt comparatur ad creatam. His præſuppoſitis dico, quòd ſi intelligatur voluntatem creatam habere ſimpliciter in poteſtate ſua effectum, ita quòd nullo modo poſſet impediri, hoc non debet teneri, quia prima cauſa non concurrente nullus effectus poteſt produci à ſecunda cauſa. Si verò ſic intelligatur, quòd habeat in poteſtate ſua effectum, quòd quãtum eſt ex parte ſua poteſt in illum, & in oppoſitum eius, & à nullo agente creato poteſt impediri ſtante diſpoſitione voluntatis, & obiecti, circa quod elicit actũ ſic voluntas creata habet in poteſtate ſua actum, quia, quantum eſt ex ſe, poteſt in illum, & in oppoſitum, & in hoc attenditur perfecta libertas voluntatis, quæ conformiter agere poteſt voluntati, quòd ſicut prima voluntas, quantum eſt ex ſe, ſemper poteſt in effectum, & in oppoſitum eiuſdem, ita voluntas creata quantum eſt ex ſe poteſt in effectum, & in oppoſitum eiuſdem, ſic autem non eſt de agente naturali, vt patet ſupra.

Cauſæ ſecũdæ ſunt in duplici genere.

¶ Ibi, Iuxta primam viam ſecundo arguitur ſic. Dico, quòd ſi intelligatur habere perfectè in ſua poteſtate, ita quòd à nullo poteſt impediri tranſeat, ſi verò intelligatur ſic, quòd quantum eſt ex parte ſua poteſt in illud, & in oppoſitum eius, licet concurrente prima cauſa, & principaliter agẽte, & determinante ſecũdã cauſam, negat illa, quia volũtas creata licet determinet à voluntate diuina ad agẽdũ, tamen quãtũ eſt ex parte ſua poteſt in effectum, & in oppoſitum eius, & in hoc diſtinguitur ab agente naturali, vt patet ſupra. Secunda, & tertia via patent ex dictis.

¶ Ibi. Ex quarta via arguitur ſic. Reſpondetur, quòd cum dicit, quòd tunc Deus eſſet cauſa totalis volitionis, & ſi ſic talis volitio non poſſe eſſe à voluntate, quia idem non poteſt dependere à duabus cauſis totalibus. Dico primò, quòd Deus ſi eſt cauſa volitionis eſt cauſa partialis, & voluntas noſtra altera cauſa partialis, licet poſſit eſſe cauſa totalis, ſi vellet, & huius opi. eſt Franciſcus, & multi alij. Dico ſecundò, quòd Deus põt eſſe cauſa totalis, & ſimiliter voluntas, ita quòd in inſtanti a. naturæ effectus totaliter dependet à voluntate diuina, & à voluntate creata, & quando dicitur, quòd idem non poteſt dependere à duabus cauſis totalibus, dico, quòd hoc verum eſt loquendo de cauſis non eſſentialiter ordinatis, & hoc intendit Docto. in primo, diſtinctio. 2. quia ſi aliquis effectus poſſet totaliter dependere à duabus cauſis nõ

Deus eſt cauſa partialis volitionis.

eſſentialiter

eſſentialiter ordinatis ſimul poſſet eſſe, & non eſſe ſed non ſic quando ſunt eſſentialiter ordinatæ, qa agente prima de neceſſitate agit, & ſecunda quando prima vult ſecundam agere, & agente ſecunda neceſſariò prima agit.

¶ Ibi. Contra iſtam opi. arguitur dupliciter. Nota hic duas rationes ſingulares, quibus probat volũtatem diuinã ſimpliciter cõcurrere ad omnem effectum cuiuſcunque voluntatis creatę. Prima eſt de omni ſciẽtia Dei, vt clarius patebit in quarto, d. 49. Secunda, quia ſi voluntas. Vt intelligatur littera. pono tale exemplum, ꝙ voluntas diuina ab æterno vult voluntatem Fran. amare Ioan. tunc quæro à te ſi voluntas Franciſci habet plenè in poteſtate ſua amare, & odire, ſi ergo Franciſcus pro inſtantia. pro quo vult voluntas diuina ipſum amare Ioan. poteſt odire, & ponatur in eſſe, tunc voluntas diuina pro inſtanti a. impeditur, quia Franciſcus odiendo Ioan. pro illo inſtanti agit contra determinationem diuinæ voluntatis, quæ determinauit ipſum amare. Quod ſi dicatur, quòd voluntas diuina faciat, quòd fieri determinauit, quia pro inſtanti a. Franciſcus amabit Ioan. & ſic voluntas diuina impediet voluntatem Franciſci ne odiat. ſed hoc non poteſt facere, niſi violentando illam, quod eſt impoſſibile, quòd autem non poſſit violentari, patet, quia ſi voluntas Frãciſci ex ſe determinetur ad nolle Ioan. & voluntas diuina faciat ipſum velle Ioan. tunc ſic, aut Franc. vult Ioan. quia Deus vult ipſum velle, & tunc non violentatur, quia ipſe vult, quòd Deus vult, aut habet nolle reſpectu ipſius volitionis, ſi habet nolle, tunc violentaretur, quia ſimpliciter nolens Ioan. vellet ipſum, igitur non fiet oppoſitum eius, quod ipſa vult, niſi deſtruatur eius libertas.

Exemplum.

¶ Ibi. Sed tunc reſtat videre. Hìc ſuſtinendo, quòd voluntas diuina neceſſariò concurrit ad omnem actum voluntatis creatæ, & ad omnem rectitudinem ipſius, mouet hanc difficultatem quomodo volũtas noſtra poteſt deficere à rectitudine danda actui, & ſic poteſt eſſe cauſa peccati, & quomodo voluntas diuina non dicatur deficere, & nullo modo dicatur cauſa peccati, quia ex quo ipſa voluntas diuina concurrit ad rectitudinem dandam, ſi non concurrit non dat, & non dare rectitudinem eſt deficere, probatur ergo, quòd ipſa volũtas diuina non ſit cauſa peccati:

Voluntas diuina concurrit ad omnẽ actum.

AD ſolutionem iſtorum obiectorum, &c. Hìc Doc. intẽdit declarare quomodo in vna cauſa partiali poteſt eſſe defectus, & in alia partiali nullo modo erit defectus & hoc declarat Doct. per exẽplũ. Suppoſito enim, quòd volitio ſit cauſata ab intellectu, ſiuè ab actuali intellectione obiecti, & à volũtate, vt à duabus cauſis partialibus, ipſa intellectio partialiter cauſat ipsũ velle, & rectitudinẽ ipſiꝰ quãto eſt ex ſe, quia recta dictat, ſedꝙ volũtas quę eſt altera cã partialis nõ dat rectitudinẽ dicitur deficere.

¶ Hìc oritur mihi maxima difficultas in hoc, quod dicit Doct. quòd voluntas diuina non dat, quia creata non dat, ita quòd voluntas creata prius deficit non dando, quàm voluntas diuina. Difficultas ergo iſta ſtat in hoc, ꝙ ſi voluntas diuina pro inſtanti a. ſimul cõcurrit cum volũtate creata ad dandam rectitudinem, nunc etiam, quòd in eodem inſtanti naturæ, in quo uoluntas creata, nõ dat voluntas diuina non dat & ſic iſta volũtas diuina erit prima ratio deficiendi, ſicut & volũtas creata, & per conſequens voluntas creata nõ erit ſimpliciter prima ratio deficiendi, vt dicit Doct.

Dubium.

¶ Dico, quòd ſi voluntas diuina daret de neceſſitate naturæ rectitudinem actui, vt cauſa partialis, & principalis, quòd talis rectitudo ſemper ineſſet cum in actione ſua nullo modo poſſit impediri, ſi ergo rectiudo non ineſſet, tunc primus defectus eſſet ex parte voluntatis diuinæ, licet hoc ſit impoſſibile ſi ageret de neceſſitate naturæ, quòd talis rectitudo non inſit. Sed ex quo voluntas diuina merè contingenter ſe habet ad dandam rectitudinem, vel non dandam, dico quòd primus defectus eſt ex parte voluntatis creatæ. Sic tamen intelligendo, non, quòd voluntas creata in aliquo priori inſtanti deficiat, & voluntas diuina in aliquo poſteriori inſtanti deficiat, ſed quia in eodem inſtanti, quo voluntas diuina daret rectitudinem, voluntas creata non cooperatur voluntati diuinę ad rectitudinem dandam, & conſimiliter voluntas diuina deficit, quia creata deficit. Et vt clarius intelligatur ad euacuandã quandã difficultatẽ, ſuppono mihi aliqua.

Reſponſio.

¶ Primum, quòd licet voluntas diuina ſemper concurrat ad omnem actionem noſtram, vt cauſa partialis, vult tamen cauſam ſecundam ſibi cooperari, ita quòd talis actio ſicut dependet à uoluntate diuina, ita dependeat cauſa ſecunda, & ideo, quia cauſa ſecunda non poteſt ſic cooperari in inſtanti, ſed in. tempore videmus, quòd voluntas diuina continuat actionem ſuam cum cauſa ſecunda, ipſa enim ſi vellet poſſet cooperari in inſtãti, ſed diſpoſuit ſemper cooperari actioni noſtræ per quantumcunque tempus duranti, & hoc patet in tertio, diſtin. 3. quomodo voluntas diuina poteſt operari in tempore.

Nota & benè.

¶ Secundò ſuppono, quòd voluntas diuina vult cooperari voluntati creatæ reſpectu cuiuſcunque operationis, ita quòd in eodem inſtanti, quo voluntas creata elicit aliquam operationem, voluntas diuina elicit, vt cauſa principalis, & in eodem inſtãti, quo voluntas creata nõ elicit, volũtas diuina nõ elicit, q̃ tñ in eodẽ inſtanti eliceret, ſi voluntas creata ſibi cooperando eliceret, ita quòd primus defectus non eliciendi operationem eſt à voluntate creata. Sic dico de rectitudine danda, ꝙ in eodem inſtanti voluntas creata elicit operationem dando ſibi rectitudinem, voluntas diuina elicit dando rectitudinem, & quia voluntas creata eliciendo actum non dat rectitudinem debitam, voluntas diuina ſimul eliciendo eundem actum non dat rectitudinem, quam tamen in eodem inſtanti daret, ſi voluntas creata cooperaretur ſibi, ſi ergo dico, quòd volũtas diuina ex ſua mera voluntate diſpoſuit ſemper dare rectitudinem in inſtanti a. ſi in illo inſtanti voluntas creata cooperaretur ſibi, vt cauſa partialis, & diſpoſuit nunquam dare rectitudinem in inſtanti a. ſi voluntas creata in eodem inſtanti a. non dat, vel non cooperatur ſibi, voluit enim voluntatem creatam eſſe liberam ad cooperandum, determinauit etiam expectare ipſam, vt ſi in aliquo tẽpore vult operari, in eodem abſolutè voluntas diuina cooperetur, & ſi non vult operari, nec voluntas diuina cooperatur, nec cogit ipſam ad operandum, licet voluntas diuina ſit cauſa principalis cuiuſcunque actus, in hoc tamen ſeruatur perfecta libertas voluntatis creatæ, quia relinquit eam in poteſtate arbitrij ſui.

¶ Ex hijs appatet ſolutio illarum autoritatum, quæ probabant, quòd voluntas creata erat cauſa immediata totalis ſui actus. Nam cum dicitur Eccleſia. 15. Deus ab initio, &c. ſic debet intelligi, quòd eum conſtituit in tanta libertate, quòd voluntas diuina determinauit, quòd pro quocunque inſtanti ipſa vult rectè agere, ipſa voluntas diuina ſemper cooperabitur, & pro quocunque inſtanti, deficit à rectè agendo, voluntas diuina deficit, & ſic omnes aliæ autoritates ſoluuntur. Et poſſem dicere vnum, quòd quamuis voluntas diuina ſit cauſa

Pulchra expoſitio.

cauſa omnium vniuerſaliſſima, & ſimpliciter prima, tamen reſpectu voluntatis creatæ (licet reſpectu aliarum cauſarum dicatur cauſa prima, & primo determinatiua ſecundæ cauſæ, quare ideo ſecunda cauſa naturalis agit, quia volũtas diuina ſic determinauit eam agere vel ſic) ex ſua maxima libertate non eſt primo determinatiua voluntatis creatæ ad agendum, immo ex ſua mera contingẽtia, vt voluntas creata perfectè ſeruetur determinauit ſemper cooperari voluntati creatæ, ita quòd reliquit eam in ſua libertate, ita quòd poſſit determinare ad agendum, ita, quòd non haberem pro inconuenienti, quòd quodammodo voluntas creata prius determinauit, ſic tamen intelligendo de priori, quòd voluntas diuina expectat ipſam per quantumcunque tempus viæ non intelligendo, ꝙ agat in inſtanti.a. priori, & in inſtanti. b. poſteriori voluntas diuina incipiat agere.

Obiectio notanda. ¶ Si dicatur non ne intellectus diuinus ſcit determinatè Franciſcum rectè agere pro inſtanti.a. vel non rectè agere? Dico, quòd ſic, quia cognoſcit determinationem voluntatis diuinæ quæ determinauit cooperari voluntati franciſci pro quocunq; inſtanti. Sed dices ſi ſcit determinatè alterum oppoſitorum, quia voluntas diuina determinauit illud, igitur ſimpliciter eueniet Dico vt alias dixi *Reſponſio.* ꝙ voluntas diuina non ſic determinauit ab æterno quin ſemper ſit in facultate ſua determinare, & non determinare. Dico ergo, quòd ab æterno præſentati fuerunt Petrus & Iudas voluntati diuinæ, & voluntas diuina voluntate conſequente, & efficaci ordinauit petrum ad beatitudinem, ſecundo ordinauit dare ſibi gratiam, tertio voluntate antecedente, & abſolutè ordinauit ſemper concurrere cum voluntate Petri ad omnem actum rectum, quarto ordinauit ſpeciali influentia, & ſingulari, & efficaci inſpirare Petro vt reſurgeret ab infidelitate, & ſic Petrus reſurgendo à voluntate diuina recepit gratiam quam hactenus ex ſpeciali priuilegio voluntatis diuinæ nunquàm amiſiſſet, potuiſſet tamen amittere ſi voluiſſet. De Iuda autem di*Doctrina ſubtiliſſima* co, quòd in primo inſtanti, quo Petrum prædeſtinauit nullum actum habuit reſpectu prædeſtinationis Iudæ, habuit tamen hanc determinationem quòd ipſa voluntas diuina ex quo voluit Iudam eſſe, & habere intellectum, & voluntatem, ꝙ volũtate ſua antecedente, & abſoluta determinauit ſemper cooperari voluntati Iudæ ad rectè agendum, ſecundo determinauit voluntate efficaci Iudam aſſumi ad apoſtolatus gratiam, & determinauit voluntate abſoluta, & abſente ſemper cooperari gratiæ apoſtolatus, & præuidens ipſum velle deficere, etiam voluntate ſua abſoluta pro quocunque inſtanti viæ cooperari iudæ ad rectè agendum.

¶ Ibi. Ex iſto reſpondetur ad obiectiones &c quia in prima ratione dictum fuit, quòd ſapiente auctore &c. & arguendo contra hoc dictum fuit, quòd etiam ſapiente auctore, & manente ſapiente aliquis ſit deterior, loquendo de ſapiente qui poteſt cooperari ad rectè agendum, & non cooperari, ſi non cooperatur, non ſequitur, rectitudo in actu, & tamen adhuc remanet ſapiens vt patet de Deo. Dicit hic Doc. quod valde eſt notabile, quòd *Nota 38. q. 43. & 4.* ex perfectione ſapientis eſt vt manens ſapiens non poteſt eſſe prima ratio deficiendi, vt ſatis diffusè dictum eſt, & quantum ad hoc auctoritas Auguſt. bene valet, eſt enim omni efficiente præſtantior, ideſt uoluntas eius eſt ſimpliciter perfectior, quia ipſa non eſt prima ratio deficiendi alicui, cui ipſa poteſt coagere. Et, quod dicit Augu. Nullo homine &c. Ex hoc dicit verum, quia ex quo homo ſapiẽs tenetur obſeruare præcepta Dei, ſi ergo ſubuerteret aliquem hominem vt non obſeruet præceptum Dei, & ſic fiat deterior ipſe ſapiens ſubuertendo peccat, & per conſequens non remanet ſapiens ideſt rectus, & iuſtus.

¶ Ibi. Reſpondeo, quòd Deus. Dicit Doc. quòd ſi Deus poſſet peccare in ſe ideſt habere in ſe peccatum formaliter, hoc eſſet ex auerſione à ſe ipſo quia probatum eſt ſupra di. 35. quòd peccatũ formaliter conſiſtit in auerſione a Deo vel formaliter *Auerti à ſe* vel virtualiter, Deus autem non poteſt auerti à ſe. *contrariè* Auerti enim à ſe contrariè eſt odire ſeipſum, auer*ſeipſum.*ti autem negatiuè eſt non diligere ſe cum debitis circunſtantijs, & tamen probatum eſt in di. 10. primi, quòd uoluntas diuina de neceſſitate ſummè, & perfectiſſime diligit eſſentiam diuinam, & etiã probatum eſt in primo. di. 2. parte prima. q. vlti. ꝙ uoluntas diuina nullo modo poteſt deficere à rectitudine amoris erga Deum cum de neceſſitate illum diligat, vt probat etiam doc. di. 46. q. prima. quarti loquendo de iuſtitia quæ eſt in Deo ad intra, quòd in voluntate diuina eſt talis iuſtitia, quia ipſa ſecundum rectam iuſtitiam tenetur diligere Deum quantum eſt diligibilis. Nec etiam virtualiter poteſt auerti à ſe, puta auertendo ſe formaliter ab aliquo, quod eſt neceſſarium ad habendum ipſum deum. Vnde voluntatem diuinam virtualiter auerti eſt ipſam auerti formaliter, ab aliquo creato, quod tenet diligere, ita ꝙ talis amor creaturæ ſit neceſſarius ad amorem Dei, & hoc non, qa voluntas diuina non tenetur aliquid diligere extra Deum, vt patet in primo in ſimili diſt. 2. q. prima. & diſt. 8. q. vlti. & di. 41. quòd nullum bonum creatum eſt ratio mouendi voluntatem diuinã ad amorem ſui, immò ideo bonum, quia volitum à volũtate diuina, & pro quocunque inſtanti eſt uolitum eſt bonum.

¶ Ibi. Ad aliud contra rationem Anſel. Vt intel*Opinio Anſel. de caſu diaboli c. 3.* ligatur iſta littera pono opi. Anſel. qua probat, ꝙ Deus non poteſt auferre rectitudinẽ à uoluntate, & per conſequens non poteſt eſſe cauſa peccati. Secundo pono rationem Doc. contra Anſel. Tertio pono ſolutionem rationis Doct. contra Anſel. De primo dicit Anſel. quòd Deus non poteſt eſſe cauſa peccati reſpectu uoluntatis noſtræ, quia non poteſt auferre rectitudinem a voluntate noſtra, quia ſi poſſet auferre verificarentur duo contradictoria, quia tunc uellet rectitudinem eſſe, & non uellet rectitudinem eſſe. Et declaro ſic ſupponendo, quod dicit Anſel. quòd ſcilicet rectitudo uoluntatis cõſiſtat in hoc, quòd ipſa uult illud, quod Deus uult eam uelle, & pono exemplum uoluntas diuina dicatur. a. & uoluntas creata dicatur. b. uolitum à uoluntate diuina dicatur. c. rectitudo uoluntatis creatæ eſt uelle ipſum. c. & hæc rectitudo dicatur. d. hoc exemplum ſuppoſitum ex hoc probo ꝙ a. non poteſt auferre, d. ab ipſo. b. & ſi poteſt auferre. d. aut uolens aut nolens non nolens, quia nolle nihil eſt efficere, ſi volens, ſequitur, quod ipſum. a. vult. d. & non uult. de. & probo, quia ſi, a. vult auferre. b. ipſum, d. ſequitur, quòd ipſum *Nota & bene.* a. non uult ipſum. b uelle, quod uult eum velle, & ſic duo contradictoria verificantur, quia ſi uoluntas diuina uult uoluntatem meam velle. c. & voluntas mea volendo illud eſt recta, ſi ergo poteſt auferre hanc rectitudinem, auferendo ſequitur, quòd non uult uoluntatem meam velle. c. quod tamen. c. ex alia parte ipſa voluntas diuina vult voluntatem meam velle, & ſic vult, & non vult.

De ſecundo Doct. arguit contra Anſel. non improbando ipſum ſed magis rationes ſuas exponendo, & ratio clara.

¶ Sequitur tertium. Ibi, quòd ſi dicatur &c. ꝙ iſta ratio non concludit de potentia abſoluta ſed de potentia ordinata.

¶ Sequitur ibi. Contra. Hic Doc. improbat iſtã enaſionem, quia prima inſtantia contra rationem Anſel. abſolutè probat, quòd nullus poſſit peccare etiam de potentia Dei abſoluta, quia ſi ipſe Anſel. abſolutè vult, quòd ſi voluntas diuina poſſet auferre rectitudinem ſequuntur contradictoria illa abſolutè ſequuntur. Sequitur in littera. Similiter ſi concluderet. Dicit Doc. quòd ſi iſta reſpõſio eſſet vera, quòd videlicet ratio concluderet, quòd ſine actu meo non poſſet Deus à voluntate mea auferre rectitudinem non concluderet hoc de potentia ordinata, ſed concluderet, quòd Deus de potentia abſoluta non poſſet ſine actu meo auferre rectitudinem à voluntate mea, patet, quia ratio Anſel. intendit inferre contradictoria, & ita ſi concludit concludit de potẽtia abſoluta, quòd Deus nõ poſſet auferre rectitudinem à voluntate mea ſine peccato meo. Nunc Doct. reſpondet ibi

Duplex eſt velle Dei.

¶ Ad illud contra rationem &c. & dicit, quòd nulla eſt contradictio, quia æquiuocat de velle, nã duplex eſt velle Dei ſcilicet antecedens ſiuè ſigni, ſiuè abſolutum, & velle conſequens, vel efficax, vel beneplaciti, & dicit Doc. quòd Deus vult rectitudinem ſemper primo modo, & ſi voluntas creata cooperaretur ſibi, vellet ipſum efficaciter. Sequitur alioquin &c. Nam, quia dicit Anſel. ꝙ voluntas diuina abſque peccato. voluntatis creatæ non poteſt abſolutè auferre rectitudinem, ſequitur etiam, ꝙ non poſſit abſolutè dare ractitudinem voluntati creatæ abſque merito illius, quod eſt manifeſte falſum, nam omnis actus ideo rectus, quia à voluntate diuina eſt ſic volitus eſt enim prima regula omnium actuum humanorum, ſi ergo Anſel. abſolutè diceret, ꝙ ſi volũtas diuina auferret rectitudinem à voluntate creata, ꝙ tunc eſſet manifeſta contradictio, & ꝙ abſolutè nõ poſſit auferri niſi, propter demeritum voluntatis creatæ, ſtatim ſequitur, ꝙ etiam non poſſit dare rectitudinẽ alicui actui niſi propter meritum præcedens in tali voluntate, ſed hoc eſt falſum ergo dicendum eſt, quòd Anſel. intendit ibi æquiuocare de velle vt dictum eſt. Sequitur. Ibi.

Doctor exponit Anſelmum.

¶ Tamen exponendo, dicit Doc, ꝙ ratio Anſel. probat ſolum, ꝙ Deus actu poſitiuo, quod eſt velle non poteſt auferre rectitudinem voluntatis, qa ſi vellet actu poſitiuo, & elicito, vellet efficaciter, & voluntate beneplaciti, & ita vellet me voluntate beneplaciti nõ velle, quod vult volũtate ſigni me velle, & dicit Doc. ꝙ licet hoc conſequens non includat contradictionem, eſt tamen de facto falſum, & quòd non includat contradictionem declarat. vide Doct.

A D Argumenta principalia primæ quæſt. &c.

¶ Ibi, ſecundo modo dico. Hic Docto. declarat quomodo malum accipitur per priuationem perfectionum conuenientium tali naturæ, vt exempli gratia, ꝙ naturæ hominis conũenit talis perfectio, puta gratia, intellectiones, & omnes actus ſecundi recti, & talis priuatio poteſt contingere dupliciter vno modo per corruptionem naturæ in ſe, & hoc dupliciter, ita ꝙ talis natura cui natæ ſunt ineſſe tales perfectiones diuidatur vel in partes eiuſdem proportionis, & ſic eſt procedere in infinitum vel in partes eiuſdem quantitatis, & ſic ſtat ad nihil. Aliomodo, ꝙ ſtante ipſa natura fiat ibi priuatio perfectionum ſecundarum, & hoc modo dicit Doct. eſt ſtatus in malo ſcilicet ad vnum bonum creatum carens ſuprema perfectione ſibi cõpetente, & hoc modo ſuppſt creatura carens perfectione ſibi proportionata diceretur ſummum malum, ideſt, quòd carentia talium perfectionum diceretur ſummum malum, & addit doctore, quòd à tali malo non ſunt alia mala, puta deformitates peccatorum poſitiuè, nec poſitiuum à poſitiuo ideſt, ꝙ illud, quod eſt poſitiuum in malo non eſt à poſitiuo illius ſummi mali, nam ſi lucifer propter priuationem perfectionis dicatur ſummum malum, ſi ego facio vnũ peccatum, illud, quod eſt poſitiuum in peccato à me commiſſo non eſt à lucifero, ſequitur, neq; priuatio à priuatione, ideſt, ꝙ priuatio, quæ eſt in peccato modo prædicto non eſt à priuatione ſumma inhærente lucifero, vel etiam loquendo de alijs malis, puta, ꝙ natura mea dicatur mala propter priuationem perfectionis ſibi natæ ineſſe, natura mea quæ ſic dicitur mala non poteſt eſſe poſitiuè ab ipſo lucifero, nec etiam priuatio inexiſtens naturæ meæ habet eſſe à priuatione perfectionis inexiſtẽte lucifero.

A D Argummenta quartæ quæſtionis.

Reſpõſio ad primum argumentum.

¶ Ib. Reſpondeo ad primum, dicitur hic Doct. ꝙ Deus multa vult voluntate ſigni. quæ tñ noluit impleri, ſiuè quæ prohibuit uolũtate beneplaciti, patet, quia præcepit Abrahæ vt immolaret filium tñ volũtate ſigni, & nõ beneplaciti, quia iſta ſemp adimpletur, vt patet à Doc. in 1. d. 46 47. & tñ prohibuit filiũ immolari voluntate beneplaciti, quod patet, quia illa impleta fuit, & ideo dicit Docto. ꝙ illi, quod uult Deus voluntate beneplaciti oppoſitum aliquando præcepit, nam voluit filium nõ immolari voluntate beneplaciti, cuius oppoſitũ præcepit volũtate ſigni, & addit, ꝙ hoc eſt ſignũ duplicis volũtatis. Et ſi dicatur ergo fuit ibi duplicitas, negat Doc. dicens, ꝙ quando in præcepto eſt aliqs finis intentus à Deo præcipiente, & ille finis habetur, tunc poteſt ſine duplicitate reuocare præceptum, cum finis præcepti habitus eſt, voluit enim Deus manifeſtare obedientiam Abrahæ, & illam per iſtum præceptum manifeſtauit.

¶ Ibi. Ad aliud dico, argumẽtũ ſtat i hoc, ex quo enim Deus omnia quæ facit ex ſua charitate ordinat ad ſeipſum ſi ergo Deus cauſaret actũ ſubſtratũ homicidij, ille actus eſſet ordinatus ex ſua charitate ad Deum, & ex alia parte ibi eſt deformitas à voluntate mea, & ſic erit inordinatus, & ita idem actus erit ordinatus, & in ordinatus, quod eſt impoſſibile. Reſpondet Doct. dicens, quòd actus elicitus à voluntate mea non eſt actus diuinæ voluntatis, & dicit, quòd actus elicitus à voluntate mea eſt è Deo cauſante ordinatè volitus, ſicut materiale reſpectu ipſius Dei cauſantis, quòd autem iſte actus ſit formaliter inordinatus hoc eſt primo à voluntate mea, nec eſt inconueniens, quòd idem actus materialiter ſumptus ſit ordinatus formaliter, & inordinatus formaliter, ordinatus inquantũ eſt à deo, vt eſt ens abſolutũ, & ordinatus ad ſeipsũ vt ad vltimũ finẽ, & ꝙ ille idẽ actus ſit formaliter inordinatus vt cõparatur ad volũtatẽ creatã Ibi. Sequitur ergo, ꝙ velle diuinum &c. Nam dictum eſt in primo. d. 2 ꝙ volũtas diuina vult creaturã propter ipſum Deũ vt amatũ, & deſideratũ, & qa ſumma caritate amat eſſentiã diuinã, ideo pp illam ſic amatã vult quicquid vult, ita ꝙ tale velle eſt perfectum, quia à voluntate perfecta elicitum, & in vltimum finem ordinatum, quia in eſſentiam diuinam. Sequitur, & ita opus exterius ideſt, quòd velle meum, quo volo furari, vt eſt cauſatum à velle diuino eſt ordinatum materialiter, quia tota entitas illius eſt ordinata à velle diuino ad eſſentiam diuinam ſumma charitate dilectam, ſequitur, inordinatum autem ideſt, quòd tale, vt comparatur ad voluntatem creatam, quę tenetur ordi-

Actus elicitus à quo ſit.

nare

nare ipſum, & eſt in facultate dare rectitudinem, & non dare, & tamen non dat eſt ſimpliciter inordinatum.

¶ Ibi. Ad vltimum dico, dicit Doct. quòd voluntas diuina beneplaciti non eſt ſimpliciter regula voluntatis noſtræ, quod datet, non enim debemus velle, quòd aliquando voluntas diuina voluntate beneplaciti, nam ipſa voluit mortem Chriſti, & tamen Iudæi peccauerunt uolendo illam. Dicit ergo Docto. quòd eſt regula inquantum eſt uolens uoluntatem creatam ſic vel ſic velle, & hoc uolendo voluntate ſigni, & antecedente, vult enim uolũtate ſigni ſemper cooperari uoluntati creatæ ad rectè agendum, & ſi voluntas mea non ponat obicẽ uoluntate conſequente cooperaretur, non autem non ſemper uult dare rectitudinem actibus noſtris uoluntate beneplaciti, quia tunc nullus peccaret, cum illa uoluntas ſemper adimpleatur. *Nota.*

Quæſtio Tertia.

Vtrum vnum peccatum poſſit eſſe pęna alterius.

AD q. tertiã in ordine dico, quòd omne peccatum eſt pœna, & unum peccatum poteſt eſſe pęna alterius. Primum probo, quia pęna formaliter, eſt &c. arguit Doc. à fortiori, ꝙ ſi priuatio boni cõmodi ſit pęna, multo magis boni iuſtitiæ, hoc patet, quia priuationes dicuntur diſtingui per habitus, & etiam intendi, ita quòd quanto habitus eſt conuenientior naturæ tanto priuatio illius eſt diſconuenientior, cum ergo habitus iuſtitiæ ſit conuenientior naturæ, ergo &c. accipio habitum ſiuè actum iuſtitiæ pro actu moraliter bono, & talis actus eſt à voluntate ſecundum affectionem iuſtitiæ, ideſt ſecundùm libertatem, qua verè conformatur primæ regulæ vt expoſui diſtin. 6. q. 2. actus verò commodi, quo volo mihi aliquid tanquàm commodum abſolutè eſt bene actus voluntaris liberè ſed non ſecuudum affectionem iuſtitiæ inquantum ſupple eſt conformis voluntati diuinæ, ſed inquantum eſt cõformis ſibi ipſi ſumptæ ſecundum appetitum naturalem ſiuè commodi, ſequitur, ꝙ priuatio actus iuſtitiæ ſiuè actus moraliter ſumpti ſit ſimpliciter maior pœna, quàm priuatio cuiuſcunque boni commodi, quia actus iuſtitiæ, ſiuè moralis eſt magis conueniens voluntati ſumptæ ſecundum ſuam perfectionem maximam, quæ eſt affectio iuſtitiæ, quã affectus cuiuſtunque commodi ſit ſibi conueniens, & ex hoc elicio vnũ à doctore, ꝙ melius eſt ſimpliciter voluntatem ſecundũ affectionem iuſtitiæ habere actum moralem, & habitum iuſtitiæ, quã habere quodcunque commodum quantumcunque magnum, & ſic propoſitum &c. & teneo firmiter, ꝙ ſi daretur aliqua uoluntas habens habitum iuſtitiæ, & non habens, nec actum, nec habitum iniuſtitiæ, & ſi poneretur in maximis tormentis corporalibus eſſet ſibi ſimpliciter minor pœna, & triſtitia quàm eſſet voluntati habenti deformitatem peccati quantumcunque poſitæ in corporalibus delitijs, de hoc in quarto. diſtin. 46. Sequitur ibi. Et inde eſt, quòd pœna dicitur ordinare culpam &c.

Nota & bene. ¶ Nota in iſta littera, quia dicit Doc. ꝙ quando Deus non vult auferre culpam, tunc eſt melius ſimpliciter animæ culpabili eſſe in pœna quæ non eſt tantum malum formaliter quantum eſt culpa, nã eadem priuatio dicitur culpa, & pœna culpa vt eſt a voluntate libera, pœna verò ut informat uoluntatẽ, & ſic omnis pęna eſt uolũtaria. Dicit ergo doc. ꝙ melius eſt talem naturam culpabilem eſſe ſub pœna, quàm non, quia vt eſt ſub pœna, illa ordinat culpam, & ita eſt ibi aliquod bonum, puta bonum ordinis, & ideo Doc. dicit in quarto. diſt. 14. q. prima, ꝙ melius eſt ſimpliciter peccatorem eſſe ſub pœna, quam nõ. Et quod dicit ꝙ iſta pœna nõ eſt tantum malum formaliter, quantum eſt culpa dubitatur ex quo eadem priuatio rectitudinis dicitur pœna, & culpa quomodo vt culpa ſit maius malum formaliter, & ut pœna minus. Dico, ꝙ vt eadem priuatio conſideratur, vt eſt pœna ipſius peccatoris, & vt ordinatiua ipſius culpæ includit aliquod bonum, quod eſt ordinare culpam, vt verò eadem priuatio conſideratur vt eſt defectiuè à voluntate libera eſt tantum malitia, & deformitas.

¶ Ibi. Ideo poſſet dici aliter &c. Ibi, quia ipſe nõ dedit gratiam antecedenter &c. Si dicatur non nẽ dat gratiam antecedenter in pœnitentia, Deus eñ diſpoſuit ſemper uoluntati diſponenti ſe ſiuè pœnitentiam agenti de peccato dare, gratiã antecedẽter, & ſi diſponit ſe dat, illam conſequenter. Dico, ꝙ Doc. non negat hic quin det gratiam antecedenter, ſed non eo modo dat, quo dat rectitudinem, nam rectitudo danda virtualiter continetur in voluntate noſtra, tanquàm in cauſa partiali, & ideo voluntas noſtra, eſt verè de bitrix talis rectitudinis, quia partialiter poteſt cooperari uoluntati diuinę, licet non ſit ſic de gratia.

¶ Ibi. Contra ſi pœna non eſt aliquod ens &c. Hic arguit Doctor. quòd talis ordo non eſt à Deo, quia nihil eſt, patet, quia talis pœna quæ eſt priuatio nihil eſt, & ut eſt ordinatiua culpæ, talis ordo fundatur in pœna, & ſic nihil erit, quia ſubiectum illius nihil eſt, & ſic talis ordo non erit à Deo.

Diſt. XXXVIII. Quæſt. Vnica.

Vtrum intentio ſit actus ſolius voluntatis.

Seraph. Bonau. 2. diſt. 38. q. 1 art. 1.
Scot. 2. ſent. diſt. 38. q. 1.
Ricard. 2. ſent. diſt. 38. q. 1.
Durand. 2. ſent. diſt. 38. q. 1.

QVAERITVR Circa diſtinctionem. 38. à Doct. an intentio ſit actus ſolius voluntatis.

¶ Doct. reſpondendo ad. q. præmittit aliqua. Primo, quia intentio ſumitur ab hoc quod eſt intendere (& propriè intendere) ſicut multoties abſtractũ, ſumitur à concreto, ut iuſtitia à iuſto. Et dicit, ꝙ tẽdere in aliud poteſt dupliciter intelligi. Primo generaliter ſcilicet aut, quòd tendens in aliud habeat ab alio, & non à ſe, quòd ſic tendat in aliud, aut habeat à ſe, quòd ſic tendat in aliud, & hoc modo eſt commune omni potentiæ reſpectu ſui obiecti ſiuè illa potentia ſit naturalis ſiuè libera ſiuè ſit potentia cognitiua ſiuè appetitiua. Nam ſi eſt tantum cognitiua, ſiuè intellectiua, ſiuè ſenſitiua, ſiuè etiam ſit appetitiua, & non libera, & ſiuè talis, ſit tantum naturalis ſicut appetitus naturalis ſiuè tantum ſequens cognitiuam ſenſitiuam, ſicut eſt appetitus ſenſitiuus, omnis talis habet ab alio, quòd tendat in obiectum ſuum, differenter tamẽ quia potentia cognitiua tendit in obiectum mediante actu ſuo, & ſimiliter omnis appetitiua ſenſitiua, ſed appetitiua naturalis tantum non tendit in obiectum mediante aliquo actu elicito, ſed tan- *Tendere in aliud poteſt dupliciter intelligi.*

tum ſola inclinatione,& hoc patet à Doct.in quarto diſt.49.q.9.

Aduerte. ¶ Aduerte etiam, quòd iſtæ potentiæ cognitiuę, & appetitiuæ ſenſitiuæ dicuntur ab alio habere,ꝙ tendant in aliud pro quanto non habent actū quo tendunt in poteſtate ſua, & quòd ſic intelligat ſatis patet in littera.Si enim intelligeret, quòd nullo modo cauſarent actum,quo tendunt in obiectum ſed,quòd ſimpliciter cauſaretur ab alio,ſtatim cōtra diceret ſibi, quia expreſſe vult,quòd appetitus ſenſitiuus de quo minus videtur ſit cauſa ſaltem partialis ſui actus, vide Doctor. in primo.diſt.17. & alibi.Dicuntur ergo habere ab alio pro quanto non habent actum,quo tendunt in poteſtate ſua, & hoc patet per Dam. ca.33. appetitus non liber ducitur, & non ducit ideſt non liberè elicit actum, licet ſi cauſa actus vt gloſat Doctor. in primo vbi ſupra.

¶ Secundo accipitur tendere ſpiritualiter,& magis propriè ſcilicet reſtringendo ſe ad vnū membrum ſcilicet prout habet a ſe quòd tēdat in aliud, ideſt pro vt habet in poteſtate ſua actum,quo tendit in obiectum, & hoc modo competit ſoli volūtati,cum ipſa ſola habeat actum in poteſtate ſua.Et nota, quòd cum accipitur generaliter accipitur prout eſt commune vtrique membro ſcilicet habere ab alio, vel habere à ſe, quòd tendat in obiectū ſed ſpecialiter accipitur prout ſeorſum accipitur pro altero membrorum,ideſt tendere non liberæ vt conuenit omni potentiæ cognitiuæ, & appetitiuæ naturali vel ſenſitiuæ vt ſupra dixi.& tendere liberè vt tantum conuenit voluntati hoc tamen ſecundum membrum eſt magis propriè,quàm primum,quia hoc eſt in poteſtate tendētis, primū nō.

Obiectum eſt duplex. ¶ Secundo præmittit, quòd obiectū eſt duplex ſcilicet præſens vel abſens. In propoſito accipitur obiectum præſens non præcisè vt aliqui exponunt pro vt ſcilicet eſt præſens in ſe,vel in ſpecie intelligibili, quia vt potentia tendit in obiectum nō poteſt in illud tendere, niſi habeat illud præſens vel in ſe,vel in ſpecie intelligibili,vel in aliquo alio repreſentatiuo.Si enim eſt potentia cognitiua habet illud præſens in ſe,vt tendit illud actu cognoſcendi intuitiuo, & habet illud præſens in alio vt tendit in illud actu intelligendi abſtractiuo. Si verò eſt potentia appetitiua ſenſitiua, habet illud præſens vt actu ſenſatum, ſi appetitiua libera ,habet illud præſens actu intellectum,& ſic nulla potentia actu tendit in obiectum niſi vt in præſens aliquo prędictorū modorū.Dico ergo,ꝙ hic doc.accipit obiectum præſens pro obiecto volito in ordine ad finem, & finis dicitur obiectum abſens, patet quia quando quis uult potionem propter ſanitatem,potio dicitur obiectum præſens, quia potentia actu tendit in illud,cum actu eligit in ordine ad aliud,ſed finis dicitur obiectum abſens pro quanto potentia actu non habet illum,eligens enim potionem actu propter ſanitatem,actu non habet ſanitatem,ideo ſanitas dicitur obiectum abſens, & ſic finis dicitur terminus diſtans, vel abſens.

Prima concluſio. ¶ Iſtis præmiſſis ponit Doc.duas concluſiones, Prima eſt,quòd intendere propriè, & principaliter eſt ſolius voluntatis, cum illa ſola ſit libera.Et addit,quòd liberè velle eſt actus totius liberi arbitrij, quod includit intellectum , & voluntatem ſecundum illam opi. tertiam.diſt.25.quæ ponit, ꝙ uoluntas non eſt cauſa totalis ſui actus ſed tantum partialis,ita quòd concurrit obiectum ut alia cauſa partialis. Et cum dicitur , quòd intellectus eſt pars lib.arb.debet ſic intelligi,ſi enim entitas obiecti ponitur cauſa partialis, actus voluntatis debet intelligi de obiecto actu cognito ab intellectu, ita

Quid ſit liberè uelle.

quòd actu cognoſci tantum requiratur vt diſpoſitio præuia,ſicut etiam eſſentia diuina non concurrit ad productionem ſpiritus ſancti, niſi prius cognoſcatur ab intellectu diuino,non , quòd ſic cognoſci ſit ratio producendi ut ſupra patuit in primo.diſt.2.&.10.& in ſecundo.diſt. prima.q.prima. Accipiendo ergo ſic obiectum tale obiectum dicitur intellectus pro quanto non dicitur eā actus niſi vt relucet in intellectu , & actu cognoſcaſ modo præexpoſito. Si uerò non ponitur obiectum , cauſa partialis actus,ſed præcisè cognitio obiecti, vt multi tenent,tunc intellectus accipitur præcisè pro actu intelligendi, qui actus ſecundum Doct. eſt qualitas abſoluta,ut ſubtiliter probat in quoli. q.13.Et tunc eſſet bona difficultas,quia actus intelligendi ponitur operatio potentiæ, & operatio dicitur finis potentiæ, & non ponitur potentia productiua, ut ſatis patet à Doct.in primo.di.2.& tamen ſi ponatur cauſa partialis actus uolendi, tunc habet rationem potentiæ productiuæ ſicut ,& calor dicitur potentia productiua, Sed hæc difficultas cum ſolutione alibi apparebit.

Secunda concluſio. ¶ Secunda concluſio , intendere non eſt actus alicuius potentiæ reſpectu ſui obiecti,ſed reſpectu finis,hic Doc.non negat finem, eſſe obiectum potentiæ,quia reſpectu uoluntatis tam finis,quàm ordinata ad finem ſunt obiectum uoluntatis,cum cōtineantur ſub obiecto, adequato uoluntatis ut ſatis patet à Doc.in primo. di.3.q.3.& in quarto.di. 49.ubi ponit idem obiectum , ſub eadem ratione formali reſpectu intellectus, & uoluntatis Accipit ergo hic obiectum pro ente ad finem in quod immediatè tendit, ut in obiectum præſens modo pręexpoſito, & hoc modo finis non dicitur obiectū, quia potentia tendit in illud ut in terminum diſtātem vel abſentem,ut ſupra patet, ſiuè obiectum,in propoſito accipitur pro uolito abſolutè, ita quòd dicitur quid uolitum ut potio abſolutè eſt quid uolitum,ſed finis non eſt ſic uolitus,immò eſt terminus. Si enim quæritur cur Franciſcus uult potionem reſpondetur, quòd propter ſanitatem, & ſic intendere non reſpicit quid, ſed cur prout ſcilicet intendere dicit tendentiam in aliquid,ut diſtans ſcilicet in finem per aliquid tanquàm per aliquod medium ſcilicet per ipſum obiectum uolitum propter finem. Sequitur in littera, erit igitur intentio actus libe.arbi. ratione uoluntatis,ideſt ꝙ erit actus liberè elicitus ratione uoluntatis, licet enim talis actus ſit à uoluntate,& intellectu,modo ſupra poſito,non tamen dicitur liberè elicitus niſi tantum ratione uoluntatis. Sequitur, & erit actus eius reſpectu eius,quod uult,ideſt , quòd intentio erit actus uoluntatis etiā reſpectu eius, quod uult ideſt reſpectu obiecti uoliti propter finem,ita ꝙ intentio principaliter, & quaſi formaliter, eſt actus uoluntatis reſpectu finis, & minus principaliter, & quaſi materialiter erit ipſius uoluntatis reſpectu ordinati ad finem. Intentio enim includit , & actum reſpectu finis,& actum reſpectu ordinati ad finem,unde propriè non dicitur intentio reſpectu finis abſolutè ſumpti , ſi quis enim abſolutè tendit in ſanitatem non dicitur talis actus propriè intentio , immò tunc ſanitas ſic abſolutè uolita,dicitur obiectum,quia,& uoluntas reſpicit tale obiectum vt quid,& non cur. Intentio ergo propriè eſt cum quis uult potionem propter ſanitatem. Sequitur, quòd ſi,& uoliti,& eius,propter quod eſt uolitum ſit idem actus uolendi idem actus erit uſus , & intentio, ſi autem alius , intentio dicet formaliter actum iſtum,quo tendit uoluntas in finem,& materialiter actum utendi, quo refert aliud in iſtum finem , uult dicere , quòd ſi uolitio finis , &

Quid ſit propriè intentio.

entis

entis ad finem (vt cum quis vult dare panem propter Deum vel cum quis diligit proximum propter Deum) ſint tantum vnus actus quo ſcilicet diligit proximum, & Deum ſed proximum in ordine ad Deum, tunc ille actus diligẽdi dicitur vſus & intentio, nam vti propriè eſt aſſumere aliquid in facultatem voluntatis propter aliud, ideſt eſt velle aliquid propter finem, & hoc modo vſus, & intentio nullo modo differunt adinuicem. Si verò dilectio proximi, & dilectio Dei cum ſcilicet diligo proximum propter Deum ſint actus diſtincti, tũc intentio dicet formaliter actum, quo voluntas tendit in finem, non tamen vt in finem abſolutè, & in ſe conſideratum vt ſupra dixi, ſed vt quo tendit in finem, præſupponendo alium actum, quo tendit in aliquid propter finem, & ſic intentio formaliter, reſpicit cur, & materialiter reſpicit actum vtendi quo refert aliud in iſtum finem, ideſt, quòd reſpicit illum actum, puta dilectionem proximi qua ipſum diligo in ſe abſolutè pręcisè in ordine ad Deũ dilectum. Et hoc eſt quod dicit Doct.

An intentio ſit ſolius uoluntatis.

A D Argumenta principalia Primo arguit probando, quòd intentio non ſit ſolius voluntatis, & primo ſic. Omne agens propter finem agit ex intentione, patet, quia agens propter finem intendit finem, aliter non ageret propter finem. Sed omne per ſe agens agit propter finem, patet per philoſophum ſecundo phi. tex. com octaui, & dicitur omne per ſe agens, quod agit per formam, quam in ſe habet, quæ forma eſt principium formale, agendi ut expoſui in prolo. q. prima. & diſtinctio. 2. primi. modo ſunt plura talia agentia præter voluntatem vt patet.

¶ Secundo arguit ſic. Datur viſio diſtincta, puta albedinis prior omni actu voluntatis tam elicito quàm imperato, ergo datur intentio prior omni actu voluntatis, ergo intentio non eſt actus ſolius voluntatis, antecedens patet, quia actus potentiæ ſenſitiuę vt potẽtiæ viſiuę eſt ſimpliciter prior actu intellectus. Tum, quia nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu, & omnis doctrina fit ex præexiſtenti cognitione ſenſitiua vt patet primo poſt, & primo meth. in prohemio. Tum propter ordinem potentiarum, quia nunquàm potentia intellectiua operatur, quin prius aliqua ſenſitiua operata fuerit, & hoc ſatis patet in primo. diſtin. 3. q. 3. & in prohemio methaphi. ſi ergo cognitio ſenſitiua eſt prior actu intelligendi, erit etiam prior actu volendi, patet, quia volitio obiecti præſupponit neceſſariò cognitionem illius, quia voluntas non fertur niſi in præcognitum, patet ergo antecedens, & conſequentia probatur per Augu. ſecundo de tri. ca. ſecundo, qui vult, quòd non poteſt eſſe diſtincta viſio ſine intentione copulante, ergo in illo priori quo ponitur viſio coloris diſtincta ponitur intento copulans.

¶ Tertio. Mathæi quinto, ſi oculus tuus ſimplex fuerit totum corpus tuum lucidũ erit, & ibidẽ vide ergonè lumen, quod in te eſt tenebræ ſint. glo. exponit oculum, & lumen de intentione, ſed oculus, & lumen pertinent ad intellectum, patet, quia proprium eſt intellectus videre, & oſtendere.

¶ Quarto intentio includit relationẽ vnius ad alterum, ſed referre ad aliud ſicut, & conferre eſt ſolius intellectus, ergo intẽtio erit actus intellectus.

¶ Reſpondet Doctor. ad primum dicens, quòd procedit de intentione ſiuè de intendere prout dicit tendentiam alicuius determinati, & terminati ab alio. Hæc tamen reſponſio debet ſane intelligi, quia ſi intelligatur de omni per ſe agente, tunc non eſt vera, cum etiam voluntas ſit per ſe agens cum ſit agens à propoſito, immo tale eſt magis per ſe agens cum habeat actionem in poteſtate ſua & etiam cum agat propter finem neceſſariò præcognitũ ab eius intellectu, intelligitur ergo reſponſio de omni per ſe agente alio à voluntate, quod non habet actum in poteſtate ſua vt ſupra patuit.

Speculare bene.

¶ Ad ſecundum dico primo, quòd conſequentia eſt falſa, loquendo de intentione propria accepta, nec hoc vult Aug. vult enim, quòd ipſa uoluntas poteſt aciem, puta potentiæ viſiuę conuertere ad obiectum, & tendere in obiectum, ſed non vult, quòd nulla viſio poſſit fieri niſi intentio ſic teneat & conuertat, immo poteſt eſſe viſio diſtincta coloris abſque hoc, quòd uoluntas teneat aciem potentiæ viſiuæ in tali colore, & hoc patet, quia hoc minus videtur de cognitione intellectus, & tamen ſtat diſtincta cognitio intellectus reſpectu alicuius obiecti, & tamen non ſequitur neceſſariò, quòd voluntas copulet vel teneat intellectum in tali cognitione. Breuius tamen poteſt dici, & magis ad ſolutionem argumenti, quia ſi Augu. loquitur de intẽtione ſic quæ eſt actus voluntatis, & quòd viſio diſtincta non poteſt haberi ſine tali intentione copulante habetur propoſitum, qa talis intẽtio copulans eſt actus ſolius volũtatis.

2. de tri. c. 2

¶ Si verò loquitur de intentione quæ non eſt actus uoluntatis ſed vt eſt actus alterius potentiæ, patet tunc, quòd non loquitur de intentione propriè ſumpta, quæ eſt actus potentiæ liberę, vt ſupra patet, Doctor, tamen in hac reſponſione intendit oſtendere, quòd bene poteſt eſſe diſtincta viſio abſque intentione copulante prout intentio copulans eſt actus uoluntatis ita, quòd talis intentio copulans non eſt prior viſione, immò loquendo de prima uiſione alicuius obiecti reſpectu talis viſionis non poteſt eſſe prior, nec tempore, nec natura, ſed neceſſariò eſt poſterior natura, & hoc propter ordinem potentiarum, poteſt tamen eſſe ſimul in eodem inſtanti temporis, ſed non ſimul in eodem inſtanti naturæ.

¶ Declaro tamen hanc litteram cum dicit primam viſionem non cauſat intentio copulans, ſed tamen poteſt illam copulare, & concedo, quòd in eodem inſtanti temporis, & ita firmando illam viſionem ſed poſita prima intellectione voluntas poteſt ſe conuertere, & auertere reſpectu aliarum operationum ad copulandum, & non copulandũ. In hac littera ſunt plura notanda, primo notanter dicit Doc. ꝙ prima viſio non cauſatur à voluntate copulante, nõ intendit hic Doc. ꝙ aliqua viſio poſſit immediatè cauſari à voluntate, quia nulla cauſatur ab ea, nec prima, nec ſecunda, ita quòd in eſſendo ſimpliciter dependeat à voluntate, immo omnis talis præcisè cauſatur ab obiecto, & potentia viſiua. Sed accipit hic cauſare impropriè proquãto ſcilicet poteſt copulare potẽtiã ſiuè obiecto cõuertere potentiam obiecto, & ſimiliter firmare potentiam in obiecto, quando ergo voluntas imperat potentiæ viſiuę vt uideat colorem talis viſio ſic imperata dicitur ſuo modo cauſari à uoluntate licet propriè cauſetur à potentia, & obiecto, & ſimiliter cum uoluntas imperat potentiæ viſiuę vt ſiſtat in tali viſione, & quòd continuet illam, talis uiſio ſic continuata dicitur ſuo modo cauſata à uoluntate, licet propriè cauſetur & continuetur à potentia, & obiecto. Loquendo ergo de iſta cauſatione uoluntatis, dicit Doc. ꝙ prima uiſio non poteſt ſic cauſari, quia uoluntas non poteſt imperare primam uiſionem ſicut nec primam intellectionem, ut ſupra patuit diſtin. 9. & infra patebit diſtinctio. 42. Sicut ergo prima intellectio coloris neceſſariò præſupponit primam uiſionem illius propter ordinem potentiarum, quia color pro ſta-

Declaratur littera.

Prædicatorum exemplum.

tu iſto neceſſariò prius ſaltem natura videtur quam intelligatur, ſic actus uoluntatis, & elicitus, & imperatus neceſſariò præſupponit primam uiſionē coloris cum neceſſariò præſupponat primam intellectionem, & ſic quomodo uoluntas non poteſt imperare primam viſionem. Poſita tamen prima viſione alicuius coloris in aliquo inſtanti temporis in eodem inſtanti poteſt voluntas imperare continuationem illius, & ſic firmare potentiam in tali viſione, & hoc modo copulare, ſed hoc non poteſt in eodem inſtanti naturæ. Nam prius natura eſt uiſio coloris, & poſterius natura intellectio eiuſdem, & magis poſterius natura eſt volitio, & ſic in aliquo inſtanti, poſteriori natura ipſa prima intellectione, & prima viſione poteſt copulare intellectum obiecto, & ſimiliter ſenſum ſcilicet firmando; intellectum in illa prima cognitione coloris, & ſenſum in illa prima viſione. Nunquàm tamen voluntas poſſet immediatè firmare ſenſum in viſione obiecti niſi prius intellectus haberet intellectionem eiuſdem.

Singularis doctrina.

¶ Secundo dicit, quòd habita prima viſione obiecti, & prima intellectione eiuſdem, quòd tunc voluntas poteſt ſe conuertere, & auertere reſpectu aliarum operationum ad copulandum vel nō non copulandum, vult dicere, quòd reſpectu ſecūdæ viſionis, & ſecundæ intellectionis poteſt voluntas habere aliquam cauſalitatem id eſt, quòd poteſt imperare ſecundam viſionem, & ſimiliter ſecundam intellectionem eiuſdem obiecti & ſimiliter poteſt auertere intellectum, & ſimiliter ſenſum ab vno obiecto, & conuertere ad aliud obiectum, & hoc magis infra patebit. diſt. 42.

¶ Sequitur in littera ibi, neganda eſt igitur iſta maior, quòd nulla viſio diſtincta poſſit haberi ſine intentione copulante, niſi intelligatur iſta copulatio eſſe actus concomitans, & hoc modo neganda eſt iſta, quòd omnis uiſio diſtincta præcedat tempore omnem intellectionem ſiuè intentionem, licet iſta natura præcedat. In hac littera ponit duo, primum eſt, quòd iſta propoſitio eſt falſa ſcilicet nulla viſio diſtincta poteſt haberi ſine intentione copulante, & hoc accipiendo intētionem propriè prout eſt actus potentiæ liberę, & quòd ſit falſa, patet, quia prima viſio non poteſt imperari à voluntate licet eius continuatio poſſit imperari vt ſupra patuit. Secunda propoſitio eſt iſta, nulla uiſio diſtincta poteſt haberi quin ad ipſam poſſit in eodem inſtanti temporis licet poſterius natura concomitari intentio uoluntatis firmans illam viſionem, & continuans, vt ſupra patuit. Formetur ergo ſic ſyllogiſmus, nulla viſio diſtincta poteſt eſſe ſine intentione copulante, ſed potentia viſiua reſpectu cuiuſcumque coloris poteſt habere viſionem diſtinctam, ergo nulla talis viſio poteſt eſſe ſine intentione copulante. Si maior intelligatur, quòd omnis viſio ſit neceſſariò imperata a volūtate falſa eſt, quia prima viſio non eſt imperata vt ſupra patet. Si verò intelligatur, quòd nulla viſio poteſt eſſe, quin ad ipſam poſſit concomitari intentio copulans, ſiuè firmans, conceditur, quia in eodem inſtanti temporis quo ponitur viſio prima poteſt poni cognitio, & intentio voluntatis imperans continuationem talis uiſionis. Si verò intelligatur ſic, quòd talis intentio copulans neceſſariò concomitatur viſionē in eodem inſtanti temporis propoſitio eſt falſa, quia poteſt eſſe viſio ſine tali intentione vt ſupra patuit & hoc patet per litteram ſequentem.

¶ Ad ſecundum patet reſponſio, quia glo. accipit ibi intentionem prout eſt actus totius liberi arbitrij, & hoc modo pro quanto includit intellectum, modo præexpoſito in principio. quæſtio. dicitur intentio oculus, & lumen.

¶ Ad vltimum dicit Doct. quòd conferre per modum iudicij eſt ſolius intellectus ſicut, & intelligere, vtendo autem ſiuè ordinando, referre verum amabile ad aliud eſt ſolius voluntatis, ſicut enim voluntas eſt reflexiua, quia immaterialis, ita collatiua vel potens conferre ſuò modo vel referre, & de hoc vide Doctor, infra diſt. 41. & in primo diſt. 52. alibi.

Diſt. XXXIX. Quæſt. Prima.

Vtrum Syndereſis ſit in voluntate, ut in ſubiecto.

Seraph. Bonau. 2. diſt. 39. q. 1. art. 1.
Scot. 2. ſent. diſt. 39. q. 1.
S. Thom. prima parte ſummæ. q. 79. art. 12.
Ricard. 2. ſent. diſt. 39. q. 1.
Durand. 2. ſent. diſt. 39. q. 4.

CIRCA diſt. 39. quærit Doct. duo. Primo an ſyndereſis ſit in volūtate vt in ſubiecto. Secundo. An conſciētia ſit ſubiectiuè in voluntate.

¶ Antequàm reſpondeat ad. q. Primo ponit opi. Henri. quoli. primo. q. 18. qui ponit tam ſyndereſim quàm conſciētiam in voluntate vt in ſubiecto, ita quòd ſyndereſis eſt quidam habitus in voluntate quo voluntas tendit in bonum, & reſiſtit malo. Et ſimiliter conſcientia eſt quidam habitus in voluntate quo volūtas tendit in bonum particulare dictatum à recta ratione ſiuè dictatum à cognitione concluſionis ſyllogiſmi practici, & quo reſiſtit malo particulari à notitia concluſionis ſyllogiſmi practici dictante tale malum eſſe fugiendum, ſed ſyndereſis inclinat tantum conformiter notitiæ principij practici, quod ſumitur à fine.

Opinio Henrici.

Quid ſit ſyndereſis.

¶ Doct. inſtat contra hanc opi. Et primò contra hoc, quòd ſyndereſis ſit ſubiectiuè in voluntate, & nō arguit abſolutè, q; hoc ſit impoſſibile, ſed ꝓbat hoc eſſe impoſſibile ex aliquibus dictis Hen. Nam ipſe videtur tenere, quòd talis moueat neceſſariò voluntatem ad uolendum bonum, & reſiſtendum malo, & hoc conformiter principio practico, eo, quòd ſumitur à fine, ſed hoc eſt falſum, & arguit à maiori, ſi de quo magis videtur in eſſe, & non in eſt, ergo nec de quo minus, ſed magis videtur in eſſe; quòd voluntas neceſſariò velit, ſiuè fruatur vltimo fine in uniuerſali, vel vltimo fine in particulari clarè uiſo quàm quòd neceſſariò uelit dictatum à principio practico, patet iſta maior, quia rectitudo principij practici ſumitur ab ultimo fine, ut ipſe tenet, & eſt uerum, vt ſatis patet in prologo quæſtione ultima, ergo finis eſt magis, rectitudo, & hoc virtualiter vel formaliter, vide quæ expoſui in prologo quæſtionæ ultima. Si ergo uoluntas nō vult neceſſariò conformiter dictamini recto de ultimo fine, multo minus uult neceſſariò conformiter principio practico, quod habet totam rectitudinem ab ultimo fine. Sed nulla volūtas creata vult neceſſariò ultimum finem in vniuerſali, nec ultimum finem in particulari clarè viſum, ut ſubtiliter probat Docto. in primo diſtinctione prima quæſtione quarta, & hoc idem in quarto diſtinctione. 49. quæſt. 9. & in quolibet quæſt. 26. Nec etiam vult ipſum neceſſariò vt eleuata per quemcunque habitum, vt patet de habitu caritatis de quo

Contra Henricum.

An syndereſis ſit in voluntate.

magis

magis uidetur, quia habens caritatem etiam intenſam non neceſſariò uult finem clare niſum, ut eſt probatum à Doct. in primo. diſtin. prima q. 4. & in tertio di. 13. Ex his ergo patet, quòd ſi ſynderesis eſſet habitus in uoluntate neceſſaria inclinans voluntatem ad conformiter volendum principio practico, quòd tunc uoluntas magis neceſſariò vel let vltimum finẽ ſed non neceſſariò vult illũ, ergo nec neceſſariò vult dictatum à principio practico.

¶ Secundo inſtat, ſi eſſet aliqua talis potentia, vel vis, vel portio in voluntate, quæ actu elicito neceſſariò tenderet in bonum, & reſiſteret malo ipſa eſſet ſuprema in tota voluntate, quia reſpiceret vltimum finem, à quo ſumuntur prima principia practica, igitur in poteſtate eius eſſet ipſa voluntas ſecundum quamlibet vim, & portionem eius inferiorem, ita quòd ipſa mouente portio vel vis inferior obediret ſibi, & conformiter moueretur, igitur ipſa impediret omne peccatum in voluntate, quia ſicut ipſa neceſſariò moueretur, ita tota voluntas neceſſariò moueretur ad eius motum, & ab ea, & ſi tota voluntas eſſet recta, nullum eſſet peccatũ in volũtate. Iſta ratio eſt ſatis clara, tñ pro iunioribus in via Scoti expono aliqua dicta in hac ratione, primo, quia vult Doct. quòd Henri. habet ponere ſynderesim in ſuprema portione voluntatis, patet, quia ex quo ſynderesis eſt habitus conformiter inclinans principijs practicis, quæ principia ſumuntur ab vltimo fine, ſequitur, quòd ipſa inclinet ad ultimum finem, ſiuè ad volendum vltimum finem, ſed voluntas vult vltimum finem tantum ſecundum rationem ſuperiorem etiam strictè ſumptam, vt ſupra patet diſt. 24. & clarius in tertio diſt. 15. Henri. ergo habet ponere talem habitũ in portione ſuprema uoluntatis, quia ad eãdem vim pertinent actus, & habitus ad quos talis habitus inclinat. Secundo ſi talis habitus, neceſſariò mouet portionem ſupremam voluntatis, ſequitur, quòd neceſsariò mouebit voluntatem ſecundum omnem aliam portionem inferiorem, & hoc quo ad rectitudinem, patet hoc. Si enim rectitudo principij practici ſumitur à rectitudine finis vltimi, vt ſupra patet, & rectitudo omnium concluſionum uirtualiter contentarum in tali principio ſummitur immediatè à rectitudine principij, ſequitur, quòd ſi quis vult neceſſariò ultimum finem, & hoc rectè, quòd etiam neceſſariò uelit omnia ordinata ad illum finem, aliter non vellet rectè ultimum finem. Si enim rectè diligo Deum propter ſe etiam rectè diligo omnia, quæ Deus vult me diligere, (non eſt ſtat cum dilectione recta Dei uolentis me diligere proximum propter Deum) odium proximi. Sequitur ergo, quòd ſi voluntas ſecundùm portionem ſuperiorem, neceſſariò vult vltimum, finem, quòd etiam neceſſariò uelit ordinata ad illum finẽ cum illa uirtualiter includantur in illo, & ſic bene ſequitur, quòd ſi ſynderesis neceſſariò mouet volũtatem ad vltimum finem ſecundùm portionem ſuperiorem, quòd etiam neceſſariò mouebit ipſam uoluntatem ſecundum omnem aliam portionem ſecundum quam nata eſt velle ordinata ad vltimũ finem. Tertio bene ſequitur, quòd nulla voluntas habens talem habitum poterit peccare, patet, quia ſi poſſet peccare poſſet uelle oppoſita alicuius ordinati ad vltimum finem velle odium proximi, quod eſt oppoſitum dilectionis proximi quæ virtualiter continetur in dilectione Dei. Sed hoc non poſſet ſtare, quòd uoluntas velit neceſſariò ultimum finem, ſiuè dictatum à principio practico, nam volens neceſſariò conformiter principio practico, uult etiam neceſſariò conformiter concluſionibus virtualiter contentis in tali principio practico. Nam negans concluſionem virtualiter contentam in aliquo principio virtualiter, negat principium, vt ſupra patet diſtin. 35. Et ſimiliter auertens ab aliquo virtualiter contento in vltimo fine ex cõſequenti virtualiter auertitur ab vltimo fine, vt patet diſtinctio. 35. Ex his ergo manifeſtè patet, quòd habens talem habitum ſynderesis in portione ſuperiori volũtatis neceſſariò mouentẽ ipſam cõformiter principio practico nullo mõ poſſet peccare.

Pro iunioribus in uia Scoti exponit lychetus aliqua dicta.

¶ Deinde arguit contra aliud de conſcientia Et primo contra hoc, quòd ponit conſcientiam eſſe habitum in voluntate, arguit ſic, communiter habitus appetitiuus non generatur ex vno actu, ſed ex pluribus, niſi ille actus eſſet valde intenſus, quia tũc ex ex illo poſſet generari habitus, vt patet à Docto. alibi, ſed ex vno ſyllogiſmo practico deducendo euidenter aliquid concluſum ex primis principijs practicis fit conſcientia, igitur nõ eſt habitus appetitiuus acquiſitus, patet etiam, quòd nõ eſt innatus neque portio neque vis. Aliqui ſic ponunt, ꝙ conſcientia eſt quidam habitus generatus ex vno actu, quia ex actu cõcluſionis ſyllogiſmi practici. Sed eſt eadem difficultas, quia etiam habitus potẽtiæ cognitiuæ nõ generatur cõmuniter ex vno actu, ſed ex pluribus. Dicerem ergo, quòd illa actualis notitia concluſionis demoſtratę ex ſyllogiſmo practico dicitur conſcientia actualis, & ex pluribus talibus notitijs generatur habitus conſcientiæ, nã talis notitia perfectè dictaret, quid agendum, vt ſic arguẽdo. Quicquid ordinatur ad vltimum finẽ attingendum eſt efficaciter eligendum, ſed obſeruãtia præceptorum Dei eſt huiuſmodi, ergo talis obſeruantia eſt efficaciter volenda, notitia talis concluſionis cum ſit quoddam dictamẽ rectum, & quædam rectitudo formalis, vt expoſui ſuper quæſt. vlti. prolo. dicitur conſcientia actualis, & ſi ex pluribus talibus notitijs generaretur habitus diceretur cõſciẽtia habitualis, non enim eſt neceſſe, quòd conſciẽtia actualis ſit genita ex habitu, nec ꝙ ſit generatiua habitus, vt poteſt deduci ex multis dictis Docto. in prolo. q. vlti. & diſtin. 17. primi & 14. quæſt. 2. quarti. Sed Henr. non poneret conſcientiam actualem in voluntate, niſi vt genitam ab habitu vndecunque cauſetur talis habitus.

Scotus arguit contra Henricũ de conſciẽtia.

¶ Secundò arguit contra aliud dictum Henr. ſcilicet contra hoc, quòd habitus voluntatis ſit genitus ab actibus intellectus, vult, enim quòd notitia concluſionis ſyllogiſmi practici ſit generatiua habitus recti in voluntate. Contra, hoc non ſtat, quia effectus, qui natus eſt generari communiter ab aliqua cauſa propria, puta ab a. nõ poteſt generari ab alia, puta a. b. niſi ipſum b. contineat virtualiter perfectionem ipſius a. hæc propoſitio eſt ſatis nota, ſed habitus volũtatis natus eſt generari ab actibus voluntatis, vt à cauſa propria, hoc patet communiter ab omnibus, quia habitus ex ſimilibus actibus generatur, ad quos inclinat, ſed habitus voluntatis tamen inclinat ad actus voluntatis immediatè eliciendos à voluntate. Si ergo generatur ex actibus intellectus, ergo actus intellectus continet virtualiter perfectionẽ actus voluntatis, & ſic erit perfectior actu intellectus cuius oppoſitũ tenet ipſe Henr. qui ponit actum voluntatis perfectiorem actu intellectus, igitur non poteſt intellectus per actum ſuum cauſare in voluntate tale pondus, ſiuè talem habitum, qui dicitur conſcientia.

Quid ſit cõſcientia.

¶ Tertiò arguit ſic, aut poteſt voluntas iſtud põdus non recipere, & tunc intellectus non erit cauſa eius ſufficiens, cauſa enim ſufficiente agente, ſequitur effectus quando paſſiuum eſt debitè approximatũ, aut nõ põt nõ recipere, & tũc ſtãte illa cõſideratione actuali irõc nõ põt volũtas iſtud põd' de ponere,

Cõtra aliud dictũ Henrici.

ponere, quia non minorem neceſſitatem habet ratio in cõſeruando pondus cauſatum, quàm in cauſando. Et ſic ſequitur, quòd ſi ratio dictet, ꝙ ſpuere in eccleſia eſt peccatum mortale, & talis ratio per te cauſat in uoluntate tale pondus, tunc ſi non poteſt ipſum deponere mortaliter peccabit ſpuendo in eccleſia, ita quòd ſi oportuerit ſpuere neceſſariò peccabit, quia non poterit tale pondus de ponere, quod tamen non videtur verum.

¶ Quarto arguit, quia aut erit neceſſe voluntatẽ agere ſecundùm illud pondus datum aut non, ſi ſic, igitur non eſt libera, quia agens, huius ponderis eſt naturalis cauſa igitur, & effectus eius erit naturalis, igitur neceſſariò agens ſecundùm illud pondus non liberè agit, quia non eſt in poteſtate eius ſic vel aliter agere, cauſa enim naturalis illius ponderis eſt actus intellectus qui cauſat illud pondus in voluntate, & conſeruat. Si non, neceſſe eſt agere ſecundum illud pondus, quod etiam videtur velle Apoſt. ad Ro. quod non ex fide peccatũ eſt ideſt ſecundum glo. quicquid eſt contra conſcientiã, & cætera ex quo patet, ꝙ peccatũ aliqđ põt cõmitti cõtra cõſciẽtiã, tũc ſequitur, ꝙ ſtãte cõſciẽtia perfecta poteſt volũtas velle oppoſitũ eius qđ dicatur ſecundum illam, & ita nunquàm per actũ voluntatis corrumpetur iſte habitus, quod videtur abſurdum ponendo, quod tale pondus ſit habitus voluntatis. Nam ſtante dictamine intellectus, quod ponitur cauſa neceſſaria talis ponderis, ſtat etiam illud pondus, puta ſtante iſto dictamine intellectus, quòd parentibus eſt obediendum propter Deum, ſtat in voluntate pondus cauſatum, ſiuè habitus, qui præciſè ab eodem vel eiſdem dictaminibus conſeruatur, à quo vel à quibus cauſatur, & tamen ſtante tali habitu perfecto in uoluntate ſcilicet illo pondere poteſt uoluntas, agere contra dictatum ab illo dictamine vel ab illis dictaminibus, & tamen habitus non corrumperetur, quod eſt ſimpliciter abſurdum, nec aliquomodo videtur ſuſtinendum.

Opinio Scoti.

NVNC Doct. reſpondet ad. q. de ſyndereſi, & & conſcientia. Et primo dicit quòd ſi ſynderesis ponatur aliquid habens actum elicitum ſemper neceſſariò tendentem in actum iuſtum, & reſiſtentem malo, cum nihil tale ponatur in voluntate, nõ poteſt ibi poni, igitur eſt, i intellectu. Hic tamẽ aduerte, quòd licet quilibet habitus, etiã appetitiuus ſi ponatur tãtum inclinare ad actum, ita, quòd nõ ſit cauſa partialis actus ſecundum vnam opi. recitatam in primo di. 17. ſemper talis habitus inclinat neceſſariò, & per modum naturæ, & ſimiliter ſi ponatur cauſa partialis actus, actus adhuc cauſat partialiter actum per modum naturæ, & neceſſariò, vt patet à Doc. ubi ſupra, & hoc modo, ſi ponatur ſynderesis quidam habitus in voluntate quantum in ſe eſt neceſſariò concurrit, ad actum, actus tamẽ voluntatis qui eſt ab ipſa voluntate, & ab habitu dicitur libere productus. Tum, quia vna cauſa partialis ſcilicet voluntas libere producit, & præcipuè quia concurrit ad actũ illum ut cauſa magis principalis, ut patet à Doc. in primo ubi ſupra. Tum etiam, quia potentia vtitur habitu, & non econtra, quia habitus eſt non quo ſimpliciter poſſumus, ſed quo ſic poſſumus, puta promptè, faciliter, uel magis intenſè, vt patet à Doct. in pluribus locis, & ſic patet quomodo productus à uoluntate, habitu inclinante, vel partialiter concurrente per modum naturæ, & neceſſariò ſit liberè productus. Et ſi Hẽ. poneret ſynderesim ſic concurrere cum voluntate ad actum tendentem in iuſtum, & reſiſtentẽ peccato oportet per aliam rationem improbare, quia talis actus eſſet libere productus, ſi etiam poneret talem habitum eſſe cauſam totalem actus tendentis in iuſtum &c. tunc uoluntas tantum paſſiuè ſe haberet reſpectu ſui actus, & actus nullo modo eſſet in poteſtate, nec diceretur aliquomodo actiua ſui actus, niſi tantum per accidens ſicut lignum calefacit tantum mediante calore, quod tamẽ videtur abſurdum. Si etiam ponatur, quòd talis habitus nõ ſit cauſa totalis actus ſed partialis, & principalis neceſſario mouens uoluntatem ad actum, ita, quòd voluntas habens talem habitum neceſſariò elicit actum. Vel ſi ponatur, quòd talis habitus non ſit cauſa actus, nec totalis, nec partialis, & hæc immediata, ſed quòd tantum moueat neceſſariò ipſam uoluntatem, ad actum, neutrum iſtorum poteſt concedi, quia uoluntas (ut) dixi ſupra reſpectu ſui actus ſemper libere ſe habet, ita quòd nullo modo poteſt neceſſitari ad actum aliquem eliciẽdũ. Si ergo ponatur, quòd ſynderesis habeat actũ neceſſariò tendentem in iuſtum, ita quòd habens talem habitum neceſſariò eliciat actum tendentẽ in iuſtum, patet, quòd non eſt ponenda in uoluntate ut in ſubiecto, quia ut ibi non poteſt habere talem actum. Cum ergo ſynderesis ſit ponenda in parte intellectiua, & non poteſt poni in uoluntate, ergo erit ponenda in intellectu ut in ſubiecto, quia ut ibi habebit actum neceſſariò tendentem in iuſtum ſcilicet dictare uoluntati. Si ergo ſynderesis ponatur habitus intellectus, talis erit habitus principiorum practicabilium, qui habitus ſemper eſt rectus, & ſemper inclinat ad actum rectum eliciẽdum à uoluntate. Nam principia practica nota ex terminis ſemper ſunt recta cum ſumuntur ab ultimo fine, qui finis eſt uel formaliter, uel uirtualiter rectitudo omnis actus recti, ut prolixe expoſui ſuper. q. ultima. prolog. Et intellectus apprehenſis terminis talium principiorum lumine ſuo naturali neceſſariò acquieſcit illis principijs, quia non eſt in poteſtate eius acquieſcere, & non acquieſcere ut ſupra patet in primo di. prima. q. 3. & alibi. Exemplum cognoſco iſtos terminos, ſcilicet ſummum bonum, & ſummam dilectionem, ſtatim intellectus componit hoc principium practicum, ſcilicet ſummum bonum eſt ſummæ diligendum, & de neceſſitate acquieſcit tali principio, notitia talis principij dicitur ſynderesis actualis, & habitus cauſatus ex talibus notitijs dicitur ſynderesis habitualis, talis habitus neceſſariò inclinat intellectum ad eliciendum notitiam naturalem talis principij, & talis notitia actualis ſemper dictat uoluntati ut tẽdat in tale principium, ſcilicet diligendo illud bonum ſummè. Similiter ex pluribus aſſenſibus in intellectu, quibus intellectus neceſſariò aſſentit tali principio, generatur quidã habitus in ipſo intellectu quo habitualiter aſſentit tali principio, qui habitus ſemper inclinat intellectũ ad eliciendũ actũ quo actu aſſentiat principio, talis tñ aſſenſus intellectus, ſiuè actualis, ſiuè habitualis non dicitur ſynderesis, nec actualis, nec habitualis, ſed tñ notitia habitualis principij dicitur ſynderesis habitualis, & notitia actualis dicitur ſynderesis actualis.

An Synderesis ſit ponenda ſit in parte intellectiua.

Exemplum.

Principium practicũ dicitur ſynderesis.

¶ Poſſet etiam dici, ꝙ ipſum principium practicum dicitur ſynderesis, & formalis, vel virtualis cũ ſit rectitudo actus uoluntatis ſaltem uirtualis, ſed de hoc ſatis dictum eſt in primo in prolog. q. vultima. Et addit doctor, ꝙ quantũ eſt ex parte intellectus liberũ arbitriũ natũ eſt cõformiter velle iſtis principijs, licet prout deficit reliqua cauſa partialis non libere velit, quia non eſt ibi aliqua neceſſitas, ideſt, ꝙ lib. arbi. quod includit intellectum, & voluntatem, ex parte intellectus ſemper conformiter adhæret illis principijs, immo neceſſariò ut ſupra patet, ſed ex parte uoluntatis non ſemper ad

hæret

hæret, quia libera eſt in adhærendo.

¶ Sequitur, ſecundum hoc etiam conſciētia poteſt poni habitus proprius cōcluſionis practicæ, ſecūdum cuius actum nata eſt cōformari electio recta in agibilibus, & ita dicitur ſtimulare ad bonum inquantum lib. arb. totum habet vnam cauſam partialem rectè diſpoſitam, & ſequeretur recta, & bona volitio, niſi eſſet defectus alterius cauſæ partialis concurrentis, ſcilicet voluntatis. Nam cognitio cuiuſcunque concluſionis virtualiter contentæ in principijs practicis per ſe notis poteſt dici conſciētia actualis, quia talis cognitio actu, & immediatè dictat voluntati de actu eliciendo, & ſi volūtas cōformiter elicit actum tali dictamini, tunc ille actus dicitur agere contra conſcientiam, ſi ex talibus notitijs actualibus generetur habitus in intellectu talis habitus dicitur conſcientia habitualis qui habitus inclinat intellectum ad eliciendum notitiam actualem de tali, vel tali concluſione, & ſic talis habitus dicitur mediatè dictare voluntati de agibilibus, ſed actus immediatè dictat, &c.

Synderesis eſt in voluntate.

AD argumenta principalia. Primò arguit probando, ꝙ ſynderesis ſit ſubiectiuè in voluntate. Et primo ſic, quia ſynderesis ſemper remurmurat malo, & hoc eſt actus voluntatis.

¶ Secundò ſic, ſynderesis ſemper habet actum neceſſariò tendētem in bonum iuſtum, ſiuè in bonum iuſtitiæ, ſed voluntas neceſſariò actu ſuo tendit in bonum iuſtitiæ, quia neceſſariò vult illud, ergo eſt in voluntate, maior eſt nota, vt ſupra patet in corpore. q. minor probatur, quia voluntas neceſſariò vult bonum commodi, ergo neceſſariò vult bonum iuſtitiæ, antecedens patet, per Anſel. de cōcor. 44. commoda nō velle nequit, ergo neceſſariò vult illa, conſequentia patet, quia bonum iuſtitiæ eſt æquè bonum, ſicut bonum cōmodi, immò fortè eſt maius bonum cum bonum iuſtitiæ ſit appetibile propter ſe, & bonum cōmodi propter aliud, vt ſupra patet, diſtin. 36. & in quarto, diſtin. 46. & ſic tale bonū erit, quæ vel magis cōueniēs volūtati.

¶ Tertiò ſic, voluntas naturaliter, ideſt appetitu naturali vult bonum commodi quia ſecundum Auguſt. 13. de Tri. cap. 5. omnes naturaliter appetūt beatitudinem, ergo ſi vult illam naturaliter, ſequitur, quòd vult neceſſariò, ſed bonū iuſtitiæ eſt æquè naturaliter volitum, quia eſt perfectio æquè naturalis voluntati, ſicut bonum commodum, ſed tēdere neceſſariò in bonum iuſtitiæ eſt actus ſynderesis, ergo eſt in voluntate, vt in ſubiecto, cū illa ſit principium inclinandi potentiam ad bonum iuſtitiæ.

¶ Quartò natura inferior, puta irrationalis habet principium tendendi in illud, quod ſibi conuenit rectè ſecundum naturā ſuā, ergo, & voluntas habebit neceſſariò principium tendendi in iuſtitiā, quæ ſibi conuenit ex natura ſua.

¶ Reſpondet ad has rationes ad primam, quòd synderesis remurmurat oſtenſiuè, quia oſtēdit bonum eſſe volendū, & malo eſſe reſiſtendum, ideſt quòd ipſa, vt eſt notitia practica priorum principiorum practicabilium dictat actu voluntati, vt tēdat in bonum iuſtitiæ, & quòd reſiſtat malo, nam notitia, quæ dictat de bono proſequendo, dictat etiam de malo fugiendo, vt patet à Doct. in ſimili in quarto, diſt. 1. quæſt. 2. qui dicit, quòd eadē virtus, quæ inclinat ad bonum proſequendum, inclinat etiam ad malum oppoſitum illi bono fugiendum, quia ergo talis notitia principiorū, vel actualis, vel habitualis ſemper dictat ad bonum iuſtitiæ eligendum, & malum oppoſitum eſſe fugiendum, & hoc dictare, ſcilicet de malo fugiēdo eſt remurmurare oſtenſiuè, & in hoc eſt occaſio voluntati, vt remurmuret contra malum.

Quomodo eadem virtus inclinat ad bonum proſequendum, & ad malum fugiendum.

¶ Ad ſecundum dicit Doct. quòd voluntas, vt eſt potentia libera, & liberè agens non vult neceſſariò bonum iuſtitiæ, tamen ſi ipſa voluntas præciſè conſideretur, vt eſt affectio commodi, ſiuè vt præciſè eſt appetitus naturalis hoc modo quicquid vult naturaliter, neceſſariò vult. Et de hoc eſt ſatis dictum in primo, diſtin. 1. quæſt. 4. & ſupra iſto ſecundo, diſtin. 6. quæſt 2. & in quarto, diſtin. 49. q. 9. vide ibi multa bona. Et autoritas Anſel. eſt intelligenda de appetitu naturali, quia tali appetitu vult ſummum bonum commodi ſummè ſemper neceſſariò, & in particulari, vt ſubtiliter probat Doc. in quarto vbi ſupra. Et conſiderata tantum ſecundum appetitum naturalem nō eſt elicitiua alicuius actus, ſed tantum eſt quædam naturalis inclinatio, vt probat Docto. in quarto ubi ſupra, patet ergo quomodo uoluntas, ut libera non uult aliquid neceſſariò, bene tamen uerum eſt, quòd ipſa, ut libera nō poteſt uelle miſeriam, nec poteſt nolle cōmodum, & quomodo hæc uide Docto. in quolib. quæſt. 16. & quæ ibi prolixe expoſui. *Nota*

¶ Ad tertium patet reſponſio ex dictis ad ſecundum, quia uoluntas naturalis, ut neceſſariò tendit in bonum non habet actum elicitum, ſed tantum quandam inclinationem, ſiuè naturalem tendentiam in bonum, ſed ſynderesis habet actum elicitū, ideſt quòd inclinat potentiam ad actum elicitum quo uelit bonum iuſtitiæ, & quo nolit malum culpæ, ut ſupra patet.

¶ Ad quartum dicit, quòd hæc ſola eſt libera, & habens modum agendi ſuperiorem omni alia natura creata, qa ipſa ſola poteſt agere mere liberè. *Voluntas eſt ſola libera.*

SECVNDO principaliter inſtat probando, quòd conſciētia ſit formaliter, & ſubiectiuè in uoluntate. Et primò ſic, quia ad Hæbreos uolūtas bona, &c. ſed bonitas pertinet ad uoluntatem, ergo & conſcientia. Reſpondet Doct. quòd habitus bonus, & perfectè practicus etiam includit conueniētiam ad uoluntatem, & uult breuiter dicere, quòd nunquam eſt notitia perfectè practica, niſi actu ſit conformis voluntati, ideſt niſi actu voluntas eliciat actum conformem tali notitiæ, quia tunc talis notitia habet finem, quem dictat, & licet in prologo quæſtio. ultima uelit Docto. quòd notitia dicatur ſimpliciter practica, licet actu non ſit directiua, ſed ſufficit aptitudo ad dirigendum, & per cōſequens etiam ſit ſimpliciter practica, licet voluntas non eliciat actum conformem, tamen hic uult, & bene, quòd nunquam dicitur perfectè practica, niſi actu ſit conformis uoluntati, ideſt niſi actu uoluntas eliciat actum, ut conformem tali notitiæ ſicut cauſa non dicitur perfectè cauſare, niſi ultimatè attingat illud, ad quod ordinatur, ſic in propoſito cum notitia practica ordinetur ad opus nunquā erit perfectè practica, niſi ſequatur operatio, ut conformis ad quam ordinatur, & quando ſequitur opus, ut conforme, tunc eſt perfectè practica, ſicut etiam opus non eſt perfectè morale, niſi ſit elicitum, vt conforme tali notitiæ, quando ergo nō ſequitur opus, talis notitia poteſt dici ſpeculatiua non, quòd ſit verè ſpeculatiua, cùm ſit directiua in opus, ſed pro tanto dicitur ſpeculatiua, pro quanto non habet opus, ad quod ordinatur, & hoc eſt, quod dicit Docto. quòd bonitas magis tranſumitur ad intellectum practicum, quàm ſpeculatiuū, ideſt quòd tunc habitus dicitur perfectè bonus practicè quando in uoluntate correſpondet opus conforme, & quando non correſpondet, talis habitus poteſt dici ſpeculatiuus licet in veritate ſit ſimpliciter practicus, ut patet in prologo quæſtio. ultima. Poteſt enim dici ſpeculatiuus pro quanto recedit à perfectè practico qui dicitur perfectè

practicus

practicus quando eſt cum opere in uoluntate.

¶ Secundò principaliter arguit ſic. Si conſcientia eſſet in intellectu, tunc plus ſciens de agibilibus plus eſſet conſcientiatus, conſequens eſt falſum: ergo, &c.

Conſciētia eſt habitus practicus.

¶ Reſponſio patet per dicta ad primum argumentum, quòd licet conſcientia ſit habitus practicus in intellectu formaliter exiſtens, tamē talis habitus nunquam poteſt dici perfectè practicus, nec perfectè bonus moraliter, niſi habeat opus ſibi cōforme in voluntate, & ſic plus ſciens de agibilibus & plus operans conformiter illi ſciētiæ dicitur magis conſcientiatus. Tamen Doct. dat quandam reſponſionem ſatis intrincatam, & dicit quod poteſt reſponderi ſecundum illud, ſeptimo eth. cap. 3. ꝙ in paſſionibus exiſtētes, quidam dicūt verba empedoclis, ideſt verba obſcura, ſciunt autem nequaquam, ideſt quamuis dicant verba obſcura, & etiam ſciētifica, tamen quia non habent vſum rationis, quia ſunt in paſſionibus, non intelligunt, quod dicūt, ita ad propoſitum poſſet concedi, ꝙ ſimpliciter ſciens ſcientia practica non tantum ſciens dicere verba eſt conſcientiatus, & magis ſciens eſt magis conſcientiatus. Si dicatur, quòd tales plus ſcientes ſcientia practica plura mala faciunt, quàm minus ſcientes. Dico, quòd non ſequitur, quòd ſint minus conſciētiati licet minora mala faciāt, quia poſſunt habere paſſiones, quibus vſus rationis impeditur, actu tamē plus ſcientes, & minus impediti ſunt plus cōſentiati, quia minus impediti, licet ergo habentes æqualem ſcientiam practicam in re ſint æquè conſentiati, tamen ille, qui habet vſum rationis minus impeditum eſt magis cōſcientiatus, quia minus impeditus. Nota etiam, ꝙ quilibet acumine luminis naturalis intellectus ſi non eſt impeditus eſt natus æquè perfectè acquieſcere primis principijs, practicis, & deducere concluſiones virtualiter contentas in eis, & quo ad hoc quilibet eſt æquè conſciētiatus, ſequitur in littera. Et hoc maximè videtur dici ab illo, ſcilicet Henr. cuius opi. eſt improbata, quia ſi conſcientia ſit in voluntate, vt ipſe tenet, & cum ſm eū in eodē inſtāti temporis in quo eſt voluntas mala ratio excecatur, vt ſic nullus ſit qui minus habeat de cōſcientia, & alter magis, immò nullus eorū qui habet malā volūtatē habet aliquid de cōſciētia. Et ita iſta ſolutio eſt neceſſaria vtriq; parti, ſcilicet & tenenti conſcientiam eſſe ſubiectiuè in voluntate, vt Henr. & tenenti conſcientiam eſſe in intellectu, vt Doct. &c.

Diſt. XL. Quæſt. Vnica.

Vtrum omnis actus ſit bonus ex fine.

Scotus 2. ſent. diſt. 40. q. 1.
Seraphicus Bonau. 2. ſent. diſt. 40. q. 1. artic. 1.
Riccardus 2. ſent. diſt. 40. q. 1.

CIRCA diſt. 40. querit Doct. Vtrum omnis actus ſit bonus ex fine.

Duplex bonitas.

¶ Reſpondet Doct. præmittendo vnum, ſcilicet quòd eſt duplex bonitas actus, ſcilicet naturalis, & moralis. De prima dicit, quòd ſicut in corpore pulchritudo eſt ex aggregatione omnium conuenientium illi corpori, & inter ſe, puta quantitatis coloris, & figuræ, ſicut vult Auguſt. 3. de Trin. cap. 8. bona facies, &c. ita quòd pulchritudo non eſt propriè aliqua qualitas abſoluta in corpore pulchro, ſed eſt aggregatio omnium conuenientium tali corpori, ſcilicet aggregatio debitæ magitudinis, figuræ, & coloris, & aggregatio omnium reſpectuū, qui ſunt iſtorum ad corpus, & ad ſe inuicem, & ſic pulchritudo formaliter eſt quædam conuenientia debita iſtorum ad corpus, & ad ſe inuicem, quæ conuenientia eſt tantū reſpectus, & hoc ſatis patet in primo, diſt. 17. Ita bonitas naturalis actus (non loquēdo de illa bonitate, quæ conuertitur cum ente, ſed illa bonitate, quę habet oppoſitum malum) eſt perfectio ſecūda alicuius rei integratæ ex omnibus cōuenientibus ſibi, & ſibi inuicem. Et omnibus illis cōcurrentibus eſt perfecta bonitas iuxta illud Dionyſij quarto de di. no. Bonum inquit eſt ex cauſa integra, ita quòd bonitas naturalis actus eſt integrata ex omnibus ſupradictis. Et iſta, quæ integrāt bonitatē naturalē actus ſunt omnia illa, quæ nata ſunt cōuenire actu naturaliter, & cōcurrere ad eſſe eius naturale, modo actus natus eſt naturaliter conuenire cauſæ ſuæ efficienti, obiecto, fini, & formæ, ideſt quòd tunc actus eſt bonus naturaliter quādo habet cauſam efficientem optimè diſpoſitā à qua natus eſt eſſe, & obiectum conueniens, ad quòd natus eſt terminari, & finem debitum ad quem natus natus eſt ordinari, & formam debitam, ſiuè debitum modum, quibus omnibus naturaliter perficitur, ita quòd perfectio naturalis actus non eſt formaliter ipſa cauſa efficiens, nec obiectum, nec finis, nec forma, ſed eſt formaliter quædam conuenientia aggregata ex pluribus reſpectibus, ſiuè ex pluribus conuenientijs particularibus; ſcilicet ex cōuenientia actus ad cauſam efficientem, & conuenientia ad obiectum ad finem, & ad formam, & ſic bonitas naturalis actus nón eſt formaliter qualitas abſoluta, ſed eſt tantum quidam reſpectus totalis integratus ex pluribus reſpectibus, ſcilicet ad cauſam ad obiectum, ad finem, & ad formam, & ſimiliter ex reſpectibus cauſæ ad obiectū, & obiecti ad cauſam, cauſæ ad finem, & finis ad cauſam, & ſimiliter cauſæ ad formam, & formæ ad cauſam, & huiuſdi, exemplum, nā volitio, quæ eſt actus naturalis volūtaris, tunc eſt bona naturaliter, quādo eſt à cauſa ſibi conueniente, puta à voluntate, quæ liberè producit, & ideo ſi volitio eſſet, à cauſa merè naturali, & per modum naturæ agente, tunc volitio careret perfectione quam nata eſt habere à cauſa ſibi conueniente, quia careret illo reſpectu qui eſt liberè elici, & ſic non haberet illam conuenientiā ad cauſam efficientem, quam ex natura ſua nata eſſet habere, nam ex natura volitionis eſt, quòd liberè eliciatur, & hoc quia talis actus, ſiuè talis entitas. Habet etiam bonitatem ab obiecto, quando ſcilicet trāſit ſuper obiectum debitum, nam obiectum debitum volitionis eſt tantum bonum, & hoc loquendo de bono in communi, quod eſt commune ad bonum commodi, & ad bonum honeſti, & ideo ſi trānſiret ſuper malum, tunc non haberet obiectū ſibi conueniens, & ſic non haberet illam perfectionem, quam ex natura nata eſſet habere ex obiecto ſibi conueniente. Et licet volitio non poſſit tranſire ſuper malum, vt malum eſt, vt expoſui ſupra diſt. 6. quæſtio. 1. & magis patet in quolib. quæſt. 16. & vide, quæ ibi expoſui, tamen ſi per impoſſibile poſſet tranſire ſuper malum, tunc non haberet obiectum ſibi conueniēs, & ſic careret perfectione naturali nata ſibi conuenire ex obiecto. Et tunc volitio dicitur bona ex genere, quando tranſit ſuper obiectum conueniens, & hoc ſi trāſit ſecūdū dictamen rectæ rationis, vt ſupra patuit in iſto ſecundo, d. 7. Et quia oē per ſe agēs agit ꝓpter finē, vt patet ſecūdo phyſic. tex. cōmen. octaui, ex intētione, & voluntas eſt per ſe agens, cum ſit agens per cognitionē, quod agēs eſt per ſe agens, vt patet ſecūdo phyſi. tex.

Quid ſit pulchritudo.

Mirabilis vir, cuius doctrina eſt ſingularis.

tex.commen.50.ideo ſi voluntas agit, ſiuè elicit actum volendi debet illum elicere ordinãdo ad finem ſibi conuenientem, & ita ſi careret debito fine, tũc careret perfectione nata ſibi naturaliter cõuenire ex fine ſibi naturaliter conueniente. Similiter ex quo volitio nata eſt habere debitum modũ ſi careret illo, tunc careret perfectione quam naturaliter nata eſt habere. Dico ergo, quòd bonitas naturalis actus volendi eſt quædam conuenientia totalis integrata ex pluribus couenientijs, videlicet, ex cõuenientia actus terminata ad cãm liberã, & ex conuenientia terminata ad obiectũ ſibi naturaliter cõueniẽs, & ex cõuẽiẽtia terminata ad finẽ natũ ſibi naturaliter conuenire, & ex cõuenientia terminata ad formam, ſiuè ad modum natum ſibi naturaliter conuenire. Similiter talis perfectio requirit conuenientiam cauſæ liberæ ad obiectũ conueniẽs, & econtra. Et ſimiliter cauſæ liberæ ad finem, & ad formam debitam, & econtra. Et ſic cum illa quatuor, ſcilicet cauſa libera, obiectum conueniens, finis, & forma habent adinuicem debitã conuenientiam, & ſimiliter cum iſta quatuor debitè conueniunt ipſi actui volendi, & tunc omnia iſta integrãt bonitatem naturalem actus. Et nota, quòd cũ dicit Doct. quod bonitas naturalis actus eſt perfectio ſecunda alicuius rei integrata, & ſic perfectio prima actus, ſiuè quiditatiua eſt entitas abſoluta ipſius actus, & vt ſic præcisè conſideratur, eſt quædã qualitas abſoluta, ſed ſecunda perfectio actus naturalis eſt præcisè illa tota conuenientia integrata ex omnibus cõuenientijs ſupradictis, ita quòd perfectio ſecunda naturalis ipſius actus, puta actus volendi eſt tantum reſpectus qui formaliter eſt conueniẽtia, ſiuè conformitas actus ad cauſam efficiẽtem ad obiectum ad finem, & ad formam, & conformitas cauſæ ad obiectum ad finem, & ad formã, materiam, & ecõtra. Et addit, quòd omnibus iſtis deficientibus, & natura ſtante, quæ deberet perfici illis eſt perfectè mala, ideſt quòd ſi actus volendi careret omnibus conuenientijs, ſcilicet conuenientia ad cauſam, ad obiectum, ad finem, & ad modũ, &c. tũc natura talis actus eſſet perfectè mala, quia priuata omni perfectione ſecunda nata ſibi naturaliter conuenire, ſed ſi non careret quibuſdam, puta ſi actus volẽdi careret conuenientia ad finem, & ad formam, & non careret conueniẽtia ad cauſam, & ad obiectum, tunc natura talis actus ſiuè entitas quiditatiua illius eſſet tantum mala, ſed non perfectè mala.

Quæ ſit bonitas naturalis actus volendi.

¶ De ſecũdo principali, ſcilicet de bonitate morali actus. Dicit Doct. quod bonitas actus moralis eſt ex aggregatione omnium conuenientium actui non abſolutè ex natura actus, ſed quæ conueniunt ei ſecundum rectam rationem.

Aduerte & bene.

¶ Hic aduerte, ꝙ propriè bonitas moralis actus eſt conformitas ipſius ad rationem rectam, ſiuè ad dictamen rectum, vt ſatis patet à Doct. in prolog. quæſt. vlti. & diſt. 17. primi, & diſt. 7. ſecundi, & 33. tertij, & 14. quarti. quæſt. 2. & 18. quæſt. quolib. Licet enim actus volendi eſſet à cauſa libera, & tranſiret ſuper obiectũm conueniens, & eſſet ordinatus ad debitum finem, & haberet debitum modũ, & ſimiliter circumſtantiam loci, & temporis, & nõ eſſet elicitus conformiter dictamini recto, talis actus eſſet quidem bonus naturaliter, ſed non eſſet bonus moraliter, bonitas ergo moralis addit conformitatem actus ad rectam rationem. Nam cum dictamen rectũ, ſiuè ratio recta, ſiuè notitia actualis practica, (quæ dicitur ratio recta, ſiuè dictamẽ rectum (vt aliàs expoſui) dictat voluntati de omni circumſtantia nata conuenire actui, puta cum dictat, quòd actus volẽdi debet elici liberè, & nõ coactè, & quòd debet elici circa obiectum conueniẽs & propter finem conuenientem, & modo debito, & loco, & tẽpore, tunc talis actus ſic elicitus à voluntate conformiter dictamini recto eſt perfectè moralis, & hoc eſt, quòd Doct. intendit. Sequitur, quia igitur actui ratio recta dictat determinatum obiectum conuenire, & determinatum modum, & alias circunſtantias, puta finis loci, & temporis, non eſt completa bonitas ex ſolo fine, ſed prima ratio bonitatis eius eſt ex conuenientia actus ad efficiens à quo actus dicitur moralis, quia liberè elicitus, & hoc eſt commune actui bono, & malo, neque enim actus eſt laudabilis, niſi ſit à voluntate.

¶ Aduerte tamen, quòd cum dicit Doct. ꝙ prima ratio bonitatis actus eſt ex conuenientia cauſæ, nõ loquitur de primitate perfectionis, ſed fortè de primitate originis, quia ratio recta, prius origine dictat actum eſſe eliciendum liberè à cauſa, prius enim ratio recta reſpicit cauſam actus, & deinde obiectum, ſuper quod debet tranſire actus, & poſt reſpicit finẽ, & ſic deinceps de alijs circumſtantijs.

Nota & bene.

¶ Secunda conditio eſt ex obiecto, ideſt quòd ſecunda circunſtantia requiſita ad actum moralem eſt, quòd talis actus eliciatur à volũtate circa obiectum conueniens, & tunc quando ſic elicitur actus eſt bonus ex genere, & dicitur bonus ex genere, quia talis actus, vt includens circunſtantiam obiecti eſt indifferens ad vlteriores bonitates, quæ ſumuntur ex circunſtantijs ſpecialibus, nam talis actus natus eſt vlterius perfici circunſtantia finis, modi, tẽporis, &c. Et dicitur bonus ex genere, non vt præcisè tranſit ſuper obiectũ conueniens, ſed vt tranſit ſuper obiectum ſecundum rectam rationem, hoc eſt, à recta ratione dictatum eſſe ſibi conueniens, vt patet à Doct. in iſto ſecundo, di. 9. Ibi poſt iſtud prima circunſtantia eſt ipſius finis, nec iſta ſufficit ſine alijs circunſtantijs ſicut eſt circunſtãtia formæ, puta, quòd debito modo fiat, vt cum quis dat eleemoſinam pauperi propter Deum, tũc dat debito modo quando promptè, & hilari vultu, & modo honeſto dat, ſed dat indebito modo quando dat vultu triſti, & cum impetu, & huiuſmodi, & ſequuntur circunſtantiæ magis extrinſecæ, ſcilicet quando & vbi, & huiuſmodi.

¶ Ex his ergo patet reſponſio ad quæſt. quòd ſola bonitas finis, ſiuè ſola circunſtantia finis etiã cũ talis circunſtantia intenditur à voluntate ſecũdum rectam rationem non ſufficit ad bonitatem moralem actus, ſed requiruntur aliæ circunſtantiæ ſecundum ordinem prædictum ad hoc, quòd ſit perfecta bonitas actus moralis, & ſic patet quid dicendum ad quæſt.

NVNC reſtat ſoluere argumenta principalia, quibus Doc. probat partem oppoſitam, ſcilicet ꝙ omnis actus ſit bonus moraliter ex ſolo fine. Et arguit primò ſic autor. Auguſt. cap. 13. in littera. Bonum opus intentio facit, ideſt quòd intentio finis reddit opus bonum, nam intẽtio formaliter, vt ſupra patuit diſt. 38. reſpicit finem.

¶ Reſpondet Doc. quòd autoritas eſt ad oppoſitum, quia & ſi finis ſit conditio principalior, ſiuè prima cõditio primitate perfectionis pertinens ad bonitatem moralem actus, non tamen eſt ſufficiẽs ſimpliciter, loquẽdo etiam de bonitate meriti, quæ addit ſuper bonitatem moralem, adhuc illa bonitas meritoria eſt principaliter ex fine, quia ſuppoſita completa bonitate morali actus ſupperadditur bonitas meritoria, quæ eſt relatione debita iſtius actus in finem, ſcilicet vltimum, quæ relatio debita tunc fit quãdo actus elicitur à charitate hoc eſt, vel à charitate inclinãte voluntatem ad talem actum, vel à charitate, vt à cauſa partiali ad talẽ actum, de quo

Quomodo charitas concurrat.

quo vide Doct.in primo, diſt.17.ſcilicet quomodo charitas concurrat an tantum inclinatiuè, an etiam, vt cauſa partialis actus. Et quomodo bonitas meritoria actus præſupponat perfectam bonitatem moralem ipſius, vide Doct.in primo, diſt.17.& in iſto ſecundo, diſt.7.& in quolib.q.17. Sequitur, & quo ad hoc poſſunt auctoritates de fine exponi, ꝙ ſcilicet bonitas meritoria eſt ex fine, patet, quia actus dicitur meritorius inquãtũ eſt à charitate, ſed charitas primò, & principaliter inclinat voluntatẽ ad eliciẽdum actum propter vltimum finem, & quomodo hoc vide Doct.in tertio, diſt.28.& 29.& nota, quæ ibi prolixè expoſui.

¶ Secundò principaliter arguit, actus intelligendi eſt verus ex principio, ideſt eſt euidens ex principio, ſed finis eſt hic, ſicut ibi principium, patet, quia ſicut principium in ſpeculabilibus ſic finis in operabilibus ex ſecundo phyſic.tex.commen.89.ergo ſicut actus intelligendi habet euidentem veritatem ex principio, ita opus habet bonitatem ex fine.

¶ Reſpõdet Doct.quòd cauſa efficiens actus intelligendi, loquendo de illa, quæ eſt ex parte intellectus naturaliter agit, nec poteſt difformiter agere ipſi obiecto, ideo ſemper rectè agit, nam intellectus eo modo intelligit obiectum, quo eſt ſibi præſens, nec eſt in poteſtate eius ſic, vel ſic intelligere, ſiue ſic, vel ſic aſſentire cum ſit cauſa merè naturalis, & de hoc ſatis dictũ eſt in primo, d.1.q.2.3.&4. Et voluntas propter ſui libertatem non ſemper cõformiter agit ſuo obiecto, nã poteſt elicere actũ, & propter vltimum finẽ, & nõ propter vltimum finẽ poteſt enim frui ente ad finem, & vti vltimo fine, quod tamen eſt maxima peruerſitas, vt patet per Aug.83.q.30. Omnis itaque humana peruerſio eſt, quod etiam vitium vocatur fruẽdis vti velle atque vtendis frui, &c. Sequitur in littera, quando igitur eſt rectitudo ex parte principij mouentis, totus actus rectus, nõ ſic ex parte finis, vult dicere, quòd quando rectitudo actus eſt ex ſolo obiecto mouẽte potentiam, tunc actus ex ſolo obiecto eſt rectus, & ſic in propoſito, quia tota euidentia actus intelligẽdi eſt ab obiecto, ideo à ſolo obiecto mouẽte actus intellectus eſt euidẽs, & ſimiliter, quia tota rectitudo actus intelligẽdi practici eſt à ſolo fine, vt obiecto, non, vt cauſa finali, vt patet à Doc.in prolog.q. vlti.& per ea, quæ ibi expoſui, ideo tota rectitudo talis actus eſt ab ipſo fine, vt obiecto, ſed in ꝓpoſito bonitas actus moralis nõ eſt ex ſolo fine, vt ſupra patuit, ideo actus nõ eſt moraliter bonꝰ a ſolo fine.

¶ Tertiò, & vltimò arguit ſic, bonitas eſt ab aliqua vna cauſa, patet, ꝗa effectus p ſe eſt ab vna cauſa per ſe, ſed nulla alia poteſt dari niſi finis ergo, &c.

¶ Reſpondet Doct.ꝙ illa vna bonitas moralis integrat in ſe perfectiones omnes cõuenientes actui, & non eſt aliqua vna ſola perfectio, vt ſupra patuit, & ideo talis bonitas eſt à pluribus cauſis, & de hoc vide Doct.in primo. diſt.17.& in quolib.quæſt.18.

Diſt. XLI. Quæſtio Vnica.

Vtrum aliquis actus poſſit eſſe indifferens.

Seraphicus Bonau. 2.ſent.diſt.41.q.3.art.1.
Scotus 2.ſent.diſt 41.q.1.
D.thomas prima ſecundæ.q.18.art.9.
Riccardus 2.ſent.diſt.41.q.3.
Durandus 2.ſent.diſt.41.q.3.

Opi. S.Tho. & etiam S. Bonauent.

CIRCA diſtin.41.Quærit Doct.vtrũ aliquis actus poſſit eſſe indifferens.

¶ Reſpondendo ad quæſt. Primò recitat vnam opi.quę eſt Tho.prima ſecũdæ quæſt.18.ar.9. Et ſimiliter Bonauen. In ſecũdo, diſt.præſenti, quæ opi.dicit, quòd aliud eſt loqui de actu ſingulari, puta de hac dilectione, & aliud de actu communi, puta de dilectione in cõmuni, loquendo primo modo, dicit opinio, ꝙ eſt impoſſibile talem actum eſſe indifferentem, quia talis, vel eſt neceſſariò moraliter bonus, vel moraliter malus, loquendo etiam de actu demeritorio, dicit ꝙ ſignatò quocunque actu ſingulari, talis neceſſariò, vel eſt meritorius, vel demeritorius. Nec oportet hic aliter adducere rationes eorum. Sed loquendo de actu in communi dicunt, quòd talis actus poteſt eſſe indifferens ad actum ſingularem meritorium, & ad actum ſingularem demeritorium, ita ꝙ talis actus omnino in ſe conſideratus nõ erit formaliter meritorius, nec formaliter demeritorius, ſicut etiã homo in communi eſt indifferens ad Franciſcum, & Ioan.& quo ad hoc ſecundũ membrum opi.dicit verum, ſed nõ eſt ad intentionem q.quia q.tantum quærit de actu ſingulari.

¶Ibi. Aliter poſſet dici. nũc Doct.ponit opi.propriã, & duo facit, primò quærit an poſſit eſſe actus ſingularis indifferens, loquẽdo de bonitate, & malitia morali, ita quòd detur aliquis actus, qui nec ſit moraliter bonus, nec moraliter malus. Secũdò loquendo de bonitate meritoria, & malitia demeritoriè oppoſita, an poſſit eſſe actus ſingularis, ꝙ nec ſit bonus meritoriè, nec malus demeritoriè. *Opinio propria Scoti.*

¶ De primo actu dicit, quòd loquendo de bonitate, & malitia, ſcilicet morali comparando ad actum naturalem, videtur poſſe inueniri actus indifferens, qui ſcilicet habeat determinatam ſpeciẽ in genere naturę per comparationẽ ad omnes cauſas ſuas, & poſſit tamen habere indifferenter bonitatem moralem, & malitiam, quod probatur. Primo, quia ſecundum philoſophum ſecũdo ethi.habitus iuſtitiæ generatur ex operibus iuſtis, non tamen iuſtè factis, iſte actus nõ eſt bonus moraliter, quia nõ ex virtute. *Secundo ethic. cap. 1. & inde.* Similiter de actibus elicitis poſt virtutem, quia non videtur neceſſitas, quòd voluntas habens virtutem ſemper vtatur neceſſariò, ſed tantum quando occurrit paſſio, ita vehemens, quę ſubuerteret rationem, niſi vteretur virtute. Hæc littera Doct. poteſt multipliciter intelligi, nam cũ primo dicit, quòd actus naturalis in ſpecie determinatus per cõparationẽ ad omnes cauſas ſuas, &c. iſtæ cauſæ, aut intelliguntur tantum effectiuè actus, aut accipiuntur pro omnibus circunſtantijs naturaliter natis ineſſe actui. *Littera Doct. poteſt multipliciter intelligi.* Primo modo erit tantum actus bonus naturaliter ex potentia, & obiecto, tenendo, quòd obiectum concurrat ad actum elicitum voluntatis ſecundum tertiam opinionem recitatã ſupra diſt.25.& talis actus eſt naturaliter bonus ex genere, quia habet bonitatem quam ex natura natus eſt habere à potentia, & obiecto ſibi cõuenientibus, talis ergo actus non eſt perfectè bonus bonitate naturali, nec perfectè malus malitia naturali, vt ſupra patuit diſt.40. Sed ſecundo modo dicitur actus naturaliter bonus ex omni cauſa quando talis actus habet conformitatem ad cauſam efficientem ad obiectum, ad finem, & ad formam, & tũc eſt pfectè bonꝰ bonitate naturali nata ſibi naturaliter competere. Loquendo de iſto actu ſecundo modo poteſt intelligi indifferẽs ad bonitatem moralem, & ad malitiam oppoſitã dupliciter, primò, ꝙ actus dicatur moralis, qui elicitur à virtute morali, & ille non dicatur bonus moraliter qui non elicitur à virtute morali, tenendo, enim quòd actus bonus moraliter ſit à virtute morali, vt puta actus iuſtitię moralis ſit ab habitu iuſtitię morali, vt multi tenent, loquendo hoc modo bene poteſt eſt actus perfectè bonus bonitate naturali, qui tamen non

præſupponit

præſupponit in voluntate virtutem moralem, ſicut quis poteſt dare eleemoſinam pauperi, & hoc liberaliter, propter debitum finem, & modo debito, qui finis erit, vt ſubueniat neceſſitati pauperis, & tamen non habebit in volũtate habitũ virtutis inclinantem ad hoc, & ſic talis actus nõ erit bonus moraliter, quia non à virtute morali, nec malus moraliter, patet, quia talis actus nõ eſt vituperabilis, actus enim malus moraliter eſt actus vituperabilis, & imputabilis, vt patet à Doc. in quolib. quæſt. 17. & 18. Et hoc modo poteſt intelligi dictum philoſophi, ꝙ habitus iuſtitiæ generatur ex actibus iuſtis, ſed non iuſtè factis, ideſt ꝙ generatur ex actibus bonis bonitate naturali, ſed non iuſtè factis, ideſt non moraliter factis, quia tales actus non ſunt geniti à virtute morali, & tamen non ſequitur illi actus ſunt iuſti, ideſt boni bonitate naturali, & non ſunt iuſti, ideſt boni bonitate morali, ergo ſunt iniuſti, ideſt mali malitia morali, non ſequitur, quia ſi eſſent mali malitia morali eſſent vituperabiles, cuius oppoſitũ experimur, poſito etiam, quòd quis habeat habitum virtutis, puta habitum iuſtitiæ adhuc ſtat, quòd eliciat actum indifferentem ad actum bonũ bonitate morali, & ad actum malum malitia morali, patet, quia non apparet aliqua neceſſitas, quòd habens habitũ moralem puta temperãtiam eliciat actum temperantiæ ſecundum inclinationem talis habitus, ſicut etiam habens charitatem non apparet neceſſitas, ꝙ eliciat omnem actum etiam nõ bonum moraliter ſecundum inclinationem charitatis. Et ſi apparet aliqua neceſſitas, tunc eſt quando occurrit paſſio ita vehemens, quæ ſubuerteret rationem, niſi vteretur tali habitu virtutis. Sed quia tamen Doct. nõ tenet, ꝙ actus ſit præcisè bonus bonitate morali ab habitu virtutis, cum iſte expreſsè teneat in quarto d. 14. q. 2. quòd non eſt de ratione actus moralis, quòd ſit elicitus à virtute morali, vel quòd ſit generatiuus virtutis moralis, ad hoc enim, vt ſit perfectè moralis (poſito etiam, ꝙ nullus habitus virtutis moralis ſit in voluntate) ſufficit, quòd ſit elicitus conformiter rationi rectæ, ſiuè dictamini recto, vt patet à Doct. in primo, q. vlt. prolo. & diſt. 17. primi, & in ſecundo, d. 7. & 42. & in tertio, di. 33. & in quarto, diſt. 14. q. 2. & in quolib. 18.

Quomodo habitus generatur ex actibus.

¶ Poteſt ergo exponi dictum Doct. ſecũdo modo, ſic intelligẽdo, quòd actus dicitur præcisè bonus bonitate morali, quia elicitur conformiter rationi rectæ actu dictanti de omni circumſtantia requiſita ad actum moralẽ, de quibus circunſtantijs dictum eſt ſupra diſt. 40 Dicit ergo Doc. quòd poteſt eſſe actus perfectè bonus bonitate naturali, qui, erit elicitus à voluntate liberè circa obiectum conueniens propter finem conuenientem, & modo ſibi debito, qui tamen actus, nec erit moraliter bonus, nec moraliter malus, quòd non ſit moraliter bonus, patet, quia licet habeat omnes circunſtantias ſupradictas, non tamen habet eas ſecundũ dictamen rectæ rationis, quod requiritur ad hoc, vt ſit moraliter bonus, nec etiã eſt moraliter malus, quia tũc talis actus eſſet vituperabilis, niſi dicatur, quòd eſſet moraliter malus priuatiuè ſeu negatiuè, quia careret conformitate ad rationem rectã. Dico primò, quòd eſſet tantũ negatiuè moraliter malus, non tamen contrariè, quia ſi eſſet cõtrariè moraliter malus, tunc eſſet vituperabilis, & dicitur negatiuè moraliter malus quando tantum negat aliquam circunſtantiam requiſitam ad actum perfectè moralem, vt cum quis liberè dat eleemoſinam pauperi actu non cogitando de fine, tunc talis datio eſt tantum mala moraliter negatiuè, ſed quãdo eſt malus contrariè, tunc ponit circunſtantiam repugnantem circumſtantiæ debitæ, vt cum quis dat eleemoſinam propter vanam gloriam tanquã propter finem. Sed de hoc prolixè dictũ eſt ſupra d. 7. & in quolib. q. 18. & vide quæ ibi expoſui.

Quomodo actus dicatur bonus.

¶ Dico ſecundò, quòd licet talis actus non ſit elicitus conformiter rationi rectæ, tamẽ non eſt malus moraliter, quia vt ſic natus eſt elici conformiter rationi rectæ, quia vt ſic non includit aliquam circunſtantiam repugnantem actui morali, immo includit omnem circunſtantiam natam dictari à ratione recta.

¶ Intelligendo ergo hoc modo poteſt exponi autoritas philoſophi, quòd iuſtitia generatur ex operibus iuſtis, non tamen iuſtè factis, dicitur enim opus iuſtum, ſiuè actus iuſtus, qui habet omnes circunſtãtias requiſitas ad actum bonum bonitate naturali, ſed quia tamen talis actus nõ habet tales circunſtantias actu dictatas à ratione recta dicitur nõ iuſtè factus, quia non conformiter elicitus rationi rectæ, & tamen non ſequitur non eſt iuſtè elicitus, quia non conformiter rationi rectæ, ergo eſt ſimpliciter iniuſtè elicitus ſeu vituperabilis, eſt tamen ſecundum quid iniuſtè elicitus accipiendo ly iniuſtè, pro vt præcisè dicit negationẽ actualis conformitatis ad rationem rectam. Et ſimiliter poteſt exponi littera ſequens cum dicit, ſimiliter de actibus elicitis poſt virtutem, poteſt hic accipi virtus non pro habitu virtutis moralis exiſtentis in voluntate, ſed pro habitu virtutis intellectiuæ, ſiuè exiſtẽtis in intellectu, puta pro habitu prudentiæ cauſato ex pluribus dictaminibus rectis. de quo vide Doct. in primo, di. 17. Loquendo ergo de tali virtute, dicit Doct. quòd licet quis habeat talem habitum virtutis in intellectu, tamẽ poteſt elicere actum perfectè bonum bonitate naturali, & non ſecundum actuale dictamen talis virtutis, quia non apparet neceſſitas, quòd quãdo elicit talem actum, quòd actu cogitet de circũſtantijs requiſitis ad bonitatem naturalem illius actus, ſed ſi eſt neceſſitas vtẽdi tali virtute, tunc eſt quando occurrit talis paſſio, quæ nata eſt obruere dictamẽ rectum, niſi actu vteretur tali virtute, ſiuè recto dictamine talis virtutis.

Optima expoſitio verborum Ariſ.

Expoſitio litteræ.

DE ſecundo principali, ſcilicet de bono, & malo meritoriè, vel demeritoriè, & antequam ponat concluſionem, in qua tenet, quòd datur actus neuter perfectè moralis, qui tamen non eſt meritorius nec demeritorius præmittit aliqua. Primò, quòd actus meritorius, ſiuè demeritorius, ſiuè ratio meriti in actu præſupponit bonitatem moralẽ actus, ſcilicet quòd actus non poteſt eſſe meritorius, niſi ſit moralis. An modo requiratur bonitas moralis perfecta, ſic quòd actus non poſſet eſſe meritorius niſi actu conformiter eliciatur rationi rectæ ſecundum omnes circunſtantias requiſitas, de hoc nõ eſt præſens ſermo. Dicit ergo Doc. quòd meritum vltra bonitatem moralem actus addit relationem ad vltimum finem, quæ relatio ſit ex charitate inexiſtente, ideſt quòd actus non eſt formaliter meritorius, niſi actu eliciatur à voluntate in ordine ad Deum, & hoc charitate inclinante voluntatem, ſiuè partialiter concurrente ad talem actum ſic in Deum relatum. Sed de ratione meriti formaliter in quo conſiſtat, vide Docto. in primo, diſtin. 17. & in tertio, diſt. 18. & ſpecialiter in quolib. quæſt. 17. vbi videtur addere aliqua vltra dicta in primo, & & tertio, & in hoc non videtur multum inſiſtendũ, ſed ſufficit hoc habere, ꝙ actus ad hoc, vt ſit meritorius oportet, quòd ſic relatus in Deum, ſiuè propter Deũ elicitus, & hoc eſt charitate non exiſtente.

¶ Secundò præmittit, quòd actũ referri in Deũ ex charitate poteſt tripliciter intelligi, ſcilicet vel actualiter, vel virtualiter, vel habitualiter. Primo modo refertur actualiter quando intellectus actu

Actus ad hoc ſit meritorius.

dictat

dictat, quòd voluntas velit diligere proximũ propter Deũ, & ex charitate, tunc talis dilectio actualis ſic cõformiter elicita rationi rectę eſt actus, actu relatus in Deum ex charitate. Similiter idem dico de actibus imperatis in alijs potentijs, puta de actu temperantiæ, vt quando voluntas imperat actum temperantiæ in parte ſenſitiua propter Deum ex charitate, & ratione recta ad hoc dictãte, talis actus imperatus eſt actus actualiter relatus in Deum. Secundo modo, ſcilicet virtualiter dicit Doct. ſic, ſicut ex cognitione, & dilectione finis deuentũ eſt ad volitionem huius entis ad finem, puta ex cognitione, & dilectione Dei pertinente ad portionem ſuperiorem, portio inferior conſiderat talem actũ, puta pœnitentiam eſſe aſſumendam, & poſtea illũ exequitur volendo, non tamen tunc referendo in finem, quia nec tunc actualiter cognoſcitur, nec diligitur. *Opinio aliquorum Scotiſtarum.* Aliqui Scotiſtæ ſic dicunt virtualiter inquiunt cum ex amore actuali ipſius Dei deueni in cognitionem peccati mei, & hoc ob amorem eius, quia eſt eius offenſiuum triſtor, & pœnitentiam facio, non tamen tunc actualiter illum actum pœnitentiæ in Deum refero actualiter, quia nec de Deo cogito, nec tunc Deum actualiter amo, talis actus pœnitentiæ eſt virtualiter tantum in Deum relatus hæc ille. Tamen pro clariori intelligentia nota aliqua, primo quòd dicit Doct. in quarto, diſtin. 14. quæſt. 2. de pœnitentia virtuali, puta de diſplicẽtia peccati, quæ tunc dicitur virtualis, non quod actu eliciatur aliquis actus diſplicentiæ de peccato, ſed ex hoc ſolo, quòd quis intenſè diligit Deum in ſe, & propter ſe, talis dilectio Dei poteſt dici pœnitẽtia virtualiter, ex hoc ſolo, quòd dilectio Dei, ita intenſa virtualiter includit diſplicentiam de peccato, & hoc patet, quia ſi quis intenſè diligit Deum propter ſe ſi actu cogitaret de peccato, vt Dei offenſiuo ſtatim eliceret actum diſplicẽtiæ, quia iſta non videntur ſimul ſtare, quòd quis diligat Deum, & non doleat de offenſione Dei. Et de tali actu virtuali non loquitur hic Doct. quia hic loquitur de actu virtuali actu elicito ex amore Dei prius habito. *Nota.* Nota etiam, quæ dicit Doct. ſupra in iſto ſecũdo, diſt 35. de auerſione virtuali, & per conſequẽs de conuerſione virtuali, quis enim virtualiter auertitur a Deo quando committit actum oppoſitum cõuerſioni virtuali in Deum, vt patet de odio proximi, dilectio enim proximi, & ſi non formaliter eſt conuerſio in Deum, eſt tamen virtualiter conuerſio in ipſum, quia pro quanto dilectio proximi virtualiter continetur in dilectione Dei, quia iſta non ſtant ſimul, quòd quis diligat Deum, propter ſe, & odiat proximum, & hoc de potentia Dei ordinata, ſecus de potentia Dei abſoluta, vt expreſsè patet à Doct. in tertio, diſt. 28. & nota, quæ ibi expoſui. Dicitur ergo ibi conuerſio virtualis cũ quis diligit proximum propter Deum, & licet talis dilectio proximi ſit actu relata in Deum, tamen dicitur conuerſio virtualis ex hoc ſolo, quòd nõ formaliter, & immediatè eſt in Deum, ſicut dicimus, quòd odium Dei formaliter auertit à Deo, & per conſequens dilectio Dei in ſe cõuertit formaliter in Deum. Adhuc loquendo de tali actu virtuali nõ eſt ſermo in propoſito, quia talis actus virtualis ſimul ſtat cum actuali dilectione Dei, ſed actus virtualiter relatus in Deum in propoſito non ſimul eſt cum dilectione Dei actuali propter quam elicitur talis actus, quia tunc eſſet actus relatus in Deum.

Littera Doctoris poteſt habere duplicem ſenſum.

¶ Dico ergo, quòd hæc littera Docto. poteſt habere multiplicem ſenſum, nam primo poteſt ſic intelligi, quòd quis diligat Deum in ſe, & propter ſe, quæ dilectio duret per horam, & poſt illam horam actu diligat proximum non in ordine ad Deum, & talis ſenſus non videtur ad mentem litteræ, quia ſi talis amor proximi natus ſit virtualiter cõtineri in amore Dei, quia tamen non præcedit ex amore Dei, vt patet, quia tunc non eſt amor Dei, ideo ad mentem litteræ non dicitur virtualiter relatus in Deum. Secundò poteſt ſic intelligi, quòd quis actu diligat Deum, & ſtante dilectione illa conuertat ſe ad proximum diligendo illum ex amore ipſius Dei, ſic quòd dilectio Dei ſit continuata per mediam horam, & ſimiliter dilectio proximi, & poſt vltimũ inſtans medietatis horæ ceſſat dilectio Dei in ſe, ſed continuetur dilectio proximi per aliam mediam horam, tunc dilectio proximi, quæ ſimul fuit cum dilectione Dei actu fuit relata in Deũ, & eadem dilectio per aliam medietatem horæ dicitur virtualiter relata in Deum, & hic ſenſus videtur ſtare cum intentione litteræ. Tertiò poteſt ſic intelligi, quòd quis actu diligat Deum in ſe, & propter ſe, & ſtante dilectione Dei actu diligat proximum non tamen referẽdo illum amorem in Deum, ſed quod tantum abſolutè ipſum diligat, talis dilectio fortè nõ dicitur virtualiter relata in Deum, & hoc ſi non procedit ex dilectione Dei. Si verò talis dilectio procedat ex dilectione Dei, vt cum quis diligit Deũ propter ſe, & poſt cogitãdo de proximo, quòd eſt creatura Dei diligat ipſum proximũ abſolutè, ita quòd talis amor procedat ex amore Dei tunc talis ſenſus erit ad mẽtem litteræ. Quarto modo poteſt intelligi, & magis ad ſenſum litteræ quãdo quis actu diligit Deum propter ſe, & ſimul cogitat peccatum, vt offenſiuum Dei, & actu elicit diſplicentiam de peccato propter Deum, & actu imperat in parte ſenſitiua puta abſtinẽtiam, vel peregrinationem, & huiuſmodi, & immediatè poſt ceſſet ipſa dilectio Dei, ſed cõtinuetur abſtinentia, & peregrinatio, tunc talis actus abſtinentiæ, vel peregrinationis qui originaliter præceſſit ex amore Dei dicitur virtualiter relatus in Deum. Non enim credo, quòd diſplicentia peccati, vel actus abſtinẽtię imperatus ſi tantum eliciatur poſt amorẽ Dei, quòd virtualiter ſit actus relatus in Deum, niſi modo præexpoſito. Et hoc etiam fortè poteſt eſſe cõforme dicto. Doct. in quarto, diſt. 6 de intentione actuali, & virtuali, vt cum quis actu propter Deũ aſſumit pœnitentiam actu cogitando de illa, & de Deo, tunc talis actus pœnitentiæ dicitur virtualiter contineri in actuali pœnitentia actu relata in Deum, & ſi talis actus diceretur etiam virtualiter relatus in Deum.

¶ Tertio modo dicitur actus relatus in Deum tantum habitualiter, puta quia habet habitum qui eſt principium referendi actum in Deũ, & ſic omnis actus referibilis in finem manens cum charitate dicitur referri habitualiter, ita quòd talis actus elicitus à volũtate informata charitate, nec actualiter, nec virtualiter ſit ex charitate relatus in Deũ, vt cum quis actu diligit proximum non conſiderãdo, nec de Deo, nec de lege ipſius, talis actus non actu refertur in Deum ex charitate, nec etiam virtualiter, cum non procedat ex amore Dei, &c.

¶ Tertiò principaliter præmittit, quòd actus tripliciter poteſt non referri in Deum primò negatiuè abſolutè, vt quando actus, nec actualiter, nec virtualiter refertur ex charitate in Deum, ſicut cũ quis actu dat eleemoſinam pauperi non ex amore Dei, nec cogitans de ipſo Deo, ſed vt præcisè ſubueniet indigentiæ pauperis talis actus, nec virtualiter refertur in Deum. Secundò actus non refertur in Deum priuatiuè, puta quia non eſt natum referri ſicut peccatum veniale, quia licet ſtet cum charitate non eſt tamen natum cum charitate referre, *An actus referatur in Deum*

in finem, & dicitur talis actus non referri priuatiuè, ex hoc, quòd eſt ibi priuatio alicuius circunſtātiæ, quæ nata eſſet ineſſe actui, vt cum quis corrigit proximum, ſed non debito modo, tunc talis actus correctionis carens tali circunſtantia erit cōmuniter peccatum veniale, dicitur ergo talis actus irreferibilis priuatiuè, non quòd ſit actus natus referri, ſed dicitur priuatiuè ex hoc, quòd priuat aliquam circunſtantiam propter quam priuationem non poteſt referri in Deum ex charitate. Tertiò dicitur actus non referri contrariè, quia ſcilicet corrumpit principium referendi, ſcilicet charitatem, vt peccatum mortale, nam peccatum mortale corrumpit charitatem, non quòd cōtrarietur ſibi formaliter, vel virtualiter, ſed tantum demeritoriè, vt ſupra patuit in iſto ſecundo, diſt 28. & ſatis, patet in quarto, diſtin. 1. quæſt. 1. reſpondendo ad argumenta principalia, & quæſt. 6. & ſingulariter di. 16. quæſt. 2. vbi quærit Doct. an infuſio gratiæ, & expulſio culpæ ſint duæ mutationes reales.

¶ Iſtis præmiſſis ponit Doc. aliquas concluſiones. *Prima concluſio.* Prima eſt, quòd loquendo dė actu non referribili in Deum ſecundo, & tertio modo, tantum actus eſt malus, quia actus ſecundo modo eſt peccatum veniale, & tertio modo peccatum mortale. *Secunda cōcluſio.* Secunda eſt, quòd loquendo de actu referribili in Deum ex charitate dicit, quòd actus primo, & ſecundo modo eſt meritorius cum talis actus referatur in Deum ex charitate, & licet hic dicat de actu ſecundo modo, quòd ſit probabile ipſum eſſe meritorium, tamen abſolutè videtur dicendum ipſum eſſe meritorium, quia ſaltē elicitur virtualiter à charitate, vt ſatis euidēter poſſet deduci ex dictis Doc. in primo, diſt. 17. & in tertio, diſtin. 18. & in quolib. quæſt. 17. *Tertia concluſio.* Tertia concluſio eſt de actu qui tantū refertur habitu aliter, & negatiuè, ideſt qui nō refertur in Deū ex charitate, nec actualiter, nec virtualiter dicit, quòd hoc eſt dubium, an ſcilicet talis actus ſit meritorius, vel peccatū veniale, quia mortale pecatum non poteſt eſſe, & patet, quia ſtat cū charitate, aut quod talis actus ſit indifferens, ſcilicet quòd nō ſit, nec meritorius, nec demeritorius. Si ponatur, quòd talis actus ſit meritorius, tūc videtur, quòd homo exiſtens in charitate continuè mereatur, cum multos tales actus quaſi cōtinuè eliciat qui, nec actualiter, nec virtualiter referuntur in Deum ex charitate. Si verò ponat, ꝙ talis actus ſit peccatum mortale, vel veniale, tunc videtur, ꝙ homo continuè peccet, vel mortaliter, ſi ponatur peccatum mortale, vel venialiter, ſi ponatur peccatum veniale, quia multos tales actus elicit continuè, qui non referuntur in Deum nec actualiter, nec virtualiter.

An poſſit dari actus indifferens. ¶ Dicit ergo Doct. ad quæſt. reſpōdendo, an ſcilicet poſſit dari actus indifferens ad bonitatem meritoriam, & malitiam demeritoriam, ꝙ vr̄ probabile tales actus indifferentes ponere, quia illi actus qui tantum habitualiter referuntur in Deum non habent ſufficientem rationem malitiæ pertinētem ad peccatum veniale, quia poſſibile eſt nullam deordinationem eſſe in eis, quæ ſufficiat ad rationem peccati, non enim tenetur homo, nec tētione neceſſitatis contra quam eſt peccatum mortale, nec tentione minori, contra quam ſit peccatum veniale referre ſemper actum ſuum in Deum actualiter, vel virtualiter, quia Deus non obligauit nos ad hoc, neque videtur eſſe in iſtis actibus ſufficiēs ratio bonitatis, vt ſint meritorij, quia nō videtur minor relatio ſufficiēs ad meritum, quàm relatio virtualis, qualis non eſt hic. Sunt ergo multi actus indifferentes non tantum ſecundum eſſe, quod habent in ſpecie naturæ, ſed etiam ſecūdū eſſe, quod habent in eſſe morali. Sunt etiam multi actus indifferentes ad bonum meritorium, & malum demeritorium, quia vnum indiuiduum poteſt eſſe tale, & aliud tale, puta vnus actus poteſt eſſe meritorius & alius demeritorius multi etiam ſingulares actus eliciti ſunt indifferentes, qui nec ſunt tales; neque tales, ideſt qui non ſunt meritorij, nec demeritorij, & non ſolum actus non humani. de quibus non eſt ſermo ſicut mouere barbam, vel leuare feſtucam, & huiuſmodi, qui procedunt ex ſola imaginatione non ex libero arbitrio impellente, ſed etiam de actibus liberè eliciris, actus humani ſunt illi, qui procedunt à libero arbitrio, quod includit intellectum, & voluntatem, vt ſupra patuit. *Actus procedentes ex ſola imaginatione.* Dicit ergo Doct. quòd non ſolum actus non humani poſſunt eſſe indifferentes, ſed etiam multi actus eliciti à libero arbitrio, poſſunt eſſe indifferentes.

AD argumēta principalia Doct. primò arguit probando, quòd non poſſit dari actus indifferens ad bonum, & ad malum. Et arguit primo, ſic, quia inter habitum, & priuationem non eſt medium, vt patet 10. metaphyſic. tex. commen. 15. vbi habetur, quòd oppoſita priuatiuè ſunt contradictoriè oppoſita circa aptum natum, priuatio inquit quędam eſt contradictio, aut in potentia determinata, aut concepta cum ſuſceptiuo, hæc ille. Sed inter contradictoria nullum eſt mediū, vt patet quarto metaph. tex. commen. 17. ſed in propoſito bonū, & malum ſunt priuatiuè oppoſita, ergo non datur actus medius, qui non ſit, nec bonus, nec malus.

Bonitas, & malitia non ſunt priuatiuè oppoſita. ¶ Reſpondet Doct. quòd bonitas, & malitia moralis circa actum non ſunt priuatiuè oppoſita, patet, quia actus non eſt malus ex hoc ſolo, quòd caret bonitate tali, vel tali, ſed q͞a caret bonitas quam debet habere, non autem omnis actus debet habere talem bonitatem, vt puta actus dādi eleemoſinā pauperi propter indigentiam, & hoc ſine dictamine rationis, quamuis talis actus careat tali conformitate ad rationem rectam, tamen nō dicitur formaliter malus, quia non tenetur habere illam, ſimiliter, patet de bonitate meritoria, & malitia oppoſita.

¶ Secundò arguit ſic, ex actibus generatur habitus, ergo ſi inter actum bonum, & malum eſſet actus medius, tunc eſſet aliquis habitus generatus ex huiuſmodi actibus, qui nec eſſet bonus, nec malus.

¶ Reſpondet Doct. concedendo, ꝙ ex ſimilibus actibus generatur ſimilis habitus, & ita ex multis actibus indifferentibus poteſt generari conſimilis habitus ad conſimiles actus in genere inclinans, nō tamen inclinat ad eos, nec vt bonos, nec vt malos, ſicut etiā ipſe in ſe neque eſt bonus neque eſt malus, ſicut nec etiā generatur ex actibus bonis, vel malis, & ita inconueniens, ad quod deducit ratio non eſt inconueniens, ſed tanquam verum concedendum.

Diſt. XLII. Quæſtio Vnica.

Vtrum peccatum poſſit eſſe in cogitatione.

Seraphicus Bonau. 2. ſent. diſt. 42. q. 1 art. 2.
Scotus 2. ſent. diſt. 42. q. 1.
D. Tho. prima ſecundæ q. 75. art. 2.
Riccardus 1. ſent. diſt. 41. q. 1.
Durandus 1. ſent. diſt. 41. q. 2.

CIRCA diſt. 42. quęrit Doc. quatuor per ordinem primo, an peccatum poſſit eſſe in cogitatione. Secūdò vtrum in ſermone. Tertiò vtrū conſiſtat in opere. Quarto vtrum diuiſio Hiero. de peccato ſit ſufficiēs, quæ talis

talis eſt ſuper Ezech. Tria inquit generalia delicta quibus humanum ſubiacet genus aut enim cogitatione, aut ſermone aut opere peccamus. Poteſt etiã quinto, quęrit de diſtin.7. peccatorum capitalium.

An malitia ſit in actu voluntatis.

A D iſtas quæſt. Doct. Reſpondendo præmittit quoddam generale dictum, ſcilicet quòd malitia primo, & formaliter non eſt niſi in aliquo actu voluntatis, & hoc multipliciter probat primo, quia iuſtitia habitualis, vt diſtinguitur contra peccatum originale, quæ dicitur iuſtitia originalis, & iuſtitia actualis, vt diſtinguitur cõtra peccatum actuale eſt formaliter in voluntate, & hæc iuſtitia actualis nihil aliud eſt, niſi rectitudo actus, de qua ſupra dictum eſt in ſecundo, diſt.34.35.36.& 38.& ſimiliter patet in quarto, diſt.14.q.1. Si ergo talis iuſtitia habitualis, & actualis eſt formaliter in voluntate etiã peccatum originale, & actuale erit formaliter in voluntate, & de peccato originali. ſatis patet per Anſel. de conceptu virginali. cap.4. Patet etiam per rationem, quia priuatio, & habitus ſunt contradictoria circa iſtam, vt patet 10. metaphyſic. tex. commen.15. nam peccatum originale eſt carentia iuſtitiæ originalis, vt patet per Anſel. de conceptu virginali cap.27. per peccatum, inquit, quod originale dico aliud intelligere nequeo in ipſis infantibus niſi factam per inobediẽtiam Adæ iuſtitiæ debitæ nuditatem per quam omnes ſunt filij iræ, & ſic patet quomodo talis nuditas nihil aliud eſt. niſi carẽtia iuſtitiæ originalis, & de hoc vide Doct. ſupra in iſto ſecundo, diſt.31. *Quid peccatũ actuale.* Similiter peccatum actuale eſt formaliter carentia, ſiuè priuatio iuſtitiæ actualis non, quæ inſit actui, ſed deberet ineſſe, & de hoc prolixè dictum eſt in iſto ſecũdo, d.34.35.36 & 37.

¶ Secundò probat idem per Aug.3. de lib. arbi. cap.1. Cauſa primo peccãdi eſt volũtas, nihil enim eſt peccatum, niſi quod eſt in poteſtate facientis, & nihil eſt in poteſtate facientis, niſi quod eſt in poteſtate voluntatis eius, quia nihil pręter hoc eſt imputabile, vt prolixè patet à Doct. in quolib. q.17.& 18.& hoc idem per Aug.13. de ciui. cap.8. qui vult, quòd defectus volũtarios ſequitur debita pœna, & *Quomodo peccatum ſit voluntariũ.* quia ſolum peccatum eſt punibile, ideo eſt voluntarium, & nihil eſt primo, & formaliter voluntarium, niſi actus elicitus voluntatis.

¶ Tertiò, & vltimò patet hoc idem, quia omnis cauſa actiua in vniuerſo præter voluntatem eſt naturaliter actiua, accipiendo naturaliter, non, vt diſtinguitur contra ſupernaturaliter, ſed vt diſtinguitur contra agens a propoſito, ſiuè per voluntatem, & ſic hic accipitur naturaliter, ideſt per modũ naturæ, ergo nulla præter voluntatem eſt vituperabilis propter ſuam actionem, & hoc patet per Augu. tertio de libero arbitrio, cauſa enim naturalis ſecũdum eum non agit, niſi ſecundum quòd accipit, vt agat ab alio, & ideo in nulla ſua propria actione eſt vituperabilis, & per conſequens in nullo actu ſuo eſt formaliter peccatum. *An cogitatione ſit peccatum.* Ex quo ſequitur. ꝙ in cogitatione ſermone, & opere non eſt peccatũ formaliter, & primo, ſed eſt in ſolo actu voluntatis, peccatum tamẽ poteſt eſſe materialiter in iſtis actibus, ſcilicet cogitatione, ſermone, & opere, quia ſecundum Anſel. vbi ſupra voluntas eſt motor in toto regno animæ, & omnia obediunt ſibi, ſicut ergo voluntas tenetur habere in actu ſuo rectitudinem, ſic tenetur habere illã in alijs actibus exterioribus, ad quos cooperatur, vt motor, ſicut igitur mouẽdo rectè potentias exteriores actus earum ſunt recti rectitudine participata, ita etiã mouendo nõ rectè, ſunt nõ rectè quã rectitudinẽ debet volũtas illis dare, & ita mouẽdo eas nõ rectè priuat eas illa ctitudine, & hoc patet p Anſel. vbi ſupra c.4. vbi loquens in forma aliarum potentiarum dicit, dediſti nobis dominiũ cui non obedire nõ poſſumus, &c. Ex quo etiam ſequitur, quòd nullus actus poſſit eſſe malus etiam materialiter, niſi qui poteſt imperari ab actu voluntatis formaliter malo.

Dubium.

¶ Sed occurrit difficultas in hoc, quod dicit, ꝙ peccatum eſt tantum materialiter in actu aliarum potentiarum a voluntate. Contra, quia priuatio rectitudinis, quæ debet ineſſe actui, eſt formaliter peccatum, & talis priuatio ineſt formaliter actui imperato in parte ſenſitiua, ſicut etiam rectitudo actualis actus eſt actu, & formaliter in iſto.

Dubium.

¶ Secundò etiam dubitatur in hoc, quòd dicit, ꝙ eſt à ſola voluntate, quia actus bonus, vel malus voluntatis non eſt bonus, vel malus, niſi quia elicitus à libero arbitrio, ſed liberum arbitrium includit tam intellectũ, quã volũtatẽ, ergo actus bonus, uel malus ita eſt ab intellectu, ſicut à voluntate.

Reſponſio ad primum.

¶ Reſpondeo ad primum, quòd Doct. nõ negat quin priuatio rectitudinis, q̃ deberet ineſſe actui imperato in alijs potẽtijs ſit formaliter in tali actu, ſicut etiam iuſtitia actualis oppoſita eſt formaliter in iſto, ut patet in tertio. di 33. Nec etiam habet negare, qđin talis priuatio rectitudinis ſit formaliter quædam deformitas, vocat ergo talem priuationẽ peccatum materialiter pro quanto talis actus imperatus immediatè elicitur à tali potẽtia, quæ nullo modo tenetur dare rectitudinem actui, ſi ergo actus eſt rectus, vel malus, hoc non eſt, quia præcisè à tali potentia, ſed quia imperatur à potẽtia libera, quæ tenetur dare rectitudinem actibus aliarum potẽtiarũ, quæ ſubſunt imperio ipſius, ſed actus immediatè elicitus à volũtate dicitur formaliter bonus, vel malus ex hoc ſolo, quòd immediatè elicitur à potentia, quæ tenetur dare rectitudinem tali actui. Patet etiam, quòd ideo in actibus aliarum potentiarum dicitur peccatum materialiter, quia tales actus non poſſunt eſſe primo boni vel mali, ſed neceſſariò præſupponunt actum elicitum voluntatis bonum, vel malũ quo tales actus imperantur, & hoc ſatis patere poteſt ex dictis, in primo, diſt. vlti. & diſt.17.

Reſponſio ad ſecundum.

¶ Ad ſecundum dubium dico breuiter tenẽdo, quòd intellectus ſit pars liberi arbitrij eo modo, quo ſupra expoſui in iſto ſecundo, diſtin.38. quòd licet intellectus concurrat partialiter ad actum voluntatis quo ad ſubſtantiam, & intenſionem actus, tamen non concurrit ad rectitudinem, vel deformitatem actus, ſed hoc eſt ſolum à voluntate, nam vt voluntas partialiter elicit actum, ſi illum elicit conformiter intellectui recto dat rectitudinem actui. ſi verò elicit difformiter, tunc priuat actum tali rectitudine, & quia in ſola poteſtate voluntatis eſt ſic conformiter, vel difformiter elicere actum intellectui recto, ideo conformitas in actu eſt formaliter rectitudo actus, & difformitas eſt formaliter priuatio rectitudinis, vt ſatis patet à Doct. in primo, diſtin.17.& de hac conformitate vide, quæ ibi expoſui, & in iſto ſecundo, diſt.41. Et quòd volũtas poſſit conformiter elicere, & difformiter hoc expreſsè patet à Doct. in iſto 2. diſt.9.& 39.& alibi.

I B I. Ex iſtis reſpondeo ad primam quæſt. quæ eſt de cogitatione. Et reſpondendo ad quæſt. Doc. facit duo, primo præmittit an cogitatio poſſit eſſe in poteſtate voluntatis, & quomodo poſſit eſſe. Secundò oſtendit quomodo cogitatio poſſit eſſe mala, & primum præſupponitur ſecundo, quia vt dictum eſt ſupra actus alterius potentiæ à voluntate non poteſt eſſe bonus, vel malus materialiter, niſi ſubſit imperio voluntatis.

¶ Quantum ad primum. Hic Doct. plura facit. Primò probat tribus rationibus, quòd cogitatio non poſſit ſubeſſe imperio voluntatis adducendo

aliquas

aliquas auctori, ſcilicet Augu. & philoſophi, & aliquas rationes. Tertio concedit, ꝙ aliqua intellectio vel cogitatio eſt à voluntate imperata, diſtinguendo tamen de prima, & ſecunda cogitatione, & de prima nullus dubitat, ꝙ non eſt in poteſtate voluntatis, ſed de ſecunda eſt difficile, & loquendo de iſta ſecunda antequàm ponat opin. propriam quinque modos reſpondedi quos etiã improbat.

Cogitatio non poteſt ſub eſſe imperio voluntatis.

¶ Quo ad primnm vbi probat tribus rationibus actum intellectus non ſubeſſe imperio voluntatis. Arguit primo ſic, omnis volitio requirit neceſſariò intellectionem nãturaliter priorem licet ſimul duratione, quia voluntas non fertur niſi in præcognitum, vt patet per Augu. quæro igitur quam cogitationem poteſt imperare, non illam priorem, vt patet, quia eſt prius elicita actu elicito voluntatis, & non poſſet imperari à voluntate, niſi mediãte actu ſuo elicito, nec aliam ſecundam poſſet voluntas imperare, quia tunc talis ſecunda fuiſſet prę cognita, quia voluntas ad nihil mouet etiam ſimul duratione, niſi ad illud, quod fuit præcognitum. Si ergo mouet intellectum ad talem cogitationẽ, ſcilicet imperando intellectui, vt eliciat talem cogitationem, ſeu intellectionem circa tale, vel tale obiectum, ergo talis intellectio fuit prius præcognita per aliam intellectionem, quia voluntas (ut dixi) non poteſt ferri, niſi in præcognitum, & tunc quæro de illa alia, quæ erit tertia in ordine aut poteſt mouere intellectum ad illam eliciendam, aut non. Si non, ergo nec ſimiliter poterit mouere intellectum ad ſecundã eliciendam cum non ſit maior ratio de ſecunda quàm de tertia, ſi ſic, ergo illa tertiã fuit præcognita per aliam ſcilicet per quartam, & tunc vel oportebit procedere in infinitum in actibus intelligendi aut oportebit concedere ꝙ nullus actus intelligẽdi ſubſit imperio uolũtatis.

¶ Deinde arguit ſic; & redit in idem: cũ primo dicit, ꝙ voluntas poteſt imperare intellectui cogitationem alicuius obiecti, tunc quæro aut poteſt imperare illam à qua auertit intellectum, puta imperare intellectui, quòd deſinat à cognitione lapidis, aut poteſt imperare illam ad quam conuertit illum intellectum, puta an poſſit imperare intellectui, ꝙ eliciat cognitionem circa lapidem. Non primum, quia tunc non auerteret ab ea, patet, quia ſi voluntas vult auertere intellectum à cognitione, puta hoĩs imperãdo intellectui vt deſinat à tali cognitione hoc non põt imperare niſi talis ſit præcognita ab intellectu, & ſic oportebit volũtate imperare intellectui ut cõuertat ſe ad illã cognitionẽ cognoſcendo illã, & tũc imperando talẽ cognitionem quã cognoſceret cognitionem hominis non auerteret à cognitione hominis, immo magis firmaret illam, immo oporteret ſi vellet auertere intellectum à cognitione hominis, q etiam ſimul auerteret ab illa ſecũdã cognitione, ſed hoc non poſſet facere niſi talis ſecunda cognitio foret præcognita per aliam cognitionem quæ erit tertia, & ſic oporteret voluntatem imperare intellectui ut eliciat illam tertiam, quam etiam non poſſet imperare niſi eſſet præcognita, & ſic eſſet procedere in infinitum. Non ſecundam, quia vt dictũ eſt in prima ratione volitio requirit in intellectu actualem cognitionem ſimul duratione, & priorem natura, cogitatio verò ad quam conuertit ideſt quam imperat eliciendam ab intellectu circa tale vel tale obiectum eſt poſterius natura volitione per quã intellectus conuertitur ad illam ſiue per quam intellectus imperatur ad illam cognitionem eliciendam, ſed hoc nõ poteſt eſſe, quia talis cognitio imperata erit neceſſariò prior natura, quia voluntas non poteſt ferri in illam niſi prius fuerit cognita ab intellectu.

Volũtas poteſt imperare intellectui.

¶ Secundo principaliter arguitur ſic, in cauſis per ſe eiuſdem ſpeciei non poteſt eſſe circulus, vt patet primo poſt. tex. c. 6. tunc enim idem eſſet eſſentialiter prius, & poſterius, vt ſatis patet, ſed cogitatio in intellectu eſt per ſe cauſa requiſita à volitione, cum voluntas non poteſt velle niſi præcedente cogitatione in intellectu, ergo non erit ecõtra voluntas cauſa cogitationis in intellectu, nec ꝑ conſequens poterit illam imperare.

¶ Ibi. Dices, ſcilicet ad iſtam tertiam rationem concedendo ipſam de per ſe cauſis, ſed negatur, ꝙ cogitatio ſit per ſe cauſa volitionis ſed tantum ponitur cauſa ſine qua non.

¶ Ibi. Contra, hic inſtat contra hãc reſponſionẽ cauſa prior non ſolum non habet eſſe cauſa poſteriori, ſed nec ad actum ſuum præſupponit actum cauſe poſterioris hoc patet, nam ſol ponitur cauſa prior cauſa particulari reſpectu, puta ignis generandi, ſicut ergo entitas ſolis non dependet ab entitate cauſe particularis in eſſendo ſic, nec actio ſolis circa ignem generandum dependet ab actione cauſæ particularis, nec neceſſariò præexigit illam, quia in eſſentialiter ordinatis cauſa prior prius influit in effectum, vt patet in lib. de cauſis. Sed in ꝓpoſito, ſi voluntas imperat cognitionem in intellectu reſpectu talis cogitationis, ergo non præſupponit actum intellectus vt cauſa ſine qua non, & tamen ſi voluntas imperaret intellectui ad cogitationem eliciendam eſſet cauſa ſuperior ipſo intellectu reſpectu talis cogitationis eliciendæ, & ſic imperando illam illa uoluntas nullo modo præexigeret aliquem actum intellectus, quod tamen eſt manifeſte falſum, quia nunquàm voluntas poteſt habere aliquem actum circa actum alterius potentiæ niſi præexigat actum aliquem intellectus cum voluntas nunquàm feratur niſi in præcognitum.

Nota & bene.

¶ Ibi. Quilibet effectus hæc eſt tertia ratio principalis qua probat, quòd nullus actus intellectus ſubſit imperio voluntatis, & ratio ſtat in hoc, quia quælibet intellectio præter omnem actum voluntatis habet ſufficientem cauſam reſpectu ſuæ productionis, ergo non dependet à voluntate vt à cauſa, antecedens patet, quia memoria perfecta (quæ ſecundum Doct. in primo. d. 2. parte. 2. q. 3. &. di. 3. q. 7. 8. &. q prima, & ſecundo. d. 1. quæſtio. 1. & alibi ſæpe includit intellectum, & obiectum præſens vel in ſe vel in ſpecie intelligibili vt duas cauſas partiales intellectionis integrantes vnam totalem) eſt principium effectiuum ſufficiens cuiuſcunq; actus intelligendi, ſicut etiam memoria fecunda in diuinis eſt principium perfectum tam noticiæ eſſentialis quàm noticiæ genitæ nullo actu uoluntatis diuinæ quouis modo concurrente vt prolixe oſtẽſum eſt à Docto. in primo. diſtin. 6. q. vni. ſic erit in propoſito.

¶ Confirmatur iſta ratio, quia cauſæ naturales habentes cauſalitatem ſuper effectum communẽ ipſis cauſis totaliter cauſant illum effectum, ita ꝙ cauſationem illius non concurrit voluntas, nam calor qui ponitur cauſa naturalis caliditatis ligni ſic cauſat caliditatem in ligno, quòd nulla voluntas creata concurrit ad talem cauſationem. Sed in propoſito intellectus, & obiectum ſunt cauſæ naturales cuiuſcunque intellectionis, & agentes per modum naturæ, vt ſatis patet à Doct. di. 3. q. 7. primi. &. 15. q. quolib. vbi etiam videtur tenere, quòd non ſolum intellectus agens ſit partialis cauſa intellectionis, ſed quòd etiam intellectus poſſibilis, ergo quælibet intellectio ſic dependet à ſolo intellectu, & obiecto præſente in ſe ſi eſt intellectio intuitiua, vel à ſpecie intelligibili obiecti ſi eſt abſtra-

Cõfirmatio rationis.

ctiua, vt patet à Docto. in primo. diſtinctione tertia, quæſtione ſexta, ſeptima, & octaua. & diſtinctione decimaoctaua, quòd nullo modo dependet ab actu alicuius voluntatis creatæ, & ſic patent iſte tres rationes.

Actus intellectus ſub eſt imperio voluntatis.

¶ Ibi. Reſpondeo, & dico. Hoc eſt ſecundũ principale in iſto articulo vbi Doctor. probat in generali, quòd actus intellectus ſub eſt imperio voluntatis, ſi enim nullus actus intellectus ſubeſſet imperio voluntatis, tunc intellectus ſemper intelligeret obiectum perfectiſſimum vel obiectum perfectius, ita quòd nunquàm poſſet intelligere obiectum imperfectius, cuius oppoſitum experimur, & quòd hoc ſequatur, patet quando duæ cauſæ naturales agunt circa vnum paſſum, quarum vna eſt valde perfectior alia, tunc pfectior impedit actionem ſecundæ, ſed in propoſito quodcunque obiectum comparatum ad intellectũ vt ad paſſum ſiuè receptiuum intellectionis eſt cauſa mere naturalis, ergo obiectum perfectius ſic concurret ad intellectionem ſui vna cũ intellectu qui eſt alia cauſa partialis, quòd totaliter impediet actionem obiecti imperfectioris, & ſic ſtante præſentia obiecti perfectiſſimi nũquàm intellectus poſſet ſe auertere à cognitione talis obiecti, & conuertere ſe ad cognitionem imperfectioris, quod videtur abſurdum.

¶ Hoc idem probat Auctoritati. Prima eſt Aug. ſecundo de tri. com. 3. & 5. vbi dicit, quòd voluntas vult, & copulat parentem cum prole, verum eſt tamen, quòd in ſecundo loquitur de ſenſu, ſed in. 15. loquitur de intellectu. Hoc etiam patet. Auctori. philoſophi ſecundo de anima. tex. com. 60. qui dicit, quòd intelligimus cum volumus ſcilicet quorum notitiam habitualem habemus, & accipitur hic notitia habitualis non pro habitu cauſato ex actibus, ſed pro obiecto præſente ſaltem in ſpecie intelligibili, & ſic volũtas poteſt vti modo vna ſpecie, modo alia ad intelligendum aliud, & aliud obiectum vt ſupra expoſitum eſt in iſto ſecundo diſt. 9. Habetur etiam primo ethi. quòd habitus eſt quo quis poteſt vti cum voluerit, ita quòd eſt in poteſtate voluntatis ad libitũ vti quocunque habitu, ſiuè appetitiuo, ſiuè intellectiuo accipiendo etiam habitum pro ſpecie intelligibili, quæ dicitur habitus ex illa conditione, q eſt qualitas firmata in intellectu, vt patet à Docto. in primo, diſtinctio. 3. quæſtione. 6.

Cap. 9. & crearetur.

Quõ ſpecies intelligibilis vocetur habitus.

¶ Ibi. Dico igitur. Hoc eſt tertium principale in 1. artic. vbi Doc. vult quòd aliqua intellectio ſubſiq poteſtati voluntatis, ſed reſpectu eiuſdem obiecti poteſt eſſe intellectio prima & intellectio ſecunda, & loquendo de prima patet, quòd illa non eſt in poteſtate voluntatis cum ſit prior natura quocunque actu voluntatis elicito circa tale obiectum & hoc, quia voluntas nunquam fertur, niſi in præcognitum, ideſt nunquam elicit aliquem actum circa aliquid obiectum, niſi prius natura fuerit cognitum per intellectum, quia obiectum nunquam eſt perfectè præſens voluntati in ratione obiecti, vel amabilis, vel odibilis, niſi vt actu cognitum non, quòd eſſe cognitum ſit ratio formalis obiecti voluntatis, vt expoſui prima quæſtio. quolib. vide ibi.

Quinq; modi ponendi.

¶ Sed de ſecunda intellectione, ſiuè cogitatione eiuſdem obiecti videtur difficile, quòd ſit in poteſtate voluntatis cum ad nihil videatur voluntas poſſe mouere intellectum, niſi ad prius cognitum, & ſic videtur, quòd non poſſit mouere intellectum ad aliquam cognitionem, ſiuè primam, ſiuè ſecundam, ſiuè tertiam quin prius natura ſit cognita ab intellectu, vt ſupra patuit in primo arg. Tamen quantum ad hoc recitat quinque modos ponendi, quos etiam improbat.

Prima opinio.

¶ Prima opi. eſt quòd ſufficit ad hoc, quod volũtas moueat intellectum ad cognitionem, puta lapidis, quòd lapis ſit cognitus ſolum habitualiter nõ actualiter, & hoc poteſt dupliciter intelligi, vel q ſit cognitus habitualiter, ideſt per aliquẽ habitum intellectiuũ cauſatum ex pluribus actibus cognoſcendi, vel q dicatur cognitus habitualiter eo modo quo expoſitum eſt in primo, diſt. 2. par. 2. q. 3. & diſt. 6. & alibi ſcilicet q obiectum perfectè præſens intellectui, & hoc in ſe, vel in ſpecie intelligibili dicitur notum habitualiter, quia vt ſic poteſt ſtatim haberi cognitio illius obiecti, ſicut etiam habens habitum acquiſitum ex pluribus actibus poteſt faciliter, & promptæ exire in actum. Sed quocunque modo accipiatur habitualiter illa opi. improbatur à Doct. ſic, quia impoſſibile eſt voluntatem velle actu aliquid obiectum, niſi tale obiectũ ſit actu intellectum, vt patet per Aug. Si enim ſufficeret habitualis intellectio, tunc dormiens, vel quãtumcunque diſtractus circa aliquid obiectum poſſet illud idem obiectum actu velle cuius tamen oppoſitum experimur.

Secũdus modus ponẽdi.

¶ Secundus modus dicendi eſt, quòd ſufficit cognitio obiecti in vniuerſali, vel in aliquo ſimili, vel in contrario, & ſic voluntas actu poſſet velle lapidem, licet non habeatur cognitio particularis ipſius lapidis, dummodo habeatur cognitio lapidis in vniuerſali, vel in aliquo ſimili lapidi, vel in aliquo contrario.

¶ Hunc ſecundum modum ponendi improbat Doc. tribus medijs, primo, quia cum in lapide intelligatur ſubſtantia corporea intellectio lapidis ſufficeret ad volendum autem, vel bouem cum illa intelligantur ſubſtantia corporea, vt in vniuerſali, quod eſt manifeſtè falſum.

¶ Secundò illa intellectio in vniuerſali, vel eſt idẽ cum intellectione in particulari, vel alia, nõ poteſt eſſe alia, quia ſicut vniuerſale in ſingulari non eſt aliud, quàm ſingulare; ſic nec intellectio vniuerſalis in particulari eſt alia à particolari eſt ergo idem in particulari, ſed per hanc non intelligitur, niſi aliquid determinatum, &c. Hic nota quòd aliud eſt cognoſcere vniuerſale, vt in particulari, & aliud cognoſcere particulare, vt in vniuerſali, & aliud eſt cognoſcere vniuerſale abſolutè. Exemplum primi, vt cum cognoſco animal, vt in Fran. Exemplũ ſecundi, ut cum cognoſco Fran. in animali, Exemplũ tertij, ut cum cognoſco animal abſolutè, primo modo animal, ut in Francieſt idẽ, quòd Franciſcus, & ſic non poteſt eſſe alia cognitio animalis, ut in Fran. & alia ipſius Franciſci, præſertim ſecundum iſtos qui ponunt ſingularitatem non dicere aliquam entitatem poſitiuã additã naturæ, attendo tñ, ut tenet Doct. quòd addat entitatem poſitiuam, ut patet in iſto ſecundo diſt. 3. q. 6. põt eſſe alia cognitio ipſi᷒ naturæ, & alia ipſi᷒ hæcheitatis. ut patet per illum Docto. in hoc ſecundo, diſtin. 3. quæſtio. 11. quæ eſt ultima in ordine, tamẽ tenendo etiam, quòd dicat entitatem poſitiuam, aliam ab entitate naturæ, adhuc ratio Docto. concludit, quia cum dico animal, ut in Franciſco. Dico præciſè quoddam totum, quod eſt Franciſcus conſtitutus ex animali, & hæcheitate contrahente illud animal, quia tunc conſidero Franciſcum, ut eſt præciſè indiuiduum animalis, & ſic animal, ut in Franciſco nihil aliud eſt, niſi ipſe Franciſcus, ut indiuiduum animalis in communi, & hoc modo eſt ſimpliciter eadem cognitio, qua cognoſcitur Franciſcus, ut præciſè indiuiduum animalis, & qua cognoſco animal, ut in Franciſco.

Exemplum.

Et ſi

Et ſi ſic intelligat opi. bene argumentum Docto. concludit, quia tunc cognitio in uniuerſali eſt cognitio præciſè alicuius determinati ſub tali vniuerſali, & ſic cognitio animalis ut in franciſco ſufficeret ad volendum autem, vel bouem. ſecundo modo dicitur cognoſci Franc. in animali quando animal in ſe abſolutè cognoſcitur, & ſic tunc dicitur cognoſci in vniuerſali, & nullomodo cognoſcitur Frã. in particulari, ſicut ẽt dicit philoſophus, ꝙ contingit cognoſcere mulã in vniuerſali ignorando ipſam in particulari, & ſi iſta opi. ſic intelligat de vniuerſali, tunc ad volendum bouẽ vel aſinum vel lapidem ſufficeret cognitio animalis vel ſubiectæ in ſe, quod eſt valde abſurdũ, nec iſto ſecundo modo videtur opi. intelligere, ſed primo modo improbato per ſecundum argumẽtum. Tertium patet, quia cognoſcendo animal in ſe abſolute poteſt alia cognitione cognoſci à cognitione cuiuſlibet inferioris, & hoc ſatis patuit i 1. di. 3. q. 2.

¶ Tertio arguit Doc. deducendo ad quoddã inconueniens, quia tũc ſequeretur, ꝙ intelligẽdo vniuerſale poſſem velle quodlibet contentum ſub vniuerſali, qđ eſt volibile vel appetibile, puta intelligendo animal poſſum velle ouem vel bouem, qđ eſt falſum patet, quia non poſſum cognoſcere ouẽ ſine ſpecie ꝓpria ouis, quã ſpeciẽ, nõ cauſat illa intellectio vniuerſalis, & hoc patet, tum, quia ſpecies intelligibilis non videtur poſſe cauſari ab aliquo actu intelligendi, licet per aliũ, & aliũ, actum intelligendi poſſet intendi, vt patet à Doc. in primo. di. 3. Tum etiam, quia non videtur, ꝙ intellectio alicuius ſuperioris poſſit cauſare ſpeciem intelligibilẽ alicuius inferioris, quia ſi animal in cõi poſſet cauſare ſpeciem hominis, uel intellectio animalis, tũc talis intellectio poſſet cauſare intellectionem hominis, & ſic talis intellectio virtualiter contineret intellectionem hominis, quæ eſt perfectior, immo virtualiter contineret entitatem hominis, ut patet per ea quæ dixi in 1. d. 1. q. 1. di. 9. q. 1. & in iſto 2. d. 3. q. 10. & in quoli. q. 14. ar. 2. & alibi. Si verò accipitur intelligibili animalis, patet, ꝙ illa non põt cauſare ſpeciem intelligibilem hominis. Tum, quia eſt valde imperfectior. Tũ ẽt, q̃a vna ſpecies intelligibilis, & ſi poſſit cauſare aliã partialiter, tñ eiuſdem rationis, & eiuſdẽ obiecti, vt ſupra patuit in iſto 2. d. 9. non tñ videtur, ꝙ poſſit cauſare aliam alterius rationis, & alterius obiecti. Nec etiã uoluntas põt cauſare ſpeciẽ intelligibilem alterius obiecti, cum talis nõ ſit cauſalibus à uoluntate, ſed ſpecies intelligibilis, puta bouis cauſatur ab obiecto ſingulari, & obiecto agente, quod tñ debet ſane intelligi, q̃a ſpecies intelligibilis, puta albedinis non immediate cauſatur ab albedine ſingulari extra, ſed tm̃ mediate, ſic, ꝙ albedine ſingulari extra prius cauſatur in potentia viſiua ſpecies ſenſibilis eiuſdem, & ſimiliter viſio, & poſt cauſatur in virtute fantaſtica ſpecies eiuſdem albedinis, quæ dicitur fantaſma, quod fantaſma eſt ſingulare & in eſſendo, & in repræſentando, à quo fantaſmate, & intellectu immediatè cauſatur ſpecies intelligibilis albedinis, & de huiuſmodi materia uide quæ expoſui ſuper primo Doct. d. 3. q. 1. 2. 6. 7. & 8. Et alibi etiam. Si ergo non poteſt haberi intellectio bouis niſi per ſpeciem ꝓpriã ipſius, & talis intellectio eſt neceſſaria ad hoc vt uoluntas poſſit habere actum elicitum circa bouem. Sequitur, quòd per ſolam cognitionem alicuius vniuerſalis ſiuè communis boui nõ poterit velle ipſum bouem. Aduerte etiam, ꝙ cum dicit, ꝙ voluntas non poteſt velle bouem niſi per ſpeciem propriam bouis, hoc non dicit ſecundum intentionem propriam, quia tunc ſibi contradiceret. Nã oppoſitum expræſsè vult vt patet in primo. diſt. 3. q. 3. vbi probat, ꝙ pro ſtatu iſto non poteſt cognoſci aliqua ſubſtantia per ſpeciem propriam. Dicit ergo hoc uel ſecundum opi. eorum qui tenent, ꝙ ſubſtantia pro ſtatu iſto poteſt diſtinctæ cognoſci per propriam ſpeciem, vel hoc dixit tm̃ exemplariter, ſicut philoſophus primo priorum, exempla ponimus non vt ita ſint, ſed vt magis adiſcentes aſſentiat. Vel tertio hoc dicit, quia voluntas nõ poſſet velle bouem ſub ratione diſtincta, & perfecta ipſius, niſi diſtinctæ fuerit præcognitus, quæ cognitio diſtincta non poſſet haberi niſi per propriam ſpeciem.

Quò ſpecies intel ligibilis nõ poſſit cauſari.

Voluntas nõ poteſt cauſare ſpeciem intelligibilem.

¶ Tertius modus ponendi eſt, quòd ſufficit cognitio illius obiecti remiſſa, ſiuè ꝙ voluntas remittat intellectum ad illam cognitionem obiecti ſibi inexiſtentem, & tunc illa cognitione remiſſa occurrit aliud, cogitabile, & ſic uoluntas poteſt velle illud. Vult dicere iſta opi. ꝙ quando intellectus multum intenſe intelligit, puta lapidem, tunc uoluntas non poteſt velle, puta ouem, quia ſtante tali intellectione lapidis ſic intenſa, tunc ouis non occurrit vt obiectum actu cogitabile, ſed quando voluntas remittit cognitionem lapidis, tunc illa remiſſa poteſt occurrere ouis vt obiectum cogitabile, & tũc intellectus conuertit ſe ad ouem intelligendo illã, & ſic uoluntas poteſt velle ouem, & per conſequẽs cogitatio ouis eſt in poteſtate voluntatis.

Tertius ponendi.

¶ Contra hunc modum ponendi arguit Docto. quia tunc ſequeretur, quòd cogitatio ipſius ouis non eſſet per ſe cauſata à voluntate, ſed tantum occaſionaliter, quia ex hoc ſolo, quòd remittit cognitionem lapidis, licet enim per ſe remittat illam cognitionem, accidit tamen, quòd aliud obiectum, puta ouis, occurrat intellectui.

¶ Præterea iſte modus non ſaluat propoſitum, quia quantumcunque voluntas moueat intellectũ ad aliud obiectum remittendo priorem cogitationem puta lapidis, hoc tamen non eſt per ſe ad aliquod determinatum obiectum, quia hoc ſolũ eſt ad fantaſma fortius, quòd fortius mouet, & hoc per accidens inquantum ſcilicet remittit illam cogitationem. Et tamen communiter conceditur, ꝙ voluntas poteſt mouere intellectum ad determinatum obiectum, puta imperando, quòd actu cogitet hoc vel illud, & hoc non eſt ex ſola remiſſione intellectionis alterius obiecti, quia ex ſola illa remiſſione, ſi aliquod obiectum occurrit intellectui illud, præciſè occurrit, cuius fantaſma fortius mouet, & fantaſma fortius mouet ideſt fortius excitat ſpeciem intelligibilem, cuius ſingulare extra fortius mouet ſenſum, & de hoc prolixe expoſui ſuper primo Doct. diſt. 3. q. 2.

¶ Quartus modus ponendi eſt, quòd intellectus habet actum collatiuum, ita quòd inquantum cognoſcit vnum correlatiuum comparando ipſum ad aliud, voluntas mouet ad ſtandum in cognitione illius.

Quartus modus ponendi.

¶ Contra hoc arguit Doctor. quia hic modus non eſt ſufficiens, quia non ſemper ad hoc, quòd uoluntas auertit intellectum ab uno, & conuertit ad aliud, oportet, quòd cognitio ſit comparatiua, quia vnum obiectum poteſt cognoſci per ſe ſine comparatione ad aliud, vt patet de obiecto abſoluto, & ab intellectione illius poteſt voluntas auertere intellectum.

¶ Quintus, & ultimus modus eſt, quòd in poteſtate voluntatis nõ eſt cognitio ſimplex, vel diſcurſiua, ſed ex ſimplici mouet ad diſcurſiuam, ita ꝙ intellectui apprehendenti cognitioni, ſimplici aliqua duo, obiecta voluntas imperat collationem vnius ad aliud.

Quintus modus ponendi.

¶ Dicit doc. ꝙ hic modus nõ valet, quia ſi nõ eſt

in poteſtate illud ſine quo non poteſt haberi diſcurſus, nec etiam ille diſcurſus erit in poteſtate noſtra diſcurſus autem neceſſariò præſupponit cognitionem apprehenſiuam obiecti, & illa ſimplex intellectio obiecti, ad quam debet intellectus diſcurrere non eſt in poteſtate voluntatis, quia ipſa eſt naturaliter prior volitione, vt ſupra patuit, ergo, nec diſcurſus erit in poteſtate voluntatis.

Reſponſio Scoti. I B I reſpondeo ergo. Nunc reſpondet Doct. ad hanc difficultatem quæ eſt An intellectio poſſit ſubeſſe imperio voluntatis, quõ hoc ſit poſſibile. Et primo præmittit tres propoſitiones ſatis ſingulares, quarum prima eſt, ꝙ vna intellectione, perfecta, & diſtincta exiſtente in intellectu multæ intellectiones indiſtinctæ, & imperfectæ poſſunt ineſſe & probat ꝑ exẽplũ de viſu, qui ꝑfectè in figura pyramidali, in cono. ſcilicet ipſius figuræ videt vnum pũctũ diſtinctæ, & tñ in eadem pyramide, & infra baſim videt plura puncta indiſtinctæ, & ſi hoc cõceditur de ſenſu, de quo minus videtur, multo magis cõceditur de intellectu, de quo magis videtur. Ex iſta ꝓpoſitione vult poſtea īferre doc. ꝙ volũtas poteſt imperare aliquã intellectionẽ non de nouo eliciendam circa obiectum, ſed præexiſtentem intendere, & firmare, & ſimiliter aliã remittere, ita ꝙ quando intellectus intelligit vnũ obiectũ perfectè diſtinctæ, & ſimul plura alia, obiecta intelligit imperfectè, & indiſtinctæ, tunc voluntas poteſt imperare intellectui, vt auertat ſe ab illo obiecto perfectè, & diſtinctæ cognito conuertendo illum ad aliud obiectum actu cognitum, ſed imperfectè, & indiſtinctæ, & ſic conuertendo intellectum, & firmando illum in tali intellectione, illam imperfectam intendit, non enim poteſt intellectum conuertere ad obiectum nullo modo actu prius cognitum, quia nunquàm voluntas poteſt imperare aliquem actum circa obiectum omnino ignotum.

Dubium. ¶ Sed eſt dubium. An intellectus poſſit ſimul cognoſcere plura obiecta perfectæ, & diſtinctæ, ita ꝙ ſimul perfectè diſtinctæ cognoſcat albedinem, *Reſponſio.* & nigredinẽ. Dico breuiter, ꝙ poteſt plura ſimul diſtinctæ cognoſcere, nõ tñ æquè perfectè, & æquè intenſe, & hoc pro ſtatu iſto, quia fortè nõ poſſunt eſſe duo obiecta æquè perfectè præſentia ipſi intellectui. Et poſito etiam, ꝙ æquè perfectè eſſent præſentia, tunc fortè intellectus vel intellectum intelligeret, vel vtrunque remiſſe intelligeret vel vnũ intenſe, & aliud remiſſe, quia ad intellectionẽ non tm̃ concurrunt obiecta, ſed etiã concurrit intellectus ut cauſa partialis vt patet à doc. in 1. d. 3. q 7. & ī quol. q. 15. immo cõcurrit vt cã magis principalis, ut patet à doc. in 1. d. 3. q. 8. Sed modo intellectus ſaltẽ ꝓ ſtatu iſto nõ põt habere conatũ circa duo obiecta, ita ꝑfectũ, & intenſum ſicut põt circa vnũ ſeorſum ſumptũ. Sed an intellectus creatus ſeparatus tñ poſſit æquè ꝑfectè, & æquæ intenſe ſimul plura obiecta intelligere? De hoc dicit ſpeciales difficultates in quolibetis. Et breuiter teneo etiam partem negatiuã de intellectu ſeparato, & hoc loquendo de naturali potẽtia ipſius intellectus. Sed quicquid ſit ad hoc: vt voluntas poſſit imperare aliquam intellectionem ſcilicet vel auertendo intellectum ab uno obiecto, & cõuertendo ad aliud ſufficit, ꝙ intellectus cognoſcat illa plura, licet vnũ diſtinctæ, & perfectæ, & alia indiſtinctæ. & imper-*Doctrina ſingularis.* fectæ. Sed non ſufficit, quòd intellectus ſimul plura cognoſcat indiſtinctæ, & imperfectæ ad hoc vt voluntas poſſit imperare intellectionem auertendo intellectum ab uno obiecto, & conuertendo ad aliud. Et ſi ſic, ad quid ergo ponit Doc. quòd cũ vna intellectione perfecta, & diſtincta vnius obiecti poſſunt ſimul eſſe plures imperfectæ, & indiſtinctè. Dico, ꝙ hoc ſpecialiter dicit. Tum, quia cõmuniter quando intellectus plura obiecta ſimul cognoſcit illa obiecta non ſunt intellectui æquè præſentia, ſed unum communiter eſt magis præſens alio; illud ſcilicet cuius fantaſma fortius mouet, de quo dictum eſt ſupra. Tum etiam, quia voluntas conuertendo intellectum ad aliquod obiectum prius notum, tunc illam intellectionem magis ac magis firmando intendit, & ſtante illa ſic intenſa, adhuc uoluntas poteſt auertere intellectum ab illa, & cõuertere ad aliud obiectũ actu cognitũ licet imperfectæ, quæ intellectio imperfecta, ſi ſimul non poſſet ſtare in eodem intellectu cum alia intenſa, & perfecta, tunc uoluntas non poſſet conuertere intellectum ad tale obiectum. Et ſic patet prima propoſitio.

¶ Secunda propoſitio eſt, quòd intellectione inexiſtente, licet nõ cognita vt obiectum poteſt voluntas velle, & complacere ſibi in obiecto illius intellectionis, & in illa intellectione, & non complacere ſibi. Aliter enim voluntas non poſſet copulare parentem cum prole, quod eſt cõtra Aug. quaſi vbique in toto libro de trinitate. Ex iſta littera ha- *9 de tri. ca. 3 & 15. & 27.* betur primo, quòd voluntas poteſt ſibi complacere in aliqua re, puta uolendo eam ſi tamen illa res ſit præcognita, & ſimiliter poteſt ſibi complacere in alia re, licet talis res nõ ſit præcognita, & ſimul in eadem re præcognita poteſt ſibi complacere. *Exemplum.* Exemplum primi. Quando lapis cognoſcitur ab *Dubium.* intellectu, tunc voluntas vult lapidem prius cogni *Reſponſio.* tum, quia nunquàm lapis eſt præſens voluntati in ratione obiecti uolibilis niſi prius natura ſit cognitus. Exemplum ſecundi, qñ uoluntas cõplacet ſibi in ipſa intellectione lapidis volendo eã, & tunc cõtingit qñ firmat intellectum in tali intellectione, & tñ talis intellectio non eſt prius cognita. Sed tunc eſt dubium quõ uoluntas poteſt uelle aliquid, & non præcognitum, cum voluntas non feratur niſi in præcognitum. Dico, quòd complacere ſibi in aliquo ſiue velle illud poteſt dupliciter intelligi ſcilicet vel, quòd complaceat ſibi ut in obiecto, uel ꝙ complaceat ſibi non ut in obiecto, ſed ut in eo quo attingit primum obiectum. Primo modo non poteſt ſibi complacere niſi in præcognito, quia nunquàm uolũtas elicit actum uolendi circa aliquod ut obiectum niſi illud ſit actu cognitum, ſed ſecũdo modo poteſt ſibi complacere non in præcognito, quia non reſpicit illud ut obiectum. Et cũ dr, ꝙ uoluntas non fertur niſi præcognitum. Hoc verũ eſt de primo obiecto, quia non poteſt immediatè velle lapidem niſi ſit præcognitus, & ſimiliter hoc *Speculare* eſt uerum de omni eo, qđ reſpicit ut obiectum. Nã *diligenter* voluntas in multis poteſt ſibi complacere, & uelle *hoc qđ mul* ea quæ tamen non ſunt præcognita, ut patet, quia *tos latet pe* uult actu voluntas diuina multa contingentia, & *ripateticos* complacet ſibi in illis, quæ tamen non ſunt præ- *non ſolum* cognita ab intellectu diuino ut patet à Doctor. in *Theo.* primo diſtin. 39. & in quol. q. 14. Sic ſimiliter poteſt ſibi complacere in intellectione alicuius obiecti actu non præcognita. Et ſimiliter poteſt ſibi cõplacere in obiecto cognito, & non complacere ſibi in intellectione obiecti; etiam poteſt complacere in intellectione obiecti, & non complacere ſibi in obiecto, ut infra patebit. Exemplum tertij eſt, quando uoluntas reſpicit eadem intellectionem non ut præciſe hic quo intellectus attingit primum obiectũ, ſed ut eſt quoddã obiectum uolibile, & tunc uoluntas non poteſt ſibi complacere in tali intellectione, niſi fuerit prius cognita ab intellectu actu reflexo.

¶ Secundo dicit doc. ꝙ uoluntas põt ſibi cõplacere in obiecto, & nõ cõplacere, patet, quia ſi nõ pt

ſibi

ſibi complacere in obiecto, tunc voluntas nō poſſet conuertere intellectum ad tale obiectum vel conuerſum tenere. Et ſimiliter ſi non poſſet ſibi nō complacere in tali obiecto tūc non poſſet auertere intellectum à tali obiecto. Et ſimiliter ſi non poſſet ſibi complacere in obiecto, & in intellectione illius obiecti, & tunc non poſſet contingere parentem cum prole. Nam in propoſito parens eſt memoria ſecunda, quæ includit intellectum, & obiectum, & proles eſt intellectio perfecta obiecti, quæ dicitur uerbum, quæ ſi eſt perfecta dicitur verbum perfectum ſi imperfecta dicitur verbum imperfectum vt ſatis patet, in primo di. 27. & tunc dicitur contingere parentem cum prole qñ cōuertit intellectum ad obiectum vel tenet ipſum intellectum in conſideratione talis obiecti, & ſimiliter poteſt ſibi nō complacere in tali obiecto, & in tali intellectione, patet, quia ſi non poſſet ſibi non cōplacere, tunc non poſſet ipſum intellectum auertere à tali intellectione, & conuertere ad aliud obiectum, & ſic non poſſet coniungere alium parentē cum alio prole.

¶ Tertia propoſitio eſt, ꝙ voluntate complacente intellectioni, intellectio firmatur, & intenditur, ipſa autem non complacente vel nolente infirmatur, & remittitur hoc probat, quia agens, quod eſt diuerſarum operationum quale eſt agens per intellectū, & ſenſum ſi circa vnū, & idē agit fortius & perfectius agit quā ſi ſimul agat circa diſperata, quia virtus vnita fortior eſt, & perfectior, igitur ſi anima ſm omnes ſuas potentias agit circa idē obiectū fortius, & perfectius agit quàm ſi circa diuerſa ſm diuerſas potentias ageret, & ideo ſi voluntas operatur circa idem circa, quod intellectus, tunc confirmatur intellectus in ſua actione. Et hæc eſt ratio propter quid, ꝙ verò ita ſit, patet per experiētiā certè, videlicet, ꝙ intellectus, & volūtas poſſint ſimul agere circa idem obiectū reſpectu vnius, & eiuſdē actionis quilibet in ſe pōt experiri. Nā experimur, ꝙ tunc uiſio eſt intenſior qñ voluntas ad eandem concurrit tenendo, & firmando potentiā viſiuā in tali uiſione, & ꝙ ſic firmet, & teneat, hoc patet experimento, ſtante ergo hoc vero ſcilicet, ꝙ voluntas, & intellectus poſſint ſimul agere circa idem obiectum reſpectu eiuſdem actionis ratio concludit propter quid, quæ eſt, quòd plures potētiæ natæ agere circa idem ſi ſimul agunt, fortius agunt, quàm ſi vna ſola ageret.

Nota & bene.

¶ Secūdo probat hoc idem, quia agens inferius perfectius agit concurrente agente ſuperiori, licet non neceſſariò requiſito, ſed voluntas eſt agens ſuperius reſpectu intellectus, licet non neceſſariò requiratur ad actionem intellectus.

Dubium.

¶ Sed occurrit aliqđ paruū dubiū, q̄a dictū eſt, ꝙ volūtas nō cauſat intellectionem in ſe, ſed cauſatur ab intellectu, & obiecto qua cauſata tunc volūtas firmat intellectum in tali intellectione, & tunc intellectio illa fit intenſior. Quæro tunc à quo cauſatur intenſio talis intellectionis, ſi à voluntate, ergo, & intellectio illa cauſatur à voluntate, probatur conſequentia, quia cauſans intenſionem alicuius actus cauſat etiam ſubſtantiā actus, vt probat doc. in primo. di. 17. contra opi. Gottifre. qui uolebat, ꝙ ſubſtantia actus eſſet à potentia, & intenſio actus ab habitu, & Doc. ibi arguit probando, ꝙ ab eodē eſt intenſio actus, & ſubſtantia eiuſdem. Sed in propoſito intellectio obiecti quo ad eius ſubſtantiam, non eſt à voluntate, quia illa eſt prior natura actu elicito uoluntatis, ergo nec intenſio erit à voluntate. Si dicatur, quòd talis intenſio eſt ab intellectu, & ab obiecto. Contra, quia in illo priori natura quo cauſatur intellectio ab intellectu, & obiecto cauſatur perfectæ quantum cauſari poteſt ab eiſdem, quia intellectus, & obiectū ſunt cauſæ naturales cauſantes intellectionē ꝑ modū naturæ, ideo ꝑfecte cāt quantū pñt. Si dicatur, qđ intellectus, & obiectū per imperiū uolūtatis ſunt magis diſpoſita cāndum. Contra q̄a ꝑ tale imperiū nihil recipit nec in intellectu, nec in uolūtate quo dicantur magis diſpoſita. ¶ Propterea in cuius poteſtate non eſt actio, in eius etiam poteſtate nō eſt intenſio vel remiſſio, Hoc patet à doc. in 4. d. 49. q. 9. & ſimiliter ī in 1. d. i. q. 4. vbi vult, quòd in cuiꝰ ptāte nō eſt actio nec in eius ptāte eſt modus actionis puta intenſio vel remiſſio actionis, Sed intellectio ſm eius ſubſtātiā nō eſt in ptāte volūtatis, patet, quia illa eſt prior natura actu elicito uolūtatis, ergo nec eſt in ptāte uoluntatis intentio vel remiſſio intellectionis.

¶ Præterea hr̄ à doc. in 4. in. q. de corporū impaſſibilitate, & in. q. de claritate corporū. di. 49. ꝙ nulla natura creata pōt impedire naturales actiones. Stāte debita approximatione agētis, & paſſi. Nam ſtāte igne approximato ligno pſectè diſpoſito à tota natura creata nō pōt impediri combuſtio ligni, nec intēſio cōbuſtionis, & ſimiliter ſtante potētia viſiua debitè approximata colori à nullo pōt impediri quin uiſio, & intenſio uiſionis ſequatur, ergo ſtante pñtia obiecti ipſi intellectui, quæ ſunt cauſæ naturales intellectionis à nullo agente creato pñt impediri quin ſequatur intellectio quo ad ſubſtātiā, & quo ad intēſionē eius, ergo talis ītellectionē nō pt̄ ex ſolo imperio volūtatis intendi uel remitti.

Nulla natura creata pt̄ impedire naturales actiones.

¶ Rn̄deo breuiter cōcedēdo, ꝙ nec intēſio, nec remiſſio intellectionis ſunt ꝑ ſe à uolūtate ut à cāuſante, ſed ideo dr̄ intellectio intēdi à voluntate ꝑ quanto hēt in ptāte ſua firmare intellectū in tali obiecto ita, quòd quanto magis firmatur tāto pfectiùs agit circa obiectum, quia tunc minus diſtrabitur circa alia obiecta, qđ etiā patet de potētia, uiſiua, quæ quantò magis firmatur in uiſione coloris tanto illa uiſio intenditur, quia ergo uoluntas hēt in poteſtate ſua firmare intellectū circa obiectū, & auertere illū ab obiecto, quanto magis firmatur à uoluntate, tanto ab intellectu illa intellectio intenditur, & quanto magis auertitur à tali intellectione, tanto intellectio remittitur, quia tūc intellectus minus pfectæ agit. Cōcedo ergo, quod ſtante pfecta approximatione intellectus ad obiectum, uoluntas non pōt impedire intellectionem, & intenſionem eius, ſed eſt in poteſtate uoluntatis, quòd vnum obiectum prius cognitum magis fiat præſens intellectui, videlicet conuertendo intellectum circa tale obiectum quàm aliud.

Reſponſio.

Nota diligenter.

¶ Poſſet etiam fortè ſuſtineri, quòd intenſio intellectionis ſit à uoluntate, non ſic intelligendo vt opinio recitata in primo. diſt. 17. intelligit ſcilicet, quòd ab uno ſit intenſio actus, & ab alio ſit ſubſtantia actus, quia hoc eſt ſimpliciter impoſſibile cum ab eodem ſit ſubſtantia, & intenſio actus, ſed quòd actus ſit perfectior quando ſimul eſt à potentia, & habitu vt patet à Doctore in primo vbi ſupra, & in tertio diſtinctione vigeſimæprimæ. Poteſt enim eſſe, quòd uoluntas non habituata diligat franciſcum, & quòd ſtante tali dilectione infundatur ab eo habitus caritatis, tunc ille idem actus erit perfectior ſi ſimul eliciatur à caritate, & volūtate agente æquali conatu cū illo habitu, ſicut prius agebat ſine illo Sic dico in propoſito, & quamuis prima intellectio obiecti accipiendo primam intellectionem pro illo primo inſtāti naturæ quo elicitur vt prior actu elicito voluntatis non ſit in poteſtate voluntatis, vt ſupra patuit, tamen eadem intellectio vt continuata per aliquod tempus poteſt eſſe in poteſtate voluntatis, ſic

ſic ꝙ uoluntas poteſt imperare intellectui vt ſtet in tali intellectione, & tunc talis intellectio vt ſic cõtinuata ſimul poteſt eſſe ab intellectu, & uoluntate, & quo ad eius ſubſtantiam, & eius intenſionem quæ ſi eſſet à ſolo intellectu, & ab obiecto agentibus toto conatu non eſſet ita perfecta, ſicut eſſet concurrente uoluntate, & ſic fortè poſſet concedi, quòd eadem intellectio, quo ad ſubſtantiam, & intenſionem eius ſit ab intellectu, & à voluntate, ſed perfectior quando ſimul eſt ab vtroque. Si dicatur quomodo intellectio ſecundum ſubſtantiã poteſt eſſe à voluntate cum ipſa ut cauſata in aliquo priori naturæ ante actum voluntatis elicitũ, Dico, quòd talis intellectio quandiu continuatur tandiu etiam cauſatur, licet ergo in illo primo inſtanti, naturæ non poſſit à uoluntate cauſari, poteſt tamen cauſari in omni alio inſtãti, ſiue naturæ, ſiuè temporis, & hoc partialiter, & benè nota quæ dixi,

Tertius reſpondet ad difficultatem.

¶ Iſtis tribus propoſitionibus præmiſſis, reſpondet Doct. ad difficultatem dicens, quòd una intellectione intellectus exiſtente perfecta, poſſunt eſſe ibi multæ confuſæ, & imperfectæ, niſi illa intellectio eſſet ita perfecta, & actualis, quòd non paterctur ſecum aliam, licèt forte caſus non ſit poſſibilis. Illis ergo confuſis, & imperfectis ibi exiſtentibus poteſt voluntas ſecundum propoſitionem ſecundã complacere in qualibet earum, etiam ſi illa intellectio non fuerit cognita, ut obiectum actualiter, & ex tertia propoſitione voluntate complacente in aliqua intellectione confirmat illam, & intendit. Illa ergo quæ eſt remiſſa, & imperfecta ſit per iſtã complacentiam perfecta, & intẽſa, & ſic poteſt imperare cogitationi, & conuertere intellectum ad illam ſcilicet in tendendo illam per talem complacentiam, uoluntate uerò nolente aliam intellectionem, & non complacẽte ſibi in ea, talis intellectio vel remittitur, uel definit eſſe, & ſic dicitur uoluntas auertere intellectum ab intellectione illius, & eſt ſimile vt dictum eſt de oculo, qui ſtans in proportione eadem ad aliquod corpus uiſum ſine motu aliquo, & manifeſte eadem pyramide poteſt virtus viſiua in aliud peccatum, quod prius videbat licet imperfectè, & ſic intenderetur illa uiſio circa illud aliud punctum.

AD Illa tria argumenta ſuperius facta reſpondet Doct. & primo ad primum concedendo, ꝙ volitio requirit intellectionem priorẽ natura, & ſufficit, ꝙ illa intellectio ſit imperfecta ad hoc, ꝙ uoluntas illi complaceat. Vult dicere in iſta littera, ꝙ ex quo intellectio dicitur intendi ex hoc, ꝙ uoluntas complaceat ſibi in illa, ut ſupra patet, & ſufficit ꝙ talis intellectio ſit imperfecta, quia ut ſic conuertendo intellectum ad illam, ſiuè firmando intellectũ in illa, tunc talis intellectio intenditur, & pro quanto intenditur dicitur ſub eſſe imperio uoluntatis. Non requiritur ergo, ꝙ ad hoc ut cõplaceat ſibi, & illa ſit præ intellecta, ſed ſufficit, ꝙ obiectũ talis intellectionis, illa intellectione ſit præ intellectum, nam ut talis intellectio eſt præciſè id quo intellectus immediatè tendit in obiectum, nõ poteſt voluntas ſibi complacere in illo, ut præcognita, ſed ut eſt id, in quod intellectus mediate tendit mediante alia intellectione, qua reflectitur ſuper illã, tunc uoluntas poteſt ſibi cõplacere in illa, ut prius cognita illa cognitione reflexa, immo nullomodo ut ſic poteſt ſibi complacere in illa, niſi ut præcognita, ſed in illa intellectione reflexa cõplacet ſibi ut non præcognita, quia talis intellectio eſt præciſè id, quo intellectus immediatè tendit in primam intellectionem, & ſic pariformiter poteſt dici de omni intellectione reflexa in infinitum.

¶ Ad ſecundum dicit doc. duo, Primo, ꝙ in cauſis eſſentialiter ordinatis vbi ſuperior eſt libera in agendo poteſt eſſe circulus, & ſic uoluntas ſit cauſa ſuperior, & libera, & intellectus cauſa inferior per modum ſiuè cogitatio obiecti, & ſic cogitatio obiecti poteſt eſſe cauſa actus uolendi, & actus volendi poteſt eſſe cauſa talis cogitationis, & ſic circulus. Sed hoc dictum debet ſane intelligi poteſt enim habere multiplicẽ ſenſum. Primo ſic poteſt intelligi, ꝙ ipſa cogitatio obiecti ſiuè intellectus mediante cogitatione ſit cauſa actus uolendi quantum ad ſuum eſſe, & ꝙ actus uolendi ſiuè uoluntas mediante actu ſuo volendi ſit cauſa talis cogitationis, & ſic cogitatio in eſſendo dependeret à volitione, & volitio ſimiliter in eſſendo dependeret à volitione, & volitio ſimiliter in eſſendo dependeret à cogitatione, & hic ſenſus vr manifeſte impoſſibilis, niſi ſic limitãdo ſenſũ, uidelicet, ꝙ itellectus mediante cogitatione ut prius natura partialiter cauſat uolitionem eiuſdem obiecti, tenendo illam tertiam opi. recitatam ſupra in iſto 3. diſt 25. & ꝙ volitio ipſa in iſto priori nõ intelligatur eſſe cogitationis, quia in illo priori naturæ, quo ponitur agitatio non intelligitur habere eẽſſe, ſed in tempore ſequenti voluntas mediante tali actu prius cauſato à uoluntate, & ab intellectu poteſt intendere eãdẽ intellectionem firmando intellectum in illa intellectione, & ſic talis intellectio vt intenſa, & firmata poteſt eſſe cauſata à voluntate mediante actu uolendi, & hoc tñ partialiter. Sed põt eẽ difficultas ꝙ ſi intellectus mediãte cogitatione obiecti impfecta eſt cã partialis uolitionis imperfectæ, ergo iſte intellectus mediãte tali cogitatione intenſa, & pfecta erit uolitionis pfectæ, & intenſæ, & ſic eadem volitio intenſa dependebit à cogitatione intenſa. & ecõtra. Dico adhuc, ꝙ nõ eſt ꝑprie circulus, quia volũtas mediãte volitione imperfecta firmãdo intellectũ in cogitatione partialiter intendit illã cogitationem, & poſt illa cogitatione ſic intenſa eadẽ uolitio prius imperfecta põt vlterius intendi vt à cauſa partiali, & maximè nõ apparet inconueniens ꝙ una cauſa partialis partialiter intendat aliquem effectũ. & ꝙ eadem cã partialiter intendatur ab eodẽ effectu, ſed eſſet incõueniens in cauſis totalibus.

Hoc dictũ debet ſane intelligi.

¶ Secũdo põt ſic intelligi, ꝙ intellectus mediãte actu ſuo dicatur cã inferior reſpectu uolitionis nõ cauſando illam, ſed pro quanto uoluntas non põt elicere illam, niſi talis intellectio præexigatur, & ꝙ uolũtas mediãte actu ſuo ſit cã talis intellectionis. ſ. ꝙ ſit cã, ꝙ intellectus immediatè eliciat illam, & hic ſenſus e ſimpliciter falſus, quia tũc idẽ reſpectu eiuſdẽ eſſet ſimpliciter prius, & poſterius, patet, quia intellectio ut præexigitur uolitioni neceſſario eſt prior uolitione, & ſi uolũtas mediãte tali uolitione eſt cã, ꝙ intellectus eliciat illã tunc uolitio erit ſimpliciter prior tali intellectione, & ſic idem reſpectu eiuſdem erit ſimpliciter prius, & poſterius, quod non eſt intelligibile.

Intellectio eſt prior volitione.

¶ Dico ergo, ꝙ ſic debet intelligi, ꝙ illa intellectio vt imperfecta in aliquo inſtanti, priori naturę eſt ſimpliciter prior uolitione, & præexigitur ipſi uolitioni, & quo ad hoc dicitur ſuo modo cauſa uolitionis, ſed quo ad intenſionem, & continuationem eiuſdẽ cogitationis, ipſa cogitatio põt eſſe poſterior volitione, quia voluntas firmãdo intellectũ mediante ſuo velle in tali cogitatione intendit illã & ſic eadem cogitatio ut imperfecta eſt prior uolitione, & vt perfecta eſt poſterior.

¶ Secundum dictum eſt, ꝙ loquendo de cauſis eſſentialiter ordinatis naturalibus, & per modum naturæ agentibus, & præcipuè de cauſis totalibus tũc ibi nullo mõ pt eſſe circulus, & hoc ſatis patet,

¶ Ad

¶ Ad tertium dicit doct. ꝙ intellectiones habẽt cauſam ſufficiẽtẽ, ſcilicet memoriã quoad perfectionẽ quã illa põt cauſare, ipſa tñ eadem cauſa cõcurrẽte cũ ſuperiori vel habente ordinẽ eſſentialẽ circa illud circa, quod agit ipſa propter quẽ ordinẽ natæ ſunt iſtæ potẽtiæ ſe inuicem impedire cũ circa diuerſa operantur, ideo circa idem ſe intendũt, & tũc ſequitur operatio intẽſior, & pfectior, vnde qñ intellectus intelligit aliquid, ſi eſſet operatio voluntatis circa idem, & imaginatio circa idem imaginabile, & ſenſus exterior circa idem particulare puta ꝙ eſſet ſibi præſens, tũc perfectior eſſet intellectio, quia potẽtiæ diſtinctæ circa diuerſa remittuntur in actionibus ſuis, vt ẽxperimẽto patet. Aliter poſſet dici, ꝙ volũtas habeat immediatã actionẽ ſuper intellectũ. Sed eſt hoc difficilius qa nõ apparet, ꝙ uoluntas ut cauſa ſuperior ſit cauſa intellectionis, & ſimiliter intellectus, videtur, enim, ꝙ intellectus vna cũ obiecto ſit cauſa ſufficiens intellectionis uoluntate nullo modo concurrente.

Quõ voluntas habeat immediatã actionem ſuper intellectum.

I B I. Sequitur secũdũ. Hic eſt ſecũdus articulus principalis huius. q. qui eſt qũo cogitatio poſſit eſſe mala. Ad hoc dicit doc. ꝙ ipſius voluntatis ſunt duo actus ſcilicet cõplacentiæ, & cõcupiſcentiæ, & actus cõplacentiæ prior eſt quia prius cõplacet uoluntati ex dilectione in illo, cui concupiſcit quàm cõcupiſcat aliquid ſibi. Exemplũ. Nã auarus quàm vult ſibi pecunias prius ſibi cõplacet. i. prius amat ſe quã pecunias ſibi concupiſcat, ſemp enim amor concupiſcentiæ eſt poſterior amore amicitiæ, ſiuè complacentiæ, vt clarè patuit ſupra. d. 6. q. 2. Hoc præſuppoſito dicit Dor. ꝙ uolũtas põt aliquid ſibi inordinatè cõcupiſcere, puta actũ fornicãdi, & cõplacere in illo. i. cõplacere ſibi in illo actu, & cũ dico cõplacet ſibi in tali actu dico duo ſcilicet amorẽ concupiſcentiæ quo concupiſcit ſibi actũ fornicãdi, & amorem cõplacentiæ quo complacet ſibi in illo actu. Et nõ tm̃ põt ſibi complacere in aliquo, puta uoluntas nõ tm̃ põt ſibi complacere in aliquo ordinatè vel inordinatè cõcupito, ſed etiã põt cõplacere potentijs inferioribus in aliquo ordinatè vel inordinatè illis cõcupito, ut cũ uoluntas concupiſcit aliqđ viſibile potẽtiæ viſiuæ, & cõplacet potentiæ viſiuę in tali uiſio ne, ita ꝙ hic ſunt duo amores ĩ uolũtate, vnꝰ quo cõcupiſcit uiſionẽ obiecti delectabilis potentiæ viſiuæ, & alius quo complacet illi potentiæ viſiuę in tali uiſione, & nõ tm̃ hoc, ſed etiã alij, puta alicui proximo, põt aliquid concupiſcere, & hoc ordinatè vel inordinatè & complacere proximo in tali concupito, & eodẽ modo poteſt uoluntas quo ad actum intellectus. Poteſt enim uoluntas complacere intelectui in aliqua cogitatione.

Duo actus voluntatis.

¶ Nunc applicando ad propoſitum. d. Doct. ꝙ qñ voluntas imperat cogitationem alicuius illiciti qua uult, & obiectum ſit ſibi pñs ad continuandũ delectationem, & complacentiã in illo, ſi illud cogitatũ ſit illicitũ in complacentia plena illo modo prædicto eſt peccatum mortale, & hoc nõ ſolũ de carnalibus ut cogitare luxuriã, ſed etiã in actibus intellectus reſpectu aliorũ obiectorũ vt rimari, & morari cũ delectatione in cogitatione mortis inimicorũ, & ſi patet, ꝙ cogitatio de obiecto illicito procedens ex complacentia uoluntaris in illo poſt deliberationem eſt peccatũ mortale. Et no. bene ꝗ dicit Doc. de cõplacentia plena, ideſt, ꝙ qñ uolũtas plene, & determinate deliberat cõplacere ſibi in cogitatione illiciti ut ibi delectetur, & tunc dr̃ deliberatio plena qñ per verũ ſyllogiſmũ practicum ſibi oſtenditur fornicationem eſſe illicitã, & lege diuina prohibitã, & per conſequens nullomodo volẽdã, & habet tempus quo poteſt aſſentire tali dictamini, & conformiter elicere actũ nolendi, ſi tunc determinate contra illud dictamen rationis elicit actum quo uult luxuriam, ita, & taliter, ꝙ non eliciat actum ex quadam ſurreptione, uel ex quodam impetu, quia tunc non crederem illum eſſe peccatum mortale, ſed quando perfectè oſtenditur ſibi eſſe malũ ita, ꝙ in ratione nulla eſt ſurreptio, nec impedimentum, ſi poſt tale dictamen determinat velle fornicari etiã ſi opus nõ ſequatur mortaliter peccat. Sic pariformiter dico, ꝙ ſyllogiſmo practico concludatur eſſe peccatum mortale delectari in cogitatione illiciti, & legi diuinæ ſimpliciter ꝓhibiti, & hoc dictetur expreſsè uoluntati, ſi tunc uoluntas determinatæ contra tale dictamen complacet ſibi in tali cogitatione illiciti imperando intellectui vt firmiter ſtet in tali cogitatione, tũc nulli dubium, ꝙ illa cogitatio poſt talem deliberationem eſt peccatũ mortale, quod probat, quia ſicut eſt peccatum mortale concupiſcere ſibi delectationem de obiecto illicito, & illam etiam vel aliã cõcupiſcere potentiæ inferiori, ſic etiam eſt peccatũ ad hoc uelle cogitationem de ipſo obiecto, ut ſcilicet delectetur in illo. Et hæc eſt ſentẽtia Aug. 12. de ciui. cap. 12. vide ibi. Et ꝙ Aug. ibi intelligat, ꝙ delectatio ſine conſenſu in opus ſit peccatũ mortale, patet per illud, quod dicit. Si ſola mulier cogitat de re illicita totus homo damnabitur, niſi mediatoris gratia interueniente liberetur, ꝙ ſi eſſet veniale poſſet ſine gratia appoſita liberari, & autoritas Augũ. debet intelligi de pleno cõſenſu modo præexpoſito, qui videlicet ſequatur dictamen rectæ rationis &c. Nota etiam ꝙ quãdo voluntas pleno conſenſu imperat cogitationem de obiecto illicito ut delectetur ĩ tali illicito, ꝙ ſi delectatio actu non ſequitur, adhuc talis cogitatio eſt peccatum mortale, quia ſi talis delectatio non ſequitur nõ eſt ex defectu uoluntatis, cum ipſa pleno conſenſu velit delectari in tali cogitatione.

Nota & bene.

Specula e diligenter.

¶ Addit etiam Doct. ꝙ in eadem cogitatione poteſt eſſe peccatum, & non eſſe, quia quantumcunque cogitatio ſit delectabilis, cum tamẽ obiectum non eſt ſibi delectabile non eſt peccatum. Vnde vir ſanctus poteſt delectari in cogitatione alicuius peccati, quod ſteteſtatur, & ſic in tali delectatione erit meritum, & non peccatum. Delectari verò in cogitatione erit meritum, & non peccatum. Delectari verò in cogitatione alicuius peccati quatenus obiectum illicitum ſit ſibi præſens, ut delectetur in illo ut in obiecto eſt peccatum, etiam hoc patet per Auguſt. 9. de tri. c. 10. diffinire intemperantiam verbumque eius dicere pertinet ad artem moralem, ideſt cauſare cognitionem intemperantiæ, quæ cognitio dicitur uerbum, hoc pertinet ad artẽ moralẽ, qua cognoſcũtur mala vt fugiẽda, & bona ut proſequẽda, ſed eſſe intẽperatũ ptinet ad illud, qđ in illa arte culpatur, ſicut cognoſcere, & diffinire quid ſit ſolecíſmus ptinet ad artẽ loquẽdi, facere autem illud eſt vitium, quod in eadem arte reprehenditur. Sic ergo ſi cogitatio placet, & continuatur non propter cogitatum, ſed ut per eam quis ad finem debitum deducatur non eſt peccatum. Sed ſi propter obiectum illicitum ut in ipſo delectetur ſic eſt peccatum, & iſto modo ſancti uiri deteſtantur cogitationes illicitas.

A D Argumenta principalia primo arguit Doc. probando, quòd peccatum non ſit in cogitatione, quia ſecũdum Aug. de duabus animabus, peccatũ nunquàm eſt niſi in voluntate.

¶ Reſpondet Doct. concedendo, quòd peccatum formaliter non eſt niſi in voluntate. Sed tamen materialiter poteſt eſſe in alijs actibus vt inordinatè imperantur à uoluntate, vnde prima cogitatio,

Peccatum quomodo ſit in uoluntate.

tatio,vt patet ſupra nõinducit peccatũ quia illa eſt
prior actu elicito voluntatis,eadẽ tñ vt cõtinuata,
& firmata,vt ſupra dixi põt eſſe peccatũ mortale,
nõ eñ aliqua noua cogitatio,ut ſimplr noua pr eſ-
ſe bona vel mala moraliter cum omnis talis ſit pri-
or voluntate, ſed poteſt dici noua,quo ad nouam
intenſionem, nam voluntas non poteſt imperare
nouam intellectionem, ſed bene primam poteſt
intendere. Pono ergo, quòd intellectus meus ante
omnem actum voluntatis cogitet obiectum illici-
tum, & quòd voluntas in eodem inſtanti tempo-
ris conuertat intellectum ad illam cogitationem
complacendo ſibi in illa, & in obiecto illius cogi-
tationis, adhuc non credo pro ſtatu iſto, quòd vo-
luntas peccet in tali cogitatione, quia oportet, ꝙ
prius ſibi oſtendatur per verum ſillogiſmum pra-
cticum, quòd delectari in tali cogitatione ſit pec-
catum,& hoc pro ſtatu iſto non fit in inſtanti. Sed
ſi poſt verum dictamen pleno conſenſu imperat
talem cogitationem, tunc erit peccatum mortale.

Quæ ſit cogitatio noua.

Deinde declarat Doct. quæ ſit ſecunda cogitatio
ſiuè noua, & dicit, quòd illa eſt noua vel prima,
quoties obiectum ſibi occurrit ſi enim nunc non
intelligo lapidem,& immedtatè poteſt intelligo il
lum, talis intellectio dicitur noua,ſiuè prima, &
ſi poſt horam non intelligo eundem lapidem, &
poſt aliam horam intelligo illum eundem, adhuc
illa dicitur noua,ſiuè prima, & hoc etiam patet,
quando homo ſurgit à ſomno,tunc omnis intelle-
ctio quam habet dicitur noua,quia in ſomno nul-
lam habebat.

¶ Secundo arguit ſic,quia ſecundùm Augu. de
religione chriſtiaua,peccatum ideo peccatũ, quia
voluntarium,ſed non eſt voluntarium,niſi,quia eſt
in poteſtate voluntatis,ſed cogitatio non eſt in po-
teſtate voluntatis, quia non eſt in poteſtate noſtra
quin viſis tangamur, vt patet per Augu. de libero
arbitrio.com.15.

¶ Reſpondet Docto. concedendo, quòd prima
cogitatio non eſt in poteſtate voluntatis,ſed ſic cõ
placere cogitationi, & ſic acceptare, & tenere in-
tellectum,ibi bene eſt in poteſtate voluntatis vt ſu
pra patuit.

¶ Tertio arguit ſic, quia nihil eſt peccatum,niſi
ſit cognitum, patet,quia non eſt peccatum,niſi vo
litum,& nihil niſi cognitum,ſed cogitatio non eſt
cognita,patet, quia ſi ſic,aut igitur eſt cognita quã
do eſt, & hoc non,quia tunc duæ cogitationes ſi-
mul eſſent in intellectu, quod non eſt neceſſe ad
hoc, quòd aliquis peccet. Aut eſt cognita antequã
inſit,& hoc non,quia tũc de iſta intellectione,qua
prima cognoſcirur quando non eſt quærerẽ vtrũ
eſſet cognita uel non,& ſiſic iterum quærerem dę
illa,& ſic in infinitũ,aut illa eſt cognita poſtquàm
in fuit,& hoc non quia tunc in illa non eſſet pecca
tum actualiter, cum illa actu non inſit, quod eſt
propoſitum.

¶ Reſpondet Doc. quòd non ſequitur, cogita-
tio non eſt prius cognita,ergo nec volita, quia ſuf-
ficit,quòd actus cogitationis ſit præſens non in ra
tione obiecti,vt ſupra patuit,nec rectè nec reflexe
conſiderati ad hoc,quòd voluntas velit illam,& cõ
placet ſibi in illa,vnde ad hoc, quòd aliquid ſit vo-
litum,ſufficit eius cogitationem actualiter inhære
re intellectui ideſt, quòd ad hoc, quòd obiectum
ſit uolitum ſufficit, quòd intellectio illius actu in-
hæreat intellectui, & talis cogitatio actu inhærens
intellectui poteſt eſſe volita, licet actu non ſit præ
cognita, & de hoc ſatis dictum eſt ſupra.

¶ Vltimo arguit ſic Doc. in cogitatione non eſt
malum,ergo non eſt peccatũ probatio antecedẽn-
tis, quia ſi cogitatio eſſet malũ,ex hoc eſſet malũ
quia eſſet cogitatio alicuius mali, ſed intellectio
mali non eſt mala,patet,quia etiam Deus habet co
gitationem mali, in quo tamen non eſt malum,
nec peccatum.

¶ Reſponſio patet ex dictis ſupra.

A D ſecundam quæſtionem ſoluendam, quæ
eſt. An in ſermone poſſit eſſe peccatũ, & duo ſunt
principaliter videnda. Primo quomodo ſermo eſt
in poteſtate voluntatis. Secundo quomodo in ſer-
mone eſt malitia.

¶ Quantum ad primum dicit doc. quòd poten-
tia motiua in homine eſt in obedientia ſeruili re-
ſpectu voluntatis,quæ primo poli. vocatur poten-
tia diſpotica, ſic,ꝙ talis potẽtia nullo modo poteſt
rebellari volũtati ſic diſpoſitæ,ſed in uiribus ſenſi-
tiuis, qbus volũtas dominatur principatu politi-
co pñt aliqñ rebellare imperio voluntatis, & de
hoc vide primo politico. Sic in propoſito formare
voces articulatas eſt actus potentiæ motiuæ quo
mouetur lingua, & alia inſtrumẽta ad vocẽ articu
latã requiſita, ipſa tñ vox articulata nõ põt imme-
diatè elici niſi mediãte actu imaginationis, vel in-
tellectu, immo prius formatur vox in mente quã *cap. 3.*
extra formetur ut patet per doc. primo perhiei. q
vult, ꝙ ſit vox in mẽte, & vox in uoce, & vide quæ
ibi expoſui. Patet ergo quõ ſermo ſenſibilis eſt in
poteſtate voluntatis, ſi lingua non ſit impedita ad
motum, & ſimiliter alia inſtrumenta.

¶ Quantũ ad ſm dicit,ꝙ malitia vel peccatũ eſt
in ſermone materialiter, formaliter verò in volũta
tate. Nã recta ratio iudicat omnes actus humanos
debere eſſe rectè circũſtãtionatus rectitudine ſibi
debita ſcilicet participata loquẽdo de actibus po-
tentiarũ inferiorũ,& dñr actus humani,qui eliciũ
tur ex imperio uolũtatis,vel liberi arbitrij. Nõ eñ
omnes actus dñr humani ex hoc ſolo, ꝙ ſubſunt
imperio volũtatis,quia poſſunt imperari, à volũta
te,quia ſic mouere barbã vel leuare feſtucã ex ſola
imaginatione eſſent actus humani, cũ huiuſmodi
actus ſubſint etiam imperio uolũtatis. Dicũtur er-
go actus humani ex hoc, ꝙ actu eliciũtur imperio
liberi arbitrij, cũ ergo uolũtas teneatur imperare
actibus qui ſubſunt imperio eius cõformiter ra-
tioni rectę,ſequitur,ꝙ tenetur dare illis rectitudi-
nẽ eis cõuenientẽ,& per cõſequẽs ſi tales actus im-
perat cõtra dictamẽ rectę rationis priuat eos recti
tudine nata eis cõuenire, & ſic in talibus actibus
erit peccatũ materialiter, quia in eis eſt priuatio
rectitudinis natæ in eſſe. Sed in ꝓpoſito actus po-
tẽtiæ motiuę ſubeſt imperio volũtatis, loquẽdo tñ
de illis actibus,qui ſubſunt uolũtati, nã multi ſunt
actus qui nõ ſubſunt ut motus,pulſus, & actus ue-
getatiuæ,& huiuſmodi. Debet ergo talis actus eſſe
circũſtãtionatus, & rectus rectitudine ſibi debita
vtpote,ꝙ trãſeat ſuper materiã debitã vt ordinetur
ad debitũ finem,vt ſcilicet ſermo ædificet ꝓximũ
& ꝙ notificet illud, quod eſt in conceptu mentis.
Aliter enim eſſet mendacium,ex defectu igitur ali
cuiùs circunſtantiæ quam oportet imperare uolũ-
tas eſt peccatum,& malitia formaliter in volunta-
te,& materialiter in ſermone.

Lychetus nõ ſolũ methaphiſicã uerũ librum perihiermenorũ expoſuit.

A D Argumẽta principalia. Arguit primo doc.
probãdo, quòd peccatum non ſit in ſermone,quia
vtens inſtrumento ad illum finem,ad quem eſt or-
dinatum non peccat,ſed ſermo inuentus eſt ad ex-
primendum mutuæ uoluntatis indicia ſecundùm
Platonẽ in thimeo. Secundo arguit ſic. Si pecca-
tum eſt in ſermone, aut eſt inquantum eſt uox,
uel inquantum ſignificatiua, non primo, quia
tunc in brutis eſſet peccatum,non ſecundo, quia
impoſitus eſt ad ſignificandum, & eius impoſi-
tio non eſt peccatum. Tum etiam, quia ex
hoc

hoc, quòd eſt ſignificatiua, non imprimitur ſibi aliqua qualitas, propter quam vox illa dicatur mala.

¶ Ad primū dicit Doct. ꝙ ex quo vſus ſermonis eſt in poteſtate voluntatis, & tenetur vti ſermone ſecundū dictamen rectæ rationis, & quia recta ratio dictat, quòd vtatur ſermone cum omnibus circunſtantijs dictatis à ratione, videlicet, vt ſit ſuper debitam materiam, ędificet proximum, &c. & ideo non vtēdo ſic ſermone peccatum eſt formaliter in voluntate, & materialiter in ſermone.

Quomodo pe catum ſit in voce. ¶ Ad ſecundum dicit Doct. ꝙ in voce, vt ſignificatiua eſt peccatū materialiter, quia voci, vt ſignificatiuæ cum ſubſit imperio voluntatis tenetur volūtas dare rectitudinem ſibi debitam, quæ rectitudo eſt, vt voluntas actu ſuo elicito imperet talem vocē conformiter dictamini recto, quæ vox ſi ſic cōformiter ex imperio voluntatis elicitur à potētia motiua eſt bona materialiter bonitate morali. Si verò difformiter eſt mala materialiter malitia oppoſita bonitati morali, & hoc quo ad argumentum.

¶ Et cum dicitur, quòd impoſitio ad ſignificandum nullam qualitatem voci tribuit. Hoc cōcedit Doct. ꝙ ſola impoſitio non tribuit voci, nec qualitatem aliquam, nec intentionem, nec conceptum, vnde nihil valet, quod dicunt aliqui, vt Tho. qui di- *Contra ſanctum Tho.* cit, ꝙ vox ſignificatiua continet in ſe cōceptum rei, quem cauſat in animo audientis, & quia conceptus aliquando accipitur pro obiecto conceptibili, aliquando pro obiecto actu cognito, aliquando pro actu cognoſcendi, aliquando pro ſpecie intelligibili, vt patet à Doct. in ſuis theorematibus, aliquādo accipitur pro quodā idolo fabricato ab intellectu, de quo Ocham in primo. Sed quomodocunque accipiatur conceptus ſecundum diſt. Doc. talis conceptus non continetur in voce ſignificatiua. Si enim hoc eſſet verum tunc vox ſignificatiua audita poſſet mouere intellectum audiētis ſecundum illā intentionem inquantum, ſcilicet eſt ſignificatiua, & *Doctrina ſingularis.* tūc vox latina ſignificatiua puta hæc vox lapis moueret intellectum græci audientis eam cauſando in eo conceptum lapidis, quem in ſe continet, & per conſequens Græcus per hāc vocem auditam ſtatim conciperet quiditatē lapidis, patet, quia cōceptus ſignificat idem apud omnes, quod tamē eſt abſurdū, vnde per hoc, ꝙ eſt ſignificatiua nulla qualitas ſibi imprimitur, nec aliquem conceptū in ſe cōtinet, ſicut nec in circulo cauſatur aliqua qualitas de nouo per hoc, quod imponitur ad ſignificandum vinum, Ideo dico, ꝙ vox ſignificatiua ſolum eſt ſignū ad ſignificandū ad placitū, vnde vox tantū immutat ſenſum auditus, nec habet cauſare in ſenſu, vel in fantaſia, vel in intellectu, niſi conceptum vocis ex ſe, per quem, ſcilicet illa vox tantum concipitur, auditu tamē immutato à voce ſignificatiua immutatur fantaſia, & memoria, & rememoratur res, cui talē nomen fuit impoſitū. Niſi enim fantaſia haberet ſpeciē rei, & ſimiliter vocis, memoria ſenſitiua non cōſeruaret illas ſpecies, nō rememoraretur rei, cui tale nomen fuit impoſitum, qua rememoratione habita excitatur intellectus ad conſiderationē illius rei cuius prius habuit notitiam. Aliter enim nihil moueret intellectū, niſi vox cui imponitur prius fuerit ſibi nota, quæ ad rē illā ſignificandā imponebatur, & ſic talis vox reducit intellectū ad actualē intellectionē rei prius notæ habitualiter, & iſto modo poteſt eſſe materialiter malitia in voce, vt eſt inſtrumentū volūtatis, pro quanto. ſ. illa voluntas tenetur imperare talem vocem ſecūdum rectū dictamē rationis.

AD tertiā quæſt. ſoluēdā, quæ eſt, an in opere ſit peccatum. Duo ſunt principaliter vidēda. Primo, quomodo operationes aliarum potētiarum ſunt in poteſtate volūtatis. Secundo, qūo in eis eſt malitia.

¶ Quantum ad primum, dicit, quòd opus in propoſito accipitur ꝓ operatione aliarū potentiarū in- *Quomodo accipiatur opus.* feriorū à potētia motiua linguæ, & licet ſermo ſit quoddā opus, diſtinguitur tamē contra alia opera, qa ſecundū illud opus ſermonis maximē ſe habet homo ciuiliter, & politicē. Dicit ergo Doc. ꝙ potētia motiua eſt in poteſtate volūtatis, & ſimiliter potētia ſenſitiua, & etiā vegetatiua quatenus depēdēt à motiua, ſicut potētia vegetatiua quantum ad nutrimētū requirit appoſitionē nutribilis, & ideo nullus ſe nutrire pōt, niſi cibus applicet ori, & niſi fiat maſticatio, & deglutitio, q actus ſunt potētiæ motiuæ, q̄ ſubeſt imperio voluntatis, & quo ad hoc pōt dici vegetatiua ſub eſſe imperio voluntatis, & ſimiliter requirit approximationē actiui ad paſſiuū, & ſecūdum hoc vegetatiua generatiua eſt in poteſtate noſtra, & in ea pōt eſſe peccatum materialiter inquātū ad actū inordinatū præcedit potentia motiua, quæ eſt in poteſtate voluntatis, nā ſi potētia motiua imperio volūtatis applicat actiuū paſſiuo debito modo, & ad finē debitū, vt cū quis cognoſcit ſuā modo debito, & ad finē debitū, & ſm dictamē perfectę rationis. Similiter etiā quātū ad potētias ſenſitiuas, puta viſus, auditus, odoratus, olfactus, & tactus, quatenus operationes earū depēdēt à potētia motiua pōt in eis eſſe peccatū materialiter, licet enim actus vidēdi nō ſit immediatē in poteſtate volūtatis ſtantibus oculis apertis circa viſibile approximatū, tamē illa viſio eſt in poteſtate volūtatis pro quanto pōt imperare potētiæ motiuæ, vel vt auertat oculos, vel vt eos claudat. Vnde Aug. 11. de Tri. c. 8. dicit, ꝙ qa operatio palpebrarum neceſſariò requiritur ad viſionē, & motus localis palpebrarū obedit animæ, ea hactenus viſio eſt in poteſtate volūtatis.

¶ Sed ſunt ne huiuſmodi potētiæ motiuæ aliter in poteſtate volūtatis, quàm per principiū motiuū. Dicit, ꝙ ſic inquātū. ſ. perfectius poſſunt in actum ſuū ex hoc, ꝙ volūtas habet actū ſuū circa idē obiectū, patet in viſu, nā ſtāte eadē diſpoſitione obiecti, & oculi poteſt viſus imperari à volūtate, vt abſque motu locali intueatur nūc aliquem punctū perfectius, quàm prius, & hoc in eadē pyramide, & infra eadē baſim propter copulationem voluntatis.

¶ De ſecūdo principali patet, ꝙ malitia eſt in eis materialiter, quādo. ſ. tales operationes nō ſunt elicitę imperio voluntatis cum debitis circunſtantijs à ratione recta dictatis.

¶ Contra hoc arguitur, quia opus non eſt volūtarium, vt patet ad Roman. 8. Non, ꝙ volo bonum hoc facio. Secundò, quia talia opera ſunt communia brutis, & hominibus, ergo in illis non eſt peccatum, ſicut etiam bruta per illa non peccant.

¶ Reſpondet Doct. ad primum, ꝙ dictū Apoſto- *Quomodo ſit intelligendus Paulus.* li intelligitur quo ad primos motus, qui præcedūt omnē actū voluntatis, & per conſequens nullā culpa poteſt eſſe in eis, quia vt ſic non ſubſunt imperio voluntatis, ſed delectationes, quæ ſunt in voluntate tanquam primi motus ſunt peccatum quando ſunt de obiecto illicito, vt quando voluntas delectatur appetitui ſenſitiuo, quia illæ delectationes non ſunt ſine actu rationis, & voluntate præcedente. Hoc tamen debet ſanè intelligi, quia nō eſt peccatū mortale talis delectationis, niſi ſequatur plenum conſenſum, vel plenam deliberationem, præcedēte verò dictamine rationis, quod eſt communiter cognitio concluſionis ſyllogiſmi practici plene, & actualiter dictans eſſe illicitum, & lege diuina prohibitū voluntatem velle condelectari ſenſui de re illicita, vt ſupra dixi.

¶ Ibi. Si dicas, quòd primi motus non ſunt pec- *Difficultas.* cata ex eo, quòd voluntas non præuenit. Hic mouet vnam difficultatem, quia delectatio immoderata

rata in parte ſenſitiua, quę nata eſt ſub eſſe imperio voluntatis, ſiue operatio ad quã ſequitur talis delectatio, licet ſit prior actu voluntatis elicito, quia voluntas non tantum tenetur non imperare huiuſmodi actus, ſed etiam tenetur præuenire potentias ſenſitiuas, ne tales actus eliciant. Dicit Doct. ꝙ tunc ſi erit peccatũ, ꝙ tantum erit peccatũ omiſſionis in voluntate, quia omittit, quod tenetur non omittere, omittit enim talem præuentionẽ quam tenetur non omittere. In illis ergo operationibus ſenſitiuis elicitis non ex imperio voluntatis nõ eſt peccatum etiam materialiter, ſed tantum eſt peccatum omiſſionis in voluntate. Sed quomodo voluntas tenetur præuenire potentias ne eliciãt tales actus, hoc non pertinet ad præſentem materiam.

¶ Ad ſecundum patet reſponſio ex ſupradictis, quia appetitus noſter cum ſubſit imperio voluntatis per participationem, ideo poteſt eſſe in eo peccatum materiale.

AD quæſt. quartam, quæ eſt. An diuiſio Hiero. de peccato ſit ſufficiẽs. Dicit Doc. primo, ꝙ Hiero. non diuidit hic peccatum formaliter, qua peccatũ formaliter eſt tantum in actu voluntatis elicito, cũ ſit carẽtia rectitudinis, q̃ deberet ineſſe tali actui ex recto dictamine rationis, vt ſuperius patuit. Secundò dicit, ꝙ Hieron. non diuidit hic ſubiectum peccati formalis, quia tale ſubiectũ eſt tantũ actus voluntatis elicitus, peccatum enim ſiue formale, ſiuè materiale immediatè fundatur in actu, vt ſupra patuit in iſto ſecundo, diſt. 34. & ſic ſubiectum peccati formalis, vt diſtinguitur cõtra ſubiectum peccati materialis eſt actus voluntatis elicitus. Tertiò dicit, quòd Hiero. nõ diuidit peccatum originale, quia illud eſt tantum in voluntate, vt ſupra patuit in iſto ſecundo, d. 29. & 31. Quartò dicit, ꝙ Hiero. hic tantum diuidit ſubiectum peccati materialis, quale ſubiectum eſt cogitatio, ſermo, & operatio. Et addit Doct. ꝙ illa diuiſio poſſet cõtineri ſub duplici membro. ſ. ꝙ quoddam eſt peccatum in actu interiori, vt cogitatio, & quoddam in actu exteriori, & hoc ſecundum membrum ſubdiuiditur, quia continet ſermonem, & operationem, quia locutio maximè conuenit homini, vt eſt rationalis, & vt eſt homo, quia vt ſic eſt cõmunicatiuus, & ſic circũloquimur actũ exteriorẽ per duo membra, & debet intelligi diuiſio poſitiuè quo ad peccatũ cõmiſſionis, puta quando actu dicitur ſermo, vel opus ſine debitis circunſtantiis à ratione dictatis, & ſimiliter cogitatio negatiuè quo ad peccatũ omiſſionis in cogitatione, locutione, & opere, vt cũ volũtas tenetur imperare cogitationem, locutionẽ, & opus & non imperat.

Peccatum formaliter eſt in actu voluntatis.

CIRCA vltimam quæſt. quæ eſt. An diuiſio ſeptẽ peccatorũ capitaliũ ſit ſufficiens. Dicit Doct. ꝙ ſolutio huius. q. patet d. 6. huius quæſt. 2. vbi quæſitum eſt de peccato angeli. Voluntas enim coniũcta appetitui ſenſitiuo nata eſt tendere in delectabilia talis appetitus, & condelectari illis, vt ſatis patet in tertio, diſt. 15. & maximè in maxima delectabili, & appetibili appetitui ſenſitiuo excellentiori nata eſt condelectari, ſicut intellectus coniunctus natus eſt intelligere ſenſibilia, & prius ea, q̃ ſunt prius ſenſibilia, volũtas igitur noſtra propter coniũctionem ſui appetitui ſenſitiuo nata eſt tendere in delectabilia tali appetitui, & ſecũdum iſta delectabilia poſſunt aſſignari peccata capitalia carnalia, qualia ſunt luxuria, & gula. Sed peccata ſpiritualia poſſũt aſſignari ſcdundũ illud, quod eſt delectabile volũtati in ſe nõ propter appetitum ſenſitiuũ, ſicut honor, &c. quemadmodum eſt ſuperbia, vt cum quis vilipenditur ſtatim ſequitur ira, & cum quis magis honoratur ſtatim ſequitur inuidia, & negligentia, ſed peccatũ auaritiæ non videtur eſſe, niſi circa appetibile vtile, ꝙ ordinatur ad appetibile ſ'm ſe alterũ dictorũ modorũ. ſ. uel ad voluptatẽ, vel ad honorẽ ſecundũ tamen formalẽ rationẽ peccatorũ iſta diuiſio ſeptimembris nõ eſt ſufficiens, immò diuiſio peccatorũ eſſet per ſe accipienda, vel ex carẽtia, vel ex obliquitate præceptorũ, ita ꝙ ſicut ſunt decẽ præcepta, ita ſunt decem peccata capitalia, & ex oppoſitione ad virtutes. i. ꝙ peccata capitalia pñr accipi ex oppoſitione ad ſeptem virtutes, ſiuè ex carẽtia talium virtutum, & ad hoc ſatis dictum eſt ſupra in iſto ſecundo, diſtin. 6. & ſic patet ſolutio ad quinque quæſtiones huius diſt. 42.

Quære ſolutionẽ alibi.

Diſt. XLIII. Quæſtio Prima.

Vtrum voluntas poſſit peccare in Spiritum ſanctum.

Seraphicus Bonau. 2. ſent. diſt. 43. q. 2 art. 1.
Scotus 2. ſent. diſt. 43. q. 1.
Riccardus 2. ſent. diſt. 43. q. 2.
Durandus 2. ſent. diſt. 43. q. 2.

CIRCA diſt. 43. duo quæruntur à Doc. primo. Vtrũ voluntas poſſit peccare in ſpiritum ſanctum. Secundo vtrum volũtas creata poſſit peccare ex malitia volẽdo aliquid non oſtenſum ſibi ſub ratione boni veri, id eſt boni ſimpliciter, vel boni apparentis, & boni ſecundum quid.

Quæſtio ſequens eſt ex reportatis.

¶ Reſpondeo ad primam q. dicit Doct. duo. primò, ꝙ oportet videre quomodo poteſt eſſe peccatum aliquod præcisè in ſpiritum ſanctum. Secundò quomodo poteſt committere tale peccatum.

¶ Quo ad primum recitatur vna opi. ſ. ꝙ peccatum in Spiritumſanctum dr̃ inquãtum præcisè cedit in irreuerentiã perſonæ Spiritusſancti. Et Doct. reſpondendo infra dicit, ꝙ propriè nõ dr̃ peccatũ in Spiritumſanctum, quod præcisè committitur in unam perſonam, & non in aliam, ut infra patebit. Sed prius præmittit, an uoluntas creata poſſit actu auerti ab una perſona quin uirtualiter auertatur ab alia. Secundò an actu poſſit auerti ab vna, quin actu auertatur ab alia, & quod ſit auerſio actualis, & virtualis patuit ſupra in iſto ſecundo, diſt. 35. De primo dicit, quòd non eſt poſſibile, ꝙ aliqua voluntas actu auertatur ab vna perſona, quin virtualiter auertatur ab alia, & hoc patet, quia quælibet perſona æquè perfectè eſt volibilis, & amabilis, cum in qualibet ſit perfectiſſima ratio obiecti amabilis, ꝙ eſt eſſentia diuina, & ideo ſicut quis nõ poteſt actu conuerti ad unam perſonam immediatè puta diligendo illam ex charitate quin ſaltem habitualiter, uel uirtualiter conuertatur ad aliam ex charitate cũ ratio obiecti amabilis ex charitate ſit ęquè perfectè in iſta ſicut alia. Sic pariformiter dico de auerſione formali, qualis dicatur pro nunc odium Dei, licet forte non ſit poſſibile habere illud, non poteſt aliqua uoluntas creata actu odire, ſiuè actu nolle eſſe unam perſonam, uel nolle perfectionẽ unius perſonæ quin uirtualiter odiat aliam, & nolit eam.

¶ Sed hic eſt dubium, qa licet deitas ſit obiectũ ſummè diligibile, & tamen non uidetur ſequi, ꝙ ſi diligo deitatem puta mihi, ꝙ etiã uirtualiter diligã illam Franciſco, quæ nata eſt diligi à Franciſco, & hoc ſatis patet in tertio, d. 28. & 29. & & ibi oſtẽſum eſt, ꝙ de potentia Dei abſoluta bene quis poteſt ex charitate diligere Deum in ſe, & diligere Deum ſibi, & tamen non diligere Deum alteri. Sic ſimiliter uidetur dicendum, ꝙ aliqua uoluntas creata poſſit ex charitate diligere Deũ in ſe, & ut in aliqua perſona, & non in alia perſona. Tũ etiã quia tenendo, quòd

Dubium.

quòd perſonæ conſtituatur per relationes, ſiuè per abſoluta, cum tamen illa cõſtituentia, ſiuè relatiua, ſiuè abſoluta non dicant formaliter aliquam perfectionẽ, vt patet à Doct. in primo, di. 26. ideo non vr̃ ſequi, ꝙ ſi actus amoris ex charitate poteſtate alicuius voluntatis creatæ immediatè terminetur ad vnã perſonam, quòd etiam virtualiter terminetur ad aliam.

¶ Dico breuiter, ꝙ & ſi perſonalitas, ſiuè proprietas cõſtitutiua perſonę non ſit obiectũ, nec habeat rationẽ obiecti diligibilis, cũ nullã perfectionẽ formaliter includat, tñ eſt cõditio obiecti diligibilis, & ideo nõ põt rectè diligi rõ formalis obiecti diligibilis, quin ẽt diligat̃ cõditio illius obiecti, ideſt quin diligatur, vt includit ſuo modo talẽ proprietatẽ, & ideo bene ſequit̃, ꝙ quis nõ põt ex charitate actu diligere vnã perſonã, quin virtualiter diligat aliã, cũ in illa alia ſit rõ formalis obiecti diligibilis, & cõditio talis obiecti, & de hoc aliqua dicta ſunt in tertio, d. 27. Et ſic ſimiliter ſi eſſentia diuina eſſet cõmunicata alicui creaturæ, puta Frãciſco, & Ioanni, non poſſet quis ex charitate diligere eam in Franciſco, quin ſaltem virtualiter diligeret eam in Ioanne.

¶ De ſecundo. ſ. an quis actu poſſit auerti ab vna perſona, quin etiã actu auertatur ab alia, licet multi teneant, ꝙ ſit impoſſibile actu diligere vnã perſonam, nõ diligẽdo aliã actu, & per cõſequens etiã non ſit poſſibile actu auerti ab vna, quin actu auertatur ab alia, vt patuit in primo, di. 1. q. 2. vbi adduxi multas opi. quas etiã ibi improbaui. Doc. tñ expreſſè tenet in loco ſupra allegato, ꝙ quis põt frui vna perſona non fruendo alia, & ſic quis actu põt auerti ab vna perſona licet actu nõ auertat ab alia, & probatio in littera eſt ſatis clara, cum enim ſint tres articuli diſtincti reſpicientes tres perſonas, poſſibile eſt aliquem errare in articulo, & nõ in alio, & per conſequens peccare actualiter in vnam perſonam, & non in aliam, quia habita actuali conſideratione de vna, non oportet, ꝙ habeatur actualis cõſideratio de alia. Sed in qualibet perſona inuenitur ratio vltimi finis, q̃a rõ omnis boni, igitur illi, vt ſic poteſt fieri reuerẽtia, vt diligendo eam propter ſe, & irreuerentia, puta nolendo eã in ſe, vel aliquam eius perfectionem ſibi eſſe, non habita actuali conſideratione ad alias perſonas, & hoc vr̃ facere Eccleſia, vt patet in collectis in quibus includitur in fine, per Dominũ Noſtrũ Ieſum Chriſtũ, &c. Primo enim præmittit̃ pater, ad quẽ oratio cõmuniter porrigitur, & in fine ſubnecitur mediator, in cuius nomine petit, & orat Eccleſia. vnde ſi quis orando per Dominũ Noſtrũ Ieſum Chriſtũ, &c. intẽderet petere in nomine Trinitatis nihil peteret, q̃a petit̃ in nomine mediatoris qui eſt Chriſtus. Vr̃ ergo Eccleſia in orãdo orare vnã perſonã, & nõ aliã actualiter. Hoc etiam patet in illo hymno. Veni creator Spiritus, vbi multa ponuntur, q̃ nõ conueniunt, niſi Spirituiſancto, vt puta, ꝙ ſit donũ, & talia huiuſmodi. Secũdò hoc idem probat̃ arguendo à minori, q̃a minus vr̃ ꝙ quis actu poſſet cogitare eſſentiã nec cogitãdo actu perſonam, q̃ poſſit cogitare vnã pſonã nõ cogitando aliã hoc, patet, quia eſſentia minus diſtinguitur ab vna pſona q̃ vna pſona ab alia. Nam eſſentia ſm̃ cõmunem opi. Si aliquo modo diſtinguitur à perſona tm̃ ratione diſtinguitur, licet Doc. teneat, ꝙ diſtinguatur ex natura rei, vt patet in primo, diſt. 2. par. 2. q. 1. immo, ꝙ diſtinguatur formaliter, vt patet in primo, d. 8. q. penult. Sed vna perſona realiter diſtinguitur ab alia, ergo à fortiori põt quis actu cõſiderare vnã perſonam nõ conſiderando aliam, & ſic auerti actu ab vna perſona, & actu non auerti ab alia.

Aliquis poteſt peccare in vnã perſonam, & non in aliã.

¶ Ibi. Dices, ꝙ nõ eſt ſimile de perſonis adinuicẽ, & de perſona, & de eſſentia, q̃a perſonę ſunt correlatiuę, ſed eſſentia nullo modo refertur ad perſonã, nec perſona ad eſſentiam, vt oſtenſum eſt in primo, d. 5. q. 1. Modo intellectus non põt habere actũ circa vnum correlatiuũ, quin habeat circa aliud, & ſic non poteſt fieri irreuerentia vni perſonæ, quin actu fiat omnibus.

Speculare diligenter.

¶ Dicit Doct. ꝙ hoc non ualet, quia quantũcunque ſint correlatiua, tamen circa extrema ſunt duo actus intellectus, ſicut patet de accidente, & ſubiecto, qui enim intelligit accidens non propter hoc intelligit ſubiectum eadem intellectione, licet actus cõparandi ſit idem. Vult dicere Doct. ꝙ ſi eſſet tm̃ vnus actus intelligendi reſpectu patris, & filij, tũc non poſſet eſſe actualis conſideratio vnius quin, & alterius, & ſic fortè nõ poſſet eſſe actualis auerſio ab vno quin eſſet ab alio. Sed hoc nõ vr̃ ſoluere rationem, q̃a etiam poſito, ꝙ ſint duo actus intelligẽdi, illi duo actus erunt ſimul, quia correlatiua ſunt ſimul naturali intelligentia, & ſic nõ põt eſſe actualis cõſideratio vnius, quin & alterius. Niſi dicatur, ꝙ vnus actus intelligẽdi de neceſſitate eſt prior alio, ita ꝙ quis põt actu intelligere patrem nõ ſimul in eodem inſtanti intelligendo filiũ, & ſic oporteb̃it dicere, ꝙ licet correlatiua ſint ſimul natura quantũ ad eſſe eorũ, quia in quocũque inſtãti ponitur vnũ, in eodem ponitur aliud, & ſimiliter quo ad eorum cognoſcibilitatem, q̃a ſunt nata ſimul cognoſci, licet non ſit neceſſe ea eſſe ſimul quo ad actualẽ eorum cognitionem, quia fortè vnũ prius põt cognoſci alio, ſed de hoc alias erit prolixior ſermo. Poſito ergo, ꝙ etiã ſimul intelligantur diſtinctis actib⁹, nõ tñ ex hoc ſequitur, ꝙ ſi volũtas creata actu auertitur ab vno, ꝙ etiam actu auertatur ab alio.

¶ Præterea pater ſub rõne patris non dr̃ correlatiuè ad Spiritumſanctũ patet, igitur patri põt fieri reuerentia, vel irreuerentia, licet actualiter nõ fiat Spirituiſancto, & ſic poſſibile eſt, ꝙ actualiter quis peccet in unam perſonam, non peccando in aliam actualiter, ſed tñ uirtualiter neceſſe eſt ipſum cogitari de oĩ cũ facit reuerentiã, uel irreuerentiam vni, & ita uirtualiter facere idem omni; & ſi eliciat aliquam opi. erroneam circa unam perſonam actualiter, uirtualiter elicit circa omnes, q̃a earũ eſt una bonitas, & una ſapiẽtia, nõ tñ eſt neceſſe, ꝙ ſi actualiter peccet in unã, ꝙ peccet actualiter in aliam.

¶ Sed iſto modo non accipitur peccatũ in Spiritumſanctũ, ut. ſ. aliquis peccet in ipſum, & nõ in aliã perſonam. Sed ſm̃ aliquos alios dicitur peccatũ in Spiritumſanctũ, nõ propriè. ſ. immediatè auertendo à perſona Spiritusſancti, ſed appropriatur. ſ. immediatè auertendo ab aliquo appropriato perſonę Spiritusſancti. Nã ſm̃, ꝙ dicimus, ꝙ bonitas eſt appropriata Spirituiſancto, ideo peccatum ex certa malitia dicitur eſſe peccatũ in Spiritũſanctũ, & quia patri appropriatur potentia, ideo peccatũ ex infirmitate dicitur appropriatè contra patrem, q̃a etiã ſapientia appropriatur filio, ideo peccatũ ex ignorantia dicitur eſſe contra filium.

Vide Magiſtrum in primo ſent. diſtin. 34.

¶ Ibi. Dico tñ breuiter. Hic Doct. inſtat contra opi. immediatè præcedentem probando, ꝙ peccatũ ex malitia nõ ſit peccatum in Spiritumſanctum, & hoc patet, q̃a illud eſt peccatum ex malitia, ꝙ eſt in voluntate nõ pręcedẽte per turbatione, vel paſſione, nec ex ignorantia in ratione, ſicut fortè peccauit Adã, in quo nõ fuit perturbatio, nec ignorãtia, ut ſatis patuit ſupra ex d. 21. & 22. & tñ non omne peccatum ex malitia eſt in Spiritũſanctum, q̃a quis contra præcepta ſecundæ tabulæ ex certa malitia poteſt peccare. Et ꝙ tale peccatum ex certa malitia contra præcepta ſecundæ tabulæ non ſit peccatum

Peccatum ex malitia quid.

in

in Spiritumſanctum, patet, quia communiter ponitur peccatum in Spiritumſanctum eſſe maximũ peccatũ, ſed peccatũ, ꝙ formaliter, & immediatè auertit à Deo quale eſt peccatũ cõtra pcepta primæ tabulæ eſt ſimpliciter magis peccatum peccato cõmiſſo cõtra præcepta ſecundæ tabulæ, cũ illud tm̃ auertat virtualiter ab ipſo Deo, vt clarè patuit ſupra d.35. Ponit ergo Doct.ꝙ ſolum peccatũ ex certa malitia cõmiſſum cõtra pcepta primæ tabulæ eſt peccatũ in Spiritumſanctum, non tñ oẽ peccatum cõmiſſum cõtra præcepta primæ tabulæ, ſed ſolũ illud,ꝙ inter illa peccata eſt maximũ, & eſt illud, ꝙ magis formaliter auertit à Deo, & ille actus dr̃ magis auertere, cuius actus oppoſitus magis cõuertit, Amor Dei in ſe, & pp ſe elicitus ex charitate ꝓ ſtatu iſto perfectiſſimè cõuertit ad Deum. Tum quia præcedit à perfectiori habitu.ſ.a charitate. Tum q̄a amor amicitiæ eſt ſimpliciter perfectior quocunque amore concupiſcentiæ. Tũ quia ille actus immediatè terminatur ad Deum ſub rõne deitatis, vt eſt ſummum bonum in ſe. Amor verò concupiſcẽtię terminatur ad Deum, vt eſt ſummum bonũ mihi, & iſta oĩa ſatis patere poſſunt ex dictis Doct. ſupra d.6.q.2.& in tertio, d.26.& 27. cum ergo amor Dei in ſe, & pp ſe, ſit actus perfectiſſimus, quẽ voluntas põt elicere pro ſtatu iſto, qui immediatè terminatur ad Deũ ſub rõne deitatis, & per cõſequens perfectiſſimè cõiungẽs voluntatẽ ipſi Deo ſit actus perfectiſſimus inter oẽs actus humanos, ſequitur, ꝙ actus oppoſitus qualis eſt odium Dei ſit maximus in malitia, quia talis actus immediatè auertit volũtatẽ à Deo, ita ꝙ talis auerſio eſt formaliter maior quacunque alia auerſione, & odiũ Dei nihil aliud eſt, niſi actus nolendi Deum in ſe.

Quid peccatum in Spiritumſanctum.

Dubium.

¶ Sed oritur aliqualis difficultas. An negatio amoris Dei in ſe, q̄ cõtradictoriè opponitur actui amoris ſit peccatum in Spiritumſanctum, & ſi ſic, an ſit maius peccatum, q̄ odium Dei, vr̃ prima facie, ꝙ ſic, q̄a malitia oppoſita actui immediatè conuerſiuo in Deum, & hoc loquendo de actu perfectiſſimo vr̃, ꝙ ſit peccatum in Spiritumſanctũ, ergo cum quis diligendo Deum in ſe, & pp ſe habeat actum perfectè cõuerſiuum in Deum, ſequitur, ꝙ nõ diligendo Deũ nec in ſe, nec pp ſe, ꝙ talis negatio dilectionis immediatè auerſiua à Deo ſit oppoſita tali dilectioni, & per cõſequens ſi quis ex certa malitia nõ actu diligat Deum in ſe, & pp ſe, ꝙ tunc peccet in Spiritumſanctum. Vr̃ etiã, ꝙ tale peccatum ſit maius odio Dei, hoc probatur, q̄a illud eſt maius peccatum, ꝙ magis auertit à Deo, hoc patet per Doc. hìc, & ſupra d.25. Sed negatio dilectionis Dei in ſe, & pp ſe magis auertit à Deo, q̄ odiũ Dei, patet iſta, quia illud peccatũ magis auertit à Deo, ꝙ magis opponitur actui perfecti⁹ cõuerſiuo in Deũ, hæc patent per Doc. hìc, & ſupra d.35. Sed negatio talis dilectionis magis opponitur, q̄a opponitur ſibi contradictoriè, & odium Dei tantum contrariæ, & oppoſito contradictoria eſt maior oppoſitione contraria, ergo &c.

Reſponſio.

¶ Reſpondeo, ꝙ aliud eſt loqui de peccato commiſſionis, & aliud de peccato omiſſionis, peccatũ enim cõmiſſionis, ſi ſit ſimpliciter ſine paſſione in voluntate, & ſine ignorãtia in rõne procedit ex maiori malitia, q̄ peccatum omiſſionis. Exẽplum. Pono enim, ꝙ quis teneatur lege diuina diligere proximum in Deum, hoc eſt velle proximum diligere Deum pp ſe, tunc eſt maior malitia, vt cũ odit proximum, id eſt vt cum actu nollet proximum diligere Deum pp ſe, q̄ cũ habet ſolam negationẽ dilectionis proximi, q̄a in primo nõ tm̃ eſt negatio dilectionis proximi & vltra hoc eſt et actualis nolitio, & ſic odium proximi vltra negationem amoris quã includit addit etiã actualem nolitionẽ, & ſic in propoſito non actu diligere Deum pp ſe eſt tm̃ peccatũ omiſſionis, & hoc qñ tenetur actu diligere Deũ, ſi actu omittit talem dilectionem. Sed odire Deum in ſe peccatũ cõmiſſionis, quia tunc elicit actũ nolendi quo nollet Deum eſſe in ſe, cum ergo odium Dei non tm̃ includat negationem amoris Dei, ſed etiam addat nolle actuale ipſius Dei, ſequitur, ꝙ ipſum odium Dei ſit grauiſſimum peccatum, qđ maximè opponitur actui pei fectiſſimo cõuerſiuo, patet, q̄a non tm̃ deſtruit illum actum per negationẽ incluſam, ſed vltra hoc ponit actum oĩo incõpoſſibilem. Et ex his patet reſponſio ad difficultatẽ. Poteſt etiã breuius dici, ꝙ loquitur de maiori auerſione, q̄ eſt illa, q̄ opponitur maiori conuerſione, ſiuè actu magis cõuerſiuo, & ſic odium Dei magis auertit, q̄ negatio amoris Dei, patet, quia odium Dei nõ tm̃ dicit nõ diligere Dei, ſed dicit nolitionẽ ipſius Dei, & ſic magis auertit, licet ergo negatio amoris Dei magis repugnet amori Dei, q̄a cõtradicit, tñ in rõne auertendi nõ magis opponitur, nã amor Dei eſt actus maximè cõuerſiuus in Deũ, & odium eſt actus maximè auerſiuus, & ſic in rõne malitiæ maximè opponitur actui amoris Dei, ſicut enim amor Dei in ratione bonitatis tam moralis, quàm meritoriæ eſt actus perfectiſſimus, ita odium Dei in ratione malitiæ tam moralis, quàm demeritoriè eſt actus maximè malus.

Odire Deũ grauiſſimũ eſt peccatũ.

Nota & benè.

¶ Dicit ergo Doct. ꝙ ſi odium eſſet poſſibile illud proprijſſimè eſſet grauiſſimum peccatũ, ac per conſequens peccatum in Spiritumſanctum, ſed tale odium Dei in ſe nõ vr̃ eſſe poſſibile, vt probatũ eſt a Doc. aliqualiter in quarto, d.50. quæ eſt vltima in ordine. Et licet Doc. alibi dicat, vt in primo, d.1. q.4. ꝙ adhuc nõ eſt probatũ odiũ Dei nõ eſſe poſſibile, tñ Doc. hic & in quarto aſſerit eſſe ſimpliciter impoſſibile. Et rõ ſingularis poteſt aſſignari, q̄a impoſſibile eſt potentiam aliquã elicere aliquẽ actũ circa aliquod obiectũ, qđ impoſſibile eſt eſſe obiectũ talis actus, nõ enim potẽtia viſiua poteſt elicere actum viſionis circa ſonũ, q̄a eſt ſimpliciter impoſſibile ſonũ eſſe obiectum terminatiuũ talis actus, & nulla alia rõ vr̃ poſſe aſſignari, niſi quia actus viſionis eſt talis entitas, q̄ tm̃ nata eſt terminari ad colorem, vel lucem. Sed in propoſito obiectum nolitionis eſt ſola miſeria, ſiue ſola carentia boni, ideo talis actus non eſt natus terminari, niſi ad illud, qđ habet rõnem mali, & hoc, vel apparẽtis, & per hoc nõ eſt natus terminari ad obiectum in quo nulla eſt rõ mali, nec in exiſtentia, nec in apparẽtia, quale eſt ſummum bonum, & ideo voluntas nõ poteſt nolle Deum in ſe, cum in illo non ſit aliqua rõ mali, nec exiſtẽtis, nec apparentis, immò in illo eſt ratio ſummi boni, nam vt ſic oſtenditur ab intellectu, q̄a intellectus bene percipit, ꝙ illud ens, qđ nominamus Deum eſt tale bonum, ꝙ in illo nõ poteſt eſſe rõ alicuius mali. Sic ſimiliter volũtas nõ poſſet immediatè velle aliquid, qđ tm̃ habet rõnem mali, ſiuè exiſtentis, ſiuè apparentis, q̄a obiectum volitionis eſt tm̃ bonum, vel exiſtens, vel apparens. Et de hoc aliqua dixi ſupra ſuper d.6.q.1.& multo clarius vide, quæ expoſui ſuper q.16. quolib. & ſic, patet quomodo odiũ Dei ſit ſimpliciter impoſſibile, & ideo non ponitur odium Dei cum ſit impoſſibile, eſſe peccatum in Spiritumſanctum.

Obiectum nolitionis eſt ſola miſeria.

¶ Ibi. Cum igitur poſt dilectionẽ Dei actus perfectiſſimus quo voluntas tendit in Deum ſit actus ſpei oppoſitum eius erit peccatum grauiſſimũ. Hic Doct. vltimatè determinat, quid ſit peccatũ in Spiritumſanctum, & quale ſit, quid ſit, patet, quia peccatum grauiſſimum ex malitia illud dicitur peccatum in Spiritumſanctum, ſed quale ſit probat per actum

Quid ſit peccatum in Spiritumſanctum.

actum conuerſiuum oppoſitum, & breuiter dicit, ꝙ deſperatio, ſiuè finalis in pœnitentia, quæ procedit ex deſperatione eſt peccatũ in Spiritumſanctũ, patet, quia tale peccatum immediatè opponitur actui ſpei, nam actus ſpei eſt actus conuerſiuus in Deum quo voluntas vult ſibi Deum, vt ſummũ bonum, & licet talis actus habeat Deum, ſub ratione deitatis, vt obiectum, tamen reſpicit ipſum, vt ſummum bonũ alteri. Et de hoc vide Doct. in 3. diſt. 26. & quæ ibi prolixè expoſui, actus ergo ſpei, qui ꝓpriè eſt amor ſuæ concupiſcentiæ quo voluntas appetit ſibi ſummum bonum, & quo modo, hoc vide in tertio vbi ſupra, & talis actus excepto amore amicitiæ eſt perfectior omni alio actu tam ſenſus, quàm intellectus, & ideo perfectius conuertit in Deum, quia mediante illo volũtas vult ſibi immediatè Deum, vt ſummum bonum, ergo actus oppoſitus erit grauiſſimum peccatum, quia maximè auertit a ſummo bono, vt ſummè commodo, & talis eſt actus deſperationis, patet, quia deſperans diffidit, nam ſicut ſperans appetit ſummum bonum, vt ſummè ſibi commodum, & credit ſe poſſe habere illud ex meritis, ſed deſperans de illo ſummo bono diffidit ſe poſſe habere illud, qa diffidit de miſericordia, ſiuè bonitate Dei, & ſic diſperatio, ſiuè obſtinatio in malo cũ diſperatione, & ꝓpoſitio nõ pęnitẽdi eſt peccatum in Spiritumſanctum. Et ẽm hoc ad peccatum in Spiritumſanctum. requirũtur tria, id eſt ꝙ ſit ex certa malitia, quo ſit contra præceptum primæ tabulæ, & quòd ſit actus oppoſitus perfectiſſime actui conuerſiuo, & hoc modo eſt peccatum in Spiritumſanctum, & eſt finalis impenitentia, non quia homo decedit ſine pœnitentia, ſed quia habet propoſitum de nnnquam pœnitendo, & oriẽ ex deſperatione, & ſic dicit Aug. de fide ad Petrum, quòd peſſimi homines incidunt in hoc peccatum, vt patet de Caim qui dixit Gen. quarto. Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Credidit enim miſericordiam Dei, eſſe minorem ſuo delicto, & miſericordia eſt bonitas, quę appropriatur Spiritui ſancto, & ideo dicitur peccatum in Spiritumſanctum, vt patet in littera. Eodem modo Iudas Matth. 26. & ponitur in littera cap. 1. eſt autẽ peccati huius aſſignatio, de quo dicit Auguſt. lib. 1. de ſermone Domini in monte, quòd Iudas deſperãs facilius cucurrit ad laqueum, quàm humiliatus veniam peteret, & de numero illo fuit Achitophel ille. Dicitur autem peccatum hoc irremiſſibile, nõ ſimpliciter, vnde ſecundum Magiſtrum in littera. Hoc peccatum non remittetur hic, nec in futuro quando non habet pœnitentiam comitem, ſed hoc conuenit cuilibet peccato mortali, veruntñ hoc peccatum dicitur irremiſſibile (eo modo quo nullum aliud peccatũ dicitur irremiſſibile) dupliciter. Primo modo, quia nullum aliud peccatum opponitur directè principio remiſſionis in remittente, niſi iſtud, quia hoc ſolum directè affert à Deo miſericordiam, quę eſt principiũ remittendi peccata, & non dat ſibi, niſi iuſtitiam, & hoc habet inquantũ eſt cum deſperatione, talis enim diffidit, id eſt deſperat de miſericordia Dei.

Ad peccatũ in Spiritum ſanctũ tria requirũtur.

Peccatum in Spiritum ſanctum dicitur irremiſſibile.

¶ Secũdò, quia corrumpit diſpoſitionem ad remiſſionem, in eo cui debet remitti, quia ſicut dictũ eſt in quarto. Principium diſpoſitiuum ad remiſſionem peccati in peccatore eſt aliqualis diſplicentia de peccato cum conuerſione ad Deum, hoc autẽ peccatum inquantum habet propoſitum de non pœnitendo in tali obſtinato tollit omne tale diſpoſitiuum.

¶ Ad argumenta principalia patent in littera.

Quæſtio Secunda.

Vtrum voluntas creata poſſit peccare ex malitia.

Scotus 2. ſent. diſt. 43. q. 2.

D. Bonauent. 2. ſent. diſt. 34. art. 1. q. 3.

SECVNDO principaliter quærit Doc. An volũtas creata poſſit peccare ex malitia volẽdo aliquid nõ oſtẽſum ſibi ſub ratione boni veri, id eſt boni ſimpliciter, vel ſub rõne apparentis, id eſt boni tm̃ ſm quid. Doct. in iſta. q. vr̃ dubiæ loqui, nec enim firmiter aſſerit, ꝙ aliqua volũtas poſſit velle malum in quo nõ apparet aliqua rõ boni, nec ſimiliter oppoſitũ vr̃ aſſerere. Primo ergo in hac q. ex ſtat opi. Bona. lib. 2. d. 34. ar. 1. q. 3. qui dicit, ꝙ volũtas creata nõ põt velle aliquid oſtẽdatũ ſub ratione mali, id eſt quòd ſi aliquid oſtendatur à rõne ſub ſola rõne mali, ita ꝙ nullo modo oſtendatur ſub aliqua rõne boni, ſiuè exiſtẽtis, ſiuè apparentis non põt velle illud, & hoc probat auctoritas Diony. ſ. quarto de diui. no. qui dicit, ꝙ nullus operatur ad malum aſpiciens.

Opinio ſancti Bonauẽ.

¶ Sed contra hoc hic Doct. inſtat probando contra Bona. quis põt velle aliquod tm̃ ſub rõne mali, & rõ ſtat in hoc, quia ſi voluntas creata nõ poſſit velle aliquid ſub rõne mali, tunc non poſſet tendere in aliquod obiectum ſub aliqua rõne ſub qua nõ poſſet tendere voluntas diuina, qd̃ vr̃ inconueniens, qa tunc ſequeretur, ꝙ voluntas creata non poſſet peccare, patet, quia ex quo voluntas diuina volendo aliquid ſub quacunque rõne velit non peccat, ſed voluntas diuina põt tendere in oẽ bonum ſubſtratũ illi deformitati, ergo ſi voluntas creata in illud idẽ põt tendere nõ peccat. Sed voluntas diuina nõ põt tendere in illã rõnem malitiæ cõcomitantem, quia ſic poſſet peccare, ergo ſi voluntas creata non poſſet tendere in illã rõne malitiæ nullo modo poſſet peccare. Et ſi cõcedatur, ꝙ oẽ volibile ab vna volũtate eſt volibile ab alia, quia oĩs volũtas habet obiectũ æquè cõmune, non tñ illud, qd̃ eſt ordinatè volitum ab vna volũtate eſt ordinatè volitum ab alia, quia ordinatum velle nõ eſt ex ſolo obiecto volito, ſed ex conuenientia actus, & obiecti circa illã potentiam, põt enim conuenire vni voluntati aliquis actu circa aliquod obiectum qui non conuenit alteri, patet exemplo, licet enim mors Chriſti fuerit volibilis tam à voluntate increata, q̃ creata, tñ volitio mortis Chriſti fuit peccatum Iudæis, & non fuit peccatũ voluntati diuinæ, quia talis volitio tráſiens ſuper mortem Chriſti non eſt conueniens voluntati creatæ, & tñ fuit conueniens voluntati diuinæ, & hoc fortè, quia licet voluntas diuina abſolutè voluerit morte Chriſti, tñ noluit me velle talem mortem, immò voluit me nolle mortem illã acerbiſſimã, & ſic volitio diuina eſt ordinata, quia voluntas diuina nõ habet regulam ſuperiorem cui teneatur conformiter agere, & volitio creata circa idẽ obiectũ poteſt eſſe inordinata, qa habet regulã ſuperiorem, cui tenetur conformiter agere.

Mors Chriſti fuit volibilis.

¶ Ibi. Aliter arguitur contra illam opi. Hic Doc. ſpecialiter inſtat contra illam opi. probando, ꝙ voluntas creata poſſit velle aliquid ſub ſola rõne mali, qa apprehendatur odium Dei ab aliqua põtẽtia intellectiua creata non errante, nec per conſequens oſtendente odium Dei ſub rõne boni, ſed tm malí, ſi voluntas creata põt velle odiũ Dei, patet propoſitũ, quia nulla eſt bonitas in iſto actu. ſ. in odio Dei prior. ipſo actu volendi: nam odium Dei propriè eſt actus nolendi Deum eſſe: an modo voluntas creata poſſit velle talem nolitionem, qua nolit

Scotus contra S. Bona. arguit.

lit Deum eſſe, patet ſupra. Si enim aſſignatur aliqua bonitas ppactũ volendi, ideſt ꝙ ſi dicatur, ꝙ quamuis in odio Dei abſolute ſumpto nõ ſit aliqua ratio bonitatis, tñ in odio Dei, vt actu volito à voluntate creata habet aliquam rõnẽ boni, quæ rõ boni eſt eſſe volitum. Dicit Doc. ꝙ hoc non eſt ad propoſitum, qa odium Dei eſſe, volitum, vt ſic eſt poſterius actu volendi, nam volitio prius terminatur ad odium Dei, q̃ intelligatur habere eſſe volitũ, ſed in iſto priori in quo odiũ Dei non intelligitur eſſe volitũ habet tantum rõnẽ mali, & ſic voluntas creata volendo illud vult ſimpliciter ſub ratione mali.

¶ Ibi. Si autem non põt in illud malum oſtẽſum, niſi ſub aliqua ratione boni, & non mali, ergo ſimpliciter nõ põt in illud, vt.ſ. habet rationem mali, qa odiũ Dei, vt huiuſmodi habet tm̃ rõne mali. Si dicatur, ꝙ quãuis habeat rõnẽ mali, tñ volũtas creata nõ põt tẽdere in illud, niſi ſub aliqua ratione boni. Cõtra, qnia tunc oporteret prius natura rõnem eſſe excecatam, non enim voluntas creata põt velle aliquid ſub aliqua ratione non ſibi præoſtenſa à rõne, & ſic ſi vult odiũ Dei ſub rõne boni, ergo rõ prius oſtendit odiũ Dei eſſe bonũ, vel habere rõnem boni, q̃ voluntas velit illud, & ſic talis rõ erit excecata, cũ odium Dei nullã rõnem boni includat, ſed hoc vr̃ inconueniens. ſ. ꝙ rõ, vt prius natura actu volẽdi ſit excecata oſtendendo aliquã rõnem boni ibi eſſe, vbi impoſſibile eſt ipſam eſſe, & eſt cõtra illud. ſ. ꝙ ſtante rõne vniuerſali, & particulari, rõ errare non põt, & hoc habetur 7. ethi. & eſt articulus condemnatus Pariſius. *Cap. 1. & 5.* Rõ vniuerſalis in propoſito eſt principium practicum notum ex terminis, ſiuẽ notitia talis principij, & rõ particularis eſt cõcluſio deducta ex tali principio virtualiter contenta in illo, ſiuẽ cognitio talis cõcluſionis ſic deductæ. Stante enim hoc principio, ꝙ ſummum bonũ in quo nullus eſt defectus boni, nec aliqua rõ mali eſt obiectũ ſummẽ volibile, & ſummẽ appetibile. Sequitur, ſi Deus eſt huiuſmodi, ergo Deus eſt ſummẽ volibilis. Stãte ergo cognitione talis principij, & cognitione concluſionis deductæ ex tali principio, tunc in rõne nõ contingit error, & ſic ſequitur, ꝙ notitia talis concluſionis, quæ põt dici rõ, vt alias expoſui non põt actu dictare, ꝙ Deus non ſit ſummẽ appetibilis, & volibilis. In propoſito ergo hoc eſt vnũ principiũ, ſummum bonũ nullo modo eſt odibile, ſed Deus eſt ſummẽ bonus: ergo Deus nullo modo eſt odibilis. Et ſimiliter hoc eſt vnum principium, quòd ſicut actus volendi ſummum bonum in ſe, ſiuẽ volendo ſummum bonum eſſe habet tantũ rationem boni, & nullo modo rõnem mali, ita actus nolendi ſummũ bonũ eſſe habet tm̃ rõnẽ mali, ſed actus volendi Deum eſſe eſt actus volendi ſummum bonũ eſſe, & actus nolendi Deum eſſe eſt actus nolendi ſummum bonum eſſe, ergò ſicut actus volẽdi Deũ eſſe habet tãntum rationem boni, ita & actus nolendi Deum eſſe habet tantum rationem mali. *Mirabilis doctrina.*

¶ Si tenetur in iſta q. ꝙ ſic. Doc. dicit, ꝙ ſi teneat, ꝙ voluntas creata poſſit velle aliquid tm̃. ſub ratione mali, ꝙ tũc facilẽ eſt diſtinguere peccatum in Spiritumſanctum à peccato, in patrẽ, & in filium, nam voluntas creata, qnia coniuncta eſt appetitui ſenſitiuo nata eſt condelectari ſibi, & ideo peccans occaſionaliter ex inclinatione appetitus ſenſitiui ad ſuum delectabile peccat ex paſſione, qđ dicitur peccatũ ex infirmitate, ſiuẽ ex impotentia, & tale pectum appropriatẽ eſt in patrem, cui attribuitur potentia, ipſa etiam voluntas agit per cognitionem intellectualẽ, & ideo rõne errante ipſa rectẽ non vult, & peccatum eius ex errore eius dicitur peccatũ ex ignorantia, & eſt cõtra filiũ cui attribuitur ſapiẽtia, qñ autem voluntas agit ẽm ſe ex libertate ſua nõ ex condelectando appetitui ſenſitiuo, neque ex errore rõnis, & iſtud eſt rectẽ ex malitia, & appropriatẽ cõtra Spiritumſanctum, cui appropriatur bonitas.

¶ Aduerte tamen, qđ ſi peccatum in Spiritũſanctum dicatur illud, quod eſt ex ſola malitia modo præexpoſito, tunc omne peccatum ex ſola malitia tam contra primam, quàm cõtra ſecundam tabulam erit peccatum in Spiritumſanctum. *Aduerte.* Si verò teneatur, ꝙ nõ quodlibet peccatũ ex malitia eſt peccatum in Spiritũſanctũ, ſed tm̃ peccatum grauiſſimum, & tale eſt odium Dei, ſi odium Dei eſt poſſibile, vel ſi non ſit poſſibile erit tantum deſperatio vel obſtinatio, ſiuẽ finalis impenitentia, vt ſupra patuit. Dicendum eſt ergo, ꝙ in præſenti q. accipit peccatum in Spiritumſanctũ ſatis largẽ, & impropriẽ, ſed in præcedenti q. accipit peccatum in Spiritumſanctum proprijſſimẽ, & ſtrictiſſimẽ.

¶ Ibi. Si tamen non poteſt voluntas creata poſſe velle malum ſub ratione mali, ſed tantum ſub rõne boni, vel exiſtẽtis, vel apparentis, adhuc poteſt aſſignari peccatũ ex certa malitia quando. ſ. volũtas ex libertate ſua abſque paſſione in appetitu ſenſitiuo, & errore in ratione peccat, ibi enim eſt pleniſſima ratio peccati, quia nihil aliud eſt à voluntate alliciens eam ad malum, ſed ex pura libertate ſine alia occaſione extrinſeca eligit ſibi malum velle, non tamen ex malitia, ita ꝙ voluntas ſic peccans tendat in malum inquantum malũ, & ſic fortẽ plaſphemãs Deum in quo non eſt error in ratione, nec aliqua paſſio extra peccat ex ſola malitia, & licet non velit blaſphemiã ſub rõne mali abſolutẽ, ſed ſub aliqua ratione boni apparentis tamen, quia vult eam ex ſola libertate voluntatis nullo errore præcedente, nec aliqua paſſione in appetitu ſenſitiuo.

¶ Nota etiam, ꝙ hic Doct. non aſſerit, ꝙ aliqua voluntas creata poſſit velle odium Dei, quia vt ſupra oſtenſum eſt odium Dei eſt ſimpliciter impoſſibile. Poſſet vltra dubitari, an poſſet dari aliquis actus voluntatis, qui ex ſua ratione eſſet formaliter malus, ſed hoc ſupra expoſitum eſt.

Diſt. XLIIII. Quæſtio Vnica.

Vtrum potentia peccandi ſit à Deo.

Seraphicus Bonau. 2. ſent. diſt. 44. q. 1. art. 1.
Scotus 2. ſent. diſt. 44. q. 1.
Riccardus 2. ſent. diſt. 44. q. 1.
Durandus 2. ſent. diſt. 44. q. 1.

CIRCA diſt. 44. quæ eſt vltima huius ſecundi. Quærit Doct. Vtrum potentia peccandi ſit à Deo, ſiuẽ an volũtas creata habeat à Deo potentiam peccandi, ſiuẽ quòd poſſit peccare.

¶ Reſpondet Doct. præmittendo vnum. ſ. ꝙ potentia peccandi, aut dicit immediatum ordinẽ ad actum peccati, ſiuẽ ad ipſam deformitatem, aut dicit ipſum fundamentum huius ordinis, ratione cuius habens illud dicitur potens peccare. Et vult dicere, ꝙ potentia peccandi poteſt dupliciter accipi, ſcilicet vel formaliter, vel fundamentaliter, formaliter talis potentia dicit ſolum ordinem fundatũ in aliquo, & terminatum ad aliud. *Potẽtia peccandi poteſt dupliciter accipi.* Et fundamẽtaliter accipitur pro fundamento talis ordinis, ſicut dicimus, ꝙ potentia calefaciẽdi, ſi accipitur formaliter dicit ordinem fundatum in calore, & terminatum ad calefactibile, & fundamentaliter accipitur pro ipſo calore.

¶ Sic in propoſito. Cum potentia peccandi formaliter ſumpta dicat ordinem. Tunc quærit Doc. aut præciſẽ dicit ordinem ad actum peccandi, ſiuẽ

ad

ad ipſam deformitatē, aut dicit ordinē ad ſubſtratum illius deformitatis. Exemplū. Velle dare eleemoſinam pauperi propter vanagloriam, tale velle dicitur peccatum, & ſic aut poteſt accipi pro volitione abſolutè tranſiens ſuper debitum obiectum, & talis volitio eſt ens poſitiuum, & abſolutum, vt patet à Doct. quæſtio. 13. quolib. & dicitur peccatum fundamentaliter. Sed carentia rectitudinis, quæ deberet ineſſe tali volitioni dicitur peccatum formaliter, ſiuè deformitas, & ſic potentia peccādi aut dicit ordinem ad illam deformitatem, aut dicit ordinem ab ſubſtratum, ſeu fundamētum talis deformitatis.

Prima concluſio.

¶ His præmiſſis ponit Doct. aliquas concluſiones, quarum prima eſt iſta. Si potentia peccandi formaliter accepta dicit ordinem ad ſubſtratū, ſeu fundamentū defoamitatis, talis pòtentia eſt à Deo, patet, quia vt ſic eſt ens poſitiuum eſt enim quædā relatio ordinis, & vtrūque extremum eſt poſitiuū, & reale nam talis relatio ordinis, immediatè fundatur in voluntate creata, & terminatur ad fundamentum deformitatis, ꝙ eſt ſemper ens poſitiuū, vt patet. An modo talis relatio ſit ens rationis an ens reale, videtur enim abſolutè, quòd eſt ens reale cum ſit inter extrema realia realiter diſtincta, & oriatur ex natura extremorū, ſed de hoc alias erit ſermo. Cum ergo Deus concurrat ad omne poſitiuum, vt cauſa prima, tenendo quòd ipſe Doc. tenet ſupra diſtinct. 37. quòd prima cauſa concurrat ad omnem effectum, & non tenendo illam aliam opinionem, quæ tenet, quòd bene Deus cauſat voluntatem, ſed non concurrit poſtea ad actum voluntatis. Potentia ergo peccandi formaliter accepta cū ſit ens poſitiuū eſt à Deo, & ſimiliter potentia peccandi fundamentaliter, quæ eſt ipſa voluntas creata eſt à Deo.

Secunda cōcluſio.

¶ Secunda concluſio eſt. Si potentia peccandi formaliter accepta dicit tantum ordinē ad ipſam deformitatē, talis potētia in ſe nihil eſt, patet, q̄a relatio fundata in nihil, nihil eſt, & licet habeat fundamētū reale ſi tñ ad nihil terminet̃ adhuc nihil eſt. Cū ergo talis deformitas ſit ſimpliciter nihil, cū ſit tm̄ negatio rectitudinis, quæ deberet ineſſe actui, vt ſupra patuit diſtin. 34. 35. & 37. Sequitur, ꝙ potētia peccādi hoc modo accepta ſit ſimpliciter nihil, & vt ſic nullo modo eſt à Deo. Loquendo tamē de fundamento proximo huius potentiæ formaliter acceptæ dicentis ordinem ad deformitatem, tale fundamentum eſt à Deo, quia illud eſt voluntas creata, quę eſt immediatum fundamentum potentiæ peccandi formaliter acceptæ, & vt dicit ordinē ad fundamētum deformitatis, & vt dicit ordinem ad ipſam deformitatem. Et quòd ſit fundamētum proximum ordinis vtroque modo ſumpti probat in ſimili, quia ſicut in potentijs paſſiuis, ſiuè receptiuis idem eſt proximum fundamentum habitus, & priuationis habitus, patet, quia priuatiuè oppoſita nata ſunt fieri circa idem, ita in potentijs actiuis eadem eſt potentia actiua actus recti, & actus non recti, ſic patet quomodo potentia actiua libera defectibilis, ſiuè creata eſt immediatum ſubiectum agendo, & deficiendo oppoſitorum agendo quidem rectitudinis, deficiendo autē peccati, nam eadem voluntas, vt elicit actum cum omnibus circunſtantijs à ratione dictatis dicitur actiua rectitudinis actus, vt verò elicit actum ſine debitis circūſtantijs à ratione dictatis, tūc dicitur deficere à rectitudine, quia non dat rectitudinem actui, quam tenetur dare, & ſic ſimpliciter eſt eadem voluntas potentia actiua vtriuſque eo modo quo poteſt eſſe potentia reſpectu eorum, ſcilicet effectiuè, & defectiuè, & ſic potentia peccandi accepta pro natura, ſiuè pro ipſa voluntate, non vt aliquid efficit, ſed vt à rectitudine deficit eſt ab ipſo Deo, nam voluntas ipſa, vt defectibilis eſt à Deo.

An potētia peccandi ſit à Deo.

¶ Et ſi obiicitur, quòd voluntas ſemper deficit non per aliquid poſitiuum in ea, ſed inquantum eſt ex nihilo. Si ergo non eſt defectibilis per aliquid poſitiuum in ea, tunc vt defectibilis non erit à Deo cum eſſe defectibile nihil poſitiuè dicat, & ꝙ nihil poſitiuè dicat, patet, q̄a dicitur defectibilis ex hoc ſolo, quòd eſt ex nihilo.

Defectibile poteſt dupliciter accipi.

¶ Reſpondet Doct. quòd eſſe defectibile poteſt dupliciter accipi. Primò eſſe defectibile idem eſt, quòd eſſe vertibile in nihil, & hoc modo eſſe defectibile conſequitur omnem creaturam ex hoc, ꝗ eſt ex nihilo, & ſic eſſe defectibile non ineſt per aliquid poſitiuum. Secundò accipitur eſſe defectibile, quòd idē eſt, quòd poſſe deficere a rectitudine danda actui, & hoc modo eſſe defectibile eſt proprium naturæ liberæ creatæ, & conſequitur eā ratione qua hæc natura ſpecificat, quæ pōt eſſe principium oppoſitorum agendo, ſcilicet & deficiendo, & hoc modo eſſe defectibile ineſt naturæ liberè creatæ per aliquid poſitiuum.

NVNC reſtat ſoluere argumentum principale, per quod probatur auctoritas Anſel. ꝙ potentia peccandi non ſit à Deo, vnde Anſel. de libero arbitrio dicit. Poſſe peccare non eſt libertas, nec quaſi libertatis, ergo ex hoc, quòd liberum arbitrium eſt à Deo non poteſtas ab eo peccandi, ſed non eſt à Deo per hoc, quòd aliquid aliud à libero arbitrio eſt à Deo, ergo nullo modo eſt à Deo. Et breuiter vult dicere, quòd peccatum eſt tantum a libero arbitrio, ſed liberum arbitrium non eſt potentia peccandi, vt eſt à Deo, i. ꝙ non habet à Deo, vt ſit potētia peccandi, quia poſſe peccare non eſt à Deo.

¶ Si dicatur, ꝙ poſſe peccare eſt ab aliquo alio, quàm à libero arbitrio, & illud tale eſt à Deo.

¶ Contra, quia poteſtas peccandi eſt tantum à libero arbitrio, licet ergo liberum arbitriū ſit à Deo abſolutè ſumptum, non tamen, vt eſt, poteſt ſcilicet peccandi, ſiuè potentia peccandi, ergo potētia peccandi non eſt à Deo.

Liberum arbitrium poteſt dupliciter conſiderari.

¶ Dicit Doct. ꝙ liberū arbitriū, ſiuè libertas poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo ſecundū rationem eius abſolutam ſecundū quam poteſt eſſe communis libertati creatæ, & increatæ, & hoc modo eſt perfectio ſimpliciter, quia vt ſic nullam imperfectionē includit. Et in aliquo puta in Deo eſt formaliter infinita, vt prolixè expoſui de perfectione ſimpliciter in primo, d. 2. par. 2. q. 1. & in quolib. q. 1. & 5. Alio modo poteſt accipi libertas, vt includit limitationē, ſicut dicimus, quòd omnis natura creata habet perfectionem limitatam, quia finitam. Accipiendo libertatem primo modo cōceditur, quòd potentia, ſiuè poteſtas peccandi nō eſt libertas neque pars libertatis, quia poſſe peccare tm̄ conuenit naturæ limitatæ Sed accipiendo libertatē ſecūdo modo potētia peccandi eſt libertas, vel pars libertatis, quia vt ſic accipitur tantum pro natura libera creata, ſiuè limitata. Anſelm. ergo intelligit primo modo. ſ. ꝙ poſſe peccare non eſt libertas, nec pars libertatis. Et ſecundo modo eſt bene libertas, vel pars libertatis, q̄ libertas limitata eſt ab Ipſo Deo, cui ſit honor, & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Potētia peccandi eſt libertas vel pars libertatis per Anſel m. de lib. arb. c. 2. & 3.

FINIS.

REGISTRVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.
Ab Cc Dd Ee Ff Gg Hh.

Omnes ſunt Quaterniones.



VENETIIS, M D LXXXVIII.

Apud Ioannem Zenarium, & fratres.

SYLLABIS QVAESTIONVM SECVNDI SENTENTIARVM.

VTRVM prima cauſalitas reſpectu omnium cauſabilium de neceſſitate ſit in tribus perſonis. pagina 2

Concluſio eſt affirmatiua.

Vtrum Deus potuerit aliquid creare. 8

Conclusio eſt affirmatiua.

Vtrum Deus potuerit producere aliud à ſe ſine principio durationis, ideſt an aliquid aliud à Deo poſſit ab ipſo produci ab ęterno. 12

Conclusio eſt problematica, videtur tamen in reſponſionibus Doctor magis aſſentire opinioni S. Thomæ, quàm Henrici, licet vtraque via ſit probabilis.

Vtrum creatio Angeli ſit idem Angelo. 15.b

Conclusio eſt affirmatiua, ſcilicet quod creatio paſſiua Angeli ad Deum ipſum terminata eadem eſt re ipſa ipſi Angeli.

Vtrum Angelus, & anima differunt ſpecie. 33

Conclusio eſt affirmatiua, & in conclusione omnes conueniunt, ſed differunt in probandi modo.

Vtrum in exiſtentia Angeli ęuo commenſuretur. 37

Conclusio eſt affirmatiua, in qua Scotus fauet opinioni D.Bonauenturæ.

Vtrum in exiſtentia actuali Angeli ſit aliqua ſucceſſio formaliter, ideſt vtrum menſura Angeli, quæ à D.Bonauent. ponitur quantitas abſoluta, & ſucceſſiua, & ab Henrico ponitur quantitas abſoluta indiuisibilis realiter diſtinguatur ab exiſtentia Angeli. 42

Ex hac quæſtione decima eliciuntur conclusiones de corpore quæſtionis.

Prima, & vniuerſalis conclusio totum ambitum quæſtionis amplectens hæc eſt.

In exiſtentia Angeli non menſuratur aliqua menſura alia ab exiſtentia Angeli, ideſt æuum, quod eſt menſura Angelorum realiter non diſtinguitur ab exiſtentia Angelorum, ſed bene formaliter, hoc eſt exiſtentia Angeli non menſuratur aliqua menſura alia ab exiſtentia Angeli, nec diuisibili, & ſucceſsiua, vt cenſuit D.Bonauent. nec indiuisibili, vt voluit Henricus, nec ſeipſa.

Prima conclusio de corpore quæſtionis hæc eſt.

Impoſſibile eſt Angelum habere eſſe in ſecundo inſtanti, niſi alia cauſatione, vel eadem continuata.

Secunda conclusio. Nihil habet eſſe aliqua cauſatione completè, cuius oppoſitum poteſt ſtare, poſita prima cauſatione.

Tertia. Conſeruare rem dicit aliquam actionem poſitiuam.

Quarta. Impoſſibile eſt in ęternitate aſsignare contradictoria.

Quinta. Angelum habere eſſe in inſtanti æui proprio poſitiuè, & non habere eſſe in eodem inſtanti poſitiuo eſt implicatio contradictionis.

Sexta. Inſtans ęui menſurans exiſtentiam Angeli non poteſt virtute propria coexiſtere infinitis partibus temporis noſtri ſucceſsiuè.

Septima. In exiſtentia Angeli ſimpliciter indiuiſibile ponere menſuram ſucceſsiuam nullum ſequitur impoſsibile.

Octaua. Manentibus eadem exiſtentia abſoluta Angeli, & Dei producente, & conſeruante, & reſpectus Angeli ad Deum ſibi ſuccedere eſt impoſſibile.

Nona. Auferens exiſtentiam Angeli eſſe inſeparabilem à nunc æui, & realiter diſtingui aſſerit impoſsibile.

Decima. Ponere tempus realiter diſtingui à motu nullum apparet impoſſibile. pagina 47

Vtrum omnium ęuiternorum ſit tantum vnum æuum. pagina 48.b

Conclusio eſt problematica, ad vtramque partem ſuſtineri poteſt.

Vtrum operatio Angeli menſuretur ęuo. 49

Conclusio eſt affirmatiua.

Vtrum Angelus ſit in loco. 57

Conclusio eſt affirmatiua, & in conclusione omnes Theologi conueniunt, ſed controuersia eſt, eſt de modo per quem modum, & per quid Angelus ſit in loco. Quidam dicunt eſſe per operationem, quidam per applicationem. Quidam dicunt diffinitiuè vt Scoti ſic, videlicet, quod vni ſit præſens loco, & non alteri.

Vtrum Angelus requirat determinatum locum, ita quod nec in maiori, nec in minori poſſit eſſe. pagina 60

Ex hac quæſtiones nonnullæ eliciuntur conclusiones.

Prima, & principalis conclusio hæc eſt, Angelus habet locum determinatum, indeterminatè tamen hoc modo, quia aliquis locus eſt, quo minorem habere non poteſt.

Secunda. Angeli cum non ſint quanti, & extenſi non poſſunt eſſe in loco quantumuis magnos, etiam diffinitiuè, quia hoc infinitam arguit virtutem, & ſoli Deo conuenit.

Tertia. Angeli propria virtute in pluribus locis eſſe non poſſunt, licèt poſſint in pluribus eſſe locis Diuina virtute.

Quarta. Duo, aut plures Angeli Diuina potentia poſſunt eſſe ſimul in eodem loco proprio.

Quinta. Angeli commenſuratiuè non ſunt in loco.

Sexta. Angeli non ſunt in aliquo loco naturaliter.

Septima. Angeli neceſſariò ſunt in hoc, vel in illo loco, quia non ſunt vbique.

Octaua. Angeli an poſſint eſſe in loco quantumuis paruo, etiam in puncto vana eſt Theologorum opinio. Quidam dicunt, quod Angeli non poſſunt eſſe in loco indiuisibili, puta in puncto, quia locus eſt maior locato, at punctus non eſt maior Angelo, ergo vt Aegydius. Quidam tenent partem affirmatiuam vt D.Bonau. Quidam negatiuam vt Varro. Quidam verò nihil determinatè decernunt vt Scotus, qui in hac parte mihi videtur eſſe problematicus; ideo oſtendit modum ſuſtinendi vtramque partem, & affirmatiuam, & negatiuam. pagina 60.b.c.3

Nona. *Angeli propria virtute poſſunt eſſe in eodem loco.*

Decima. *Angeli propria virtute ſeipſos mouent.*

Vndecima. *Angeli non poſſunt moueri in inſtanti.*

Duodecima. *Angeli non mouentur ab extremo in extremum immediatè.*

Vtrum vnus Angelus poſſit eſſe ſimul in pluribus locis. pagina 66

Ex hac quæſtione Doctor ſubtilis tres elicit concluſiones.

Prima eſt Damaſceni. Angelus de facto non eſt ſimul in duobus locis.

Secunda. Probabile eſt Angelum potentia ſua naturali non poſſe eſſe ſimul in duobus locis ſibi adæquatis in hac Scoti eſt problematicus.

Tertia. Angelus Diuina potentia poteſt eſſe ſimul in duobus locis ſibi adæquatis. 66

Vtrum duo Angeli poſſint ſimul eſſe in eodem loco. pagina 67.a

Concluſio ſecundùm Scotum eſt affirmatiua, ſecundùm verò Thomam eſt negatiua.

Vtrum Angelus poſſit moueri de loco ad locum. pagina 67.b

Concluſio eſt affirmatiua.

Vtrum Angelus poſſit mouere ſe. 96

Concluſio eſt affirmatiua.

Vtrum Angelus poſſit moueri in inſtanti. 100

Concluſio eſt negatiua.

Vtrum Angelus poſſit moueri ab extremo in extremum, non tranſeundo per medium. 103

Concluſio partim eſt affirmatiua, ſcilicet quòd Angelus inſtantaneè de extremo in extremum immediatum, non tranſeundo per medium moueri poteſt, partim negatiua, ſcilicet quòd nequit Angelus continuè moueri de extremo in extremum mediatum, niſi tranſeundo per medium.

Vtrum ſubſtantia materialis ex ſe, ſiue ex natura ſua ſit indiuidua, vel ſingularis. 104

Concluſio eſt ſubſtantia materialis ex ſe, vt præſcindit ab omni ſingularitate dicit aliquam vnitatem realem minorem vnitate numerali.

Vtrum ſubſtantia materialis per aliquod poſitiuum intrinſecum ſit de ſe indiuidua. 119

Concluſio eſt affirmatiua, ſcilicet quòd quælibet res indiuidua, & ſingularis conſtituatur per ſingularem aliquam entitatem poſitiuam determinantem per ſe naturam ad ſingularitatem, quæ appellatur differentia indiuidualis, ſcilicet hæcceitas, & non per actualem exiſtentiam ipſius rei, vt cenſuit Nicolaus Bonetus, nec per materiam, vt D.Thomas, neque per quantitatem, vt Aegydius.

Vtrum ſubſtantialis materialis per actualem exiſtentiam ſit indiuidua, vel ratio indiuiduandi aliquod aliud. 121

Concluſio eſt negatiua.

Vtrum ſubſtantia materialis ſit per quantitatem indiuidua, vel ſingularis. 122

Concluſio eſt negatiua.

Vtrum ſubſtantia materialis ſit hæc, & indiuidua per materiam. 127

Concluſio eſt negatiua.

Vtrum ſubſtantialis materialis ſit indiuidua per aliquam entitatem poſitiuam per ſe determinantem naturam ad ſingularitatem. pagina 129

Concluſio eſt affirmatiua.

Vtrum ſit poſſibile plures Angelos eſſe in eadem ſpecie. 134

Concluſio eſt affirmatiua.

Vtrum Angelus habeat notitiam naturalem diſtinctam eſſentiæ Diuinæ. 140

Concluſio eſt negatiua, nam Angelus ex puris naturalibus non poteſt habere intuitiuam Dei cognitionem, bene tamen poteſt habere cognitionem abſtractiuam naturalem illius.

Vtrum ad hoc, quod Angelus cognoſcat quiditates creatas alias à ſe, requiratur neceſſariò, quòd habeat proprias, & diſtinctas rationes cognoſcendi. pagina 146

Concluſio eſt affirmatiua, ſcilicet quod Angelus cognoſcit quiditates creatas alias à ſe per aliam, & aliam ſpeciem intelligibilem contra Henricum, qui aſſerebat, quod in Angelo eſt tantum vnus habitus numero concreatus ſibi, qui eſt ratio repreſentandi omnes quiditates creatas alias à ſe.

Vtrum Angelus ſeipſum cognoſcat. 150

Concluſio eſt affirmatiua.

Vtrum Angeli poſſint proficere, accipiendo cognitionem à rebus. 152.b

Concluſio partim eſt affirmatiua, ſcilicet quòd Angeli in notitia veſpertina proficiunt, accipiendo à rebus ipſis notitias quaſdam, partim negatiua, ſcilicet quod Angeli non proficiant, nec poſſint proficere in notitia matutina, nec quid etiam à rebus accipiunt, ſed à Deo ſolo eſt hæc notitia.

Vtrum inter creationem, & beatitudinem Angeli boni fuerit aliqua macula. 156

Concluſio eſt affirmatiua.

Vtrum Angelus prius meruerit beatitudinem, quàm eam acceperit. 157

In hac quæſtione duæ ſunt opiniones. Prima eſt Magiſtri Sententiarum, qui Angelos prius beatitudine fuiſſe donatos, quam eandem meruerint. Secunda eſt omnium Theologorum, qui in hac quæſtione diſſentiunt alium, & dicunt Angelos prius meruiſſe beatitudinem, quia eam habuerint.

Vtrum Angeli boni fuerint beati in primo inſtanti creationis ſuæ, & mali miſeri. 158

Concluſio eſt affirmatiua.

Vtrum angelus malus potuerit appetere æqualitatem Dei. 160

Concluſio eſt affirmatiua, & in ea diſcrepat Scotus à D.Thoma.

Vtrum peccatum angeli fuerit ſuperbia. 162

Concluſio eſt affirmatiua.

Vtrum malus angelus velit neceſſariò male. 165

Concluſio eſt affirmatiua.

Vtrum angelus poſſit aſſumere corpus, in quo exerceat opera vitæ. 171

Ex hac quæſtione duas elicit Scotus concluſiones.

Prima eſt negatiua. Angelus non aſſumit corpus cæleſte, nec elementare.

Secunda eſt affirmatiua. Angelus poteſt aſſumere corpus à natura generatum.

Vtrum Angelus ſuperior poſſit illuminare angelum inferiorem. 172

Concluſio eſt affirmatiua.

Vtrum

Vtrum Angelus poſſit loqui vni, & non alteri. pagina 176.b
Concluſio eſt affirmatiua.
Vtrum omnes angeli mittantur. 190
Concluſio licèt miſſione exteriori paſſim non omnes mittantur, omnes tamen mittuntur miſſione interiori, & nobis omnes miniſtrant ex conſilio Diuino.
Vtrum angelus cuſtodiens poſſit effectiuè aliquid cauſare in intellectu ſuis cuſtoditi. 190
Concluſio eſt affirmatiua.
Vtrum in ſubſtantia generabili, & corruptibili ſit aliqua entitas poſitiua realiter diſtincta à forma. pagina 193
Concluſio eſt affirmatiua.
Vtrum per aliquam potentiam materia poſſit eſſe ſine forma. 197
Concluſio eſt affirmatiua.
Vtrum in cœlo ſit materia. 204
Concluſio ſecundùm opinionem Theologorum eſt affirmatiua, ſecundùm autem opinionem Philoſophorum eſt negatiua.
Vtrum in mixto remaneant elementa ſecundùm ſubſtantiam ſuam in actu. 205
Ex hac quæſtione duæ eliciuntur concluſiones.
Prima eſt negatiua, ſcilicet elementa non maneat in mixto in actu.
Secunda eſt affirmatiua, elementa continentur in virtute tanquam in eminentiori in forma mixti.
Vtrum imago Trinitatis conſiſtat in tribus potentijs animæ. 207
Concluſio imago Trinitatis perfecta, & completa non conſiſtit in tribus potentijs animæ ſimpliciter, & abſolutè conſideratis, ſed quatenus ſunt ſub actibus ſuis ipſæ potentiæ cum vnitate eſſentiæ.
Vtrum anima Adæ fuerit creata in corpore. 213
Concluſio eſt affirmatiua de facto, de poſsibili tamen Deus poſſet ſua omnipotentia ex re corpus creare, & conſeruare animam.
Vtrum anima ſit compoſita ex materia. 213
Concluſio eſt negatiua.
Vtrum in materia ſit ratio ſeminalis.
Concluſio eſt negatiua.
Vtrum in ſtatu innocentiæ habuiſſemus corpora immortalia. 215
Concluſio eſt negatiua, nam primus parens in ſtatu innocentiæ potuiſſet mori, ſed ſi permanſiſſet, illa potentia non fuiſſet redacta ad actum.
Vtrum filij procreati in ſtatu innocentiæ fuiſſent ſtatim confirmati in iuſtitia originali. 216
Concluſio ſi parentes perſtitiſſent, filij mirum in modum adiuti fuiſſent, nec peccaſſent, tum propter iuſtitiam originalem, tum propter diligentem curã, & doctrinam parentum.
Vtrum in ſtatu innocentiæ fuiſſent illi ſoli geniti, qui nunc ſunt electi? 216.b
Concluſio eſt affirmatiua, nam ſi præſtitiſſet humanum genus in eo ſtatu, in quo à Deo primum fuerat traditum. Illi duntaxat qui nunc electi ſunt, geniti fuiſſent.
Vtrum peccatum primi hominis potuerit eſſe veniale. pagina 217.b
Concluſio eſt affirmatiua: Nam cum originalis iuſtitia vltimo fini, qui eſt Deus ipſe hominem non perfectius coniungeret, quàm gratia gratum faciens; nunc viatorem coniungat, & contingit eum qui eſt in gratia, quantumuis perfectus fuerit venialiter delinquere præter amiſſionem gratiæ. Conſequens etiam eſt habentem iuſtitiam originalem offendere poſſe venialiter, licet eam non amittat.
Vtrum peccatum Adæ fuerit grauiſsimum. 218.b
Concloſio partim eſt affirmatiua, & partim negatiua; nam peccatum poteſt accipi, vel ſecundùm ſuam rationem formalem, vel quantum ad ſequelam, ſtante hac diſtinctione, pono duas concluſiones. Prima, quòd non fuit maximum peccatum ex ſe, quia non opponitur Deo, & maximo bono, ſicut eſt peccatum in Spiritum ſanctum.
Secunda concluſio. Peccatum Adæ fuit maximum quantum ad ſequelam, tum propter perſonæ excellentiam, tum propter omni ſcientiam, tum propter virtutis conſtantiam, plus enim ea vigebat in Adam, quàm in Eua; & ſic dicimus peccatum Adæ grauius extitiſſe peccato Euæ.
Quæſtio collateralis.
Vtrum Adam ex natura in ſtatu innocentiæ potuiſſet eſſe immortalis? 219.b
Concluſio eſt negatiua. Nam ſi Adam in illo ſtatu fuiſſet immortalis, hoc tantum contigiſſet ex Dei dono, nolente concurrere cum cauſis naturalibus terminatis ad mortẽ; & hoc quandiu obediens fuiſſet, vel ſuperaſſet primam tentationem.
Vtrum peccatum primi hominis fuerit ex ignorantia? pagina 219.b
Concluſio. Primus homo non peccauit ignorantia erronea; quia probare vera pro falſis eſt naturæ lapſæ, non inſtitutæ; & hæc concluſio eſt negatiua.
Secunda concluſio. Primus parens peccauit ignorantia circumſtantiarum, quia volens placere vxori credidit veniale, quod fuit mortale.
Vtrum Deus potuerit facere voluntatem creaturæ rationalis impeccabilem per naturam. 220.a
Concluſio eſt negatiua.
Vtrum portio ſuperior ſit potentia diſtincta à portione inferiori. 221.a
Concluſio. Portio ſuperior ab inferiori, non re ipſa; ſed conſideratione duntaxat, ſiue ratione actuum diſtinguitur ab inferiori.
Vtrum aliquid aliud à voluntate cauſet effectiuè actũ volendi in voluntate. 223.a
Concluſio eſt negatiua, ſcilicet, quod nihil aliud à voluntate poſſit eſſe cauſa effectiua volitionis, & nolitionis, tum quia voluntas eſt inſtrumentum ſeipſum mouens, tum quia nihil eſt tam in poteſtate noſtra, quàm ipſa voluntas, contra Gotfredum, & Henricum.
Vtrum gratia ſit in eſſentia animæ. 226
Concluſio eſt negatiua.
Vtrum gratia ſit virtus. 227
Concluſio eſt affirmatiua.
Vtrum liberum arbitrium hominis ſine gratia poſſit vitare omne peccatum mortale. 227
Concluſio eſt partim affirmatiua, prout peccatum ſumitur pro actu elicito deferri, loquendo de peccato commiſsionis, partim negatiua, accipiendo peccatum pro macula, quæ remanet poſt actum, quouſque

quouſque peccatum fuerit deletum per pœnitentiam .

Vtrum quilibet ſecundùm legem propagatus ab Adã contrahat peccatum originale.
Concluſio eſt affirmatiua .

Vtrum peccato originali debeatur ſola carentia viſionis Diuinæ. pagina 230
Concluſio eſt affirmatiua .

Vtrum peccatum poßit eſſe à Deo. 230
Concluſio . Peccatum eſt à Deo materialiter , non autem formaliter, ideſt permißiuè,non autem poſitiuè .

Vtrum vnum peccatum poßit eſſe pœna alterius. 234
Concluſio eſt affirmatiua .

Vtrum intentio ſit actus ſolius voluntatis. 234
Concluſio partim eſt affirmatiua, ſi accipiatur generaliter pro actu cuiuſcunque potentiæ, quæ in quidpiam fertur, vel vt in obiectum, vel vt in finem, ſiue huiuſmodi potentia ſeipſam in ſuis actibus determinet, ſiue non, & ſic intentio eſt actus cuiuslibet potentiæ, tam intellectiuæ, quàm ſenſitiuæ, partim eſt negatiua, ſcilicet accipiendo propriè, ſcilicet pro actu potentiæ ſeipſam determinantis, quæ quidem non ducitur ab obiecto, ſed ſeipſam in illius conſecutionem, vel fugam ducit, vt in finem, & hoc modo intentio nequit eſſe alterius potentiæ ab ipſa voluntate , & ex conſequenti ab ipſo intellectu .

Vtrum ſyndereſis ſit in voluntate, vt in ſubiecto. 235
Concluſio eſt negatiua .

Vtrum omnis actus ſit bonus ex fine: 237
Concluſio eſt negatiua .

Vtrum aliquis actus poſſit eſſe indifferens . 238
Concluſio eſt affirmatiua .

Vtrum peccatum poſſit eſſe in cogitatione. 240
Concluſio eſt negatiua, & etiam affirmatiua, negatiua ſic peccatum primo, & formaliter eſt in voluntate ſola, materialiter tamen, & ſecundariò eſt in ſermone, atque cogitatione.

Vtrum voluntas creata poſſit peccare ex malitia. 247
Concluſio eſt affirmatiua .

Vtrum potentia peccandi ſit à Deo. 248
Concluſio eſt affirmatiua materialiter, negatiua tamen eſt formaliter .

TABVLA IN SECVNDVM SENTENTIARVM LYCHETI,

STVDIO ILLVSTRISSIMI, ET REVERENDISSIMI F. CONSTANTII à Sarnano ita ordinata.

A.

ANima an ſit principiū quo, & quod reſpectu intellectionis, & uide Bargium ut patet in margine, ad oppoſitum Lycheti aperte, & reſolute in hac materia.p.2.c.3
Amor duplex ſecundum Henricum affectans, & ſimplex, ſiue eſſentialis.p.2.c.4
Abſolutum non eſt de eſſentia relationis.p.4.c.1
Aliquid dici prius natura poteſt intelligi dupliciter,p.4.c.4
Anima ſi per impoſſibile non produceret intellectum, poſſet tamen producere uolunitatem. pag. 7.c.1
An aliquid poſſit producere ſe ipſum.p.7.c.4
An potentia generandi ſit in filio,p.7.c.4.in margine apta.
Agere nouiter ſtat dupliciter,pag.10.c.1.in margine.
Antichriſtus an poſſit non eſſe.p.10.c.2
Aliquid in ſe habere aliter nunc quam prius ſecundum aliquam relationem rationis nō aliter proprie mutari.p.10.c.2
Ad abſolutum in cauſa, immediate ſequitur abſolutum in effectu, & in effectu primo conſequitur reſpectus ad cauſam,p.11.c.2
Actio poteſt capi dupliciter.p.11.c.4
Aliqua conſequentia ſiue relatio poteſt tenere ex multis rationibus,ſiue locis,p.11.c.4
Aſinus non potuiſſet eſſe ab ęterno ſecundum Ariſtotelem.p.14.c.1
Aliud eſt loqui de tempore infinito ſecundum imaginationem,tantum, & aliud de tempore infinito in re,p.14.c.1.
Actus unius potentiæ non eſt ratio recipiendi aliā potentiam,p.14.c.2
Actu exiſtere, & Actu non exiſtere contradicunt, & non poſſunt uerificari de eodem,pag. 15.col.4
Aliquid habere propriam ceetitudiaem ſtat dupliciter.p.16,c.4
Ad relationem non eſt motus licet poſſit eſſe eadē mutatio,p.17.c.4
Aliqua eſſe eadem formaliter cōtingit duobus modis,adęquatè ſcilicet, & conuertibiliter,aut nō adæquate: Conſidera bene omnia nam poteſt diſſolui Argumentum ſecundum Sueſſanum. 7. Metha. 4. reſolutionum quo probat tantum non diſtingui realiter a partibus; Conſidera igitur omnia.p.19.c.2
Aliquid eſſe idem eſſentialiter ſiue ſpecifice, ſiue materialiter contingit dupliciter.p.19.c.4
Ad realitem ſcientiæ non requirit quod extrema proportionis ſcita ſint realia ſecundum Ocham.p.27.c.3
Aliquid unum intelligi in alio poteſt eſſe multis modis.p.23.c.4
Aliud eſt dicere relatio non poſſe intelligi ſine fundamento,& termino,& aliud eſt dicere relationem poſſe intelligi ſine alia relatione; pag. 24.col.1
Aſſignantur multę cauſę ſecundum quas una relatio non poteſt cognoſci ſine alia relatione correſpondente.p.24.c.1.& 2
Aliquid in eſſe alteri contingit dupliciter.pa. 25. col.1
Agens creatum quomodo cauſat neceſſario primo mutari, & moueri ad aliquam ueram rem poſitiuam poteſt habere dupliccm ſenſum, pa.25. col.3
Aliquā eſſe ſimul natura contingit dupliciter ſecundum Ocham.p.26.c.3
Adæquatè poteſt intelligi dupliciter. pag. 29.colum.4
Anima intellectiua continet unitiuè intellectum & uoluntatem.p.30.c.3
Ad aliquid eſſe contingit tripliciter, pag.29.colum.4
Ad rationem prædicati per accidens requiruntur duæ concluſiones.p.31.c.2
Angelus & anima differunt ſpecie.p.33.c.1
Anima intellectiua quomodo diſtinguatur ſpecie ab Angelo, ſecundum Diuum Bonauenturam. pag.33.c.2
Anima intellectiua quomodo diſtinguatur ab Angelo ſecundum Alexandrum de Ales, & diuū Thomam.p.33.c.2
Anima non diſcurit circa principia,ſed circa concluſiones.p.33.c.2
Angelus & animal licet differant natura ſpecifica potentia tamē intellectiua unius,& alterius eſt eiuſdem ſpeciei.p.33.c.3
Angelus cognoſcendo diſcurtit.p.33.c.3

Argumentum Gaietani contra Scotum diſſoluitur in margine,p.33.c.3
Anima Chriſti omnia nouit habitualiter,pag.33. col.3
Actus eſt duplex primus, & ſecundus, pag. 33. col.4
Actus primus accipitur dupliciter, ibidem.
Aliquæ entitates ſunt, quæ ex ſuis rationibus formalibus ſic ſe habent,quod ſemper ſpecie differunt à quibuſcunque cauſis cauſentur, pag.35. col.1
Aliquæ cauſæ ſunt quantumcumque diuerſæ, quæ tantum ſunt natæ cauſare immediate aliquas perfectiones eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimę, ibidem.
Actus poteſt dupliciter conſiderari, pag.35.colum.4
Actus beatifici tota cauſa eſt obiectum, pag.36. col.1.
Anima nihil eſt ſuperius ratione obiecti, in quo quieſcit p.36.c 1
Albedo,nigredo, & rubedo ſpecie differunt, pag. 36.c.3
A quo aliquid habet entitatem, ab eodem habet & unitatem,p.37.c.1
Actus ſpecificantur ab obiectis quomodo, pag. 37.c.2
Angelus in primo inſtanti habet totum ſuum eſſe perfectum,& in ſecundo inſtanti quantum eſt ex parte ſua deſineret eſſe,niſi à prima cauſa iterum poneretur in eſſe,& ſimiliter in tertio inſtanti,& deinceps ſecundum dinum Bonauenturam,p.5.c.3.& 4.
Anichilare quid ſit,p.37.c.4
Actio aliqua quomodo poſſit dici continuari,pag. 37 c.4.& 38.c.1
Actio quomodo dicatur non continua. ibidem.
Ariſtoteles non poſuit menſuram Aeui ſucceſſiuam, & unigeneam menſurato, pag 39. colum.3
Ariſtoteles uult ſubſtantias ſeparatas eſſe neceſſario eſſe.& ſempiternas, ibidem.
Actio una, & eadem quomodo dicatur creatio, & conſeruatio, pag. 41.c.1. ſecundum Henricum.
Angelus unus quomodo ſit prior alio, pag. 42. col.1
Angeli eſſentia eſt menſura eius, pag. 42. colum.1
Angelus non menſuratur æternitate, pag.42. col.2
Ani chilari negatiue, & poſitiue quid ſit.pa.42. col.2
Angelus non habet eſſe in ſecundo inſtanti una, & eadem actione, uel alia, pag 46. col. 1.2. & 4.
Actiones duæ completæ poſſunt eſſe eiuſdem termini,pag.46.c.3
Actio quomodo maneat, & tranſeat, p.46.c.4
Anichilare non dicit aliquid poſitiuum, pag. 47. col.1
Angelum habere eſſe,& non habere eſſe in eiuſdem inſtanti quomodo implicat contradictionem,p.47.c.1
Aliquid magis durare contingit dupliciter, pag. 47.c.4
Angelus ſupremus quomodo non poſſit habere aliquod æuum,ut menſuram,p.49.c.1
Actus beatificus Angeli menſuratur æuo p.50.c.1
Actus beatificus quomodo poſſi dici naturalis, ibidem.
Actus beatificus eſt omnium bonorum non aggregatione,ſed eleuatione perfectus, ſecundum Gaietanum,p.52.c.4
Angelus quomodo ex natura ſua ſit defectibilis,p. 54.c.1
Actus idem beatificus habet eadem menſura menſurari,p.58.c.4
Actus quomodo dicatur beatus,p.56.c.1
Anima Virginis potuit eſſe in peccato præciſe per inſtans,& in tempore immediato ſub gratia, p. 56.c.3
Alteratio quo tempore menſuratur, quo ſit continere ſucceſſiua p.56.c.4
Angelus eſt in loco per operationem, & nullo modo per eſſentiam.p.57.c.3. ſecundum Thomã.
Angelus erit huc uſque,ſi eſt in loco per operationem,p.58.c.1
Angelus quomodo ſit in loco circunſcriptiue,pag. 58.c.6
Accidens idem numero non poteſt manere in duobus ſubiectis.p.59.c.2
An aliquid dicatur moueri localiter per hoc quod locus continuè,& continuè uariatur circa locatum p.60.c.1.
Angelus non eſt in loco neceſſario.p.60.c.1
In Angelo eſt potentia paſſiua, qua poteſt eſſe in loco ibidem.
Angelus an poſſit eſſe in puncto.p.60.c.4
Angelus quomodo habeat locum determinatum indeterminate tamen.ibidem.
Angelus utrum requirat locum determinatum determinate ibidem.
Angelus non eſt in loco commenſuratiue,p.61.c.1
Angelus non eſt in aliquo loco naturaliter. ibidem.
Angelus an poſſit eſſe ſimiliter in pluribus locis poteſt multipliciter intelligi.p.66.c.1
Angelus de facto non eſt ſimiliter in duobus locis, pag.66.c.2
Angelus quomodo poſſit eſſe in pluribus locis, ibidem.
Angelus quomodo ſit limitatus.p.66.c.3
Angelus quomodo ſimiliter quieſcat, & moueatur.p.66.c.4
Argumentum a parte in modum quomodo ualeat, p.66.c.4
Duo Angeli quomodo poſſunt eſſe in eodem loco, pag.67.c.2
Angelum eſſe in loco per inoteſcentiam quomodo ſit,in margine,ibidem.

Duo

INDEX.

Duo Angeli quomodo poſſunt operari circa idem corpus,p.67.c.3
Angelus poteſt moueri localiter motu continuo, pag.67.c.3
Angelus eſt non eſt illimitatus ſimpliciter ad ubi,& quare,p.68.c.1
Angelum moueri localiter, & continuè probatur auctoritatibus Sacræ Scripturæ,pag.68. col.2
Angelus, & ſi in quolibet ubi ſpacij ſit, indiuiſibiliter tamen tranſijt illa ubi non continuo, nec aliter poteſt tranſire,pag.68.c.2
Angelus an ſit illimitatus ad omne ubi, pag. 68. col.3
Angelus quomodo poſſit eſſe in omni loco. ibidem.
Angeli eſſentia eſt ratio recipiendi ubi paſſione, pag.68.c.3
Angelus quomodo tranſeat ſpatium diuiſibiliter, & indiuiſibiliter,p.69.c.1
Angelus quomodo moueatur motu continuo,pag. 69.col.2
Angelus quomodo poſſit moueri in inſtanti ab ubi ad ubi,ibidem.
Angelus quomodo poſſit perfici, pagin. 69. colum.2
Angelus communis quid ſit,p.70.c.1
Aliquid eſſe quantum quin ſit ex partibus non eſt intelligibile,p.72.c.2
An poſſint eſſe plures ſoles,p.75.c.1
A pluribus determinatis ad unum eſt fallacia figuræ dictionis,p.77.c.1
Angelus poteſt quieſcere per horam in uno ubi, & in ultimo inſtanti illius horę mutari ad aliud ubi,p.83.c.1
An ubi eſt prius, & poſterius ſit ibi aliquod principium,p.83.c.1.& 3
Angelus quomodo non poſſit eſſe in duobus locis adequatis,p.84.c.2
Angelus licet tranſeat in inſtanti, & acquirat nouum ubi,tamen non dicitur propriæ mutari,pa. 85.c.1
An aliqua pars mobilis ſit æquè propria agenti, p.85.c.2.& 3
Angelus quomodo dicatur eſſe in aliquo ſpatio adæquato,p.86.c.3
Aliud eſt dicere, quod in aliquo inſtanti includatur abſolutè aliqua pars frigiditatis, & in tempore immediato intendatur, aliud eſt dicere quod motus intenſionis formæ incipiat in aliquo inſtanti,p.88.c.1
Agens per modum naturæ non agit in tempore, p. 89.c.3
Angelus quomodo poſſit moueri motu continuo, p. 91.c.1
Angelus habens vbi punctuale an poſsit moueri continuè, ut in puncto ſemper exiſtens, pag. 93.c.3
Angelus quando deſerit punctum in quo actu exiſtit, ſit in alio puncto,p.93.c.4
Angelus cum mouetur de puncto ad punctum, quomodo fiat in alio puncto, pagi. 94. colum.2
Argumentum Ariſtotelis de uelocitate, & tarditate motus, quem concludant, pagi. 96. col.2
Angelus poteſt mouere ſeipſum, p.96.c.2
Animalia ſunt in potentia paſſiua ad operationes ſenſitiuas,p.96.c.2
Ariſtoteles multipliciter loquitur de actione, pa. 97.c.2
Agens,& patiens quomodo ſint æquiuoca, & uniuoca,p.97.c.2
Aueroes quomodo variè loquatur,p.97.c.3
Agens commune agit in quantum eſt in actu. pag. 99.c.1
Actus, & potentia quomodo ſunt oppoſita, pag. 99.c.1
Angelus poteſt moueri in inſtanti temporis diſcreti, ſecundum Diuum Thomam,p.100.c.1
Angelus ſecundum Henricum poteſt moueri in inſtanti temporis continui, & temporis diſcreti, pag.100.c.1
Angelus eſt in loco per operationem tranſeuntem ſecundum diuum Thomam, & uidetur in margine,p.100.c.3
Aliquid poteſt aliter ſe continue habere ſecundum eſſe relatiuum dupliciter,p.101.c.2
Angelus ſecundum Diuum Thomam, quomodo poſſit eſſe in ultimo inſtanti temporis alicuius aliquo loco,p.101.c.2
Angelus quomodo poſſit moueri tranſeundo mediū p.103.c.2.3.& 4
Anima Chriſti an ſit perfectior anima Iudæ, pag. 105.c.1
Album ſecundum Ocham non contrariatur nigro, p.106.c.4
Aliqua eſſe primo diuerſa ſecundum Ocham contingit dupliciter,p.107.c.2
Aliqua conuenire ſpecifice, & differre materialiter,ſecundum Ocham, quomodo non ſit inconueniens,p.108.c.1
Aliquid idem ſimul dependere eſſentialiter ad plura eſt ſimpliciter impoſſibile in quocunque genere,p.110.c.3
Animal & homo nec ſunt idem ſpecie, ne differunt ſpecie,p.116.c.2
Aliquid continere ſub aliquo genere contingit duobus modis,p.119.c.1
Animal quamuis ſit pars hominis prædicatur tamen de homine per modum totius, p.119.c.2
Aliquid in creaturis quomodo dicatur communicare per identitatem,p.119.c.4
Aliquid repugnare alicui poteſt intelligi dupliciter p.120.c.3
Animal repugnat diuidi in plura genera,pag.120. col.3
Aliud eſt aliquam affirmationem repugnare alicui, & aliud eſt negationem illius affirmationis conuenire alicui,p.120.c.4
Aliqua imperfectio eſt,cuius oppoſitum nullam includit perfectionem,p.121.c.2

INDEX.

Actus eo modo diſtinguit, quo eſt actus.pag. 122. c.2
Anihilatum poteſt reparari.p.123.c.2
Aliquid cauſatum à quantitate realiter diſtincta a materia, eſt impoſſibile quod ſit idem realiter cum materia.pa.124.c.2
Agens ſupernaturale non præſupponit materiam in agendo.p.126.c.3
Agens naturale poteſt generare corpus de eo, quod aliquando eſſet non corpus, & poteſt intelligi dupliciter.pag.127.c.1
Accidentia conſequentia formam ſubſtantialem an producant in eodem inſtanti cum forma ſubſtantiali.p.127.c.2
Anima de ſe eſt indiuiſibilis.p.129.c.4
Aliqua eſſe eadem formaliter poteſt dupliciter intelligi.p.130.c.1
Aliqua genera ſunt idem formaliter diſtincta non realiter.p.130.c.1
Aliud eſt quo duo indiuidua conueniunt formaliter, & aliud eſt quo differant realiter. pagi. 130.c.2
Aliqua magis aſſimilari poteſt intelligi dupliciter pag.133.c.2
Angelos plures eſſe poſſe in eadem ſpecie. pagin. 134.c.2
Animæ intellectiuæ diſtinguũtur numero in eadem ſpecie.p.134.c.4
Aliquid eſſe intelligibile ſub ratione uniuerſalis contingit dupliciter.p.136.ſecundum Gaietanũ & p.137.c.2
Angelus quomodo cognoſcat ſe per eſſentiam ſuã. p.138.c.1
Anima quomodo cognoſcat ſe. pagin. 139. c.3
Anima de ſe actu eſt intelligibilis. pagin. 139. c.3
Angelus non cognoſcit Deum naturaliter, ſecundum Diuum Thomam, & Henricum. pag. 140.c.1
Angelus an habeat cognitionem intuitiuam, uel abſtractiuam.p.142.c.4
Angelus fruitionis quomodo ſit ſupernaturalis.p. 143.c.1
Angelus poteſt cognoſcere Deum abſtractiue naturaliter.p.142.c.4
Aliquis quomodo dicatur recordari de deitate prius uiſa.143.c.2
Angelus quomodo cognoſcat alia a ſe in uerbo.pa. 143.c.4.& 144.c.1
Aliud eſt loqui de obiecto naturaliter motiuo intellectus, & aliud de obiecto tantum uoluntarie motiuo.p.145.c.4
Aliud eſt Deum quantum eſt cognoſcibile, & cognoſcere perfecte, & quidditatiue. pagin.146. c.1
Angelus quomodo cognouerit Deum confuſe. pa. 146.c.3
Angelus ſecundum Henricum quomodo cognoſcat alia a ſe.pag.146.c.4
Angelus quomodo cognoſcat ſecundum Diuum Thomam alia à ſe.p.144.c.2
Angelus non eſt creatus in puris naturalibus.pag. 149.c.4
Angelus cognoſcit alia à ſe per aliam, & aliam ſpeciem intelligibilem.p.150.c.1
Angeli habent ſpecies intelligibiles.pag. 150. c.2
Angelus quomodo poſſit cognoſcere ſe. pag. 150. c.3
Angelus non poteſt generare.p.151.c.1
Angelus poteſt coſcere ſe ipſum per ſpeciem intelligibilem.p.151.c.4
Angelus quomodo poſſit generare in ſe habitum. pag.152.c.1
Aliquid cognoſci intuitiue contingit dupliciter. pag.154.c.3
Aliud eſt prædeſtinare ad beatitudinem, aliud ipſam conferre.pag.157.c.2
Angelus pro illo inſtanti in quo eſt perfecte beatus, debet eſſe certus de tota ſua beatitudine. pag.157.c.2
Angeli meruerunt ſuam beatitudiuem.p.157.c.3
Angeli in primo inſtanti ſuę creationis an potuerunt eſſe beati.p.158.c.2
Appetere aliquid contingit dupliciter.pa.158.c.2
Angeli in primo inſtanti ſuæ creationis quomodo potuerunt eſſe miſeri.p.158.c.3
Angelus an potuerit peccare in primo inſtanti ſuę creationis.p.158.c.4
Affectio commodi quid ſit.pag.158.c.4
Actus peccati ſequitur cognitione praticam.pag. 159.c.2
In Angelis quomodo reperiatur diſcurſus.pa.160. c.1.& 166.c.2
Angelus potuit appetere qualitatem Dei. pagin. 160.c.2
Appetere æqualitatem Dei ſecundum Diuum Thomam ſtat dupliciter. Ibidem.
Actus uoluntatis eſt duplex.p.160.c.4
Aliquid eſſe impoſſibile, & appetibile ſecundum Caietanum contingit dupliciter.p. ibidem.c.2
Amicitia non eſt ad inanimata.p.ibidem.c.3
Aliud eſt uelle delectabile abſolute, & aliud eſt uelle delectabile ſine debitis circunſtantijs.pa.ibidem.c.4
Actus primus inordinatus Angeli qualis fuerit. ibidem.
Amor inordinatus Angeli non fuit circa Deum, ſed circa ſe ipſum.p.162.c.2
Angelus magis ſe intellexit quam alias creaturas, p.162.c.2
Angelus quomodo concupiſcit inordinatę beatitudinem.p.162.c.3
Appetitus uoluntatis naturalis eſt ſimpliciter ad ſummam perfectionem neceſſario ſemper eſt ſummæ.p.162.c.3
Amor utilis quid ſit.p.162.c.4
Angeli quomodo peccauerunt concupiſcendo. p.162.c.4
Affectio iuſtitię poteſt dupliciter intelligi.p.163. c.1.

Appeti-

INDEX.

Appetitus naturalis non requiritur cognitionem, p.163.c.2
Appetitum duplicem poſſumus conſiderare in uoluntate, ibid.
Angelus potuit multa concupiſcere, p.163.c.4
Amor in ordinatus ſui non poteſt dici propriè ſuperbia, ſed magis luxuria, p.164.c.2
Appetitus beatitudinis an fuerit propriẽ ſuperbiẽ, p.164.c.3
Ad indiuiduum quomodo ſequatur riſa, p.161.c.3
Actus neuter an detur inter bonum & malum pro ſtatu iſto, p.167.c.3.
Aliquis dum eſt in charitate ſemper meretur. p.167.c.4
Angelus malus an habeat principium reale, & paſſiuũ, & actiuum, actus meritorij, p.167.c.4.
Actus meritorius quomodo ſit dignus uita æterna, p.168.c.1
Actus meritorius quomodo dicatur poſſibilis. p.168.c.3
Nullus actus eſt neceſſario perpetuus, p.169.c.4
Angelus malus non neceſſario habet aliquem actũ malũ loquendo de actu determinatẽ. p.170.c.1
Angelus malus non neceſſario habet actum malũ moraliter. ibid.
Angelus quomodo ſit capax imaginis, p. 170.c.2.
Adgelus an poſſit aſſumere corpus, & quod ſit angelum aſſumere corpus, p.171.c.3
Angelus quas operationes poſſit cauſare in corpore aſſumpto, p.171.c.4
Angelus poteſt cauſare motum localem in corpore aſſumpto. ibid.
Angelus poteſt mouere corpus motu inſpirationis. ibid.
Angelus non poteſt cauſare aliquam operationem ſenſualem. ibid,
Angelus in corpore aſſumpto non poteſt cauſare ueram nutritionem, nec ueram augumentationem. p.172.c.1
Angelus quomodo cognoſcat ſingulare ſecundum Henricum. p.177.c.2
Vnus Angelus ſecundum Henricum poteſt illuminare alium. p.173.c.2
Angelum loqui alio angelo quid ſit. p.174.c.3
Angeli ſuperiores quomodo ſe habeant reſpectu inferiorum in margine. p.176.c.3
Angelus loquens an poſſit cauſare ſpeciem intelligibilem. p.176.c.3
Actus credendi non poteſt ſtare cum clara Dei uiſione. p.177.c.2
Angelus inferior an poſſit impedire angelum ſuperiorem ab actione ſua. p.177.c.4. & 178.c.1 & .2
Aliud eſt impedire uoluntatem & poſſe impedire uoluntatem. p.178.c.4
Actus intelligendi qui dicitur auditio qualis ſit. p.179.c.1.
Angelus utrum poſſit loqui uni angelo, & non alteri. p.180.c.3
Adæquatio duplex. p.181.c.1.
Angeli cum ſint eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimè an poſſit ſimul loqui uni angelo. p.181.c.2
Non omnes angeli ſecundum Gregorium, ſunt eiuſdem ſpeciei. p.183.c.1
Nullus angelus poteſt illuminare alium angelum de uerbo, nec de ijs quẽ ſunt in uerbo. p.186.c.3 inmargine.
Angeli vtrum habeant ſpecies concreatas. p. 187. c.2
Anima in intelligendo quomodo dependeat a corpore. p.187.c.2
Angelus perfectius cognouit ſe per eßentiam, & habitum ſenſibilem quam per eſſentiam ſolam. p.187.c.3
Angelus quomodo dependeat a corpore. p. 187. c.4
Anima quomodo uniatur corpori. p.188.c.1
Angeli quomodo cognoſcant ſingulare. 189.c.2
Angeli quomodo habeant notitiam de quidditatibus. p.189.c.2
Angeli an ſint miſſibiles. p.190.c.1
Angelus an poſſit aliquid cauſare effectiuè in intellectu hominis cuſtodit. p. 190.c.3.
Angelus an poſſit eſſe cauſa totalis intellectionis. p.191.c.1
Angelus quomodo poſſit docere hominem de aliquo ignoto. p.191.c.2.
Aliud eſt loqui de cognitione ſenſitiua, uel intellectiua, & aliud de ſpecie intelligibili, & phantaſmatæ. p.192.c.1
Angelus circa uirtutem phantaſticam poteſt amouere omne impedimentum. p.192.c.2
Agens extrinſecum educit aliquid de potentia. p.195.c.4
Albedo quomodo dicatur forma partis. 196.c.3.
Actus duplex entitatiuus, & formalis. p.197. c. 1.
Angeli ſunt ſubiectum multorum accidentium. p.200.c.1
Actus & potentia quomodo opponatur. p. 200. c.2
Abſolutum quomodo non repugnat eſſe ſine poſteriori. p.20.c.4
Anima eſt principium operandi. p.20.c.1
Anima quomodo recipiat intellectionem. p.208. c.3
Agentia per eſſentiam ſunt multa p. 208.c.4
Attributa quomodo ſint infinita formaliter. p.209.c.4
Actus duplex ſecundum Gaietanum, adęquatus, & inadęquatus. p.210.c.3
Alteratio in quo genere ponatur. p.213.c.3
Anima an ſit producta ſine corpore. p.213.c.4
Anima immortaliter non poteſt demoſtrari uia naturali. p.214.c.1
Aliquid præſupponi contingit dupliciter. p.214. c. 3
Adam peccauit mortaliter. p. 218.c.1
Adam quomodo erat immortalis. p.219.c.2.
Angelus quomodo appetijt æqualitatem Dei. 219.3
Adam fuit perfectiſſimè logicus. p.219.c.4

INDEX.

Angeli quomodo cognoſcebant Deum.p. 120.c.4

In Angelo non eſt fantaſma.p.224.c.2

Appetibile an moueat uoluntatem,p.226.c.2

Ariſtoteles quomodo nominet intellectum, pag. 226.c.2

Aliquod accidens egredi à principijs ſubiecti poteſt intelligi dupliciter,p.226.c.3

Actus meritorius eſt in uoluntate,p.226.c.4

Abſolutum quod eſt charitas poteſt dupliciter conſiderari.p.227.c.3

Aliud eſt loqui de carentia iuſtitiæ originalis, & aliud eſt dicere peccatum originale,p.229.c.4

Aliquid diuidi contingit dupliciter,p.230.c.4

Auerſio à Deo eſt duplex,p.231.c.2

Auerti à ſe contrarie quid ſit,p.233.c.2

Actus elicitus a quo ſit,p.233.c.4

Actus bonus naturalis ſumitur multipliciter,pag. 238.c.4

Actus quomodo dicatur bonus,p.239.c.1

Actum referri in Deum ex charitate poteſt tripliciter intelligi,p.239.c.2

Actus tripliciter poteſt referri in Deum. pagi. 239.c.4

Actus indifferens an dari poſſit,p.240.c.1

Actus procedentes ex falſa imaginatione qui ſint, & quomodo,p.240.c.2

Actus intellectus ſubeſt imperio uoluntatis, pag. 241 c.3

Actus uoluntatis duo,p.244.c 1

Aliquis poteſt peccare in unam perſonam, & nō in aliam,p.246.c.1

B.

Beatitudo ſimpliciter, & abſolute eſt in intellectu diuino,conſiſtit in actu uolūtatis,p. 5.c.2

Bonitas notitiæ eſſentialis,& omnis alia perfectio huiuſmodi eſt terminus formalis generationis quaſi denominatiuus,& cōcomitans terminum primum formalem,p.5.c.2

Breuis & pulcherrima doctrina de formalitatibus pag.19 c.1

Bonitas infinita eſt ſapientia infinita identice, pag.30.c 2

Bonitas infinita, & ſapiētia infinita demoſtratur formaliter in diuis,p.30.c.1

Beati capacitas ſatiatur ſecundum proportionem ad merita,pag.36.c.2

Beati quid careant potentia pag.52.c.4

Beatitudo an fuerit in angelis,& quō.p.156.c.3

Beatitudo nulli confertur niſi propter meritum actu exhibitum,p.157.c.2

Beatitudo maior uel minor tantum attenditur penes maiora,uel minora merita,p. 157.c.2

Ad perfectam beatitudinem non pertinet cognitio contingentium,p 157.c.2

Beatitudo an poſſit dici naturalis reſpectu creaturarum,pag.157.c.3

Beatitudo in quo conſiſtat, p.158.c.1.& 210.c.1

Bonum eſt triplex, & quid ſit unum quodque eorum,pag.162.c.3

Bonitas moralis triplex ſecundum Guidum. pag. 166.c.4

Bonitas quomodo dicatur ex genere.p.167.c.1

De Bonitate multa dicuntur. Ibidem.

Bonitas uirtuoſa quid ſit,ibidem.

Bonitas gratuita quid p.167.c.2

Bonitati triplici opponitur triplex malitia, pag. 167.c.2

Bonitas an poſſit eſſe in Angelo malo,p.167.c.4

Beatitudo quænam ſit ſecundum Caietanum. pag. 212.c.1

Beatitudo ubi conſiſtat ſecundum Diuum Thomã. ibidem.

Beatitudinis pars potior eſt ſecuritas,p.216.c.2

Beata virgo Maria nullo modo peccauit.p.216.c.2

Beati an teneantur adimplere illud præceptum diliges dominum Deum tuum.p.218.c.2

In Beato eſt duplex actus poſitiuus,p.220.c.3

Bonum quomodo ſit cauſa mali,p.231.c.3

Bonitas eſt duplex, Moralis,& Naturalis.pag. 237.c.3

Bonitas naturalis actus uolendi quæ ſit. p.238.c.1

Bonitas moralis quæ ſit,ibidem.

Bonum opus intentio facit.p.238.c.2

Bonitas,& malitia non ſint priuatiuæ oppoſita.p. 240.c.2

C.

Cognitio alicuius contingentis ſequitur determinatio diuinæ uoluntatis,p.3.c.2

Conſtitutum ex abſoluto,& relatiuo in creaturis licet non dicat unum per ſe conceptum in diuinis:tamen relatio originis facit unum per ſe conceptum cum natura diuina,& quare pag.4.c.2

Cognitio & uolitio non ſunt proprie effectus ordinati dependentes ab eadem cauſa.p.7.c.1

Creatura non habet de ſe eſſe,nec non eſſe formaliter nec quantum ad eſſe eſſentiæ nec quo ad eſſe exiſtentiæ,p.9.c.1.Vide etiam Franciſcum primo Sententiarum.d.42.& 9. 8. quolibettali.

Creaturæ omnes ab æterno habent eſſe cognitum, ſiue eſſe intelligibili in quo eſſe fundatur eſſe poſſibile quod eſſe nihil aliud dicit niſi creaturam poſſe produci ad extra,ibidem. in Margine.

Cauſatio neceſſaria eſt duplex.p.9.c.4

Creatura eſt ratio demonſtrandi nullum cauſatum poſſe eſſe ſecundum Henricum ab æterno. pag.12.c.3

Creari,& conſeruari quid ſit,p.13.c.2

Creatura quomodo contingenter ſit in illo inſtanti in quo,& per quo eſt,p.13.c.3

Cauſa non agens per motum, & non impedibilis poterit habere effectum ſibi coęuum, quomodo ſit uera.p.15.c.1

Continet perfectius realiter an contentum perfectius erit,pag.16.c.2

Contenta in aliquibus per identitatem non minus differunt in continentibus magis diſtinctis.pag. 16.c.3

Com-

INDEX.

Compoſitum reale an dependeat ab unione partiũ p.17.c.1
Cauſæ ſecundæ non poſſunt agere niſi proportionatæ & approximatæ.p.17.c.1
Cuicunque fundamento repugnat eſſe ſine termino reale fundata in illo realiter identificatur illi. p.18.c.1
Creaturæ diſtinguntur non magis a Deo quam relationes diuinæ inter ſe ſecundum Henricum. p.18.c.3
Creatura quomodo poſſit dici accidens.p.19.c.1
Compoſitio non dicit præciſè duo abſoluta ſecundum Ocham.p.23.c.1
Compoſitum quomodo poſſit eſſe ſine unione partium ſecundum Ocham.p.23.c.3
Cauſæ ſecundæ non poſſunt cauſare niſi ſint approximatę.p.123.c.3
Creatura quomodo mouet intellectum propria mò tione ad ſui cognitionem.p.23.c.4
Cognitio relationis de neceſſitate dependet a fundamento & termino.p.24.c.1
Correlatiuorum an unum poſſit intelligi ſine alio. p.24.c.1
Compoſitum nihil aliud eſt ſecundum commentatorem.1.Phy.17.niſi partes ſimul unitæ.p.26.c.2
Continere unitiuè eſt perfectionis incontinente. p.30.c.1
Continentia unitiua quid importat.p.30.c.3
Continens unitiuè reſpectu contenti dicit duo.ibid.
Creatio & conſeruatio ſunt pęnitus idem ex natura rei tantum ſe differunt ratione.p.31.c.4
Compoſitio quomodo producatur.p.32.c.2
Compoſitum a quo habeat eſſe ibid.
Creatio quomodo poſſit dici mutatio, & quomodo non.p.32.c.4
Cognitione intuitiua & abſtractiua eiuſdem obiecti quomodo differant ſpecie.p.34.c.4.
Cauſata à diuerſis ſpecie diſtinctis de neceſſitate differunt ſpecie,non eſt uniuerſaliter uera. p. 34.c.4.& 33.c.1
Cauſata ſiue totaliter, ſiue partialiter ab eodẽ cauſa & ſub eadẽ ratione formali & ſpecifica ſunt eiuſdem ſpeciei non eſt uniuerſaliter uera. ibid.
Conſeruare eſt agere quod nihil aliud eſt niſi iterũ producere ſecundum Diuum Bonauenturam. p.37.c.4
Conſeruare & annichilare ad inuicem opponuntur.ibid.
Corpus quomodo contineat ſuperficiem, & lineã. p.38.c.4
Conſeruari & annichilari quomodo ſtent ſimul. p.41.c.2
Coexiſtere infinitis partibus temporis uirtualiter poteſt dupliciter intelligi.p.41.c.4
Correlatiua licet ſint realiter diſtincta unum tamẽ non poteſt eſſe ſine altero.p.42.c 4
Continui cuiuslibet ſunt duo termini diſtincti ſcilicet terminus a quo,& terminus ad qđ.p.44.c.1
Continuum poteſt in partes ſemper diuidi dupliciter.p.41.c.2
Continuum quomodo diuidatur in partes eiuſdem propoſitionis.ibid.
Certificatio duplex iure ſcilicet, & imaginatione.p.45.c.4
Cauſa eſt prior effectu.p.46.c.2
contradictoria poſſe aſſignari in æternitate contingit multipliciter.p.47.c.1.& 2
Contradictio quomodo accipiatur quando dicitur angelus eſt & non eſt.p.47.c.2.& 3
Coexiſtere poſſe infinitis partibus ſucceſſiuè uirtute propria quid ſit.p.47.c.4
Cœlum non poteſt eſſe ſine motu p.47.c.2
Caietani reſponſio facile conuincitur. p.51.c.4
Cœlum quomodo careat potentia ſecundum Caietanum.p.52.c.4
Caietanus non rectè intelligit Scotum. p.53.c.1
Caietanus ſi Scotum bene uidiſſet non ſic faciliter diceret quæ dicit.p.53.c.2.& 3.
Caietanus reprendens Scotum ponentem primum Aeuiternum non mẽſurari Aeuo, reprenditur. p.55.c.3
Continua ſunt illa quorum ultima ſunt ſimul.p.56. col.4.
Caietani reſponſio ad argumentum Scoti quomodo angelus ſit in loco impoſſibiliter.in margine. p.58.c.1
Corpori cuilibet præter ultimum quinque conueniunt.p.58.c.2
Centrum terræ eſt immobile.p.58.c.3.
Corpus ad quantum aliud a primo cælo an neceſſario ſit in loco.p.59.c.3
Non omne corpus eſt in loco ſecundum theologos. ibidem.
Corpus locatum quomodo ſit in loco.p.59.c.4
Corpus quomodo habeat naturalem aptitudinẽ & inſtitutionem ad aliquem locum.p.61.c.1.
Continentia loci eſt alterius rationis a continentia formæ & ſpeciei.p.61.c.2
Cœlum primum ſecundum philoſophum uere mouetur localiter, & tamen nullum ſibi acquirit ſecundum Gregorium.p.62.c.1
Corpus ſucceſſiuè ſecũdum partem aliam, & aliam fit præſens eidem parti loci.p.63.c.1.
Corpus quomodo moueatur localiter perdendo aliquod ubi.p.63.c.2
Corpus mouetur de uno ubi ad aliud in tempore. p.63.c.4
Cęlum primum ſecundum Ariſtotelem quomodo ſit in loco, & quomodo moueatur localiter p.64.c.2
Circonſcriptio eſt duplex.p.66.c.1
Contraria quomodo inſint eidem.p.66.c.3.
Cõtinuum componi ex indiuiſibilibus eſſe ſimpliciter impoſſibile multis rationibus ꝓbatur. p.69. c.3.& 4
Continua permanentia quomodo componantur ex indiuiſibilibus.p.69.c.4.
Continuũ permanens non componitur ex pũctis. p.70.c.4
Continuum non componitur ex partibus minimis. p.71.c.2.& 78.c.4
Continuum poteſt dupliciter conſiderari.p.71.c.4

Continua

Continua in naturalibus quæ nam ſint.p.72.c.3
Contigua quę nam ſint.p.72.c.3
Corpus mobile niſi eſſet corpus naturale nō poſſet naturaliter moueri.p.73.c.1
Corpus locati ut locati accidit qualitas naturalis. p.73.c.2
Communicari alteri poteſt multipliciter intelligi. p.73.c.4
Cauſa nōn cauſat niſi ſit in actu.p.75.c.3
Compoſitum per ſe exiſtit.p.75.c.4
Cauſa quomodo ſit prior effectu. p.76.c.1
Continuum poſſe decidi ſecundum quantūlibet partem quomodo ſit uerum.p.76.c.3
Calor nullum ultimum habet ſui eſſe, ſed habet ultimum ineſſe quieto.p.81.c.4
Commentator malè exponitur.p.82.c.1
Cuiuslibet continui tam ſucceſſiui,quam permanētis dantur duo extrema terminantia illud an ſit uerum.p.82.c.4.& 83.c.3
Creatura durare tantum per inſtans eſt poſſibile. p.87.c.3
Contraria quomodo poſſunt eſſe ſimul.p.88.c.3
Calor remittendus nullum ultimum habet ſui eſſe ſed habet ultimum in eſſe quieto. p.89.c.3
Contradictio ſumitur ex ratione formali terminorum & non per reſpectum ad tempus.p.90.c.2 & 93.c.2
Contradictoria ſunt ad idem ſimul & in eodem tēpore.p.90.c.3
Cęlum an ſit ſphæricum.p.91.c.2
Corpus cubum quid ſit.p.91.c.3
Cauſa ſucceſſionis in motu locali eſt duplex.pag. 91.c.4
Corpus qui mouetur ſuper ſpatio pedali quomodo pertranſit minus.p.92.c.2
Corpori accidit per tranſire minus uel æquale. p.62.c.3
Complexa an ſint contradictoria niſi accipiantur pro eodem inſtanti.p.93.c.1.2.& 3
Contradictoria completa quæ nam ſint.p.93.c.2
Corpora duo naturalia non poſſunt eſſe ſimul in eodem loco ſecundum philoſophum. p.95.c.3
Cauſa mouere in effectu quid ſit.p.98.c.1
Caietanus nititur ſaluare quædam argumenta Scoti.p.101.c.1.& 2.
Caietanus impugnatur. p.101.c.1.3.& 4.& pag. 102.1.2.3
Corpus Chriſti ſit præſens in altari potentia infinita.p.104.c.1
Comparatio quare magis ſit in ſpecie,quàm in genere.p.105.c.2
Comparatio quomodo fiat in ſpecie a Thoma ſecū cum Ocham.p.106.c.3
Conceptus albi quare non prædicetur in quid.pag. 109.c.1
Compoſitionis modi ſecundum commentatorem quot ſint.p.110.c.1
Commune eſt notius proprie quo ad nos. pag.110. c.1
Cognitione intuitiua terminorum ad per ſe exiſtēs in propria exiſtentia.p.118.c.1
Communicari alicui in ratione ſuppoſiti nullam dicit imperfectionem.p.120.c.4
Communicari alicui in ratione formę informantis quomodo dicat imperfectionem p.121.c.1
Corruptibilia impoſſibile eſt quod reuertantur ni, ſi ſecundum ſpeciem.p.124.c.3
Caietanus nititur ſoluere rationes Scoti contra Aegidium de differētia indiuiduali. p.125.c.1, 2.& 3
Cauſa materialis quomodo dependeat à ſuo effectu. p.125.c.2
Compoſitio eſt duplex.p.132.c.1
Caietani rationes contra Scotum de Hęcheitate adducuntur & ſoluuntur.p.132.c.2. & p.133. c.1
conuenire in ſpecie poteſt eße dupliciter.pag.33. c.1
In cauſis materialibus, & formalibus non contingit procedere in infinitum.p.133.c.2
Caietanus nititur ſoluere rationes Scoti de pluralitate angelorum.p.136.c.4
communicabilitas eſt triplex ſecundum Caietanū p.136.c.4
Caietanus deuiat a Diuo Thoma.137 c.3
Cauſæ duæ quomodo poſſunt concurrere ad eūdem effectum.p.139.c.2
Cauſæ ſunt in multiplici differentia ibid.
Continentia duplex.p.142.c.1
contentum quomodo ſit imperfectus continente. ibidem.
Cognitio eſt duplex.142.c.2
cognitio principiorum quomodo poſſit dici intuitiua.p.142.c.4
Cognitio intuitiua an poſſit eſſe per ſpeciem.ibid.
cognitio abſtractiua in angelo an poſſit eſſe meritoria.p.143.c.1
cognitio duplex matutina ſcilicet, & ueſpertina. p.143.c.3
Cognitio matutina & ueſpertina unde dicantur. p.143.c.3
cognitio matutina eſt naturalis.p.143.c.4
cognitio angeli de Deo per ſpiritum quomodo dicatur naturalis & ſuper naturalis.p.145.c.1
caietani ſolutiones ad rationes Scoti de ſpecie intelligibili adducuntur,& improbātur. p.145.c. 3.& 246.c.1
cognitio Dei poſſibilis ad creaturam quomodo ſit confuſa ſecundum Caietanum.p.145.c.3
Cognitio matutina ſecundum caietanum non fuit in angelis ante beatitudinem.p.145.c.4
Continentia uirtualis eſt duplex.p.151.c.1
Corpus mixtum eſt perfectius corpore ſimplici. p. 152.c.3
Cognitio intuitiua eſt perfectior abſtractiua. pag. 153.c.2
Cognitio in uerbo an ſit perfectiſſima.p.154.c.3.
Cognoſci per propriam ſpeciem dupliciter contingit.p.155.c.1
cauſa ſufficit quod ſit prior effectu.p.159.c.1
caietani rationes ad argumenta Scoti quibus probat angelos potuiſſe appetere æqualitatem Dei adducun-

adducuntur & improbantur,p.161.c.2.3.4
Cauſam aliter cauſare poteſt multipliciter intelligi,pag.165.c.3
Compoſitum eſt poſterius forma,p.165.c.4.
Prima cauſa agit libera,ibidem.
Charitas quomodo ſit cauſa magis principalis actus meritorij.p.165.c.4
Culpa communis non eſt demeritoria,pa.171.c.2
Cognitio quam uidetur habere Angelus de particularibus factis audiendo,uel uidendo non eſt uera auditio,p.172.c.2
Conceptus quid ſit,p.180.c.1
Cognitio uerbi utrum poſſit eſſe cauſa creata,pag.186.c.1
Corpora cæleſtia non poſſunt corrūpi ab agenti naturali,pag.188.c.3
Cæcus natus an poſſit habere perfectam notitiam de coloribus.p.190.c.3
Corruptio compoſiti eſt per materiam, p.193.c.3
Corruptio intrinſeca poteſt dupliciter conſiderari,ibidem.
Cauſæ rerum naturalium ſunt quatuor,p.199.c.2
Caſus formæ eſt dupliciter.p.196.c.2
Cuaſa quid ſit,pag.197.c.2
Cauſa finalis quomodo cauſet,p.198.c.3
Caietani rationes contra Scotum,an materia poſſit eſſe ſine forma,adducuntur,& ſoluuntur,pa.200.c.2.& p.201.
Caietani reſponſiones ad rationes Scoti in eadem materia reprobantur,p.201.c.4.& 202.
In cælo non reperitur pluralitas mutationis, pag.205.c.1
Cælum quomodo ſit animatum,p.205.c.2
In cælo ſecundum theologos datur materia, non tamen ſecundum Philoſophos.p.205.c.2
Cæli non ſunt rationales,p.205.c.3
Calor quomodo ſit ratio formalis calefaciendi,p.208.c.4
Compleri totam eſſentiam animæ contingit dupliciter,p.209.c.2
Caietanus contradicit Diuo Thomæ,p.211.c.4
Cauſa principalis immediate attingit effectum,p.212.c.4
Compoſitum per ſe generatur,p.212.c.4.
Confirmatum eſſe duobus modis poteſt intelligi,p.216.c.2
Cognitio ſpeculatiua eſt duplex,p.221.c.3
Cognitio ultimi finis an dicatur contemplatiua,p.221.c.4
Color quomodo dicatur obiectum.222.c.4
Cauſa æquiuoca eſt nobilior effectu.p.224.c.1
Cauſa ſine qua non quomodo dicatur,p.224.c.4
Continentia uirtualis eſt nobilior continentia formali,pag.225.c.3
Cauſa per ſe quomodo ſit prior cauſa per accidens p.225.c.4
Culpa & gratia an ſint oppoſita immediata, pag.228.c.4
Corruptio eſt duplex,p.231.c.1
Cauſa per accidens eſt multiplex.p.231.c.3
Cauſæ ſecundæ ſunt in duplici genere,p.232.c.2
Conſcientia quid ſit,p.236.c.2
Conſcietia eſt habitus practicus,p.237.c.3
Charitas quomodo concurrat ad actum bonum,p.238.c.3
Cogitatio non poteſt ſub eſſe imperio uoluntatis.pag.241.c.1
Cogitatio noua quid ſit,p.244.c.3

D.

DEus producit ſimul infinitos effectus in eſſe diminuto,p.6.c.2
Deus actu intelligit ſimul infinita obiecta. p.6.c.2
Deus producit plura in eſſe intelligibili una productione fundamentali, ſed pluribus ſola ratione diſtinctis,p.6.c.2
Deus poteſt producere aliquid de nihilo,p.9.c.2
De prout propoſitio hæc dicit ordinem durationis, negatur communiter à Philoſophis creatio de nihilo,p.9.c.3
Diſcordia inter Theologos,& Philoſophos de productione Dei,an neceſſario uel libere producat,pag.9.c.3
Deus ſecundum Auicenam poteſt aliquid ſempiternum contingenter cauſare,p.9.c.4
Deus non cauſat neceſſario ſecundum Theologos. ibidem.
Deus an poſſet uelle nunc facere alium mundum præſtantiorem iſto,p.10.c.4
Deus an poſſit producere nouum mundum, quem prius non determinauit ab æterno, p.10.c.4
Deus poteſt facere aliquid de nouo ſecundum eſſe eſſentiæ,non tamen exiſtentiæ, ſecundum Henricum,p.11.c.1.Hæc propoſitio à Scoto reprobatur,poteſt tamen defendi, ut inquit Bargius 1. ſent.d.36.conſidera omnia.p.11.c.1
Deus creare de nihilo quomodo intelligatur.pag.11.c.2
De ratione ſucceſſiui eſt non habere omnes partes ſimul,ſed unam poſt aliam,p.14.c.4
Diſtinctio realis quomodo ſit inter rem actu exiſtentem,p.15.c.4
Diſtinctio eſſentialis proprie reſpicit diſtinctas eſſentias,ſiue numeraliter, ſiue ſpecifice, pag.15.c.4
Diſtinctio ex natura rei proprie reſpicit diſtinctas realitates incluſas in eadem re realiter, & eſſentialiter,ibidem.
Diſtinctio realis,& ex natura rei quomodo probētur,ibidem.
De ultimate abſtracto non poteſt aliquid prædicari formaliter niſi in primo modo dicendi per ſe, pag.17.c.2
Differentia inter Accidens abſolutum & reſpectiuum,p.17.c.4
Diſtinctio duplex communiter aſſignatur,pag.18.col.2
Diſtinctio per intrinſeca eſt duplex,ibidem.
Diffinitio indicat quidditatem rei,p.18.c.3
Deus non refertur ad creaturas aliqua relatione reali.pag.18.c.4

Diſtinctio rationis quæ nam ſit.p.19.c.1
Diſtinctio ex natura rei eſt minima inter omnes diſtinctiones quæ ſunt præter opus intellectus, p.19.c.1
Diſtinctio formalis eſt duplex poſitiua ſcilicet,& negatiua,p.19.c.2
Diſtinctio formalis & poſitiua quid ſit.ibid.
Diſtinctio formalis negatiua quid ſit.ibid.c.3
Diſtinctio eſſentialis quid ſit.ibid.
Diſtinctio eſſentialis eſt duplex.ibid.
Diſtinctio & identitas realis quomodo non ſtat cũ identitate eſſentiali.p.20.c.1
Diſtinctio realis parum differt a diſtinctione eſſentiali ſecundum eſſe ſimpliciter ſumpta.pag.20.c.3
Diſtinctio realis quid ſit.ibid.
Diſtinctio realis quot modis inueſtigetur,.pag.20.c.4
Diſtinctio realis reſpicit eſſentiam eſſentialiter eſſentiam.ibid.
Deus an poſſit facere prius ſine poſteriori.pag.22.c.2
Diſtinctio quæ oritur ex natura rei eſt relatio realis,& realiter diſtincta ab illis rebus diſtinctis, p.24.c.3
Diuerſitas diſtinguitur a fundamento.ibid.
Deus quomodo de nouo dicatur creator,pag.26.c.2
Difficultates inſurgentes circa ſententiam Scoti, p.30.c.3
Dependentia eſt multiplex,p.31.c.2
Diſtinctio materię eſt propter diſtinctionẽ formę, & non econtra,p.33.c.2
Diſcurſus duplex temporis & naturæ in angelis eſt diſcurſus naturæ nõ temporis, in margine,p.33.col.3.Sed uide Bargium 1.Sent.q.4.prologi p.26. & l.1. quod ſit de ratione diſcurſus,& applica hic,p.33.c.3
Diſtinctio ſpecifica inter angelum & animam accipitur a natura ut eſt prior potentia productiua ſiue operatiua.p.33.c.3
Duę naturę ſpecie diſtinctę ad inuicem poſſunt habere potentias eiuſdem ſpeciei, uel ſaltem non diſtinctas ſpecie.p.33.c.3
Deus de lege communi eſt præſens uiatori per reuelationem.p.34.c.4
Diſtinctio obiectorum quaſi a poſteriori arguit potentias diſtinctas p.36.c.3
Deſinere eſſe,poteſt expõni dupliciter.p.39.c.4.& 40.c.4
Differentia inter primum inſtans ſui eſſe & inter ultimum inſtans ſui non eſſe,p.40.c.1
De indiuiſibilibus & inſtantaneis dantur aliquæ regulæ,p.40.c.3
Deum uelle angelum eſſe in iſto nunc & non eſſe in iſto nunc quomodo non implicat contradictionem,p.41.c.3.& 4
Diſtinctio realis ex quibus concludatur,pag.43.c.1
Diſtinctio inter partes eiuſdem proportionis,& eiuſdem quantitatis quæ nam ſint, pag. 45.c.2
Deus quomodo dicatur menſura extrinſeca omnium.p.45.c.4
Deus quare ſit infinitæ uirtutis,p.47.c.4
Differentia inter æternum æuum & tempus, pag.49.c.4
Deo repugnat facere aliquid ex natura perpetuum & neceſſarium.p.54.c.2
Diſtinctio ſpecifica inter loca diuerſa quomodo cõtingat,p.59.c.3
Diuiſibilitas circonſcriptionis a loco a quo proueniat,p.63.c.1
Duæ cauſę totales non poſsũt eſſe reſpectu eiuſdem effectus,p.67.c.2
Differentia inter moueri localiter & mutari,pag.68.c.1
Dubitationes multæ & ſolutiones circa quæſtionẽ principalem de motu continuo Angelorum, p.68.c.2.3.4.& p.69.1.& 2
Diſtinctio minimi ſecundum formam & materiã quid ſit.p.71.c.3
Dubitationes quædam & ſolutiones circa litterã Scoti, pag.73.c.4.& p.74.75.& 76
Deus an poſſit facere lineam ſine puncto,p.78.c.1
Declarationes quædam & ſolutiones circa litterã Scoti,p.79.& 80
Dubitationes quædam circa dicta Scoti, p.82.uſque ad 90.& ſunt ualde ſubtiles, p.82.& 90
Diffinitio mutationis an ſit bene poſita,pag.84.c.3
Diuiſibilitas duobus modis accipi poteſt, pag.84.c.3
Dubitationes quædam eſt ſolutiones circa quædam dicta Scoti.p.94.c.3.& 4
Dimenſiones ſeparratæ a corpore naturali nõ poſſunt eſſe ſimul.p.95.c.3
Denſum & rarum concomitantur duæ contrarietates,p.97.c.1
Denſum & rarum quomodo ſint actiua.ibid.
Durities & molities ſecundum commentatorem non ſunt cauſę translationis ſicut denſum & rarum,p.97.c.1
Differentia inter ens in actu & in potentia, pag.97.c.4
Diffinitio naturæ habita ab Ariſtotele ſecũdo phy. exponitur,p.98.c.3
Diffinitio ſimpliciter quid ſit, pag.99.c.2.& 119.c.2
Duo indiuidua eiuſdem ſpeciei realiter nõ poſſunt comparari ad inuicem,p.105.c.2
Differre per aliquid ęquiuoce ſecundum Ocham quid ſit,p.107.c.3
Differentiæ indiuiduales contrahunt naturam hominis ſecundum Ocham.p.108.c.1
Duæ differentiæ indiuiduales ſecundum Ochã quomodo plus cõueniant quam Deus & creatura, p.8.c.2
Differentia proprie quę nam ſit.p.113.col.1.
Diuerſa ſpecie que nam ſint.p.117.col.2.
Differentia inter diuerſum,& differens.ibidem.

Difficul-

INDEX.

Difficultates quedam in materia de uirtute naturali,& ſolutiones eorum.p.116.c.1.& 2.
Demoſtrationes ſunt de perpetuis, & incorruptibilibus.p.118.c.3.
Deus quomodo ſit ſingularis.p.119.c.3.
Diuidi eſt quedam imperfectio.p.120.c.2.
Dubitationes quedam circa litteram Scoti. D.3. 9.2.& ſolutiones.p.120.& 121.
Depēdentia eſt formaliter imperfectio. pag.120 col.3
Differentia indiuidualis non dicit negationem.p. 121.c.2.
Eandem differentiā includere poteſt intelligi dupliciter.p.121.c.4.
Per eandem differentiam indiuidualem contrahitur ad eſſe indiuiduale natura humana, & omne quod ad ipſam concumitatur. pagi.122.colum.1.
Differētia inter partes ſubiectuas,& homogenias. p.124.c.4.
Omnis differentia formalis eſt ſpecifica. p.125. col.3.
Omnis differentia differentium reducitur ad aliqua primo diuerſa.p.129.c.4.
Differētię indiuiduales ſunt primo diuerſe.p.131 col.3.
Differentia indiuidualis excludit omnem diuiſionem p.131.c.2.
Differentiæ habent conceptum ſimpliciter ſimplicem.p.131.c.4.
Duæ differentiæ indiuiduales quomodo ſint prime diuerſe.p.133.c.1.
Diuiſio poteſt accipi multipliciter . pagi.133.colum.3.
Differentia formalis eſt duplex.p.135.c.3.
Diffinitio proprie,eſt ſubſtantia compoſita.p.136. col.1.
Sola differentia formalis eſt ſpecifica ergo omnis differentia formalis eſt ſpecifica ut tenet conſequentia.p.136.c.2.
Diſcurſus prę ſupponit notitiam illius ſimplicis ad quod diſcurritur.p.141.c.1.
Dubitationes quedam, & ſolutiones circa litterā ſcoti.p.141.c.2
Deitas non poteſt diſtincte cognoſci ſecundū Henricum per aliquam ſpeciem intelligibilem creatam p.144.c.1
Deus an poſſit cauſare ſpeciem intelligibilem. p. 146.c.1
Differentia inter rationem formalē cognoſcendi aliquid intuitiue, & abſtractiue. pag. 147.colum.4.
Deus an poſſit cauſare aliquam ſpeciem intelligibilem que ſit cauſa partialis cognoſcendi infinita obiecta.p.148.c.2.
Deus an poſſit ſupplere cauſalitatem cuiuſcunque cauſe extrinſecece.p.151.c.1.
Differentia inter graue, & intellectum. pag.153. col.1.
Differentia inter propoſitionem contingentem de futuro,& de preſenti.p.159.c.1.
Deliberatio quid ſit.p.159.c.2.
Difficultates quedam circa litteram Scoti de ęqualitate dei.p.160.c.2.& 3.
Deus an poſſit odiri in ſe.p.164.c.1.
Diuiſio peccatorum quid, & quotupliciter excipiatur.p.164.c.3.
Damnati an libere contineant malitiam. p.166. col.4
Diſpoſitio eſt duplex.p.168.c.1
Deus quomodo dicatur cauſa obſtinationis.p.169. col.1
Differentia inter auditionem,& uiſionem.p.169 col.4
Duo contraria poſſunt eſſe ſimul ex parte dei. p. 182.c.1
Differentia inter angelum ſuperiorem, & inferiorem.p.184.c.1
Deus illuminat per luminis infuſionem. p.185. col.3
Deus an poſſit aliquid reuelare angeli inferiori quod non eſſet reuelatum uel notum ſuperiori. p.185.c.4.
Deus ſupplet immediate omnem perfectionem. p.188.c.2.
Duo requiruntur ad hoc quod aliquid ſit maxime ſubſtantia.p 196.c.1
Deus immediate creat ut conſeruat.p.198.c.1
Deum uelle aliud aſe abſulute, & de neceſſitate nō eſt neceſſarium.ibidem.
Deus quomodo creat animam in materia. p.199. col.1
Differentia inter materiam, & formam. p.201. col.3
Deus facit accidens ſine ſubſtantia. pag. 213. c.4
Differentia inter ſemen uiri, & mulieris. p. 215 col.2
Differentia inter peccatum mortale, & ueniale. p.218.c.2
Deus an poſſit facere graue tendere ſurſum.p.219 col.1
Dependentia duplex.225.c.1
Deus quomodo ſit finis creaturę.p.227.c.1
Deus an poſſit remitere culpam non dando gratiam.p.228.c 4
Deus quomodo dedit Adæ iuſtitiam originalem naturaliter.p.230.c.1.
Defectibilitas quomodo non ſit cauſa peccati. p. 231.c.4
Deus eſt cauſa partialis uolitionis. pag. 232. col.2.
Deus concurrit ad omnem actum uoluntatis creatæ,non autem concurrit ad actum peccati,uide trombetam in queſtione illa de preſcientia futurorum.p.232.c.3.
Deus non poteſt auferre rectitudinem à uoluntate ſecundum Diuum Anſelmum de caſu diaboli.p.233.c.2
Deus multa vult uoluntate ſigni,quę tamen noluit impediri,p.233.c.4
Diligere Deum poteſt multiplicieter intelligi, pag. 239.c.3

Diuiſio

Diuiſio Diui Hyeronimi de peccato an ſit ſufficiens p.245.c.3
Diuiſio ſeptem peccatorum an ſit ſufficiens. ibidem.
Defectibile poteſt dupliciter accipi, p.248.c.2

E.

Eſſe ſecundum quid omniũ cauſabilium eſt duplex, eſſe cognitum ſcilicet & eſſe uolitum, p.2.c.1
Eſſentia diuina eſt formaliter in tribus perſonis, p.2.c.3
Eſſentia diuina eſt ex ſe neceſſe eſſe tam formaliter, quam originatiuè, p.3.c.2
Eßentia diuina tantum de neceſſitate mouet intellectum diuinum, tam reſpectu ſui, quàm omniũ aliorum, p.3.c.2
Eſſentia diuina eſt ſimpliciter prior natura proprietatibus hypoſtaticis, p.4.c.4
Eſſentia diuina ut cognita, & amabilis eſt ratio partialiter ſpirandi Spiritum ſanctum, p.5.c.3
Eſſe poßibile creaturarum ab æterno fundatur tantum in potentia productiua, p.6.c.2
Eſſe eßentiæ & exiſtentiæ quomodo diſtinguntur. p.11.c.2. in margine.
Eſſe cognitum formaliter non eſt eße poſſibile, ſed fundatur in eſſe cognito, ita quod poſſibilitas ad eſſe ſimpliciter concomitatur ad eſſe cognitum, p.12.c.2
Exiſtentia duplex aptitudinalis, & actualis, pag. 12.c.3
Ex una de neceſſario, & altera contingenti ſequitur concluſio contingens, p.12.c.3
Exiſtentiæ conditiones quæ nam ſint, p.12.c.4
Aeternitas ut coexiſtens huic diei eſt infinita, & indeprehendens, p.13.c.2
Eſſe eſſentiæ non præcedit eſſe exiſtentiæ, quomodo autẽ ſit una propoſitio, uide ibi in margine, p.14.c.2
Aequale maius, & minus non conueniunt quantitati mollis, niſi finitæ, p.14.c.4
Ens limitatum non poteſt continere per identitatem realẽ aliqua oppoſita formaliter, p.16.c.2
Eſſentia diuina quomodo contineat relatiua, pag 16 c.2
Ens prima ſui diuiſione diuiditur per ens quantum & non quantum. ibid.
Eadem ex natura rei quæ nam ſunt. p.19.c.2
Eadem formaliter & poſitiue quæ nam ſunt. ibidem.
Eſſentia poteſt accipi multipliciter, p.19.c.3
Eßentialis identitas quid ſit & quot modis accipiatur, p.19.c.4
Eadem realiter quæ nam ſint, p.20.c.4
Eſſentia diuina cõtinet uirtualiter omnem creaturam, p.23.c.4
Eſſentia diuina eſt entitas abſolutisſima, p.24.c.1
Effectus unus habet cauſam unam relationem terminatam ad cauſam. p.25.c.3.
Ens dicitur multipliciter, p.27.c.1
Expoſitio communis quod ſecundum Ariſtotelem in relatiuis tertij modi non ſit mutua relatio, p. 27.c.4
Aeternitas eſt neceſſario indiuiſibilis & tota ſimul ſecundum cauſas, p.38.c.2
In æternitate non ſunt contradictoria una de uoluntate diuina, p.38.c.2
Aeuum an ſit indiuiſibile, p.38.c.2
Aeternitas quid ſit, p.38.c.2
Exiſtentia angeli quantumcunque duret menſuratur aliquo nunc æui indiuiſibili ita quod ſecundum unum nunc æui indiuiſibile menſuret intrinſecę exiſtentiam tantum angeli quantuncũque durantem ſecundum Henricum, pag.38. col.3
Aeui angeli indiuiſibile de neceſſitate conſiſtit tẽpori ſecundum Henricum, p.38.c.3
Aeui ad tempus & æternitatem ponitur duplex differentia ſecundum Henricum. p.38.c.3
Aeuum eſt prius natura tempore ſecundum Henricum, p.37.c.4
Aeuum proprie eſt quantitas ſecundum Diuũ Bonauenturam, p.39.c.1
Aeuũ ſiue nunc ęui quomodo dicatur raptim trãſire, p.39.c.1
Aeuum eſſe ſucceſſiuum ſecundum Henricum includit contradictoria, p.39.c.4
Exiſtentia angeli eſt eadem abſolutę ſumpta, & ut abſolutę ſumptà nullo modo ſuccedit ſibi ipſi ſecundum Varronem, p.40.c.4
Tota exiſtentia angeli manet, ſecundum quod abſoluta eſt per quantumcunque durationẽ duret, p.40.c.4
Eadem exiſtentia poteſt conſiderari ut habet nouum, & nouum reſpectum ad ipſam cauſam. ibidem.
Aeuum an poſſit reparari a tempore, p.41.c.3
Eſſe reparati requiritur non eſſe annichilati, pag. 42.c.3
Exiſtentia angeli eſt ſimpliciter indiuiſibilis, pag. 42.c.3
Exiſtentia angeli eſt ſimpliciter prior ſua menſura indiuiſibili p.42.c.4.
In exiſtentia angeli non oportet ponere aliquam menſuram intrinſecam aliam a natura rei menſuratę, p.46.c.1
Exiſtentia angeli non poteſt eſſe menſura ſui ipſius ſicut in alijs ibid.
In exiſtentia angeli non eſt proprie quantitas nec indiuiſibile de genere quantitatis ibid.
Eſſentia diuina eſt ſimpliciter ratio eſſendi, pag. 56.c.3
Exiſtentiam angeli eſſe inſeparabilem a nunc ęui, & realiter diſtingui ab illo eſt impoſſibile, pag. 47.c.1
Aternitas eſt menſura indiuiſibilis. pag. 47. colum.1
Aeua tot ſunt, quot ęuiterna ſecundum Henricum, p.48.c.4
Exiſtentię unius ęuiterni non eſt inuariabiliorum exiſtentium alterius ęuiterni, p.48.c.4

Aeuum

INDEX.

Aeuum quomodo ſit accipiendum in angelo,p.48.c.3.& 49.c.1
Exiſtentia angeli ſuperioris poteſt dici menſura inferioris.p.49.c.1
Exiſtentia angeli ſupremi eſt tantum æuum reſpectu aliorum inferiorum.p.49.c.1
Aeuiternorum omnium eſſe tantum unum æuum quomodo ſit uerum.p.49.c.1
Eſſe in tempore quid ſit.p.49.c.1
Aeuiterna quomodo dependeant ab æuo.p.49.c.3
Aeuiternum neceſſario includere uel ſupponere aliqđ ſuperius æuiterno eſt impoſſibile,p.50.c.1
Aeuum quid requirat p.51.c.1
Aeuum diſtinguitur ab ęternitate participata ſecundum Thomam.p.52.c.3
Aeuū quare dicatur mēſura indiuiſibilis.p.53.c.1
Aeuum quomodo dicatur menſura diuiſibilis.pa.53.c.2
Aeuum quomodo dicatur menſura angelorum ſecundum Gaietanum.p.53.c.3
Eſſe ens per ſe & eſſe ens in alio non uariat rationem formalem.p.53.c.4
Ex uno impoſſibili poſſunt plura impoſſibilia ſequi.p.54.c.1
Aeternitas abſolutè menſurat exiſtentiam & nō ſub illa ratione qua eſt & indefectibilis ita qđ indefectibilitas ſit ratio formalis,quare exiſtentiæ diuinę conueniat talis menſura,p.154.c.1
Aeternitas participata ut ponitur a Gaietano impugnatur a Lycheto.p.55.c.1
Eſſe angeli quomodo ſit immutabile.p.55.c.1.& 2
Aeuum quomodo non ſit in angelo ſupremo.pag.55.c.4
Aeuum quid ſit ſecundum Thomam.p.55.c.3
Entia quę nam ſint abſoluta, & quæ reſpectiua ſecundum Gregorium.p.62.c.2
Elenchus uerus quid ſit.p.66.c.4
Ex duobus entibus in actu non fit unum per ſe.pag.75.c.4
Eſſentia diuina eſt naturaliter prior attributis.pa.75.c.4
Ex compoſſibilibus nunquam ſequitur impoſſibilia p.76.c.2
Eſſe in ſpatio diuiſibile poteſt intelligi dupliciter.p.94.c.2
Eſt impoſſibile trāſire omnes partes alicuius ſpatij infinities infinitas tangendo illas in puncto,p.94.c.2
Effectus omnes quando cauſant in actu habent cauſam in actu.p.97.c.3
Extrema motus localis angeli ſunt in duplici differentia.p.103.c.2
Extrema oppoſitionis realis quomodo ſecundum Ocham ſunt realia.p.106.c.3.& 4
Aequinitas quomodo ſit ſingularis ſecundū Ochā.p.107.c.4
Aequinitas quomodo non ſit ſecundū Ocham nec ſingularis,nec uniuerſalis.p.107.c.4
Ens rationis unū nō eſt perfectius altero.p.110.c.3
Effectus idem non poteſt dependere a duabus cauſis effectiuis totalibus.p.110.c.3
Aequiuocationes quomodo lateant in genere,pag.110.c.4
Extrema oppoſitionis realis quomodo ſit adęquata.p.111.c.3
Exiſtentia quomodo poteſt annichilari.& eſſentia tamen remanet.p.113.c.4
Exiſtentia & eſſentia poſſunt multipliciter conſiderari.ibidem.
Exiſtentia eſt gradus intrinſecus.p.113.c.4
Exiſtentiam eſſe ſine ſuo modo intrinſeco eſt impoſſibile.ibidem.
Exiſtentia conuenit homini in eſſe obiectiuo pręciſè ut gradus intrinſecus illius.p.114.oppoſitum huius habet Franciſcus in primo Sētentiarum.d.42.&8.9.qulibetali uide ibidem & applica hic ad propoſitum.p.114.c.1
Eſſentia & exiſtentia quomodo ſint idem.ibid.
Eſſentia & exiſtentia quomodo differant realiter.in margine.ibidem.
Ens in ſua communitate ſumptum eſt unum obiectum intelligibile numero.p.114.c.4
Eſſentia diuina ſecundum Ocham nihil aliud eſt cōmunicabile rebus per identitatem.p.118.c.4
Eſſentia diuina quomodo dicatur ex ſe ſola communicari.p.119.c.4
Eſſentia diuina quomodo cōmunicatur tribus ſuppoſitis.p.120.c.4
Eo modo quo datur eſſe eſſentiæ, etiam datur eſſe exiſtentię tale eſſe conueniens.p.121.c.4
Exiſtentia hominis non includit alias differentias.p.122.c.1
Exiſtentia diſtinguit ultimatæ, & quomodo.pag.122.c.3
Entitas indiuidualis quæ ſit.p.131.c.4
Entitas in diuinis eſt de ſe hęc.p.131.c.4
Eſſentia diuina eſt communicabilis non tamen poteſt diuidi.p.134.c.3
Eſſentia angeli quomodo ſit cauſa ſuæ cognitionis.p.138.c.1
Eſſentia angeli ſecundum diuum Thomam eſt totalis ratio formalis intelligendi ibidem.
Eſſentia, & intellectus angeli quomodo ſint duæ cauſæ partiales in ſua cognitione.p.138.c.2
Eſſentia diuina ut eſſentia nihil agit ad extra.pag.139.c.1
Effectus non ducunt in cognitionem deitatis.pag.141.c.3
Eſſentia diuina ut eſſentia quomodo contineat contingentia.p.142.c.2
Eſſentia diuina eſt ratio intelligendi ſe, & omnes creaturas intuitiuè.p.148.c.2
Eminentia duplex.p.150.c.4
Aequalitas Dei, ſiue de æqualitate Dei contingit loqui dupliciter.p.160.c.3
Electio duobus modis ſumitur.p.161.c.1
Excellentia duplex.p.164.c.2
Omne ens habet rationem intelligibilis.188.c.4.& euenit quia intelligibilitas eſt paſſio entis ſecundum Scotum,& ſequaces, oppoſitum huius uult Zimara Theorema.1 uide.ibi.pa.88.colum.4

Elementum quid ſit,p.197.c.2
Effectus quantum ad ſuum eſſe non dependet à ſine,p.198.c.3
Eſſe exiſtentiæ quid ſit,ſecundum Sueſſanum.199 col.4
Elementa remanent in mixto uirtualiter,ſecundũ Scotum.p.206.c.2
Eſſe immediatum receptiuum plurimum poteſt du pliciter intelligi,p.208.c.2
Exiſtentia non egreditur ab eſſentia,pag.209.columm.2
Error Manichæorum circa productionem animæ.p.213.c.2
Euæ peccato fuit grauius peccato Adę.pa.219.colum.1
Aequalitatem Dei appetere interpretatiuè quid ſit.p.219.c2
Eua quomodo appetierit æqualitatem Dei p.219 col.3
Electio quomodo ſequatur concluſionem ſyllogiſmi practici p.220.c.1
Electio uoluntatis quomodo dicatur electio.ibid.
Eſſentia diuina quomodo ſit obiectum adęquatum motiuum.p.220.c.2
Effectus unus & idem non poteſt eſſe à pluribus cauſis,quamodo.p.222.c.3
Ens quomodo ſit obiectum adæquatum intellectus. p.223.c.1
Eſſentia diuina quomodo ſit in tribus perſonis. pa. 224.c.3

F.

Filius ſiue perſona filij ſit conſtituta ex eſſentia & proprietate tantum a ſola eſſentia habet perfectionem infinitam.p.5.c.2
Filius eſt ab eſſentia, ut principium quo, à patre, ut à principio quod.p.7.c.2
Facere aliquid de potentia Dei abſoluta,eſt facere contra legem prius determinatam. pag.10.colum.2
Futura contingentia quomodo cognoſcantur ab intellectu diuino.p.10.c.4
Filius Dei ſemper generatur, & tamen nõ eſt aliquid ſuccceſſiuum,ſed ſummè permanens,p.13. col.2
Filius in diuinis quomodo poteſt dici dependere à patre.p.17.c.1
Fundamentum ſecundum Ocham non continet per identitatem nec ſimul,nec ſucceſſiuè relationes p.23.c.1
Forma quomodo dicatur eſſe ad ſe.p.26.c.1
Forma creata quanto eſt nobilior tanto diſtinguitur in plures gradus nobilitatis.p.33.c.1
Fantaſia & intellectus differunt ſpecie. p.34.colum.3
Fruitio in uia & in patria quomodo differant ſpecie.p.34.c.4
Fruitio in patria & fruitio in uia ſunt ſimpliciter cauſatæ à diuerſæ ſpecie diſtinctis.ibid.
Fruitio in uia tantum partialiter cauſatur à cognitione abſtractiua ipſius Dei.ibid.
Formæ perfectiores, & imperfectiores quæ nam ſint.p.35.c.2
Fuiſſe poteſt dupliciter conſiderari.p.41.c.2
Falatia figuræ dictionis quæ non ſit.p.41.c.3
Finitum aliquod in ſe habere coexiſtentias infinitas actione diuinæ non tamen ſimul non eſt inconueniens.p.41.c.4
Falatia conſequentis quę nam ſit.p.45.c.3
Filius Dei continuè generatur. p.46.c.2
Fluxus alicuius formę dum ſucceſſiuè acquiritur menſuratur tempoee.p.50.c.4
Fluxus formę quid ſit.p.50.c.4
Formę quomodo non repugnet acquiri partialiter p.50.c.4
Forma quo tempore menſuretur non omnis forma menſuratur tempore & quomodo, pag.51.colum.3
Quę nam ſit illa forma quę menſuratur tempore. ibidem.
Forma quomodo contineat materiam,pag. 61.colum.3
Forma perficiens quomodo ſit perfectior perfectibili.p.69.c.2
Forma quomodo ſit uere indiuiduum. pag. 65.colum.2
Forma quare exiſtat.p.75.c.4
Frigus intendendum nullum primum habet eſſe ſimpliciter licet habeat primum in eſſe quieto. p.90.c.1
Fieri in aliquo puncto immediate poteſt multipliciter intelligi.p.93.c.4
Fundamentum æqualitatis eſt duplex p.105.c.2
Forma eſt ſimpliciter prior compoſitio. pag.123. col.3
Forma eſt ratio diſtinguendi principaliter.p.128. col.3
Forma non eſt ſubiectum accidetis,ſecundum Boetium.p.131.c.3
Forma dicitur in quid de quocumque alio. ibidem.
Fæmina quare non differat ſpecie a uiro.pag.136. col.2
Phantaſma eſt cauſa partialis ſpeciei intelligibilis p.138.c.2
Finiti ad infinitum nulla eſt proportio. pag.144. col.1
Formę ſunt ſicut materię.p.150.c.3
Phantaſma quomodo poſſit aliquid cauſare. pag. 153.c.3
Phantaſma an poſſit cauſare ſpeciem intelligibilem.p.153.c.4
Phantaſma quid ſit.p.191.c.3
Forma quomodo dicatur actus entitatiuus. pag. 195.c.3
Forma, & materia quomodo ſint primò diuerſa. ibidem.
Forma & materia quomodo non ſint eiuſdem ſpeciei.p.195.c.4
Forma & materia quomodo conſtituunt unũ ſimpliciter.ibidem.

Formę

Formę caſus eſt duplex,p.196.c.2
Forma duplex totius,ſcilicet,& partis,p.196 c.2
Forma magis dependet a materia quam econtra. p.199.c.4
Forma quid ſit ſecundum Caietanum,pag.200.colum.2
Forma ſecundum Caietanum quomodo ſit poſterior materiæ.p.200.c.4
Forma an ſit de eſſentia materiæ,p.203.c.1
Verum forma cõtineat uirtualiter aliam formam; tunc daret actum oppoſitum priuationi illius forma,p.205.c.1
Fini coniungi poteſt accipi dupliciter, pag.210.colum.1
Forma quomodo producatur,p.213.c.2.& 3
Forma non producitur niſi productione totius,pa. 214.c.1
Forma quomodo dicatur principium receptiuũ, p. 2.15.c.1
Filius improprie dependet ab eſſentia,pagin.221. col.3
Filius quomodo non producatur de lapide. ibidem.
Finis quomodo ſit cauſa,p.225.c.1
Fides eſt duplex,p.227.c.3

G.

Generatio in creaturis ſemper dicit mutationem inter terminos oppoſitos ſcilicet inter priuationem & formam generandam, pag.13. col.4
Generatio unius ſecundum philoſophum primo de generatione.tex.17. eſt corruptio alterius,pag. 15.c 1
Gradus intrinſecus & entitas ſpecifica quomodo ſint idem eſſentialiter,p.19.c4.
Gradus intrinſecus & indiuidum ſunt idem eſſentialiter quomodo,p.20.c1
Plures gradus perfectionales poſſunt eſſe formaliter in uno indiuiduo,p.33.c.1
Gradus perfectionales poſſunt eſſe formaliter in uno indiuiduo.p.33.c.1
Gradus perfectionales ſunt in multiplici differentia.ibid.
Generationes & corruptiones omnium generabilium & corruptibilium menſurãtur inſtanti tẽporis p.50.c.4
Gradus intrinſecus nõ uariat rationem formalem rei,cui aduenit,p.53.c.4
Gradus intrinſecus eſt poſterior re. ibid.
Gradus intrinſeci ſunt ut neceſſitas contingentia, infinitas,& finitas eſſe,p.53.c.4
Gratia non eſt intenſibilis in infinitum,p.84.c.1
Gratia quomodo moueatur a ſe ipſis. in margine. p.95.c.4
Gratia ſunt in potentia paſſiua ad ubi deorſum, p. 96.c.2
Gratia & leuia utrum ſe ipſis moueantur,pag.96. c.2.3.& 4
Gratia & leuia ſe ipſi moueri auctoritatibus pluribus & rationibus oſtenditur, p.96.c.4.& 97 c.1.2.& 3
Grauia & leuia quomodo ſint principia agẽdi & patiendi,p.97.c.3
Grauitas eſt principiũ intrinſecum motus & quietis in graui,p.98.c.2
Grauia & leuia quare moueantur in ipſorum loca. p.98.c.4
Graue non mouet ſe ſicut agens per cognitionẽ & hoc probatur ratione Ariſtotelis,p.98.c.4
Graue qnomodo moueat ſe, p.98.c.4.& p.99.c.1
Graue quomodo moueatur a ſe primo,p.99.c.3
Graue hõ geneũ an moueatur a ſe primo,p.99.c.4
Generans uniuoce realiter conuenit cum genito,p. 106.c.2
Genus non prædicatur per ſe de differentia,p.116. col.3
Genus ſecundum Ocham quomodo prędicetur uniuoce,p.118.c.4
Generatio quomodo terminatur ad ſingulare, pag. 123.c.1
Genus & differentia dicunt alium conceptum.pa. 131.c.2
Genus requirit determinatam multitudinem ſpecierum,p.133.c.3
Genus primo eſt diuiſibile in duo ſecundum Boetium,p.133.c.3
Generatio quomodo ſit perpetua,p.136.c.3
Graue eſt imperfecta potentia obedientiali, pagi. 150.c.1
Gratia duplex ſecundum Caietanum perfecta, & imperfecta,p.156.c.4
Genus phyſicum quid ſit,p.188.c.3
In generatione naturali ſemper aliquid corrumpitur & aliquid generatur,p.93.c.1
In generatione ex oppoſito fit oppoſitũ, p.193.c.2
Generatio quid ſit,p.194.c.1
In genere omni eſt reperire per ſe ordinem & ſtatum.p.194.c.2
Generabilia poſſunt eſſe & nõ eſſe quia habẽt materiam.p.204.c.4
Gratia quomodo ſit radix omnium bonorum.pag. 226.c.3
Gratificare poteſt intelligi dupliciter, p.227.c.1
Gratia duo facit idem.
Gratia qũo ſit agens mere naturale, pag.231.c.1

H.

Habitudo naturæ, ad ſuppoſitum eſt prior habitudine eius ad actum ſecundum,p.3.c.4
Hęc conſequentia conſequitur,homini repugnat eſſe ęternaliter ergo necaſſario habet eſſe de nouo.p.12.c.4
Henricus ſuſtinet contradictionem includere aliqd aliud a Deo fuiſſe ab æterno ſine principio durationis.p.13.c.2
Homo non fuit ab æterno in potentia ad eſſe, & in potentia ad non eſſe,p.14.c.2
Homo loquendo de facto prius fuit in potentia ad eſſe.ibidem.

INDEX.

Henricus,& Scotus conueniunt quod relatio creaturę ad deum eſt eadem realiter cum ipſa creatura.p.18.c.2.

Homo nihil aliud,eſt niſi ipſa relatio ad deum ita quod in homine realiter,& formaliter, & qui quiditatiue eſt tantũ relatio ueſtigialis ad deũ ſecundum Henricum.p.18.c.2

Hæc propoſitio eſt falſa ſimpliciter ſecundum Occam,plures relationes ſunt in eodem fundamento realiter.ibidem.

Hecheitas eſt conditio effectus.p.25.c.2

Homo poteſt comparari ad tria.p.31.c.3

In homine habente eſſe in primo inſtanti fundatur relatio quæ terminatur ad non eſſe immediate procedens.ibidem.

Homo productus ab alio homine magis habet unitatem ſpecificam ab ipſo deo quam ab homine. p.77.c.1

Homo an ſit magis homo a maſculo uel a femina. p.37 c.1.

Henricus ducitur ad inconueniens.p.50.c.1

Homo eſt cauſa riſibilitatis improprie.p. 100. col.1

Henrici opinio de motu angeli in inſtanti reprobatur.p.100.c.2

Homo quomodo ſit menſura omnium animalium. p.104.c.4

Homo quomodo ſupponat perſonaliter.p. 108.c.4

Homo ab æterno debet eſſe obiectiuum. p. 114. col.1

Homo quomodo ſit unum obiectum intelligibile. p.114.c.4

Hecheitas, & natura poſſunt multipliciter conſiderari.p.115.c.3

Hecheitas, & natura quomodo diſtinguantur. p. 116.c.2

Hecheitas non diſtinguitur nec numero nec genere nec ſpecie .p.116.c.2

Hecheitas poteſt dupliciter conſiderari.p. 117. col.2

Homo in communi quomodo ſit compoſitus. p.128. col.1

Homo quomodo conſtituatur.p.131.c.3

Humanitas non eſt ratio diſtinguendi. p. 135.c.3

Homo in ſtatu innocentię an habuiſſet notitiã diſtinctam abſtractiuam Dei.p.143.c.2

Habitus quidam ponitur ſecundum Henricum in angelo ſibi concreato per quod cognoſcit alia a ſe.p.146.c.4

Per unum habitum ſecundum Hẽricum quomodo ſint preſentia plura obiecta.p.146.c.4

Habitus quomodo reducatur ad intellectum ſecundum Henricum.p.147.c.1

Habitus qui ponitur ab Henrico impugnatur. p. 149.c.2

Habitus poteſt prædicari de ſpecię intelligibili.p. 152.c.1

Habitus in angelo an poſſit eſſe ex frequẽtatis actibus.p.152.c.2

Homo poteſt cauſare cognitionem in intellectu dupliciter.p.153.c.1

Henricus tenet quod angelus non accipiat ſpecies a rebus.p.187.c.2

Henricus tenet quod angelus non cognoſcas ſingularia per ſpecies.p.189.c.2.& 3

Habitus quantumcunque intenſus non facit intellectum in potentia accidentali.p.190.c.4

Homo pro ſtatu.iſto quomodo non concurrat ad ſpecien ſenſibilem.p.191.c.4

Habitus quomodo generetur ex actibus.p.239.c.1

I

IDem reſpectu eiuſdem non poteſt eſſe principiũ quo,& quod.p.2.c.3

Intellectio quę eſt ratio formalis producendi uerbum eſt ratio creandi remota.p.2.c.4

Ideæ pratice quę ſunt tantum de contingentibus non dantur in deo.p.2.c.4

Intellectus diuinus quicquid producit de neceſſitate producit.p.3.c.2

Intellectus diuinus non cognoſcit lapidem in ſe ſed præciſe in eſſentia diuina.p.3.c.3

Intellectus diuinus tam in ratione operatiui quam in productiui prius reſpicit eſſentiam diuinam quam obiecta ſecũdaria,& qua ratione.ibidem

De uoluntate diuina. ibidem.

Ideę non ponuntur in intellectu diuino ex natura rei,ſed per actum diuini intellectus illas producentis in eſſe intelligibili.p.4.c.3

Intellectus diuinus eſt ſimpliciter prior intellectione,nam idem dicitur de uoluntate, & uolitione.p 4.c.4

Intellectui diuino repugnat producere aliquid reale ad extra.& qua ratione.p.6.c.1

Intellectus diuinus quando aliquid de nouo intelligit,non cauſatur aliqua relatio rationis in intellectu diuino,ſed in obiecto cognito.p.10.c.3

Intellectus diuinus quando tranſit ſuper obiecta ſecundaria nõ fit perfectior neque imperfectior, cum talis tranſitus non pertineat ad perfectionem illius.p.10.c.4.uide Bargium,& tartaretum in 1.Sententiarum.D.35.uſque ad 40.& trombetã 12. Methaphiſicę ,tex:ſi. de cognitione Dei,etiam in uia Ariſtotelis poteſt ſuſtineri.p.10.c.4.

In diſciplinatis eſt quærere omnium demoſtrationem ſecundũ Philoſophum 4.Methaphiſice.p. 12.c.1.

Impoſſibilis eſt tranſitus de contradictorio in contradictorium ſine mutatione.p 13.c.

Inſtans in tempore in actu quid ſit.p.14.c.3

Inſtans in potentia quid ſit.ibidem.

Inſtantia infinita an poſſint eſſe.ibidem.

Infinitum in actu non datur,Ioãnes de Baſſolis tenet oppoſitum,ut patet ibidem in margine. p. 14.c.4

Infinitas materialis indiuiduarum ſucceſſiue non eſt impoſſibilis.p.15.c.2

Illa diſtinguntur realiter quorũ unũ poteſt manere ſine altero uide etiam firmalitates.p.15.c.4

Idem omnino non continet plura eiuſdem rationis ſecun-

ſecundum perfectam identitatem eadem ſibi,p. 16.c.2
Inhærentia duplex aptitudinalis,& actualis, pag. 17.c.4
Inhærentia ſiue actualis, ſiue aptitudinalis non eſt de eſſentia accidentalis;uide ẽt Scotum, Anto. Andreã,& Trombetam 7.Metaphyſicæ.9.prima, & Ioannem Canon. 1.Phyſico.q.4. nam licet ſit eſſentialiter ille, quia in ſecundo modo dicendi per ſe, non tamen de eſſentia, pag.17. col.4
Inferius eſt idem formaliter ſuo ſuperiori, non autem econtra, & hanc ſententiam ſequitur Magiſter formalitatũ in capite de diſtinctione formali,& Vigerius,& Paulus:ſempor.1.Sententiarum.diſt.ſecunda parte ſecunda Trombeta in in capite de diſtinctione formali tenet oppoſitum; pro conciliatione iſtorum grauiſſimorum uirorum uide Bargium 1.Sent.fol.101.inferius ergo quomodo ſit idem formaliter ſuperiori, p. 19.c.2
Identitas formalis ſiue adæquata ſiue non ſtat cum diſtinctione ex natura rei,p.19.c.2
Identitas eſſentialis numeralis eſt duplex,pag.19. c.4
In quolibet ſingulare & ſi ſit tantũ unum eſſe ſimpliciter, & una exiſtẽtia ſimpliciter poſſunt tamen in eo diſtingui plures exiſtentiæ,quæ tamẽ ſunt omnes una realiter, & plures ad inuicem diſtinctæ ex natura rei,p.20.c.2
In compoſito habent ueram eſſentiam ſimpliciter prius componentes ſunt realiter diſtinctæ,& ab eſſentia compoſiti, & à ſe inuicem, pag.20.colum.2
Identitas realis quid ſit,p.20.c.4
Ignis genitus quomodo dicatur genitus,& creatus p.31.c.4
In mutatione naturali ubi eſt materia, & forma, & agens, & compoſitum ex materia & forma ſunt multi reſpectus,p.32.c.1.& 2.
Intellectualitas angeli in quantum intellectualitas non differt ſpecie ab intellectualitate animæ in quantum intellectualitas, p.33.c.4
Intellectus angeli,& animæ quomodo poſſunt eſſe eiuſdem ſpeciei.p.34.c.1
Identitas obiecti non eſt præciſe cauſa identitatis potentiarum,p.34.c.3
Intellectus angeli,& animæ ſunt potentiæ non ſubordinatæ nec una in operãdo de neceſſitate præſupponit alterius operationem,p.35.c.1
Identitas operationũ intellectui angeli, & animæ propter duo iudicatur,ſiue arguitur,pag.35.colum.1
Intellectiones cauſatæ à potentijs ſpecie diſtinctis circa idẽ obiectũ, quæ poſſunt eſſe diſtinctæ ſpecie ex natura rei, & idem ſpecie ex natura rei, & etiam quomodo poſſunt eſſe diſtinctæ ſpecie ex natura rei,& idem ſpecie per intellectum,p. 36.c.4
Intellectiones dependẽt ab intellectu eſſentialiter ut à cauſa magis principali,pag.36.c.4.& 37. colum.1
Intellectus & uoluntas diſtinguntur formaliter,p. 37.c.3
Infinitum eſſe ſecundum locum quid ſit, pag.38. col.3
Inſtantanea habent principium in eſſe, pag.40. col.3
Inſtantanea habent ultimum ſui eſſe.ibidem.
Inſtantanea non habent principium inſtans ſui nõ eſſe.ibidem.
Inſtans quomodo dicatur principium temporis, & quomodo terminus illius temporis, pag.43. col.2
Indiuiſibile omne de genere quantitatis uel per ſe terminat quantitatem, uel eſt pars alicuius diſcreti,p.44.c.1
Inſtans ſecundum ſubſtantiam, & inſtans ſecundũ eſſe quid ſit.p.45.c.1
Idem habere bis eſſe poteſt contingi dupliciter,p. 46.c.4
Ignis quomodo corrumpat formam aquæ, pag.46. col.4
Impoſſibile eſt in æternitate aſſignare contradictoria,p.47.c.1
Inſtans quo menſurans exiſtentiam angeli non poteſt uirtute propria coexiſtere infinitis partibus temporis noſtri ſucceſſiuè,p.47.c.1
Inſtans temporis nullam durationem habet niſi inſtantaneam,p.47.c.2
Inſtans an ſit indiuiſibile quomodo cauſetur in inſtanti,p.47.c.4
Intellectio eſt de genere permanentium, p.50.c.1
Intellectio una angeli quantumcũque durans menſuretur nunc temporis diſcreti, quod nunc de neceſſitate tanto tempori noſtro conſiſtit quantum illa intellectio durat,p.50.c.1
Intellectiones eiuſdem potentiæ quomodo diſtinguantur ſpecie,p.50.c.2
Intellectiones eiuſdem rationis non habere præciſè ſimiles menſuras, eſt ualde inconueniens,pa. 50.c.3
Intellectiones noſtræ uidentur totæ ſimul, ſecundum Phyloſophum.20. Aethicorum cap.4. & 5.p.50.c.3
In intellectionibus noſtris an ſit ſucceſſio. ibid.
Intellectiones angeli menſurantur quo ſecundum Scotum,p.50.c.4
Ignis cum agit in lignum primo expellit diſpoſitiones contrarias,p.51.c.2
Indiuiſibile in ſe quantum ad ſuum eſſe exiſtentiæ non certificatur per diuiſibile,ſed bene indiuiſibile tale poteſt certificari quantum ad eius durationem,p.53.c.3
Intellectio angeli intenditur, & remittitur, pag. 56.col.1
Inter duo inſtantia an datur medium, pag.69.colum.3
Indiuidua accidentalia non poſſunt per ſe exiſtere. p.73.c.1
Illud diſtinctè cognoſcitur,cuius omnes partes actu perfectè cognoſcuntur.p.74.c.2

Infinitum intenſiuè poteſt accipi dupliciter, pagin. 74.c.4
Intellectus Angeli quomodo poſſit cognoſcere infinita, p.75.c.1
Intellectus angeli quomodo poſſit cognoſcere aliquid ſecundum omnes partes, p.75.c.1
Indiuiſibile nihil aliud eſt, niſi carentia continui, ſecundum Ocham, p.78.c.1
Infans formaliter quid ſit, ſecundū Ochā. p.78.c.1
Immutari quid ſit, p.81.c.2
Intelligentia habet tantum punctum ſe toto immediate propinquum, p.86.c.4
Intellectus diuinus ab æterno diſtinctè cognoſcit omnes partes quanti. p.77.c.2
Immediatum poteſt accipi dupliciter, pag.90.colum.3
Intercontradictoria non eſt medium quomodo, pa. 90.c.4
Indiuiſibile quantitatiuum ſi eſſet perfectè exiſtēs, quomodo poſſet moueri localiter, pag.91.cl.1
Indiuiſibile quomodo poſſit eſſe à quo, & quem, p. 92 c.1
Influentia cœli quantum eſt ſe ſe uniformis, eſt in toto medio, p.97.c.4
Illud quod non mouet aliud niſi prius naturaliter ab alio motum, ab eodem habet, quod moueat, & quod ſit motum. p.98.c.1
Idem poteſt eſſe in actu uirtuale, & potentia formali, p.8 c.3
In ultimo inſtanti quo panis deſinit eſſe ſub accidētibus, in eodem corpus Chriſti incipit eſſe ſub illis accidentibus, p.100.c.3
Inſtans ultimum in ſui eſſe non datur, pa.100 colum.4
Illuminatio eſt terminus alterationis, pag.100.colum.4
Impoſſibile eſt ſecundum ordinem rerum naturalium, aliquid habere eſſe quietum in toto aliquo tempore, & in fine illius aliter ſe habere, ſecundum Thomam, p.101.c.1
Illuminatio ſecundum Thomam eſt terminus motus localis, p.101.c.2
Idem ſimile & æquale fundantur ſuper vnum. p.103.c.2
Intellectus agens quomodo dicatur facere uniuerſalitatem in rebus. p.115.c.2
Intētiones ſecundæ quomodo differant ſpecie. pag. 116.c.2
Intellectus noſter pro ſtatu iſto non poteſt diſtinguere unam humanitatem ab alia, ut diſtinctū ab hæcbeitate, p.118.c.1
Indiuiduum quomodo conſtituatur, pag.121.colum.2
In qualibet coordinatione, circunſcripto quocunque alterius coordinationis eſt ratio ſpeciei, pa. 124.c.1
Indiuiduā quomodo conueniant in ſpecie, pagin. 130.c.2
Idem eſſe principium diuiſibilitatis, & diſtinctionis diuidentium eſt falſum ſecundum Scotum. p.133.c.4
Inclinatio non eſt entitas abſoluta, p.135.c.1
Infinitas non intenditur. p.136.c.3
Illud quod eſt ratio formalis agendi alicui in eſt illi formaliter uel quidditatiuè, uel denominatiuè, p.137.c.4
Intellectus noſter quomodo differat ab angelico ſecundum Diuum Thomam, p.137.c.4
Intellectus angelicus nunquam eſt in potētiam ad actum, p.138.c.1
Intellectus angeli in ſui cognitione eſt ratio partialis. ibidem
Intellectus angeli & eius eſſentia quomodo diſtinguitur, p.138.c.2
Intellectus quomodo poſſit eſſe mouens & motum, 138.c 3 & 4
Intellectus noſter habet ordinem ad imaginabilia, p.140.c.1
Idem non patitur a ſe ipſo, p.140.c.2
Imago duplex, p.141.c.1. & p.170.c.2
Imago duobus modis ſumitur, p.144.c.3
Immerita eſt eſſe in omni loco, p.148.c.1
Intellectus eſt immediate creatus a deo, pagi.148. col.2
Intellectio una eſt perfectior altera, pag.148.colum.3
Intellectiones infinitum obiectorum diſtinctorum ſpecie ſunt ſpecie diſtinctè.148.c.3
Intellectus ſi poſſet concurrere cum infinitis obiectis an poſſet eſſe infinitus, p.148.c.3
Intellectio noſtra dependet a ſenſibus, non ſic intellectio angeli, p.149.c.4
Intellectio non producere contingit dupliciter, pa. 152.c 2
Intellectio quid ſit, p.152.c.3
Intellectus angeli inclinatur naturaliter ad notitiā obiecti, p.153 c.1
Intellectus angeli quomodo poſſit cognoſcere ſingularia. ibid.
Intellectus diuinus non cognoſcit niſi intuitiuè. pa. 151.c.3
Immouentia & peccatum quomodo opponantur, p.156 c.2
Iuſtitia eſt duplex infuſa ſcilicet, & acquiſita, & quid unaquæque illarum ſit, p.159.c.3
Intellectus quomodo habeat ens limitatum pro obiecto, p.160.c.2
Intellectio eſt duplex. ibidem. c.1. ſcilicet ſimplex & comparatiua.
Impoſſibile per ſe non eſt per ſe appetibile ſed per accidens ſecundum Caietanum, pagin.161. col.2
Impoſſibile per accidens poteſt appeti per ſe. ibidem.
Impoſſibile quomodo ſit appetibile ſecundum Scotum. p.161.c.4
Inclinatio naturalis magis inclinat ad ſe, quam ad aliquod aliud creaturæ, pagin. 162. colum.2
Intellectus ſicut ſe habet circa prima principia, ſic uoluntas circa ultimum finem, pag.163.colum.1

Intellectus quomodo poſſit errare, et uoluntas peccare. p.163.c.3
Inclinatio eſt duplex. p.169.c.4
Imago dupliciter ſumitur ſecundum diuum Auguſtinum..160.c. 2
Intellectio alicuius ſingularis ſecũdum Henricum ab uno angelo cogniti quomodo poſſit latere alium angelum p.172.c.3
Illuminare contingit quadrupliciter ſecundum Henricum.p.173.c.2
Imperfectius non poteſt eſſe ratio cognoſcendi perfectius.p.173.c.2
Ideę quomodo ponantur.p.173.c.4
Ignis quomodo non poteſt calefacere lignum. p. 175.c.4.
Intellectio ubi immediate recipiatur.p.176.c.2.
Intelligere formaliter quid ſit. p.180.c.2. & 88. col.4
Illuminatio in Angelo quid ſit.p.185.c.2
Illi qui illuminant ſunt tres.p.185.c.3.
Intellectus angelicus eſt receptiuus ſpecierum intelligibilium.p.187.c.4
Intellectus quomodo moueatur a ſenſibili.p. 188. col.1
Indiuidua duo an poſſint cõcurerre ad eundum effectum.p.188.c.2
Intellectus finitus quomodo cognoſcat finita.p. 189.c.4.
Intelligentia ſuperior ſecundum Auicenam eſt cauſa inferioris, & quantum ad eſſe, & quantum ad cognitionem.p.190.c.2.
Intellectus quare non intelligat immediate aliquod ſenſibile.p.191.c.1
Intellectus agens ipſius Angeli an poſſit cum phantaſmate cauſare ſpeciem intelligililem abſque intellectu agente ipſius hominis.p.192.c.3
Indiuiduum determinatum ad genus completum uel incompletum in rerum natura, non per ſe exiſtens, quomodo ſit in aliqua ſpecie per ſe.p. 201.c.2
Intellectus eſt immediatum principium intelligendi.p.208.c.2
Intellectus non eſt pura potentia ibidem.
Intellectus an intelligat ſe ipſum.p.208.c.2
Intellectus an dicat totam eſſentiam animę.p. 209.c.1
Innocentia capitur tripliciter.p.215.c.3.
Immortalitas capitur duobus modis.p. 215.c.4.
Ioãnes Baptiſta an potuerit uenialiter peccare. p.216.c.2.
Iuſtitia originalis non neceſſitabat uoluntatem. p.216.c.3
Ignorantia accipitur dupliciter.p.219.c.4
Ignorantia facti quid ſit.p.219.c.4
Intellectus dicitur operatio.p.221.c.3
Intellectus diuinus quomodo producat filium.p. 221.c.3
Intellectus quomodo dicatur portio ſuperior, & inferior.p.222.c.1
Intellectus, & uoluntas quomodo non diſtingantur per obiecta.p.223.c.2
Intellectus agens non diſtinguitur ſubiecto à poſſibili.p.224.c.2
Intelligentię habuerunt nouum eſſe poſſibile. p. 224.c.2
Intellectus an agat per modum naturę. pag. 226. col.1
Infectio in carne quomodo ſit culpa.p.229.c.2
Intentio an ſit ſolius uoluntatis. p. 235.c.1
Intellectus an poſſit ſimul cognoſcere plura obiecta perfecte & diſtinctę.p.242.c.3
Intellectio eſt prior uolitione.p.243.c.4

L

Locus idem manet cum diuerſis locatis ſucceſſiue.p.16.c.1
Licet relatio hominis ad Deum ſit eadem realiter cum homine, non tamen formaliter, & quidditiue.p.18.c.2. idem dicitur de omni alia creatura reſpectu Dei.p.18.c.2.
Locus ab oppoſitis tenet in cauſis pręciſis.p. 35. col.3
Linea habet pro terminis duo puncta.p.44.c.1
Locus quid ſit.p.58.c.2
Loci diffinitio tradita ab Ariſtotele 4. Phi. 41. quomodo ſit intelligenda.p.58.c.2.& 3
Locus quare dicatur immobilis.p.58.c.3.
Locus habet immobilitatem oppoſitam motui locali.p.58.c.4
Locus materialis, & locus pro formali quid ſit ibidem.
Locum eſſe per ſe, ſiue per accidens in loco, eſt inconueniens dicere. ibidem.
Locus quomodo ſit incorruptibilis.ibidem.
Locus poteſt accipi tripliciter.ibidem
Locatum tribus modis conſiderari poteſt.ibidem.
Locus quomodo dicatur corruptibilis.p.56.c.1
Eſſe in loco determinate quid ſit.p.59.c.4
Eſſe in loco naturaliter quomodo competat corpori.ibidem.
Locus qomodo ſit quantitas, ſecundum Gregorium.p.63.c.1
Locus, & ubi non pręedicantur de eadem, ſecundum Gregorium.p.63.c.1
Locus quomodo habeat locatum.p.65.c.3
Locus non eſt ſpecies quantitatis, ſed paſſio ſecundum Gregorium.p.65.c.4.
Loca continua quę nam ſint.p.66.c.2
Eſſe in loco ſtat quadrupliciter, ſecundum Caietanum, in margine.p.67.c.2
Linea quomodo dicatur continua.p.69.c.1
Eadem linea ſi protrahatur in continuum, & directum, nunquam terminabitur, ex eadem parte ad duo puncta.p.70.c.3
Lineę ęque diſtantes non poſſunt concurrere in eodem puncto.p.71.c.1
Linea irrationalis, ſiue ſurda, quid ſit.p.71.c.1
Locatum in quantum locatum non includit per ſe qualitates naturales.p.73.c.2
Locatum quomodo reſpiciat locum.p.73.c.2
Linea pedalis an poſſit diuidi.p.77.c.2

Linea

Lineam eſſe terminatam poteſt intelligi dupliciter pag.78.c.1
Lignum immediate fit calidum in puncto.pag. 86. col.4
Locum diuiſibilem acquirere poteſt dupliciter intelligi.p.93.c.4
Lene fit ex graui.p.96.c 4
Libertas in uoluntate eſt moderatrix affectionis commodi,& hoc dupliciter,p.163.c.2
Libertas quomodo inſit uoluntati prior actu. pag. 165.c 3
Liberum Arbitrium capitur duobus modis, pag. 170.c.3
Ad liberum Arbitrium an pertineat peccatum, p. 170.c 4
Lingua Angelorum quid ſit.pag.176.c.3.in margine.
Locutiones ut plurimum ſunt de complexis pertinentibus ad actualem exiſtentiam rerum, pag. 176.c.4
Locutio ſecundum Gregorium in menſibus Angelorum eſt duplex,p.183.c.2
Locutio ad quid ponatur,p.187.c.1
Loqui contingit dupliciter.p.187.c.1
Logica quomodo ſit ſcientia realis,p.210.c.2
Leges decem ſunt,p.217.c.4
Lignum an calefaciat,p.225.c.1
Liberum Arbitrium poteſt conſiderari dupliciter, pag.227.c.4
Liberum Arbitrium quomodo poſſit uitare peccatum,ibidem.
Libere uelle quid ſit,p.234.c.3
Liberum Arbitrium poteſt dupliciter conſiderari.p.248.c.2

M

Memoria fęcunda producit attributa ſecundaria ut cauſa remota,p.7.c.2
Memoria fœcunda eadem præintelligitur in tribus perſonis ante productionem lapidis. pag.7. col.3
Materia præſupponitur actioni naturæ,p.9.c.2
Mutari quid ſit de mente Ariſtotelis,p.10.c 2. & 32.c.3
Medium demoſtrandi extrinſecum eſt ſemper ſeparatum à ſubiecto,p.12.c.3
Medium extrinſecum includitur in ſubiecto demoſtrationis ut patet 2.poſt.tex.41.ibidem.
Medium intrinſecum,& extrinſecum quid ſit,ibidem.
Multa entia potuerunt fuiſſe ab æterno ſecundum Auicenam.4.Metha.cap.1.p.14 c.1
Mutatum eſſe in actu quid ſit.p.14.c.3
Materia eſt ingenerabilis,& incorruptibilis ex 1 Phy.p.14.c.4
Multæ ſunt relationes ſine quibus fundamenta poſſunt eſſe ſine contradictione,p.15.c.3
Materia realiter diſtinguitur à forma ſecundum Ariſtotelem p.16.c.1
Mutari ad aliud quid ſit,p.17.c.3
Mutatio duplex acquiſitiua,ſcilicet,& deperditiua,p.17.c.4
Methaphiſica eſt de ente reali,p.17.c.1
Materia quomodo habeat reſpectum ad formam, p.31.c.2
Mutatio propria quomodo non eſt eadem formæ, & materiæ oſtenditur,p.32.c.3
Materia quomodo dicatur mutari,ibidem.
Minus uidetur in eſſe,quod duæ formalitates ſpecie diſtinctæ unitiuè contineantur in aliquo uno numero indiſtincto,quam quod duo ſolo numero differentia unitiuè contineantur in duobus ſpecie diſtinctis,p.35 c.3
Menſura eſt unigenea menſurato,ſecundum Ariſtotelem.10.Metha.tex.Com.4.p.39.c.3
Menſura & menſuratum quomodo ſe conſequantur, ibidem.
Menſuræ diuiſio poteſt eſſe abſque menſurato, ibidem.
Menſura ſucceſſiua qualis eſt tempus,ut comparatur ad motum eſt unigenea illi,p.39.c.4
Menſuram Angeli eſſe inſeparabilem ab exiſtentia angeli peruenit a cauſa intrinſeca ipſius exiſtentiæ,p.32.c.4
Mutatio eſt principium motus futuri,& finis præteriti,p.43.c.3
Mobile poteſt dupliciter conſiderari,p.44.c.13
Mobile quomodo menſuretur tempore,ibidem.
Idem mobile ſiue mutatum eſſe eſt unum,& idem ſecundum ſubſtantiam, ſed diuerſum tamen aliam,& aliam comparationem,ibidem c.4
Mutatio eſt inter duos motus,p.45.c.1
Mobile quomodo menſuretur tempore,p.45.c.2
Mobile dum eſt ſub mutatione menſuratur inſtanti temporis non ratione ſui,ſed ratione mutationis,ibidem.
Menſurare quid ſit,p.45.c.4
Menſura per quantitatem in re fit tripliciter,pag. 45.c.4
Menſura per quantitatem excedentem quid ſit, ibidem.
Menſura per quantitatem exceſſam quid ſit, ibidem.
Menſura per quantitatem æqualem quid ſit,ibidē.
Mutatio neceſſario deſinit proprium inſtans menſurans illum,p.47 c.3
Multa adinuicem realiter ſunt diſtincta quorum unum non eſt formaliter alteri,p.48.c.3
Menſuratum ex natura rei realiter refertur ad mēſuram ex natura rei,p.49.c.3
Menſura æuiterni non refertur relatione reali ad æuiternum.p 49 c.3
Medium non datur inter inſtans & tempus. pag. 50.c.2
Modus materialis diſtinguitur multipliciter ſecundum Caietanum,p.52.c.2
Menſura eſt triplex ſoluendo argumenta, p.53. col.1
Menſuram diuiſibilem menſurare indiuiſibile quomodo ſit inconueniens,p.53.c.2
Menſuratum quod eſt cauſa menſuræ eſſe ſucceſſiuum

uum,& diuiſibile, quia menſura ſit ſucceſſiua, & diuiſibilis eſt impoſſibile,p.53.c.2
In menſura non eſt forte neceſſarium ſimpliciter eſſe tantam ſucceſſionem quantā eſt in menſura to,ibidem.
Menſuratum ſi eſt ſucceſſiuum,& menſura erit ſucceſſiua eſt bona conſequentia, non ualet tamen è conuerſo.ibidem.
Modus rei ſiue ſit intrinſecus ſiue non,poteſt uariare rationem formalem rei.p.53.c.4
Menſura eſt realiter aliud a menſurato.p.55.c.4
Menſura Angelorom quomodo accipiatur à Scoto,ibidem.
Motus à quo cauſatur ſecundum Ariſtotelem,pa. 56.col.2
Motus ſolum proprie menſuratur tempore.pa. 56. col.3
Multa fiunt cun tempore,quæ non menſurantur tēpore quomodo,p.56.c.3
Motus eſt ſimiliter cum motu ſecundum Ariſtotelem.p.57 c.4
Motus lo calis fit in tempore,p.59.c.2
Nullus idem motus localis poteſt eſſe ab uno ubi ad aliud ubi,quomodo intelligatur, ibidem.
Materia,& forma non ſiut in toto quantitatiuo, ut locatum in loco,p.59.c.4
Motus cęli an ſit naturalis,p.161.c.2
In motu cōtinuo cuiuslibet partis diuiſibilis prius acquiritur pars, & nulla non ſimiliter acquiritur ſecundum Gregorium.p.61.c.4
Modo recedere a loco ſibi adæquato poteſt dupliciter intelligi.p.63.c.3
Mobile ſecundum ſe totum an moueatur.ibidem.
Mobile quomodo per motum proprium recedit a loco ſi una pars mouet & qualibet mouetur. p. 63.c.4
Mobile quomodo ſecundum unam partem moueatur, & ſecundum aliam quieſcat,ibidem.
Aliquid moueri in inſtanti eſt impoſſibile, pag. 64.c.2
Motus localis primi cæli eſt uerè continuus,& diuiſibilis.p.64.c.2
Idem quomodo moueatur diſtinctis motibus, pag. 64.col.3
Motus eſt inter duo contraria ſecundum Ariſtotelem.5.Phy.52.p.66.c.3
Motuum incompoſſibilitas non eſt niſi propter incompoſſibilitatem formarum,p.67.c.1
Motus generationis eſt diſtinctus amotu corruptionis,p.67.c.1
Motus continuus quid ſit d.2.q.4.in titulo,pa.67. col.4
Mobile quomodo moueatur circunſcriptiue,p.69. col.1
Moueri diffinitiue quid ſit,ibidem.
Motus quid ſit ſecundum Ariſtotelem ex 3.Phy. 6.& 10.p.69.c.2
Motu quocunque dato adhuc uelocior dari poteſt.pag.69.c.3
Mobile an moueatur ſuper aliqua magnitudine in quolibet puncto magnitudinis eſt aliud,& aliud ubi.ibidem.
Minimum ſecundum formam, & quantitatem an detur.p.72.c.1.2.3 & 4.
Medium naturale non tantum eſt compoſitum ex materia,& forma,ſed etiam ex partibus quantitatem habentibus p.73.c.1
Medium naturale non eſt ſine qualitatibus naturalibus,ibidem.
Motus localis quomodo conſideretur.pa.73.c.2
Maius & minus ſunt tantum paſſiones quanti ſiniti p.74.c.3
Menſura ſi nihil eſt & menſuratum nihil erit,pa. 78.2
Mutatio duplex,p.78.c.2
Omnem motum neceſſe eſt terminari per aliquod mutatum eſſe, quod menſuratur inſtanti, pag. 83.c.3
Motus quando incipit ſemper incipit in aliquo tēpore.p.83.c.3
Aliqua mutatio dari poteſt, quæ nec eſt principiū nec finis motus,p.83.c.3
Motus non.terminatur ad aliquam partem ultimam ſe ſolum ad mutatum eſſe.p.86.c.3
Motus realis non incipit a puncto,p 86.c.4
Motus incipit ſuper partem ipſius mobilis.ibidem
Maria Virgo potuit eſſe in gratia tantum per inſtans,uel in peccato, & in tempore immediato eſſe in peccato,uel in gratia.p.87.c.3
Multa coucedit theologus quæ apud philoſophum ſunt ſimpliciter impoſſibilia,p.87.c.4
Motor ſecundum Comentatorem 3.de cælo 28.eſſentialiter diſtinguntur a motu,p.97.c.3
Motus grauium,& leuium quomodo ſit naturalis, 98.c.3.& 4.
Moueri aliquid primo ſumitur multipliciter. pag. 99.c.2
Mutatio poteſt intelligi dupliciter,p.102.c.4
Maior uirtus ſi mouet in tempore ergo maxima mouet in iſtanti,p.102.c.4
Mutatio inſtantanea eſt duplex.p.104.c.2
Menſuræ,& menſuratum ſunt unigenea.p.104. col.4
Menſura duplex,ibidem.
Menſuram ſecundum Ocham quid ſit.p.106.c.2
Modi poſitionis ſecundum Comentatorem qui ſint.p.110.c.1
Menſura quomodo ſit perfectior menſurato. pa. 110.c.2
Menſuratum quomodo eſſentialiter dependeat à menſura,p.110.c.3
Miraculum non eſt reſpectu contradictorium,p. 123.c.1
Materia non eſt cauſa formæ neque è conuerſo, pag.125.c.1
Materia eſt duplex partis, ſcilicet & totius. pag. 139.c.1
Memoria an ſit ratio producendi intellectionem, pag.149.col.2
De materia poſſumus loqui dupliciter, p.154.c.4
Morale quot ſint ponenda in Angelis, p.156.c.1
Tres moras poni poſſe in Angelis contingit multipli-

tipliciter,ibidem.
Meritum præceſſit duratione premium,p.156.c.1
Tota mora uiæ præfixę quibuſcunque angelis erat eis æqualis.p.156.c.2
Mora quid ſit,ibidem.
Prima mora quando fuerit, ibidem.
Meritum ſecundum Caietanum poteſt dupliciter conſiderari.p.156.c.4
Meriti radix in quo conſiſtat,p.157.c.2
Nullum meritum præcedit reſpectu gratiæ conferendæ.p.157.c.2
Meritum,& præmium non ſunt ſimul. p. 157.c.3
Mutationis duę non ſunt ſimul,p.p.159.c.3
Modus uolendi eſt duplex.p.166.c.3
Malitia triplex & quælibet illarum poteſt dupliciter intelligi,p.167.c.2.& 3.
Mouens & motum quomodo ſint ſimul. pag.167. col.3
Miſſio Angelorum duplex ad extra, & ad intra, pag.190.c.1
Mulier concurrit actiue ad generationem prolis, p.192.c.2
Mutationes ſunt triplices,p.193.c.4
Materia quale ens ſit.p.194.c.3
Materia utrum habeat actum entitatiuum,p.194. & 195.c.1.& 2.
Materia quomodo ſit in actu.p.195.c.1
Materia quare dicatur actus entitatiuus.p.195.c.3
Materia & forma quomodo ſint primo diuerſa, ibidem.
Materia,& forma qnomodo non ſunt eiuſdem ſpeciei,p.195.c.4
Materia, & forma quomodo conſtituant unum ſimpliciter,ibidem.
Materia quomodo non ſit quid,p.196.c.2
De mobilis ratione eſt quod ſit in potentia,p.196. col.4
Motus eſt actus entis in potentia.p.196.c.4
Materia non eſt ſcibilis niſi per analogiam ad formam,p.196.c.4
Materia an ſit per ſe cognoſcibilis.p.196.c.4
Materia an ſit de numero actiuorum.p.197.c.1
Materia quomodo ſit cauſa diſtinctionis, ibidem.
Materia quomodo ſit ens actu.p.197.c.2
Materiam poſſe eſſe ſine forma tam ſubſtantiali, quam accidentali non implicat contradictionē, pag.197.c.3
Materia quomodo ſit ens abſolutum.p.197.c.4
Materia eſt terminus creationis.p.198.c.1.hunc dictum magis uidetur theologicum quam Phyſicum licet poſſit ſuſtineri quod materia prima habeat eſſe per ſimplicem emanationem factione antiqua ut uidetur etiam Scotū ſuſtinere in hoc 20.diſtinctione . diſt.1. quæſtione 1.& Zimara Theoremata,p.198.c.1
Materia ubi eſſet ſine forma,p.198.c.1.& 2.
Materia quomodo ſit uerè uno numero,p.198.c.3
Materia in ſe quomodo ſit cognoſcibilis, ibidem.
Mendacem oportet eſſe memorem,p.200.c.4
Materia quomodo ſecundum Caietanum exiſtat, pag.201.c.1
Medium eſt duplex ſecundum Caietanum, effectiuum,& formale.p.201.c.1
Materia quomodo habeat propriam exiſtentiam. pag.202.col.2
Materia eſt infimum ens,p.203.c.2
Materia quomodo non ſit potentia.p.203.c.4
Materia habet Ideam,& quomodo,ibidem.
Materia ſecundum Henricum habet triplex eſſe, pag.204.c.2
Materiam ſecundum Philoſophos non eſt ponenda in cælo : hinc patet error Tartareti libro 1. Phy. Q. illa, utrum principia intrinſeca rerum naturalium ſint contraria,art.2. qui dicit quod in cælo ſecundum Scotum eſt materia, niſi forte intelligat theologicæ,quod eſſet uerum, ſed hoc non debet inquiri in Phy.p.204.c.2
Mixtum quomodo generatur ex elementis,p.206. c.3
Mixtum a quo generatur.p.207.c.1
Materiam immediate perficere contingit dupliciter.p.207.c 2
In Mixto ſunt qualitates elementorum.p.207. col.3
Mixtus mouetur ſecundum naturam elementi prædominantis,p.207.c.3
Motus corporum ſimplicium ſimplices, & corporum compoſitorum erunt diuerſi.p.207.c.3
Mors an ſit pęnæ culpæ p.216.c.1
Memoria fęcunda quid includat.p.221.c.3
Malum culpæ non poteſt eſſe niſi a bono,ut a cauſa,p.231.c.3
Malitia an ſit in actu uoluntatis,p.240.c.3
Motus primi an ſit peccatum,p.245.c.2
Mors Chriſti fuit uolibilis.p.247.c.2

N

Notitia genita eſt formaliter in intellectu communi ſecundum Henricum,p.2.c.3
Notitia eadem quæ eſt in filio eſt in patre, & in ſpiritu ſancto.p.2.c.4
Natura diuina an predicetur in quid de ſuppoſito, pag.4.c.1
Natura dicitur prædicari de ſuppoſito creato in quid ratione ſingularis per ſe includentis naturam.p.4.c.2
Notitia ideo dicitur formaliter infinitá eo quod includit formaliter aliquid quod eſt formaliter infinitum.p.5.c.2
Non uidetur incōueniens infinita poſſe eſſe uerba ſecundum quid ſola ratione diſtincta.p.6.c.4
Nouitas poteſt eſſe in productione diuina reſpectu creaturarum ex parte producti,non tamen producentis.p.9.c.3
Nouitas quomodo ponatur a philoſophis.p.11.c.1
Natura eſt ratio agendi, & conditio agentis eſt ſingularitas,p.11.c.3
Nulla productio tollitur a prima cauſa; quæ poteſt eſſe in ſecunda,p.13.c.1
Non eſſe quomodo dicatur prius natura ipſo eſſe pag.14.c.3

Non

Non ualet hæc conſequentia ſunt non eadẽ formaliter, ergo diſtinguntur formaliter.p.16.c.2.uide etiam formalites.
Nullum compoſitum reale poteſt eſſe ſine unione partium componentium.p.17.c.1
Negare relationem realem, eſt deſtruere realitatem ſcientię Mathematicæ.p.17.c.2
Non plus dependet intellectio unius rei totaliter diſperatę, ab alia re diſperata, quam intellectio effectus ab intellectione cauſe ſue eſſentialis, nõ eſt manifeſte, ut dicit Ocham. p.23.c.4
Notitia intuitiua terminatur ad rem exiſtentem in ſe uel ſaltem continetur in aliquo eminenter.p.25.c.4
Non idem ſiue non identitas poteſt accipi multis modis.p.29 c.4
Nobilitas maior uel minor attenditur dupliciter. p.33.c.1
Nunc illud quod eſt ex ſe tale quod poteſt coexiſtere infinito, eſt formaliter infinitum ſecundum diuum Bonauenturam. p. 38. c. 2. circa finem.
Negatio negationis, eſt affirmatio oppoſitionis, regula logicalis.p.38.c.3
Negatio negata quid ſit.ibidem.
Nunc æui quomodo poſſit dici ſuceſſiuum ſecundum Henricum.p.38.c.3
Nouitas in menſura non poteſt eſſe quin ſit etiam in menſurato ſecundum Henricum.p.39.c.2.
Nunc temporis eodem modo deſinit eſſe ſicut, & nunc ęui.p.40.c.3
Nullum indiuiſibile contingit moueri. p.43.c.4
Nunc temporis eſt menſura ſubſtantię mobilis neceſſaria, & impoſſibilia non ſunt in tempore. p.49.c.1
Numerati pars exceditur anumero.p.49.c.1
Nihil generatur ut ſtatim non ſit ſecundum Ariſtotelem 8.phy. 39.p.51.c.4
Neceſſitas magna eſt multiplicandi tempus incontinuum, & diſcretum ſecundum Caietanum. p. 52.c.2
Nihil eſt (excepto deo) naturaliter perpetuum ſecundum theologos.p.54.c.1
Non omne quod eſt in loco habet ſcitum.pag.61. col.3
Non eſt in conueniens reſpectu unius ubi aliquid ſe habere nunc ut prius.p.66.c.4.
Numerus quadratus quid ſit.p.70.c.3
Numerus quodratus nunquam poteſt eße preciſe duplus ad alium numerum quadratum.ibidem.
Non eſt ſimile de potentia ad magnitudinem, & de potentia ad numerum ſecundum Aueroem. p.76.c.1
Nunquam in aliquo quanto eſt motus remiſſionis, quin etiam ſit ſimul motus acquiſitionis.p. 81.c.3
Nihil mouet ſe uniuoce ad illud quod habet. p.98. col.1
Natura humana quomodo de ſe ſit hęc, & communis pluribus ſecundum Ocham. p.109. c.1.multipliciter.
Natura humana poteſt dupliciter conſiderari. p. p.113.c.3
Natura quomodo ex natura rei dicatur communis. p.117.c.4
Natura ſiue quiditas quomodo ſit de conſideratione Methaphiſicę.p.114.c.2
Natura eſt indifferens ad uniuerſale, & ſingulare p.114 c.3
Natura quomodo habeat unitatem realem. ibid.
Natura eſt prior ſingularitate.p.115.c.4
Naturam habere eſſe realem tantum in indiuiduo quomodo intelligatur. ibidem.
Naturę quomodo repugnet eſſe ſine ſingularitate. ibidem.
Natura ut prior ſingularitate non diſtinguitur realiter ab aliqua ſingularitate, ſed tantum formaliter.p.116.c.1
Natura cur non poſſit eſſe differentia indiuidualis: p.116.c.3
Natura quomodo prędicetur in quid de aliquo indiuiduo p.117.c.3
Duæ naturæ quomodo realiter diſtinguantur. p. 117.c.4
Naturam habere eſſe exiſtentiæ niſi in indiuiduis eſt impoſſibile.p.118.c.1
Non omnia quæ ſunt in recta linea predicamentali ſunt res, ſecundum Ocham.p.118.c.4
Natura quomodo ſit indifferens ad omne indiuiduum.p.120.c.1
Naturas diuidi in plures naturas eſt ſimpliciter imperfectionis.p.121.c.1
Nihil poteſt predicari per ſe de illo, quod nõ eſt per ſe unum.p.121.c.2
Natura includitur per aliquod intrinſecum, & poſitiuum p.121.3
Natura communis non preciſſe exiſtit per exiſtentiam.p.121.c.4
Natura comunis quomodo non ſit de ſe hęc.p.124 col.4
Naturam eſſe in eodem numero poteſt multipliciter intelligi.p.130.c.4
Natura quæ ex ſe non eſt determinata ad certum numerum indiuiduorum quantum eſt ex ſe poteſt eſſe in infinitis.p.135.c.1.
Natura ſi actu eſt tota in uno indiuiduo quod tamen ſit impoſſibile eſſe in alijs, talle indiuidum erit formaliter, & actu infinitum. p. 135. col.1
Natura diuina eſt actus purus. ibidem.
Natura diuina cum ſit ex ſe neceſſe eſt de ſe hęc. ibidem.
Negatio incluſa in nomine differentię quid agat. p.135.c.3
Natura humana, & angelica poteſt accipi dupliciter.p.137 c.4
Natura eſt ratio formalis eſſendi, & cognoſcendi. p.153.c.2
Naturaliter merè ſiue merè naturaliter poteſt accipi dupliciter.p.177.c.2
Naturalitas generationis ſiue mutationis non attenditur penes principium actiuũ naturale, ſed

pęnes

penes principium paſſiuum receptiuũ,p.214.c.4

Natura quomodo ſit principium,p.215.c.1

Nulla natura creata poteſt impedire naturales actiones,p.245.c.2

Negatio amoris Dei in ſe an ſit peccatum in Spiritum ſanctum,p.246.c.3

O.

OBiectum primum quot modis accipiatur, pag. 3.col.3

Obiectum quod eſt ratio cognoſcendi ſe, & alia, prius,de neceſſitate eſt ratio cognoſcendi ſe,quã alia,p.3.c.3

Obiectum ſecundarium intellectus diuini eſt in duplici genere,ibidem.

Obiectum ſecundarium intellectus diuini quare dicatur ſecundarium,ibidem.

Ordo originis,& naturæ in diuinis ſunt alterius rationis,p.4.c.4

Ordo eſt triplex,durationis, naturæ, & originis, ibidem.

Ordo durationis quid ſit.ibidem.

Ordo naturæ quid ſit,ibidem.

Ordo originis quid ſit.ibidem. de iſtis ſignis originis,& naturæ uide Franciſcum de Maio.p.Sententia.diſt.12.13.14.15.& 46.opt. & Bargiũ 1.Senten.diſt.12.Quæſt.2.

Ordo naturæ in diuinis eſt ſimpliciter primus,p.4. col.4

Ordo originis in diuinis eſt duplex,p.5.c.1

Obiectum actu intelligibile quid ſit,ibidem.

Obiectum intelligibile quid ſit,ibidem.

Obiectum actu intelligibile eſt pars memoriæ perfectæ,ibidem.

Obiectum uerò actu intellectum non pertinet ad memoriam,ibidem.

Obiecta ſecundaria an fiant actu intelligibilia actu intelligentiæ diuinæ,p.5.c.4

Omnis operatio ad intra,ſiue ſimpliciter,ſiue ſecũdum quid eſt,eſt tantum a memoria diuina,pa. 6.col.4

Ordo naturæ eſt multiplex,p.7.c.2.in margine.

Ocham in ſuo centiloquio non habet pro inconuenienti,quod intellectus diuinus nunc incipiat ſcire aliquid,quod prius ſciuit.p.10.c.1

Opinio Henrici de productione ex nihilo reprobatur,p.11.c.1

Omnis creatura eſt compoſita ex actu,& potẽtia, ibidem.

Omnipotẽtia reſpicit tantum eſſe exiſtentiæ,ibidẽ.

Omne quod eſt quando eſt neceſſario eſt eſſe.p.13. col.3

Omnis effectus imperfectus non poteſt immediate produci a prima cauſa, ſed mediãte in motu producitur,p.14.c.1

Opinio Simplicij ſuper potentia cap. ad aliquid de motu in relatione utrum ſcilicet, ad relationem ſit motus,p.17.c.3

Opinio Simplicij quod relatio immediate fundatur in quantitate, quomodo ſit uera.p.18.c.1

Omne quod relatiue dicitur eſt aliquid excepto relatiuo,authoritas diui Aug.7.de Trinitate ca. 2.pag.18.c.2

Omnis res imaginabilis de mente Ariſtotelis eſt abſoluta ſecundum Ocham.p.23.c.3

Omnis res realiter diſtincta ab alia, poteſt intelligi illa alia non intellecta,quomodo ſit uera,pag. 23.c.3

Ocham non adducit fideliter uerba Scoti.pag.25. col.1

Omnia entia ſunt ad aliquid denominatiue, non tamen quidditatiue,& formaliter,p.28.c.1

Opinio diui Bonauenturæ de diſtinctione animæ intellectiuæ ab Angelo,reprobatur,p.33.c.2

Opinio Alexandri,& diui Thomæ de diſtinctione animæ intellectione ab Angelo reprobatur, pa. 33.col.2.& 3.

Obiectu intellectus Angeli,& animæ eſt idem.pa. 34.c.2

Operationes ut comparantur ad potentias ſpecie diſtinctas an differant ſpecie, & ut comparantur ad obiectum huius rationis an ſint idem ſpecie, pag.36.col.2

Opinio diui Bonauenturæ utrum in exiſtentia Angelis ſit ſucceſſio,declaratur,p.37.c.3

Opinio Hẽrici de tempore diſcreto reijcitur à Scoto,& ſecundum Cõmentatorem, & ſecundum modum ponendi,p.49.c.4

Omne quod eſt in tempore exceditur à tempore & corrumpitur,& tabeſcit in tempore ſecundum Ariſtotelem,p.49.c.1

Operatio intrinſeca Angeli menſuratur eadem mẽſura qua menſuratur cum exiſtentia, pag.49. col.4

Operatio intrinſeca ſecundum Ariſtotelem,& Auicenam ipſius intelligentiæ eſt idem quod ſubſtantiæ.p.51.c.3

Operationes intellectus quomodo ſint priores operationibus uoluntatis,p.52.c.3

Operatione beatæ non menſurantur æuo,ſed æternitate participata ſecundum Caietanum,pag.52. colum.4

Operatio quare dicatur beata,p.55.c.3

Operationes intrinſecę Angelorum nullo modo menſurantur tempore,p.56.c.1

Opinio diui Thomæ,& Gothfredi de ratione eſſendi in loco Angelorum,reprobatur, pag.57.colum.4

Operatio Angelorum in cœlo empyreo latet res ſecundum Caietanum in margine,p.58.c.1

Opinio Petri de Candia de ratione eſſendi Angelus in loco,p.60.c.1

Opinio Gregorij Nazianzeni circa eandem materiam in Margine,ibidem.

Omne quod mutatum eſt quando primo mutatum eſt,eſt in eo,ad quod mutatum eſt,ex 6.phy.55. pag.62.c.1

Omne receptiuum formarũ alicuius generis, quod non ex ſe determinatum ad aliquam unam illarum,nec eſt illimitatum ad illas, poteſt mutari ab una ad aliam.p.68.c.2

Omne

Omne ens naturale Homogenium eſt ſimpliciter diuiſibile in ſemper diuiſibilia in infinitum.pa. 73.col.4
Omne quod mouetur habet aliquid utriuſque extremi ſecundum Ariſtotelem p.81.c.3
Omnis forma quæ ſucceſſiue acquiritur, acquiritur uerè per motum,p.84.c.3
Omne quod mouetur,partim eſt in termino a quo, & partim in termino ad quem,pag.90.c.4
Omne quod mouetur prius pertranſit ſpatium ſibi ęquale,uel minus quam maius.p.91.c.1
Omnis motus eſt in tempore,p.91.c.1
Opiniones multæ de uacuo,p.91.c.3
Omne quod mouetur localiter motu continuo ſemper acquirit alium,& alium locum diuiſibilem p.93.col.3.
Opinio antiquorum de motu locali, pag.95.colum.1
Omne per Accidens habet reduci ad per ſe. pag. 97.col.2
Opinio Gothfredi de motu grauium,& leuium,pa. 98.col.1
Omne aliud a Deo mouetur ab alio quo ad actu primum.p.99.c.1
Opinio diui Thomæ de motu Angeli in inſtanti reprobatur,p.100.c.2.& 3.
Omne factum eſſe in ratione termini ad quem,multipliciter intelligitur,p.101.c.4
Opinio Adæ de ſubſtantia materiali an ſint de ſe hæc & ſingularis reicitur,p.104.c.3
Obiectum eſt prius actu intelligendi, pag. 104. colum.3
Obiectum ſenſus quid ſit.pag. 105.col. 3. & pag. 111.col.4
Ocham uidetur ſoluere rationes Scoti de unitate materiali.p.106.c.2.3.& 4.& p.117.c.4
Obiectum unius ſenſationis ſecundum Ocham quomodo ſit unum.p.116.c.4
Obiectum primum intellectus ſecundum Ocham quid ſit.p.117.c.1
Oppoſitorum eo modo quo unum conuenit alicui, eo modo aliud oppoſitum repugnat ſibi,tam per ſe,quam per Accidens.p.116.c.4
Opinio Henrici de principio indiuiduali impugnatur.pag.120.c.1
Omne quod eſt prius alio natura,eſt prius duratione.p.124.c.1
Opinio diui Thomæ de principio indiuiduali impugnatur.p.128.c.1
Obiectum quomodo ſit actu intelligibile,pag.138. colum.3
Obiectum an ſpecies ſit cauſa cognitionis, ibidem, & pag.153
Obiectum continens uirtualiter aliud obiectũ quãtum eſt ex parte ſua põt producere cognitionẽ intuitiuam alterius & ẽt abſtractiuã,p.142.c.2
Obiecta contenta uirtualiter, uel eminenter in aliquo obiecto poſſint cognoſci per ſpeciem intelligibilem, repreſentantem ipſum obiectum, uel aliam,& aliam,p.148.c.1
Operationes ſunt in duplici differentia.pag.149. col.1
Obiectum quomodo ſit pręſens uoluntati.pag.152. col.3
Obiectum adęquatum intellectus quid ſit.pa.151. col.4
Obiectum per ſe contingit dupliciter.pag.153.colum.1
Obiectum ſecundum aliam, & aliam præſentiam poteſt eſſe cauſa alterius, & alterius effectus ſpecie diſtincti.p.157.c.3
Obiectum quomodo poteſt cauſare ſpeciem intelligibilem ſub ratione ſingularitate. pag.153.colum.4
Opinio Magiſtri de beatitudine angelorum communiter non tenetur.p.157.c.1
Opinio Diui Bonauenturæ de primo peccato angeli.p.164.c.1
Opinio Diui Thomæ & Henrici an angelus malus uelit neceſſario male.p.165.c.1
Operatio noſtra quomodo mereatur uitam ęternã. p.168.c.4
Obſtinatio male uolũtatis an ſit a Deo.p.169.c.1
Obſtinatio proprie quid ſit ibidem.
Ordo ad peccatum multipliciter conſideratur. pa. 170.c.3
Ordo intellectionis qualis ſit.p.172.c.2.& 177. c.2.in margine.
Obiectum particulare ſecundum Henricum ab uno angelo cognitum quomodo fiat notũ alteri angelo per locutionem.p.173.c.1
Opinio Henrici de locutione angelorum,pag.172. & 173
Obiectum quomodo concurrat ad cauſandam cognitionem.p.185.c.1
Ordo eſſentialis cauſarum non eſt earum ſpecie diſtinctum.p.188.c.2
Obiectum primum quot modis dicatur.p.189.c.3
Opinio Ricardi, & Alberti Magni de entitate poſitiua in generabilius, & corruptibilibus.pa. 193.c.1
Opinio illorum reprobatur.ibidem.
Opinio quæ fiunt aut a natura, aut ab arte habent materiam.p.193.c.3
Opinio Alberti Magni, & Ricardi de materia an poſſit reparari a forma.p.197.c.3
Opinio Gotfredi Henrici & Diui Thomæ de materia cœli.p.204.c.3
Opinio Thomæ Anglici de eadem re.ibidem.
Opinio Auicennę de formis elementorum an ſcilicet remaneant in mixto & quomodo.p.205. col.3
Opinio Commentatoris in eadem materia.ibidem. & c.4
Opinio Diui Thomæ de potentijs animæ an ſint realiter diſtinctæ.p.207.c.4
Opinio Henrici de eiuſdem materia.p.208.c.1
Opinio Aegidij.ibidem.c.4
Opinio Diui Bonauenturæ.p.209.c.1
Opinio Henrici.p.109.c.2

Opinio Scoti.p.209.c.3

Operari ut quo, non eſt per accidens. p.211.c.4

Opinio Alberti Magni de ratione ſeminali, pag. 214.c.2

Ordo prædeſtinationis, & reprobationis.pag.217. c.1.& 233.c.1

Opinio Aleſſandri de Ales & Diui Thomæ de peccato primi hominis.p.217.c.3

Obiectum duplex.p.222.c.4

Opinio Henrici & Diui Thomæ de gratia, an ſit uirtus.p.227.c.2

Opinio Magiſtri de peccato originali. pag.229. col.1

Opinio Henrici de peccato originali. ibidem. col.2

Opinio Diui Thomæ.ibidem.

Oppoſita priuatiuè poſſunt multipliciter accipi. p.229.c.3

Opera mentoria ſunt in duplici differentia. pagi. 230.c.1

Obiectum eſt duplex præſens uel abſens. pag.233. col.3

Opus quomodo accipiatur.245.c.4

Opus non eſt uoluntarium quomodo intelligatur. ibidem.

Odire Deum eſt grauiſſimum peccatum. pag.146. col.4

Obiectum nolitionis eſt ſola miſeria. pag.246.colum.4

P.

PRincipium formale agendi poteſt eſſe in aliquo duobus modis.p.2.c.2

Pater non eſt formalis ſapiens ſapientia genita. p.2.c.3

Proprietates perſonales fundantur in eſſentia diuina.p.2.c.3

Proprietates relatiuè, & ſi immediate ſint in eſſẽtia diuina, non tamen denominant illam, nec propriè formaliter ſunt in illa, nec ſunt actus, nec quaſi actus eſſentiæ diuinæ, ſed ſunt tantum, ut quædam rationes ſubſtinendi.ibid.

Pater creat uerbo & ſpiritu ſanto ut duabus rationibus partialibus integrantibus unam totalem ſecundum Henricum.p.2.c.4

Prima cauſalitas reſpectu creaturarum eſt neceſſario in tribus perſonis quantum ad eſſe exiſtentiæ.p.3.c.1

Pater nouit formaliter filium & creaturas, quomodo ſit intelligendum.p.4.c.3

Prius & poſterius origine quid ſit.p.4.c.4

Perfectio omnis ſimpliciter in diuinis eſt prior natura proprietatibus perſonalibus. pag. 4.colum.4

Pater an ꝑducat perſonam formaliter infinitam. p.5.col.2

Pater an prius origine generet filium, quam ſpiret ſpiritum ſanctum.p.7.c.2

Potentia generandi an ſit in filio.p.7.c.4.in margine.

Prædeſtinatum poſſe damnari, quomodo ſit uerũ. p.10.c.1.in margine.

Prima neceſſaria, & prima impoſſibilia quę nam ſint.p.12.c.4

Priuatio formæ generandæ de neceſſitate præcedit generatione ipſam formam. pag.13.colum.4

Potentię ad non eſſe de neceſſitate præcedit potentia ad eſſe ſecundum Henricum. pag.14. col.1

Potentiæ contrariæ dicuntur ille, quæ reſpiciunt actus contrarios.p.14.c.1

Potentiæ ſunt in triplici genere. ibidem.

Potentia ante actum eſt potentia obiectiua. ibidem.

Punctus in actu quid ſit.p.14.c.3

Principiatum ſi eſt abſolutum neceſſario principia intrinſeca erunt abſoluta.p.16.c.3

Paternitas & filiatio diſtinguntur ſpecie per proprias differentias intrinſecas & eſſentiales.pa. 18.c.2

Partes aliquando ſecundum Ocham poſſunt componere in omni re addita cuicunque illarum cauſarum.p.23.c.1

Plures ſimilitudines eſſe idem realiter formaliter eſt falſum ſecundum Ocham.p.13.c.2

Paſſiones mathematicè ſunt relatiuè. pag.27.colum.3

Paternitas a quo dependeat in cognoſci. pag.24. col.2

Productio eſt poſterior natura effectus abſolute ſumpto.p.25.c.2

Prædicamenta quomodo ſunt uere decem entia.p. 27.c.1

Prædicamentum ad aliquid eſt diſtinctum ab alijs. p.27.c.1

Principia prædicamentorum an ſint eadem. pag. 28.c.2

Prædicamenta ſunt adinuicem diſtincta. pagi.28. col.3

Paſſio quare prædicatur per ſe de ſubiecto, & eſt idem realiter illi.p.29.c.2

Proceſſus in infinitum in relationibus tenditur.p. 29.c.4

Prædicamenta eſſe primo diuerſa quomodo ſit uerum.p.31.c.1

Potentia productiua, ſiue actiua eſt duplex.pa.33. col.4

Potentia ſeparandi poteſt dupliciter conſiderari. ibidem.

Potentia operandi quomodo ſit ratio diſtinguendi ſpecificè.ibidem.

Potentię diuerſę quomodo ſe habeant circa idem obiectum.p.34.c.3

Potentię ſunt in duplici differentię.ibidem.

Potentię ſpecie diſtinctę quare. pagin.34.colum.4

Potentiæ quędam comparantur ad proprias operationes quibus nihil extra quędã uero quibus

correſpon-

INDEX.

correſpondet.p.35.c.1
Potentiæ animę quomodo à nobis cognoſcantur. p.35.c.1
Potentiæ reſpectu actus ſpeciei ſe habent ut receptiuè,& paſſiuè p.36.c.1
Prius,& poſterius, ſunt in tempore propter prius & poſterius in motu, ſecundum Ariſtotelem 4.phy.99.p.39.c.2
Permanens habet principium ſui eſſe & quomodo.p.39.c.4
In permanentibus non datur ſui ultimum non eſſe p.40.c.1
Permanet habet principium inſtans ſui non eſſe ibidem.
Communiter quod eſt principium inſtans non eſſe alterius formæ permanentis eſt principium inſtans eſſe alterius formæ permanentis.ibidem. c.2.& 3
In permanentibus non datur ultimum inſtans ſui eſſe.ibidem.
Præteritorum & futurorũ ſiue fuiſſe & fore proprie,& formaliter ſunt partes alicuius uerè ſucceſſiui, cuius una pars tranſijt,& alia aduenit. p.41.c.2
Præteritum poteſt capi dupliciter. pagin. 41. colum.3
Ad agnoſcendum prius & poſterius in motu regritur alia & alia mutatio;ſiue aliud & aliud mutatum eſſe,quæ ſemper fiunt in inſtanti.pag. 45.colum 3
Peccatum non opponitur formaliter gratiæ.p.46. col.4
Potens annichilare, poteſt etiam creare. ibidem.
Permanens quamuis indiuiſibile quomodo dicatur ſucceſſiuum.p 48.c.1
Prius duratione diſtinguitur realiter a poſteriori duratione.p.48.c.3
Primus motus quomodo excludatur a tempore. p.49.c.2
Permanentia habent eundem modum exiſtẽdi & generandi.p.54.c.2
Permanentia omnia deſinerent eſſe inſtantaneę, niſi a potenti manu Dei conſeruarentur. pag. 54.c.4
Potentia paſſiua angeli eſſendi in loco in quo fundetur.p 60.c.1
Potentia paſſiua quę eſt in angelo ad eſſendum in loco non eſt naturalis, nec uiolenta,ſed neutra.p.61.c.2
Prædicta affirmatiua ſimpliciter ſumpta quomodo ex ſe ipſis ſequantur.p.66.c.4
Prǽſentia quomodo ſit relatio realis. pag 68.colum.2
Proportio ſex qui altera quid ſit. pagin.69.colum.3
Proportio ſex qui altera quid contineat.ibid.
Partes ſunt naturales toto.p.73.c.4
Pars poteſt multipliciter accipi. pagin. 74. colum.1
Pars quomodo ſit nata eſſe ſuppoſitum.ibid.
Pars quomodo ſit ęqualis toti. pagin. 74. colum.3
Pars aliqua quanta non poteſt dari quę ſit omnino indiuiſibilis.p.104.c.3
Pars non eſt in prędicamento.p.75.c.2
Plura ſingularia eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime non concurrunt ad compoſitionem alicuius tertij. p.75.c.2
Pars quomodo habeat propriam hęcheitatem. p.105.c.2
Punctus quid ſit ſecundum Ocham.p.78.c.1
Punctus eſt aliquid poſitiuum de prædicamento quantitatis ſecundum Scotum.ibidem.
Punctus eſt de eſſentiali ratione lineę ſecundum Ariſtotelem 1.poſt.tex.9.p.78.c.2
Partes ut unitæ ſunt ſufficienter ad producendum effectum quia ſunt in debita diſpoſitione p.79.c.3
Potentia eſt perfectior quanto perfectiorem effectum nata eſt producere.p.80.c.1
Perfectio duplex ex parte potentiæ ſcilicet,& ex parte obiecti.p.80.c.2.3
Punctus ſi eſſet ſeparatus non poteſt perfici à uiſu, & ſi percipitur, percipitur ut eſt in quanto. p.80.c.3
Primum an in motu dari poſſit.p.81.c.1.& 82.c.3 & 83.c.1.& 2
Paſſum quomodo ſit perfectè approximatum agenti naturali.p.84.c.1
Pars utrum ſit propinquior, alteri paſſi in infinitum.p.85.c.4
Punctus ſolus eſt immediatus agenti, pag.85. colum.2
Pars quæ neceſſario eſt inter duo pũcta ſemper eſt diuiſibilis in infinitum.p.83.c.3
Partem diſtare poteſt intelligi dupliciter. ibidem.
Panem eſſe perfectè propinquam agenti poteſt dupliciter intelligi.p.86 c.4
Quęlibet pars formæ,ſecundum quam eſt ſucceſſio in motu naturaliter diſtinguitur ab alia.pagin. 87.c.1
Partes ſemper ſunt natura priores toto, pag. 87. col.1
Quælibet pars quanti naturalis eſt in ſuppoſitum ſicut eſt totum quantum naturale. pag. 87. colum.2
Punctus non poſſunt per ſe exiſtere. pag. 87. colum.2
Punctus non poſſunt continuari puncto. pag.91. col.1
Punctus an poſſint recipere aliquam quantitatem. p.91.c.4
Punctus an poſſit moueri.ibidem.
Partem tangere poteſt conſiderari dupliciter.pag. 94.c.1
Puncta duo nõ poſſunt dari,quin inter illa duo ſint infinita.p.94 c.1
Potentia ſumitur multipliciter.p.96.c.4

c 2 Potentia

INDEX.

Potentia eſſentialis, & accidentalis quæ nam ſit. ibidem.
*Perfectio eſt duplex.*105.*c.*1
*Primo diuerſa quæ nam ſint ſecundum Ocham. p.*107.*c.*2
*Prædicationes exercitæ quæ nam ſint. pagin.*109. *col.*1
*Primo nobis nota ſunt confuſa magis. pagi.*119. *col.*4
*Prædicamenta non ſunt contingentia, ſed neceſſaria.p.*110.*c.*3
*Primo diuerſa quæ nam ſint ſecundum Scotum.pa.*112.*c.*4
*Propoſitio mediata quæ nam ſit pag.*113.*colum.*1.*&* 2
*Propoſitiones primi modi quomodo ſint ueræ.pa.*114.*c.*2
*Prædicatio ſpeciei de ſuis inferioribus quid ſit.pa.*117.*c.*2
*Prædicare in quid, quid ſit.p.*117.*col.*4.*&* 119. *colum.*2
*Proprietas hypoſtatica in creaturis quomodo dicat imperfectionem.p.*121.*c.*2
*Proportio materiæ ſignatæ ad hanc quantitatem eſt proportio potentiæ ad proprium actum, ſecundum Caietanum.p.*125.*c.*1
*Potentia materiæ eſt idem realiter cum ipſa materia.p.*125.*c.*2
*Potentia poteſt multipliciter conſiderari.p.*125. *col.*2
*Plato quomodo poſuit idea.p.*129.*c.*3
*Paternitas in diuinis quomodo ſit incommunicabilis.p.*134.*c.*3
*Paulus in raptu quomodo cognouerit Deum, pag.*141.*c.*4
*Paulus an recordabatur de eſſentia uiſa.pag.*143. *col.*3
Paulus quomodo recordabatur. pagin. 146.*colum.*3
*Pluralitas numeralis requirit maiorem perfectionem.p.*147.*c.*2
*Perfectio accidentalis eſt imperfectior ſubſtantia. p.*151.*c.*3
*Perfectio eſt ſupremum in inferiori generare ſibi ſimile.p.*152.*c.*3
*Peccatum & innocentia quomodo opponantur.p.*156.*c.*2
*Peccatum eſt duplex.p.*156.*c.*3
*Præmium quomodo præcedat meritum. pag.*158. *col.*1
*Potentia contradictionis poteſt accipi multipliciter.p.*159.*c.*1
Potentia contradictionis quomodo præcedat actũ. ibidem.
*Præſumptio an ſit peccatum.p.*164.*c.*2
*Peccatum primi Angeli quod nam fuerit, p.*166. *col.*1
*Peccator an poſſit ſe diſponere ad gratiam ex puris naturalibus.p.*168.*c.*3
*Potentia quæ eſt differentia entis quid ſit. p.*168. *colum.*4
*Peccatum quare dicatur eſſe contra naturam.pag.*171.*c.*2
*Potentia quomodo concurrat actiuè ad cognitionem.p.*175.*c* 1
*Potentia duplex ſubiectiua, & obiectiua, pa.*194 *col.*3
*Prædicatio denominatiua eſt multiplex.pag.*196. *col.*3
*Pares compoſiti ſunt duplex eſſe. pagi.*200.*colum.*1
*Potentia obiectiua correſpondet actui entitatiuo, & ſubiectiua formali.p.*200.*c.*1
*Potentia pura plus dependet ab actu, quàm actus imperfectus ab actu perfecto ſecundum Caietanum.*200.*c.*3
*Priuationes in eodem non ſunt oppoſita, pag.*203. *col.*2
*Priuationes oppoſitæ utrum ſint in materia. pag.*203.*c.*3
*Potentia poteſt accipi tripliciter, pagin.*207.*colum.*4
*Potentia ut eſt principium operationis poteſt accipi pupliciter.*207.*c.*4
*Potentiæ non diſtinguntur realiter inter ſe, nec ab eſſentia animæ.p.*209.*c.*3
*Potentia ſenſitiua an realiter diſtinguatur ab anima.p.*210.*c.*2
*Principium frigefactionis aquæ quid ſit ſecundum Caietanum.p.*211.*c.*2
*Potentiæ fluunt ab anima.p.*211.*c.*3
*Priuatio quomodo præcedat habitum. pa.*213.*colum.*2
*Primus homo habuit potentiam ad mori.pag.*215 *col.*4
Pars ſecundum ſpeciem quid ſit.p. 215.*c.*4
*Peccatum eſt cauſa peccati.p.*216.*c.*4
Peccatum Adæ eſt cauſa peccati filiorum. ibidem.
*Prædeſtinationis ordo.p.*217.*c.*1
Peccatum ueniale unde dicatur. pagin. 117.*colum.*3
*Peccatum mortale, & ueniale quid ſit. pagi.*215. *col.*4
*Peccatum Adæ quid fuerit.p.*218.*c.*3
*Vtrum peccatum comparatũ ad aliud dicitur grauius altero dupliciter.p.*218.*c.*4
*Peccatum Euæ fuit grauius peccato Adæ.p.*219 *colum.*2
Peccatum quomodo dicatur grauius. ibidem.
*Peccatum ex ignorantia poteſt accidere tripliciter.p.*219.*c.*3
*Portio ſuperior poteſt accipi duobus modis. pag.*222.*col.*1.*&* 2
*In portione inferiori poſſunt dari gradus. p.*222. *col.*2
*Potentiæ diſtinguntur per obiecta, quomodo intelligatur.p.*222.*c.*4
*Potentiæ ſenſitiuæ quare requirunt diſtincta obiecta.p.*223.*c.*1

Poten-

Potentiæ animæ quare dicuntur inſtrumenta animę.p.227.c.2

Peccatum poteſt duobus modis accipi . p.228.colum.3

Peccatū originale quid ſit.p.229.ſecundum Magiſtrum.

Peccatū originale quomodo remittatur ſecundum Magiſtrum,& alios.ibidem.

Peccatum originale ſecundum Scotum,& Anſelmum quid ſit.ibidem.

Priuatiue oppoſita poſſunt multipliciter intelligi p.229.c.3

Peccati originalis rationes duæ ponuntur.p.230. col.2

Paruulus non habet iuſtitiam originalem.p.230. col.2

Paruuli quomodo poſt iudicium non habebunt pœnam.p.230.c.3

Pœna eſt duplex,damni ſcilicet,& ſenſus.p.230. col.3

Peccatum quomodo dicit deformitatem . p.230. col.4

Peccatum eſt corruptio iuſtitiæ originalis.p.231. col.1

Peccatū quomodo conſiſtat in auerſione a Deo. p.231.c.2

Peccatum duplex,omiſſionis ſcilicet, & cōmiſſionis.p.231.c.2

Potētiæ cognitiuę, & appetitiuæ ſenſitiuę quomodo dicantur ab alio ut tendant in aliud. p. 237. colum.3

Pulchritudo quid ſit.p.237.c.3

Peccatum actuale quid ſit.p.240.c.3

Peccatum quomodo ſit uoluntarium.ibid.

Peccatum an ſit cogitatione.p.ibidem.

Peccatum quomodo ſit in uoluntate. pag.244 colum.2

Peccatum an poſſit eſſe in ſermone . pag.244.colum.4

Peccatum quomodo ſit in uoce. p.245.c.1

Peccatum an ſit in omni opere.p.245.c.1

Peccatum formaliter eſt in actu uoluntatis. p.25 lum.3

Peccati diuiſio ſecundū quod eſt facta à Diuo Hyeronimo an ſit ſufficiens.245.c.3

Diuiſio ſeptem peccatorum an ſit ſufficiens . ibidem.

Peccatum in ſpiritum ſanctum quomodo accipiatur.p.146.c.2

Peccatum ex malitia quid.ibid.

Peccatum in ſpiritum ſanctum quid . pag.246.colum.3.& 4

Ad peccatum in ſpiritum ſanctum tria requiruntur.p.247.c.1

Peccatum in ſpiritum ſanctum dicitur irremiſſibile.p.247.c.1

Potentia peccandi an ſit in Deo . pagin. 247.colum.4

Potentia peccandi poteſt accipi dupliciter . ibidem.

Potentia peccandi quando ſit libertas , uel paſſio libertatis.248.c.2

Q.

QVare intellectio,& uditio ſint entia abſoluta p.5.c.3

Quid ſit aliquid eſſe in memoria,ut memoria eſt , pag.5.c.4

Quomodo uoluntas diuina in tempore determinato ponit rem in eſſe.p.10.c.2

Quia cauſa dat eſſe,ideo effectus recipit eſſe , quomodo intelligatur,p.11.c.4

Quid quid eſt,ſiue diffinitio puta lapidis non eſt ratio demonſtrandi ipſum lapidem non incipere eſſe,ſed exiſtentia lapidis , ſecundum Henricum, p.12.c.3

Quod quid eſt,ſiue diffinitio cōtingentes, ſed habet ad exiſtentiam actualem,uel non actualem, pa. 12.c.4

Quod quid eſt , ſiue diffinitio non eſt ratio demonſtrandi aliquam conditionem exiſtendi abſolute,ibidem.

Quodlibet aliud ex tempore eſſe factum à Deo, eſt articulus fidei.p.12.c.4

Quælibet ſpecies æquè eſt in potentia,ut ſit,ut comparatur ad Deum,ut dantem eſſe,ſecundum Hēricum.p.13.c.4

Quomodo philoſophus conceſſiſſet Angelum poſſe eſſe ab æterno.p.13.c.4

Quantū prius diuiditur per finitum , & infinitum, quam ſibi conueniat æquale,uel inæquale, pag. 14.col.4

Quatuor inconuenientia probantur, ſi relatio non diſtinguitur a fundamento,p.16.c.1

Quę ſunt idem formaliter,& quidditatiue,ſi unum eſt formaliter ad ſe,& reliquum, regula famoſa apud Scot.18.c.2

Quicquid in creatura ſecundum Diuum Auguſtinum 5.de Trinitate non ſecundum ſubſtantiam dicitur,reſtat ut ſecundum accidens dicatur, p. 18.col.4

Quæ ſunt illa quæ ſunt eadem ratione p.19.c.1

Quæ nam ſunt illa quę diſtingūtur eſſentialiter ſimpliciter,ut ſecundum quid ſpecie, uel ſolo numero,& quomodo.p.19.c.3.& 4.

Quæcunque differentia ſufficit ad hoc quod aliqua ſimplicia diſtinguantur , & an ſit neceſſaria quæcunque identitas ad perfectam identitatem aliquorum,p.36.c.2

Quantitas uirtualis attenditur penes perfectionem intrinſecam.p.39.c.4

Quæcunqne ſunt uno numero ſecundum ſubſtantiā dicunt eandem identitatem,p.44.c.4

Quantitatem eſſe eandem alteri quantitati quomodo ſit uerum.p.45.c.3

Quantitas permanens & ſucceſſiua ſunt eiuſdem generis quantitatis,p.46.c.1

Quies mēſuratur tempore ſecundum Ariſtotelem 4.phy.118.p.50.c.4

Quies quomodo opponatur motui.ibidem.

Quies quare menſuretur tempore.p.51.c.1

Quies quid ſit. ibidem.

Quies quomodo menſuretur tempore,ibidem.

Quę nã forma dicatur mẽſurari tempore.pa.56. col.1

Quicquid poteſt eſſe in uno æqualium & in reliquo ſibi figuratio non repugnat.p.60.c.3

Quieſcere ſecundum ubi quid ſit ſecundum Gregorium.p.62.c.2

Quę habent eundem motum eſſe,in non poteſt eſſe ſimul.p.67.c.3

Quantitatum omnium commenſurabilium proportio eſt ad inuicem.p.70.c.3

Quantum naturale an ſit diuiſibile in partes infinitas.p.71.c.4

Qualitates ſenſibiles ſunt determinatę ſecundum ſpecies,p.72.c.1

Qualitas ſenſibilis ſingularis ex ſe non habet terminabilitatem,ibidem.

Quantitas eſt ratio diuiſibilitatis.p.72.c.2

Quid impoſſibile eſt fieri, impoſſibile eſt factum eſſe p.76.c.1

Quantam contingit magnitudinem eſſe in potentia,tantam contingit eſſe in actus.pag.76. colum.2

Quantitas non terminatur ad aliquam partem,ſed tantum ad punctum,p.86.c.3

Quæ enim eſt proportio medij ad medium in ſublimitate,& denſitate,eadem eſt proportio motus ad motum in uelocitate,& tarditate, pag. 95. col.1

Quomodo aliqua duo ſunt idẽ realiter, quod poteſt eſſe unum realiter, & reliquum, quomodo ſit uera,p.116.c.4

Quid intelligatur per indiuiduationem p.122.c.3

Quantitas quõ nõ ſit ratio indiuidualis,p.122.c.4

Quantitas eſt duplex terminata, & interminata quid dicant,ibidem.

Quantitas quomodo ſit ex materia aſſignata ſecũdum Caietanum.p.125.c.2

Quantitatem cauſare ſignationem in materia quid ſit.p.125.c.2

Quantitas terminata eſt illa quæ concurrit ad indiuiduationem,p.125.c.2

Eadem quantitas manet in generato,& corrupto ſecundum Comentatorem,pag.127.c.1

Quid eſt de ſe hoc ſibi repugnat per ſe diuidi in plures partes ſubiectiuas,p.129.c.3

Quæ ſunt illa quæ differunt realiter eſſentialiter. p.130.c.3.

Quidditas quantum eſt de ſe, eſt communicabilis pluribus,p.134.c.2

Omnis quidditas utrum ſit cõmunicabilis, p.134. colum.3

Quidditas creata eſt cõmunicabilis, & diuiſibilis in pluribus p.134.c.4

Quidditas creata per diuinam potẽtiam poteſt eadem redire,ibidem.

Qualitas ſpiritualis excedit quamcunque qualitatem corporalem.p.151.c.3

Quantitas an moueat.p.153.c.1

Quando duo intelligibilia comparantur ad eundem intellectum ſi poterit cognoſcere confuſe ergo & diſtinctæ.p 174.c.1

Quid in intellectu audientis ab Angelo loquente, pag.176.c.3

Quodlibet proferente contraria ſolicitũ eſſe,ſtultũ eſt.p.220.c.3

Quid anologatur in aliquo primo,illud eſt realiter in uno & in alijs non,niſi per attributionem ad illud,propoſitio Diui Thomæ, falſa tamen eſt apud Scotum.p.204.c.1

Quantitas ſola eſt cauſa recipiendi. pag.222.colum.3

R.

Ratio formalis creandi puta.a. non poteſt eſſe principium quod producens.a. pag. 2. colum.3

Ratio formalis agendi communiter non agit illa actione,reſpectu cuius dicitur ratio formalis agẽdi.p.2.c.3

Ratio proxima creandi eſt uerbum remota ratio eſt intellectio & idem dicitur de ſpiritu ſancto, & uolitione,ſecundum Henricum. pagin.2.colum.4

Rationem formalem perfici actione ſecundum Henricum quomodo intelligatur . pagin.3.colum.1

Relatio realis in Deo eſt idem quod Deus pag.3.colum.1

Reſponſio communis omnium theologorum quod uoluntas diuina uoluit ab ęterno quicquid uoluit,ſed non pro æterno.p.10.c.2

Relationes rationis non ſunt nouæ in Deo; nec per intellectum creatum, nec per intellectum diuinum.p.10.c.3.in margine.

Relatio ſemper pręſupponit extrema . pag.11.colum.3

Relatio pro ſuo eſſe neceſſario dependet a termino.ibidem.

Relatio de neceſſitate pręſupponit fundamentum ut prius natura.ibidem.

Relatio realis eſt inter extrema realia realiter diſtincta , & de neceſſitate pręexigit . ibidem.

Relatio quantum ad ſuum eſſe dependet neceſſario a fundamento, & a termino.ibid.

Rationes Diui Thomę probãtes aliquid a Deo poſſe produci ab ęterno,ſoluuntur.p.12.c.4.& pa.13.c.1.& 2

Rationes Henrici probantes aliquid aliud a Deo non poſſe produci ab æterno,ſoluuntur. pag.13. c.1.2.3.& p.14.per totum.

Repugnantia eſt ex parte creaturarum quod non ſint infinitè actu.p.15.c.2

Relatio omnis eſt idem realiter fundamento, ſecũdum Henricum.p.15.c.3

Ratione contradictionis multipliciter poteſt inferri non identitas.p.15.c.4
Relationes æquiperātię ut ſimile, ęquale & huiuſmodi realiter diſtinguntur a fundamento, & fundamenta poſſunt eſſe ſine ipſis. pag. 16.columm.1
Relatio rationis eſt alia res à ſuo fundamento.pa. 16.col.3
Relatio rationis duplex.ibidem.
Relatio habet certitudinem propriam ſecundum Auicennam 3.Metha.cap.de Relatione. pagi. 16.col.3
Rationes Henrici probantes relationem non diſtingui a fundamento,ſoluuntur.p.17.& 18.
Relatio habet proprium ſuum in eſſe.p.17.c.4
Relatio aliqua an fundetur immediate in ſubiecto p.18.c.1
Relatio ſe ipſa refertur ad fundamentum. ibidem.
Relationis extrema quæ nam ſint.ibidem.
Relatio non habet diſtinctionem in ſpecies ſuas, niſi pœnes fundamenta ſecundum Henricum. pa. 18.c.2
Relatio non eſt entitas ad ſe formaliter. ibidem.
Relatio non poteſt eſſe fundamentum primum relationis.ibidem.
Relatio eſt ipſa creatura formaliter, ſecundū Henricum.ibidem.
Relationes appoſitę ęquè diſtinguntur ibid.
Relationes primi & ſecundi modi ſecundum Philoſophum 5.Metha.cap.de ad aliquid tex.com. 20.ſemper ſunt mutuæ.ibidem.c.3
Relationes creaturarum ad Deum non differunt ſpecie.ibidem.c.4
Relatio angeli ad Deum differt realiter ab eſſentia angeli ſecundum Henricum.ibidem.
Relatio angeli ad Deum ſecundum Scotum & ſi non ſit eadem formaliter ipſi Deo,eſt tamen eadem realiter p.19.c.1
Relatio cōmunis ad Deum omni creaturę, eſt idē realiter fundamento,non tamen idem formaliter.p.19.c.1.& 28.c.3.& 30.c.1
Relatio licet nō poſſit intelligi termino & fundamento non præintellectis,tamen in ſuo eſſe quidditatiuo non includit fundamentum, & terminum,nec pertinet ad ſuum eſſe, niſi tantum extrinſecè.p.20.c.3
Rationes Ocham probantes relationem non diſtingui realiter a fundamento adducūtur cōtra Scotum.p.21.& 22.per totum.
Relationes ſecundum Ocham 1.Senten. diſt.30.q. 1.non ſunt niſi intentiones & conceptus in anima.p.22.c.4
Relatio quomodo fundetur in fundamento,pa.23. col.2
Relatio rationis quomodo ſit alia res a ſuo fundamento ſecundum Ocham.p.23.c.2
Relationem non eſſe aliam rem,ſed tantum eſſe in intellectu,quomodo ſit intelligendum ſecundum Ocham.p.23.c.2
Rationes Ocham probantes relatio nemo non diſtingui realiter a fundamento contra Scotum diſſoluuntur.p.23.c.3.& 24.& 25
Relationi non repugnat intelligi intuitiuè,pag.24. col.1
Relatio una non poteſt diſtinctè intelligi relatione correſpondente non intellecta.p.24.c.1
Relatio quomodo identificatur fundamento. pag. p.25.c.1
Relationes omnes quæ immediate fundantur in abſolutis,ut albedo in qualitate,& æqualitas in quantitate realiter diſtinguntur a fundamentis p.25.c.1
Relationes ſecundi modi ut cauſalitas, ſiue productio diſtinguntur realiter a fundamento. p. 25. col.2
Relatio omnis intrinſecus adueniens eſt indiuiſibilis.p.25 c.3.
Relationis terminus eſt nihil,eſt tamen relatio rationis.ibidem.
Relatio includit in ſuo eſſe quiditatiuo eſſe ad aliud,ut ad terminum,et impoſſibile eſt intelligi, termino non intellecto.p.26.c.1
Relationes primi,& ſecūdi termini quę nam ſint p.26.c.2
Relatio quomodo ſuſcipiat magis, & minus ſecundum Ocham.p.26.c.3
Relatiua primi, & ſecundi ſolum ſunt ſimul natura,non autem relatiua tertij modi ſecundum Ocham.p.26.c.4
Relatiua contraria non ſunt ſecundę intentiones. p.27.c.2
Reſponſio quorundam ſcotiſtarum refellitur. pa. 28.c.4
Relatio rationis ſiue comparatio in eſſentia diuina non eſt eadem realiter cum illa. pag. 28.c.4
Relatio rationis an inſit diuinę eſſentię a cauſa intrinſeca.p.29.c.1
Relationē creaturæ ad Deum eſſe idem realiter ipſi creaturę a quo proueniat.p.29.c.2
Relatio duplex prędicamentalis, & tranſendens. p.31.c.1
Relatio creaturæ ad Deum eſt tranſendens. ibid.
Relatio tranſendens non ſemper eſt idem fundamento realiter.ibidem.
Relationes in creaturis quomodo ſint auidentia. ibidem.c.2
Relatio quæ terminatur ad nihil licet habeat fundamentum reale dicitur reſpectus rationis.p. 31.c.3
Reſpectus an poſſint eſſe noui.p.48.c.2
Relatio quomodo poſſit eſſe noua ſine nouitate fundamenti,& termini.p.48.c.2
Reſpectus alij,& alij non faciunt diuerſam menſuram in fundamento.p. 50.c.1
Nullus reſpectus ad cauſam uariat rationem formalem illius.p.53.c.4
Res cognoſcere contingit dupliciter. pag. 53.c.4
Res ſicut diuerſimode habent eſſe,ita diuerſimode menſurantur.p. 54.c.2

INDEX.

Res genita eſt duplex.p.57.c.2
Rationes Gregorij de Arimino probantes dum angelus mouetur, nullam aliam rem acquirere de genere permanentium a ſe diſtinctam, & ubi non eſſe rem aliam a locato adducuntur. p.61. c.3.& 62.
Rationes eiuſdem Gregorij ſoluuntur. p.63.64.65
Reſpectum eſſe ſine termino, & fundamento eſt ſimpliciter impoſſibile.p.64.c.3
Reſpectu continentis localiter ad contentum eſt prędicamentum ubi ſecundum Comentatorem. p.165.c.3
Ratio quare aliquid circunſcriptiue moueatur, qualis ſit.p.73.c.2
Ratio nõ eſt ſimilis de intellectu, et ſenſu. p.79.c.4
Ratio motus ſumitur a magnitudine.p.83.c.1
Raritas in medio quid ſit.p.96.c.1
Rationes Ariſtotelis quæ uidentur probare grauia, & leuia ſeipſis non moueri.p.96.c.3
Rationes Ocham contra Scotum de unitate numerali ſoluuntur.p.115.c.3 uſque ad 118.c.1
Res, et res poſſunt dupliciter cõſiderari.p.116.c.2
Rationes Ocham, quę non probant dari uniuerſale reale, ſoluuntur.p.118.& 119.
Rationes Ocham ad argumenta Scoti, quod detur uniuerſale reale impugnantur.p.119.c.2
Res poſſunt diſtincte intelligi ſecũdum Ocham nullo ſuperiore intellecto.p.119.c.4
Ratio formalis cognoſcendi obiectũ ſecũdum Henricum debet eſſe determinata ſicut obiectum ſuum.p.144.c.2.
Ratio formalis creandi, eſt etiam ratio formalis terminandi.p.145.c.4
Ratio includens eſt aliqua entitas poſitiua.p.129. col.4
Realitas ſpecifica quid conſtituat.p.131.c.3
Rationes Henrici an Deus cognoſcatur, diſtincte per ſpeciem intelligibilem creatam, adducuntur & ſoluuntur.p.144.& 145.c.1.
Ratio intelligendi, & obiectum intelligibile aliquo differunt.p.147.c.3
Ratio intelligendi eſt duplex.ibidem.
Ratio agnoſcendi aliquid eſt ſic quod nihil aliud poteſt eſſe ratio cognoſcendi ipſum.ibidem.
Ratio formalis producendi cognitionem habet actum ſibi adæquatum uel intenſiuè, uel extenſiuè.p.148 c.4
Ratio formalis intelligendi, & ratio formalis producendi quomodo differant.p. 149.c.1
Res materialis eſt perfectior ſua ſpecie.p.151.c.3
In Rebus quatuor inueniuntur.p.155.c.1
Repreſentari in ſe ipſo poteſt eſſe dupliciter.p. 155.c.2
Ratio repreſentãs uniformis in ſe, & in intellectu non repreſentat difformiter aliquid.p.173.c.3
Reuelari alicui quid ſit.p.175.c.4
Rationis Gregorij de Arimino contra ſcotum, in materia de cognitione intuitiua Angelorum, aducuntur, & ſoluuntur.p.182. c.3.& 183. & 184.c.2.& 3.& 4.
Rationes Ocham in eadem materia adducuntur, & ſoluũtur.p.184.c.2.3.et 4.& 185.c.1.& 2
Rationes Henrici, quod Angeli non accipiant ſpecies à rebus adducuntur, & ſoluuntur. p.187. c.2.3.& 4.& p.188.& 189.c.1.& 2.
Rationes ſueſſani cõtra Scotum, an materia poſſit eſſe ſine forma, adducuntur, & ſoluuntur.p. 198.199.& 200.c.1.& 2.
Relationes non poſſunt exiſtere ſine extremis. p. 212.c.2
Ratio ſeminalis quid ſit.p.214.c.2
Ratio ſeminalis in quo ſit.p.215.c.1
Rectitudo habitualis quę ſit.p.218.c.1
Relatio realis an ſit inter extrema realia realiter diſtincta.p.224.c.3

S

Scientia Dei eſt ſuplex ſecundum Henricum, diſpoſitiua ſcilicet, & uniuerſalis, ſiue ſpeculatiua.p. 2.c.4
Sicut intellectus diuinus eſt operatiuus, & productiuus ad intra, ita ad extra eſt operatiuus, & productiuus, circa obiecta ſecundaria. p. 6. col.2
Secundæ intentiones quomodo ſint productę ab intellectu diuino. ibidem.
Secundę intentiones in nobis an producantur per intellectum.p.6.c.2.& 3
Secundę intentiones producuntur per aliquem actum, qui nec eſt actus intelligendi, nec actus comparatiuus, ſed eſt actus productiuus. p.6. col.3.
Spiritum ſanctum produci generatione filij nõ exiſtente, non apparet aliqua impoſibilitas.p.7. col.1
Si uoluntas diuina mane uellet, poſſet omnes damnatos glorificare, p.10.c.4
Scotus in queſt.3.primę diſt.an aliquid ab eterno poſſit a Deo produci eſt problematicus. p. 12. col.2
Scotus uidetur tam magis fauere diuo Thomæ quam Henrico.ibidem.
Sicut abſolutum alicuius generis nullum formaliter transfertur ad diuina, ita nec aliqua relatio generica.p.17.c.2
Similitudo eſt alia realiter à fundamento ſe ipſa, quia illa alietas eſt realiter illa ſimilitudo.p.18 col.1.
Similitudo ſe ipſa inheret realiter. ibidem.
Subſtantia eſt prior accidente ſecundum Ariſtotelem 7. Metha. 4. Cognitione, diffinitione, & tempore.p.19.c.1
Species ſpecialiſſima eſt propria paſſio, quomodo ſit idem eſſentialiter. p.19.c.4
Solutiones Ocham ad rationes ſcoti probantes relationem realiter diſtingui a fundamento adducuntur.p.22.c.4.& 23.c.1.2.& 3.
Solutiones Ocham reprobantur.p.25.& 26.c.2
Scibile quomodo dicatur referri ad ſcientiam. p. 26.

26.c.1
Solutio ad rationes Gregorij de Arimino 2. ſenten.diſtin.28.queſt.2 patet. ex ſolutionibus ad argumenta Ocham,ſolutio patet improba ſuarum rationum ex reſponſionibus ſolutionum Ocham.p. 28.c.3
Species omnes diuerſæ habent determinatum ordinem ſecundum perfectius, & imperfectius. p. 33.c.3.
Scotus oſtendit modum ſuſtinendi opinionem diui Bonauenturæ in queſtione illa utrum in exiſtentia angeli ſit ſucceſſio formaliter.p.39.c. 1
Succeſſiuum, & prmanens quid ſint. p. 39. col.1
Scceſſiuum poteſt eſſe duplex.ibidem.
Succeſſio quomodo ſit ponenda in æuuo uide etiam Egidium de menſura angelorum,iu 2.ſenten.ad hoc propoſitum,p.39.c. 1.& 41.c.4. & 42. col.1
Vbi eſt ſucceſſio ibi eſt prius,& poſterius.p.39. col.2
Succeſſiuum aliquo quomodo dicitur ſucceſſiuum ſecundum Henricum.p 49.c.4
Succeſſiua ſunt illa quæ non habent omnes partes ſimul ſed una ſucedit alteri.p.40.c.2
De ſucceſſiuis dantur quędam regulę.ibidem. c.2 & 3.
In ſucceſſiuis datur primum ſui non eſſe.p.40.c.2
In ſuccesſiuis datur ultimum inſtans ſui nam eſſe. ibidem.
Jn ſuccesſiuis non datur primum inſtans ſui eſſe. p.4.c.3
In ſuccesſiuis non datur ultimum inſtans ſui eſſe. ibidem.
Sicut ſe habet nunc temporis ad ſubſtantiam materialem ita nũc Aeuui ad euiternum regula Scoti.p.43.c.2
Sicut ſe habet motus ad mutatum eſſe ſiue ad mobile ſub mutatione, ita tempus ad nunc ſiue inſtans.p.43.c.4
Subſtantia mobilis quomodo menſuretur æuuo.p. 45.c.4
Subſtantiæ generabiles, & crorruptibiles quomodo menſurentur æuuo.p.51.c.1
Subiectum quomodo dicatur mutari.p.51.c.2
Solutiones Caietani ad argumenta ſcoti de menſura angelorum impugnantur.p.53.54.55
Subſtantia generabilis, & corruptilis quomodo dependeat a generante.p.56.c.1
Scotus deducit diuum Thomam ad inconueniens. p.58.c.1
Species quomodo contineat indiuidua.p.61.c.3.
Superficies quomodo contineat angelum. p.61. c.3
Succesſio poteſt tripliciter contingere. p. 63.c.3
Sortem,& quod libet ſingulare exiſtere in aliqua ſuperficie ultima poteſt intelligi duobus modis. p.65.c.1
Spatium locale quomodo dicatur continuum.p. 69.c.1
Succesſiuum non componitur ex indiuiſibilibus. p.61.c.3
Succesſio in tempore accipere a ſuccesſione iu motu.p.69.c.4
Super centrum quod libet accipiendo ſpatium quantumlibet, contingit circulum deſignare. p.69.c.4
Solutiones Ocham ad quedam Scoti argumenta adducuntur,& improbantur.p.71.c.2
Sicut quelibet pars quanti in quantum quantũ poteſt perſe eſſe,ita quælibet pars quanti naturalis in quantum,quantum naturale poteſt per ſe eſſe, ſiue non repugnat poſſe per ſe eſſe.p.73.c.4
Sicut eſſentiale eſt quanto poſſe diuidi in partem, ita eſt eſſentiale quod ſingulum eorum, in quę diuiditur poſſit eſſe hoc aliquid.p.73.c.4
Si ſingulum eorum, in quę diuiditur quantum poteſt eſſe hoc aliquid,nulli eorum repugnat poſſe per ſe eſſe.p.73.c.4
Species intelligibilis dicit etiam de ſingularibus. p.74.c.2
Singulares ſunt uere,non tamen com poſſibiles. p 76.c.4
Singulares propoſitiones de poſſibili abſolute ſumpte,non inferunt uniuerſalem formaliter de poſſibili, ſed eſt fallacia figuræ dictionis.p. 177. col.1
Singulares de poſſibili, ut ſufficienter inferant uniuerſalem, quomodo ſit accipiendæ. p. 77. col.2
Succeſſiuum dicitur eſſe in actu per indiuiſibile. p.78.c.3
Succesſio calefactionis remitendę,& frigefactionis acquirendę quomodo ſit uerum. p. 81. col.2
Sicut alterabile eſt diuiſibile in infinitum non oportet quod ita tempus infinitum coreſpõdeat alterationi alterabilis.p.82.c.1
Succesſio in motu eſt à diuiſibilitate magnitudinis p.83.c.1
Sol nec omnem, nec aliquam partem habet ęquè immediate propinquam.p.86.c.3
Solum anichilabile eſt per ſe creabile.p.87.c.2
Subſtantia ignis eſt immediate cauſa ſui caloris. p.88.c.2
Succesſio in motu ſecundum Cometatorem eſt ex reſiſtentia mobilis ad motorem, uel medij ad mobile,uel medij ad motorem.p.95.c.1
Succesſio in motu eſt ſimpliciter adiuiſibilitate.p. 96.c.1
Si de quo minus uidetur in eſſe, ergo & de quo magis.p.96.c.2
Subſtantia materialis ſecundum Adam eſt de ſe hęc,& ſingularis.p.104.c.3
Similitudo ſumitur dupliciter.p.105.c.3
Similitudinis fundamentum quid ſit. ibidem.
Senſus eſt ſingularium,& intellectus uniuerſalium p.105.c.4
Sortes, & plato in quo conueniant ſecundum Ocham.p.107.c.1

INDEX.

Solutiones Ocham ad argumenta Scoti de unitate materiali reijciuntur . pag. 108. uſque ad 113.

Singularium non eſt diffinitio.p.119.c.3

Singulare quomodo dicat in diuiſionem. pag.111. col.1

Simile ubi fundetur.p.111.c.2

Senſus poteſt comparare unum ad aliud.pag.112. col.2.oppoſitum huius tenet Bargius in 1.Senten.diſt.3.quæſt.1.fol.110.M.uide ibi omnia diligenter circa hanc materiam de ſenſu.pagin. 111.c.2

Subſtãtia materialis ſecundum Scotum non eſt de ſe hæc & ſingularis.p.113.c.3

Scientiam eſſe uniuerſalem quomodo intelligatur. p.115.c.1

Singularitas ſi non identificatur quandoque cum natura non prouenit ab ipſa natura,ſed aliunde. p.116.c.1

Species eſt totum eſſe indiuiduorum ſecundũ Boetium.p.118.c.3

Superius uniuerſaliter non eſt de eſſentia inferioris ſecũdum Ocham,nec includitur eſſentialiter in illa.p.118.c.3

Subſtãtia materialis ſecundum Henricum eſt indiuidua non per aliquod poſitiuum ſed per duplicem negationem.p.119.c.4.& 120.c.1

Suppoſitum dicit præciſè negationem dependentiæ & communicabilitatis. p.120.c.2

Suppoſito quare repugnet communiori . pag.120. col.4

Subſtantia materialis contrahitur ad eſſe indiuiduale per actualem exiſtentiam ſecundum Boetium.p.121.c.3

Status eſt in quolibet prædicamento.pag. 122.colum.2

Subſtantia materialis eſt indiuidua per quantitatem ſecundum Gotifredum.p.122.c.3

Subſtantia materialis quomodo ſe habeat ad hæcheitatem.p.122.c.4

Subſtantia eadem non poteſt eſſe primus terminus duarum productionum complectarum in eſſe ſubſtantiali.p.123.c.1

Subſtantia eſt prior accidente naturaliter.p.123. col.2

Subſtantia quomodo ſit prior quantitate. pa.123. col.3

Subſtantia prima eſt una unitate numerali. pagi. 123.c.4

Subſtantia earum quo eſt fundamentum eodẽ non eſt prior accidente.ibidem.

Singulare ſubſtantiæ recipit prædicationẽ in quid cuiuſcunque ſuperioris.p.124.c.1

Subſtãtia materialis eſt indiuidua propter aliquid cauſatum a quantitate ſecundum Aegidium. 124.c.1

Situs eſt duplex.p.124.c.3

Situs eſt poſterior quantitate . pag. 124.c.4

Subſtantia eſſe indiuiduam per aliquod accidens eſt impoſſibile.p.125.c.1

Solutiones Caietani pro oppoſitione Aegidij de principio indiuiduali reflectuntur.pag.125.colum.1

Subſtantia materialis eſt indiuidua ſecundum Diuum Thomam per materiam . pagin. 127.colum.4

Superficies quomodo dicatur alba. pagin. 131. colum.1

Singulare quomodo poſſit componi. pag. 132.colum.1

Singulare quomodo non ſit per ſe intelligibile pa. 132.c.1

Singularium quomodo ſit diffinitio,& ſcientia. p. 132.c. 1.& 2.uide tamen Ioannem de Magiſtris 1.phy. quæſt.1. articulo 3. dubitatione.3. hanc apertè declarantem.p.132 c.1

Species ſpecialiſſima quomodo ſit diuiſibilis, & quomodo indiuiſibilis.p.133.c.2

Species quomodo dicatur tantum eſſe.pagin.133. col.3

Sicut propoſitum in propoſito ita oppoſitum in oppoſito.p.134.c.2

Speciem aliquam naturæ intellectualis ſimul tantum damnari eſt ſimpliciter impoſſibile ſecundum Diuum Auguſtinum.p.135.c.1

Solutiones Caietani ad rationes Scoti de pluralitate angelorum improbantur.p.137.c.1

Species quomodo ſit cauſa partialis cognitionis. p.138.c.4.

Senſibile non poteſt cauſare in ſe cognitionem ſui partialiter.ibidem.p.138.c.4

Senſibile quomodo poſſit eſſe obiectum noſtri intellectus.ibidem.

Species intelligibilis a quo dependeat.139.c.1

Singulare quomodo cognoſcatur ſecundum Diuum Thomam,Henricum, & Scotum. pag.140.colum.1

Nulla ſpecies intelligibilis poteſt continere uirtualiter obiectum cuius eſt ſpecies . pag. 141.colum.3

Species intelligibilis quare non poſſit continere uirtualiter obiectum.ibidem.

Species intelligibilis creata a Deo repreſentans Deum quomodo repreſentet. p.141.c.4

Species intelligibilis an ſit cauſa partialis cognitionis abſtractiuè.p.142.c.1

Scientiam eſſe incorruptibilem quomodo intelligatur.p.142.c.3

Nulla ſpecies creata ſecundum Henricum poteſt repreſentare effigiem diuinam. p.144.c.1

Solutiones Caietani ad argumenta Scoti de ſpecie intelligibili improbantur.145. & 146.

Species intelligibilis quomodo datur.p.146.c.2

Similitudo ut cognita eſt duplex.p.146.c.2

Species intelligibilis eſt cauſa partialis producendi cognitionem hominis.p.148.c.2

Sol habet tantum unam formam.p.149.c.1

Speciei intelligibili accidit ut ſit permanens. pag. 150.c.2

Species intelligibilis quomodo dicatur habitus, p. 150.

150.c.2
Species ſuperior continet inferior eminenter.pag. 150.c.4
Senſitiua quomodo ſit in intellectiua,pag.151.colum.2
Species rei materialis eſt perfectio Angelorum in eſſe intelligibili.p.151.c.3
Species intelligibilis an totaliter cauſetur à re materiali,ſicut ſpecies ſenſibilis,ibidem.
Singulare nihil poſitiuum adducit ſuper naturam illius,cuius eſt.p.153.c.1
Singularitas dicit aliquid poſitiuum ad aliam naturam.ibidem.
Singularitas eſt conditio agentis, p.153.c.2
Singularitas an poſſit eſſe ratio formalis agendi, ibidem.
Species intelligibilis quomodo ſit cauſa cognitionis,p.153.c.4
Singulare an poſſit cauſare ſpeciem intelligibilem repreſentantē ipſum ſub propria ratione formali,p.153.c.4
Singularitas & natura quomodo diſtinguantur, p.154.c.1
Singularitas quę ſit.p.154.c.2
Species in mente Angelica non repreſentat durationem coniunctionem contingentis tanquam rem repreſentatam.p.155.c.4
Solutiones Caietani ad rationes Scoti de ſtatu, in quo creati fuerunt Angeli,improbantur, pag. 156.c.4
Supernaturale eſt duplex.p.174.c.2
Sol quomodo cauſat uermem,uel aliam ſubſtātiam generabilem,& corruptibilem,p.176.c.1
Species intelligibilis an poſſit cauſare ſpeciē intelligibilem,p.177.c.1
Sol quomodo concurrat,ut cauſa cum cauſis ſecundis,p.182.c.1
Singulare an poſſit intelligi ſub propria ratione ſingularitatis,p.188.c.1
Senſibile,& intelligibile quomodo differant, pag. 189.c.1
Senſibile eſt intelligibile,ibidem.
Singulare non habet proprias paſſiones,p.190.c.1
Senſibile poſſunt immutare intellectum,pag.192. col.4
Sueſſanus non replicat fideliter rationes Scoti,pa. 198.c.2
Sueſſanus ſibiipſi contradicit,p.199.c.2
Sueſſani ſolutiones ad rationes Scoti, an materia poſſit eſſe ſine forma, impugnantur, pag. 199. col.3.& 4.
Subſtantia,& accidens analogantur in ente. pag. 204.c.1
Solutiones Caietani ad rationes Scoti, an potentię diſtinguantur realiter ab anima, adducuntur, & improbantur, pag.210.c.3,& p.211. & 212.
Semen non eſt ratio generandi ſubſtantiam . pag. 213 c.1
Semen an ſit principium generationis, pag. 215. col.2
Status eſt duplex.p.215.c.3
Sapientia eſt duplex,p.227.c.3
Synderesis an ſit in uoluntate,p.225.c.4
Synderesis an ponenda ſit in parte intellectiua, p. 236.c.4
Species intelligibilis quomodo uocatur habitus, p. 241.c.3
Species intelligibilis non poteſt cauſari ab actu intelligendi,p.142.c.1
Species intelligibilis non poteſt cauſari a uoluntate,ibidem.

T

Tempus eſt menſura motus,& quietis ſecūdum prius,& poſterius 4.phy.p.14.c.1
Tempus ab ęterno, ſimiliter nec motus dari poteſt p.14.c.4
Tempus ſecundum Phi.8.phy.31. & Metha.10. & 11.eſt ſine principio,p.15.c.1
Triangulus equilaterus quid ſit.p.17.c.2
Triplex relatio creaturarum ad Deum ſecundum Henricum.p.18.c.4
Totum eſt idem eſſentialiter partibus componentibus.p.20.c.2
Termini diſtincti non ſemper agunt diſtinctas relationes adinuicem,p.24.c.3
Tria ſunt conſideranda in agente,ratio ſcilicet formalis agēdi,cōditio agenti,& relatio. p.25.c.2
Tria requiruntur in effectu producto,terminus formalis ſcilicet,& becheitas addita termino formali,& relatio.ibidem
Tot ſunt relationes in Sole calefaciente, quot ſunt calefactiones in diſtinctis paſſis.p.25.c.3
Termini propoſitionum ſunt in triplici differentia p.26.c.2.in fine.
Termini qui nam ſint illi, qui ſunt ad aliquid de mente Ariſtotelis ſecundum Ocham. p. 26.c.1
Thomiſtæ coguntur ponere diſcurſum in Angelis p.33.c.3.in margine.
Tempus concomitatur æuum tāquam imperfectum perfectum ſecundum Henricum, pag.38. col.4
Tempus eſt idem illis qui ſunt in tempore,pag.43. col.2
Tempus quomodo ſequatur motum . pag. 43. colum. 3
Tranſlatum eſt unum ſecundum ſubiectum, & plura ſecundum diffinitionem.p.43.c.3
Tempus non eſt ſine nunc,quia motus non eſt ſine mobili. p.43.c.4
Tempus ſicut dependet à motu, ita & nunc temporis à mutato eſſe.ibidem.
Temporis principium eſt indiuiſibile. ibidem.
Terminus continui per ſe,ſiue ex ſua ratione formaliter terminat continuum , pag. 44. colum.1
In tempore quomodo ſunt plura nunc alia,& alia ſecundum ſubſtantiam, p.44.c.4

Tempus an realiter diſtinguatur a motu,pag.46.colum.1

Tanta uirtus requiritur in anichilando, quanta in creando,p.46.c.4

Tempus realiter diſtinguitur a motu nullum apparet impoſſibile.p 47.c.1

Tempus eſt duplex uniuerſale,ſcilicet & particulare.p.49.c.2

Tempus particulare quid ſit,ibidem.

Tempus uniuerſale,quid ſit.ibidem.

Tempus non eſt uelox ſecundum Ariſtotelem 4. Phy.96.pag.49.c.2

Tempus quomodo menſuret motum,ibidem.

Vnum tempus eſt omnium temporalium, ibidem.

Tempus diſcretum menſurat omnes operationes intrinſecas angeli,ſecundum Henricum; pag. 49. col.4

Tempus diſcretum quid ſit,ibidem.

Tempus continuum quale dicitur, ibidem. & pag. 67.col.4

Thomas Caietanus nititur ſoluere rationes Scoti, p.51.c.4.& 52.c.1.& 2.& deinceps.

Tempus diſcretum quid ſit ſecundum Thomiſtas,p. 52.col.2

Tempus diſcretum non eſſe de prædicamento quantitatis,ſed tranſcendens, uidetur omnino irrationabile contra Caietanum,pag.54.col.3.& 102. col.3

Totum quantum quomodo ſecundum unam partem poſſit dici ſucceſſiuè moueri,p.63.c.2

Terminus formalis à quò,& ad quem reſpectu generationis quomodo teneantur.p.67.c.1

Terminus formalis à quò,& ad quem corruptionis quomodo accipiantur,ibidem.

Tranſire partes infinitas,uel puncta infinita in actu poteſt intelligi dupliciter,p.68.c.3

Tranſire infinita in actu quomodo ſit inconueniens ibidem.

Totum quare non poſſit eſſe ſine partibus,in margine,p.75.c.3

Tempus ſequens iſtans quietis,eſt diuiſibile in infinitas partes,p.83.c.2

Tempus menſurãs quietem non eſt proprie tempus actuale,p.84.c.3

Tanta uirtus requiritur in anihilatione, quanta in conſeruatione,p.87.c.2

Tempus,& Motus, & Magnitudo ſunt continua, pag.91.c.1

In toto tempore dupliciter accipi poteſt ſecundum Caietanum,p.101.c.1

Terminus motus localis eſt ubi,5.Phy.pag.102.colum.1

Tempus noſtrum eſt duplex.p.102.c.3

Tot ſunt naturæ communes,quot indiuidua, & quomodo.p.117.c.1

Tot ſunt unitates numerales,quot naturæ in diuerſis indiuiduis,p.117.c.1

Tranſubſtantiatio panis in corpus Chriſti eſt uere realis,p.123.c.2

Trinitas eſt duplex,p.139.c.4

Terminatio in obiecto poteſt dupliciter conſiderari.p.144.c.3

Totum in totum quare conuerti non poteſt. pag. 194.c.1

Totum eſſentiale realiter diſtinguitur à ſuis partibus,p.202.c.4

Tendere in aliud poteſt dupliciter intelligi, pag. 224.c.2

V

Verbum & ſpiritus ſanctus ſunt rationes formales agendi ad extra ſecundum Henricum,p. 2.col.4

Verbum non eſt formaliter in patre,p.2.c.2

Verbum eſt productum a ſolo patre dicente uice omnium ſecundum Henricum,ibidem.

Verbum,& ſpiritus ſanctus ſunt ratio totalis creãdi ſecundum Henricum,p.2.c.4

Verbum eſt ratio creandi proxima, & intellectio remota ſecundum Hẽricum, idem dicitur de ſpiritu ſancto,& fruitione,ibidem.

Vtrum inter duas emanationes quarum una eſt neceſſaria,& altera contingens,neceſſaria ſit ſimpliciter prior,p.3.c.2

Verbum quomodo habeat eſſe a memoria,p.4.colum.3

Verbum quomodo ſit de ſe ipſo.ibidem.

Voluntas quomodo ſit actus primus reſpectu productionis ſpiritus ſancti,p.5.c.2

Verbum an gignatur de memoria patris ſimpliciter,ut memoria eſt,p.6.c.3

Verbum utrum gignatur de obiectis ſecundarijs tãtum ſecundum quid.p.6.c.4

Verbum quomodo dicatur produci de lapide ſecundum quid.ibidem.

Verbum dici notitiam infinitam genitam, quomodo ſit intelligendum,p.7.c.3

Verbum habere notitiam lapidis a patre gignente quomodo intelligitur.ibidem.

Volũtas diuina an poſſit uelle aliquid de nouo ſine ſui mutatione diſputatur cum plurimis pulcherrimis dubitationibus, & præſertim in uia Scoti ad longum.p.9.c.4.& p.10.c.2.3

Velle diuinum manens ſimpliciter idem in ſe quomodo aliquando dicatur neceſſarium,aliquando contingens,p.10.c.2

Voluntas elicit actum elitione.p.12.c.1

Voluntas eliciens an ſit prior effectu. ibidem.

Voluntas diuina non eſt eius, cuius non eſt ratio, p.12.c.3

Vnitas uniuerſi ſecundum Ariſtotelem duodecimo Metha.52.eſt in ordine partium ad ſe inuicem.pag.16.c.4

Vnio eſt formaliter relatio ibidem.

Vnitas ſpecifica poteſt dupliciter conſiderari, denominatione intrinſeca,ſcilicet, & extrinſeca. p.36.c.4

Vnitas ſpecifica uel diſtinctio eſt magis a cauſis proximis quam remotis,p.37.c.1

Vnitas & diſtinctio ſpecifica quomodo ſint a cauſa partiali,p.37.c.1.2
Vnum nunc æui immediate ſuccedit alteri nunc,p.40.c.3
Vnum eſt inſtans ſecundum ſubſtantiam diuerſum, tantum ſecundum eſſe,& quomodo.pag.43.colum.2
Voluntas ut acta dicit actum ad huc eſt prior actu. p.46.col.2
Vnum contrarium poteſt a Deo deſtrui .pag. 47. col.1
Virtus maior non requiritur in conſeruando quam in generando.p.57.c.1.
Vbi non eſt res alia a loco,& a locato diſtincta ſecundum Gregorium de Arimino , pag. 61. colum.3
Vbi uel de homine uel de Deo prædicari poteſt .p. 62 col.3
Vbi quid ſignificet ſecundum Boetium, & Gregorium,ibidem.
Vbi eſt circunſcriptio loci a loci circunſcriptione procedens.pag.62.c.4
Totum ubi paſſiuum quomodo dicatur integrari , pag.63.c.2
Vbi poteſt accipi dupliciter,p.65.c.3
Vbi quomodo formaliter dicat reſpectum , ibidem.
Duo ubi quomodo differant ſpecie , pag. 66. colum.3
Inter duo ubi quomodo ſint infinita ubi , pag. 68. col.1
Inter plura ubi eſt ordo naturæ , pag. 68. colum.4
Inter duo ubi datur ſpatium medium . pag. 66. colum.1
Vbi quomodo ſit in locatum per ſe . pag. 77. colum.2
Viſio perfectior intenſiue eſt ab obiecto , pag. 80. col.2
Viſio perfectior ex parte potentiæ quomodo intelligatur.p.80.c.3
Vtrum omne moueri præcedat mutatum eſſe in infinitum,& è cõtra an omne mutatum eſſe procedat moueri . p.82.c.3.& 83.
Vbi eſt prius,& poſterius eſt principium.pag.83. col.1
Vtrum ſolus punctus ſit immediatus agente , pag. 84.col.4
Vtrum aliqua pars formæ ſecundum quam poteſt eſſe ſucceſſio in motu ſit indiuiſibilis, ſed una ante aliam p.86.c.4
Vtrum ab inſtanti immutationis motus intentionis figuris, & motus remiſſionis caloris concurrant,p.88.c.1.2.3.& 4.
Vacuum quomodo accipiatur.p.91.c.3
Vtrum punctus ſi per ſe exiſtens tranſiret ſpatium efficeret lineam quæ tamen non eſſet compoſita ex punctis licet ſemper tangeret ſpatium in puncto p.94.c.2
Virtus Angeli an poſſit moueri in inſtanti . pag. 103.c.1
Maior uirtus mouet minori tempore, pag. 103. col.2
Vniuerſalitas , & ſingularitas quomodo ad inuicẽ repugnet.p.104.c.3
Vniuerſalitas eſt modus extrinſecus conueniens naturæ multiplicabili in plura.ibidem.
Vnum ſumitur multipliciter.p.104.c.4
Vnitas accipitur dupliciter.ibidem.
Vnitas minor unitate numerali an detur,pa. 104. col.4
Vnius oppoſitionis realis extrinſeca ſunt realia. p. 105.c.3
Vnius actionis unicum eſt obiectum . pag. 105. col.4
Vniuerſale cognoſci contingit dupliciter. pa. 105. col.4
Vnitas quot modis dicatur. ſecundum Ocham,pag. 106.col.2
Vnitas ſpecifica ſecundum Ocham quomodo ſit realia,p.106.c.4
Vnitas realis datur ſecundum Ocham nullo exiſtente intellectu.p.107.c.4
Vnitas ſpecifica,& multitudo numeralis non opponuntur, p.109.c.2
Vniuerſale cui aſſimilatur.p.109.c.4
Vniuerſale quomodo ſit prius notum , pag. 110. col.1
Vnitas numeralis eſt tantum ratio diſtinguendi numeraliter.p.114.c.2
Vniuerſalitas quomodo competat naturæ,p. 114. col.2
Vnitas realis eſt paſſio propria naturæ ſecundum ſuam primam entitatem,p.114.c.3
Vniuerſale in actu quid ſit,p.114.c.4
Vniuerſale completum eſt tantum unum numero, & quomodo.p.115.c.1
Vno numero quomodo poſſit prædicari de pluribus ibidem.
Vniuerſale completũ quomodo prædicetur in quid, ibidem.
Vniuerſale in potentia remota non eſt per actum intellectus agentis.p.115.c.2
Vniuerſalia fiunt a natura ſecundum doctorem ſex principiorum.p.118.c.3
Vniuerſalia quomodo ſint in ſingularibus ſecundũ Ocham.p.119.c.1.& 2.
Viſio quid ſit.p.120.c.2
Vnum an ſignificet duplicem negationem.p. 121. colum.3
Vna & eadem ſubſtantia nulla facta mutatione circa ipſam impoſſibile eſt,quod ſit hæc ſubſtantia, & non ſit hæc ſubſtantia.p.122.col.4
Vniuerſalia ſecundum ſe exiſtunt ſecundum Commentatorem.p.123.c.4
Vnitas materię eſt paſſio immediata,& quomodo, p.126.c.3
Eſſe uno numero poteſt intelligi dupliciter.p.130. colum.4
Eſſe unum ſpecie poteſt accipi dupliciter.pag.131. col.1

col.1
Vtrum aliqua creatura faciat diſtinctam notitiam eſſentiæ diuinæ.p.141.c.1
Voluntas reſpectu actus gratuiti,uel glorioſi an ſit principium ſupernaturale,p.143.c.1
Voluntas an ſit cauſa naturalis,ibidem.
Voluntas diuina quomodo contineat uirtualiter totam quidditatem hominis.p.154.c.3
Vnitas creata an poſſit agere in inſtanti.pag.156. colum.3
Voluntas an poſſit eſſe cauſa ſuæ uolitionis,p.158. colum.4
Voluntatem habere ens pro obiecto quomodo intelligatur.p.160.c.2
Voluntatem creatam odire Deum contingit dupliciter.p.160.c.4
Voluntas quomodo poſſit appetere impoſſibile. ibidem.
Voluntatis actus eſt duplex.ibidem.
Voluntas non poteſt uelle aliquid, niſi præoſtenſũ ab intellectu.p.160.c.4
Omne uolibile continetur ſub adęquato obiecto uoluntatis.p.160.c.4
Volitio eſt duplex ſimplex,ſcilicet & comparatiua.p.161.c.1
Voluntas an poſſit uelle accidens,non uollendo conſequens ſecundum Caietanum.pag.161. colum.3
Voluntas an habeat obiectum diſconueniens, pag. 162.col.1
Velle eſt duplex,p.162.c.2
Velle concupiſcentię ſemper præſupponit uelle amicitiæ.ibidem.
Voluntas poteſt dupliciter conſiderari, pag.162. col.3
Voluntas creata quomodo ſequatur appetitum naturalem ſui,ibidem.
Voluntas in eliciendo actum conformiter appetitui recto non peccat.p.163.c.1
Voluntas ſe habet circa ultimum finem,ſicut intellectus circa prima principia.ibidem.
Voluntas quomodo poſſit peccare,& intellectus errare.p.163.c.3
Voluntas quomodo non poſſit odire in ſe, pa.163. colum.4
Voluntas ut cauſa quomodo ſit prior actu. pag. 165.col.3
Volendi modus eſt duplex.p.163.c.3
Voluntas creata non poteſt ponere gratiam in eſſe pag.168.c.4
Voluntas an ſit cauſa totalis uolitionis. pag. 168. colum.4
Voluntas mali Angeli poteſt abſolute elicere actũ circa bonum.p.169.c.3
Vniuerſale cognitum ſecundum Henricum eſt perfecta ratio cognoſcendi ſingula ſub ratione propria.p.173.c.2
Vbi pluralitas numeralis concludit maiorem perfectionem, infinitas numeralis concludit infinitam.p.173.c.3
Vtrum prima extrema proportionis actiui, & paſſiui ratio ſit uera.pag.175.c.1
Voluntas an poſſit recipere ab alia uoluntate actũ amoris Dei.p.175.c.1.& 2.
Voluntatem quomodo dicatur imperare intellectui.p.178.c.4
Virtus ſuperior poteſt impedire inferiorem. ibidem.
Virtus nulla creata æquè perfectè poteſt producere duos effectus eiuſdem rationis ſimul. pag. 181. colum.3
Viſio reflexa quomodo poteſt dici beatifica, pag. 183.col.1
Voluntas diuina non eſt aſtricta ordini priori,pa. 191.c.3
Vnitas communi, uel eſt idem quod ens, uel eſt paſſio immediata conſequens ipſum ens, pag. 195.col.2
Vnitas eſt duplex identitatis ſcilicet,& unionis aliquorum in tertio.pag.203.c.1
Voluntas eſt principium uolitionis. pag. 207. colum.4
Vnum,& idem ſimplex poteſt eſſe receptiuum plurimum immediate, & ęque primo. pag. 208. colum.2
Vnitas principij quomodo reperiatur in anima,& eius potentijs.p.219.c.3
Vnum uelle eſt in uoluntate diuina, pag. 220.colum.2
Voluntas noſtra tenetur ſequi uoluntatem diuinã pag.220.col.3
Voluntas quare peccet,ibidem.
Voluntas an uelit neceſſario ultimum finem. pag. 221.col.1
Voluntas, & intellectus quomodo non diſtinguntur per obiecta.p.223.c.2
Velle,& nolle ſunt contraria.p.223.c.4
Voluntas quare dicatur libera.p.223.col 4
Voluntas quomodo poſſit eſſe cauſa ſui actus, pag. 225.c.1.& 226.c.1
Voluntas an poſſit habere duplicem conſenſum.pa. 248.col.2
Voluntas quomodo poſſit uitare peccatum.p.227. c.4.& p.228.c.3
Voluntas eſt duplex,ſcilicet,antecedens,& conſequens,p.229.c.4
Voluntas ſola eſt cauſa peccati.p.231.c.4
Voluntas diuina concurrit ad omnem actum uoluntatis creatæ,an concurrat ad actum peccati,uide Trombetam de præſcientia futurorum articulo 4.aperte declarantem,p.232.c.3
Velle Dei eſt duplex.p.233.c.3
Velle libere quomodo ſit.p.234.c.3
Virtus eadem quomodo inclinat ad bonum proſequendum, & malum fugiendum. pa.237. colum.1
Voluntas poteſt imperare intellectui, pag. 241. colum.1
Voluntas non poteſt cauſare ſpeciem intelligibilẽ, pag.242.col.1

I N D E X.

Voluntas an poſſit aliquid uelle non præcognitum. pag.242.c.4

Voluntas poteſt uelle multa quæ non ſunt præcognita.ibidem.

Voluntate complacente intellectioni, intellectio firmatur,& intenditur.p.243.c.1

Voluntas quomodo habeat immediatam actionem ſuper intellectum.p.244.c.1

Voluntatis actus ſunt duo, pagin. 244. colum.1

Voluntas an poſſit peccare in ſpiritum ſanctum, pag.245.c.4

Voluntas creata an poſſit peccare ex malitia.pag.247.col.2

F I N I S.

TABVLA PROPOSITIONVM FAMOSARVM SECVNDI LIBRI SENTENTIARVM LYCHETI, ET PROPOSITIONVM ARISTOTELIS.

NIL formaliter agit, quod non ſit in actu, ſecundum illud, quod eſt ratio proxima agendi, quomodo ſit intelligenda, uide pagi. 2.col.2

Ideo Verbũ hoc uerè ueritas eſt, rem Diui Auguſtini. 15.de Trinitate. cap.13. uel 36.exponitur, p.2.c.4

Productio contingens præſupponit neceſſarium, quomodo ſit intelligenda, p.3.c.2

Quando ratio formalis generandi realiter diſtinguitur à genito, uidetur, dicere relationem realem ad ipſum genitum, & communicantis, & communicati, ſi non ſola ratione diſtinguntur, eſt tamen relatio rationis. p.4.c.3

Quomodo intelligatur illa propoſitio Scoti, Perſona Patris prius operatur, quam producatur. pa. 5.col.1

Quomodo intelligatur illa propoſitio, nihil eſt formaliter infinitum, niſi quod per identitatem eſt Deus. p.5.c.3

Quomodo intelligatur illa propoſitio, Vltima perfectio perſonarum eſt intelligendo, & uolendo eſſentiam diuinam. ibidem.

Inter productiones eſt ordo, ſicut inter producta, quomodo intelligatur, p.6.c.2

Agens naturale non agit, niſi per finem, 1.Metha. 50. & alibi, quomodo ſit intelligenda. pag. 6.col.2

Secundæ intentiones producuntur per actum collatiuum intellectus; quæ eſt ſententia famoſa apud Scotiſtas, quomodo ſit intelligenda, pa. 6.col 3

Quomodo duo effectus ſunt ab eadem cauſa ſecundum ordinem, ita quod poſterior non producitur priori non producto, ſi per impoſſibile non eſſet productio prioris effectus, adhuc poſſet eſſe productio poſterioris effectus; propoſitio famoſa apud Scotiſtas, & quomodo ſit intelligenda. pag.6.c.4. & 7.c.1

In eadem priori naturæ completur totus ordo originis, famoſa propoſitio apud Scotiſtas; quomodo ſit intelligenda. p.7.c.2

Aliquando ordo naturæ completur in primo ſigno originis; quomodo intelligatur, p.7.c.2 & uide Franciſcum 1.Sent.D.12.Q.2.Art.4.& 5.qua lib.art.2.

Omnis potentia præhabens origine terminum adæquatum, antequam ſit in alio non eſt ille principium producendi; quomodo intelligatur. pag. 7.col.4

Diffinitio mutationis ab Ariſtotele tradita. 5.phy. 7.& 12.Metha. 38.& 63. quomodo intelligatur, p.10.c.2.in margine.

Nihil poteſt eſſe uolitum de nouo a uoluntate diuina, niſi uoluntate actus uolendi; propoſitio famoſa apud Scotum, in 1.ſent.D.8.Q.ultima, & D.39.& 45.& in 2.D.1.Q.2. quomodo ſit intelligenda. p,10.c.3

Reſpectus cauſæ ad effectum eſt poſterior reſpectu effectus ad cauſam, quomodo intelligitur. pag. 11.col.2

Agens actione agit, quomodo intelligenda ſit. pag.11.c.4

Idem manens idem ſemper natum eſt facere idem; propoſitio famoſa Ariſtotelis. 2.de generatione 56. quomodo intelligitur. p.12.c.1

Si ignis eſſet æternus, ſplendor ab eo cauſatus ſibi eſſet æternus; Diuus Auguſtinus 6. de Trinitate cap. 1. quomodo intelligitur. pag. 13. colum.1

Si pes ab æterno fuiſſet in puluerem, ſemper ei ſubeſſet ueſtigium; Diuus Auguſtinus de cant. lib. 10. cap. 31. quomodo intelligitur, pag. 13. col.2

Modo quodam uix intelligibili Philoſophi dixerunt mundum eſſe factum, & tamen non habere principium durationis; Diuus Auguſtinus lib.2.de Ciuitate Dei cap.4. quomodo intelligitur. ibidem.

Omne quod eſt, quando eſt, neceſſe eſt eße; propoſitio famoſa Ariſtotelis 1. Perhier. cap. ultimo. quomodo intelligatur. pag.13.c.3

In æternis ſiue perpetuis non differunt eſſe à poſſe; famoſa propoſitio Ariſtotelis 3. phy. 31. cap. penultimo. tex.com.17. quomodo intelligitur. p.13.c.3.& 4.

Materia eſt ingenerabilis, & incorruptibilis; pro

poſitio famoſa Ariſtotelis.1.phy.tex.82.quomodo intelligitur.p.15.c.1

Cauſa non agens per motum, & non impedibilis poteſt habere effectum ſibi coæuum.pag.15.colum.1

Declaratur diffinitio Diui Auguſtini de creatura, quando dicit, creatura eſt ex eo, quod omnipotentis Dei uoluntate ex non eſſe ad eſſe producta eſt eius ſubſtantia.p.15.c.2

Quomodo idem ens realiter ſit realiter, & non ſit realiter, uidetur eſſe oppoſitum primi principij ex quo principio uidetur ſtatim concludi diuerſitas entium; propoſitio famoſa apud theologos, quomodo intelligitur. pag. 16. colum.2

Compoſitum reale non dependet ab eo, quod eſt ratio tantum propoſitio, quomodo intelligitur.pa. 16.c.4

Relationes quæ formaliter dicuntur de Deo; famoſa propoſitio quomodo intelligatur.pag.17.colum.2

Ens diuidi per ens quantum, & non quantum; propoſitio famoſa, quomodo intelligatur. pag. 17. colum.3

Fundamentum relationis eſt aliqua entitas formaliter non includens illam rationem formaliter; propoſitio famoſa Scoti, quomodo ſit intelligenda declaratur.p.18.c.2

Subſtantiam eſſe priorem accidente tempore, quomodo ſit intelligenda declaratur.p.19.c.1.propoſitio famoſa Ariſtotelis.

Totum eſſe diſtinctum realiter à partibus; propoſitio famoſa Scoti; quomodo intelligitur; melius ſecundum mihi uidetur in margine quomodo ſit intelligenda uide Scotum in 7. Methap.pag. 20.c.2

Vnitas uniuerſi eſt ordo partium ad inuicem; quomodo ſit intelligenda; propoſitio famoſa Ariſtotelis.12.Metha.ſecundum Ocham.pag.23. col.2

Deus poteſt facere omne abſolutum ſine omni poſteriori ſecundum ſententiam Scoti; quomodo ſit intelligenda.p.24.c.2

In ad aliquid non eſt motus, nec mutatio, propoſitio famoſa Ariſt.5.phy.tex,10.quomodo ſit intelligenda.25.c.4

Relatiua dicuntur ad conuertentiam; propoſitio famoſa Ariſtotelis in cap. ad aliquid quomodo ſit intelligendam ſecundum Ocham.pag.26.colum.3

Relatiua ſunt ſimul natura; propoſitio Ariſtotelis.ibidem quomodo ſit uera ſecundum Ocham. p.26.c.3.& 4.& 27.c.3.Secundum Scotum.

Textus 19.12. Metha. exponitur ab Ocham. pag. 26. colum. 4. ſic & Auicenna, ibidem, exponitur.

Bonitatem infinitam eſſe identicè ſapientiam infinitã; propoſitio Scoti famoſa, quomodo ſit intelligenda.p.30.c.2.tex.25.4. Metha.Ariſtotelis exponitur.p.30.c.4

In creatura quicquid non ſecundum ſubſtantiam dicitur, reſtat ut ſecundum accidens dicatur; auctoritas Diui Auguſtini 5. de trini.cap.4.exponitur.p.31.c.2

Aequinitas, eſt tantum æquinitas; propoſitio Auicenna.5.Metha.cap.1.exponitur.pag.31.colum.4

Forma creata quanto eſt nobilior, tanto diſtinguitur in plures gradus nobilitatis; famoſa propoſitio apud Scotum; declaratur apertè.pa.33. col.1

Qualis eſt ordo inter aliqua ubi realiter diſtinguitur, talis eſt ubi ſecundum rationem diſtinguitur; propoſitio famoſa Scoti, & habetur in prologo Q.penultima, & 1.Q quolib.quomodo ſit uera.p.35.c.2

Locus ab oppoſitis in argumentationibus qui eſt; propoſitio famoſa Ariſtotelis quomodo ſit uera.p.35.c.3

Textus.33.11.libri de anima declaratur apertè.p. 25.c.4.& 36.c.3

Angelus & anima ſunt natura pares, ſed officio impares; propoſitio famoſa Diui Auguſtini.3. de libero arbitrio, exponitur.p.36.c.1

Actus ſpecificantur ab obiectis; propoſitio famoſa Ariſtotelis, quomodo ſit intelligenda.pa.37. col.2

Forma recipit eſſe; propoſitio famoſa apud Scotũ, quomodo intelligatur.p.39.c.4

Regula de permanentibus famoſa aqud Scotum, quomodo ſit intelligenda exponitur.pag.42.colum.1

Textus 103. 4.phy. quo in loco uidetur Ariſtotelem dare, quod in toto tempore ſit tantum unum nunc ſecundum ſubſtantiam, differens ſecundum eſſe, dicit enim nunc idem eſt, quod qui dem erat, eſſe aut ipſi eſſe alterum eſt; exponitur hæc propoſitis. pagin. 44. colum.2. & 3 & 4.

Quomodo Quæſtio Ariſt.40. phy.tex.90.ubi quęrit, an idem nunc ſecundum ſubſtantiam maneat in toto tempore, ſoluatur, uide.p.44.c.4

Nulla quantitas eſt idem realiter alteri quantitati, niſi partes eiuſdem propoſitionis, & quantitatis in ea ſint æquales partibus eiuſdem propoſitionis, & quantitatis in reliqua; propoſitio Scoti famoſa exponitur 45.c.3

Omne quod poteſt non eſſe, poteſt per aliquod ſibi ineſſe poſſibile poſitiuè, uel priuatiuè; propoſitio famoſa Scoti 1.Sent.D.2.Q.1. quomodo ſit intelligenda.p.46.c.4

Duratio maior non facit maiorem perfectionem; propoſitio famoſa quomodo intelligatur. pa.47. col.4

Prius natura alio eſt etiam prius duratione; propoſitio famoſa Scoti multis in locis, quomodo ſit uera.p.48.c.3

Exiſtentia ſuperioris Angeli menſurat exiſtentiã inferioris; quomodo ſit intelligendam.pag.49. col.1

Inter

INDEX.

Inter rem cuius ſubſtantia, & actio menſurat, & rem cuius ſubſtantia menſuratur æternitate eſt res media, cuius ſubſtantia menſuratur æternitate, uel æuo, & actio menſuratur tẽpore; propoſitio famoſa Auctoris de cauſis propoſitione penultima, & prel. propoſitione 116. ſui libri, quo modo ſit intelligenda uide Aegidium ſuper auctorem de cauſis ibidem ad propoſitum. pa. 51. col. 3

Corruptibile & incorruptibile differunt plus quam genere; propoſitio famoſa Ariſtotelis 10. Metha. 26. quomodo intelligatur. pag. 55. colum. 4

Omne quod eſt quando eſt neceſſe eſt eſſe; propoſitio Ariſt. famoſa 1. per hier. cap. ult. exponitur. p. 54. c. 2

Actus eſt nobilior potẽtia; propoſitio famoſa, quo modo ſit uera. p. 55. c. 2

Solum illa forma dicitur menſurari tempore ſecũdum quam nota eſt fieri proprie ſucceſſio; propoſitio famoſa Scoti, quomodo ſit intelligenda. p. 57. c. 1

Communis animę conceptio eſt in corporalia non eſſe in loco; propoſitio famoſa Boetij de Hebdomadibus quomodo ſit uera, exponitur. pag. 61. col. 2

Deus mouet corporalem creaturam per locum & tempus, ſpiritualem per tempus tantum; propoſitio famoſa Diui Aug. ſuper Geneſ. exponitur. p. 61. c. 3.

Diffinitio loci, locus eſt ultimum corporis continẽtis immobile principium; propoſitio famoſa Ariſtotelis 4. phy. 41. exponitur. pa. 58. colum. 2. & 3.

Vbi eſt circunſcriptio loci a loci circunſcriptione præcedens; propoſitio famoſa authoris ſex principiorum exponitur a Grego. pagi. 62. colum. 4

Authoritas Comentatoris 5. Metha. Comen. 28. & 41. phy. Comen 24. ubi dicit quod ſecundum quod dicitur locus habet locatum eſt prædicamentum ubi; exponitur. p. 65. c. 3

Vbi uel de homine, uel de Deo prædicari poteſt, quomodo ſit intelligenda. p. 65. c. 3

Quæ ſunt ſimul uni tertio ſunt ſimul inter ſe; propoſitio famoſa Scoti quomodo intelligatur. pa. 66. c. 2

Motus eſt contrario in contrarium per Ariſtotelem 5. phy. 52. exponitur. p. 56. c. 3

Duo motus eiuſdem ſpeciei non poſſunt in eſſe eidem; propoſitio Ariſtotelis 3. phy. 19. exponitur. p. 66. c. 1

Termini motus ſunt incompoſſibiles, quomodo intelligatur. p. 67. c. 2

Quæ habẽt eundem modum eſſendi in non poſſunt eſſe ſimul; propoſitio famoſa exponitur. p. 67. col. 3

Omne receptiuum formarum alicuius generis quod non eſt ex ſe determinatum ad aliquam materiam illarum, nec eſt illimitatum ad illas poteſt mutari ab una ad aliam; propoſitio famoſa Scoti declaratur. p. 68. c. 2

Quantitatum omnium commenſurabilium eſt proportio ad inuicem ſicut alicuius numeri ad aliquem numerum; propoſitio famoſa Euclidis, exponitur. p. 70. c. 3

Ex duobus entibus in actu non fit unum per ſe; propoſitio famoſa Ariſt. p. 74. c. 1

Plura ſingularia eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimę non concurrunt ad compoſitionem alicuius tertij; propoſitio Scoti famoſa, exponitur. pag. 75. col. 2

Continuum poſſe diuidi ſecundum quamlibet partem; propoſitio famoſa, exponitur. pag. 76. colum. 3

Facta diuiſione in uno puncto, prohibetur fieri in alio puncto; propoſitio famoſa Comenta. 1. de generatione: Comen. 9. exponitur. pag. 77. colum. 3

Textus. 36. primi phy. exponitur. p. 79. c. 1

Auctoritas Ariſtotelis de ſenſu & ſenſato, an paſſiones poſſunt diuidi in infinitum, exponitur. p. 79. c. 1

Sicut ſe habet intellectus ad intelligibile, ita ſenſus ad ſenſibile; propoſitio famoſa Ariſtotelis, exponitur. p. 80. c. 2

Sicut ſe habet potentia intellectiua ad ſuum obiectum adæquatum, ita & ſenſitiua ad ſuum; propoſitio famoſa exponitur. ibidem.

Potentia eſt perfectior quanto perfectiorem effectum nata eſt producere; propoſitio famoſa, exponitur, p. 80. c. 3

Textus 23. 8. phy. exponitur. p. 81. c. 4

Comentator male exponitur a quibuſdam, & habetur uera interpretatio. p. 82. c. 1

Eiuſdem rationis ſunt quantitas motus, & tẽpus; propoſitio Ariſt. 6. phy. quomodo ſit intelligenda. p. 83. c. 3

Vbi eſt prius & poſterius, ibi eſt principium; propoſitio Ariſt. 5. Metha. cap. de priori, exponitur. p. 83. c. 3

Nulla pars mobilis eſt æque propinqua agenti; propoſitio Scoti, exponitur. p. 86. c. 2

Concurrunt ſimul ab inſtanti immutationis motus intentionis frigoris, & motus remiſſionis caloris; propoſitio Scoti quomodo ſit intelligenda. p. 88. c. 3

Contraria non poſſunt eſſe ſimul; propoſitio famoſa Ariſtotelis quomodo ſit uera. pag. 88. colum. 3

Frigus intendendum nullum primũ habet eſſe ſimpliciter licet habeat primum in eſſe quieto; propoſitio Scoti, exponitur. p. 90. c. 2

Contradictoria ſunt ad idem ſimul, & in eodem tẽpore; propoſitio Ariſt. in Aelencis, exponitur. p. 90. c. 3

Omne quod mouetur, partim eſt in termino a quo, & partim in termino, ad quem; propoſitio famoſa Ariſtotelis 6. phy. tex. 70. exponitur. pa. 91. c. 4

Complexa non ſunt contradictoria niſi accipiãtur pro eodem inſtanti; propoſitio Scoti, exponitur.p.97.c.2

Quæ eſt proportio medij ad medium in ſubtilitate & denſitate, eadem eſt proportio motus ad motum in uelocitate & tarditate; propoſitio Ariſtotelis famoſa 4.phy. & tex.71.exponitur.pa. 95.c.4

Grauia & leuia neque actiua, neque paſſiua ſunt; propoſitio Ariſtot. famoſa 20. de generatione tex.8.exponitur.p.97.c.2

In actione æquiuoca agens eſt ſimile producto ſecũdum formam; propoſitio Scoti famoſa, exponitur.p.97.c.2

Omne quod mouet ſe diuiditur in duo, quorum alterum eſt primum mouens, & alterum primum motum; propoſitio Ariſtotelis 8.phyſi.tex.30. pag.99.c.2

Nihil mouet ſe primo; propoſitio Ariſtotelis 7. phy.a principio, exponitur.p.99.c.2

Si maior uirtus mouet in tempore ergo maſſima in inſtanti; propoſitio Ariſtotelis 6. Phy.tex. 29.exponitur.p.102.c.4

Senſus eſt ſingularium, intellectus uniuerſalium; propoſitio Ariſtotelis 3.de anima 3. exponitur.pag.105.col.4.& ſecundum Scotum, pag. 109.c.3

Equinitas eſt tantum equinitas; propoſitio famoſa Auicenæ 5.Meth.ca.1.exponitur ab Ocham pag.107.c.4

Primo nota nobis ſunt confuſa magis; propoſitio Ariſtotelis 1.Phy tex.3.exponitur, pag.109. col.4

In omni genere eſt unum primum quod eſt metrũ, & menſura omnium, exponitur, pag. 110. colum.2

Intellectus facit uniuerſalitatem in rebus; propoſitio Auerois famoſa 1.de anima 8. exponitur. pag.114.c.4

Subſtantia cuiuſcunque rei eſt propria illius cuius eſt, & non ineſt alij; propoſitio Ariſtotelis 7. Metha.exponitur.p.115.c.3

Species eſt totum eſſe indiuiduorum; propoſitio famoſa Boetij ca.de ſpecie, exponitur ab Ochã. pag.119.c.1

Uniuerſalia fiunt a natura; propoſitio authoris ſex principiorum quomodo exponatur ab Ochã pag.119.c.1

Interempto genere interimitur ſpecies, & indiuiduum; propoſitio Ariſtotelis 4.Top. tex.21. quomodo gloſatur ab Ocham, pag. 119. colum.1

Demoſtrationes ſunt de perpetuis, & incorruptibilibus; propoſitio Ariſtotelis primo Poſt. 5. quomodo exponitur ab Ocham, pag. 119. colum.1

Subſtantia eſt prior accidente; propoſitio Ariſtotelis 7.Metha.quomodo intelligatur, pag. 127.col.2

cauſæ ſunt ſibi inuicem cauſa; propoſitio Ariſtotelis 2.Phy.tex.30.exponitur. pag. 126.colum.1

Diuidi in partes eiuſdem rationis eſt proprietas, quæ per ſe primo conuenit quãtitati; propoſitio Ariſtotelis 5.Metha.tex.18.exponitur. pag. 126.colum.2

In numero differentiam uarietas accidentium; facit propoſitio Boetij de Trinitate, exponitur.p. 127.c.2.& 3.

Omnis res in qua differt hipoſteſis ab eiuſdem ſpeciei hipoſteſi dicitur aduentitia, & qualitas hipoſtatica; propoſitio famoſa Damaſceni in elementario cap. 5. exponitur. pag. 127.colum.4

Natura quæ eget materia ad eius eſſe adueniunt Accidentia, & diſpoſitiones extrinſecè per quas indiuiduatur; propoſitio famoſa Auicenæ 5.Metba.ca.3.exponitur, pag. 127.colum.4

Palàm autem, quod anima quidem ſubſtantia prima, corpus uere materia; eſt propoſitio famoſa Ariſtotelis 7. Metha. tex. 39. exponitur, pag.128.col.1

Generans generat aliud propter materiã; propoſitio Ariſtotelis 7.Metha.tex.28. declaratur. pag.128.c.3

Quod quid erat eſſe, in quibuſdam ſubſtãtijs idem eſt, quæcunque uero quæ in materia ſunt, uel accepta ſunt cum materia; non idem; propoſitio Ariſtotelis 7.Metha.tex.22.& 41.exponitur.pag.128.c 4

Anima, & animæ eſſe idem, homo, & hominis eſſe non idem; propoſitio Ariſtotelis. 8. Metha.tex.Commen.8.exponitur ibidem.pa.128. colum.4

Si enim plures eſſent Cæli ut homines, foret principium quidem circa unumquodque ſpecie unum, numero uero multa, ſed quæcunque ſunt numero multa, multam materiam habent; propoſitio Ariſtotelis famoſa 12.Metha.tex. 49. exponitur pag. 149. colum. 1. Diuus tamen Bonauenturà libro 2. diſtinct. 3. Art. 2. Quæſt. 1. dicit quod illa authoritas intelligitur de multitudine per generationem, uide eum ibidem loco citato.p.129.c.1

cum dico cælum dico formam, cum dico hoc cælum dico materiam; propoſitio famoſa Ariſtotelis 1.de cęlo.tex.92.exponitur.pag. 129. colum.1

Unum numero ſunt, quorum materia eſt una; propoſitio famoſa Ariſtotelis 5.Metha.tex.12.exponitur.p.129.c.1

Indiuidua propriè differunt quia ſunt diuerſa aliquid idem entia; propoſitio Scoti exponitur. pag.130.c.1

Omnis actus ſingularis præexigit potentiam ſingularem; propoſitio Scoti exponitur contra Gaietanum.p.132.c.3.& 4.

Sicut forma particularis præexigit materiam particularem ſic actus potentiam; propoſitio Ariſtotelis

ſtotelis 2. Phy. tex. 38. exponitur. pag. 132. col. 4

A generaliſſimis ad ſpecialiſſima deſcendētes oportet quieſcere; propoſitio famoſa Platonis, exponitur. p. 133. c. 2

Omnis quidditas eſt pluribus communicabilis, propoſitio famoſa Scoti quomodo ſit intelligenda. p. 134. c. 3

In iis quæ ſunt ſine materia; idem eſt quod quid eſt & illud cuius eſt; propoſitio Ariſtotelis 7. Metha. tex. 40. exponitur. p. 135. c. 2

Auicenna ponendo ordinem intelligentiarum quo modo intelligatur. p. 135. c. 2

Omnis differentia formalis eſt ſpecifica propoſitio Ariſtot. 8. Metha. tex. 10. exponitur. pag. 135. c. 3

Maſculus & fæmina differunt ſpecie; propoſitio Ariſtotelis 10. Metha. tex. 25. exponitur. pag. 136. col. 1

Anima cognoſcit ſe ſicut alia; propoſitio Ariſtotelis 3. de anima tex. 8. exponitur, pag. 139. colum. 4

Anima ſemper nouit ſe; propoſitio famoſa Diui Aug. 8. de Trinit. cap. 7. & alibi exponitur. pa. 139. c. 3

Oportet intellectum eſſe immixtum, & immaterialem; propoſitio famoſa Ariſtotelis 3. de anima tex. cap. 4. exponitur, pag. 140. colum. 2

Omnis Potentia cognitiua debet denudari ab illo, quod eſt ratio cognoſcendi; propoſitio Ariſtotelis 2. de Anima. 71. exponitur, pag. 140. col. 2

Tolle bonum hoc, & illud eſſe; propoſitio Diui Auguſtini 8. de Trinitate cap. 4. exponitur. pa. 144. col. 2

Aliquod eſt imago Dei, quo particeps eius eſſe poteſt; propoſitio Diui Auguſtini 9. de Trinitate, ca. 8. exponitur, ibidem.

Omne quod relatiue dicitur eſt aliquid excepto relatiuo; propoſitio Auguſtini 7. de Trinitate ca. 1. exponitur. p. 149. c. 3

Formæ ſpecificæ ſe habent ſicut materia; propoſitio Ariſtotelis famoſa. 8. Metha. 10. exponitur. p. 150. c. 3

Sol & homo generant hominem; propoſitio Ariſtotelis 2. Phy. 26. quomodo intelligatur. pag. 151. c. 1

Senſitiuum eſt intellectu ſicut trigonū in tretagono; propoſitio Ariſtotelis 2. tex. 31. exponitur. 151. c. 2

Omnis cauſa primaria plus influit in cauſatum, quam cauſa ſecunda; propoſitio famoſa Authoris de cauſis exponitur. pag. 151. c. 2

In anima non ſunt niſi tria. Potentia, Habitus, & Paſſio; Propoſitio famoſa 2. Aethicorum commen. 5. exponitur. p. 152. c. 1

Angeli ſuperiores habent uniuerſaliorem ſcientiam quam inferiores; propoſitio Dionyſii de Angelica Hierarchia. ca. 12. exponitur, pag. 152. c. 3

Deus ſimul condens naturam, & largiens gratiam; propoſitio Diui Auguſtini 12. de Ciuitate ca. 9. exponitur. pag. 156. colum. 3. & 159. colum. 4

Omnis natura conſequitur ſuam perfectionem per operationem propriam; propoſitio Scoti exponitur. p. 157. c. 3

Textus 23. 6. Phy. qui ſic incipit; Quod quidem igitur, in quo habetur quod ſi aliqua uirtus poteſt mouere in inſtanti, maior uirtus poteſt mouere in minori, quam in inſtanti, exponitur. pa. 159. col. 4

Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper authoritas Pſal. 73. exponitur. p. 159. c. 4

Electio non eſt impoſſibilium ex 3. Aethicorum ca. 5. Propoſitio famaſa Ariſtotelis exponitur, pag. 161. c. 1

Nullus poteſt appetere ſe non eſſe; propoſitio famoſa diui Aug. 3. de libero arbitrio, exponitur pag. 161. c. 2.

Angelus non poteſt eſſe Angelus niſi ſit inferior Deo; propoſitio diui Anſelmi de caſu diaboli ca. 4. exponitur. p. 161. c. 2

Nihil eſt tam in noſtra poteſtate, quam ipſa uoluntas; propoſitio diui Aug. in 1. D. 1. Q. 2. & D. 7. exponitur. p. 164. c. 1

Malæ uoluntatis initium quid potuit eſſe niſi ſuperbia; propoſitio diui Aug. 14 de Ciuitate ca. 13. exponitur. p. 164. c. 4

Omne quod eſt in mundo eſt aut concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia uitæ; propoſitio Ioannis in Canone, exponitur. ibidem.

Actus non poteſt eſſe quin tranſeat ſuper obiectū; propoſitio famoſa Scoti quomodo intelligatur. pag. 167. c. 2

Dæmones credunt, & contremiſcunt; propoſitio Diui Iacobi cap. 2. exponitur. pagin. 170. colum. 2

In imagine pertranſiit homo authoritas pſ. exponitur. p. 170. c. 2

In dæmonibus manent naturalia integra; propoſitio Diui Dionyſii de diuinis nominibus 4. exponitur. p. 170. c. 2

Liberum arbitrium eſt poteſtas ſeruandi rectitudinem propter ſe; propoſitio Diui Anſelmi de libero arbitrio cap. 10. exponitur. p. 170. col. 2. & 3

Sicut principium in ſpeculabilibus, ſic finis in moralibus; propoſitio Ariſtotelis 2. phy. 89. & 7. Aethicorum exponitur. pagin. 170. colum. 4

Omnis malus eſt ignorans; propoſitio Ariſtotelis 3. Aethicorum, exponitur. pagin. 171. colum. 1

Prima extrema proportionis actiui, & paſſiui ſūt uniuerſaliſſima abſtracta a quocūque actiuo, & a quocunque paſſiuo; propoſitio Scoti exponitur. p. 175. c. 2

Mouens & motum ſunt ſimul; propoſitio Ariſtotelis 7.phy.8.& 9.exponitur. p.175.c.3.& 76.c.2

Voluntas habet in ſua poteſtate effectum primum, ſiue primam cognitionem; propoſitio Scoti; exponitur.p.179.c.4

Nulla uirtus creata aque perfectè poteſt producere duos effectus eiuſdem rationis ſimul; propoſitio Scoti, exponitur, p.181.c.3

Agens eſt præſtantius paſſo; propoſitio Diui Aug. 32.ſuper Gene. & Ariſtoteles 3.de anima, exponitur.p.189.c.2

Omnes ſunt adminiſtratores ſpiritus auctoritas Diui Pauli ad Hebræos 1.exponitur .pag.190. col.1

Millia millium miniſtrabant ei, autoritas Danielis 7.exponitur.p.190.c.2

Actiuum poteſt agere in paſſum quando non eſt impeditum; propoſitio Scoti; exponitur. pag. 192.c.4

Generatio eſt mutatio totius in totum; propoſitio Ariſtotelis.1.de generatione tex.10.exponitur p.164.c.1

Generatio ſimpliciter eſt tranſmutatio rei ſecundum totum ex hoc in hoc; propoſitio Comenta. ibidem.exponitur.ibidem.

Materia non eſt quid, neque quantitas, neque aliquid aliud eorum; propoſitio Ariſtotelis.2.Metha.tex.8.exponitur.p.196.c.1

Motus eſt actus entis in potentia; propoſitio Ariſtotelis 3.phy.tex.6.exponitur.p.196.c.4

Materia non eſt ſcibilis niſi per anologiam ad formam; propoſitio Ariſtot.1.phy.69.exponitur. p.196.c.4

Actus proprie eſt qui diſtinguit; propoſitio Ariſtotelis 7.Metha. tex.49.exponitur. pa.197. col.2

In fundamento naturæ nihil eſt diſtinctio; propoſitio Ariſto.1.Metha.& tex.17.exponitur.pag. 197.c.2

Res non eſt per materiam, ſed per formam; propoſitio Ariſt.exponitur.p.200.c.1

Ex duobus entibus nō fit unū per ſe; propoſitio Ariſto.famoſa exponitur.p.200.c.2

Materia ſi eſſet ſeparata a forma eſſet in actu, & eſſet non in actu quod implicat; propoſitio Auerroeis 2.phyſi.cap.12. exponitur. pag.201.colum.3

Cauſæ ſunt ſibi inuicem cauſæ; propoſitio Ariſtotelis 5.Metha.tex. 20.exponitur. pag.202.colum.2

In abſolutis realiter diſtinctis, & eſſentialiter diſtinctis prius poteſt eſſe ſine poſteriori; propoſitio famoſa Scoti, exponitur.pa.202.colum.3. & 4

Duo feciſti domine unum propter te; propoſitio Auguſt.13.confeſſ.exponitur.pag.103.colum.2

Mixtio eſt miſcibilium alteratorum unio; propoſitio Ariſt.1.de generatione tex.91.exponitur.p.207.c.2

Corpora non poſſunt ſe tangere in aere, uel aqua, niſi intercipiatur aer, uel aqua medius; propoſitio Ariſtotelis 2.de anima.1.13.exponitur.pa. 207.c.3

Forma non producitur niſi productione totius; propoſitio Ariſto.7.Metha.17.& 32.exponitur. p.214.c.1

Si primi parentes ſic uixiſſent, ut primo tentati non peccaſſent ita cōfirmati fuiſſent quod numquam peccare poſſent: libro 1. cur Deus homo. cap. 18.propoſitio diui Anſelmi, exponitur, pag.216.c.3

Parentes non genuiſſent reprobos in ſtatu innocentiæ; propoſitio diui Gregorij in Mora. exponitur.p.216.c.3

Potentiæ diſtinguuntur per obiecta; propoſitio Ariſtotelis 2.de anima tex.33. exponitur, pag. 222.c.4

Si ſenſus eſſet actiuus ſemper ſentiret; propoſitio Ariſt.2.de anima exponitur. pag. 224.colum.4

Appetibile eſt mouens non motum; propoſitio Ariſt.2.de anima tex.54.exponitur.pag.226. colum.2

Res reducuntur in Deum eo modo quo exeunt a Deo; libro de cæleſti hierarchia; propoſitio diui Dionyſij; exponitur.p.227.c.2

Eſſentia eſt principale agens, & potentia ſicut inſtrumentale; propoſitio Diui Anſelmi de Concor. cap. 19. exponitur. pagin. 227. colum.2

Cum enim gentes quæ legem non habent naturaliter quę legis ſunt faciunt rem; propoſitio diui Pauli ad Roman. 2. exponitur, pag. 229. colum.1

Nullus peccat in eo, quod euitare non poteſt; propoſitio diui Auguſtini 3.de libero arbitrio, exponitur.p.229.c.1

Liberum arbitrium eſt poteſtas ſeruandi rectitudinem propter ſe; propoſitio diui Anſelmi de libero arbitrio cap.3. exponitur. pag. 229. colum.1

Deus ab initio fecit hominem rectum; propoſitio Eccle.15.exponitur.p.232.c.4

Deus non poteſt auferre rectitudinem a uoluntate; propoſitio Diui Anſelmi de caſu diaboli.cap.3. exponitur.p.233.c.4

Viſio non poteſt eſſe diſtincta ſine intentione copulante; propoſitio Diui Aug.2.de Trinita.cap.2. exponitur.p.235.c.2

Si oculus tuus ſimplex fuerit totum corpus ſimiliter erit Gloſa in cap. 5. Matthæi. lumen ergo quod in te eſt ratio, exponitur. pag.235. colum.3

Commoda non uelle requirit; propoſitio Diui Anſelmi de Cor.4.exponitur.p.237.c.2

Omnes naturaliter appetunt beatitudinem; propoſitio Diui Auguſt. 13. de Trinit.cap.5.exponitur.p.237.c.2

INDEX.

Prima ratio bonitatis actus eſt ex conuenientia cauſæ; propoſitio Scoti, exponitur. pag. 238. colum. 2
Bonum opus intentio facit; propoſitio diui Aug. pag. 238. c. 2
Sicut principium ſpeculabilibus, ſic finis in operabilibus; propoſitio Ariſt. 2. phy. tex. 89. exponitur, p. 238. c. 3
Actus naturalis in ſpecie determinatus per comparationem ad omnes cauſas ſuas; propoſitio Scoti, exponitur. p. 238. c. 4
Iuſtitia generatur ex operibus iuſtis; propoſitio Ariſt. exponitur. p. 239. c. 2
Inter habitum & priuationem non datur mediū; propoſitio Ariſt. 10. Metha. tex. 15. exponitur. pag. 240. c. 2
Inter contradictoria non datur medium; Propoſitio Ariſtot. 4. Metha. tex. 17. exponitur. pa. 240. colum. 2
In cauſis eſſentialiter ordinatis ubi ſuperior eſt liber in agendo poteſt eſſe circulus; propoſitio Scoti, exponitur, p. 243. c. 4
Peccatum numquam eſt niſi in uoluntate; propoſitio diui Aug. de duabus animabus exponitur. pag. 244. c. 2
Peccatū ideo peccatum quia uoluntarium; propoſitio D. Aug. de Religione chriſtiana exponitur, pag. 247. c. 3
Non eſt in poteſtate noſtra quin uiſis tangamur; propoſitio diui Aug. 3. de libero arbitrio ca. 15. exponitur. p. 244. c. 3
Opus non eſt uoluntarium; propoſitio diui Pauli ad Rom. 8. exponitur, p. 245. c. 2
Poſſe peccare non eſt libertas, nec pars libertatis; propoſitio diui Anſelmi de libero arbitrio 2. & 3. cap. exponitur. p. 248. c. 2

F I N I S.

TABVLA

TABVLA CONTRADICTIONVM SCOTI CVM SOLVTIONIBVS LYCHETI IN SECVNDO SENTENTIARVM.

SCotus in Secundo Sententiarum, D. 1. Q. 1. Art. 1. dicit quod habitudo naturæ ad ſuppoſitum eſt prior habitudine eius ad operationem, ſiue ad actum ſecundum, in 1. tamen ſententiarum D. 1. Q. 2. contra Henricum dicit quod omnis perfectio eſſentialis in diuinis eſt prior proprietate ſuppoſitali, hoc idem in 26. 28. diſtinctione primi, & alibi;

Vide ſolutionem. p. 3. c. 4

Scotus in 2. Sent. D 1. Q. 1. dicit quod habitudo naturę ad agere non eſt ita eſſentialis ſicut habitudo naturę ad ſuppoſitum; in 1. tamen D. 4. Q. 2. uidetur cōcludere quod create. 1. competat hunc Deo, & non ſuppoſito.

Vide ſolutionem, ibidem.

Scotus in 1. Sent. D. 1. part. 2. Q. 3. de mente Auicenæ dicit quod intelligentia ſecunda ſi eſſet cauſata de neceſſitate à prima cauſa, tūc eſſet ex ſe formaliter neceſſaria, hoc idē in 1. D. quodlibetali; in 2. autem dicit quod tale cauſatum habet ex ſe neceſſarium formaliter.

Vide ſolutionem. p. 9. c. 2

Scotus in 2. Sent. 1. Q. 6. dicit quod intellectus animæ, & Angeli ſunt eiuſdem ſpei, quia ſunt circa obiectum eiuſdem rationis, ſi hoc eſt uerum, uidetur ſequi contradictoria in dictis eius, nam intellectus, & uoluntas habent idem obiectum ſimpliciter ſub eadem ratione formali, & ſunt circa idem obiectum ſub eodem ratione formali, & patet per ipſum in 1. D. 3. Q. 3. & in 4. D. 49. etiam in diuinis ſunt alterius, & alterius rationis, ut patet per ipſum in 1. Sent. D. 2. part. 2. Q. 2. & D. 6. & 13. & in quolib. Q. 2. & alibi.

Vide ſolutionem. p. 34. c. 3. & 4

Ex eadem propoſitione in 2. Sent. D. 1. Q. 6. ſequitur alia contradictio, nam ſequitur, quod fruitio in uia, & in patria ſint eiuſdem rationis, quia ſimpliciter ſunt circa idem obiectum ſub eadem ratione conſideratum, & ſecundum ipſe in 3. Sent. D. 31. & in 4. D. 49. uult quod differant ſpecie.

Vide ſolutionem. p. 34. c. 4

Ex eadem propoſitione ſequitur alia contradictio, ſequitur enim quod cognitio Dei in uia loquendo de cognitione diſtincta ipſius, qualem habuerunt Angeli in ſua creatione, ut notat Scotus in 2. D. 3. & cognitio in patria eſſent eiuſdem ſpeciei non ſint circa idem obiectum, ſub eadem ratione formali, oppoſitum autē habet ipſē in hoc 2. D. 25

Vide ſolutionem. ibidem.

Ex eadem propoſitione uidetur ſequi alia contradictio in dictis eius in reprobando opinionē Alexandri de Alexi ibidem, circa uiſionem beatificam animæ, & Angeli; uide cōtradictionē &c.

Vide contradictionem quia nimis lōga. p. 34. c. 2

Vide ſolutionem. p. 34. c. 4. & 35. c. 1. & 2

Scotus in 2. Sententiarum D. 1. Q. 6. dicit, quod in eodem poteſt contineri per idētitatem illa, quorum eſt diſtinctio formalis, quaſi ſpecifica ſi hoc eſt uerum uidetur ſibi contradicere ſupponenda aliqua ipſius, ſed quia eſt nimis longa, uide contradictionem. p. 34. c. 2

Vide ſolutionem. p. 35. c. 3

Scotus in 2. Sent. d. 1. Q. 6. dicit quod ſicut in eadē anima includuntur perfectiones intellectiuæ, & ſenſitiuæ, quæ ita ſunt diſtinctæ formaliter, ſicut ſi eſſent duæ res, ita è conuerſo, poteſt aliquid in diſtinctum formaliter contineri in diſtinctis, nā ſi bene eſt uerum, uidetur ſibi contradicere; uide contradictionem. p. 33. c. 3

Vide ſolutionem. p. 35. c. 3

Scotus in 2. Sententiarum D. 1. Q. 6. ſoluendo argumenta principalia dicit quod potentiæ diſtinguūtur ſpecie ſtante unitate obiecti, circa quod ſunt tales potentiæ, ſi hoc eſt uerum, uidetur ſibi contradicere Phyloſopho & Auerroi in 2. de Anima. 33. qui uolunt ex cognitione obiecti cognoſci operationem, & ex cognitione operationis cognoſci qualis ſit potentia; contradictionem uide p. 36. c. 2

Vide ſolutionem. 36. c. 3

Scotus in 2. Sent. D. 1. Q. 6. ſoluendo argumenta dicit, quod operationes ut dependent à potentijs diſtinctis ſpecie, ſimpliciter ſpecie diſtingūtur, ut autem comparantur ad obiectum, ſunt idem ſpecie tantum ſecundum quid; hoc uidetur repugnare dictis eius in 1. Sent. D. 3. Q. 7. in corpore, Quæſtione ubi dicit actus capiunt diſtinctionem ab obiectis, dicit enim ſic, ſi actus nō eſſent obiecto nō diſtinguerentur eſſentialiter propter diſtinctionem obiecti; contradictionem uide. p. 36. c. 3

Vide ſolutionem. p. 35. c. 2. & 3

Scotus in 2. Senētiarum Diſt. 15. probat quod elementa non ſunt in mixto, quia tunc plura eſſent ſuppoſita in eodem mixto, quod eſt inconueniēs apud eum in 2. Sententiarum Diſt. 2. Queſt. 9. uidetur dicere oppoſitum contradictionsm uide. p. 73. c. 4

Vide ſolutionem. p. 73. c. 4

Scotus

I N D E X.

Scotus in ſecundo Sententiarum Diſt.2. Quæſt.9. dicit quod pars ſenſibilis quantumcumque minima poteſt cooperari alijs partibus ad ſenſum immutandum; ſed per ſe exiſtens non poteſt ſenſum immutare, hæc uerba uidentur contradicere. p.79.c.3

Vide ſolutionem.p.79.c.3

Scotus in ſecundo Sentent. Diſt.2.Quæſt.10.dicit quod quælibet pars grauis mouet ſe ipſam, & non aliam; ibidem tamen Quæſt.9. uidetur dicere oppoſitum.p.79.c.2

Vide ſolutionem.p.79.c.4

Scotus in ſecundo Sentent.Diſt.2.Quæſt.11. dicit quod Angelus in inſtanti non poteſt pertranſire omnem diſtantiam in inſtanti; oppoſitum uidetur dicere ibidem Quæſt.9. quando dicit ſi ignis poſſit inducere, &c. contradictionem uide p.83.c.4

Vide ſolutionem.p.84.c.2

Scotus in ſecundo Sentent. Diſt.2. Quæſt. 6. dicit quod Angelus non poteſt eſſe in loco quantumcumque magno, oppoſitum tamen uidetur habere in 2.Diſt.2.Quæſt.11.contradictionem uide p.83.c.4

Vide ſolutionem.p.84.c.2

Scotus in ſecundo Sententiarum Diſt.9.dicit quod Angelus non poteſt loqui ſimul Angelo quantumcumque diſtanti; oppoſitum uidetur tamen habere in 2. Diſt.2. Quæſt.9. contradictionem uide p.84.c.1

Vide ſolutionem.p.84.c.2

Scotus in 2.Sententiarum Diſt.2. Quæſt.9. dicit, quod mutari eſt aliquid ſe habere; oppoſitum tamen uidetur habere multis in locis; contradictionem uide p.84.c.4

Scotus in 2. Sententiarum Diſt. 2. Queſt.9.dicit, quod mutari eſt aliquid; oppoſitum tamen habere uidetur in 2.Diſt. 2.Quæſt.4.& in 4.Diſt. 11.contradictionem uide p.84.c.4

Vide ſolutionem.p.85.c.2

Scotus in 2.Senten.Diſt.2. Quæſt.9.dicit quod nulla pars mobilis eſt ęque propinqua agenti; oppoſitũ huius uidetur habere in 2. Diſt. 2.Quæſt.6. uel 7.ubi dicit, quod Angelus poteſt eſſe æque primo in aliquo ſpatio diuiſibili, ut in loco ſibi adæquato contradictionem uide.p.85.c.3

Vide ſolutionem.p.86.c.3

Scotus in ſecundo Senten. Diſt.2. Quæſt.9. inquit quod pars eſt alteri parti propinquior in infinitum; oppoſitũ habere uidetur ibidem Q.10.ubi dicit, quod idem poteſt ſe ipſum mouere ſecundum omnem partem, & ſimul; cõtradictionem uide.p.83.c.4

Vide ſolutionem.p.86.c.4

Scotus in 2.D.2.Quæſt.9.dicit quod pars eſt alteri parti propinquior in infinitum; oppoſitum uidetur habere ibidem. p.11. & 12. quando inquit, quod Angelus poteſt ſimul tranſire aliquod ſpatium; contradictionem uide ibidem.

Vide ſolutionem ibidem

Scotus in 2. Diſt.2. Quæſt.9. dicit quod ſolus punctus eſt immediatus agenti; oppoſitum autem habet ibidem quando inquit, Angelum poſſe moueri motu continuo; contradictionem uide p.86.c.2

Vide ſolutionem.p.86.c.4

Scotus in Quarto Senten. Diſt. 12. uult quod nullum accidens poſſit corrumpere ſubſtantiam; oppoſitum tamẽ uidetur habere in 2.D.2.Q.9. contradictionem uide p.88.c.2

Vide ſolutionem.p.88.c.2

Scotus in 2.D.2.Q.9.dicit quod datur ultimum inſtans immutationis, ſiue quietis; oppoſitũ uidetur habere ibidem Q.11. contra Diuum Thomam; contradictionem uide p.102.c.2

Vide ſolutionem p.102.c.2

Scotus in 2.D.3.Q.2.dicit qđ nihil repugnat abſolutè alicui per aliquam negationem; oppoſitum huius uidetur habere in 3.Senten.Diſt.1.Queſt.1.ubi uult quod ſuppoſito creato repugnet ſimpliciter dependere ad aliud ſuppoſitum, & tamen talis repugnantia ineſt ex ſola negatione, dicit uidelicet quod ſuppoſitum præciſè dicit negationem duplicis dependentiæ, per quam negationem ſibi repugnat eſſe in alio; contradictionem uide.p.120.c.2

Vide ſolutionem.p.120.c.3

Scotus in 2. D.3.Q.2. dicit quod nulla imperfectio repugnat alicui, niſi ratione alicuius poſitiui; oppoſitum huius uidetur habere in 3.Sententiarum Diſt.1. Quæſt.1.contradictionem uide.pag. 120.c.1.& 3

Vide ſolutionem. pag.120. colum.4. & pag. 121. col.1

Scotus in ſecundo Diſt.3. Queſt.2.dicit quod numquam imperfectio aliqua repugnat alicui ſimplici niſi ratione alicuius perfectionis exiſtentis in eo; oppoſitum huius uidetur habere in 3. quolibe. ubi dicit quod relationes formaliter non dicunt perfectionem, nec imperfectionem, ipſis tamen repugnat omnis imperfectio; contradictionem uide.p.120.c.3

Vide ſolutionem.p.121.c.1.& 2

Scotus in ſecundo Diſt. 3. Quæſt.5. dicit quod forma eſt principalior ratio diſtinguendi quam materia; oppoſitum uidetur habere in queſtione ſequenti ubi dicit quod forma eiuſdem ſpeciei non eſt ratio diſtinguendi unum indiuiduum ab alio; contradictionem uide.p.128.c.3

Vide ſolutionem.p.128.c.3

Scotus in ſecundo Diſt.3.Quæſt.7. dicit quod omnis quidditas eſt de ſe communicabilis pluribus; oppoſitum uidetur habere, quia paternitas in diuinis dicit quidditatem attamen eſt ſimpliciter incommunicabilis, ut quo, & ut quod; contradictionem uide.p.134.c.2

Vide ſolutionem.p.134.c.2

Scotus in primo Sententiarum, Quæſt.1.prologi dicit quod per nullam creaturam poſſumus peruenire ad diſtinctam cognitionem Dei; oppoſitum

uidetur

uidetur habere in 2. D.3.Q.9. contradictionem uide.p.141.c.2

Vide ſolutionem.p.141.c.3

Scotus in ſecundo Sententiarum, Diſt.3.Quæſt.9. dicit quod nullum obiectum facit diſtinctam naturam alterius obiecti niſi contineat illud uirtualiter, hoc idem dicit in primo Diſt.3. Quæſt. 1. & diſt.8. Quæſt.2. oppoſitum huius uidetur habere quando dicit quod eſſentia diuina facit diſtinctam cognitionem perſonarum in intellectu diuino, tamen illi non eſt continentia uirtualis ; contradictionem uide. pag. 141. colum. 2

Vide ſolutionem.p.142.c.1

Scotus in ſecundo Diſt.3. Quæſt.9. dicit quod ſpecies intelligibilis cauſata a Deo repręſentat Deũ ſub ratione deitatis , & tamen eſt finita in ſe ; oppoſitum huius uidetur habere in 1. Diſt.2. parte 1.Quæſt.1.& in 2. Diſt.3. Quæſt.11. contra Henricũ, ubi dicit qđ illud quod eſt ratio repreſentandi infinita ſit formaliter infinitum; contradictionem uide.p.141.c.2

Vide ſolutionem.p.142.c.1

Scotus in ſecũdo Diſt.3. Quæſt.9.dicit quod homo in ſtatu innocentiæ habere potuit notitiam diſtinctam ultimi finis ; oppoſitum huius uidetur habere in 14.quolib. Art.2 ubi dicit quod nec Angelus, nec anima ſeparata poſſunt diſtinctæ cognoſcere deitatem ex puris naturalibus; contradictionem uide p.143.c.2

Vide ſolutionem.p.193.c.2

Scotus in quarto Diſt. 1. dicit quod ſpecies perfectior eminenter, uel uirtualiter continet imperfectiorem, in ſecundo tamen Diſt.3. Quæſt.10. uidetur habere oppoſitum ; contradictionem uide.p.150.c.4

Vide ſolutionem p.150.c.4

Scotus in 3.Quæſt. prologi de ſubiecto ſcientiæ dicit quod continere uirtualiter eſt continentia cauſalitatis; in ſecundo Diſt. 3. Quæſt.10. uult habere oppoſitum ; contradictionem uide ibidem.

Vide ſolutionem.ibidem.

Scotus in ſecundo Sententiarum Diſt.5. Quæſt.1. dicit quod uoluntas uult beatitudinem immutabiliter & de neceſſitate ; oppoſitum uidetur habere in primo Diſt.1. Quęſt.4. ubi dicit quod uoluntas non fuit neceſſaria ; contradictionem uide.p.157.c.4

Vide ſolutionem.p.157.c.4

Scotus in 14.quolib.dicit, qđ intellectus creatus habet tantum ens limitatum pro obiecto adæquato ; oppoſitum huius habere uidetur in 2.Diſt. 6. Quæſt. 1. ubi dicit quod uoluntas habet pro obiecto tantum ens, at uoluntatis obiectum continetur ſub obiecto adęquato intellectus ; contradictionem uide p.160.c.2

Vide ſolutionem.p.160.c.2

Scotus in ſecundo Diſt.1. dicit quod Angeli mali poſſunt nolle Deum eſſe ; oppoſitum huius uidetur habere in 2. Diſt. 43. Quæſt. Unica ubi uult quod a mala uoluntate Deus non poſſit odiri, & idem habet in quarto Sentent.D.50. contradictionem uide.p.160.c.3

Vide ſolutionem.p.160 c.3

Scotus in ſecundo D.7.Quæſt.1.dicit quod ſicut actio eſt in poteſtate uoluntatis , ita & modus agendi ; oppoſitum huius uidetur habere in primo D.1 ubi dicit quod licet uoluntas poſſit habere actum abſolute, ſiue elicere, ſiue non elicere, non tamen eſt in poteſtate ſua , ſic uel ſic elicere circa quodcunque obiectum ; contradictionem uide.p.166.c.3

Vide ſolutionem.p.166.c.3

Scotus in ſecundo D.7.Quæſt.prima dicit, quod uoluntas quanto eſt perfectior magis ſibi ipſi dominatur cum quanto cumque conatu tendat in obiectum ; oppoſitum huius uidetur habere in primo D.10.ubi dicit quod uoluntas diuina ex ſua infinita perfectione neceſſario uult eſſentiã diuinam ; contradictionem uide.p.166.c.2

Vide ſolutionem.p.166.c.3

Scotus in ſecundo D.7.Quæſt. 1. uel unica dicit , quod gratia iam habita, uoluntas utens ipſa gratia eſt principale actiuum actus meritorij ; oppoſitum huius uidetur habere in 1. D. 17. uide contradictionem.p.168.c.1

Vide ſolutionem.p.168.c.1

Scotus in ſecundo Diſt.7.Quęſt.1 dicit quia inclinatio naturalis eſt ad bonum, ideq uoluntas eliciens actum conformiter tali inclinationi habet uolitionem illam non malam ; oppoſitum huius uidetur habere in quarto D. 49. ubi dicit quod inclinatio naturalis eſt ad perfectionem , ad quam ordinatur ſummæ intenſa, & multa alia ; contradictionem uide. pag. 169. colum. 2.& 3.

Vide ſolutionem.p.169.c.2.& 3.

Scotus in primo Sentent.Diſt.3.Q.1. & D. 8.Q. 1. & allbi dicit, quod illud quod eſt ratio repreſentandi aliquid continet ipſum uirtualiter ſecundum totam ſuam entitatem ; oppoſitum huius uidetur habere in 2.D.9 Q.2 contradictionem uide.179 c.1

Vide ſolutionem.p.179.c.2

Scotus in ſecundo Diſt.3.Quæſt.ultima dicit, quod intellectus creatus non poteſt cognoſcere intuitiuè in uerbo, ſed tantum in proprio genere; oppoſitum huius uidetur habere in ſecundo Diſt. 9.Quæſt.2. contradictionem uide.pag.179.colum.2

Vide ſolutionem.p.179.c.2

Scotus in ſecundo Diſtinct. 9. Quæſt.2 dicit quod uoluntas habet in ſua poteſtate primum effectum ſiue primam cognitionem ; oppoſitum huius habet in primo Diſtinct. 3. Quæſt. ultima , & Diſtinct. 6.& 27. & diuus Auguſtinus. 15.de Trinitate ; contradictionem uide . pag. 179.c.4

Vide ſolutionem.p.179.c.4

INDEX.

Scotus in primo Sententiarum D. 3. Q. 7. & 15. quolib. & alibi dicit, quod ex intellectu, & potentia paritur notitia; oppoſitum huius uidetur habere ſecundo Diſt. 11. Quæſt. Vnica ubi uult quod Angelus poſſit cauſare cauſaliter intellectionem; contradictionem uide. pa. 191. c. 1. & 2.

Vide ſolutionem p. 191. c. 1. & 2.

Scotus in ſecundo diſt. 11. Quæſ. Unica dicit quod reuelatio primo ſit Angelo ſuperiori, & ſuperior reuelat inferiori, & ſic deinceps, & inferior reuelat homini; oppoſitum huius uidetur habere in prologo. Quæſt. prima, ubi dicit quod uoluntas diuina &c. contradictionem uide. pag. 191. c. 3

Vide ſolutionem. p. 191. c. 3

Scotus in ſecundo Diſt. 12. Quæſt. prima dicit, quod materia eſt corruptionis; oppoſitum huius uidetur habere in quarto D. 45. uide contradictionem. p. 193. c. 4

Vide ſolutionem. p. 193. c. 4

Scotus in ſecundo Diſtinct. 12. Quæſt. 2. dicit, quod unitas unionis per ſe aliquorum, communiter requirit maiorem diſtinctionem illorum, & quanto magis unum per ſe tanto uidetur maior diſtinctio; oppoſitum huius uidetur habere in 1. D. 5. Q. 2. contradictionem uide. p. 203. c. 2

Vide ſolutionem. p. 203. c. 2

Scotus in ſecundo Diſtinct. 12. Quæſt. 2. dicit, quod agens naturale immediate non poteſt attingere materiam; oppoſitum huius uidetur habere in quarto Diſtinct. 12. contradictionem uide. pag. 203. c. 3.

Vide ſolutionem. p. 203. c. 1

Scotus in ſecundo Diſtinct. 12. dicit qnod determinans ſibi aliquid ſecundum genus, determinat eſſe ſecundum ſpeciem; oppoſitum huius uidetur habere in ſecundo Diſtinct. 15. Quæſt. Vnica; contradictionem uide. pag. 206. c. 1

Vide ſolutionem. p. 206. c. 1

Scotus in primo Diſt. 2. Quæſt. 1. dicit quod maioris perfectionis eſt contineri aliquid uirtualiter; quam eße illud formaliter, oppoſitum huius uidetur habere in 2. D. 25. Q. vnica; contradictionem uide. p. 225. c. 3

Vide ſolutionem. p. 225. c. 3

F I N I S.

5-2